37
11 G
6

TOMVS SEXTVS OPERVM DIVI AVRELII AVGV-STINI HIPPONENSIS EPISCO-

*pi, continens τὰ πολεμικὰ, hoc eſt, decertationes ad-
uerſus hæreſes, præcipue Iudæorum,
Manichæorum, Priſcilliani-
ſtarum, Origeniſtarum,
Arrianorum, &
Iouiniani.*

Di frat' Ottauiano

B

A

PARISIIS,

Apud Carolum Guillard viduam Claudij Cheuallonij, & Gulielmum Desboys, ſub Sole aureo, in via diui Iacobi.

1 5 5 5.

QVemadmodum in præliis ſolet potiſsimum emicare virtus & ardor militum ducúmque, ita diuus Auguſtinus, quum nuſquam non ſit multis ſuſpiciendus nominibus, haud alibi tamen magis eluxit, quantum valuerit acumine ingenii, ſubtilitate iudicii, vehementia copiáque differendi, quàm in his libris, in quibus pro tranquillitate domus dei, quam vnice diligebat, pugnat aduerſus hæreſes: quas quum hoc odio maiore proſequeretur, quo impenſius amabat Chriſti ſponſam Eccleſiam, tamen vbique ſingulari charitate laborat, vt homines ſanet potius quàm perdat. Lege fœliciter ac vale.

CATALOGVS.

De hæreſibus ad Qudvultdeum.Liber.I.	folio.2. Columna.4.
De quinque hæreſibus,oratio.	8.columna.2.
Concio ad Catechumenos contra Iudæos,Paganos & Arrianos.	12.columna.2.
Oratio aduerſus Iudæos.	15.columna.4.
De altercatione Eccleſiæ & Synagogæ,dialogus.	18.columna.1.
De vtilitate credendi ad Honoratum.Lib.I.	20.columna.2.
Contra epiſtolam Manichæi,quam vocant Fundamenti.Lib.I.	25.columna.3.
De duabus animabus contra Manichæos.Lib.I.	31.columna.4.
Contra Fortunatum quendam Manichæorum presbyterum.Lib.I.	35.columna.1.
Contra Adimantum Manichæi diſcipulum.Lib.I.	38.columna.1.
Contra Fauſtum Manichæum.Libri XXXIII.	46.columna.3.
De actis cum Felice Manichæo.Lib.II.	107.columna.4.
Contra Secundinum Manichæum.Lib.I.	114.columna.4.
De natura boni contra Manichæos.Lib.I.	139.columna.3.
De fide contra Manichæos.Lib.I.	123.columna.2.
Contra aduerſarium legis & Prophetarum.Lib.II.	126.columna.4.
Contra Priſcillianiſtas,& Origeniſtas ad Oroſium.Lib.I.	119.columna.3.
Contra ſermonem Arrianorum.Lib.I.	142.columna.2.
Contra Maximinum Arrianorum Epiſcopum.Lib.III.	147.columna.1.
Contra Felicianum Arrianum de vnitate trinit.ad Optatum.Lib.I.	167.columna.3.
De bono coniugali contra Iouinianum.Lib.I.	171.columna.2.
De ſancta virginitate.Lib.I.	175.columna.3.
De adulterinis coniugiis ad Pollentium.Lib.II.	181.columna.1.
De Epicureis & Stoicis Tractatus.I.	188.columna.1.
De eo quod dictum eſt,Ego ſum qui ſum,Tractatus.I.	189.columna.2.

A *EPISTOLA QVODVVLTDEI ad Auguſtinum, petentis vt hæreſeon catalogum conſcribat.*

DOMINO merito venerabili, & ve-
re beatiſsimo patri Auguſtino Epi-
ſcopo, Quodvultdeus diaconus.
Diu trepidus fui, & auſus hos
meos aliquoties diſtuli: ſed me prin
cipaliter, vt dici aſſolet, animauit
beatitudinis tuæ beneuolentia om-
nibus comprobata. Quam dum conſidero, magis timui,
ne non petēdo ſuperbus, non quærendo deſidioſus, nō
pulſando piger à domino iudicarer. Sufficere autē mihi
crederem huiuſmodi tantummodo voluntatem, ſi fru-
ctum adipiſci nō poſſem. Cum autem pro certo noue-
rim, oſtium diuini ſermonis, quod venerationi tuæ cœ-
leſtis gratia patefecit, paratā eſſe mētem tuam ſanctam,
quam poſsidet Chriſtus, non ſolum cunctis volentibus
pandere, verumetiam nolentibus, vt introire nō pigeat,
perſuadere, occupationi reuerentiæ tuę multiloquio ſu-
B perfluo moram non faciam, ſed deſiderium obſecratio-
nis meæ breuiter indicabo. Nonnullos in clero huiuſce
etiā ampliſsimę ciuitatis eſſe imperitos, ex meipſo conii
cio: & quantum vniuerſo illi ordini profuturū ſit quod
expecto, cōſiderationi ſanctitatis tuæ diſcutiendum of-
fero. Priuilegio nanq; cunctorum, qui hoc de ſpiritali-
bus tuis laboribus promerētur, etiam me indignū con-
ſecuturum eſſe præſumo, domine merito venerabilis, &
vere beatiſsime pater. Precor igitur beatitudinē tuam, vt
ex quo Chriſtiana religio hæreditatis promiſſæ nomen
accepit, quæ hæreſes fuerint, ſint: quos errores intule-
rint, inferant: quid aduerſus catholicam Eccleſiam ſen-
ſerint, ſentiant, de fide, de trinitate, de baptiſmo, de pœ-
nitentia, de homine Chriſto, de deo Chriſto, de reſur-
rectione, de nouo & vetere teſtamento: & omnia om-
nino, quibus à veritate diſſentiunt: quæ etiam baptiſmū
habeant, quæve non habeant: & poſt quas baptizet, nec
† al. aut nō baptizet. tamen rebaptizet † Eccleſia: qualiter ſuſcipiat venientes,
& quid ſingulis, lege, authoritate, atque ratione reſpon-
deat, digneris exponere. Nec me tantæ beatitudo tua
credat ineptiæ, vt non inſpiciā quantis & quàm ingen-
tibus voluminibus opus ſit, vt poſsint iſta diſſolui. Ve-
C rum hoc ego fieri non expeto: id enim multipliciter fa-
ctum eſſe nō dubito: ſed breuiter, perſtricte, atque ſum-
matim, & opiniones rogo cuiuſlibet hæreſis poni, &
quid contrà teneat Eccleſia catholica, quantum inſtru-
Commentarium. ctioni ſatis eſt, ſubdi: vt velut quodam ex omnibus cō-
cepto commonitorio, ſi quis aliquam obiectionem aut
conuictionem vberius, plenius ac planius noſſe volue-
rit, ad opulenta & magnifica volumina tranſmittatur:
quibus à diuerſis, & præcipue à veneratione tua in hoc-
ipſo conſtat elaboratum. Sufficiat autem & admonitio
talis, vt puto doctis & imperitis, ocioſis & occupatis, &
ad cuiuſlibet gradus miniſterium Eccleſiæ vndecunq;
promotis: dum & ille qui multa legit, eadē breuiter re-
cordatur, & compendio ignarus inſtruitur: vt nouerit
quid teneat, quid euitet: quid auerſetur ne faciat, quid vt
faciat aſſequatur. Fortaſsis autē, ſi tamen quod arbitror
verum eſt, etiā aduerſus calumniantium malignas men
tes, & doloſa labia opus hoc paruum inter cætera miri-
fica teſtimonio coronæ tuæ non deerit: vt quibus patet
campus calumniandi profuſior, validis & ex omni par-
te concluſis fidei limitibus coarctati, omnibusq; verita-

tis telorum generibus circumacti, etiā vno multiformi D
iaculo repēte proſtrati, morticinos ſpiritus nō audeant
anhelare. Video quàm oneroſus exiſtam meliora cogi-
tanti, & diſponenti maiora ſancto ſeni, & querelas cor-
poris ſuſtinenti. Sed per Chriſtum dominū rogo, qui te
participem ſapientiæ ſuæ ſine inuidia eſſe conceſsit, vt
hanc gratiam dones indoctis Eccleſiæ, qui te agnoſcis
ſapientibus atq; inſipientibus debitorem, merito ac iure
dicturus, Videte quoniā non mihi ſoli laboraui, ſed om *Roma. 1.*
nibus exquirentibus veritatem. Potui adhuc offerre ſup- *Eccleſiaſtici*
plices & multiplices preces, & mecum imperitorū claſ- *24. & 33.*
ſes aſſciſcere: ſed malui iam gaudere dictantem, quàm
adhuc occupare legentem.

Auguſtinus Quodvultdeo.

DOMINO dilectiſsimo filio & condiacono
Quodvultdeo Auguſtinus. Acceptis literis
charitatis tuæ, vbi à me ardētiſsimo ſtudio po
ſtulaſti, vt de omnibus hæreſibus, quę poſt do-
mini ſaluatoris aduentū aduerſus eius doctrinam pul-
lulauerunt, aliquid breuiter ſcriberem: quàm ſit hoc dif-
ficile, cōtinuo reperta occaſione reſcripſi per filium meū
Hipponenſium primarium Philocalum: mox autem e-
tiam iſta oblata eſt, qua nunc reſcribo, & breuiter diffi- E
cultatem operis eius oſtendo. Philaſtrius quidam Bri- *Philaſtrius*
xienſis Epiſcopus, quem cum ſancto Ambroſio Medio- *alibi Phi-*
lani etiam ipſe vidi, ſcripſit hunc librū: nec illas hæreſes *laſter.*
prætermittens, quę in populo Iudæo fuerūt ante aduen-
tū domini: eaſq; XXVIII. cōmemorauit: & poſt domi-
ni aduentū CXXVIII. Scripſit hinc etiā Græce Epiſco
pus Cyprius Epiphanius, in doctrina catholicæ fidei lau *Epiphanius.*
dabiliter diffamatus, ſed ipſe vtriuſq; temporis hæreſes
colligēs XC. † cōplexus eſt. Cum ergo ambo id vellent *† al. LXXX.*
facere, quod à me petis, quantū tamen inter ſe differant
de numero interim ſectarum, vides: quod vtiq; nō eue-
niſſet, niſi aliud vni eorū videretur eſſe hæreſis, & aliud
alteri. Neq; enim putandū eſt aliquas ignoraſſe Epipha-
nium, quas nouerat Philaſtrius, cum Epiphanium lōge
Philaſtrio doctiorē inuenerimus: ita vt Philaſtrium po-
tius dicere deberemus latuiſſe plurimas, ſi tamen plures
eſſet ille cōplexus, & iſte pauciores. Sed proculdubio in
ea quæſtione, vbi diſceptatur quid ſit hæreſis, non idem *Hæreſis qd,*
videbatur ambobus: & reuera hoc omnino definire dif *definire dif*
ficile eſt: & ideo cauendum, cum omnes in numerū re- *ficile.*
digere conamur, ne prętermittamus aliquas, quāuis hæ-
reſes ſint: aut annumeremus aliquas, cum hæreſes non F
ſint. Vide ergo ne forte librū ſancti Epiphanij tibi mit-
tere debeā: ipſum enim arbitror Philaſtrio doctius hinc
locutum, qui poſsit apud Carthaginem in Latinam lin-
guam verti facilius atque commodius, vt tu potius præ-
ſtes nobis, quod quęris à nobis. Perlatorem multum cō-
mēdo. Subdiaconus eſt de noſtra diœceſi: de fundo au-
tem viri ſpectabilis, nobiſq; chariſsimi Orontij. Pro illo
autem, & pro eius patre, à quo adoptatus eſt, etiam ad
ipſum ſcripſi: quas literas cum legerit Chriſtiana beni-
gnitas tua, peto vt eas apud memoratum virum tua in-
terceſsione adiuuare digneris. Miſi autē cum illo etiam
hominem Eccleſiæ, ne ad tuam ſanctitatem difficilis ei
eſſet acceſſus: non enim parū de illo ſolicitus ſum, à qua
me ſolicitudine dominus, vt ſpero, per tuæ charitatis
inſtantiam liberabit. Peto etiā mihi reſcribere non gra-
ueris, quemadmodum ſit in fide catholica ille Theo-
doſius, per quem Manichæi nōnulli ſunt proditi: & ipſi
quos ab eo proditos, putamus eſſe correctos. [Si etiam
de perfectione ſanctorum Epiſcoporum fortaſsis audi-
ſti, fac vt nouerim. Deo viuas.]

G *Quodvultdeus Auguſtino idem inſtantius petens.*

DOmino merito venerabili, ac beatiſsimo ſancto patri Auguſtino Epiſcopo, Quodvultdeus diaconus. Vnũ quidem reuerentiæ tuę cõmonitoritum, quod per Eccleſiaſticũ dignatus es deſtinare, ſuſcepi. Nam quod prius directum eſſe beatitudo tua ſignificauit, per virum honorabilem Philocalum, necdum ad me peruenit. Verum quamuis conſcius priorum ſemper fuerim peccatorũ, nunc tamen euidenter agnoui aſpiciendo ad id quod exoraui † muneris, meam toti Eccleſiæ impedimento eſſe perſonam. Sed omnino cõfido, quoniam qui per vnici ſui gratiam, humani generis dignatus eſt delere facinora, nec me in pernicie cunctorum præualere permittet: potiùsque vbi abundauit peccatum, gratiam faciet redundare. Domine merito venerabilis ac beatiſsime pater, difficultatem operis quod inſtruendis imperitiſsimis nobis per tuam beneficentiam præſtari ſublimiter † exoraui, nec ipſe ignorans ante prædixi, ſed de diuini fontis vbertate, quam tibi dominus tribuit, veraci corde præſumpſi: nã & Philaſtrius & Epiphanius venerandi Epiſcopi ſi tale aliquid ſcripſiſſe memorãtur, proculdubio me inter cæ-

† al. in adipiſcendo illud quod exoraui.

Roma. 5.

† ſupplicìter

H tera, imò ſicut omnia latent: nõ tamen arbitror eos hãc curam diligentiamq; adhibuiſſe, vt ſingulis quibuſq; opinionibus contrarias etiam opiniones adiungant, irritaſq; † ſubiicerent: tunc deniq; opus illud vtriuſq; qualecunque ſit, non habet fortaſsis eam quam deſidero verita tem. † Fruſtra etiam homini, qui Latina non didicit, Græca facundia delegatur: quia non ego tantummodo conſilium, ſed & auxilium poſtulaui. Quid autem venerationem tuam de interpretum non ſolum difficultate, ſed etiam obſcuritate admoneo, cum ipſe hoc magis, ac plenè diiudices? Accedit ad cauſam, quòd nonnullæ etiam poſt illorum obitum hæreſes emerſiſſe doceantur, quarum nullam illi fecerint mentionẽ: quamobrem ad peculiare patrociniũ pietatis tuæ confugio, & voce mea & vniuerſali deſiderio paratũ ad miſericordiam ſacroſanctum pietatis pectus appello, ſequeſtratis ſaporibus peregrinis conſiderato textu prioris Epiſtolæ, panem à frumento, quod noſtra † prouincia ſolet habere præcipuum, cœleſti etiam manna conditum, ſero pulſanti, & famem patienti non deneges. Profectò enim nec ego pulſare ceſſabo, donec ipſe concedas: vt quod non impetrat priuilegium, vbi nullum eſt meritum, ſaltem in-

† aliàs, ritusq.

† aliàs, breuitatem.

† al. panem Afrum quẽ noſtra.

I deſeſſa importunitas mereatur.

Auguſtinus Quodvultdeo.

DOmino ſynceriter dilectiſsimo fratri & condiacono Quodvultdeo, Auguſtinus Epiſcopus. Cum mihi hæc ſcribẽdi offerretur occaſio per Euſalenſem presbyterum, quem cõmendo charitati tuæ, relegi Epiſtolam tuã, in qua petis, vt de hæreſibus quæ oriri potuerunt, ex quo domini in carne nunciari cœpit aduentus, aliquid ſcriberem. Hoc autem feci, vt viderẽ vtrum iam videretur † opus ipſum aggredi, & inde tibi aliquid mittere: vbi conſideraui † tanto eſſe difficilius, quanto vis eſſe breuius: ſed ne hoc quidem potui, talibus curis ſuperuenientibus impeditus, à quibus omnino diſsimulare non poſſem: nã me & ab eo quod habebam in manibus, auerterunt. Hoc autem eſt, vbi reſpondeo libris Iuliani, quos octo edidit poſt illos quatuor, quibus antè reſpondi. Hoc enim cum Romæ accepiſſet frater Alipius, nondum omnes deſcripſerat, cum oblatam occaſionẽ noluit præterire, per quã mihi [quinq;] tranſmiſit: promittẽs alios tres cito eſſe miſſurum, & multum inſtans ne reſpondere differrem. Cuius inſtãtia coactus ſum remiſsius ſemper agere quod age- K bam, vt operi vtriq; nõ deeſſem: vni diebus, alteri noctibus: quantũ mihi ab aliis occupationibus hinc atq; hinc venire non deſiſtentibus parceretur. Agebam vero rem plurimum neceſſariam: nam retractabã opuſcula mea, & ſi quid in eis me offenderet, [vel alios poſſet offendere,] partim reprehẽdendo, partim defendendo quod legi poſſent & deberent, operabar. & duo volumina iam abſolueram, retractatis omnibus libris meis, quorũ numerum neſciebam: eoſq; CCXXXII. eſſe cognoui. Reſtabant Epiſtolæ, & tractatus populares, quos Græci homilias vocant. [Et plurimas Epiſtolarũ legebam, ſed adhuc nihil inde dictaueram, cum me etiam iſti Iuliani libri occupare cœperunt, quorũ nunc quarto reſpondere cœpi. Quando ego id explicauero, quartoq; reſpõdero, ſi tres non ſuperuenerint, diſpono, ſi deus voluerit, & quod poſcis incipere, ſimul agẽs vtrunq;, & hoc ſcilicet, & illud de retractatione opuſculorum noſtrorum, nocturnis & diurnis tẽporibus in ſingula diſtributis. Hoc ideo inſinuaui ſanctitati tuæ, vt quantum tibi deſideriũ eſt ſumendi quod poſcis, tanto flagrantius à domino mihi poſcas adiutorium, quo ſeruiam laudabili ſtudio tuo, atque vtilitati eorum, quibus exiſtimas profuturum. L Domine ſynceriter dilectiſsime frater, commendo iterum perlatorem, & negocium propter quod eò perrexit, ſi cognoueris apud quem agendum ſit, peto ne pigeat adiuuare. Nõ enim poſſumus neceſsitates hominum eiuſmodi deſerere, qui noſtri non coloni, ſed quod maius eſt fratres ſunt, & in charitate Chriſti ad curam noſtram pertinent. Deo viuas.]

† al. deberẽ.

† aliàs, vt conſideres.

DIVI AVRELII AVGVSTINI IN librum de hæreſibus ad Quodvultdeum,

PRAEFATIO.

QVOD petis ſæpiſsime atque inſtantiſsime ſancte fili Quodvultdeus, vt de hæreſibus aliquid ſcribam dignum lectione cupientium dogmata deuitare contraria fidei Chriſtianæ, & Chriſtiani nominis obumbratione fallentia: ſcias me olim longe antequam peteres, facere cogitaſſe, atq; M fuiſſe facturum, niſi diligenter conſiderans quale quantumq; id eſſet, vltra vires meas eſſe ſentirem. Sed quoniam fateor nullum mihi vt te inſtitiſſe poſcendo, in ipſa tamen moleſta inſtantia tua etiam tuum nomen attendi, & dixi, aggrediar & faciam Quodvultdeus. Hoc enim deum velle confido, ſi me ad huius operis terminum miſericordi fauore perduxerit, vt per miniſterium linguæ meæ tanti huius rei difficultas aut oſtendatur tantummodo, aut ipſo etiã plenius adiuuante tollatur: quorum duorũ, quod priore loco poſui, iam diu eſt quod animo voluo ac reuoluo, & quadã meditatione cũtueor. Quod autem poſtea dixi non me accepiſſe cõfiteor: & vtrum dum hoc ago, vt efficiam, dum peto, dum quæro, dum pulſo, ſim fortaſſe accepturus ignoro: ſcio me tamen nec petiturum, nec quæſiturum, nec pulſaturum quantum ſat eſt, niſi & hunc affectum munere diuinę inſpirationis accepero. In hoc igitur opere, quod te vehementer vrgente in dei voluntate ſuſcepi, cernis me vt id peragam non tam crebreſcentibus ad me tuis petitionibus eſſe cogendum, quàm piis ad deum nõ ſolum tuis, verum & aliorum fratrum, quos tibi in hanc

rem

A rem fideles ſocios potueris inuenire, orationibus adiuuandum. Quod vt fiat, has ipſas primas huius laboris mei partes, vbi eſt & iſta prælocutio, curaui tuæ charitati in auxilio domini accelerare mittendas: vt propter illa quæ reſtant, noueritis quantum pro me orare debeatis, quicunque noſſe potueritis, à me iam fuiſſe ſuſceptum hoc tam grande negocium, quod à me deſideratis impleri. Petis ergo, quod tuæ indicant literæ, quas ad me dediſti, cum primum à me petere iſta cœpiſti, vt exponam breuiter, perſtricte atque ſummatim, ex quo Chriſtiana religio promiſſæ hæreditatis nomen accepit: quæ hæreſes fuerint, ſint: quos errores intulerint, inferant: quid aduerſus catholicam Eccleſiam ſenſerint, ſentiant: de fide, de trinitate, de baptiſmo, de pœnitentia, de homine Chriſto, de deo Chriſto, de reſurrectione, de nouo & veteri teſtamēto. Iſtas autem inquiſitiones tuas in immēſum procedere cum videres, putaſti cuiuſdam generalitatis adhibendum eſſe compendium, atque dixiſti, Et omnia omnino, quibus à veritate diſſentiunt. Deinde addidiſti, Quæ etiam baptiſmū habeant, quæve non habeant: & poſt quas baptizet, nec tamen rebaptizet Eccleſia: qualiter ſuſcipiat venientes: & quid B ſingulis lege, authoritate, atque ratione reſpondeat. Hæc omnia cum quæris vt exponantur à me, miror luculentum ingenium tuum, tot tantarûmque rerum & ſitire veritatem, & faſtidium iam timendo poſcere breuitatem. Sed vidiſti etiam ipſe quid poſſem hoc loco tuæ huius Epiſtolæ cogitare: & quaſi vigilanter occurriſti cogitationi meæ, dicens, Nec me tantæ beatitudo tua credat ineptiæ, vt non inſpiciam quantis & quàm ingentibus voluminibus opus ſit, vt poſſint iſta diſſolui. Verum hoc ego fieri non expeto: id enim multipliciter factum eſſe nō dubito. Et tanquam conſilium ſubiiciens, quo modo poſſit & ſeruari breuitas, & veritas pandi, adiungis ea verba quæ pauloante iam poſui, & dicis, Sed breuiter, perſtricte, atque ſummatim, & opiniones rogo cuiuſlibet hæreſis poni: & quid contrà teneat Eccleſia catholica, quantum inſtructioni ſatis eſt ſubdi. Ecce iterum mittis in longum, non quia dici iſta breuiter ſiue non valeant, ſiue non debeant: ſed quia tam multa ſunt, vt quamlibet breuiter dicenda, multas literas flagitent: tu autem, vt velut quodam, inquis, ex omnibus concepto commonitorio, ſi quis aliquam obiectionem aut cōuictionem vberius, plenius ac planius C noſſe voluerit, ad opulenta & magnifica volumina trāſmittatur, quibus à diuerſis, & præcipue, inquis, à veneratione tua in hoc ipſo conſtat eſſe elaboratum. Quæ cum dicis, vnum quaſi commonitorium de his omnibus te deſiderare ſignificas. Audi ergo vnde commonearis, quid petas. Opiniones omnium Philoſophorū, qui ſectas varias condiderunt, vſque ad tempora ſua, (neque enim plus poterat) ſex non paruis voluminibus quidam Celſus abſoluit. *Celſus.* Nec redarguit aliquem, ſed tantum quid ſentirent aperuit, ea breuitate ſermonis, vt tantum adhiberet eloquij, quantum rei nec laudandæ nec vituperandæ, nec affirmandæ aut defendendæ, ſed aperiendæ indicandæq; ſufficeret, cum fermè centum Philoſophos nominaſſet: quorum non omnes inſtituerunt hæreſes proprias: quoniam nec illos tacendos putauit, qui ſuos magiſtros ſine vlla diſſenſione ſecuti ſunt. Noſter vero Epiphanius Cyprius Epiſcopus, ab hinc non longe humanis rebus exemptus, de octoginta hæreſibus loquens, ſex libros etiam conſcripſit, hiſtorica narratione commemorans omnia, nulla diſputatione aduerſus falſitatem pro veritate decertans.

Breues ſanè ſunt libelli, & ſi in vnum libellum redi- D gantur, nec ipſe erit noſtris vel aliorum quibuſdam libris longitudine comparādus. Huius breuitatem ſi fuero in commemorandis hæreſibus imitatus, quid à me breuius poſtulare vel expectare debeas, non habebis. Sed non ibi huius mei laboris ſumma conſiſtit, quod & tibi, vel me demonſtrante, vel etiam te præcurrente poterit apparere, cum hoc fecero. Videbis enim in eo, quod ſupradictus Epiſcopus fecit, quantum deſit operi quod ipſe vis fieri, quanto magis quod ego? Tu nanque, quamuis breuiter, perſtricte atque ſummatim, tamen vis etiam reſponderi commemoratis hæreſibus, quod ille non fecit. Ego vero hoc magis volo facere, ſi & deus velit, vnde poſſit omnis hæreſis, & quæ nota eſt, & quæ ignota, vitari: & vnde recte poſſit quæcunque innotuerit, iudicari. Non enim omnis error hæreſis eſt, *Error.* quamuis omnis hæreſis, quæ in vicio ponitur, niſi errore aliquo hæreſis eſſe non poſſit. *Hæreſis.* Quid ergo faciat hæreticum, regulari quadam definitione comprehendi, ſicut ego exiſtimo, aut omnino non poteſt, aut difficillime poteſt: quod in proceſſu huius operis declarabitur, ſi deus rexerit, atq; id quod intendo perduxerit E diſputationem † meam. *† diſpoſitionem.* Quid autem proſit ipſa inquiſitio, etiam ſi non potuerimus comprehendere, quo modo ſit definiendus hæreticus, ſuo loco videndum atque dicendum eſt: nam ſi hoc comprehendi potuerit, quis non videat vtilitas quanta ſit? Erunt ergo primæ partes operis huius de hæreſibus, quæ poſt Chriſti aduentum atque aſcenſum aduerſus doctrinam ipſius extiterunt, & vtcunque nobis innoteſcere potuerunt. In poſterioribus autem partibus, quid faciat hæreticum, diſputabitur. Cum ergo dominus aſcendiſſet in cœlum, hi hæretici exorti ſunt:

1 Simoniani.
2 Menandriani.
3 Saturniniani.
4 Baſilidiani.
5 Nicolaitæ.
6 Gnoſtici.
7 Carpocratiani.
8 Cerinthiani, vel Merinthiani.
9 Nazaræi.
10 Hebionei.
11 Valentiniani.
12 Secundiani. F
13 Ptolemæi.
14 Marcitæ.
15 Colarbaſij.
16 Heracleonitæ.
17 Ophitæ.
18 Caiani, aliâs Caini.
19 Sethiani.
20 Archontici.
21 Cerdoniani.
22 Marcionitæ.
23 Apellitæ.
24 Seueriani.
25 Taciani.
26 Cataphryges.
27 Pepuziani, aliâs Quintilliani.
28 Artotyritæ.
29 Teſſareſcædecatitæ.
30 Alogiani, aliâs Alogi.
31 Aditæ, aliâs Adamiani.

G 32 Elceſeitæ,& Samſeitæ.
33 Theodotij, aliâs Theodotiani.
34 Melchiſedechitæ,aliâs Melchiſedeciani.
35 Bardeſanitæ,aliâs Bardeſaniſtæ.
36 Noëtiani.
37 Valeſij.
18 Cathari,qui & Nouatiani.
39 Angelici.
40 Apoſtolici.
41 Sabelliani.
42 Origeniaſtæ,aliâs Origeniani.
43 Alij Origeniaſtæ,vel Origeniani.
44 Paulonitæ,aliâs Pauliani.
45 Photiniaci,aliâs Photiniani.
46 Manichæi.
47 Hierachitæ vel Hieraclitæ.
48 Melitiani.
49 Arriani.
50 Vadiani ſiue Anthropomorphitæ.
51 Semiarriani.
52 Macedoniani.
53 Aëriani.
H 54 Aëtiani, qui & Eunomiani.
55 Apollinariſtæ.
56 Antidicomarianitæ vel Antidicomaritæ.
57 Pſalliani, ſiue Euchitæ.
58 Metangiſmonitæ.
59 Seleuciani vel Hermiani.
60 Proclianitæ.
61 Patriciani.
62 Aſcitæ.
63 Pattalorinchitæ.
64 Aquarij.
65 Coluthiani,aliâs Colathiani.
66 Floriniani.
67 De mundi ſtatu diſſentientes.
68 Nudis pedibus ambulantes.
69 Donatiſtæ, ſiue Donatiani.
70 Priſcilliani,aliâs Priſcillianiſtæ.
71 Cum hominibus non manducantes.
72 Rhetoriani.
73 Chriſti diuinitatem paſsibilem dicentes.
74 Triformem deum putantes.
I 75 Aquam deo coæternam dicentes.
76 Imaginem dei nõ eſſe animam dicẽtes, Melitonij.
77 Innumerabiles mundos opinantes,Ophei.
78 Animas conuerti in dæmones & in quæcunque animalia exiſtimantes, Tertullij.
79 Liberationem omniũ apud inferos factam Chriſti deſcenſione credentes.
80 Chriſti de patre natiuitati initium à tempore dantes.
81 Luciferiani.
82 Iouinianiſtæ.
83 Arabici.
84 Heluidiani.
85 Paterniani,vel Venuſtiani.
86 Tertullianitæ,vel Tertullianiſtæ.
87 Abeloitæ, vel Abeloini.
88 Pelagiani qui & Celeſtiani.
89 [Neſtoriani.
90 Euthiciani.]

FINIS.

CATALOGVS K

HAERESEON EX EPIPHANII Euſebiiq; commentariis collectus,additis aliis nõnullis. Obiter Auguſtinus diſtinguit errorem,hæreſim,& ſchiſma.

SIMONIANI à Simone mago, 1
qui baptizatus à Philippo diaco-
no, ſicut in Actibus Apoſtolorũ *Act.* 8.
legitur, pecunia voluit emere à
ſanctis Apoſtolis, vt etiam per
impoſitionem manus eius, da-
retur ſpiritus ſanctus. Hic ma-
gicis fallaciis deceperat multos.
Docebat autem deteſtandam turpitudinem, indifferen
ter vtendi fœminis. Nec deum feciſſe mundum. Nega-
bat etiam carnis reſurrectionẽ, & aſſerebat ſe eſſe Chri-
ſtum. Itemq; Iouem ſe credi volebat, Mineruã vero me-
retricem quandam Selenen, quam ſibi ſociam ſcelerum σελήνη,
fecerat: imaginesq; & ſuam & eiuſdem meretricis diſci- *Luna.*
pulis ſuis præbebat adorandas, quas & Romæ tanquam
deorum ſimulachra authoritate publica conſtituerat. In L
qua vrbe beatus Apoſtolus Petrus eum vera omnipoten
tis dei virtute extinxit. Dixerat enim ſe in mõte Sina le-
gem Moyſi in patris perſona dediſſe Iudæis. Tempore
Tyberij in filij perſona putatiuè apparuiſſe, poſtea ſe in
linguis igneis ſpiritum ſanctũ ſuper Apoſtolos veniſſe.
Chriſtum autẽ nec veniſſe, nec à Iudæis quicquã pertu-
liſſe. Menandriani à Menandro etiã ipſo mago di- 2
ſcipulo eius, qui mundũ aſſerebat non à deo, ſed ab an-
gelis factum. Saturniniani, à quodã Saturnino, qui 3
turpitudinem Simonianam in Syria confirmaſſe perhi-
betur: qui etiam mundum ſolos angelos ſeptem præter
conſcientiam dei patris feciſſe dicebat. Baſilidiani, 4
à Baſilide, qui hoc diſtabat à Simonianis, quod trecen-
tos ſexagintaquinque cœlos eſſe dicebat, quo numero
dierum annus includitur. Vnde etiam quaſi ſanctũ no-
men commendabat, quod eſt αβραξας: cuius nominis
literæ ſecundũ Græcam ſupputationẽ eundem numerũ
cõplent. Sunt enim, VII. α & β, & ρ & α, & ξ & α, & σ: id
eſt, vnum & duo, & centũ & vnum, & ſexaginta & vnũ,
& ducenta, quæ fiunt in ſumma trecẽta ſexagintaquin-
que. Mundum iſtum vel hominẽ non credunt à deo fa M
ctũ, ſed à trecenteſimo ſexageſimoquinto cœlo. Amato-
ria carmina ſtudioſe diſcunt. A Iudęis nõ credunt Chri
ſtum crucifixum, ſed Simonẽ Cyrenẽſem, qui angaria-
tus ſuſtulit crucẽ eius. Nicolaitæ, à Nicolao nomi- 5
nati ſunt, vno, vt perhibetur, ex illis ſeptẽ, quos Apoſto-
li diaconos ordinauerãt. Iſte cum de zelo pulcherrimæ
coniugis culparetur, velut purgandi ſe cauſa permiſiſſe
fertur, vt ea qui vellet vteretur. Quod eius factum in ſe-
ctam turpiſsimam verſum eſt, qua placet vſus indiffe-
rens fœminarum. Hi nec ab iis quæ idolis immolantur,
cibos ſuos ſeparant: & alios ritus gentilium ſuperſtitio-
num non auerſantur. Narrant etiã quędam fabuloſa de
mũdo, neſcio quæ Barbara principum nomina miſcen-
tes diſputationibus ſuis, quibus terreant auditores, quæ
prudentibus riſum potius faciunt quàm timorem. Intel
liguntur autem etiam iſti non deo tribuere creaturã, ſed
quibuſdam poteſtatibus, quas mirabili vel fingunt va-
nitate, vel credunt. Gnoſtici propter excellentiam 6
ſcientiæ ſic ſe appellatos eſſe, vel appellari debuiſſe glo-
riantur, cum ſint ſuperioribus omnibus vaniores atque
turpiores. Denique cum ab aliis atque aliis per diuerſas
terrarum

A terrarum partes aliter atque aliter nuncupentur, non-
βορβορί- nulli eos etiam Borboritas vocant, quaſi cœnoſos, pro-
ται. pter nimiam turpitudinem, quam in ſuis myſterus ex-
ercere dicuntur. Aliqui eos à Nicolaitis exortos putant:
alij à Carpocrate, de quo pòſt loquemur. Tradunt autẽ
dogmata fabuloſiſsimis plena figmentis: etiam ipſi prin
cipum, vel angelorum nominibus terribilibus infirmas
animas capiunt: & de deo rerúmque natura fabuloſa, &
à ſanitate veritatis aliena, multa contexunt, Animarum
ſubſtantiam, dei dicunt eſſe naturam, earúmque aduen-
tum in hæc corpora cum aliis aëris animalibus dicunt
fieri, per quas peccata in corporibus committũtur: nam
illas animas, quæ ex dei procedunt ſubſtãtia, reuerti ad
deum immaculatas, dicuntur quoque bonum deum &
7 malum deum in ſuis habere dogmatibus. Carpo-
cratiani ſunt à Carpocrate, qui docebat omnẽ turpem
operationem, omnẽmque adinuentionem peccati: nec
aliter euadi atque tranſiri principatus & poteſtates, qui-
bus hæc placent, vt poſsit ad cœlum ſuperius perueniri.
Hic etiam Ieſum hominem tantummodo, & de vtroq;
ſexu natum putaſſe perhibetur, ſed accepiſſe talem ani-
B mam quæ ſciret ea quæ ſuperna eſſent atque nunciaret.
Reſurrectionem corporis ſimul cũ lege abiiciebat. Ne-
gabat mundum à deo factum, ſed neſcio à quibus vir-
tutibus. Sectæ ipſius fuiſſe traditur ſocia quædam Mar-
cellina, quæ colebat imagines Ieſu & Pauli & Home-
ri & Pythagoræ adorando incenſúmque ponendo.
8 Cerinthiani à Cerintho idẽmque Merinthiani à
Merintho, mundum ab angelis factum eſſe dicentes, &
carne circumcidi oportere, atque alia huiuſmodi legis
præcepta ſeruari. Ieſum hominem tantummodo fuiſſe,
nec reſurrexiſſe, ſed reſurrecturum aſſeuerantes. Mille
quoque annos poſt reſurrectionem in terreno regno
Chriſti, ſecundum carnales ventris & libidinis volu-
ptates, futuros fabulantur, vnde etiam Chiliaſtæ ſunt
9 appellati. Nazarei cum dei filium confiteantur eſſe
Chriſtum, omnia tamen veteris legis obſeruant, quæ
Chriſtiani per Apoſtolicam traditionem non obſerua-
re carnaliter, ſed ſpiritaliter intelligere didicerunt.
10 Hebionei Chriſtum etiam tantummodo homi-
nem dicunt. Mandata carnalia legis obſeruant, circun-
ciſionem ſcilicet carnis, & cætera à quorum oneribus
per nouum teſtamentum liberati ſumus. Huic hæreſi
Epiphanius Sampſeos & Elceſeos ita copulat, vt ſub eo-
C dem numero tanquam vna ſit hæreſis ponat, aliquid ta-
men intereſſe ſignificans, Quanuis & in conſequenti-
bus loquatur de illis, ponens eos ſub numero ſuo. Euſe-
Lib.6.c.28. bius vero Elceſaitarum ſectam commemorans, fidem
in perſecutione dicit negandam docuiſſe, & in corde
11 ſeruandam. Valentiniani à Valentino, qui de na-
tura rerum multa fabuloſa confinxit. Triginta αἰῶνας,
id eſt, ſecula aſſerens extitiſſe, quorum principium eſſe
profundum & ſilentium, quod profundum etiam pa-
trem appellat. Ex quibus duobus velut ex coniugio pro-
ceſsiſſe perhibet intellectum & veritatem, & protuliſſe
in honorem patris æonas octo, De intellectu autem &
veritate proceſsiſſe verbum & vitam, & protuliſſe æo-
nas decem. Porrò de verbo & vita proceſsiſſe hominẽ
& Eccleſiam, & protuliſſe æonas duodecim. Itaq; octo
& decem & duodecim fieri triginta æonas, habentes,
vt diximus, primum principium de profundo & ſilen-
tio. Chriſtum autem à patre miſſum, id eſt, à profun-
do ſpiritale vel cœleſte corpus ſecum attuliſſe: nihílque
aſſumpſiſſe de virgine Maria, ſed per illam tanquam
† al. rimam. per rimam, † aut per fiſtulam ſine vlla de illa aſſumpta
carne tranſiſſe. De triceſimo ſeculo dicit diabolum ge- D
nitum, & à diabolo alios natos qui fecerint hunc mun-
dum. Et ideo maliciam non arbitrio tribuit, ſed natu-
ræ mundi, id eſt, generi diabolico: carnis reſurrectio-
nem negat, Animam tantum & ſpiritum affirmat per
Chriſtum ſaluari. Secundiani † hoc à Valentinianis 12
diſtare dicuntur, quòd addunt opera turpitudinis. † al. Seuan-
Ptolemæus quoque diſcipulus Valentini hæreſim driani.
nouam condere cupiens, quatuor æonas & alias quatu- 13
or aſſerere maluit. Marcus etiam neſcio quis hæ- 14
reſem condidit, negans reſurrectionem carnis, & Chri
ſtum non vere, ſed putatiue paſſum aſſeuerans. Duo
quoque opinatus eſt ex aduerſo ſibi eſſe principia, quid-
dam tale etiam ipſe de æonibus ſicut Valentinus affir-
mans. Colarbaſus ſecutus eſt iſtos non multum a- 15
liter ſentiens, Vitam omnium hominum & generatio-
nem in ſeptem ſyderibus conſiſtere affirmana.
Heracleonitæ ab Heraclione diſcipulo ſuperio- 10
rum, duo aſſerunt principia, vnum ex altero, & ex his
duobus alia plurima. Feruntur autem ſuos morientes
nouo modo quaſi redimere, id eſt, per oleum, balſamũ
& aquam, & inuocationes quas Hebraicis verbis dicũt E
ſuper capita eorum. Ophitæ à colubro nominati 17
ſunt, coluber enim Græce ophis dicitur. Hunc autẽ [co-
lubrũ qui decepit Adam & Euam] Chriſtum arbitran-
tur. Sed habent etiam verum colubrum quem nutriunt
& venerantur. Qui & incantante ſacerdote egreditur
de ſpelunca, & aſcendit ſuper altare innixum ſpeluncæ,
& oblationes eorum lambit, & inuoluẽs ſe circa eas, re-
greditur ad ſpeluncam: & ita confringũt oblationes in
euchariſtiam, quaſi à ſerpente Chriſto vt illi putant ſan
ctificatas. Tradunt huius ſerpentis cultum à Nicolaitis
[ſiue Gnoſticis] ad iſtos deductũ. Caiani propterea 18
ſic appellati, quoniam Cain honorãt, dicentes eum for-
tiſsimæ eſſe virtutis: ſimul & Iudam traditorem diuinũ
aliquid putant eſſe, & ſcelus eius beneficium deputant:
aſſerentes eum præſciſſe quantum eſſet generi humano
Chriſti paſsio profutura, & occidendũ Iudęis propterea
tradidiſſe: illos etiã, qui ſchiſma facientes in primo po
pulo dei, terra dehiſcente perierunt, Chore, Dathan, & Nume.16.
Abiron, & Sodomitas colere perhibentur. Blaſphemãt
legem, & deum legis authorẽ: carniſq; reſurrectionem
negant. Sethiani nomen acceperunt à filio Adæ, 19
qui vocatus eſt Seth: eum quippe honorant, ſed fabulo-
ſa & hæretica vanitate. Dicunt enim eũ de ſuperna ma- F
tre natum, quam perhibent conueniſſe cum ſuperno pa
tre: vnde diuinum ſemen aliud naſceretur, tanquam fi-
liorum dei. Hi quoque multa de principatibus & pote-
ſtatibus vaniſsima fabulantur: quidam eos dicunt Sem
filium Noë Chriſtum putare. Archontici à princi- 20
pibus appellati, vniuerſitatem, quam deus condidit, o-
pera eſſe principum dicunt: operantur etiam quandam
turpitudinem. Reſurrectionem carnis negant. Cer- 21
doniani à Cerdone nominati, qui duo principia ſibi ad-
uerſantia dogmatizant: deúmque legis ac Prophetarum
non eſſe patrem Chriſti, nec bonum deum eſſe, ſed † iu- † aliâs, nec.
ſtum, patrem vero Chriſti bonum: Chriſtúmque ipſum
neque natum ex fœmina, neque habuiſſe carnem: nec
vere mortuum, vel quicquam paſſum, ſed ſimulaſſe paſ-
ſionem. Quidam vero in duobus principiis ſuis duos
deos ita eum dixiſſe perhibent, vt vnus eorum eſſet bo-
nus, alter autem malus: reſurrectionem mortuorum
negant. Spernunt etiam teſtamentum vetus.
Marcion quoq;, à quo Marcioniſtæ ſunt, qui Cer- 22
donis ſecutus eſt dogmata de duobus principiis: quãuis

G Epiphanius cum tria dicat aſſeruiſſe principia : bonum,
iuſtum, prauum: ſed Euſebius Synerum quendam, non
Marcionem, trium principiorum atq; naturarum ſcri-
23 bit authorem. Apellitæ ſunt, quorum Apelles eſt
princeps, qui duos quidem introducit deos: vnum bo-
num, alterum malum: non tamen in duobus diuerſis at-
que inter ſe aduerſis eſſe principiis, ſed vnum eſſe prin-
cipium: deum ſcilicet bonum, & ab illo factum alterum:
qui cum malignus eſſet, inuentus eſt in ſua mundum na
†aliàs, malignitate. tiuitate † feciſſe. Hunc Apellem dicunt quidam etiam
de Chriſto tam falſa ſenſiſſe, vt dicerent eum, non qui-
dem carnem duxiſſe de cœlo, ſed ex elementis mundi
accepiſſe, quæ mundo reddidit, cum ſine carne reſur-
24 gens, in cœlum aſcendit. Seueriani à Seuero exor-
ti, vinum non bibunt, eo quòd fabuloſa vanitate de Sa-
tana & terra germinaſſe aſſerunt vitem. Etiam ipſi non
ſanam doctrinam ſuam, quibus volunt inſtant nominì-
bus principum, Carnis reſurrectionem cum veteri te-
Φιλυμένη ſtamento reſpuentes. Hic præterea Philumenem quan-
dam puellam dicebat inſpiratam diuinitus ad prænun-
cianda futura, ad quam ſomnia atque æſtus ſui animi
referens, diuinationibus ſeu præſagiis eius ſecretim erat
H ſolitus præmoneri, eodem phantaſmate eidem Philu-
menæ pueri habitu ſe demonſtrante, Qui puer appa-
rens, Chriſtum ſe aliquando, aliquando eſſe aſſereret
Paulum. A quo phantaſmate ſciſcitans, ea ſoleret re-
ſpondere quæ ſe audientibus diceret. Nonnulla quoque
illam miracula operari ſolitam, inter quæ illud præci-
puum, quod in anguſtiſsimi oris ampullam vitream, pa
nem grandem immitteret, eúmque extremis digitulis
leuare ſoleret illæſum, eóque ſolo quaſi diuinitus ſibi ci-
25 bo dato fuiſſet contenta. Taciani à Tacio quondam,
inſtituti ſunt, qui & Encratitæ appellati ſunt, nuptias
damnant, atq; omnino pares eas fornicationibus aliisq;
corruptionibus faciunt: nec recipiunt in ſuorum nume-
rum coniugio vtentem, ſiue marem, ſiue fœminam: non
veſcuntur carnibus, eàsque omnes abominantur: prola-
tiones quaſdam fabuloſas ſeculorum etiam ipſi ſapiunt:
ſaluti primi hominis contradicunt. Epiphanius Tacia-
nos & Encratitas ita diſcernit, vt Encratitas Taciani
26 ſchiſmaticos dicant. Cataphryges ſunt, quorum au
thores fuerunt, Montanus tanquam paracletus, & duæ
Prophetiſſæ ipſius, Priſca & Maximilla. His nomē pro-
κατὰ Φρύγας. uincia Phrygia dedit, quia ibi extiterunt, ibiq; vixerunt:
& etiam nunc in eiuſdem partibus populos habent. Ad-
I uentum ſpiritus ſanctià domino promiſſum, in ſe po-
tius quàm in Apoſtolis eis fuiſſe aſſerunt redditum. Se-
cundas nuptias pro fornicationibus habent: & ideo di-
1. Cor. 13. cunt eas permiſiſſe Apoſtolum Paulum, quia ex parte
ſciebat, & ex parte prophetabat: Nondum enim venerat
quod perfectum eſt. Hoc autem perfectum in Monta-
num & in eius prophetiſſas veniſſe delirant. Sacramen
ta perhibentur funeſta habere. Nam de infantis anni-
culi ſanguine, quem de toto eius corpore minutis pun-
ctionū vulneribus extorquent, quaſi euchariſtiam ſuam
conficere perhibentur, miſcentes eum farinæ, panemq;
inde facientes: qui puer ſi mortuus fuerit, habetur apud
eos pro martyre: ſi autem vixerit, pro magno ſacerdote.
27 Pepuziani à loco quodam nominati ſunt, quam ci-
uitatem deſertam dicit Epiphanius. Hanc autem iſti di-
uinum aliquid eſſe arbitrātes, Hieruſalem vocant. Tan-
tum dantes mulieribus principatum, vt ſacerdotio quo-
que apud eos honorentur. Dicunt enim Quintillæ &
Priſcillæ in eadem ciuitate Pepuza, Chriſtum ſpecie fœ
minæ reuelatum. Vnde ab hac Quintilliani etiam nun-
cupātur. Faciunt & ipſi de ſanguine infantis quod Ca- K
taphryges facere ſuprà diximus. Nam & ab eis perhi-
bentur exorti. Denique alij hanc Pepuzam non eſſe ci-
uitatem, ſed villam dicunt fuiſſe Montani & Prophe-
tiſſarum eius Priſcæ & Maximillæ: & quia ibi vixerunt,
ideo locum meruiſſe appellari Hieruſalem. Arto- 28
tyritæ ſunt, quibus oblatio eorum hoc nomen dedit: of-
ferunt enim panem & caſeum, dicentes à primis ho-
minibus oblationes de fructibus terræ & ouium fuiſ-
ſe celebratas. Hos Pepuzianis iungit Epiphanius.
Teſſareſcæ decautæ hinc appellati ſunt, quòd non 29
niſi quartadecima luna, menſe Martio, Paſcha celebrāt,
quilibet ſeptem dierum occurrat dies, & ſi dies domi-
nicus occurrerit, ipſo die ieiunant & vigilant. Alo- 30
giani propterea ſic vocantur tanquam ſine verbo: logos
enim Græce verbum dicitur, quia domini † verbum re- †al. deum.
cipere noluerunt, Ioannis Euangelium reſpuentes, cu-
ius nec Apocalypſin accipiunt, has videlicet ſcripturas
negant eſſe ipſius. Adamiani ex Adam dicti, cuius 31
imitantur in paradiſo nuditatem, quæ fuit ante pecca-
tum: vnde & nuptias auerſantur, quia nec priuſquā pec
caſſet Adam, nec priuſquam dimiſſus eſſet de paradiſo,
cognouit vxorē. Credunt ergo quòd nuptiæ futuræ nō L
fuiſſent, ſi nemo peccaſſet. Nudi itaq; mares fœminæq;
conueniunt, nudi lectiones audiunt, nudi orāt, nudi ce
lebrant ſacramēta, & ex hoc paradiſum ſuam arbitran-
tur Eccleſiam. Elceſeos & Samſeos hic tanquam 32
ordine ſuo cōmemorat Epiphanius, quos dicit à quo-
dam pſeudopropheta eſſe deceptos qui vocabatur Elci,
ex cuius genere duas mulieres tanquam deas ab eis per-
hibet adoratas. Cætera Hebioneis tenere ſimilia.
Theodotiani à Theodotione quodam inſtituti, ho 33
minem tantummodo Chriſtum aſſeuerant. Quod di-
citur quidem Theodotion propterea docuiſſe, quia in
perſecutione lapſus iſto modo ſe caſus ſui deuitare pu-
tabat opprobrium, ſi non deum negaſſe, ſed hominem
videretur. Melchiſedeciani, Melchiſedech ſacer- 34
dotem dei excelſi, nō hominem fuiſſe, ſed virtutem dei
eſſe arbitrantur. Bardeſaniſtæ, à quodam Bardeſa- 35
ne, qui in doctrina Chriſti prius extitiſſe perhibetur in-
ſignis: quamuis poſtea per omnia in Valentini hæreſim
lapſus eſt, addens de ſuo vt fato aſſcriberet conuerſa-
tiones hominum. Noëtiani, à quodam Noëto, qui 36
dicebat Chriſtum eundem ipſum eſſe patrem & ſpiri-
tum ſanctum. Valeſij & ſeipſos caſtrant, & hoſpites 37
ſuos, hoc modo exiſtimantes deo ſe debere ſeruire. Alia M
quoque hæretica docere dicuntur & turpia: ſed quæ illa
ſint, nec ipſe commemorauit Epiphanius, nec vſpiam
potui reperire Cathari, qui ſeipſos iſto nomine, 38
quaſi propter mundiciam ſuperbiſsime atque odioſiſsi-
me nominant: ſecundas nuptias non admittunt, pœni-
tentiam denegāt, Nouatum ſectantes hæreticum: vnde
etiam Nouatiani appellantur. Angelici, in angelo- 39
rum cultu inclinati, quos Epiphanius iam omnino de-
feciſſe teſtatur. Apoſtolici, qui ſe iſto nomine ar- 40
rogantiſsime vocauerūt, eo quòd in ſuam communio-
nem non reciperent vtentes coniugibus, & res proprias
poſſidētes, quales habet catholica Eccleſia & monachos
& clericos plurimos. Sed ideo iſti hæretici ſunt, quo-
niam ſe ab Eccleſia ſeparantes, nullam ſpem putant eos
habere qui vtuntur his rebus, quibus ipſi carent. Encra-
titis iſti ſimiles ſunt, nam & Apotactitæ * appellantur. * id eſt, extraordinarij.
Sed alia neſcio quę propria hęretica docere perhibētur.
Sabelliani ab illo Noëto, quem ſupra memorraui-
mus, defluxiſſe dicuntur. Nam & diſcipulū eius quidam 41
perhibent

A perhibent fuiſſe Sabellium. Sed qua cauſa duas hæreſes
Epiphanius computet, neſcio: cum fieri potuiſſe videa-
mus vt fuerit Sabellius iſte famoſior, & ideo ex illo ce-
lebrius hæc hęreſis nomẽ acceperit. Noëtiani enim dif-
ficillime ab aliquo ſciuntur, Sabelliani autem ſunt in
ore multorum. Nã & Praxeianos à Praxea quidam vo-
cant, & Hermogeoiani vocari ab Hermogene potue-
runt, qui Praxeas & Hermogenes eadem ſentientes in
Africa fuiſſe dicuntur. Nec tamẽ iſtæ plures ſectæ ſunt,
ſed vnius ſectæ plura nomina ex his hominibus qui in
ea maxime innotuerunt, ſicut Donatiſtæ, iidem Par-
menianiſtæ: ſicut Pelagiani iidem Celeſtiani. Vnde er-
go ſit factum, vt Noëtianos & Sabellianos, non vnius
hæreſis duo nomina, ſed tanquam duas hæreſes ſupra-
†*al. Epiphanius.* dictus Epiſcopus †poneret liquido inuenire non potui:
quia ſi quid inter ſe differunt, tam obſcure dixit ſtudio
forſitan breuitatis, vt non intelligam. Loco quippe iſto,
quo & nõ tam longe à Noëtianis Sabellianos comme-
morans. Sabelliani, inquit, ſimilia Noëto dogmatizan-
tes præter hoc quòd dicunt patrem nõ eſſe paſſum: quo
modo de Sabellianis intelligi poteſt, cum ſic innotue-
rint dicere patrem paſſum, vt Patripaſsiani quàm Sabel
B liani crebrius nuncupentur? Aut ſi forte in eo quod ait,
præter hoc quod dicunt patrem non eſſe paſſum, Noë-
tianos hoc dicere intelligi voluit, quis eos in hac am-
biguitate diſcernat? Vel quo modo poſſunt itelligi qui-
libet eorum patrem paſſum fuiſſe non dicere, cum di-
cant eũdem ipſum eſſe & patrem & filium & ſpiritum
ſanctum? Philaſter autẽ Brixianus Epiſcopus in proli-
xiſsimo libro quem de hæreſibus condidit, & CXXVIII.
hæreſes arbitratus eſt computandas, Sabellianos conti-
nuo poſt Noëtianos ponẽs, Sabellius, inquit, diſcipulus
eius, qui ſimilitudinẽ ſui doctoris itidẽ ſecutus eſt, vn-
de & Sabelliani poſtea ſunt appellati, qui & Patripaſsia
ni & Praxeïani à Praxea, & Hermogeniani ab Hermo-
gene, qui fuerunt in Africa, qui & iſta ſentientes abiecti
ſunt ab Eccleſia catholica. Certè iſte eoſdem poſtea Sa
bellianos dixit appellatos, qui ea quæ Noëtus ſentie-
bant. Et alia nomina eiuſdem ſectæ commemorauit, &
tamen Noëtianos & Sabellianos ſub duobus numeris
tanquam duas hæreſes poſuit, qua cauſa, ipſe viderit.
42 Origeniani à quodam Origene dicti ſunt, non ab
illo qui ferè omnibus notus eſt, ſed ab alio neſcio quo,
de quo, vel ſectatoribus eius Epiphanius loquens, Ori-
C geniani, inquit, cuiuſdam Origenis diſcipuli, turpis au-
tem ſunt operationis: iſti ſunt nefanda faciẽtes, ſua cor-
43 pora corruptioni tradentes. Alios autem Origenia-
nos continuo ſubiiciens, Origeniani, inquit, alij qui &
Adamantij tractatoris illius ſectatores qui & mortuorũ
reſurrectionem negant, Chriſtum autẽ & ſpiritum ſan
ctum creaturam dicunt: paradiſum autem & cœlos &
alia non credunt eſſe ſecundum literã: ſed in allegoria.
Hæc quidem de Origene Epiphanius refert. Sed defen-
ſores eius dicunt Origenem patrẽ & filium & ſpiritum
ſanctum vnius eiuſdemq; ſubſtantiæ docuiſſe, neq; re-
ſurrectionem repuliſſe mortuorũ: ſed qui eius plura le-
gerunt, contradicunt. Sunt & alia huius Origenis dog-
mata quę catholica Eccleſia omnino nõ recepit: in qui-
bus nec ipſum falſo arguit, nec poteſt ab eius defenſori-
bus excuſari, maxime de purgatione & liberatione: ac
rurſus poſt lõgum tempus ad eadem mala reuolutione
rationalis vniuerſæ creaturæ. Quis enĩ catholicus Chri
ſtianus vel doctus vel indoctus non vehemẽter exhor-
reat, eam quã dicit purgationem malorum, id eſt, etiam
eos qui hanc vitam in flagitiis & facinoribus & ſacrile-
giis atq; impietatibus quamlibet maximis finierunt: ip- D
ſum etiam poſtremo diabolũ atque angelos eius, quã-
uis poſt longiſsima tempora purgatos atq; liberatos re-
gno dei luciq; reſtitui, & rurſus poſt longiſsima tẽpora
omnes qui liberati ſũt, ad hæc mala denuo relabi & re-
uerti, & has vices alternantes beatitudinum & miſeria-
rum rationalis creaturæ ſemper fuiſſe, ſemper fore? De
qua vaniſsima impietate aduerſus Philoſophos, à quib⁹
iſta didicit Origenes, in libris de Ciuitate dei diligen-
tiſsime diſputaui. Dicit præterea ipſe Origenes, quòd fi-
lius dei ſanctis hominibus comparatus, veritas ſit, patri
collatus mẽdacium: & quantum diſtant Apoſtoli Chri
ſto, tantum filius patri. Vnde nec orãdus eſt filius, cum
patre, quia non eſt author indulgẽdarum petitionum,
ſed ſupplicator. Pauliani à Paulo Samoſateno, Chri 44
ſtum non ſemper fuiſſe dicunt, ſed eius initium, ex quo
de Maria natus eſt aſſeuerant: nec eum aliquid amplius
quàm hominem putant. Iſta hæreſis aliquando cuiuſ-
dam Artemonij fuit, ſed cum defeciſſet, inſtaurata eſt à
Paulo, & poſtea ſic à Photino confirmata, vt Photinia-
ni quàm Pauliani celebrius nuncupẽtur. Iſtos ſanè Pau
lianos baptizandos eſſe in Eccleſia catholica Niceno
concilio conſtitutum eſt. Vnde credendum eſt eos re- E
gulam baptiſmatis non tenere, quam ſecum multi hæ-
retici cum de catholica diſcederent abſtulerunt, eamq;
cuſtodiunt. Photinus ab Epiphanio non continuo
poſt Paulum ſiue pro † Paulo, ſed aliis interpoſitis po- 45 †*al. cum.*
nitur: non tacetur ſanè ſimilia crediſiſſe, ſecũdum ali-
quid tamen aduerſatus ei dicitur, ſed quid ſit ipſum ali-
quid, omnino non dicitur. Philaſter autem continua-
tim ponit ambos ſub ſingulis & propriis numeris, qua-
ſi hæreſes duas, cum dicat Photinum in omnibus Pau-
li ſecutum fuiſſe doctrinam. Manichæi à quodam 46
Perſa extiterunt, qui vocabatur Manin, quanuis & ip-
ſum cum eius inſana doctrina cœpiſſet nomen prædi-
cari, nam antehac Vrbicus vocabatur. Sed in Græcia
diſcipuli eius, vitantes nomen inſaniæ, quaſi doctiores
& eoipſo mẽdaciores, geminata, n, litera, Mannichęum
quaſi manna fundentem, pro Manichæo, id eſt, inſano
appellauerunt. Iſte duo principia inter ſe diuerſa atque
aduerſa, eadèmque æterna & coæterna, hoc eſt ſemper
fuiſſe compoſuit. Duáſque naturas atque ſubſtantias bo
ni ſcilicet & mali, ſequẽs alios antiquos hæreticos opi-
natus eſt: quarum inter ſe pugnam & commixtionem,
& boni à malo purgationem, & boni quod purgari nõ F
poterit, cũ malo in æternum damnationem ſecundum
ſua dogmata aſſeuerãs multa fabulatur, quæ cuncta in-
texere huic operi nimis longum eſt. Ex his autem ſuis
fabulis vanis atque impiis coguntur dicere, animas bo-
nas, quas cenſent ab animarum malarum naturæ ſcili-
cet contrariæ commixtione liberandas, eius cuius deus
eſt eſſe naturæ. Proinde mũdum à natura boni, hoc eſt,
à natura dei factum, confitentur quidem, ſed de com-
mixtione boni & mali, quæ facta eſt, quando inter ſe v-
traque natura pugnauit. Ipſam vero boni à malo purga
tionem ac liberationẽ, non ſolum per totum mundum
& de omnibus eius elementis virtutẽ dei facere dicunt,
verumetiam electos ſuos per alimenta quæ ſumunt: &
eis quippe alimentis ſicuti vniuerſo mundo dei ſubſtã-
tiam perhibent eſſe commixtam: quam purgari putant
in electis ſuis eo genere vitæ, quo viuunt electi Mani-
chæorum, velut ſanctius & excellẽtius auditoribus ſuis.
Nam his duabus profeſsionibus, hoc eſt, electorũ & au
ditorum, Eccleſiam ſuam conſtare voluerũt. In cæteris
autem hominibus, etiam in ipſis auditoribus ſuis, hanc
partem

G partẽ bonæ diuinæq; ſubſtantiæ, quæ mixta & colliga-
ta in eſcis & potibus detinetur, maximæq; in eis qui ge-
nerant filios, arctius & inquinatius colligari putant.
Quicquid vero vndique purgatur luminis, per quaſdã
naues, quas eſſe lunam & ſolem volunt, regno dei, tan-
quam propriis ſedibus reddi. Quas itidẽ naues de ſub-
ſtantia dei pura perhibent fabricatas. Lucẽmque iſtam
corpoream animantium mortalium oculis adiacẽtem,
non ſolum in his nauibus, vbi eam puriſsimam credũt,
verumetiam in aliis quibuſque lucidis rebus vbi ſecun-
dum ipſos tenetur admixta, creditúrq; purgãda, dei di-
cunt eſſe naturam. Quinq; enim elementa quæ genue-
runt principes proprios, genti tribuũt tenebrarum, eaq;
elementa his nominibus nuncupant, fumum, tenebras,
ignem, aquam, vẽtum. In fumo nata animalia bipedia,
vnde homines ducere originẽ cenſent. In tenebris ſer-
pentia, in igne quadrupedia, in aquis natatilia, in vento
volatilia. His quinque elementis malis debellandis, alia
quinque elementa de regno & ſubſtãtia dei miſſa eſſe,
& in illa pugna fuiſſe permixta, fumo aëra, tenebris lu-
cem, igni malo, ignem bonum: aquæ malæ, aquam bo-
nam: vento malo, vẽtum bonum. Naues autem illas, id
H eſt, duo cœli luminaria ita diſtinguunt, vt lunam dicãt
factam ex bona aqua, ſolem vero ex igne bono. Eſſe au
tem in eis nauibus ſanctas virtutes, quæ ſe in maſculos
transfigurãt, vt illiciant fœminas gentis aduerſæ, & per
hanc illecebram commota eorum concupiſcẽtia fugiat
de illis lumen quod membris ſuis permixtum tenebãt,
& purgandum ſuſcipiatur ab angelis lucis, purgatúmq;
illis nauibus imponatur ad regna propria reportãdum.
Qua occaſione, vel potiꝰ execrabilis ſuperſtitionis qua-
dam neceſsitate, coguntur electi eorum, velut Euchari-
ſtiam cõſperſam cum ſemine humano ſumere, vt etiam
inde, ſicut de aliis cibis quos accipiunt, ſubſtantia illa
diuina purgetur. Sed hoc ſe facere negãt, & alios neſcio
quos ſub nomine Manichęorum facere affirmant. De-
tecti ſunt tamẽ in Eccleſia, ſicuti ſcis apud Carthaginẽ,
iam te ibi diacono conſtituto, quãdo inſtante Vrſo tri
buno, qui tũc domui regiæ præfuit, aliqui adducti ſunt.
Vbi puella illa nomine Margarita, iſtam nefariam tur-
pitudinem prodidit. Quæ cum eſſet annorum nõdum
duodecim, propter hoc ſceleſtum myſteriũ ſe dicebat
eſſe violatam. Tunc Euſebiam quandam Manichæam
quaſi ſanctimonialẽ, idipſum ꝓpter hocipſum paſſam,
I vix compulit confiteri, cum primum illa ſe aſſeruiſſet
integram, atq; ab obſtetrice inſpici poſtulaſſet: quæ in-
ſpecta & quid eſſet inuenta, totũ illud turpiſsimum ſce
lus, vbi ad excipiendum & cõmiſcendum concumbẽ-
tium ſemen farina ſubſternitur, quod Margarita indi-
cante abſens non audierat, ſimiliter indicauit: & recẽti
tempore nõnulli eorum reperti, & ad Eccleſiam ducti,
ſicut geſta epiſcopalia quæ nobis miſiſti oſtendunt, hoc
non ſacramẽtum, ſed execramentum ſub diligenti in-
terrogatione cõfeſsi ſunt: quorũ vnus nomine Viator,
eos qui iſta faciunt proprie cathariſtas, id eſt, mũdato-
res vel purgatores vocari dicẽs, cum alias eiuſdem Ma
nichææ ſectæ partes in Macarios, & ſpecialiter Mani-
chæos diſtribui perhiberet, omnes tamen has tres for-
mas ab vno authore propagatas, & omnes generaliter
Manichęos eſſe negare non potuit. Certè illi libri Ma-
nichæi ſunt omnibus ſine dubitatione communes, in
quibus libris illa portenta ad illiciendos, & per concu-
piſcentiam diſſoluendos vtriuſque ſexus principes te-
nebrarum, vt liberata fugiat ab eis quæ captiuata tene-
batur in eis diuina ſubſtantia, de maſculorum in fœmi-
nas & fœminarum in maſculos transfiguratione con- K
ſcripta ſunt, vnde iſta eorũ, quãlibet negant ad ſe per-
tinere, turpitudo defluxit. Diuinas enim virtutes quan-
tum poſſunt imitari ſe putant, vt purgent dei ſui partẽ:
quam profecto ſicut in omnibus corporibꝰ cœleſtibus
& terreſtribus, atque in omnium rerum ſeminibus, ita
& in hominis ſemine teneri exiſtimãt inquinatam. Ac
per hoc ſequitur eos, vt ſic eam etiam de ſemine huma-
no, quemadmodum de aliis ſeminibus quæ in alimen-
tis ſumunt, debeant manducãdo purgare. Vnde etiam
cathariſtæ appellantur, quaſi purgatores, tanta eam pur
gantes diligentia, vt ſe nec ab hac tam horrẽda cibi tur
pitudine abſtineãt. Nec veſcuntur tamen carnibus, tã-
quam de mortuis vel occiſis fugerit diuina ſubſtantia,
tantúmque ac tale inde remanſerit, quod iam dignum
non ſit in electorum ventre purgari, Nec oua ſaltem
ſumunt, quaſi & ipſa cũ franguntur expirent, nec opor-
teat vllis mortuis corporibus† veſci, & hoc ſolum vi- †carnibus.
uat ex carne quod in farina ne moriatur, excipitur. Sed
nec alimonia lactis vtuntur, quanuis de corpore ani-
mantis viuente mulgeatur ſiue ſugatur: non quia putãt
diuinæ ſubſtãtiæ nihil ibi eſſe permixtum, ſed quia ipſe
ſibi error non conſtat. Nam & vinum non bibunt, di- L
centes fel eſſe principum tenebrarum, cum veſcantur
vuis. Nec muſti aliquid, vel recentiſsimi ſorbẽt. Animas
auditorum ſuorum in electos reuolui arbitrantur, aut
fœliciore compendio in eſcas electorum ſuorum, vt iã
inde purgatæ in nulla corpora reuertantur. Cæteras au
tem animas & in pecora redire putãt, & in omnia quæ
radicibus fixa ſunt atque aluntur in terra. Herbas enim
atque arbores ſic putant viuere, vt vitam quæ illis ineſt,
& ſentire credant, & dolere cum læduntur, nec aliquid
inde ſine cruciatu eorum quenquã poſſe vellere aut car
pere. Propter quod agrum etiã ſpinis purgare nefas ha-
bent. Vnde agriculturã, quæ omnium artium eſt inno-
centiſsima, tanquam plurium homicidiorum ream de-
mentes accuſant: ſuiſq; auditoribus ideo hęc arbitrãtur
ignoſci, quia præbẽt inde alimẽta electis ſuis, vt diuina
illa ſubſtantia in eorum ventre purgata, impetret eis ve
niam, quorum traditur oblatione purganda. Itaque ipſi
electi, nec in agris operantes, nec poma carpentes, nec
ſaltem folia vlla vellentes, expectant hæc afferri vſibus
ſuis ab auditoribus ſuis, viuentes de tot ac tantis ſecun-
dum ſuam vanitatem homicidiis alienis, monẽt etiam
eoſdẽ auditores ſuos, vt ſi veſcuntur carnibus, animalia M
non occidant, ne offendant principes tenebrarũ in cœ
leſtibus colligatos, à quibus omnem carnem dicũt ori-
ginem ducere. Et ſi vtuntur coniugibus, conceptum ta
men generationemq; deuitent, ne diuina ſubſtãtia, quę
in eos per alimenta ingreditur, vinculis carneis ligetur
in prole. Sic quippe id omnem carnem, id eſt, per eſcas
& potus venire animas credunt. Vnde nuptias ſine du-
bitatione condẽnant, & quãtum in ipſis eſt prohibent,
quãdo generare prohibent, propter quod coniugia co-
pulanda ſunt. Adam & Euam ex parẽtibus principibus
fumi aſſerunt natos, cum pater eorum nomine Saclas † †al. Sadai.
ſociorum ſuorum fœtus omniũ deuoraſſet, & quicquid
inde commixtum diuinæ ſubſtãtiæ ceperat, cum vxore
concumbens in carne prolis tãquam tenaciſsimo vin-
culo colligaſſet. Chriſtum autem fuiſſe affirmant quem
dicit noſtra ſcriptura ſerpentem, à quo illuminatos eos
aſſerunt, vt cognitionis oculos aperirent, & bonum ma
lumq; dignoſcerent. Eúmq; Chriſtum nouiſsimis tẽpo
ribus veniſſe ad animas, nõ ad corpora liberãdas. Nec
fuiſſe in carne vera, ſed ſimulatam ſpeciem carnis ludi-
ficandis

Sol & luna, naues.

A ficandis humanis ſenſibus præbuiſſe, vbi non ſolũ mor-
tem, verumetiam reſurrectionem ſimiliter mentiretur.
Deum qui legem per Moyſem dedit, & in Hebræis Pro-
phetis locutus eſt, non eſſe verum deum, ſed vnum ex
principibus tenebrarũ. Ipſiusq; noui teſtamenti ſcriptu-
ras tãquam infalſatas ita legunt, vt quod voluerint in-
de accipiant, quod nolunt reiiciant, eisq; tanquam non
totum verũ habentibus nonnullas apocryphas antepo-
Ioan. 14. nãt. Promiſſionẽ domini Ieſu Chriſti de paracleto ſpi-
† al. hæreſi- ritu ſancto in ſuo archimanichæo † dicunt eſſe comple-
archa Ma- tam. Vnde ſe in ſuis literis Ieſu Chriſti Apoſtolũ dicit,
nichæo. eo quòd Ieſus Chriſtus ſe miſſurum eſſe promiſerit, atq;
in illo miſerit ſpiritum ſanctum. Propter quod etiã ipſe
Manichæus duodecim diſcipulos habuit ad inſtar Apo-
ſtolici numeri, quẽ numerum Manichæi hodieq; cuſto-
diũt. Nam ex electis ſuis habẽt duodecim, quos appellãt
magiſtros, & tertiumdecimũ principem ipſorũ. Epiſco-
pos autem ſeptuagintaduos, qui ordinantur à magiſtris:
& presbyteros, qui ordinãtur ab Epiſcopis. Habent etiã
Epiſcopi diaconos. Iam cæteri tantummodo electi vo-
cantur. Sed mittũtur etiam ipſi qui videntur idonei, ad
hunc errorẽ vel vbi eſt ſuſtentandum & augẽdum, vel
B vbi non eſt etiam ſeminandum. Baptiſmũ in aqua nihil
cuiquam perhibẽt ſalutis afferre, nec quenquam eorum
quos decipiunt baptizandum putant. Orationes faciũt
ad ſolem per diem quaquauerſum circumit: ad lunam
per noctem ſi apparet, ſi autem non apparet, ad Aquilo-
niam partem, quà ſol cum occiderit ad Orientem re-
Liberum ar- uertitur: ſtant orantes. Peccatorum originem non libe-
bitrium. ro arbitrio voluntatis, ſed ſubſtantiæ tribuunt gẽtis ad-
uerſæ: quam dogmatizantes eſſe hominibus mixtã, om-
nem carnem nõ dei, ſed malæ mentis perhibent eſſe o-
pificium: quam à contrario principio deo coæternã eſſe
Gala. 5. aiunt. Carnalem concupiſcentiam, qua caro cõcupiſcit
aduerſus ſpiritum, non ex viciata in primo homine na-
tura nobis ineſſe infirmitatem, ſed ſubſtantiam volunt
eſſe contrariam, ſic nobis adhærentem, vt quando libe-
ramur atque purgamur, ſeparetur à nobis, & in ſua natu
Anima ra etiam ipſa immortaliter viuat. Eáſque duas animas,
duæ. vel duas mentes, vnam bonam, alteram malam in vno
homine inter ſe habere conflictum, quando caro con-
cupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem.
Nec iñ nobis ſanatum hoc vicium, ſicut nos dicimus,
nunquam futurum: ſed à nobis ſeiunctam atq; ſecluſam
C ſubſtantiam iſtam mali, & finito iſto ſeculo poſt confla
grationem mundi in globo quodam, tanquam in car-
cere ſempiterno, eſſe victuram. Cui globo affirmant ac-
ceſſurum ſemper & adhęſurum, quaſi cooperitorium at-
que tectorium ex animabus: natura quidem bonis, ſed
tamen quæ non potuerant à naturæ malæ contagione
47 purgari. Hierachitæ, quorũ author Hieracha † nun-
† al. Hierax cupatur, reſurrectionem carnis negant: monachos tan-
tum & monachas & coniugia non habẽtes in commu-
nionem recipiunt. Ad regnum cœlorum non pertine-
re paruulos dicunt, quia non ſunt eis vlla merita certa-
48 minis, quo vicia ſuperentur. Melitiani à Melitio
nuncupati, nolentes orare cum cõuerſis: id eſt, eis, qui in
perſecutione ceciderunt, vel ſchiſma fecerunt. Nunc au
49 tem dicuntur Arrianis eſſe coniuncti. Arriani ab
Arrio, in eo ſunt notiſſimi errore, quo patrem & filium
& ſpiritum ſanctum nolũt eſſe vnius eiuſdemq; naturæ
atque ſubſtantiæ, aut vt expreſſius dicatur eſſentiæ, quæ
ὀυσία Græce appellatur: ſed eſſe filium creaturam, ſpiritũ
vero ſanctum creaturam creaturæ: hoc eſt, ab ipſo filio
creatum volunt. In eo autẽ quòd Chriſtum ſine anima
ſolam carnem ſuſcepiſſe arbitrantur, minus noti ſunt. D
Nec aduerſus eos ab aliquo inueni de hac re aliquando
fuiſſe certatum. Sed hoc verum eſſe & Epiphanius non
tacuit, & ego ex eorum quibuſdã ſcriptis & collocutio-
nibus certiſſime cõperi. Rebaptizari quoq; ab his catho
licos nouimus, vtrum & nõ catholicos, neſcio. Va- 50
dianos, quos appellat & Epiphanius ſchiſmaticos, non
hæreticos vult videri. Alij vocãt Anthropomorphitas,
quoniam deum ſibi fingũt cogitatione carnali in ſimi-
litudinem imaginis corruptibilis hominis, quod ruſti-
citati eorum tribuit Epiphanius, parcens eis ne dicãtur
hæretici. Eos autem ſeparaſſe ſe dicit à cõmunione no-
ſtra culpãdo Epiſcopos diuites, & Paſcha cũ Iudæis ce-
lebrando. Quanuis ſint qui eos in Aegypto Eccleſię ca-
tholicę cõmunicare aſſeuerent. De Photinianis autem,
quos iſto loco Epiphanius cõmemorat iam ſuperius ſa-
tis locutus ſum. Semiarrianos Epiphanius dicit, qui 51
ſimilis eſſentiæ dicunt [patrem &] filium, tanquam non
plenos Arrianos, quaſi Arriani nec ſimilem velint, cum ὁμοιούσιοι.
hoc Eunomiani dicere celebrentur. Macedoniani 52
ſunt à Macedonio Conſtantinopolitanę Eccleſiæ Epi-
ſcopo, quos & πνευματομάχους Græci dicũt, eo quòd de
ſpiritu ſancto litigẽt. Nã de patre & filio rectè ſentiũt, E
quòd vnius ſint eiuſdemq; ſubſtãtiæ vel eſſentiæ, ſed de
ſpiritu ſancto hoc nolunt credere, creaturã eum eſſe di
centes. Hos potius quidã Semiarrianos vocãt, quòd in
hac quæſtione ex parte cum illis ſint, ex parte nobiſcũ.
Quanuis à nonnullis perhibeantur, non deũ, ſed deita
tem patris & filij dicere ſpiritum ſanctũ, & nullã pro-
priam habere ſubſtantiam. Aëriani ab Aërio quodã 53
ſunt nominati, qui cũ eſſet presbyter, doluiſſe fertur, ꝙ
Epiſcopus nõ potuit ordinari, & in Arrianorũ hæreſim
lapſus, ꝓpria quoq; dogmata addidiſſe nõnulla, dicẽs,
orare vel offerre pro mortuis oblationem nõ oportere,
nec ſtatuta ſolenniter celebranda eſſe ieiunia, ſed cum
quiſq; voluerit ieiunandũ, ne videatur eſſe ſub lege. Di-
cebat etiã presbyterum ab Epiſcopo nulla differẽtia de-
bere diſcerni. Quidã perhibẽt iſtos ſicut Encratitas vel
Apotactitas non admittere ad cõmunionem ſuam, niſi
cõtinentes, & eos qui ſeculo ita renunciauerint, vt pro-
pria nulla poſſideãt, ab eſca tamẽ carnium non eos ab-
ſtinere dicit Epiphanius. Philaſter vero & hanc eis tri-
buit abſtinentiã. Aëtiani ab Aëtio ſunt vocati, idẽq;
Eunomiani ab Eunomio Aëtij diſcipulo, quo nomine 54
magis innotuerũt. Eunomius quippe in Dialectica prę- F
ualens, acutius & celebrius defendit hãc hæreſim, diſſi-
milẽ per omnia patri aſſerens filiũ & filio ſpiritum ſan-
ctũ. Fertur etiã vſqueadeo fuiſſe bonis moribus inimi-
cus, vt aſſeueraret, ꝙ nihil cuiq; obeſſet quorũlibet per- Sola fides.
petratio ac perſeuerantia peccatorũ, ſi huius quæ ab illo
docebatur fidei particeps eſſet. Apollinariſtas Apol-
linaris inſtituit, qui de anima Chriſti à catholica diſ- 55
ſenſerunt, dicentes ſicut Arriani, deũ Chriſtum carnem
ſine anima ſuſcepiſſe. In quæſtione teſtimoniis Euãge-
licis victi, mentẽ, qua rationalis eſt anima hominis, nõ
fuiſſe in anima Chriſti, ſed pro hac ipſum verbum in ea
fuiſſe dixerunt. De ipſa vero eius carne ſic à recta fide
diſſenſiſſe perhibẽtur, vt dicerent carnẽ illam & verbũ
vnius eiuſdemq; ſubſtantię, cõtentioſiſſime aſſeuerãtes,
verbum carnẽ factum: hoc eſt, verbi aliquid in carnem
fuiſſe cõuerſum atque mutatum, non autem carnem de
Mariæ carne ſuſceptam. Antidicomarianitæ appel- 56
lati ſunt hæretici, qui Mariæ virginitati vſqueadeo cõ-
tradicunt, vt affirmẽt eam poſt Chriſtum natũ viro ſuo
fuiſſe commixtam. Pſallianorum poſtremam ponit 57
Epiphanius

G Epiphanius hæreſim, quod nomen ex lingua Syra eſt,
Grçce autem dicuntur εὐχῖται ab orando ſic appellati.
Tantum enim orant, vt eis qui hoc de illis audiunt in-
Lucæ 18. credibile videatur. Nam cum dominus dixerit, Opor-
1.Theſſ.5. tet ſemper orare & non deficere. Et Apoſtolus, Sine in-
termiſsione orate: quod ſaniſsime ſic accipitur, vt nul-
lo die intermittãtur certa tempora orãdi, iſti ita nimis
hoc faciunt, vt hinc iudicentur inter hæreticos nomi-
nandi. Quamuis nonnulli eos dicãt de purgatione ani-
marum neſcio quam phantaſticam & ridiculam fabu-
lam narrare, porcam ſcilicet cum porcellis ſuis videri
exire de ore hominis quando purgatur, & in eum viſi-
bili ſimiliter ſpecie ignem qui non cõburat intrare. His
adiungit Epiphanius Euphemitas Martyrianos, & Sa-
tamanos, & hos omnes cum illis tãquam vnam hære-
Monachi ſim ponit. Dicuntur Euchitç opinari, monachis non li-
ocioſi. cere ſuſtentandæ vitæ ſuæ cauſa aliquid operari, atq; ita
ſeipſos monachos profiteri, vt omnino ab operibus va
cent. Vſq; ad iſtos ergo de hæreſibus opus ſuum perdu-
xit ſupradictus Epiſcopus Cyprius, apud Græcos inter
magnos habitus, & à multis in catholicæ fidei ſanitate
laudatus. Cuius ego in commemorandis hçreticis non
H modum, ſed ordinem ſum ſecutus. Nã & aliqua ex aliis
poſui quæ ipſe non poſuit: & aliqua non poſui, quç ipſe
poſuit: itaq; alia latius quàm ipſe, alia etiam breuius ex-
plicaui, paremq; in nonnullis exhibui breuitatẽ, omnia
moderans ſicut intentionis meæ ratio poſtulabat. Pro-
inde ille de octuaginta hçreſibus, ſeparatis viginti, quas
ante domini aduẽtum extitiſſe ſicut ei viſum eſt com-
putauit, reliquas poſt domini aſcẽſum natas ſexaginta,
breuiſsimis libris quinque comprehẽdit, atq; omnes in
ſex libros totius eiuſdẽ ſui operis fecit cõcludi. Ego au-
tem qui ſecũdum petitionem tuam eas hæreſes memo-
rare inſtitui, quç poſt glorificationẽ Chriſti ſe aduerſus
doctrinam Chriſti, etiam ſub velamina Chriſtiani no-
minis extulerunt: quinquagintaſeptem ex Epiphanij ip-
ſius opere in meum trãſtuli, duas in vnam referens, vbi
nullam differentiam potui reperire: & rurſus vbi ille ex
duabus vnã facere voluit, ſub numeris ſuis ſingulas po-
ſui. Sed adhuc cõmemorare debeo, ſiue quas apud alios
repperi, ſiue quas ipſe reminiſcor. Nũc ergo addo quas
58 Philaſter poſuit, nec poſuit Epiphanius. Metangiſ-
monitæ dici poſſunt, qui metãgiſmon aſſerunt, dicẽtes
ſic eſſe in patre filium, quo modo vas in vaſe, quaſi duo
I corpora carnaliter opinãtes, ita vt filius intret in patrẽ
Transfuſatio. tanquã vas minus in vas maius. Vnde & tale nomẽ hic
error accepit, vt μεταγγισμὸς Græce diceretur: ἀγγεῖον
quippe illa lingua vas dicitur, ſed introitus vnius vaſis
in alterũ, Latine vno nomine nõ poteſt dici ſicut Græ-
59 ce potuit, μεταγγισμὸς. Seleuciani vel Hermiani ab
authoribus Seleuco & Hermia, qui elemẽtorum mate-
riam de qua factus eſt mundus, non à deo factã dicunt,
ſed deo coæternã. Nec animã deo tribuũt creatori, ſed
creatores eſſe animarum angelos volunt de igne & ſpi
ritu. Malum autẽ aſſerunt eſſe aliquando à deo, aliquã-
do à materia. Negant ſaluatorẽ in carne ſedere ad dex-
terã patris, ſed ea ſe exuiſſe perhibent, eamq; in ſole po-
ſuiſſe, accipiẽtes occaſionem de Pſalmo vbi legitur, In
Pſal. 18. ſole poſuit tabernaculum ſuum. Negãt etiam viſibilem
paradiſum. Baptiſmum in aqua non accipiũt. Reſurre-
ctionem non putãt futuram, ſed quotidie fieri in gene-
60 ratione filiorũ. Proclianitæ ſecuti ſunt iſtos, & ad-
61 diderunt Chriſtum non in carne veniſſe. Patriciani
à Patricio nuncupati, ſubſtantiam carnis humanæ non
à deo, ſed à diabolo conditam dicunt, eamq; ſic fugiẽ-
dam & deteſtandam putant, vt quidam eorum perhi- K
beantur, etiam morte ſibi illata carere carne voluiſſe.
Aſcitæ ab vtre ſic appellati ſunt, ἀσκὸς enim Græce, 62
Latine vter dicitur: quem perhibẽtur inflatum & oper-
tum circumire bachantes, tanquam ipſi ſint Euange-
lici vtres noui, vino nouo repleti. Pattalorinchitæ 63
intantum ſilentio ſtudent, vt naribus & labiis ſuis digi-
tum opponãt, ne vel ipſam taciturnitatem voce præri-
piant, quando tacendũ ſibi eſſe arbitrantur, vnde etiam
illis eſt nomẽ inditum: πάτταλος enim dicitur Græce
palus, & ῥύγχος naſus. Cur autem per palum digitum ſi-
gnificare maluerint, à quibus hoc nomen compoſitum
eſt, neſcio: cũ Græce dicatur digitus δάκτυλος, & poſ-
ſint vtiq; dactylorinchitæ multo euidentius nũcupari.
Aquarij ex hoc appellati ſunt, quòd aquam offerunt 64
in poculo ſacramenti, non illud quod omnis Eccleſia.
Coluthiani à quodã Colutho, qui dicebant deũ non 65
facere mala: cõtra illud quod ſcriptũ eſt, Ego deus cre- *Eſa. 45.*
ans mala. Floriniatũ à Florino, qui ecõtrario dicebat 66
deũ creaſſe mala: contra id quod ſcriptũ eſt, Fecit deus *Gene. 1.*
omnia, & ecce bona valde. Ac per hoc quãuis cõtraria
inter ſe dicentes, tamen ambo diuinis eloquiis reſiſte-
bant. Creat enim deus mala, pœnas iuſtiſsimas irrogã- L
do, quod Coluthus nõ videbat: non autẽ malas creãdo
naturas atque ſubſtãtias, inquantum ſunt naturæ atque
ſubſtantiæ, vbi Florinus errabat. Hæreſim quandam 67
ſine authore & ſine nomine Philaſter cõmemorat, quæ *De mundi*
dicit, hunc mũdum etiã poſt reſurrectionem mortuo- *ſtatu diſſen*
rum in eodem ſtatu, in quo nunc eſt, eſſe manſurũ: neq; *tientes.*
ita eſſe mutandũ, vt ſit cœlum nouũ & terra noua, ſicut *Apoc. 21.*
ſancta ſcriptura promittit. Eſt alia hæreſis nudis pe- 68
dibus ſemper ambulãtium, in eo q̃ dominus dixerit ad
Moyſem vel ad Ioſue, Solue calciamentum de pedibus *Exod. 3.*
tuis. Et quòd Propheta Eſaias nudis pedibus iuſſus fue- *Ioſue. 5.*
rit ambulare. [Inde ergo hæreſis eſt, quia non propter *Eſa. 20.*
corporis afflictionem ſic ambulãt, ſed quia teſtimonia
taliter intelligunt.] Donatiani vel Donatiſtæ ſunt, 69
qui primum propter Cæcilianum contra ſuam volun-
tatem ordinatum Eccleſiæ Carthaginenſis Epiſcopum,
ſchiſma fecerunt, obiicientes ei crimina non probata,
& maxime quòd à traditoribus diuinarũ ſcripturarum
fuerit ordinatus. Sed poſt cauſam cum eo dictam atq;
finitam, falſitatis rei deprehanſi, pertinaci diſſenſione
firmata, in hæreſim ſchiſma verterunt: tanquam Eccle-
ſia Chriſti ꝓpter crimina Cæciliani, ſeu vera, ſeu, quod M
magis iudicibus apparuit, falſa, de toto terrarum orbe
perierit, vbi futura promiſſa eſt, atque in Africa Donati
parte remanſerit, in aliis terrarum partibus quaſi con-
tagione communionis extincta. Audẽt etiam rebapti-
zare catholicos, vbi ſe amplius hæreticos eſſe firmarũt,
cum Eccleſiæ catholicæ vniuerſæ placuerit, nec in ipſis
hæreticis baptiſma cõmune reſcindere. † Huius hæreſis *† al. refundere.*
principem accipimus fuiſſe Donatum, qui de Numidia
veniens, & contra Cæcilianum Chriſtianam diuidens
plebem, adiunctis ſibi eiuſdẽ factionis Epiſcopis, Maio
rinũ apud Carthaginẽ ordinauit Epiſcopũ. Cui Maio-
rino Donatus [Epiſcopus] alius in eadẽ diuiſione ſucceſ
ſit, qui eloquentia ſua ſic confirmauit hanc hæreſim, vt
multi exiſtimẽt propter ipſum potius eos Donatiſtas vo
cari. Extant ſcripta eius, vbi apparet eũ etiam nõ catho-
licam de Trinitate habuiſſe ſententiã: ſed quãuis eiuſ-
dem ſubſtantiæ, minorẽ tamen patre filium, & minorẽ
filio putaſſe ſpiritum ſanctum. Verum in hũc quem de
Trinitate habuit eius errorem Donatiſtarũ multitudo
intenta non fuit, nec facile in eis quiſquã qui hoc illum
ſenſiſſe

A ſenſiſſe nouerit, inuenitur. Iſti hæretici in vrbe Roma
Montenſes vocantur, quibus hinc ex Africa ſolent E-
piſcopum mittere: aut hinc illuc Afri Epiſcopi eorum
pergere, ſi forte ibi eum ordinare placuiſſet. Ad hãc hę-
Circumcelliones. reſim in Africa & illi pertinent, qui appellantur Cir-
cumcelliones, genus hominum agreſte & famoſiſsimæ
audaciæ, non ſolũ in alios immania facinora perpetrã-
do, ſed nec ſibi eadem inſana feritate parcendo. Nã per
mortes varias, maxime præcipitiorũ & aquarũ & igniũ
ſeipſos necare conſuerunt, & in iſtum furorẽ alios quos
potuerint ſexus vtriuſq; ſeducere, aliquãdo vt occidan
tur ab aliis, mortem niſi fecerint comminantes. Verun-
tamen pleriſque Donaniſtarum diſplicent tales, nec eo-
rum cõmunione contaminari ſe putãt, qui Chriſtiano
orbi terrarum dementes obiiciunt ignotorum crimen
Afrorum. Multa & inter ipſos facta ſunt ſchiſmata, &
ab eis ſe diuerſi cœtibus alij atque alij ſepararunt, quorũ
ſeparationem cętera grandis multitudo non ſenſit. Sed
apud Carthaginem Maximianus cõtra Primianum ab
eiuſdem erroris centum fermè Epiſcopis ordinatus, &
à reliquis trecentis decem, cum eis duodecim qui ordi-
nationi eius etiam præſentia corporali interfuerunt, a-
B trociſsima criminatione damnatus, compulit eos noſſe
etiam extra Eccleſiam dari poſſe baptiſmũ Chriſti. Nã
quoſdã ex eis, cum eis quos extra eorũ Eccleſiam bapti-
zauerant, in ſuis honoribus ſine vlla in quoquam repe-
titione baptiſmatis receperunt, nec eos vt corrigerent
per publicas poteſtates agere deſtiterũt, nec eorum cri-
minibus per ſui concilij ſententiam vehementer exag-
geratis communionem ſuam contaminare timuerunt.
70 Priſcillianiſtæ quos in Hiſpania Priſcillianus inſti-
tuit, maxime Gnoſticorum & Manichęorum dogmata
permixta ſectãtur, Quanuis & ex aliis hæreſibus in eas
ſordes, tanquam in ſentinam quandam horribili con-
fuſione cõfluxerint. Propter occultandas autẽ contami
nationes & turpitudines ſuas, habent in ſuis dogmati-
" bus & hæc verba, Iura, periura, ſecretum prodere noli.
Hi animas dicunt eiuſdẽ naturæ atque ſubſtantię, cuius
eſt deus, ad agonem quẽdam ſpontaneum in terris ex-
ercendum, per ſeptem cœlos, & per quoſdam gradatim
deſcendere principatus, & in malignum principem in-
currere, à quo iſtum mundũ factum volunt, atq; ab hoc
principe per diuerſa carnis corpora ſeminari. Aſtruunt
etiam fatalibus ſtellis homines colligatos, ipſumq; cor-
C pus noſtrum ſecũdum duodecim ſigna cœli eſſe cõpo-
ſitum, ſicut hi qui Mathematici vulgo appellantur, Cõ-
ſtituẽtes in capite arietem, taurum in ceruice, geminos
in humeris, cancrum in pectore: & cætera nominatim
ſigna percurrentes, ad plãtas vſque perueniunt, quas pi-
ſcibus tribuunt, quod vltimũ ſignũ ab Aſtrologis nun-
cupatur. Hęc & alia fabuloſa, vana, ſacrilega, quæ perſe-
qui lõgum eſt, hæreſis iſta contexit. Carnes tanquã im-
mundas eſcas etiam ipſa deuitat, Coniuges quibus hoc
malũ potuerit perſuadere diſiungens, & viros à nolen-
tibus fœminis, & fœminas à nolẽtibus viris, Opificium
quippe omnis carnis nõ deo bono & vero, ſed mali-
gnis angelis tribuũt: hoc verſutiores etiã Manichæis, ꝙ
nihil ſcripturarum canonicarum repudiant, ſimul cum
apocryphis legentes omnia & in authoritate ſumentes,
ſed in ſuos ſenſus allegorizando vertentes, quicquid in
ſanctis libris eſt quod eorũ euertat errorẽ. De Chriſto
Sabellianam ſectam tenent, eundẽ ipſum eſſe dicentes,
Cũ hominibus nõ mãducãtes nõ ſolum filium, ſed etiã patrem, & ſpiritum ſanctum.
71 Dicit Philaſter, eſſe alios hæreticos qui cum homi-
nibus non ſumunt eſcas, ſed vtrum cũ aliis qui eiuſdem
ſectæ non ſunt; an etiã inter ſeipſos id faciant, non ex- D
primit. Dicit etiam eos de patre & filio rectè, de ſpiritu
autẽ ſancto non catholice ſapere, ſed ꝙ eum opinẽtur
eſſe creaturam. A Rhetorio quodam exortam hæ- 72
reſim dicit nimium mirabilis vanitatis, quæ omnes hę-
reticos rectè ambulare, & vera dicere affirmat: quod ita
eſt abſurdum, vt mihi incredibile videatur. Alia eſt 75
hæreſis, quæ dicit in Chriſto diuinitatẽm doluiſſe, cum
figeretur caro eius in cruce. Eſt alia, quæ triformem 74
ſic aſſerit deum, vt quædã pars eius ſit pater, quędam fi-
lius, quædã ſpiritus ſanctus: hoc eſt, ꝙ dei vnius partes
ſint, quæ iſtam faciunt trinitatẽ, velut ex his tribus par-
tibus cõpleatur deus, nec ſit perfectus in ſeipſo, vel pa-
ter, vel filius, vel ſpiritus ſanctus. Alia eſt quæ dicit 75
aquam non à deo creatã, ſed ei ſemper fuiſſe coæternã.
Alia dicit, corpus hominis, non animã eſſe imaginẽ 76
dei. Alia dicit, innumerabiles mundos, ſicut opinati 77
ſunt quidam Philoſophi gentium. Alia, ſceleratorũ 78
animas cõuerti in dæmones dicit, & in quæq; animalia
ſuis meritis congrua. Alia deſcendente ad inferos 79
Chriſto credidiſſe incredulos, & omnes inde exiſtimat
liberatos. Alia, ſempiterne natũ non intelligens filiũ, 80
putat illam natiuitatem ſumpſiſſe à tempore initium: & E
tamen volens coæternũ patri filiũ confiteri apud illum
fuiſſe anteq̃ de illo naſceretur exiſtimat: hoc eſt, ſemper
eum fuiſſe, veruntamen ſemper eũ filium non fuiſſe, ſed
ex quo de illo natus eſt filium eſſe cœpiſſe. Has hęreſes,
quę abſque authorũ nominibꝰ ſunt, putaui in hoc opus
meum de Philaſtri opere trãsferendas: & alias quidem
ipſe cõmemorat, ſed mihi appellandæ hæreſes non vi-
dentur. Quaſcũque autẽ ſine nominibus poſui, nec ipſe
earum nomina cõmemorauit. Luciferianos à Luci- 81
fero Caralitano Epiſcopo exortos, & celebriter nomi-
natos, nec Epiphanius, nec Philaſter inter hæreticos po
ſuit: credo tantũmodo ſchiſma, nõ hæreſim eos condi-
diſſe, credentes. Apud quẽdam tamen, cuius nomen in
eodẽ eius opuſculo nõ inueni, in hęreticis Luciferianos
poſitos legi per hęc verba: Luciferiani, inquit, cũ teneãt
in omnibus catholicam veritatẽ, in hunc errorem ſtul-
tiſsimum prolabũtur, vt animam dicant ex trãſfuſione
generari: eãdemq; dicũt & de carne, & carnis eſſe ſub-
ſtãtiam. Vtrũ ergo iſte propter hoc quod de anima iſta
ſentiunt, ſi tamen vere ita ſentiunt, eos inter hæreticos
ponẽdos eſſe crediderit, recteq; crediderit: an etiã ſi id
non ſentirent, ſiue nõ ſentiunt, ideo tamẽ ſint hæretici, F
quia diſſenſionem ſuã pertinaci animoſitate firmarũt,
alia quæſtio eſt, neq; hoc loco mihi videtur eſſe tractã-
da. Iouinianiſtas quoque apud iſtum repperi quos iã 82
noueram, A Iouiniano quodã monacho iſta hęreſis or
ta eſt ætate noſtra cũ adhuc iuuenes eſſemus. Hic om-
nia peccata, ſicut Stoici Philoſophi, paria eſſe dicebat,
nec poſſe peccare hominẽ lauacro regenerationis ac-
cepto, nec aliquid prodeſſe ieiunia vel à cibis aliquibus
abſtinentiã. Virginitatẽ Mariæ deſtruebat, dicens eam
pariendo fuiſſe corruptã. Virginitatem etiã ſanctimo-
nialiũ, & continentiã ſexus virilis in ſanctis eligentibus
cœlibem vitam, cõiugiorum caſtorũ atque fideliũ me-
ritis adæquabat: ita vt quędam virgines ſacræ prouectę
iã ætatis in vrbe Roma, vbi hęc docebat, eo audito nup *in ſcelus.*
ſiſſe dicantur. Non ſanè ipſe vel habebat vel habere vo
lebat vxorẽ, quod non propter aliquod apud deum ma
ius meritũ in regno vitæ perpetuæ profuturũ, ſed prop-
ter præſentem prodeſſe neceſsitatem, ne homo coniu-
gales patiatur moleſtias, diſputabat. Cito tamen iſta hę-
reſis oppreſſa & extincta eſt, nec vſq; ad deceptionẽ ali-
quorum

83 quorum ſacerdotum potuit peruenire. Cum Euſe-
G bij hiſtoriã perſcrutatus eſſem, cui Rufinus, à ſe in La-
tinam linguam tranſlatæ, ſubſequẽtium etiam tempo-
rum duos libros addidit, non inueni aliquam hæreſim
quam non legerim apud iſtos, niſi quam in ſexto libro
ponit Euſebius, narrans eam extitiſſe in Arabia. Itaque
hos hæreticos, quoniã nullum eorum ponit authorem,
Arabicos poſſumus nũcupare, qui dixerũt animas cum
corporibus mori atq; diſſolui, & in fine ſeculi vtrũque
reſurgere. Sed hos diſputatione Origenis præſentis, &
eos alloquẽtis, celerrime dicit fuiſſe correctos. Iam nũc
†al. à nobis illæ commemorandæ ſunt hæreſes quę apud nos, †non
apud iſtos repertæ ſunt, ſed in recordationem noſtram
84 quomodocunq; venerũt. Heluidiani exorti ab Hel-
uidio, ita virginitati Mariæ contradicunt, vt eam poſt
†al. viro. Chriſtum alios etiã filios de vtero †ſuo Ioſeph peperiſſe
contendãt: ſed mirũ ni iſtos prætermiſſo Heluidij no-
85 mine, Antidicomaritas Epiphanius appellauit. Pa-
terniani, inferiores partes humani corporis non à deo,
ſed à diabolo factas opinantur, & omniũ ex illis parti-
bus flagitiorũ licentiam tribuentes impuriſſime viuũt.
86 Hos etiam Venuſtianos quidam vocant.. Tertullia-
H niſtæ, à Tertulliano, cuius multa legũtur opuſcula elo-
quẽtiſſime ſcripta, vſque ad noſtrum tempus paulatim
deficientes, in extremis reliquiis durare potuerũt in vr-
be Carthaginenſi: me autem ibi poſito ante aliquot an-
nos, quod etiam te meminiſſe arbitror, omni ex parte
conſumpti ſunt. Pauciſſimi etiã qui remanſerant, in ca
tholicam tranſierunt, ſuamq; baſilicam quæ nũc etiam
notiſſima eſt, catholicę tradiderunt. Tertullianus ergo
ſicut ſcripta eius indicant, animam dicit immortalem
quidem, ſed eam effigiatũ corpus eſſe contendit: neq;
hanc tãtum, ſed ipſum etiam deum corporeum eſſe di-
cit, licet non effigiatum. Nec tamen hinc hæreticus cre
ditur factꝰ. Poſſet enim quoquo modo putari ipſam na
turam ſubſtantiamq; diuinam corpus vocare, non tale
corpus cuius partes aliæ maiores, aliæ minores valeant
vel debeant cogitari, qualia ſunt omnia quæ proprie di
cimus corpora: quanuis de anima tale aliquid ſentiat.
Deus quomodo corporeus dici poſſit. Sed potuit, vt dixi, propterea putari corpus deum dice-
re, quia non eſt nihil, non eſt inanitas, non eſt corporis
vel animæ qualitas, ſed vbique totus, & per locorũ ſpa-
cia nulla partitus: in ſua tamẽ natura atq; ſubſtãtia im-
mutabiliter permanet. Non ergo ideo eſt Tertullianus
I factus hęreticus, ſed quia trãſiens ad Cataphryges, quos
antè deſtruxerat, cœpit etiam ſecundas nuptias contra
1.Tim.5. Apoſtolicam doctrinam tanquam ſtupra damnare, &
poſtmodum etiã ab ipſis diuiſus, ſua conuenticula pro-
pagauit. Dicit ſanè ipſe animas hominũ peſſimas poſt
mortem in dęmones verti, ſtatum autem animę credit
87 per traducem propagari. Eſt quædam hæreſis ruſti-
cana in campo noſtro: id eſt, Hipponẽſi, vel potius fuit:
paulatim enim diminuta, in vna exigua villa remanſe-
rat, in qua quidem pauciſſimi, ſed omnes hoc fuerunt.
Qui omnes modo correcti & catholici facti ſunt, nec
aliquis illius ſuperſedit erroris. Abelonij vocabãtur, pu-
nica declinatione nominis. Hos nõnulli dicũt ex filio
Adæ nominatos, qui eſt vocatus Abel: vnde Abelianos
vel Abeloitas eos nos poſſumus dicere. Non miſcebã-
tur vxoribus, & eis tamẽ ſine vxoribus viuere ſectæ ip-
ſius dogmate nõ licebat. Mares ergo & fœminæ ſub cõ
tinentiæ profeſſione ſimul habitantes, puerum & puel-
lam ſibi adoptabant in eiuſdẽ coniunctionis pacto, ſuc
ceſſores ſuos futuros: morte præuentis quibuſq; ſingulis
alij ſurrogabatur: dum tamẽ duo duobus diſparis ſexus
in illius domus ſocietate ſuccederent. Vtrolibet quippe K
parente defuncto, qui remaneret, vſque ad eius quoque
obitum illi ſeruiebant. Poſt cuius mortem etiã ipſi pue
rum & puellã ſimiliter adoptabant: nec vnquam eis de-
fuit vnde adoptarent, generantibus circũquaq; vicinis,
& filios ſuos inopes ad ſpe hæreditatis alienę dantibus
libenter. Pelagianorum eſt hæreſis hoc tempore 88
omniũ recentiſſima à Pelagio monacho exorta. Quem
magiſtrum Cæleſtius ſic ſecutus eſt, vt ſectatores eorum
Cæleſtiani etiam nuncupentur. Hi dei gratiæ, qua præ-
deſtinati ſumus in adoptionem filiorũ per Ieſum Chri-
ſtum in ipſum, & qua eruimur de poteſtate tenebrarũ,
vt in eum credamus atq; in regnũ ipſius transferamur, Ephes.1.
propter quod ait, Nemo venit ad me, niſi fuerit ei datu Coloſſ.1.
a patre meo: & qua diffunditur charitas in cordibꝰ no- Ioan.6.
ſtris, vt fides per dilectione operetur, intantum inimici Roma.5.
ſunt, vt ſine hac poſſe hominem credant facere omnia Gala.5.
diuina mandata: cum ſi hoc verum eſſet, fruſtra domi-
nus dixiſſe videretur, Sine me nihil poteſtis facere. De- Ioan.15.
nique Pelagius à fratribꝰ increpatus, quòd nihil tribue-
ret adiutorio gratiæ dei ad eius mãdata facienda, cor-
reptioni eorum hactenus ceſsit, vt non eam libero ar-
bitrio præponeret, ſed infideli calliditate ſupponeret di L
cens, Ad hoc eam dari hominibus, vt quæ facere per li-
berum iubentur arbitrium, facilius poſsint implere per
gratiã. Dicendo vtique vt facilius poſsint, voluit credi,
etiam ſi difficilius, tamen poſſe homines ſine gratia di-
uina facere iuſſa. Illam vero gratiam dei, ſine qua nihil
boni poſſumus facere, non eſſe dicunt niſi in libero ar-
bitrio, quod nullis ſuis præcedẽtibus meritis ab illo ac-
cepit noſtra natura, ad hoc tantum ipſo adiuuante per
ſuam legem atque doctrinã, vt diſcamus quæ facere &
quæ ſperare debeamus. Nos autẽ ad hoc per donum ſpi
ritus ſui, vt quæ didicerimus eſſe facienda faciamus.
Ac per hoc diuinitus nobis dari ſcientiam confitentur,
qua ignorantia pellitur, Charitatem autem dari negãt
qua pie viuitur: vt ſcilicet cũ ſit dei donum, ſcientia quę
ſine charitate inflat, nõ ſit dei donum ipſa charitas, quæ 1.Cor.8.
vt ſcientia non inflet, ædificat. Deſtruunt etiã orationes
quas facit Eccleſia, ſiue pro infidelibus & doctrinæ dei
reſiſtẽtibus, vt conuertatur ad deũ: ſiue pro fidelibus, vt
augeatur eis fides & perſeuerent in eo. Hec quippe non
ab ipſo accipere, ſed à ſeipſis homines habere cõtendũt,
gratiã dei qua liberamur ab impietate dicẽtes ſecũdum
merita noſtra dari, Quod quidẽ Pelagius in epiſcopali M
iudicio Palæſtino damnari metuẽs, damnare compulſus
eſt, ſed in poſterioribus ſuis ſcriptis hoc inuenitur do-
cere. In id etiã progrediuntur, vt dicãt vitam iuſtorum
in hoc ſeculo nullum omnino habere peccatũ. & ex his
Eccleſiam Chriſti in hac mortalitate perfici, vt ſit om-
nino ſine macula & ruga, quaſi non ſit Chriſti Eccleſia,
quæ in toto terrarũ orbe clamat ad deum, Dimitte no- Matth.6.
bis debita noſtra. Paruulos etiã negant ſecundum Adã
carnaliter natos, contagium mortis antiquæ prima na-
tiuitate contrahere. Sic enim eos ſine vllo peccati ori-
ginalis vinculo aſſerũt naſci, vt prorſus nõ ſit, quod eis
oporteat ſecunda natiuitate dimitti: ſed eos propterea
baptizari, vt regeneratione adoptati admittãtur ad re-
gnum dei, de bono in melius tranſlati, nõ iſta renoua-
tione ab aliquo malo obligationis veteris abſoluti. Nã
etiam ſi non baptizentur, promittunt eis extra regnum
quidem dei, ſed tamen æterna & beatam quandam vi-
tam ſuam. Ipſum quoque Adam dicunt etiã ſi non pec-
caſſet, fuiſſe corpore moriturum, neque mortuum me-
rito culpæ, ſed conditione naturæ. Obiiciũtur eis & alia
nonnulla,

A nonnulla,ſed iſta ſunt maxime ex quibus intelliguntur
89 etiam illa vel cuncta,vel penè cuncta pendere. [Neſtoriani à Neſtorio Epiſcopo patriarcha Conſtantinopolitano, qui contra fidem catholicā dogmatizare auſus eſt, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum hominem tantum,nec id quod mediator dei & hominum factus eſt, in vtero virginis de ſpiritu ſancto fuiſſe cōceptum, ſed poſtea deum homini fuiſſe permixtū, nec deum hominē paſſum ſepultumq́; dicebat:euacuare contendens omne noſtrum remediū quo verbum dei ſic hominem ſuſcipere dignatum eſt in vtero virginis, vt vna perſona fieret dei & hominis,propterea ſic ſingulariter & mirabiliter natus, mortuus etiā pro peccatis noſtris, cum ea quæ non rapuerat ſolueret,deus homo à mortuis re-
90 ſurgens aſcendit in cœlum. Eutichiani ab Eutiche quodam Conſtātinopolitanæ Eccleſiæ presbytero monacho exorti ſunt, qui cū videretur refutare Neſtoriū, in Apollinarem Manichæumq́; tranſiuit, & humanitatis in Chriſto denegās veritatem, quicquid à verbo noſtrę proprietatis receptum eſt,diuinæ tantummodo aſſcribit eſſentiæ,vt ſacramentum ſalutis humanæ, quod non niſi in vtraq; ſubſtātia eſt, noſtrā in Chriſto natu-
B rā negando diſſolueret:ſtulta impietate non inſpiciens vniuerſo corpori auferri quod capiti defuiſſet.] Ecce q̃ multas commemorauimus hæreſes, nec tamē modum tuæ poſtulationis impleuimus. Ex quo enim Chriſtiana religio,vt verbis tuis vtar,hæreditatis promiſſæ nomen accepit,quæ hæreſes ortę ſint,quo modo commemorare omnes potui,qui omnes noſſe nō potui? Quod ideo exiſtimo,quia nullus eorum quorum de hæreſi† ſcripta legi,omnes poſuit: Quādoquidem inueni apud alium, quas apud alium non inueni,& rurſus apud iſtum quas ille non poſuit. Ego autem propterea plures quàm ipſi poſui, quia collegi ex omnibus quas omnes apud ſingulos non inueni, additis etiā his quas ipſe recolens apud vllū illorū inuenire non potui. Vnde merito credo nec me poſuiſſe omnes,quia nec omnes qui de hac re ſcripſerunt legere potui, neque hoc quenquam eorum video feciſſe quos legi. Poſtremo etiam ſi omnes forſitan poſui,quod non puto,vtrum omnes ſint vtique neſcio. Et ideo quod vis me loquente finiri,non ſaltem poteſt me cognoſcente comprehendi. Audiui ſcripſiſſe de hæreſibus ſanctum Hieronymum, ſed ipſum eius opuſculum nec in noſtra bibliotheca inuenire potuimus, nec
C vnde poſſit accipi ſcimus. Quod ſi tu ſcieris,perueniat illud, & forſitan habebis melius aliquid quàm hoc noſtrum,quāuis nec ipſum, licet hominem doctiſſimum, omnes hęreſes arbitrer indagare potuiſſe. Et certè Abeloitas noſtræ regionis hæreticos, quātum exiſtimo, ille neſciuit. Sic forte & alibi alios i obſcuriſſimis locis reconditos,eiuſq́; noticiam ipſa locorum obſcuritate fugientes. Iam vero illud quod habent tuæ literæ, vt omnia omnino dicamus quibus hæretici à veritate diſſentiunt,etiam ſi omnia ſcirem,facere non poſſum: quāto minus poſſim qui omnia ſcire non poſſum. Sunt enim hæretici,quod fatendum eſt, qui ſingulis vel nō multo amplius dogmatibus oppugnāt regulam veritatis, ſicut Macedoniani vel Photiniani, atque alij quicūq; ita ſeſe habent. Illi autem vt ita dixerim fabulones,id eſt,qui fabulas vanas eaſdemq́; longas perplexaſq́; contexuerūt, tam multis falſis dogmatibus pleni ſunt, vt ipſi quoque illa numerare non poſſint,aut difficillime poſſint. Nec vlli alieno vlla hæreſis facile ſic innoteſcit vt ſuis,vnde nec earū quas commemoraui omnia dogmata me dixiſſe vel didiciſſe profiteor. Quis enim nō videat quā-
tam res iſta operā, & quàm multas literas flagitet? Nec D
ideo tamē parum prodeſt errores iſtos,quos huic operi intexui,lectos cognitoſq́; vitare. Quid enim cōtra iſta ſentiat catholica Eccleſia, quod à me dicēdum putaſti, ſuperfluo quæritur, cum propter hoc ſcire ſufficiat eam cōtra iſta ſentire,nec aliquid horum in fidē quenquam debere recipere. Quo modo autem quæ contra hęc veritas habet,aſſerenda ac defendenda ſint,modulū operis huius excedit, Sed multum adiuuat cor fidele,noſſe, „ quid credendum non ſit, etiam ſi diſputandi facultate „ id refutare nō poſſit. Omnis itaque Chriſtianus catho- „ licus iſta non debet credere, ſed non omnis qui iſta nō credit,conſequenter debet ſe Chriſtianum catholicum iam putare vel dicere. Poſſunt enim & hæreſes aliæ quę in hoc opere noſtro commemoratæ non ſunt, vel eſſe vel fieri,quarum aliquam quiſquis tenuerit, Chriſtian⁹ catholicus non erit. Quid ergo faciat hæreticum deinceps requirendum eſt, vt cum hoc domino adiuuante vitamus,nō ſolum ea quæ ſcimus,verumetiam quæ neſcimus,ſiue quæ iam orta ſunt,ſiue quæ adhuc oriri poterunt hæretica venena vitemus. Huius autem ſit iam voluminis finis, quem propterea vobis antequā totum hoc opus perficerem, credidi eſſe mittendum, vt eum E
quicūque legeritis,ad id quod reſtat implendum quod tam magnum eſſe cernitis,me orationibus adiuuetis.

Finis Catalogi,quanquam quod hic pollicetur Auguſtinus non præſtat.

CENSVRA.

Concio eſt hominis eruditi,arguti & facundi, multum habens alacritatis,actus & vitæ, ex interrogatiunculis, dialogiſmis,proſopopœiis,apoſtrophis, phantaſiis poeticis, affectibus & alluſiunculis argutis,repetitionibus, conuerſionibus, traductionibus, annominationibus,comparibus, ſimiliter cadentibus ac deſinentibus,aliisq́; ſchematibus quæ viuidam & iucundā reddunt dictionem,à quibus nec Auguſtinus abhorret: ſed aliquis tātum eſt diſcrimen, vt vix illius videri poſſit,niſi forte ſcripſit iuuenis.

DE QVINQVE HAERESIBVS ORATIO.

DEBITOR ſum fateor, nō neceſſitate cogente, ſed quod eſt vehementius,charitate. Ad cōpellēdum nō poteſt eſſe moleſtus exactor, quādo ad reddēdū deuotus eſt debitor. Sed vt impleā quod promiſi, adiuuante me ſanctis orationibus veſtris,vt deus omnipotēs det gratiā ſermonibus meis, vt ſatisfaciam piis mentibus & auribus veſtris. Si meminiſſe dignamini qui in tēpore affuiſtis, quinq́; hoſtium genera eſſe diximus: contra quæ expugnanda inducias poſtulauimus, vt neceſſaria arma præparare poſſemus. Promiſſus dies illuxit, nos quoque impigre ad certamē domino adiuuante proceſſimus. Adiutorium noſtrum à domino qui fecit cœlum & terram. Donabit certanti victoriam,qui certandi dedit audaciam. Non nos hoſtium turba, non nos bellantium reuocet forma, non quaſi vitrea fulgentia terreāt arma. † Goliam magnum, robuſtum, armis terribilem, ingentiq́; turba munitum, Dauid ſolus,puer,paruus, atq́; inermis vno lapidis ictu proſtrauit,totáque Allophylorum caſtra turbauit atque fugauit. Quid autem aliud petra contra Goliam manu Dauid miſſa,niſi Chriſtum cōtra diabolum ex ſemine

Margin notes: *Peroratio.* — *† hac re.* — *Caput I.* — F — *Pſal. 123.* — *1 Reg. 17.* — *† non quaſi fulmen fulgens vitrea terreat armatura.*

G Dauid venturum ſignificauit? Aggrediamur iam, & er-
Pagani. rorum quæ diximus quinque genera proponamus. Pa-
gani dicunt, Quid eſt quod nos exhorretis atque abii-
citis tanquam multos coleotes deos? Ecce & vos deum,
quem prædicatis colendum, filium habere dicitis, & ſi-
ne alterius commixtione ſexus natum eſſe contingis.
Iudæi. Iudæi dicunt, Quo modo vnum colitis deum, quando
& hominem quem patres noſtri crucifixerunt domi-
nuoi dicentes, hominibus extorquetis, vt tanquam fi-
Manichæi. lium dei vobiſcum venerentur & colant. Manichæi di
cunt phantaſma eſſe, quòd dicitur deum [Ieſum] Chri-
ſtum fœmineo potuiſſe naſci ex vtero. Non eoim di-
gnum eſt, inquiunt, vt tãta maieſtas per ſordes & ſqua-
Sabelliani. lores fœminæ tranſiiſſe credatur. Sabelliani, iidem Pa-
tripaſsiani, dicunt, vnus eſt deus pater & filius, quoniam
qui pater, ipſe eſt filius: Nam ſi aliter dixerimus, dice-
Arriani. mur multicolæ. Arriani dicunt, Alius eſt pater, alius eſt
filius, ſed minor eſt filius: Quo modo enim fieri poteſt,
Fiducia vt genitori genitus exiſtat æqualis? Ecce ſuot erro-
aduerſus rum propoſitæ quæſtiones, quaſi hoſtium compoſitæ a-
hæreticos. cies. Contra iſtas acies peſtiferas ſanctiſsimi fratres, ſu-
Cap.II. mite arma dei, vt poſsitis reſiſtere in die malo, & in
H omnibus perfecti ſtare. Accingimini lũbos io veritate,
Ephe.6. nemo trepidet, nemo formidet: eſt lorica iuſticiæ, eſt
ſcutum fidei, in quo ſagittæ malignorum [ignitæ exci-
piantur &] extinguantur. Eſt galea ſalutis, eſt gladius
ſpiritus, quod eſt verbum dei. Quiſquis fidelium Chri-
† indutus. ſti militum his fuerit armis munitus, † noo cuiuſquam
† corporis. formidabit perſonam, non terrore temporis † à certa-
mine reuocabitur. Eia fratres certameo in promptu eſt,
feruet opus, vrget aduerſarius, ſpicula parat, iacere ten-
4.Reg.6. tat, nemo expaueſcat. Fratres, plures ſunt nobiſcũ quàm
cum illis. Nobiſcũ eſt Moyſes ille magnus amicus dei,
Exod.17. qui vt hoſtem vinceret præliantem, manus ad cœlum
extendit, iam tunc figuram crucis Chriſti oſtendens:
ipſe diuino imperio, tumentis ponti, voluentes flexuo-
Exod.14. ſis ſinibus vndas, vno ictu virgæ percuſsit, & traiicien-
do populum, aridos interim vertit in cãpos. Nobiſcum
eſt Ieſus poſt Moyſem populi dux Iſraëlitici, fortiſsim⁹
præliator, cuius etiam nomen indicat ſaluatorem: ipſe
potentia ſui & diuina fiducia, diem, ſui curſus metas ne
perageret, ſtatuit, & nocti ne accederet imperauit. Ipſe
Ioſue.10. geotium reges non ſingillatim, ſed gregatim ſuperauit,
captiuauit, humiliauit & occidit. Nobiſcum eſt Dauid
I manu fortis, Quid dicam? Seruus dei, electus dei, ami-
cus dei, parens dei: nouerat & bene nouerat, nõ ſolum
Aeneid. 6. parcere ſubiectis & debellare ſuperbos, verumetiam vir-
tutes oſtendere & patientiam cuſtodire. Ipſe inimicos
ſuos cum perſequeretur nõ pernicioſus, & cum vince-
ret non extitit impius. Nobiſcum ſunt alij atque alij ſan
cti viri, qui omnia futura præuiderunt & prædixeruot.
Non eſt ergo quod nos terreat. Tantum expectate, au-
dite & orate, intentior & auctior circa me veſtra ſit o-
ratio. Non diutius immoremur, iam quæ propoſuimus
Ex Herme- proſequamur. Quid dicis Pagane? Deus, inquis, ſi
te & Sibyl delectatus eſt filio, indiguit coniugio: ſi horruit coniu-
la.Ca.III. gium, ſolus eſt ſine filio. Quid enim poterat inueniri ſi-
mile deo, quod coniungeretur deo, & pareret filiũ deo?
Deinde ſi vt dicitis, habet deus filium, iã non vnum co
litis deum. Quid agimus? Ab Allophylo telum miſſum
excepimus, quid remittimus? Quodlibet miſerimus te-
lum, licet perueniat ad illũ, nihil prodeſt. Quare? Quia
durus eſt, quia lapideus eſt, idola colit: Et ſcriptum eſt,
Pſal.113. Similes illis fiant omnes qui faciunt ea, & omnes qui
confidunt in eis. Sanctas ſcripturas non accipit. Quæ-

ramus ergo lapidẽ quo percutiatur, vt percuſſus quaſ- K
ſetur, quaſſatus comminuatur, comminutus in pulue-
rem conuertatur, conuerſus in puluerem compluatur,
cõplutus ſeratur, ſatus faciat fructum, non qui igne cõ-
ſumatur, ſed qui in horreo recõdatur. Hermes, qui Lati-
ne Mercurius dicitur, ſcripſit librum qui λόγος τέλειος
appellatur, id eſt, verbũ perfectum: magnum nomen li-
bri huius, quia magnus eſt de quo ſcript⁹ eſt liber. Quid
enim perfecti⁹ verbo, qui ſolus eſt inter mortuos liber? *Pſal.87.*
Audiamus quid loquatur Mercuri⁹ de verbo perfecto,
Dominus, inquit, & omnium factor deorum, ſecũdum
fecit dominũ. Et poſt pauca vt oſtenderet quid dixerit,
repetiuit & dixit, Quooiam ergo hũc fecit primum &
ſolum & vnum. † Bonus autẽ ei viſus eſt & pleniſsimus *† verum.*
omnium bonorũ. Quantũ pleniſsimus, Ioannes Euan-
geliſta dicat, De plenitudine eius nos omnes accepim⁹, *Ioan.1.*
gratiam pro gratia. Bonus autem ei viſus eſt, & pleniſsi-
mus omnium booorũ. Et ſequitur, Lætatus eſt. Cui, vel
cum quo lætatus eſt? [Dicat ipſa ſapientia dei, filius dei,
Ego eram cui aggaudebat. Ergo lætatus eſt &] valde di-
lexit tanquam vnigenitum ſuum. Quem primo factum
dixit, poſtea vnigenitum appellauit. Item alio loco ſic L
dixit, Filius beoedicti dei atq; bonæ volũtatis, cuius no-
men nõ poteſt humano ore narrari. Quærebas Pagane
coniugem dei? Audi Mercurium, para frõtem, & excipe
lapis lapidem, cade vt erigaris, frãgere vt confirmeris,
deſtruere vt ædificeris, Ictus lapidis non cutem diuidat
frootis, non venã rumpat ſanguinis, nõ aperiat foueam
vulneris, ſed ſignum faciat crucis. Cõiugem dei quęris?
abiiciatur ex corde tuo rogo improba † prauitas. Con- *† impura.*
iunx dei bona voluntas eſt. Quo modo autem pater ſit
deus, & filius deus, nec tamen duo dij, ſed vnus ſit deus, *Eſa.7.*
tecũ diſputare nõ debeo, quia niſi credideris intelligere
nullatenus poteris. Et tamẽ filium dei deũ fatetur Mer-
curius. Hoc lapide percuſſus, lapideus deſinat eſſe ſacri-
legus. Audiamus quid etiã Sibylla vates eorũ de eodẽ
dicat, Alium, inquit, dedit deus filiis hominum colen-
dum. Quantũ apparet, in his ſenteotiis Mercurij & Si-
byllę, Sabellius etiã iudicatur. Mercurius & patrẽ deum
dicit & filiũ, & Sibylla dicit deum alium. Sabelli⁹ dicit
non alium, quia eundẽ patrem aſſerit eſſe quem filium.
Optimum valde eſt, ſi modo non ad vnum tãtum, ſed
etiã ad quantoſcunq; miſſus peruenire potuerit, aduer-
ſarios hoc ictu percutiamus. Item Sibylla dicit, Ipſum
tuum cognoſce deum dei filiũ eſſe. Verſus iſte & paga- M
num increpat & Iudæum. Alio loco filiũ dei σύμβουλον
appellat, id eſt, conſilium vel conſiliarium. Et Propheta
dicit, Vocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius, *Eſa.9.*
deus fortis, pater futuri ſeculi. Hinc Arrianus arguitur,
qui cum dicit, minorẽ dei filium, dicit aliquãdo deum
non habuiſſe [filiũ.] Et ſi fuit ſine filio, fuit ſine conſilio.
Ecce ad quæ & ad quãta [pericula] prouocamur. Sed quia
deus nunquam fuit ſine conſilio, etiam contradicente
Arriano, nũquam pater potuit eſſe ſine filio. Quid agis
Pagane? Aperi aures, noli eſſe ſicut aſpis ſurda, quæ ob- *Pſal.57.*
turat aurem ne audiat vocẽ incantantis. Non tibi meos
authores profero, tuus eſt Mercurius, cui inter deos tã-
tus honor cultúſque à vobis allatus eſt, vt eius nomine
diem domini vocaretis. Ipſum audi, ipſe te conuincat,
ipſe expugnet, vt cũ te vicerit, illi cedas, & mihi credas.
Mercurius dixit, Dilexit deus vnigenitum ſuum. Ipſe di
xit, Filius benedicti dei atque bonę voluntatis. Et ne de
eius nomine tędium interrogationis ſuſtineret, ſecutus
adiunxit, Cuius nomẽ non poteſt humano ore narra-
ri. Quid tu Mercuri, ab hominibus dicis nomẽ dei filij

narrari

A narrari non poſſet? A te narretur qui nō homo,ſed deus ab hominibus æſtimaris. Loquitur autē ad filium ſuū dicens, Eſt enim quis filij inenarrabilis ſermo ſapiētię ſpiritus ſanctus, *Ioan.1.* Nónne hoc eſt, In principio erat verbū? Dic Hermes,ſermo iſte ſapiētiæ habet matrē? Sequitur de ſolo deo, Dominus eſt omniū dominante deo mortalibus. Et quia ab hominibus indagari nō poteſt,addit & dicit, Super homines eſt. Nomen filij dei narrare nō poſſum,quia deus nō ſum:dicant homines quaſi homines quod non ſum,ego agnoſco quod ſum. Sermo Sapientiæ de ſolo deo eſt. Non ergo ibi Pagane humanū ſuſpiceris aut fingas fuiſſe coniugiū,de ſolo deo eſt dominus deus,& ſuper homines eſt. Increpat te Sibylla dicēs, Ipſum tuū cognoſce dominū dei filium eſſe, Ipſum tuum cognoſce deū: Ipſum,nō alium, non Martē,non Iouem,non Mercurium,ſed quē confitetur Mercurius. *Iaco.2.* Quid miraris Chriſtiane,quòd talia iſti de patre & filio dicant? Et dæmones credunt & cōtremiſcunt. Nempe *Marci.1.* in Euangelio tranſeunte domino dicunt, Nouimus ꝙ B ſis filius dei, veniſti ante tēpus perdere nos. Vtinā quo modo dęmones iudicē,ſic homines agnoſcerēt Saluatorem. *Ex vetere teſtamento. Caput IIII.* Quid dicit Iudæus? Vnus eſt nobis deus pater, ipſum,nō alium nouimus. Illū vero quē dicitis Chriſtū, patres noſtri non deū,ſed hominē occiderunt. Nempe hoc eſt quod dixi, Vtinā quo modo dæmones iudicē, ſic homines agnoſcerent Saluatorē. Ecce dęmones viderunt & tremuerunt:homines viderunt & occiderūt, Dæmones cōfeſſi ſunt,homines perſecuti ſunt. Quę infœlicitas & quāta miſeria,imparē etiā dæmonibus inueniri? Item homines credunt,dæmones pereūt:homines ſaluantur,dæmones puniuntur. *Pſal.76.* Sed hæc immutatio eſt dexteræ excelſi,nō pręſumptio hominis de ſuis viribus cōfidentis. Contra iſtū Iudæum nō laboro,pugnēt contra illum codices ſui,pugnēt lex & Prophetæ:& aut victus & humiliatus ſaluabitur, aut ſuperbus & pertinax† *†contumax* punietur. *Exod.23.* Dixit dominus ad Moyſem, Ecce ego mitto angelum meū qui præcedat te,& cuſtodiat in via,& introducat in locū quem paraui. Obſerua eum,& audi vocē eius,nec cōtemnendū putes. Audiſti angelū,agnoſce dominū,nec cōtemnendū eſſe putes. Quare? Quia nō remittet cū peccaueris,& eſt nomen meū in illo. Quis eſt ille tā magnus,cui deus & poteſtatē ſuā dedit & nomē? *Pſal.23.* Dominus virtutum,ipſe eſt rex gloriæ. Et vnde proba- C mus,ꝙ cum dicitur angelus,debeat intelligi deus? In libro qui appellatur Geneſis, *Gene.19.* Venerūt,inquit,duo angeli Sodomam veſpere,ſedente Loth pro foribus ciuitatis: quos cum vidiſſet,ſurrexit,& iuit obuiā eis. Quid plura? Suſcepit,& obſecutus eſt eis tanquā peregrinis. Conſuetudine hoſpitalitatis liberatus eſt à periculo ciuitatis & tēporale euaſit incendiū,& æternū conſecutus eſt præmiū. Diſcite Chriſtiani,ſine diſcretione hoſpites ſuſcipere, ne forte cui domū clauſeritis, cui humanitatē negaueritis,ipſe ſit Chriſtus. Nō amplius euagemur à propoſita actione. Angeli venerūt ad Loth & dixerunt. Videte & aduertite,quia angeli loqui dicūtur. Quid dixerunt angeli? Salua animā tuam, noli reſpicere poſt tergum. *Luca.9.* Hoc ſcriptū eſt in Euangelio, Quia nemo ponens manum ſuper aratrū, & tergo reſpiciens,† aptus eſt regno dei. *† reſpiciens retro.* Neq; ſtes in omni circà regione:terrenis nō inhæreas voluptatibus,ſed in monte ſaluū te fac. Spes tua deus ſit,ne & tu ſimul pereas cum Sodomitis. Dixitque Loth ad eos: Videte hominē videntem,non cæcū,ſicut Iudæum & Sabellianū:non lippientē,ſicut Arriani: ſed oculos ſanos habentē,ſicut catholici Chriſtiani. Et angelos vidit,& dominum intellexit. Quid dixit angelis?

Dixitque Loth ad eos, Domine mi quia inuenit ſeruus D tuus gratiā ante te,& magnificaſti miſericordiā tuā,quā *Gene.19.* feciſti mecum, vt ſaluares animā meam. Magna res,cū volo Iudæum ferire, Moyſes fortiſſimus vir haſtā verbi ſui vibrauit, & miſit, factū eſt vt per Iudæum ad Sabellianū tranſiret, Arrianumq; percuteret. Quid agis Loth ſancte? Angelos vides,non vnū,ſed duos,& dicis, Domine mi. Ad vnum verbū facis, vnum precaris,& non metuis ne alteri iniuriā facere videaris? Abſit. Recedite [Iudęi,recedite Sabelliani quia nō videtis:recedite] Arriani quia parū videtis. Ego video,quod video:[& quia video] nec cōtemno,nec erro. Duos video,æquales video. Vnum rogo,nulli iniuriā facio:quia patrē & filium nō diuido. Nam vt intelligatis me non falli,cum duos tanquā vnum deprecor,videte vtrum duo,an vnus reſpondeat. Precibus petit,vt in modica ciuitate & proxima refugiū haberet & viueret. Reſpondetur ei. Videamus quot ſunt qui reſpondent. Verba libri ſubſequuntur, Dixitq; ad eū, Quaſi reſpōſio ſingularis eſt. Adhuc ſequere,videamus. Ecce etiā in hoc ſuſcepi preces tuas vt non ſubuertā vrbem ,pro qua locutus es. Feſtina ergo,& ſaluare ibi:quia nō potero facere quicquā,donec ingrediaris illuc. Vides Iudæe,& dici Angelum,& eſſe E deū. Audis Arriane duos patrē & filium [dicentē,nec tamen eundem patrē quem filium] propter Sabellianos: ſed patrē & filium. Audis quod dictū eſt? Suſcepi preces tuas. Audis quid dicit? Non ſubuertā vrbem. Audis, Nō potero facere quicquā? Ergo Iudæus [legat] angelū, intelligat deū: Sabellianus legat duos veniſſe, Arrianus legat vnū reſpondiſſe:& nō contemnant,ſed errorem fugiāt,ne ad ignem æternū perueniant. Sed vt plenius oſtendamus dictū angelum debere intelligi deum,huius lectionis ſequentia recitemus. Igitur, inquit, dominus pluit ſuper Sodomā & Gomorrā ſulphur & ignē à do *Ibidem.* mino de cœlo. Quid eſt dominus à domino,niſi filius à patre? Sicut & alio loco, Dixit domin⁹ domino meo: *Pſal.109.* id eſt,pater filio ſuo,ſede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorū. Item in Exodo, Apparuit,inquit,Moyſi angelus domini in flāma ignis *Exod.3.* de rubo,& vidit quoniā rubus ardebat igni,rubus autē nō cremabatur, Et dixit Moyſes, Vadā & videbo hoc grande viſum, quare nō crematur rubus. Cum vidiſſet autem dominus,quia accedit videre,vocauit eū dominus de rubo. F Ecce angelus ipſe dominus. Et ſequitur dicens, Moyſes, Moyſes. Et ille dixit, Quid eſt domine? Ait illi dominus: Ne acceſſeris huc,niſi ſolueris calciamenta de pedibus tuis,locus enim in quo ſtas,terra ſancta eſt. Adhuc audi quid dixerit ei: Ego ſum deus patrū tuorum:deus Abrahā,deus Iſaac,deus Iacob. Et ideo Iudęus ſic legat† angelum,vt intelligat dominū,& timeat *†al. audiat* deum. Sabellianus ſic cōfiteatur patrem, vt nō neget filium,[Arrianus ſic confiteatur patrem,vt nō minuat filium.] Ieſus etiā Naue,ſicut liber dicit, qui eius nomine conſcriptus eſt,cum cōtra hoſtes dimicaret,in ipſo cōſtitutus procinctu,vidit virū ſtantem cōtra ſe,& euaginatum tenentem gladium,perrexitq; ad eum,& ait, Noſter es,an aduerſariorū? Qui reſpondit, Nequaquā,ſed ſum princeps exercitus domini,& nunc adueni. Cecidit *Ioſue.5.* autem Ieſus pronus in terrā,& adorauit. Et nunc ſequere Iudæe documentum. Videt,interrogat,& adorat. Viſio cōmunionem habet:videtur enim & quod agnoſcitur,& quod nō cognoſcitur. Ergo viſio communionem habet, interrogatio ignorationē, adoratio fidem: quem vidit? hominem. Quis eſt homo iſte? Ipſe eſt cuius cōtra inimicas gentes prænunciabatur, deſiderabatur,

G expectabatur aduentus.[Et homo eſt,inquit,& quis co-
gnoſcet eum?] Quis eſt iſte princeps exercitus domini?
Nónne ipſe eſt, qui in Euãgelio interrogatus quis eſſet,
reſpondit,Principiũ,qui & loquor vobis?Quid turbaris
Ioan.8. Ieſu Naue?Quare fremuerũt gentes,& populi meditati
Pſal.2. ſunt inania,aduerſus dominũ,& aduerſus Chriſtũ eius?
Vides armatũ,noli metuere:non cõtra te venio,ſed pro
te:quia non ſum miſſus niſi ad oues perditas domus Iſ-
raël.Quid eſt Ieſu quod vides,interrogas & adoras?Au-
di,Hominem video, interrogo quem video, audio nõ
quem video: adoro non quod video,ſed quod credo,
Roma.10. Quia fides ex auditu, auditus autẽ per verbũ Chriſti.†
†dei. Quid ergo quæris? Aduerte & ſequere,Hominẽ video,
ſed prę filiis hominũ eſt quod intelligo. Neſcio quid mi
hi coruſcat,&[tãquã]de latebris fulgidũ[aliquid]ſplen
det.Vado ad eum quia venit ad me,ſcrutabor quod vi-
†aliàs,per- deo†:hoc grande viſum quod video,[& homo eſt,] &
ſcrutabor non eſt homo,imò & homo eſt,propter Manichæũ,&
quẽ video. pluſquã homo eſt,propter Iudęũ. Perge Ieſus meus,dux
H meus perge. Quare, niſi quia cũ tu me inquiris, me ac-
quiris? Ecce venio, hominẽ inuenio: intus neſcio quid
intelligo, obſcurum eſt,nondum video, tecta eſt facies
Exod.34. Moyſi velamine,impedit aciem†,latet veritas. Non co
† al. vela- gnoſco quid ſit,opus eſt interrogatione.Dic tu homo,
mẽ impedit Noſter es,an aduerſariorũ?Si aduerſariorũ es,& homo
faciem. es,& inimicus es: ſi noſter es,& homo es,& Saluator es.
Ioan.1. Poſt me venit, ſed ante me factus eſt. Si Ieſus es,& Sal-
uator es,[Interroget Ieſus Ieſum,]Interroget priorẽ po
ſterior, ſed tamen minor maiorẽ : interroget deficiens
creſcentẽ:figura interroget veritatẽ,[imò figura intelli-
gat veritatem,]vt luceſcat dies, & remoueãtur tenebræ
Luca.24. tẽporales.Ecce venio,ſcio†ſpiritus carnem & oſſa non
† ſed quia. habet,[inquiro,palpo carnem:quæro,intueor armatũ.]
Adhuc latet myſteriũ.Interrogo virum,audio verbum,
[credo verbum,] remoueo velum, adoro deum, In eo
quod Ieſus vidit,nec cognoſcit, furioſam gentẽ Iudęo-
rum ſignificabat:quæ ſi vidẽs cognouiſſet,nunquã do-
1.Cor.2. minũ gloriæ crucifixiſſet.In eo autẽ quod audiẽdo cre-
didit & adorauit iſtũ, ſignificabat populũ, de quo ſcri-
Pſal.17. ptũ eſt,Populus quẽ non cognoui, ſeruiuit mihi,in au-
†Quinegas ditu auris obediuit mihi.Audi adhuc,Quærebas†deum
Eſaiæ.66. genuiſſe filiũ, audi quid dicit pater per Eſaiam Prophe
I tam,Nũquid ego,qui alios parere facio,ipſe nõ pariã di
cit dominus?Ergo ego,qui generationes cęteris tribuo,
nũquid ſterilis remanebo,dicit dominus deus tuus?Cui
Pſal.2. dictũ eſt,Filius meus es tu,ego hodie genui te.Quid me
ſtimulas Arriane,& rides,cum audis,hodie? Apud deũ
nunquã craſtinus,nunquã heſternus dies eſt, [ſed ſem-
per hodie:non menſiũ circulis ſoluitur annus,]nõ ſuc-
cedentibus ac decedentibus tranſigitur menſis diebus,
nõ horæ mutantur,non variãtur tẽpora vel momenta,
†al.momen vbi deus eſt:nec†termino includitur,nec initio inchoa-
ta,vbi dies tur.Audiat adhuc Iudæus quid per Prophetã dicat do-
nec,&c. minus, audiat Arrianus: audiant & omnes qui filiũ dei
Eſaiæ.45. aut nõ eſſe, aut eſſe minorẽ dicunt, Ego,inquit,deus,&
nõ eſt alius. Et quid de filio domine,ſi tu ſolus es deus?
Audi adhuc,quid feſtinas?In memetipſo iuraui.Vbi eſt
iuratio, nulla eſt dubitatio. In memetipſo iuraui. Egre-
dietur de ore meo iuſticię verbũ,Ecce habes filiũ,Egre-
dietur de ore meo iuſticiæ verbum, & non reuertetur.
Quid eſt nõ reuertetur?Ne Sabellianus dicat,Ipſe eſt pa
ter qui filius, Egreſſum verbũ nõ reuertetur: quia pater,
pater eſt:filius,filius eſt. Sileat aliquantulum hæreticorũ
loquacitas,nullã habentes verecundiã,impleant domi-
ni ſententiã,& filio dei aut nullus aduerſabitur: aut qui
aduerſus extiterit, confundetur, Egredietur, inquit,de K
ore meo iuſticiæ verbũ,& nõ reuertetur:quia mihi cur-
uabitur omne genu , & per me iurabit † omnis lingua *†genu, &*
deo.Et filius quid?Audi ergo in domino dici,Meæ ſunt *cõfitebitur.*
ſummæ iuſticiæ & imperiũ. Age ergo. Et quid poſtea? *Eſaiæ.45.*
Ad eum venient , & cõfundentur omnes qui repugnãt
ei.Ite nũc omnes Pagani, hæretici,Iudæi, aduerſamini,
& repugnate filio dei. Ad eũ venietis, & cõfundemini
omnes qui repugnatis ei.Nõ parua de filio dei ſecundũ
diuinitatẽ locuti ſumus,& reſiſtẽtibus inquantũ potui-
mus aduerſariis nõ pepercimus. Nunc volo ad eius in-
carnationẽ accedere,& Manichæus inſiſtit improbus.† *†obſiſtit im*
Quare?Quia dei filiũ non vult dici etiã hominis filiũ.Et *probus.*
vbi eſt quod ſcriptũ eſt, Rorate cœli deſuper, & nubes *Eſaiæ.45.*
pluant iuſtũ:aperiatur terra,& germinet Saluatorẽ,& iu
ſticia oriatur ſimul,ego dominus creaui eũ? Item, Ecce *Eſaiæ.9.*
paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: & fa-
ctus eſt principatus eius ſuper humerũ eius:& vocabitur
nomẽ eius admirabilis, cõſiliarius,deus fortis,pater fu- L
turi ſeculi, princeps pacis.Item, Ecce virgo cõcipiet in *Eſaiæ.7.*
vtero,& pariet filiũ,& vocabitur nomen eius Emanuel. *Matth.1.*
Dicit aliquis,Cum Manichęo certare diſpoſueras,non
cum Iudæo.Contra Manichæum noua tela ſunt neceſ-
ſaria,nõ antiqua: quia nouũ,nõ vetus accepit teſtamen-
tum. Sed mihi,qui contra vtroſq; ſuſcepit certamẽ,vn-
diq; arma ſunt neceſſaria:maxime,quia iſta noua ex ve-
teribus fabricata ſunt: ergo nec illa abiiciẽda,& iſta por
tanda ſunt.Diuerſis enim telis diuerſi cõciduntur† ad- *†concidunt*
uerſarij.Ordo itaq; iſte ſeruãdus eſt,vt loquens de Euan
gelio,non ſileã de Prophetis. Sed ego,inquit Mani- *Contra Ma*
chæus,nec Moyſem accipio,nec Prophetas.Quid agis *nichæos.*
de Paulo Apoſtolo,qui in exordio Epiſtolæ ſuæ ad Ro *Caput.V.*
manos ſcribens,ait, Paulus ſeruus Ieſu Chriſti vocatus *Roma.1.*
Apoſtolus, ſegregatus in Euangeliũ dei,quod ante pro-
miſerat per Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio
ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnẽ?
Audis,quia Euangelium[per Apoſtolos] non exhibere-
tur,niſi per Prophetas antea promitteretur?Audis,quia
dei filius ſecundum diuinitatem factus eſt filius homi-
nis ſecundum carnem? Quid eſt enim,in quo Prophe-
tæ contrarij ſunt Euangelio?Dixit enim Propheta:Ro- *Eſaiæ.45.*
rate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum. Veniat an-
gelus,& prædicet verbũ, aperiatur terra, audiat Maria, M
germinet Saluatorem,pariat Ieſum.Propheta dixit,Ec- *Eſaiæ.7.*
ce virgo in vtero concipiet,& pariet filium: & vocabi- *Matth.1.*
tur nomen eius Emanuel. Hoc etiam Euangeliſta cum
diceret,ſecutus eſt,& expoſuit dicens, Nobiſcum deus. *Ibidem.*
Fruſtra Manichæe conaris aduerſari Prophetis. Ecce
Apoſtolus dicit,De filio ſuo qui factus eſt ei de ſemine *Roma.1.*
Dauid ſecundum carnem. Quod Prophetæ præuide-
runt & prædixerunt , hoc Apoſtoli viderunt & prædi-
cauerunt: qui erat, factus eſt. Quid erat?quid factus eſt?
Deus erat,homo factus eſt:†ſuſcepit humanitatem,non *†Verbũ e-*
amiſit diuinitatẽ:factus humilis,manſit ſublimis: natus *rat,caro fa-*
eſt homo,non deſtitit eſſe deus:natus eſt paruulus,latẽs *ctus eſt.*
magnus:qui libenter amplectitur deum natum,nõ hor-
reat virginis partum.Dicit tibi deus creator hominis,fi
lius hominis, Quid eſt quod te permouet in mea nati-
uitate? Non ſum libidinis cõceptus cupiditate.Ego ma
trem, de qua naſcerer, feci: ego viam meo itineri præ-
paraui atque mũdaui. Hanc quam deſpicis Manichæe,
mater eſt mea, ſed manu fabricata eſt mea. Si potui in-
quinari cum ea facerem,potui[in illa]inquinari cum ex
ea naſcerer . Sicut tranſitu meo illius non eſt corrupta
virginitas, ſic & mea non eſt ibi maculata maieſtas. Si
Solis

A Solis radius cloacarum ſordiciem deſiccare nouit, eis inquinari nó nouit: quanto magis ſplendor lucis æternæ, in quo nihil inquinamenti incurris, quocunque radiauerit, mundare poteſt, [ipſe pollui non poteſt?] Stulte, vnde ſordes in virgine matre, vbi nó eſt concubitus cum homine patre? Vnde ſordes in ea, quæ nec concipiendo libidinẽ, nec pariendo eſt perpeſſa dolorẽ? Vnde ſordes in domo, ad quam nullus hoſpes† acceſſerit? *† habitator.* Solus ad eam dominus & fabricator eius venit, veſtem quam non habebat, induit: eamq; ſicut inuenit, clauſam reliquit, Sicut ille natus eſt ſolus inter mortuos liber: ſic *Pſal. 87.* iſtius, ex qua natus eſt matris pudor, ſolus eſt integer. Eua inobediens meruit pœnam, Maria obediendo con ſecuta eſt gratiam. *Gene. 3.* Illa guſtando prohibitũ, maledicta: hæc credens angelo, eſt benedicta. *Luca. 1.* Illa nobis mortem contulit, hęc virgo vitã nobis peperit. Quid agis Manichæe? Chriſtianum premis, non Chriſtum defendis. Taceat immunda vanitas, quia munda nata eſt diuinitas.† *† al. munda nata eſt veritas.*

Vellem adhuc Manichæum perſequi, ſed infeſtum patior Arrianum, qui confidit in virtute ſua, & in abundantia diuitiarum ſuarum gloriatur. *Contra Arrianos. Caput VI.* Illam quidem cum aliis reſpõderemus, nec ipſi tacuimus. Sed iam nũc ſeruato ipſius ordinis modo, videamus quæ ſpicula iaciat. *Pſal. 48.* Nullius terreat perſona potentis, omnis caro fœnũ. *† al. & gloriatur de potentia ſua.* Vides quotidie fœnum creſcere, vides florere, quid expaueſcis? Tales fructus deſerta germinat terra. Agricolas non accuſo, ſed quæro. *Eſaia. 40.* Vbi mihi eſtis ô boni agricolæ? B Quid agitis? Quare vacatis? Videtis quo malo iſta plena ſit terra? Hinc ſpinæ, hinc tribuli, hinc fœnũ ſurgit. Spinas incendite, tribulos eradicate, fœnum ſecate, noua† ſemina ſpargite, non terreat hyems: *† bona.* & ſi abundat iniquitas, veſtra tamẽ ferueat charitas. *Matth. 24.* Serite hyeme, quod metatis eſtate. Sed quibus dico? Vbi eſtis fontes lachrymarum? Quibus agricolis loquor? Alij ſunt mortui, alij fugati: terra tradita eſt in manu impij, *Iob. 9.* tribulatio & neceſſitas† inuenerunt nos domine. *Pſal. 59. † anguſtia.* Da nobis auxiliũ de tribulatione, vt ſalus hominis non ſit vana, ſed vera. Quid dicis Arriane? Interrogãti quęſo reſpõdeas. Nolo deſpicias paruulum, non te grandis forma iuuabit, nó magna protegunt arma, vnius lapidis ictus frontem pe netrat galeatam. *1. Reg. 17.* Dic mihi ergo quod te interrogo, Credis in deum patrẽ omnipotentem? Credo, inquis. Credis in filium eius Ieſum Chriſtum deum & dominum noſtrũ? Credo, inquis. Credis deum & hominẽ Ieſum Chriſtum conceptũ de ſpiritu ſancto, natum ex virgine C Maria? Credo, inquis. Benefacis. Adhuc interrogo, Sicut pater deus eſt, ita & filius deus eſt, ita alius eſt pater, alius filius? Et maxime. Aequalis eſt patri filius? Aequalis, inquis. Quid reſtat? Ecce ad omnia quæ interrogaui reſpondit. In eo quòd credere ſe dicit deum patrem & deum filium, contrarius eſt mecum Pagano. In eo quòd Chriſtum deum & hominem conceptũ de ſpiritu ſancto, natum ex virgine Maria, mecum eſt contra Iudæũ & Manichæum. In eo quòd credit alium eſſe patrem, alium filium, mecum eſt contra Sabellianum. Age ſi mecũ eſt in omnibus, quare litigamus? Si vna nobis eſt hæreditas, ſimul poſſideamus, (fratres ſumus,) *Pſal. 132.* Ecce quàm bonum, & quàm iocundum habitare fratres in vnum. Si bonum & iocundum eſt habitare fratres in vnũ, quæ eſt noua fabrica ante murum? Simul ad cuſtodiam noſtræ hæreditatis vigilemus. Ecce enim hęreditas noſtra præclara [eſt nobis.] *Pſal. 15.* Habemus inuidos, habemus inimicos. Ipſi poſſidere volunt, non nobiſcũ, ſed contra nos. Nemo ſibi vſurpet aliquid, hæreditas iſta ſic eſt nobis dimiſſa, vt indiuiſa poſſideatur, non partibus diſſipetur.

Simul colligamus, ne diuidendo perdamus: D Paupertas ſolicitũ me fecit, rogo te noli foras præter me colligere: ne incipiamus ſpargere. Qui enim mecũ nó colligit, ſpargit. Quaſi oblitus ſum, cum quo agebã: ſed nó ſum oblitus, interrogo Arrianum, quẽ deſidero eſſe catholicum Chriſtianum. Dicit aliquis, Ad omnia quæ voluiſti reſpondit, in reſpõſionibus illius nihil inuenitur aduerſum, Quid amplius quæris? Expecta frater, noli facile iudicare, habeo adhuc quod interrogem: noli cito te illi committere, reſponſio claret, virus latet: Quid dixiſti? Aequalis eſt patri filius? Aequalis, inquis. Eia modo vigila, modo manifeſtabitur quod latebat. Quo modo dicis æqualem patri filium? Operatione, an origine? Poteſtate, an æternitate? An forte in vtroque? Abſit inquis. Operatione & poteſtate æqualis eſt, nó æternitate: quo modo enim fieri poteſt, vt vnigenitus ſit æqualis ingenito? En adeſt ille qui mecũ quaſi cohæres ambulabat, dolus apparuit qui latebat. Mecũ poſſidere putabatur, vult diuidere, ſed nó permitto. Prorſus reſiſto, [leges habent] vt teſtatoris volũtati in omnibus pareatur. Si quis contra voluntatẽ teſtatoris facere voluerit, careat hæreditate. Sed non ſilent leges inter arma. *Cic. Silent leges inter arma.* Ad hoc prorſus laboratur, ad hoc pugnatur vt [legibus] ſeruiatur. Teſtamentum profero, verba teſtatoris recito: ſi eſt quod diuidatur, ibi inuenio: ſi nó eſt quod diuidatur de ipſo teſtamento, ibi reſiſto. Audi quid habet teſtamentum, E Pacẽ meã do vobis, pacẽ relinquo vobis. *Ioan. 14.* Hæc eſt hæreditas, & quis eſt ipſe ſaluator?† *† teſtator.* Lege teſtamentum, & inuenies. Cum Propheta de domino loqueretur, ait, Magnificabitur vſque ad terminos orbis terræ, & erit ipſe pax. *Miche. 5.* Gloria in excelſis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, *Luca. 2.* nó diuiſoribus ſanctæ vnitatis (ſed hominibus bonæ voluntatis.) Ipſe eſt hæreditas, ipſe teſtator, ipſum quæris diuidere. Quid partiris vnum? Si vnum diuiſeris, integrum nihil habebis. O Arriana hæreſis, ô crudelis & impia. Meretrix (iudicãte Salomone) *3. Reg. 3.* ne vnum viuum, ne vndecunq; cõceptum, iamq; partum perderet, nó permiſit diuidi filium ſuum, & tu diuidis dominum deum tuum? Illa & ſi meretrix, tamen pia, quia mater: tu autẽ & meretrix & impia, non vt mater, quod paris, præfocas: quod non paris, congregas. Quo modo alienum lactas quæ tuum necas? Viſcera tua duruerunt, illius tremuerũt. Quid dixit? Date illi puerum, ne diuidatis eum: filius enim meus eſt. F Sed melius apud illã integrum gaudeo viuum, quàm diuiſum lugeam mortuũ. Filius meus eſt, inquit, ſed quid prodero mater puero, ſi vitã quam non confero, aſſero: volo illius crudelis à paruulo auferre vbera, ſed magis cogor iudicis timere machæram. Date illi filium meum, meus eſt natus: ſed migret ad illã totus, apud me maneat affectus. Date illi puerũ totum, veruntamen nó auferatur vita membrorũ, non diuidatur integritas, mihi nó eripitur pietas. Quid dixit, Date illi puerũ, nolite diuidere eum? Ecce ego dico, totũ poſſide, & noli diuidere hæreditatẽ. † *† deum.* Non inquit, ſed ſi vis habere pacem, ſine præiudicio diuide hæreditatẽ. Et quo modo habeo diuidere, Pater maior eſt, filius minor? O partes, ô iuſticia, ô æqualitas. Vna pars maior eſt, alia minor. Non conſentio, non facio partẽ, quia non diuido pacem. Si enim facta fuerit pax, iam non erit pax. Sed quo modo apud te pax illibata eſſe poteſt, apud quem fides integra non eſt? Quare? Quia mecum non vis poſſidere, & pacem vis dimittere, hæreditatem non potes obtinere. Poſtremo ſi more tuo nó parcis, ſed perfidiæ ſtudes, vade interpella iudicem, videamus quid tibi dicturus eſt. Habes iudicem ordi-

G narium,nolo mihi adducas ex diuerſis partibus alias at-
que alias poteſtates. Non mihi armiger, ſed legifer ne-
ceſſarius eſt. Et vbi,inquis,iſtum inuenio? Vbi autẽ eum
Eſaiæ.33. non inuenies? Audi Prophetam dicentem,Dominus iu
dex noſter,dominus legifer noſter. Nec contemnendũ
iudicem putes,audi quid ſequitur,Dominus rex noſter,
dominus ipſe ſaluabit nos. Ecce habes iudicem. Si parũ
eſt,& rex noſter ante te eſt. Sic eſt in cœlo,vt non deſe-
rat terram. Cœlum,inquit, & terram ego impleo. Vo-
Hiere.23. biſcum ſum omnibus diebus vſq; ad cõſummationem
Matth.28. ſeculi. Nobiſcum eſt,& cum patre eſt: quia nec patrẽ di-
miſit, cum ad nos deſcendit: nec nos deſeruit, cum ad
Lucæ.12. patrem aſcẽdit. Ipſum interpella,ipſi dic: Domine,dic
fratri meo vt diuidat mecũ hæreditatem. Audi reſpon-
ſum diuinum,audi iudicem iuſtum: audi pacem,fugien
tem litem,quid ait? Amice,quis me conſtituit iudicem,
aut diuiſorem inter vos? Vis diuidere pacem:& quæris
adire iudicem pacẽ? Iudex tuus nolo eſſe,Ego pax ſum,
litigare non noui: conſentientibus aſſideo,litigantes fu
gio. Si tu cum eſſes inimicus patri meo,reconciliaris te
H per me,quo modo ergo à patre meo ſeparabis me? Ego
cum eſſes longe,veni,vt reducerem te: cum inter mon-
tes & ſyluas errares,quæſiui te: inter lapides & ligna in-
ueni te: in lapidibus offendebas,ipſis adhærebas,quia li-
gna & lapides adorabas. Et ne luporum ferarumq; aui-
Matth.26. & 27. do ore laniareris,collegi te,humeris meis portaui te,pa
tri meo reddidi te,laboraui,ſudaui, caput meum ſpinis
ſuppoſui,manus meas clauis obieci,lancea latus meum
aperuit: quantis non dicam iniuriis,ſed & aſperitatibus
laceratus ſum, ſanguinem meum fudi, animam meam
poſui,vt mihi cõiungerẽ te,& tu diuidis me? Audi quid
reſpondeatur diſcipulo, qui filium nouerat, & patrem
Ioan.14. quærebat. Ait Philippus domino, Domine oſtende no
bis patrem,& ſufficit nobis. Nunquid nõ & ipſe filium
ſeparabat à patre? Iam te,inquit,nouimus, ſed patrẽ tuũ
non nouimus. Et quid vis? Oſtende nobis patrẽ,& ſuffi
cit nobis. Et dominus ad eum,Si velis & tu Arriane au
dire,cum Apoſtolo erraſti,redi cum Apoſtolo. Sit illius
obiurgatio etiam tua curatio. Quid ait dominus? Tan-
to tempore, inquit,vobiſcum ſum, & non cognouiſtis
me. Philippe,[qui videt me,videt & patrem:] ego veni
I patri meo te applicare, & tu noli me ſeparare. Quid
quæris quaſi alterum præter me? Qui me videt,videt &
patrem: tanta in nobis eſt vnitas,tanta ſimilitudo,tan-
ta charitas: vt ego in patre ſim, & pater in me. Sentio
Sabelliane quid muſſitas,aut in Arriano me cõcludere,
aut ab Arriano auocare feſtinas. Sed in nomine patris
& filij & ſpiritus ſancti: non trium,ſed vnius dei: cũ illi
reſpondeo,te non prætereo. Quid dixit dominus? Qui
me videt,videt & patrem. Nunquid dixit, [Qui videt
me,videt patrẽ: aut,] Ego ſum filius[ſimul]& pater? Sed
dixit,Ego in patre,& pater in me: qui me videt,videt &
** al. Interpoſitio vnius ſyllabæ quæ dicitur,&,* patrẽ. Vnius ſubſtãtiæ qui dicit,&*patrem diſcernit &
filium: teq; demonſtrat nec patrem habere, nec filium.
Dic mihi Arriane,Patrẽ dicis deum? Et maxime. Quid
filium? Ipſum quoque deum profiteor. Bene,agnoſcis,
quia cũ prænunciaretur in carne venturus,de ipſo Pro-
Eſaiæ.35. pheta dixit, Dicite, Puſillanimes, confortamini: noli-
te timere, ecce deus noſter vltionem adducet retribu-
tionis, deus ipſe veniet & ſaluabit nos. Agnoſce in eo
quod te agnoſcere dicis, ſi Prophetæ non aduerſaris.
Quid ergo dicis de patre? Deus eſt. Quid filius? Deus
eſt. Coæternus eſt patri filius? Non. Ergo erat tempus,
quando non erat filius ſecundum te. Si erat tempus,
quando nõ erat filius, ergo fuit tempus quod non fecit
filius. Si fuit tempus quod non fecit filius,nõ omnia per K
ipſum facta ſunt: iam enim erat tempus,quando non e-
rat filius. Si erat tempus,quando nõ erat filius,Ioannes
Euangeliſta non debuerat dicere,in principio erat ver *Ioan.1.*
bum: ſed,In principio erat tempus. Ioannes dicit,Om-
nia per ipſum facta ſunt: & Arrianus contradicit. Dic
Arriane,Vnde ſcis quia erat tempus, quando non erat
filius? An forte dicturus es, Et Ioannes vnde ſcit,quia in
principio erat verbum? Quia ſuper pectus domini diſ- *Ioan.13.*
cumbebat, & inde hauriebat quod in conuiuio Chri-
ſti bibebat, quia in principio erat verbum. Tamen dic
mihi, Quando in principio erat verbum, vel quando
Ioannes ſuper pectus domini recũbebat,& à verbo do-
mini diſcebat, quia verbum erat in principio,& verbũ
deus erat,Arrius vbi erat? Neſcio, ſi audes dicere ibi e-
rat. Notum eſt enim, & legitur quo tempore natus eſt,
meritoq; ſit damnatus. Notum eſt etiam[quo modo vi-
xerit,]quo modo mortuus fuerit:& ideo non audes di
cere de Arrio,ſicut de verbo,& fuit,& eſt: quia nec tunc
fuit Arrius, nec modo eſt. Sed vt in omnibus exclida- *Prouer.8.*
tur Arrianus,audi quid per Salomonem dicatur,Domi L
nus fecit regiones & fines inhabitabiles ſub cœlo. Cum
pararet cœlum,aderam illi. & poſt pauca, Eram ego a-
pud illum cuncta diſponẽs,Ego eram quando faciebat
fortia fundamẽta terræ. Ego eram cui aggaudebat. Sed
dicis, de tempore agitur, verum fuerit filius antequam
eſſet tempus? Audi ipſum per Prophetam dicentem,Ex
tempore. Ex tẽpore,inquit. Quid eſt ex tempore? Nun-
quid ex quo eſſe tempus cœpit? Non ſic impie Arriane,
non ſic: ſed ex tempore antequam fieret tempus, ibi e-
rat. Quære iam, quando non erat, [qui ante tempora
erat:] In principio erat verbum. Melius & Græci di-
cunt λόγος. Logos quippe verbum ſignificat & ratio-
nem. Vides ergo quia ſemper erat, de quo tu audes di-
cere,non erat. Aut ſi dicis deum aliquando ſine verbo,
aut ſine ratione fuiſſe, iam non filio tantum, ſed & pa-
tri aduerſarius eris. Ego, inquit,ex ore altiſſimi prodij. *Eccl.24.*
Quis dicit? Verbum. [Et verbum hoc quod eſt, Ioan-
nes dicit, Deus erat verbum.] Et verbum ergo, & cu-
ius erat verbum, non duo, ſed vnum ſunt. Non inquis,
quia verbum poſterius eſt, eo cuius eſt verbum: vnde M
apparet filium [patre]eſſe minorẽ. Negas itaque filium
[dei]eſſe deum? Non nego,inquis, & patrem deum di-
co,& filium deum: ſed patrem maiorem,filium mino-
rem. Quandiu pater maior,filius minor? Dic mihi,quia
video te calculari velle æternitatem: quot annis præce-
dit deus pater filium ſuum? Vbi diem natiuitatis filij dei
legiſti? Filij dei dico,non dico filij dei & hominis. Vbi
ergo diem natiuitatis [ipſius ex patre] legiſti? Cum quo
Mathematico creationis† ſyderum conſtellationẽ quæ- *†creaturæ.*
ſiſti,atque tractaſti? Quæ tempora,quas horas,quæ mo-
menta, quos numeros,quas minutas momentorum na
tiuitatis illius,qui ea† condidit,collegiſti? Quieſcat er- *†omnia.*
go hæretica, non religio,ſed ſuperſtitio: de Chriſti ini-
tio deficit calculatio. Quia cum auditur,ſine initio æter
nitas,nulla ibi quæritur ætas. Si pater deus,& filius deus,
Pater maior,filius minor: iam non vnus deus, ſed duo
dij. [Si duo dij ſunt,]quid eſt ergo quod dicit dominus
per Prophetam, Ante me nõ eſt formator deus,& poſt *Eſaiæ.43.*
me non erit? Quid dicis Arriane? Cui iſtas deputas vo-
ces? Si patris ſunt, dicendo,Ante me non eſt formator *†non erit.*
deus,& poſt me non eſt alius: † aut ipſe pater non erit,
aut filius non erit deus. Si enim hoc diceret, Ante me
non eſt formator deus: nec adderet, poſt me non erit:
liberum tibi erat hæc verba patri tantummodo ap-
plicare,

A plicare, Cum autem ſequitur & dicit, Poſt me non erit: ſecundum te, vt dixi, & ſe patrem & filium negat deũ. Item ſi filij ſunt hęc verba, patrem ſuum & deũ negat & patrem. Si enim non diceret, Ante me nõ eſt formator deus, ſed tantum diceret: poſt me non erit, poſſet forſitan dici filium illud fuiſſe locutum, Modo autem cum dicit, Ante me non eſt formator deus, & poſt me non erit: patrem ſuum nec deum dicit eſſe, nec patrem. Item ſi patris ſunt hæc verba, quis dicit, cui dicit, Filius meus es tu, ego hodie genui te? An forte, quod abſit, mẽdacij arguẽdus eſt deus? Sed ſi filij verba ſunt, quis dicit, cui* dicit, Pater meus vſq; modo operatur? An forte & iniurioſus patri iudicandus eſt & ingratus? Sed nunquid ingrato diceretur, Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & poſſeſſionem tuam terminos terræ? An forte Propheta, aut quid diceret neſciuit, aut fallere voluit: aut vt mitius aliquid de Propheta dicamus, finxiſſe credo ſibi duos confabulantes, id eſt, patrem & filium, & patre dicente, Ante me non eſt formator deus, adiunxit filius dicendo, Et poſt me non erit. Humana

Pſal. 2. — * *de quo.* — *Ioan. 5.* — *Pſal. 2.*

B ſunt quæ* agimus, an diuina? [O ſcelus] Prohdolor, parce, parce hæretica impietas. Cum tu deum non capias, nos quoque ad blaſphemiam prouocas. Nõ hoc docet ſancta Eccleſia, Pater, pater eſt: filius, filius eſt. & ille nũquam non fuit pater, & iſte nunquã non fuit filius: ambo æterni: nec cœperunt eſſe, nec deſierũt: Quod pater loquitur, filius loquitur, quia verbum patris eſt: & quod filius loquitur, pater loquitur, quia pater verbi eſt. Ipſum verbum dicit, Verba quæ ego loquor, à meipſo non loquor. Concedite quæſo creatori, [quod ipſe præſtitit creaturæ,] & in creatura ſi poteſtis capite creatorẽ. Ecce ignis & ſplendor duo ſunt, alter ex altero eſt, nec ſine altero alter eſt. Ignis pater, ſplendor filius. Ipſe ſi poſſet, diceret, quòd luceo, nõ à me ipſo luceo, ſed qui me miſit, ipſe mihi dedit vt luceam. Ignis enim ſplendorem mittit. Et ſicut filius de deo patre dicit, Pater mecũ eſt: ita & ſplendor diceret ſi dicere poſſet, ignis mecũ eſt. Extingue ignem, ſplendor nuſquam parebit. Iſte ergo ignis pater, & ſplendor filius, vnus ſine coniuge pater, alius ſine matre filius. Nec diuidi alter ab altero poteſt: & cũ ſit alter ex altero, initium tamen alterius eſſe non

* *al. Mimica ſunt et io cularia quę* — *Ioan. 14.* — *Ioan. 16.*

C poteſt ſine altero. Hoc enim poſſe, à creatore tributũ eſt creaturæ. Quid poteſt ipſe creator? Accedat Paganus, accedat Sabellianus, videat Arrianus, [contemplentur lucernam in ipſa] videant quod in deo videre nõ poſſunt. Non facio iniuriam, ſi aliqua parte tanti creatoris cupiens oſtendere poteſtatem, ignis ſiue lucernæ afferã ante illum* ſimilitudinem. Scriptum eſt enim, Lucerna pedibus meis verbum tuum domine, & lumen ſemitis meis. Et de deo dictum eſt, Ignis conſumens. Accedite ergo, & lucernam diligenter conſiderate, veſtraſq; fatuas tenebras remouete. Paganus intueatur, & illic ſine coniugio eſſe patrem diſcat & filium, & quo modo natus eſt filius: & ſi cæcus non es, ibi vide: inter ignem & ſplendorem quære medium, Si nullum eſt medium, nullum eſt coniugium. Noli velle ſcrutari medium, ne magnum patiaris incendium. Accedat Sabellianus, videat duos in vnum, ignẽ & ſplendorem. Nunquid nõ recte dicere poteſt ſplẽdor, ego in igne & ignis in me: ſicut & filius dicit, Ego in patre & pater in me? Accedat Arrianus, videat & ipſe alterum ex altero, nec tamen naſci poſſe alterum ſine altero, Nemo eorum prior, nemo poſterior. Coæui ſunt pater & filius, ſplendor & ignis. Nec ignis ſine ſplendore, nec ſplendor ſine igne. Aut certe ſi placet mitte manum, diuide alterum ab al-

* *aliàs ſcintillam.* — *Pſal. 118.* — *Deut. 4.* — *Ioan. 14.*

tero, oſtende mihi ignem ſine ſplendore, vel ſplendorẽ D ſine igne. Abſit, abſit, ardere tãtummodo poteris, ſeparare alterũ ab altero nõ poteris. Sicut enim ignis & ſplẽdor alter ex altero eſt, vt eſſe alter ſine altero nõ poſſit: [ita deus pater & filius deus alter ex altero eſt, nec eſſe alter ſine altero poteſt.] Non illis ortus qui non eſt, ſed æternitas vna eſt, vna ſubſtantia. Ignis & ſplendor temporales ſunt, pater autem & filius æterni ſunt. Sunt dico, quia pater & filius: deus dico, [quia vnum.] Dualitas in prole, vnitas in deitate. Alterũ facit vnius natiuitas, ſed vnum oſtendit eſſe diuinitas. Cum dico filius, alter eſt: cũ dico deus, vnus eſt. Alius eſt, quia filius eſt: aliud quidem nõ eſt, quia deus eſt. Erubeſcite Arriani, Tunicam hominis iam iudicati in cruce pendentis carnifices Pilati non ſunt auſi conſcindere: & vos conamini charitatem dei in cœlo ſedentis, imò deum ipſam charitatem diuidere? Sed conamini quantum poteſtis, conamini, vos iam in infernum ruiſtis: nam illam tunicã nunquam rupiſtis*. Item per Prophetam dominus dicit, Non eſt vltra abſque me deus. Deus iuſtus & ſaluãs non eſt præter me. Hic Sabellianus exultat, Vt enim E

Ioan. 19. — * *rumpetis.* — *Eſaia. 45.*

vnum eundemq; patrem oſtendat & filium, talibus ſe teſtimoniis credit muniri. Et contra Arriani, vt probẽt alium eſſe patrem, alterum filium, alia proferũt teſtimonia, in quibus dicant, Alter eſt pater, alter eſt filius: alter maior, alter minor: vt pater dicat filio, Dedi te in lucẽ gentium: & filius dicat, Pater miſit me. Quantum intelligo*, lucem iſtam gentium cõprehendere non valent, atque perſpicere: vnde cæcati, non in eam poſſunt ambulare, ſed potius oberrare. Arrianus aliud, Sabellianus aliud. Quale bellum? Quid ad hæc catholicus? Arma, inquit, quæ portant, mea ſunt, mihi militant ambo: contra ſe pugnant, ſed pro me: vtinam ambo deficiant, & non alter ad alterum tranſeat, ſed ad me properent: & ego aliquid, vnde vtrique percutiantur, proferam. Tu Arriane dicis, maiorem eſſe qui mittit, minorem qui mittitur. Interrogo te & ego, Quis eſt maior, [qui præcedit, an qui præceditur? Item quis eſt maior] cui præparatur aliquid venienti, an qui præparat? Cui exhibetur officium, an qui exhibet? Vtique ſi hominum genus interroges, reſpondebit illum eſſe maiorem, cui F præparatur, [qui præceditur: vel cui officium exhibetur.] Tu autem inde vis probare minorem filium, quia miſſus eſt: & ego oſtendam eum qui miſit, præcedere illum quem miſit: nec vnum dico eorum maiorem, quia non audeo dicere vel minorem. Eſaias Propheta dicit, Hæc dicit dominus Chriſto domino meo, cuius apprehendi dexteram, vt ſubiiciam ante faciem eius gentes. Ecce iam filio miſſo, quo modo præcurſor eſt pater.† Adhuc ſequere me, Et dorſa regum vertam, & aperiam coram eo ianuas, & portę non claudentur, Ecce ille qui miſerat, præcurſor factus eſt. Quis enim maior aut ſuperior, ante minorẽ ianuas aperit? vel quo modo fiet, niſi paululum præceſſerit? Audi adhuc, Et portæ, inquit, nõ claudentur. Quo modo? Ego quoque ante te ibo. Audis quia qui miſerat, & comitatur, & præcedit, mittit, & nõ diſcedit, [parum eſt quia non diſcedit, inſuper & præcedit.] Iam tu diſcerne qui ſit maior, qui potior: ego enim nullam diſcretionem video, ſed potius æqualitatẽ conſpicio. Filius dicit de patre, Miſit me. Pater filio dicit, Ego ante te ibo. Recedat de medio diſcordioſa calamitas: æqualitas hoc exhibet, nõ diſparilitas. Adhuc ſequere, vt clarius appareat quis cui dicat, Ego ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo. Hic eſto & tu Pagane. Audi quid dicat Propheta, Nõ mihi ego quod volui ſcripſi.

Contra Sabellianum. Caput. VII. — *Eſaia. 42.* — *Ioan. 8.* — * *lux iſta gentium tã clara eſt atque perſpicua, vt hæretici eã cõprehendere nõ valentes atque pſpicere vnde cæcati, &c.* — *Eſaia. 45.* — † *al. comes eſt pater.*

G Codex,in quo hæc ſcripta legũtur,in armario Iudæi ha
betur.Inimicus meus teſtis eſt meus,ab ipſo quære:ape-
ri,lege,& crede. Dorſa, inquit,regum vertam, & glo-
rioſos terræ humiliabo. Nónne reges terræ vides, qui
ante perſequebantur Chriſtianos, nunc integros eſſe
Chriſtianos? Nónne vides eos, qui humiliabant Eccle
ſiam, humiles introire in Eccleſiam? Nónne ipſos ha-
bere defenſores, quos ante habuit perſecutores? Ego,
inquit,ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo. Por-
tas æreas conteram, & vectes ferreos confringam. Et
dabo tibi theſauros abſconditos, & arcana ſecreto-
†tuum. rũ: vt ſcias quia ego ſum deus,qui voco nomẽ meum†,
quoniam deus Iſraël. Audiat Sabellianus, Deus dicit,
†deo. homo† dicit.[Ergo duo ſunt, qui dicit, & cui dicit.]
Audiat & Arrianus, Ego deus, & non eſt alius extra
me. Diu eſt, ex quo contra iſtas duas hæreſes certando
laboro, & penè ſum fatigatus. Veni domine meus Ie-
ſu præliator fortiſſime, princeps exercitus domini, qui
Pſal.34. diabolum viciſti,& ſeculum. Apprehende arma & ſcu
tum, & exurge in adiutoriũ mihi. Proceſſurus ad præ-
lium, & victurus in mundo mundum,orauit:non tan-
H quam virtutis omnipotens,ſed vt nobis,propter quod
Ioan.17. venerat, humilitatis miniſterium exhiberet.Et quid di-
xit,Pater clarifica filium tuum. Modo Arrianus maledi
ctus dicit, Vides quia minor eſt,& claritatem nõ habe-
ret,niſi patrẽ petiiſſet? Expecta homo,quid feſtinas? Tu
hominem vides, in qua forma non ſolum patre,ſed &
angelis minor eſt,Homo patet,deus latet. Tu mihi oſtẽ
dis hominem humilem,aperi oculos,& vide deum ſu-
blimem,non angelis minorẽ,ſed patri coæqualem. Pa-
ter,inquit,filium tuum clarifica: ecce minorem. Adhuc
ſequere, Vt & filius tuus clarificet te, Ecce æqualem.In-
uenimus filium agnoſcentem patrem, atque orantem,
eique coniunctum,non vt putabatur ingratum. Videa-
Matth.17. mus quid de filio dicat & pater. Aſſumpſit Ieſus Petrum
& Iacobum & Ioannem fratrem eius, Euangelij verba
ſunt, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum, &
transfiguratus eſt ante eos, Et reſplenduit facies eius ſi-
cut Sol,veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix.
Et ecce apparuit illis Moyſes & Helias cum eo loquen
tes. Qui ſunt Moyſes & Helias, niſi lex & Prophetæ?
Loquebãtur cum illo, quia loquuti erant de illo,oſten-
I debant quæ prędixerant, manifeſtabant quem prophe-
tauerant. Loquebantur. Putas, quid loquebantur? Vt
Iudæi conuincerentur, Pagani conuerterentur, Mani-
chæi confunderentur, hæretici comprimerentur, ca-
tholici confirmarentur. Loquebatur lex & gratia, leni-
tas & aſperitas,terror & manſuetudo, præceptũ & ad-
iutorium,ferramentum & medicus, vmbra & lux,præ-
co & iudex, ſententia & miſericordia. Et quid poſtea?
Reſpondens Petrus dixit ad Ieſum, Domine, bonum
eſt nobis hic eſſe. Si vis faciamus hic tria tabernacula,
tibi vnũ,Moyſi vnum,& Heliæ vnũ. Quid dicis ſancte
Petre? Mundus parturit & tu ſecretum petis? Vides tot
gẽtes in vnum conueniſſe,& tu requiem quæris? Vides
tenebras mundi, & tu lumen abſcondis? Nemo accen-
dit lucernam & ponit eam ſub modio, ſed ſuper can-
delabrum vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Iſta do
mus totus eſt mũdus, lucernæ accenſio,verbi eſt incar-
natio, Candelabrum autem,crucis eſt lignum, Lucerna
Matth.5. in candelabro lucẽs,Chriſtus in cruce pendens. Nemo
accendit lucernam & ponit eam ſub modio, ſed ſuper
candelabrum vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Vi-
des tu, videamus & nos. Tenebræ ſunt, non offenda-
mus in Paganis,non erremus cum hæreticis,luceat no-
bis lucerna,doceat nos verbũ in carne. Videamus quid K
dicit Euangeliſta, videamus ſi admiſſum eſt conſilium
Petri. Adhuc,inquit,eo loquente,ecce nubes lucida ob-
umbrauit eos, Et ecce vox de nube dicens, Omnes au-
diamus,nemo aures claudat. Audiant Pagani irriſores,
audiant Iudæi perſecutores,audiãt Manichæi phantaſ-
matum ſomniatores,audiant hæretici erronei litigato-
res,audiant & maxime audiant etiam catholici fideles
dei cultores. [Iſti audiant vt inſtruantur, illi vt corri-
gantur, aut] iſti audiant ne ſeducantur, illi vt punian-
tur. Quid dicit vox de nube? Hic eſt filius meus dile- *Matth.17.*
ctus in quo mihi bene cõplacui. Vbi eſtis qui aduerſa-
mini filio dei? Pater dicit, Hic eſt filius meus: & tu dicis,
non habet filiũ deus. Tu Pagane,quid ſtas foris & mur-
muras? Intra huc in ſcholam dei,aperi aures cordis tui,
audi vocẽ domini tui & diſce filium dei? Quò fugietis
Iudæi qui occidiſtis filiũ dei? Quò fugietis,vbi vos ab-
ſcondetis? Qui mõtes,quæ petræ ſuper vos caſuræ ſunt?
Et ſi in cauernis petrarũ vos abſconderitis, inde extra-
ham vos,dicit dominus. Sed & vos venite,intrate,con
ſilium meũ audite,deſperare nolite,quoniam ſunt reli- *Pſal.36.*
quiæ homini pacifico. Sæuiſtis, occidiſtis, ſanguinem L
Chriſti fudiſtis,[filio dei] increduli fuiſtis, in periculo
poſiti eſtis, Quid facere nunc debetis,niſi vt credentes
baptizemini & viuatis? Sanguinem quem fudiſtis†,non *†al. & bi-*
eſt quòd horreatis, Fuſus eſt ſanguis medici,& factus eſt *batis ſan-*
medicamentum phrenetici. Quid dubitatis? Guſtate & *guinẽ quem*
videte quoniã ſuauis eſt dominus. Quid tu Manichæe, *fudiſtis*
quãdiu phantaſmata ſomniabis? Euigila,& vide,nubila *Pſal.33.*
tonant. Quid tonant? Hic eſt filius meus dilectus. Vide *Matth.17.*
in terra hominem verũ,audi de cœlo deum verum, Vi-
de in terra hominis filium,audi de cœlo dei eſſe filium.
Vtrunq; verum eſſe cognoſce, id eſt,deum & hominẽ,
filium dei & filium hominis vnum eundemq; eſſe deũ
& hominẽ. Agnoſce hominẽ,& placabis deũ. Caue ne
offendas in petra,ne mortis patiaris ruinam: quia quod
tu ſomnias,vanitas eſt: quod de⁹ tonat,veritas eſt. Audi
tu Sabelliane, audi de cœlo patrẽ, vide in terra filium,
& noli dicere,idem pater qui filius. Audi & tu Arriane,
& in patre & in filio noli errare, ſed ſequere vnitatem,
& vide diuinitatem. Domine audiamus,quid dicis de M
filio tuo, Hic eſt,inquit,filius meus dilectus in quo mihi
bene complacui. Et quid aliud? Ipſum audite.[Deo gra-
tias. Intonuit præceptum dei,& remotum eſt conſilium
Petri,] Gratias tibi deus æterna virtus, gratias tibi deus
pater omnipotens,qui & filium tuũ oſtendiſti, & mihi
doctorem dediſti. Recedat Sabellianus,recedat Arria-
nus, recedant cæteræ peſtes, recedat omnis iniqua do-
ctrina. Doceat deus,non iniquus Arrius: doceat dei fi-
lius,non filij aduerſarius. Dic domine meus Ieſu,doce,
vt diſcam quod doceã. Sabellianus dicit, ipſe eſt pater
qui filius. Arrianus dicit,alius eſt pater,alius filius: pater
maior,filius minor, Aduerſatur,clamat,litigat,[pugnat,
turbas congregat,] contra Chriſtum dimicat. Ille ſan-
guinem fudit,vt redimat,iſte pecuniam ſpargit,vt per-
imat: Speluncam fabricat, illic catholicum præfocat,
Chriſtianum vocat Paganum,baptizato ingerit baptiſ-
mum,contra id quod ſcriptum eſt, Qui ſemel lotus eſt, *Ioan.13.*
non indiget denuo lauari. Clamat homo Chriſtianus
ſum: quid me dicis eſſe quod non ſum? Clamat,fidelis
ſum:& ille dicit,[Accipe à me pecuniã. Clamat, Redẽ-
ptus ſum:& ille dicit,]Accipe à me aurũ. Quid das,aut
quid aufers? Das pecuniam,vt auferas gratiam:[das pe-
cuniam,vt auferas vitam:] das preciũ, vt auferas quod
emptus ſum. Quid emis ab empto? Precium meum non
aurum

A aurum,ſed ſanguis Chriſti eſt: non me ſeducis non me decipis: quantumcunq; mihi conferas, non mihi tollis *Alter.a.* precium meum. Pecunia tua tecum ſit in perditionem: *†precium.* nam precium meum non habet æſtimationem†. Clamat homo,fidelis ſum,& exufflatur:clamat in nomine *† aliâs, & tu exufflas.* patris & filij baptizatus ſum,& tu irritum facis†. Quid ergo Chriſtiano reſeruas,in quo patrem & filium & ſpiritum ſanctum exufflas? An forte nouam fidem,nouum baptiſma,nouum deum de tranſmarinis partibus aduexiſti? Dic meus ſancte Paule, doce diuini iuris perite, ſponſi amice, homo iſte modo venit,mundum ſubuertit,& fidei vnitatem ſcindit,trinitatem diuidit,ſibi non conſentientem rebaptizare contendit. Quid facio? In *1.Cor.4.* Chriſto Ieſu per Euangelium tuum me genuiſti,in ipſo baptizatus ſum. An forte eſt alia fides, aut aliud baptiſ- *Ephe.4.* ma? [Abſit,inquit,] Vna fides,vnũ baptiſma,vnus deus & pater omnium. Si ergo vna fides,imò quia & vna fides, vnum baptiſma, vnus deus & pater omnium: iam credidi, iam baptizatus ſum, iam deum habeo patrem: quare homicidam patior Arrianum? Subueni domine *Pſal.44.* meus Ieſu,& accingere gladium tuum circa femur potentiſſime. Omnium potentiſſime egredere,occide eos in ſe,vt viuant in te, & deſinãt perſequi me. Sabelliani te ſubtrahunt,Arriani te minuũt:tu quid dicis de te? Pa-

B ter dixit vt te audiamus. Cum te audimus,ipſum audimus:vno ictu vtroſque percute aduerſarios. Pereãt,inquit,vaniloqui,& mentis ſeductores,Arrianus & Sabel- *Ioan.10.* lianus, [Nam ego & pater vnũ ſumus.] Non dixit,ego & pater vnus ſum: ſed, ego & pater vnũ ſumus. Quod dico,vnum: audiat Arrianus: quod dico,ſumus: audiat Sabellianus. Non diuidat Arrianus,vnum: non deleat Sabellianus,ſumus:ſed ambo veniant,& ſint etiam ipſi *Ioan.17.* in nobis vnum,ſicuti ego & pater vnum ſumus. Ergo ſi pater & filius vnum ſunt,imo quia indubitanter vnum ſunt,non duo dij, ſed vnus deus: non iniquum aliquid *Eſaie.43.* Propheta ſcribit,ſed verum dixit deum dicentem,Ante me non eſt formator deus, & poſt me non erit. Do- *Ibid.* cuit veritas veritatẽ,& gladio ſic†acuto omnẽ peremit errorem. Si adhuc hæretici reluctantur,audiant catholici definitiuam ſententiam,quam ſequantur. Audi- *Concluſio. Cap.VIII.* ſtis patrem quid dixerit de filio,audiſtis filium quid de patre dixerit vel de ſe. Si quis vobis euãgelizauerit præ- *Gala.1.* ter id quod accepiſtis anathema ſit. Diximus de patre & filio quod potuimus,& quantũ potuimus,ſi tamen aliquid digne potuimus. De ſpiritu ſancto tacuimus,ſed

C nõ eum præteriuimus†: quicquid enim de patre & filio *†al. ſeparauimus.* diximus,etiam de ſpiritu ſancto diximus. Eſt enim in illis,& cum illis (æqualis) vnus & verus deus:nõ minor, aut tertius deus. Quid adhuc dicam fatigatis,fatigatus? Qui ſpiritum ſanctum à patre & filio æternitate & ſubſtantia,vel cõmunione ſeparat,eum qui negat ſpiritum ſanctũ non eſſe patris & filij, plenus eſt ſpiritu immundo, vacuus eſt ſpiritu ſancto. Ideo enim dicitur deus *1.Ioan.4.* charitas,quia partibus non diuidit vnitatem,ſed ineffabiliter coagulat trinitatem. Ipſa eſt enim trinitas vnus *Pſal.60.* deus turris fortitudinis à facie inimici, qui in ſe credentes cuſtodit in ſecula ſeculorum. Amen.

Finis.

AD LECTOREM.

Hic ſequebatur opuſculum ad Deo gratias de ſex quæſtionibus, expoſitis contra Paganos. Hoc reperies inter Epiſtolas, Epiſtola quadrageſimanona.

Tomus ſextus.

CENSVRA. D

Sciebam hanc eſſe concionem ſiue tractatum popularem, & ferebatur in libris Lutetiæ excuſis inter homilias de tẽpore Pag.338. Verum quoniam in editione Baſilien. habebatur inter libros iuſta propemodũ voluminis magnitudine,multaq; tractat aduerſus Iudæos & Paganos,quæ huic ordini cõgruebant, viſum eſt hoc inſerere.

CONCIO AD CATECHVMENOS, contra Iudæos,Paganos & Arrianos.

INter preſſuras atque anguſtias præſentis tẽporis & noſtræ officia ſeruitutis cogimur dilectiſſimi non tacere, quũ potius expediat flere magis quàm aliquid dicere: veruntamen ne quid minus lucri arcæ dominicæ accedens, dicatur nobis, Serue nequam & piger,tu erogares pecuniam meam,& ego veniens cum vſuris exigerem eam: peto charitatem veſtram, vt quæ ipſe paterfamiliâs per nos vobis miniſtrauerit, libenter accipere dignemini. Apoſtoli Pauli verba ſunt, Nox præceſſit, dies autem appropinquauit, Deponentes ergo opera tenebrarum, induite arma lucis. *Chriſtianæ vigiliæ. Caput.I. Matth.25. Roma.13.*

E Expulſa itaque noctis caligine, effugatiſq; tenebris peccatorũ, radius veri luminis fulgeat in cordibus veſtris. Exigit enim à nobis ratio huius tantæ congregationis, & noctis tranſactæ, vobis reddere rationem, & iſtius diei de tanto ſacramento percepto veram ſempiternamq; demonſtrare ſalutem. Si enim dilectiſſimi opera tenebrarũ tranſactæ noctis conſideremus,& quid egerimus domino donante explicare valuerimus,inueniemus nos in nocte,nõ opera noctis, ſed diei peregiſſe, Neque enim delectatione ſomni ſopitos ſenſus noſtros agnouimus, neq; vanis phãtaſmatibus animas noſtras illuſas,nec ipſa corpora noſtra ſtramentorũ calore depreſſa in alto ſopore requies inclinauit: ſed vigilando,orando, pſallendo, contra aduerſarium diabolum dimicando,& magnã lucem infuſam cordibus noſtris ſenſimus,& in nocte opera dei peregimus†. Quid enim egimus in hac nocte? Captiuatorẽ captiuauimus, Quid egimus in hac nocte? Tenebras diabolicas à cordibus veſtris excuſſimus,lumẽ verum hauriendũ eſſe demonſtrauimus. Quid enim actum eſt in hac nocte? Veniens vera fortitudo alligauit fortẽ, & vaſa domus eius diripuit. *†aliâs,et in nocte diabolum fugauimus, Chriſtum induximus. Matth.12.*

F Quid actum eſt in hac nocte? Extirpata eſt ſuperbia,introducta eſt humilitas. Quid actũ eſt in hac nocte? Princeps omnium viciorum expulſus eſt,fons omnium bonorum ſuſceptus eſt. Videtis dilectiſſimi quæ bona habeatis præparata,& ex quo onere,vel ex quibus ſarcinis peccatorum releuamini, ab iſto qui vos vocat vt ſuſcipiatis iugum eius ſuaue,& ſarcinam eius leuem. *Matth.11.* Deponentes itaque opera tenebrarum, induite vos ar- *Roma.13.* ma lucis. Quid ſit hoc, ex verbis ſymboli quod modo accepiſtis,vobis expoſitum eſſe cognoſcitur. Quid eſt deponere opera tenebrarum, niſi renunciare diaboli pompis,& angelis eius? Et quid eſt, Induite vos arma lucis: niſi credite in deum patrem omnipotentem?

Prius tamẽ dilectiſſimi diſcutiamus,qui ſit,vel quid ſit diabolus,vel quæ ſint pompæ eius,quibus renunciantes, opera deponimus tenebrarũ, tunc demum de deo patre omnipotente qui eſt vera lux quantũ ipſe donauerit charitati veſtræ dicemus. Quid eſt diabolus? Angelus per ſuperbiam ſeparatus à deo, qui in veritate non ſtetit,author mẽdacij,à ſemetipſo decept⁹, qui alterum *Diabolus qui vir. Caput II. Diabolus.*

G decipere concupiuit. Iſte aduerſarius, effectus aduerſa-
rius humani generis, inuentor mortis, ſuperbiæ inſtitu-
tor, radix maliciæ, ſcelerū caput, princeps omnium vi-
De pœñ diſtin. 2. cap. Princeps. ciorū, perſuaſor etiā turpium cogitationum. Hic dum
illum primum hominē à deo factum, Adam ſcilicet pa
trem omnium noſtrū intueretur, videretq; hominē ex
limo terræ ad imaginē dei factum, pudicicia ornatum,
tēperantia compoſitū, charitate circundatū, immortali-
tate veſtitū, æmulus atq; inuidus hoc hominē terrenum
accepiſſe, quod ipſe dum eſſet angelus per ſuperbiā co-
gnoſcitur amiſiſſe, inuidit ſtatim inſatiabilis homicida,
eoq; noſtros primos parentes illis donis ac tātis bonis
expoliauit, inſuper & peremit. Nanq; dilectiſſimi cum
tanta bona homini diabolus abſtuliſſet, podiciciā, con-
tinentiam, charitatem, immortalitatem, eumq; turpem
ac nodum reddidiſſet, obſitū ſuis pannis deridens eum,
ſuo dominio obſtrinxit, atq; ex illo vinculo omnē pro-
lem eius ſibimet obligauit. Turpes enim pannos ſuſce-
pit Adam, qoādo à diabolo expoliatus pudicicia, accin
H ctus eſt impudicicia: amiſſa tēperantia, intemperās effe
ctus eſt: perdita charitate, malus inuentus eſt: expolianis
immortalitate, morti propinatus eſt. Quid perdidit, &
Renūciare ſatanæ quid. Caput. III. quid accepit? Ad hoc enim per turpiſſimos pānos ſuos
poſteros obligauit. Renunciemus huic damnoſæ hæ
reditati, pupilli effecti ſumus: antequā exactor veniat,
tam peſſimæ hæreditati renunciemus. Si quis itaq; huic
hæreditati, in qua ſunt panni diaboli, pompæ ſcilicet &
Matth. 5. angelis eius renūciare neglexerit, cū iudex venerit, ſicut
Euangeliū loquitur, tradetur debitor exactori, exactor
autē debitorem in carcerē trudet, Amen dico vobis, ait
dominus, nō exies inde, donec reddas nouiſſimū qua-
drantem, Omne itaq; genus humanū tanquam pauperē
& pupillum commendat ſcriptura diuina, dicens deo,
Pſal. 9. Tibi derelictꝰ eſt pauper, pupillo tu eris adiutor. Eiusq;
aduerſarium diabolum demonſtrans, ſecutus adiunxit,
Conteres brachium pecatoris & maligni. Aſſit itaq; ali-
quis pius homo, & aliquā miſericordiam huic pupillo
& pauperi exhibeat. Ferocem enim atq; callidum aduer
ſarium patitur, & hic pupillus in cauſa ſua defecit: quo-
niam eū ſuus aduerſarius prauis actibus obligauit. Adhi
I beamus huic pupillo idoneos defenſores, & Apoſtolo-
rum tanquā iuriſperitorū cœleſtiū ei patrociniū ſubro-
gemus. Quid eſt agendū apud tales pro tali? Apud vos
itaq; Petre, Paule, Ioannes, cæteriq; ſancti cōſiliarij veri
iudicis, amici ſummæ poteſtatis, cauſam exponimus,
quā optime noſtis, huius pauperis & pupilli, generis ſci-
licet humani: qui ex paterno chirographo debitor in-
uentus eſt reus, atq; obſtrictus ab aduerſario detinetur,
non eſt aliud quemadmodum huic ſubueniatur, niſi ex
veſtro conſilio. Quid itaque in hoc negocio ſerenitati
veſtræ videatur pro huius miſeri libertate ex communi
† al. vnicā. tractatu, vtinam† pro eo dignemini proferre ſententiā.
Et vos enim aſtrinxerat hæc obligatio, niſi vobis gratia
Chriſti ſuboeniret. Liberati liberate, conſilium quod à
iudice accepiſtis, promite: vt hoc ſequatur qui captiuus
detinetur, atque ex mala ſeruitute per veſtrā defenſio-
nem ad veram perueniat libertatem. Hæc eſt vox om-
nium: quod fecimus faciat. Quid obſecro facturus eſt?
Renunciet diabolo, pompis & angelis eius. Hæc eſt il-
la damnoſa hæreditas, cui renunciare compellimur. Vi
Relapſus à baptiſmo. Caput IIII. detis dilectiſſimi quam ſententiam protulerunt noſtri
defenſores. Vigilet itaq; vnuſquiſq;, ne non ex toto
renūcians poſt profeſſionem, apud eum diabolus ſuos
pannos recognoſcat: & incipiat ſemper reus detineri,
quem Chriſtus voluit ſua gratia liberare. Nec ſibi malè

blandiantur, qui poſt gratiam acceptā corrigi nolunt, K
atq; rurſus ad illas ſuas priſtinas redeunt volontates. Ex- *Roma. 2.*
pectatur enim dies iudicij, aderit ille æquiſſimus iudex,
qui nullius potentis perſonā accipiet, cuius palatiū au-
ro vel argento nemo corrumpet. Aſtabunt omnes ani-
mæ, vt referat vnaquæq; ſecundum ea quæ per corpus *2. Corin. 5.*
geſſit, ſiue bonum, ſiue malum. Præſto enim erit aduer-
ſarius diabolus, recitabūtur verba profeſſionis noſtræ.
Et ſi talis [inuentus] fuerit quiſq;, vt debitor ex hac vita
migret, exultabit ille aduerſarius in cōſpectu sereniſſimi
iudicis, ſuperiorē ſe eſſe declamans, agensq; talem cau-
ſam apud talem iudicem. Aequiſſime, inquit, iudex, iudi
ca, Iuſticia & iudiciū præparatio ſedis tuæ. Iudica meū *Pſal. 88.*
eſſe, qui tous eſſe noluit: meus eſt, mecū damnandus eſt.
Poſt renunciationē vt quid inuaſit pannos meos? Quid
apud eum impudicicia faciebat, cui ipſe renūciauerat?
Quid intemperantia, quid auaricia, quid ira, quid ſu-
perbia, quid cætera mea? Poſtremo æquiſſime fugientē
à me, confugientem ad te, poſtea cum meis quibus re-
nunciauerat apprehendi, inuaſorē detinui. In ipſa quo-
dam modo mea poſſeſſione à me apprehēſus eſt. Quid L
enim in circo faciebat, atque ibi furias, lites, inſanas vo-
ces, inanesq; victorias, cum iam à ſe alienus ſibimet vi-
debatur? Quid in theatro faciebat renūciator turpium
voluptatum? Quid in amphitheatro crudelitates ſæuas
oculis ſuis intuendo? Theſaurizauit ſibi iram in die iræ. *Roma. 2.*
Hæc omnia mea poſt renūciationem inuaſit, meus eſſe
voluit, & mea cōcupiuit. Iudica, iudica æquiſſime, quo-
niam quem tu non dedignatus es tanto precio libera-
re, ipſe mihi ſe poſtmodum voluit obligare. Poterit ne
os aperire is qui poſt profeſſionem ſuā talis inuenitur,
vt iuſte diabolo addicatur? Videte quid agatis filij mei,
fratres mei, [Videte qoid agatis] quo modo hanc pro-
feſſionem veſtrā cuſtodiatis. Conteſtamur vobis ipſum
iudicē omnesq; poteſtates cœleſtes, quæ & nos audiunt
admonentes, & vos excipiunt profitētes, ne inuacuum
gratiam accipiatis, ſed corde integro, tota virtute, per- *2. Cor. 6.*
fecta fide renunciantes atque ſpernentes tā damnoſam
diaboli hæreditatē ne pupilli vel pauperes remaneatis.

Credite in deum patrem omnipotentem. Mutan- *Triade trinitas. Cap. V.*
tes patrē, mutate hæreditatem. Quis eſt iſte pater omni-
potēs? Patrem quidem omnium quē credimus, omniū
noſtrum atque totius mundi cognoſcimos eſſe per gra M
tiam: ſed & propriū eius filium quærimus per ſubſtan-
tiam, quoniam & antequam ab illo mundus formare-
tur, pater erat. [Si pater erat, cuius pater erat?] erat ei v-
tique filios ex ipſo, cum ipſo, hoc quod ipſe, ſed non ip-
ſe, quoniam ille pater, hic filius: quoniam omnipotens
pater omnipotentem filium genuit de ſe, talem qua-
lem ſe nouit: vt totus maneret in ſe, & eſſet pater filij,
& filius patris: deus ex deo, dies ex die, lumen de lumi-
ne: non tamen duo dij, aut duo dies, aut duo lumina-
ria, ſed vnus deus, vnus dies, vnum lumen. Non capis
videndo, intellige credendo: munda oculos cordis, im-
mo potius ipſa lux quam deſideras videre, mundet cor
tuum, vt ſit à peccatorum tenebris mundatum. Beati e- *Matth. 5.*
nim, ait dominus, mundo corde, quia ipſi deum vide-
bunt. Ecce extende aciem oculi cordis & vide, & aures
cordis accommoda & audi. Pater enim & filius duo ſo
nant: ſed cum ipſe filius dicit, Ego in patre, & pater in *Ioan. 14.*
me eſt. Verbum enim patris eſt filius. Pater autem nun-
quam fuit ſine verbo, quoniam in principio erat ver- *Ioan. 1.*
bum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum:
hoc erat in principio apud deum. Hoc ergo verbum
filius cum eſt in patre, & pater in filio ſuo verbo ſuo.
Non

A Non ergo duo dij,ſed vnus deus. Dies ex die,duos videntur ſignificare dies:ſed cum ipſe filius in Euãgelio dicit Iudæis, Abrahã pater veſter exultauit vt videret† diem meum,& vidit & lętatus eſt. Abraham autem tres viros vidẽs ſub quercu Mambre,nõ tres appellauit dominos,ſed vnum appellauit dominũ,tãquam tres dies vnum. Vnde ipſe dominus in Euangelio vnum volẽs intelligi diem patrem & filium, Philippo requirẽti patrem tanquã alterum diem,qui iam filium videbat diẽ, oſtendens quo oculo quærere deberet videre dei vnitatem,quia oculum carnis fixerat in humanitatem, Philippe,inquit,qui me videt, videt & patrẽ. Ego enim & pater nõ dúo dies,ſed vnus. Si potes capere,cape ſempiternum diem.

Ioan.8. Gene.18. †cępinit videre. Ioan.14.

Lumen de lumine duo ſonare videntur luminaria,ſed abſit à nobis ne nos error Manichæorum comprehendat, qui tantum ſolem æſtimant eſſe Chriſtum: ſed nos ſolem iuſticiæ credimus,verbũ patris inſeparabile, æqualem cum patre manentem,& omnia cum illo diſponentem: patrem per filium omnia facientem, fabricam mundi per verbum ſuum cõ-B ſtruentem: filium ad nos venientem, nec patrem deſerentem,ſemper cum illo, nuſquã vſquam eſſe ſine illo: illuminantem,& de ſe & de illo ſplendentem, radiantem,coruſcantem,non duo luminaria,ſed vnũ lumen. Ego enim,ait,& pater vnũ ſumus. De ipſo verbo vnigenito ait propheta Dauid, Semel locut⁹ eſt deus,duo hæc audiui. Quo modo ſemel locutus eſt deus,& ſecũdo ſonuit,niſi quia verbum intranſgreſſibile procedẽs de corde patris, ſuſcepit carnẽ, vt eſſet homo ex vtero matris:venit & manſit,ad nos venit,à patre non receſſit. Ecce per hoc quòd ſemel locutus eſt deus, ſurrexit omnis fabrica noſtra.Per hoc ꝙ ſecundo ſonuit,factus eſt pax noſtra,vt ſolueret inimicicias in carne ſua. Hoc verbum,hoc lumen non reſpiciens Arrianus,audet dicere filium minorem, quem nos confitemur æqualem: & inſana cõtumacia vult de verbo in corde patris manente diſputare,cum ſemetipſum non valeat intelligere. Inſane hæretice prius redi ad te, conſidera te totum ſi potes cõprehendere te,& tunc diſputa de illo qui fecit & me & te. Vide quàm non altũ ſapiebat,ſed in ſimplicitate cordis deum noſſe quærebat ille humilis Dauid, qui in vno lapide ſuperbam frontem deiecit Go-C liæ. Vide quàm nõ alte ſapiebat, cõſiderauit enim quid in ſeipſo ageretur:conſiderauit animam ſuam,inſpexit fabricã,diſcuſsit ſe intus quid eſſet, & ex qua parte iſtã tam pulchram molem gubernaret:atque in vaſculo luteo quo modo habitaret anima plena tãtis theſauris ſapientiæ & ſciẽtiæ & prudentiæ:vbi illic eſſent tãta,tam precioſa,tam grãdia: quæ loca anima obtineret, in qua nullus eſt locus:atq; ex vno fonte quo modo procederent ſingulæ virtutes ſine diminutione & exeuntis & profundentis. Vidit hæc,cõſiderauit hęc,voluit nec valuit comprehendere ſe, & exclamauit deo dicẽs, Mirificata eſt ſcientia tua ex me,inualuit, & non potero ad illam. Hoc fuit dicere, Quando te poſſum comprehendere tam magnum, qui meipſum non valeo explicare extremum & paruum? Vide & alium humilem requirentem modulum ſuæ infirmitatis, & nõ excedentem, ſuperbos ad humilitatem inclinantem, Arenam inquit maris,& pluuię guttas,& dies ſeculi quis dinumerauit? Altitudinem cœli,& latitudinem terræ,& profunditatem abyſsi quis menſus eſt? Sapiẽtiam dei præcedẽtem omnia quis inueſtigauit? Ecce Propheta dicit,imò ipſe dominus qui loquebatur per Prophetã, quòd ſapientiam dei nullus inueſtigauit. Chriſtus eſt enim dei virtus,& dei ſapientia. Nullus ſecundum diuinitatem po- D tuit inueſtigare ſapientiam, quia ſecundum id quod filius natus eſt de patre ſine aliqua matre,natiuitatẽ eius quis enarrabit?

Trinitas incomprehenſibilis. Cap.VI. Ioan.10. Pſal.61. Ephe.2. 1.Reg.17. Pſal.138. Eccli.1. 1.Cor.1.

Dic mihi hæretice,qui audes dicere, ꝙ minor ſit dei ſapientia:dic mihi,altitudo cœli quanta ſit,latitudo terræ,profundũ abyſsi? Numera ſi potes pluuiæ guttas,arenã maris,& dies ſeculi:tuos etiam numera capillos,quoniam omnes capilli capitis veſtri numerati ſunt. Demonſtra mihi atque explica parua iſta inferiora, & tũc tibi credam poſſe te inueſtigare ſuperiora. Sed non potes,non vales. Spiritus dei te conuincat,qui vos hæreticos ante præuidit. Qui enim iſta quę ſuperius diximus,conſcripſerunt atque ſenſerunt,ſpiritu agebãtur veritatis,non erroris. Tu autem hæretice, cum hæc nõ vales explicare, audes de ipſa quæ inueſtigari non poteſt,dei ſapientia diſputare, & magnus tibi videris,quia diſputas nullo altercante tecum, nullo iudice præſidẽte. Et dum ſuffragatur tempus errori tuo, exiſtimas te aliquid eſſe,cum ſis nihil: & ſeductus multos ſeducere cupis,alios pecunia,alios potentia: tales tibi congregas quos plurimos tecum perdas. Nõ eſt tibi E labor hic vtilis ad ſalutẽ,ſed potius ad perniciẽ. Talia enim docendo,imò non docendo,ſed potius blaſphemando,nõ cuilibet potenti,ſed ipſi deo patri in eius filio facere demonſtraris iniuriam. Maior eſt pater, minor eſt filius: melior eſt pater,inferior filius. Has contumelias nec homo quilibet ſapiens libenter accipiat,qui filiũ meliorem ſeipſo,aut parem habere cõtendit. Vnde etiam illud dictum propheticum, Lætatus eſt pater in filio ſapiente, in vita ſua viuit, & in obitu nõ eſt cõtriſtatus. Mortuus enim eſt pater, & tanq̃ non ſit mortuus. Quare non eſt mortuus? Similẽ enim reliquit pro ſe. Ecce Propheta dicit, ſapientem filium hominis eſſe ſimilem patri, & tu hæretice audes dicere ipſam ſapiẽtiam dei filiũ patri eſſe diſsimilem. Propheta dicit,mortuum hominem patrẽ in eo, quòd filium ſimilem reliquit, viuere in filio: & tu audes ipſam ſempiternã vitã, quod eſt dei filius, ſeparare ab illo qui nunquam moritur patre?

Contra Arrianos. Cap.VII. Matt.10. Eccli.30.

Et quid, inquit, facturus ſum? Ipſe dixit, Pater maior me eſt. Quia non intelligis,ideo tibi male ſonat quod bene dixit. Nam ipſe dixit,immo & cõfirmauit. Prorſus ipſe dixit, Pater maior me eſt:ipſe filius dixit. Vide quãdo hoc dixit, In ſuſceptione humanę na- F turæ poſitus hoc dixit. Tunc dixit, Pater maior me eſt: quando dixit, Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Tunc dixit, Pater maior me eſt: quando fleuit, quando laſſatus eſt,quando eſuriuit,quando ſitiuit. Tunc dixit, Pater maior eſt: quando & dicit ſcriptura, minoratum paulominus ab angelis. Nũquid etiam inſana ſuperbia ira irreuerens progreditur veſtra, vt verbũ dei manens apud patrem, audeatis dicere in illa diuinitate angelis eſſe minorem? Si non audes hæretice hoc dicere,ſerua hos gradus,& periet error tuus: Filius apud patrem, æqualis cum patre, quoniam ſempiternus cum ſempiterno,ſemper manens cũ ſempiterno,manet æqualis,miſſus,& veniens:in ſuſceptione hominis minor, nõ ſolũ patre, verũetiam angelis, æqualis in forma dei,minor in forma ſerui. Aequalis cum patre creans angelos, æqualis cum patre homines faciens,æqualis cũ patre nouum conſtituens mundum:minor patre, perditum reparans mundum. Aequalis cum patre, vitam largiens æternam:minor patre, mortem ſuſcipiens noſtram.

Aequalitas pſonarũ Cap.VIII. Ioan.14. Matt.26. Pſal.8.

Hunc itaque filium credimus in ſuſceptione hominis minorem, in diuinitate patri æqualem factum, ſicut Apoſtolus dicit,ex ſemine Dauid. Quẽ virgo Ma

Chriſti natiuitas. Cap.IX. Roma.8.

G ría de ſpiritu ſancto cõcipiens, & in cuius vtero verbũ
1.Tim.2. carnem ſuſcepit, nobis factus eſt mediator homo tot⁹
& deus, verbũ, anima & caro vnus Chriſtus. Hoc quip-
pe nobis etiam ordo huius ſacramẽti declarat, ꝙ poſt-
eaquam credimus in deum patrem omnipotẽtem, cre-
dimus & in Ieſum Chriſtum filium eius conceptum de
ſpiritu ſancto, natum ex virgine Maria. Et hæc natiui-
tas perturbat omnem cogitationem humanam, quo-
niam virtus eſt eam operata diuina. Nam quando ad-
mittet ratio noſtræ generationis, vt virgo concipiens,
virgo poſt partum permaoens, filius videatur, integri-
tas inuiolata ſeruetur? Et hoc non poteſt implere quili-
bet natus homo: ille autem potuit, quia non erat ſolus
homo, ſed deus & homo: qui propterea voluit naſci ho
mo, quia perierat omnis homo. Primum itaque mira-
culum magnũ huius mediatoris ac ſingulare fuit, quòd
ſic natus eſt: vt ille qui veniebat multos docere, facere
miracula, quia ipſe per ſe & per illos faciebat, haberet ta
men aliquid proprium qui nihil vſurpauerat alienum.
Solus enim de virgine natus eſt, quia ſolus ſine ample-
xu viri & fœminæ de ſpiritu ſancto conceptus eſt: ſolus
H ſine corruptione impleuit vterũ matris, quia ſolus pro
nobis ſuper cœlos aſcendit vt ſederet ad dexteram pa
tris. Acceperunt ab illo diſcipuli vt facerẽt multa & ma
gna miracula, & fecerunt: nec tamen quiſpiam prædi-
catur aut creditur de virgine nat⁹, aut de ſpiritu ſancto
conceptus: niſi ille vnus qui creator temporum inuen-
tus, in tempore eſt etiam ipſe creatus, ſuſcipiens quam
integram formauerat humanã naturam, vt per ipſam
quodam modo redemptor noſtram repararet ruinam.
Et hic dei filius, & hominis filius: dei filius de corde pa
tris: hominis filius ex vtero matris. Idẽ ipſe vnus Chri-
Pſal.18. ſtus qui proceſsit ex vtero virginali tanquã ſponſus de
thalamo ſuo. In quo vtero ſpiritales nuptiæ celebratæ,
deus coniunctus eſt carni, & caro adhæſit deo, vt eſſet
Crudelitas vnus Chriſtus & totus homo. Hic ergo procedens
Herodis. velut ſpõſus de thalamo ſuo, ad cuius nuptias cõmota
Cap.X. vniuerſa exultare viſa eſt creatura. Nanque angelorum
chorus ex his nuptiis pacem deſignat hominibus bonę
volũtatis: quia qui erat dei filius, factus eſt hominis fi-
Luca.2. lius, ſuſcipiens quod non erat, non amittens quod erat.
Matt.2. His nuptiis cœli nouam ſtellam, nouum atque ſplendi-
dum lumen illo ipſo ſponſo operante producunt: vt lu
I men verũ ſedentibus in vmbra mortis nunciarent na-
tũ, & velut in lingua ſua laudarent hunc ſponſum pro-
cedentem, quem ſciebaot ad hoc ſuſcepiſſe hominem
mortalẽ vt faceret immortalem. Ad hunc ſpõſum Ma-
gi ab extremo terræ veniunt, (commoniti requirunt,)
vocati munera offerunt, infantem natum necdum qui-
dem videntes, ſed ſtella indice regem adorare cupien-
tes. Ex his nuptiis regis nati, turbatur Herodes, pertur-
bati & Iudæi, regem totius creaturæ non intelligentes:
quęrit Herodes quem audit regem natum infantẽ per-
dere, ne illo creſcẽte poſſet regnum amittere. Iudæi no
lẽtes habere dei filium regem, vbi Chriſtus naſceretur,
Herodi produñt, atq; de vnius infantis nece vtrorumq;
voluntas aſtringitur. Poſtquam enim Herodes Iudæis
narrantibus didicit, vbi Chriſtus occidẽdus poſſet in-
ueniri, vocãs ad ſe Magos, tempus ab eis inquiſiuit ſtel
Ibidem. læ, miſsiſq; in Bethleem ait, Ite, diligenter inquirite de
puero, vt & ego veniens adorem eũ. Labia doloſa, quid
in ore & corde loqueris mala? Aliud enim habet tua lin
gua, aliud clamat cõſcientia. Te ipſum decipis talia co-
gitando, erras, falleris & fallis. Fruſtra in malo vigilat
falſitas, nõ à te ſicut de te inquirit veritas. Ecce audiunt
te Magi, aliud quidem foris dicentem, ſed neſciunt te K
intus aliud cogitantem, & pergunt ita vt amplius ad te
non reuertantur. Ille enim eos admonebat, qui ſapien-
tiam tuam deridens, hoc Magos facere præcepit quod
rex iuſſerat verus, nõ quod ſub dolo perſuaſerat falſus.
Per aliam, inquit Euangeliſta, viam regreſsi ſunt in re-
gionem ſuam. Verum cũ te à Magis deluſum ſenſiſſes
Herodes, voluiſti omnes infantes terræ illius perdere,
vt vnum quem quærebas poſsis occidere. Sed ille ſpõ- *Pſal.18.*
ſus noſter qui proceſsit de thalamo ſuo, vt ex ore infan *Pſal.8.*
tium & lactentium perficeret laudem, finiuit implere
te voluntatem tuam: vt ætas quæ lingua propria Chri-
ſtum non poterat confiteri, teſtimonio mortis ſuæ cõ-
fiteretur, & crudelitas immanis demonſtraretur tua, &
ad nuptias cœleſtis ſpõſi infantium congregaretur tur-
ba. Dic Herodes, ſi te Chriſtus ideo offendit, quia eius
Magis annunciantibus audiſti regnum, quid te offen-
derunt ij qui tecum aduerſus Chriſtum ſentiebãt prin
cipes Iudæorum, quorum filios interficiẽs ipſos magis
atrociſsima pœna in ſuis filiis afflixiſti? Nam Chriſtum
minime inuenire potuiſti. Sed quid tecũ diutius agam?
Ipſos conueniam Iudæos, qui dum infantem Chriſtum L
noluerunt agnoſcere, filios ſuos pro illo compulſi ſunt
amittere: quos quidem occidit mortiq; propinauit He-
rodes veſter amicus: ſed his immortalitatẽ æternamq;
vitam donauit Chriſtus, quem veſtrum etiam nunc di-
citis inimicum. Vos inquam conuenio ô Iudæi, qui *Contra Iu-*
vſque in hodiernũ diem negatis filium dei. Nõne vox *dæos.*
veſtra illa eſt quãdo eum videbatis miracula faciẽtem, *Cap.XI.*
atq; tentantes dicebatis, Quouſque animas noſtras ſu-
ſpẽdis? Si tu es Chriſtus, dic nobis palàm. Ille autem ad
conſiderationem miraculorum vos mittebat dicẽs, O- *Ioan.10.*
pera quæ ego facio ipſa teſtimonium de me perhibent:
vt Chriſto teſtimonium dicerent non verba, ſed facta.
Vos autem non agnoſcentes ſaluatorem, qui operaba- *Pſal.73.*
tur ſalutem in medio terræ veſtræ, adiicientes in malo
aiſtis, Tu de teipſo teſtimonium dicis, teſtimoniũ tuum *Ioan.8.*
non eſt verum. Sed ad hęc ille quid vobis reſponderit,
aduertere noluiſtis. Nõnne ſcriptũ eſt in lege veſtra, ꝙ *Deut.17.*
duorum hominum verum ſit teſtimonium? Præuarica-
tores legis, intendite legem. Teſtimonium quæritis de
Chriſto, & in lege veſtra ſcriptum eſt, quòd duorũ ho-
minum teſtimonium verum ſit. Procedant de lege ve-
ſtra, non tantum duo, ſed etiam plures teſtes Chriſti, & M
conuincant auditores legis, nec factores. Dic Eſaia te-
ſtimonium Chriſto, Ecce, inquit, virgo in vtero conci- *Eſa.7.*
piet & pariet filium, & vocabis nomen eius Emanuel,
quod eſt interpretatum, nobiſcũ deus. Accedat & alius
teſtis. Dic & tu Hieremia teſtimoniũ Chriſto, Hic eſt, *Baruch.3.*
inquit, deus noſter, & nõ æſtimabitur alius abſque illo,
qui inuenit omnem viam ſcientiæ, & dedit eam Iacob
puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo: Poſt hæc in terris viſus
eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Ecce duos teſtes
idonei ex lege veſtra, ex quorum teſtimonio non ſunt
compuncta corda veſtra. Sed alij atque alij ex lege *Ex Daniele*
Chriſti teſtes introducantur, vt frontes duriſsimæ ini- *Cap.XII.*
micorum cõterantur. Veniat & ille Daniel ſanctus, iu-
uenis quidẽ ætate, ſenior vero ſcientia ac manſuetudi-
ne, cõuincat omnes falſos teſtes: ſicut conuincit ſenio-
res impudicos, ita ſuo teſtimonio Chriſti conterat ini-
micos. Dic ſãcte Daniel, dic de Chriſto quod noſti, Cũ
venerit, inquit, ſanctus ſanctorũ, ceſſabit vnctio. Qua- *Dani.9.*
re illo præſente cui inſultantes dicebatis, Tu de teipſo *Ioan.8.*
teſtimonium dicis, teſtimonium tuum non eſt verum,
ceſſauit vnctio veſtra, niſi quia ipſe eſt qui venerat ſan-
ctus ſan-

A ctus ſanctorum? Si vt vos dicitis, nōdum venit, ſed ex-
pectatur vt veniat ſanctusſanctorum, demonſtrate vn-
ctionem. Si autē quod verum eſt, ceſſauit vnctio veſtra,
Dani.2. agnoſcite veniſſe ſanctūſanctorum. Ipſe eſt enim & la-
pis ille abſciſus de monte ſine manibus cōcidentium,
id eſt, Chriſtus natus de virgine ſine manibus comple-
ctentium, qui tantum creuit, vt mons magnus fieret, &
impleret vniuerſam faciem terræ. De quo monte dicit
Eſa.2. Propheta, Venite aſcendamus ad montem domini. Et
Pſal.67. de quo Dauid dicit, Mons dei, mōs vberrimus: vt quid
ſuſpicamini mōtes incaſeatos, montem in quo placuit
deo habitare in eo? Cum enim ipſe dominus Chriſtus
diſcipulos ſuos interrogaret, quem dicerēt eſſe homi-
Matt.16. nes filiū hominis, Reſponderunt, Alij Heliam, alij Hie-
remiam, aut vnū ex Prophetis. Et ille, Vt quid ſuſpica-
mini montes incaſeatos, montē in quo placuit deo ha
bitare in ipſo? Hunc cognouit Petrus dicēs, Tu es Chri
ſtus filius dei. Agnouit montē, & aſcendit in montem.
Teſtimonium dixit veritati, & dilectus eſt à veritate.
Matt.16. Supra petram fundatus eſt Petrus, vt mortem ſuſcipe-
B ret illum amando, quem ter negauerat timendo.
Iiē teſtimo- nia ex lege & ꝓphetis reliquis. Cap.XIII. ¶ Dic & tu Moyſes legis dator, dux populi Iſraël, te-
ſtimonium Chriſto, Prophetā vobis excitabit deus de
fratribus veſtris. Omnis anima quæ non audierit Pro-
phetam illū, exterminabitur de populo ſuo. Prophetam
autē dictum Chriſtum, ipſum audi in Euangelio Chri-
Matt.13. ſtum, Non eſt, inquit, Propheta ſine honore, niſi in pa-
Mar.6. tria ſua. Accedat autem Dauid ſanctus, teſtis fidelis, ex
Roma.1. cuius ſemine proceſsit ille, cui lex & Prophetæ teſtimo
nium reddunt, Dicat & ipſe teſtimoniū Chriſto, Ado-
Pſal.71. rabunt, inquit, eū omnes reges terræ, omnes gentes ſer-
uient illi. Cui ſeruient? Dic, cui ſeruient? Vis audire cui
Pſal.109. ſeruient? Dixit dominus domino meo, ſede ad dexterā
meam, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum
Pſal.2. tuorum. Et expreſsius atq; nominatim, Quare, inquit,
tumultuatæ ſunt gētes, & populi meditati ſunt inania?
Aſtiterunt reges terrę, & principes cōuenerunt in vnū,
aduerſus dominū, & aduerſus Chriſtum eius. Accedat
& alius teſtis. Dic & tu Abacuc propheta teſtimonium
Abac.3. Chriſto, Domine, inquit, audiui auditū tuum & timui,
conſideraui opera tua deus & expaui. Quæ opera dei
iſte miratus expauit? Nunquid fabricam mundi iſte mi-
ratus expauit? Abſit, ſed audi ad quid expauit. In medio,
C inquit, duúm animaliū innoteſces opera tua deus, Ver-
Ioan.1. bum caro factum eſt. In medio duûm animaliū cogno
ſceris. Qui quouſq; deſcendiſti, expaueſcere me feciſti,
Luca.2. quia verbum per quod facta ſunt omnia, in præſepio ia
Eſa.1. cuiſti. Agnouit poſſeſſorem bos ſuū, & aſinus præſepe
domini ſui. In medio duúm animalium cognoſceris.
Quid eſt in medio duúm animalium cognoſceris: niſi
aut in medio duúm teſtamentorum, aut in medio duo-
Luca.23. rum latronum, aut in medio Moyſi & Heliæ cū eo in
Matt.17. monte ſermocinantium? Ambulauit, inquit, verbum: &
exiuit in campos. Verbum caro factum eſt, & habitauit
Baruch.3. in nobis. Hoc & Hieremias ait, Poſt hæc in terris vi-
ſus eſt, & cum hominibus cōuerſatus eſt. Ecce quo mo-
do conueniunt ſibi teſtes veritatis: ecce quo modo cō-
uincunt filios falſitatis. Sufficiunt vobis iſta ô Iudæi, An
adhuc ad veſtram confuſionem ex lege & ex gente ve
ſtra alios introducemus teſtes, vt illi teſtimonium per-
Ioan.8. hibeant, cui perdita mente inſultantes dicebatis, Tu de
Simeōis & Zachariæ teſtimoniū. Cap.XIIII. teipſo teſtimoniū perhibes, teſtimonium tuum non eſt
verum? Quòd ſi velim ex lege & ex Prophetis omnia
quæ de Chriſto dicta ſunt, colligere, facilius me tēpos
quàm copia deſerit. Veruntamen ſenem illum ex
gente veſtra natum, ſed in errore ve[ſ]tro non relictum, D
Simeon ſanctum in medium introducam: qui meruit
decrepitus teneri in hac luce, quoadusq; videret veram
lucem. Quem quidem iam ætas cōpellebat ire, ſed ex-
pectabat ſuſcipere quem ſciebat venire, Cum iſte ſenex
admonitus eſſet à ſancto ſpiritu, quòd non ante more- *Luca.2.*
retur quàm videret Chriſtum dei natum, quē cogno-
ſcens venit ad tēplum. Vbi vero eum portari manibus
matris vidit, & diuinam infantiam pia ſenectus agno-
uit, tulit infantē in manibus ſuis. Ille quidem Chriſtum
ferebat, ſed ſenem Chriſtus regebat. Regebat qui porta-
batur, ne ille ante promiſſum à corpore ſolueretur. Quid
tamen dixerit, quem confeſſus fuerit, aduertite inimi-
ci, non Chriſti, ſed veſtri. Benedicēs deum exclamauit
ſenex ille & dixit, Nūc dimittis domine ſeruum tuum *Ibidem.*
ſecundum verbum tuum in pace, Quia viderunt oculi
mei ſalutare tuum. Illi etiam parentes Ioannis, Zacha-
rias & Heliſabeth, iuuenes ſteriles, in ſenecta fœcūdi, di
cant etiam ipſi teſtimonium Chriſto. Dicant de Chri-
ſto quid ſentiant, & teſtem idoneum Chriſto nutriāt.
Aiunt enim ſuo paruulo nato, Tu puer Propheta altiſ-
ſimi vocaberis, Præibis enim ante faciem domini para- *Luca.1.*
re vias eius. Ipſiq; matri & virgini Heliſabeth ait, Vnde E
mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim vt
facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultauit
in gaudio infans in vtero meo. Intelligens enim Ioan-
nes matrem domini ſui veniſſe ad ſuam matrem, inter
ipſas anguſtias vteri adhuc poſitus, motu ſalutauit, quē
voce non poterat. Qui poſtea ipſe Ioannes præcurſor &
amicus, humilis & fideliſsimus ſeruus, teſtis idoneus fa-
ctus, tanto maior in natis mulierum, quanto exiſtima-
batur eſſe quod non erat. Chriſtum enim eum eſſe Iu-
dæi credebant, ſed ille nō ſe eſſe clamabat dicens, Quē *Luca.3.*
me ſuſpicamini eſſe, non ſum ego, ſed ecce venit poſt
me, de cuius pedibus nō ſum ego dignus ſoluere corri
giā calciamenti eius. O fidelis teſtis & amice veri ſpōſi,
quantum te humiliauiſſes, ſi ad corrigiam calciamenti
eius ſoluendam dignum te eſſe dixiſſes. Sed dū hoc nō
te dignō dicis, Iudæis falſis teſtibus contradicis. Et hæc
à te dicta ſunt antequam Chriſtum videres: qui cum ad
te ipſe venit excelſus & humilis implendæ diſpenſatio-
nis ſuæ gratia, vt à te baptizaretur, qui nullum habebat
omnino peccatum, quid reſponderis, quē cognoueris, F
quale teſtimonium protuleris, audiant inimici qui au-
dire nolunt, Ecce, inquit, agnus dei, ecce qui tollit pec- *Ioan.1.*
cata mundi, Et adiecit, Tu ad me venis baptizari, Ego à
te debeo baptizari. Agnouit ſeruus dominum, agnouit
peccati originalis vinculis obligat⁹, ab omni nexu pec-
cati liberum. Agnouit præco iudicem, agnouit creatura
creatorem, agnouit paranymphus ſponſum. Nā & hæc
vox Ioannis eſt. Qui habet ſpōſam ſponſus eſt. Amicus *Ioan.3.*
autē ſponſi ſtat & audit eum, & gaudio gaudet propter
vocem ſponſi. Sufficiunt vobis iſta ô Iudæi, ſufficiūt *Ex libris*
vobis tāti teſtes & teſtimonia ex lege veſtra & ex gēte *Ethnicorū.*
veſtra? An adhuc impudentia nimia † audebitis dicere, *Cap.XV.*
quòd alterius gentis vel nationis homines Chriſto de- *† al. impu-*
berent teſtimoniū perhibere? Sed ſi hoc dicitis, reſpon *denti aīo.*
det quidem ille vobis, Nō ſum miſſus, niſi ad oues quæ *Matt.15.*
perierūt domus Iſraël. Sed ſicut vos in actibus Apoſto-
lorum increpat Paulus, Vobis primum oportuerat an- *Acto.13.*
nunciari verbum dei, ſed quia repuliſtis illud, nec vos
dignos vitæ æternæ iudicaſtis, ecce, inquit, cōuertimus
nos ad gentes: demōſtremus etiam nos ex gentibus te-
ſtimonium Chriſto fuiſſe prolatum, quoniā veritas nō
tacuit clamando etiam per linguas inimicorū ſuorum.

Nónne

G Nónequãdo Po[illegible] ille facũdiſsim⁹ ioter ſua carmina,
Eclog.4. Iam oooua progenies cœlo demittitur alto, dicebat:
Chriſto teſtimooiũ perhibebat? In dubiũ hoc veniet,
niſi alios ex gentibus idoneos teſtes pluraq́; dicẽtes in
medium introducam. Illum regem qui veſtram ſuper-
biam captiuãdo perdomuit, Nabuchodooſor regem
ſcilicet Babyloois nõ prætermittam. Dic Nabuchodo
noſor quid in foroace, quo tres viros iuſtos iniuſte im-
Danie.3. miſeras: dic, dic quid tibi fuerit relatum? Nõne, ioquit,
tres viros miſimus io fornacẽ ligatos? Et aiunt ei, Vere
rex. Ecce, ioquit, ego video quatuor viros ſolutos deã-
bulantes io medio igois, & corruptio oulla eſt in eis, &
† ſimilitu- aſpectus quarti ſioulis eſt filio dei. † O alienigena, vode
do eſt ſi'y tibi hoc? Quis tibi annũciauit filium dei? Quæ lex, quis
dei. Propheta annuociauit tibi filium dei? Nondum quidẽ
mundo naſcitur, & ſimilitudo naſcentis à te cognoſci-
tur. Vnde tibi hoc? Quis tibi iſtud aooũciauit, niſi quia
ſic te diuious ignis intus illuminauit, vt cum illic apud
Deut.17. te captiui tenerentur ioimici Iudæi, ſic diceres teſtimo-
De Sibylli- nium filio dei. Sed quia in ore duorum vel triũ te-
nis vatici- ſtium ſtat omne verbum, ſicut ipſe dominus cõfutans
nus. Cap. veſtram contumaciam, In lege, inquit, veſtra ſcriptum
XVI. eſt, quòd duorum hominum teſtimooium verum ſit,
Ioan.8. etiam ex gẽtibus tertius teſtis introducatur, vt teſtimo-
H nium veritatis omoi ex parte roboretur. Quid Sibylla
vaticinaodo etiam de Chriſto clamauerit, in medium
proferamus, vt ex voo lapide vtrorumque frontes per-
cutiantur, Iudæorum ſcilicet atque Pagaoorum, atque
1.Reg.17. ſuo gladio, ſicut Golias, Chriſti omoes percutiãtur ini-
Vaticiniũ mici. Audite quid Sibylla dixerit,
Sibyllæ. Iudicij ſigoum, tellus ſudore madeſcet.
E cœlo rex adueniet per ſecla futurus.
Scilicet in carne præſens, vt iudicet orbem.
Vnde deum cernent, iocredulus atque fidelis
Celſum cum ſanctis, æui iam termino io ipſo.
Sic animæ cum carne aderunt quas iudicat ipſe.
Cum iacet incultus denſis in vepribus orbis.
Reucient ſimulachra viri, cunctam quoque gazam.
Exuret terras ignis pontumq́; polumq́;
Inquirens, teiri portas effringet auerni.
Sanctorum ſed enim cunctæ lux libera carni
Tradetur, ſontes æternaq́; flamma cremabit.
Occultos actus retegens, tunc quiſque loquetur
Secreta, atque deus reſerabit pectora luci.
I Tuoc erit & luctus, ſtridebuot dentibus omnes.
Eripitur ſolis iubar, & chorus interit aſtris.
Voluetur cœlum, lunaris ſpleodor obibit.
Deiciet colles, valles extollet ab imo.
Non erit in rebus hominum ſublime vel altum.
Iam æquantur campis montes & cerula pooti.
Omnia ceſſabunt, tellus coofracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur, fluminaq́; igoi.
Et tuba tunc ſonitum triſtem demittet ab alto
Orbe gemens facious miſerum variosq́; labores,
Tartareumq́; chaos monſtrabit terra dehiſcens.
Et coram domino reges ſiſtentur ad voium.
Decidet è cœlo, ignisq́; & ſulphuris amnis.

Hæc de Chriſti natiuitate, paſsione & reſurrectio-
ne, atque ſecuodo eius aduentu ita dicta ſunt, vt ſi quis
in Græco capita horum verſuum diſcernere voluerit,
inueniat ἰησ̃ς χρειςὸς ὑὸς θ̃υ σωτὴρ: Id eſt, Ieſus Chriſtus
filius dei ſaluator. Quod & in Latinum traoſlatis eiſdẽ
verſibus apparet, præter quàm quòd Græcarum litera-
rum proprietas noo adeo potuit obſeruari.

Alios verſus Sybillinos Chriſti paſsiooem apertius
demonſtrantes ioteotiſsime audiamus. K
In manus iniquas & iofidelium poſtea veniet.
Dabuot deo alapas maoibus inceſtis.
Et oribus immundis expuent ſaliuas venenoſas.† *† al. Et im-*
Dabit autem in verbera omnino innocens dorſum. *purato ore*
Et colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoſcat *expuẽt ve-*
Quod verbum & vode venit, vt mortuis † loquatur. *nenatos ſpu*
Et corooam portabit ſpineam, *mas.*
In cibum autem fel, & ad ſitim acetum dederunt, *† inferis.*
Iohoſpitalitatis hanc monſtrabant menſam.
Ipſa eoim ſtulta, deum tuum non cognouiſti
Ludentem mortalibus mentibus, ſed & ſpinis
Coronaſti corona, horridumq́; fel miſcuiſti.
Templi vero velum ſciodetur, & die
Media nox teoebroſa nimis tribus horis.
Et mortis fatum finiet trium dierum ſomno ſuſcepto,
Et nunc à mortuis regreſſus in lucem venit.†
Primus reſurrectioois ioitium reuocatus oſtendit. *† al. Et tũc*

Credo iam vos ô ioimici Iudæi taotis teſtibus ita *ab inferis*
obrutos confutatóſque eſſe ipſa veritate, vt nihil vltra *regreſſus*
repugnarem, oihil quærere debeatis. Qui etſi ipſa veri- *ad lucẽ ve*
tate cui oimia inſipieotia, vel potius amentia, cum om- *niet.*
nia ooſſetis quę de Chriſto eſſent dicta atq́; conſcripta, L
inuerecuoda etiam fronte dicebatis, Tu de teipſo teſti- *Ioan.8.*
monium dicis, teſtimonium tuum non eſt verum.* Ve- **ſans eſtis*
runtamen vt diuinæ maieſtatis veritas luceſcat, ſupra *conuicti.*
tot teſtiũ præclaras voces, [ſuo creatori] vniuerſa crea- *Tale quid-*
tura teſtimonium Chriſto dixiſſe viſa proclamat. Nõ- *dã videtur*
ne cœlum teſtimonium dixit, quãdo nouum ſydus in *deeſſe.*
noua hominis progenie velut lingua & digito, quo po
tuit oatum deũ homioem gentibus demonſtrauit? Nõ-
ne mare teſtimonium dixit, quãdo oblitus quodã mo-
do naturæ ſuæ liquidus humor, ſoliditate ſuſcepta, ſui *† quod ele-*
domini portauit impreſſa veſtigia: vt impleretur illud *mentum.*
quod dictum eſt, In mari eoim vita tua, & ſemitæ tuæ *Pſal.76.*
io aquis multis: quãdo eleuatum † ſeruum Chriſti ſupra *† al. ſupra*
ſe ſapientem, † vt demonſtraret quantum iotereſſet in- *ſe ãbulare*
ter creaturam & creatorem, lymphis vnda Petrũ ab- *cupiẽtem.*
ſorbuiſſet, niſi domious rerum mergeoti Petro manum *Matt.14.*
porrexiſſet? Nõooe terra teſtimonium dixit, quaodo e-
lus cooſperſa ſaliua, ex ea cęcitati oculos inungens, lu *Ioan 9.*
meo oõ videnti reſtituit: & fabrica quod minus habuit
è limo terræ artifex reparauit, qui totum hominem de *Gene.1.*
terra ante formauit? Nõnne inferna Chriſto teſtimo- M
nium perhibueruot, quãdo vita † ſua perdita Lazarum *† iura.*
quem diſſoluendum acceperant, integrum per quatri- *Ioan.11.*
duum reſeruauerunt, vt iocolumem redderet, cum vo-
cem domini ſui iubentis audirẽt? Quid in ipſa eius paſ-
ſione actum eſt? Nõnoe cootra veſtrã impudẽtiam fe-
rocemq́; amentiam ipſam quodam modo publicam lo
cem teſtem citabo? Sicut putabatis, homo taotum à vo
bis interficiebatur Chriſtus. Quod & ſi tantũ eſſet, vo-
bis parcere debuiſtis, vt maous veſtras alienas redde-
retis à ſanguine ionocentis. Quæ cæcitas infuſa eſt in
cordibus veſtris, vt nec illa vos tanta terreret medio
* die ſolis obſcuritas, & inter ei⁹ radios claros amputata
lux, oox recoodita io diem: imò oox vſurpauit diẽ, nec
curſum ordinis ſeruauit: & obtenebratur cœlum, luget
terra, velum templi conſcinditur, petræ ſcinduntur, in-
ferna reſerantur, omnis penè creatura expaueſcit mor-
tem Chriſti. Nec tamen in his taotis aperti ſunt oculi
veſtri: O Iudæi, dęmones qui veſtra corda poſſederunt *Mar.1.*
dixerunt, Scimus qoi ſis, quid veniſti ante tempus per- *Ioan.8.*
dere nos? Et vos dixiſtis, Tu de teipſo teſtimonium di- *Ex euentu.*
cis, teſtimooium tuum non eſt verum. Sed noo in- *Ca. XVIII.*
telligentes

A telligẽtes actiones veſtras, egiſtis cauſas veſtras. Deni-
que noſtrę ſaluti militabat veſtra malicia: ille enim qui
ad hoc venerat vt pro nobis moreretur, inſanas voces,
Lucæ.23. Crucifige crucifige clamantium, vt homo nõ expauit,
quia vt deus ante eas præuidit. Quantum laboraſtis, vt
Matt.26. diſcipulum Iudam pecunia corrũperetis, & à malo vẽ-
ditore mali emptores Chriſtum nõ poſsidendum cõ-
pararetis, nundinas malas agentes animæ veſtræ quan-
do fundebatis precium ſalutis noſtræ. Quantum labo-
Matt.27. raſtis, vt iudicem à veſtro ſcelere manus lauantem, ca-
lumniis, Cæſaris nomine oppoſito opprimeretis, vt id
impleret quod fieri volebatis. Quantum laboraſtis, vt
Chriſtus occideretur & latro dimitteretur: quantum la
boraſtis vt Chriſtus contumeliam pateretur, ſpinis co-
ronaretur, in ligno ſuſpenderetur, lãcea perforaretur:
quantum clamaſtis, quantum ſudaſtis, quãtum labora-
ſtis: ſed omnis iſte labor veſter fructus eſt noſter. De-
nique à vobis Chriſtus occiditur, nobis reſurgit. A vo-
bis in ligno ſuſpenditur, clauis confixus in cruce deti-
netur, & à ducibus noſtris diſcipulis ſuis in medio eo-
B rum clauſis ianuis inuenitur. Pecunia milites corrum-
pendo Chriſti reſurrectionem opprimere voluiſtis, &
ecce eius reſurrectio toto mũdo iã celebratur, & quod
dediſtis, iã perdidiſtis. Implere non potuiſtis quod vo-
luiſtis, audite iam quod audire non vultis. Die tertio à
mortuis reſurgẽs, aſſumptus in cœlum, ſedet ad dexte-
ram patris: diſperſit vos per nos, per vniuerſas terras,
vt vbique prophetias de eius natiuitate, paſsione, [reſur
rectione, aſcenſione,] quæcunque dicta ſunt vos perfe
ratis, atque lucernam legis, tanquam lignea candelabra
ſenſu carentia, gẽtibus miniſtretis. Quod propterea fa-
ctum eſſe cognoſcite, ne gentes hæc omnia quæ agun-
tur, dum prædicantur à nobis, dicerent fuiſſe conficta.
Hanc etiam ipſam veſtram diſperſionem fuiſſe prædi-
Pſal.58. ctã, Dauid propheta declarat dicẽs, Ne occideris eos,
ne quando obliuiſcantur legem tuam, ſed diſperge eos
in virtute tua. Diſperſio hæc ergo veſtra teſtimonium
Ioan.8. perhibet Chriſto cui dixiſtis, Tu de teipſo teſtimoniũ
dicis, teſtimonium tuum non eſt verum: & cætera. Vt
ex veſtro teſtimonio inimicorum, alij inimici confun-
dantur, qui Chriſtũ magicis artibus feciſſe dicunt quæ-
cũque fecit miracula. Nam & hoc quòd mortuus coli-
C tur magicæ potẽtiæ deputandum eſſe cõtendunt. Pro-
ferte codices propheticos ô Iudęi Chriſti inimici, vt ex
ipſis alij Pagani cõuincantur inimici. Prophetas longe
antequam naſceretur ante ſe præmiſit, qui omnia quæ
ſuperius diximus, prædixerunt. Hinc iam iudicate qui
recta ſapitis. Nũquid ſi magicis artibus fecit vt colere-
tur mortuus, Magos miſerat antequã natus? Cõfundi-
mini, corrigimini qui talia de Chriſto vel ſentitis vel
creditis vel dicitis. Confundimini & vos Iudæi, qui lu-
cernam legis in manibus habentes, aliis lumen præbe-
† al. in cæ. tis, & vos in ſanctis† intendere non curaſtis, ſed expe-
ctatis quidem & vos vt veniat qui venturus eſt. Et ve-
niet, ſed non ſicut vultis veniet: veniet excelſus ille qui
à vobis interfect⁹ eſt nullius criminis reus: manifeſtus
veniet deus, & videbitis iudicãtem quem contempſi-
ſtis miracula facientem. Qualis erit tunc & veſtra con-
ſcientia, cum vobis ille nudam iam exhibet patiẽtiam,
quia vos inuenit in anima mortuos, qui venturus eſt iu-
Contra Arrianos. dicare viuos & mortuos. Credimus in ſpiritũ ſan-
ctum, quẽ nos credimus deum, æqualem patri & filio,
Cap.XIX. manentem in patre & filio, [inſeparabilem patri & fi-
lio,] regnantem cum patre & filio: trinitas vna, & ter-
tia in vnitate perſona ſpiritus ſanct⁹, qui operatur om-
nia in omnibus. Hunc & Arriani blaſphemãt, patre fi- D
lioq; eſſe minorem. Hunc eorum errorem ille Euãge-
liſta reuocat dicens, Si quis dixerit verbũ in filium [ho- *Matt.12.*
minis,] remittetur illi: ſi quis dixerit verbum in ſpiritũ
ſanctum, non remittetur illi, nec in ſeculo iſto, nec in
futuro ſeculo. Quid eſt Arriane, quò progreſſa fuit im-
manitas tua? Dicis verbum in filium hominis, quia ſe-
cundum diuinitatẽ filium dei aſſeris eſſe minorem. Di-
cis verbum in ſpiritum ſanctum, in ipſa illa indiuidua
vnitate etiam filio eſſe minorem, Dicẽdo tale verbum
de verbo, tale verbum de ſpiritu ſancto, non remittun-
tur nec hic nec in futuro ſeculo peccata tua, & tu rebap
tizando polliceris dimittere aliena? Donum ſpiritus
ſancti agnoſcimus eſſe remiſsionem omnium peccato-
rum, ſuffragante nobis ipſa veritate, quæ poſt reſurre-
ctionem ſuam ait diſcipulis ſuis, Accipite ſpiritum ſan- *Ioan.20.*
ctum, ſi cui remiſeritis peccata, remittuntur illi. Vos au
tem ſacrilego auſu, quibus iam Chriſti dono & ſpiritus
ſancti, per baptiſmum & originalia & propria cuncta
dimiſit omnino peccata, in iam baptizatis exufflaſtis
Chriſtum, reſpuiſtis ſpiritum ſanctum: & renatum non E
abluere, ſed ſordidare: nõ liberare, ſed obligare: nõ vi-
uificare, ſed mortificare contenditis. Nec mirum ſi has
ruinas quotidie fabricatis, qui petram integram Chri-
ſtũ in fundamento habere noluiſtis: qui à veſtro errore
ſeparat veritatis filios, quos ſic fouet vt nutriat, non ſic
vt tu blandiendo decipit vt occidat. Apud catholi- *Reſurrectio.*
cam fidem dilectiſsimi noueritis tantum eſſe veram fi-
dem, germanam pacem, perpetuam ſalutem. Nõ enim *Cap.XX.*
in angulo eſt, ſed vbiq; tota eſt. Si quis ab ea diſceſſerit,
atque in hæreticorum errorem ſe tradiderit, vt fugiti-
uus ſeruus iudicabitur, nõ vt filius adoptiuus: nec ad vi
tam æternã reſurget, ſed potius ad damnationem: quo-
niã bonis maliſq; promittitur reſurrectio. Omnes qui-
dem reſurgemus ait Apoſtolus, ſed non omnes immu-
tabimur. Et quid prodeſt fratres mei reſurgere, & non
immutari? Qui enim in illa vita nõ fuerit immutatus,
à iuſto iudice inuenitur eſſe damnatus. Dãnatus autem *† al. quòd*
æternam non cõſequitur vitam, qui de aduerſario dia- *nõ illos vin*
bolo victricem non valuit accipere palmã. Quid enim *culis in ido*
prodeſt dilectiſsimi, † illius vinculis in idolorum cultu *lorũ cultu*
non inhærere, quos diabolus hæreticorum caput iuſte F *quẽ-*
decenterq; poſsidet. Qui vult ad æternam vitã perue- *piã diabo-*
nire, contra omnes diaboli laqueos debet fortiter inui- *lus tenet, et*
gilare. Nõ enim qualis eſt iſta vita, ita inuenietur & illa. *viſco hære-*
Quantum autem diſtat inter hanc & illam, debet *ticorũ cap-*
noſſe charitas veſtra. Hic falſitas, ibi veritas. Hic pertur *tũ detẽtũq;*
batio, illic fida poſſeſsio. Hic peſsima amaritudo, illic *poſsidet?*
ſempiterna dilectio. Hic periculoſa elatio, illic eſt ſecu *&c.*
ra exultatio. Hic timetur ne qui erat amicus, efficiatur *Differentia*
ſubito inimicus: illic ſemper manet amicus, quia nullus *tẽporalis vi*
illuc admittitur inimicus. Hic quicquid eſt bonum, ti- *tæ & æter-*
metur ne pereat: illic quicquid acceperis, ab illo ſerua- *næ.*
bitur qui fecit vt ne tu tranſeas, & quod acceperis non *Cap.XXI.*
amittas. Hic mors, ibi vita. Hic omnia quæ creauit de⁹,
illic ipſe pro omnibus & in omnib⁹ deus, & quę digna *1.Cor.15.*
dicuntur, ſi tamẽ aliqua dicuntur. Non enim ſufficit hu
mana lingua laudare, quod ſenſus mortalium non va-
let comprehendere. Veniemus illuc fratres mei, vnde
& ibi videbimus quod oculus hic non vidit, Ibi audie- *1.Cor.2.*
mus quod auris hic non audiuit, Ibi intelligemus quod
cor humanum cõprehendere hic non valebit, vidẽtes
ſcienteſq; † exultabimus inenarrabili gaudio. Et qua- *† fruẽteſq;*
le gaudium erit vbi nullus timor erit? Quale gaudium *1.Petri.1.*
erit cum te videris eſſe ſocium angelorum, participem
regni

G regni cœlorum,regnare cum rege,nihil concupiſcen-
do omnia poſsidere,ſine auaricia diuitẽ, ſine pecunia
adminiſtrantem,ſine ſucceſſore iudicantem,ſine metu
Barbarorum regnantem, ſine morte æterna vita viuen
De via ad patriam. tem? Sed vt ad iſta veniamus,viam tutiſsimam quæ
illuc ducit non amittamus. Quæ eſt via? Chriſtus ex to
Cap. XXII. to,ex capite,ex corpore. Ex capite æqualis filius,in ma-
Pſal.18. nente manens. Ex corpore minor, viam iſtam vt gigas
velociter tranſiens. Caput & corpus, Chriſtus & Eccle
† ſapiemus. ſia. Nec ab illo ſeparemur, † aliquid aliud de illo, ſicut
hæretici credendo:nec ab iſta, prauis noſtris motibus
declinando. Hæc eſt mater vera,pia mater & caſta, in-
trinſecus ſui viri dignitate ornata,non forinſecus mẽ-
dacio fallente turpiter colorata. Nõ nos ab iſta matre
& nomen confictum ſeducat alienum, non nos Eccle-
ſiæ ſpecies aliena decipiat. Sponſa nõ eſt quę virũ ſuum
non cognoſcit: turpis eſt quæ tãti viri ſpeciem ſuis ſer-
monibus fuſcare cõtendit. Fruſtra tunc Eccleſię nomẽ
imponet Iudęa ſpecie ſubdola decipiens,quia decepta.
Video quidem quòd captes formam tuam ſub ſpecie
alieoa, Quid te componis,quid tãtum te exornas, quid
H fimbrias tuas expandis, cur te contra veram ſponſam
æquare contendis? Non te reſpicit ſponſus, quia nõ es
Hiere.3. ſponſa. Sed pulchram te dicis eſſe,& de auro atque or-
Pſal.44. namẽtis plurimis gloriaris: reſpõdet tibi ſpecioſus for-
ma præ filiis hominũ: ſpecies fornicariæ facta eſt tibi,
†† irreuerẽs facies. irreuerẽs facta es † in omnibus. Quòd ſi dixeris,quare?
reſpondet,quia ſub ſpecie[ſponſæ] componis te,& mẽ
tiris ſpõſum tuum eſſe me. Species fornicariæ facta eſt
tibi,irreuerens facta es † in omnibus, non ſicut patrẽ ap-
pellas me,[Ego enim & pater vnum ſumus. Non ſicut
patrem appellaſti me,] & principem virginitatis tuæ.
Verba ſunt Chriſti per prophetã, Si ego eiſem prĩceps
virginitatis tuæ,ſeruares integritatem tuam, ſicut inte-
gram ſeruaui matrem meam. Quia ergo nec principem
virgioitatis tuę,nec patrem agnoſcis,nec æqualem,nec
ego te agnoſco virginem. Noli te amplius iactare eſſe
quod non es,agnoſce turpitudioem tuam:[Arrius abſ-
tulit integritatem tuam:] Nõ es igitur ſponſa, quia oon
es iotegra. Fruſtra eoim illum ſponſum vocas qui non
eſt tuus. Turpem enim viduam non accipit Chriſtus.
Redi,redi,repudiata redi,cõfuſa redi, ſerpentinis frau-
dibus violata redi,non diuinitate cœleſti cõpoſita, ſed
I humanis aſſertionibus reconuenta redi, fallere temet-
† al. fallere ſponſum. ipſam potes,illum † nõ potes. Nouit enim ille quã quæ-
rat,agnoſcit quam vocat:ſemper enim viuit mater, No
uerca,quid te ſupponis? Nõ potes excludere pulchram.
Nam cum turpis ſis ancilla, ſpecies fornicariæ facta eſt
tibi. Non enim ſeruas vni viro fidẽ,quæ catholicã non
tenes vnitatem. Ille enim ſponſus matrẽ quærit veram,
quæ pie filios ſuos nutriat, nõ turpem quæ alienos frau
dulenter occidat. Vide quæ ſit hæc mater vera,quę ad-
huc te tolerat ſuos filios[præfocantem, ſuo viro iniu-
riam facientem. Tolerat, quia] patientiam exhibet ſui
ſponſi & expectat auras libertatis, vt vindicetur ab eo
eius humilitas, quooiam eam viri ſui obtinet charitas.
Ipſe eſt enim qui viuit & regnat cum deo patre & cum
ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum. Amen.

Diui Aurelij Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi
orationis contra Iudæos, Paganos,
& Arrianos, Finis.

CENSVRA.

Eodem conſilio & hunc tractatum adiecimus.

DIVI AVRELII AVGV-STINI HIPPONENſis Epiſcopi, oratio aduerſus Iudæos. K

BEatus Apoſtolus Paulus, doctor *Caput I.*
gentiũ,in fide & veritate exhor-
tans nos, vt in eadem fide cuius
idoneus miniſter effectus eſt,ſta-
biles firmiq; maneamus præcep-
to admonet,terret exemplo, Vi-
des,ioquit, bonitatem & ſeueri- *Roma.11.*
tatem dei. In eos qoidem qui ce-
ciderũt,ſeueritatem: in te autem
bonitatem dei,ſi permãſeris in bonitate. Hoc dixit vti-
que de Iudæis,qui tanquam rami ex illa olea,quę in ſan
ctis Patriarchis, tanquam in radice fructifera, propter
iocredulitatem fracti ſunt: vt gentium propter fidẽ in-
ſereretur oleaſter,& fieret particeps pingoedinis oleæ,
ramis naturalibus amputatis. Sed noli,inquit,gloriari
aduerſum ramos:nam ſi gloriaris,non tu radicem por- L
tas,ſed radix te. Et quoniam ſaluantur aliqui ex illis,cõ-
tinuo ſubiũxit, Alioquin & tu excideris: ſed & illi ſi nõ
permanſerint in infidelitate,inſerentur, Potẽs eſt enim
deus iterum inſerere eos. Illi ergo qui permanẽt in in-
fidelitate, ad illam ſententiam domini pertinent vbi
ait, Filij autem regni huius ibunt in tenebras exterio- *Matt.8.*
res: ibi erit fletus & ſtridor dentiom. Gentes autem per-
manentes in bonitate,ad illud quod ſuperius ait, Multi
ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum
Abrahã & Iſaac & Iacob in regno cœlorum. Itaq; illis
Patriarchis in radice viuẽtibus, & infidelis ſuperbia na
turalium ramorum, iuſta dei ſeueritate cõfringitur, &
fidelis humilitas oleaſtri,gratia diuinę bonitatis inſeri-
tur. Sed quando Iudæis iſta dicuntur, Euãgelium Apo-
ſtolumq; contemnunt, & quod dicimus non audiunt,
quoniam quod legunt nõ intelligunt. Nam vtiq; ſi in-
telligerent de quo prædixerit Propheta, quem legunt,
Dedi te in lucem gentium, ita vt ſis ſalus mea vſque in *Eſa.49.*
fines terræ: non ſic cæci eſſent,non ſic ægroti,vt in do-
mino Chriſto nec lucẽ agnoſcereot,nec ſalutem. Item
ſi intelligerent,quod infructuoſe atq; inaniter cantant,
de quibus ſit prænuociatum, In omnem terram exiuit *Pſal.18.*
ſonus eorum,& in fines orbis terræ verba eorum: ad ſo M
num Apoſtolorum vigilarent, & verba eorum diuina
eſſe ſentirent. De ſanctis ergo ſcripturis,quarum & *Quatenus*
apud ipſos magna habetur authoritas, ſumẽda ſunt te- *nos ſerua-*
ſtimonia, quorum etſi nolint oblata vtilitate ſaoari, a- *mus legem*
perta poſsint veritate conuinci. Sed primo eorum ille *Moyſi.*
redarguẽdus eſt error, quo putant ad nos ideo nõ per- *Cap.II.*
tinere inſtrumenti veteris libros, quia iam non vetera,
ſed noua ſacramẽta ſeruamus. Dicũt enim nobis, Quid
apud vos facit lectio legis & Prophetarum, cuius præ-
cepta ſeruare non vultis? Eo quòd carnem præpucij nõ
circuncidimus maſculinam, & veſcimur carnib⁹ quas
lex dicit immundas,nec ſabbata,& neomenias,& dies
feſtos eorum carnaliter obſeruamus,nec victimis peco
rum ſacrificamus deo, nec paſcha in oue & azymis ſi-
militer celebramus: & ſi qua ſunt alia vetera ſacramen-
ta, quæ generali vocabulo vmbras futurorum appellat
Apoſtolus, quia ea ſignificabant ſuo tẽpore reuelanda, *Coloſ.2.*
quæ nos reuelata ſuſcepimus, vt remota vmbra Iudæo-
rum,luce frueremur. De quibus ſingillatim nimis lon-
gum eſt diſputare,quemadmodum exuendo veterẽ ho
minem circuncidimur non in expoliatione corporis *Ibidem.*
carnis:

A carnis: & quos cibos vitãt in pecoribus, vitamus in mo-
Roma.12. ribus, & exhibemus corpora noſtra hoſtiam viuã ſan-
ctam, deo placentẽ, cui & animas noſtras in deſideriis
ſanctis pro ſanguine intelligenter effundimus, & Chri
ſti velut agni immaculati ſanguine ab omni iniquitate
Gene.22. mũdamur. Qui propter ſimilitudinem carnis peccati,
etiam caprino pecore in veteribus ſacrificiis figuratus
eſt, nec eum negat in crucis cornib⁹ taurum, qui in illo
agnoſcit maximã victimam. In illo requiem cum in-
uenimus, vere ſabbatizamus: & lunæ nouæ obſeruatio,
1.Cor.5. vitæ nouæ eſt ſanctificatio. Et Paſcha noſtrum immo-
latus eſt Chriſtus, & azyma noſtrum eſt ſynceritas ve-
ritatis, fermentum non habens vetuſtatis: & ſi qua alia
ſunt, in quib⁹ nunc immorari opus nõ eſt, quæ illis ve-
teribus adumbrata ſunt ſignis, in iſto habent finem, cu
ius regni non erit finis. In illo quippe omnia oportebat
Matt.5. impleri, qui venit legem & Prophetas non ſoluere, ſed
Chriſtus le- implere. Proinde illa vetera ſigna rerum non eua-
gẽ nõ abole- cuauit arguendo, ſed implendo mutauit: vt alia eſſent
uit, ſed im- quæ nunciarent veniſſe iam Chriſtum, quàm fuerãt il-
pleuit. la quæ prænunciabant eſſe venturum. Quid ſibi autem
Cap.III. vult, quòd ſic pręnotantur quidam Pſalmi, quos & ipſi
B legunt, & habent in literarum authoritate ſanctarum,
vt in eorum titulis ſcriptum ſit, Pro iis qui immutabũ-
tur: textus vero eorundem Pſalmorum prædicat Chri-
ſtum: niſi quia eorum mutatio per illum futura prædi-
cta eſt, per quem nunc apparet impleta: vt populus dei,
qui nunc eſt populus Chriſtianus, iam nõ cogatur ob-
ſeruare, quæ propheticis tẽporibus obſeruabantur: non
quia damnata, ſed quia mutata ſunt, nõ vt res ipſæ quæ
ſignificabãtur perirent, ſed vt rerum ſigna ſuis quæque
De Pſalmo temporibus conuenirent. Denique in Pſalmo qua-
44.Ca.IIII dragesimoquarto, Nam ipſe primus eſt eorum qui hu-
iuſmodi titulum pręferunt, Pro iis qui immutabuntur,
vbi etiã legitur, cãticum pro dilecto, apertiſsime Chri-
Pſal.44. ſtus oſtenditur, Specioſus forma pręfiliis hominũ. Qui
Philip.2. cum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe
ſe æqualẽ deo. Ibi ei dicitur, Accingere gladio tuo iux-
ta femur: quod in carne eſſet hominibus locuturus. Per
gladiũ quippe ſermo, per femur caro ſignificatur: quia
C ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, vt ille
per diuinitatem ſpecioſus forma præ filiis hominum,
etiam illud fieret per infirmitatem, quod de illo alius
Eſa.53. Propheta, Vidimus eum, & non habebat ſpeciem, neq;
decorem: ſed vultus eius abiectus, & deformis poſitio
eius. Nam in eodem Pſalmo, quòd non tantum homo,
ſed etiam deus ſit Chriſtus, apertiſsime oſtẽditur, cum
dicitur, Thronus tuus deus in ſeculũ ſeculi, virga ęqui-
† directio- tatis † virga regni tui. Dilexiſti iuſticiã & odiſti iniqui-
nis: tatem, propterea vnxit te deus, deus tuus oleo exulta-
tionis præ participibus tuis. Ab vnctione quippe quod
Græce χρίσμα dicitur, Chriſtus eſt appellatus, ipſe eſt
deus vnctus à deo, qui & ipſam cũ cæteris ſacramentis
carnalem in ſpiritalẽ mutauit vnctionem. Ibi ei de Ec-
cleſia dicitur, Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu de-
aurato, circũamicta varietate. Vbi ſignificatur lingua-
rum varietas in omnibus gentibus: quarum tamen vna
& ſimplex fides eſt intus, Omnis enim pulchritudo fi-
lię regis intrinſecus, Quam Pſalmus alloquitur dicens,
Audi filia & vide. Audi promiſſum, vide cõpletum, &
obliuiſcere populum tuum & domũ patris tui. Sic no-
ua implentur, ſic vetera commutantur. Quoniam con-
cupiuit rex ſpeciem tuam. Speciem quam fecit ipſe per
ſe, nõ inuenit in te. Quo modo enim ſpecioſa eſſes eius
oculis, quando eras tuis fœdata peccatis? Ne tamen ſpẽ
tuã arbitreris eſſe in hominib⁹, ſequitur & dicit, Quo- D
niam ipſe eſt dominus deus tuus. Ne formã ſerui ſper-
nas, ne potentis infirmitatem excelſiq; humilitatẽ de-
rideas, ipſe eſt deus tuus. In eo quòd paruus apparet, ma
gnus latet, in vmbra mortis ſol iuſticiæ, in contumelia
crucis, dominus gloriæ. Quanuis eum perſecutores ne-
cent, infideles negẽt, ipſe eſt dominus deus tuus, per hu
ius corpus immutantur, quæ antea per vmbras figura-
bantur. Pſalmus quoque ſexageſimus octauus habet *Ex pſal.68*
in titulo, Pro iis qui cõmutabuntur. Et cantatur ibi paſ- *Cap.V.*
ſio domini noſtri Ieſu Chriſti, trãsfigurãtis in ſe quaſ-
dam etiã voces mẽbrorum: hoc eſt, fidelium ſuorum.
Non enim ipſe vlla delicta habuit, ſed noſtra portauit.
Vnde dicit, Et delicta mea à te nõ ſunt abſcondita. Ibi *Pſal.68.*
ſcriptum eſt & prænunciatũ, quod in Euãgelio legim⁹
factum, Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea po
tauerunt me aceto. Per hunc ergo immutata ſunt vete-
ra, quæ titulus Pſalmi prædixerat immutãda. Quod Iu-
dęi legentes & non intelligentes, aliquid ſe dicere exi-
ſtimant, cum requirunt à nobis quo modo accipiamus
authoritatẽ legis & Prophetarum, cum ſacramenta nõ E
obſeruemus quæ ibi præcepta ſunt. Nõ obſeruam⁹ quia
mutata ſunt. Mutata ſunt autem quæ mutãda prænun-
ciata ſunt, & in eũ credimus cuius reuelatione mutata
ſunt. Nõ ergo obſeruamus ſacramenta quæ ibi præcep-
ta ſunt, quia intelligimus quæ ibi prædicta ſunt, & te-
nemus quæ ibi promiſſa ſunt. Iſti autem qui hæc nobis
obiiciunt, adhuc amari ſunt ex parentibus ſuis, qui de- *Ioan.19.*
derũt in eſcam domino fel, & adhuc veteres ex aceto,
quod ei potandum obtulerunt: & ideo non intelligunt
quia in eis impletur quod ſequitur, Fiat mẽſa eorum co *Pſal.68.*
ram ipſis in laqueũ, & in retributionem, & ſcandalum.
Ipſi enim fel & acetum † facti ſunt, felleas & acidas pa- *† al. fellei*
ni viuo epulas miniſtrando. Quo modo enim hæc vi- *& acidi.*
deant, de quibus ibi prædictum eſt, Obſcurentur oculi
eorũ ne videant. Et quo modo ſint recti vt ſurſum cor-
da habeãt, de quibus prædictum eſt, Et dorſum eorum
ſemper incurua? Nec de omnibus hæc dicta ſunt, imò
vero de omnibus ad quos pertinẽt quæ prædicta ſunt.
Ad eos enim qui vel tunc ex illis crediderunt in Chri-
ſtum, vel nunc vſque credunt, vel deinceps vſq; in finẽ
ſeculi credituri ſunt, iſta nõ pertinent aduerſum Iſraël, F
ſcilicet qui videbit dominum facie ad faciem. Neque *Roma.9.*
enim omnes qui ex Iſraël ſunt, hi Iſraël: neq; quia ſemẽ
ſunt Abrahã, omnes filij, ſed in Iſaac, inquit, vocabitur
tibi ſemen: hoc eſt, non ij qui filij carnis, hi filij dei, ſed
filij promiſsionis deputãtur in ſemine. Sed hi pertinẽt
ad ſpiritalem Sion & ciuitatem Iudæ: id eſt, Eccleſię, de
quibus Apoſtolus dicit, Eram autem ignotus facie Ec- *Gala.1.*
cleſiis Iudææ quę ſunt in Chriſto: quoniam, ſicut in eo-
dem Pſalmo paulopoſt ponitur, Deus ſaluã faciet Siõ,
& ædificabuntur ciuitates Iudę. Et inhabitabũt eam, &
hęreditate acquirent eam. Et ſemẽ ſeruorum eius poſ-
ſidebit eam, & qui diligunt nomen eius, habitabunt in
ea. Sed cum hęc audiunt Iudęi, carnaliter accipiunt, &
terrenam Hieruſalẽ cogitant, quę ſeruit cum filiis ſuis: *Galat.4.*
non matrem noſtram ęternam in cœlis. Item Pſal- *Ex Pſalmo*
mus ſeptuageſimus nonus ſimiliter pręnotatur, Pro iis *79.Ca.VI.*
qui immutabuntur. In quo Pſalmo inter cętera ſcriptũ
eſt, Reſpice de cœlo & vide, & viſita vineam iſtam. Et
perfice eam quam plantauit dextera tua, & ſuper filium
hominis, quem confirmaſti tibi. Ipſa eſt enim vinea, de
qua dicitur, Vineam ex Aegypto tranſtuliſti. Nõ enim
Chriſtus aliam plãtauit, ſed ipſam veniendo in melius
commutauit. Sic & in Euangelio legitur, Malos male *Matt.21.*
perdet,

G perdet,& vineā ſuam locabit aliis agricolis.Non enim
ait,Eradicabit,aliamq; plantabit:ſed eandem ipſam lo-
cabit aliis agricolis . Eadem nanque eſt ſanctorum ſo-
cietate ciuitas dei,& congregatio filiorum promiſsio-
nis,mortalium deceſsione ac ſucceſsione complenda:
atque in fine ſeculi ſimul in omnibus immortalitatem
debitam receptura: quæ alio modo in alio Pſalmo per
Pſal.51. oliuam fructiferam ſignificatur,& dicit, Ego autem ſi-
cut oliua fructifera in domo dei,ſperaui in miſericor-
dia dei in æternum , & in ſeculum ſeculi . Neque enim
quia fracti ſunt infideles & ſuperbi , ac per hoc infru-
ctuoſi rami,vt inſereretur oleaſter gentium:ideo perire
Roma.11. potuit radix Patriarcharum & prophetarum. Quia etſi
Eſa.10. fuerit, inquit Eſaias, numerus filiorum Iſraël ſicut are-
na maris,reliquiæ ſaluæ fiēt: ſed per eū,de quo dicitur,
Et ſuper filium hominis,quē confirmaſti tibi:& de quo
Pſal.79. reperitur,Fiat manus tua ſuper virū dexteræ tuæ,& ſu-
per filium hominis, quem confirmaſti tibi . Et non di-
ſcedimus à te.Per hūc filium hominis, id eſt Chriſtum
Ieſum:& de ſuis reliquiis,hoc eſt Apoſtolis, & aliis mul
tis,qui ex Iſraëlitis in Chriſtum dominum crediderūt,
accedente plenitudine gētium,vinea ſancta perficitur:
H vt remotione veterum,atque inſtitutione nouorum ſa-
cramentorum titulus eius Pſalmi,Pro his qui commu-
tabūtur,impleatur . Apertioribus itaq; teſtimoniis cum
eis agendum eſt,quæ ſiue diſſentiant , ſiue conſentiant,
Hiere.31. tamen ſentiant.Ecce dies veniūt dicit dominus,& cō-
firmabo ſuper domum Iacob teſtamētum nouum:non
ſecundum teſtamentum,quod conſtitui patribus eorū,
in die qua apprehēdi manum eorum, vt educerem eos
de terra Aegypti . Iſta certè prædicta mutatio, non per
Pſalmorum titulos intelligentibus paucis ſignificatur,
ſed manifeſto præconio propheticæ vocis exprimitur.
Aperte promiſſum eſt teſtamētum nouum,non ſecun-
dum teſtamentum quod factum eſt ad populum , quā-
do eductus eſt de Aegypto.Cum ergo in illo veteri te-
ſtamento præcepta ſint iſta , quæ nos ad nouum perti-
nentes obſeruare non cogimur,cur nō Iudæi ſe potius
in vetuſtate ſuperuacua remāſiſſe nō cognoſcūt, quàm
nobis noua promiſſa tenentibus , quòd vetera non ob-
ſeruemus,obiciūt?Quoniam ergo ſicut ſcriptum eſt in
Canti.2. Cantico Canticorum,Aſpirauit dies,remoueātur vm-
I bræ:ſpiritalis ſignificatio luceſcat,carnalis celebratio iā
Pſal.49. requieſcat.Deus deorum dominus locutus eſt,& voca-
uit terram à ſolis ortu vſq; ad occaſum: vtique omnem
terram ad teſtamētum nouum,cui dicitur in alio Pſal-
Pſal.95. mo, Cantate domino cāticum nouum, cantate domi-
no omnis terra.Nō ergo ſicut antea ex monte Sina lo-
cutus eſt vni populo,quē vocauit ex Aegypto de⁹ deo-
rum:ſed ſic locutus eſt,vt vocaret terrā,à ſolis ortu vſq;
ad occaſum.Quam ſi Iudęus vellet intelligere locutio-
nem,audiret hanc vocationem: & in eis eſſet quibus in
Pſal.49. eodē Pſalmo dicitur, Audi populus meus,& loquar ti-
bi Iſraël,& teſtificabor tibi:deus deus tu⁹ ego ſum . Nō
ſuper ſacrificia tua arguam te,holocauſta autem tua in
cōſpectu meo ſunt ſemper. Non accipiā de domo tua
vitulos,neque de gregibus tuis hircos, Quoniam meæ
ſunt omnes beſtiæ ſyluę,pecora in montibus,& boues.
Cognoui omnia volatilia cœli,& ſpecies agri mecū eſt.
Si eſuriero, non dicam tibi : meus eſt enim orbis terræ
& plenitudo eius. Nunquid manducabo carnes tauro-
rum, & ſanguinem hircorum potabo ? Immola deo ſa-
crificiū laudis,& redde altiſsimo vota tua . Inuoca me
in die tribulationis,& eruā te,& glorificabis me . Cer-
te & hic ſacrificiorum veterum aperta mutatio eſt. Illa
enim deus accepturum ſe non fuiſſe prædixit , cultori- K
bus ſuis ſacrificium laudis indixit:& hoc nō quòd à no
bis tanquam indigens expetat laudem, ſed vt in ea no-
bis conſulat ad ſalutē: nam eundem Pſalmum ita con-
cluſit , Sacrificium laudis glorificauit me,& ibi via eſt,
vbi oſtēdam illi ſalutare dei. Quid eſt ſalutare dei, niſi
filius dei,ſaluator mūdi: dies filius ex die patre, hoc eſt
lumen de lumine: cuius aduentus reuelauit teſtamentū
nouum.Vnde etiam ibi dicitur,Cantate domino cāti-
cum nouum,cantate domino omnis terra . Cātate do- Pſal.95.
mino,benedicite nomini eius. Statim euangelizandus
ipſe monſtratur,atque additur, Bene nunciate diem ex
die ſalutare eius. Ipſe igitur ſacerdos & victima ſacrifi-
cium laudis impleuit, malorum operum tribuēs indul
gentiam , & bene operandi largiens gratiam . Ad hoc
enim domino ſacrificium laudis ab eius cultoribus im Hiere.9.
molatur,vt qui gloriatur in domino glorietur. Sed 1.Cor.1.
hoc Iudæi cum audiunt,erecta ceruice reſpōdent,Nos Veri Iſrae-
ſumus,de nobis hoc dictum eſt: nos enim ſumus Iſraël litæ qui.
populus dei. Nos in verbis dicentis agnoſcimus, Audi Cap.VII.
populus meus,& loquar tibi Iſraël , & teſtificabor tibi. Pſal.49.
Quid ſumus ad iſta dicturi? Nouimus quidē Iſraël ſpi- L
ritalem,de quo dicit Apoſtolus,Et quicunque hanc re- Galat.6.
gulam ſequuntur,pax ſuper illos , & miſericordia & ſu-
per Iſraël dei. Iſtum autem Iſraël ſcimus eſſe carnalem,
de quo idem dicit,Videte Iſraël ſecūdum carnem.Sed
iſta iſti non capiunt,& eoipſo ſeipſos carnales eſſe con-
uincunt.Quos paululum quaſi præſentes alloqui libet,
Itāne vos ad eum populum pertinetis, quē vocauit de⁹
deorum à ſolis ortu vſq; ad occaſum?Nōne vos ex Ae-
gypto in terram Chanaan tranſlati eſtis?Non illuc vo-
cati à ſolis ortu vſq; ad occaſum,ſed inde diſperſi in ſo
lis ortum & in occaſum.Nōne vos ad eius inimicos po
tius pertinetis,qui dicit in Pſalmo , Deus meus miſeri- Pſal.58.
cordia eius præueniet me , Deus meus demonſtra mihi
inter inimicos meos,ne occideris eos,ne quando obli-
uiſcantur legis tuæ.Diſperge illos in veritate† tua? Vn- † virtute.
de non obliuiſcentes legem dei, ſed eandem circunfe-
rentes,gētibus ad teſtimonium, vobis ad opprobrium,
neſcientes eam populo miniſtratis,qui vocatus eſt à ſo-
lis ortu vſque ad occaſum.An vero negabitis & ea quę
tanta authoritate prædicta,tanta manifeſtatione com-
pleta ſunt?Aut maiore cæcitate non intuemini, aut mi
rabili impudentia non fatemini ? Quid ergo ad illud M
reſponſuri eſtis,quod Eſaias Propheta proclamat, Erit Eſa.2.
in nouiſsimis temporibus manifeſtus mōs domus do-
mini paratus in cacumine montium, & exaltabitur ſu-
per colles,& veniēt ad eum vniuerſæ gentes , & dicēt,
Venite aſcendamus in montem domini,& in domum
dei Iacob,& annunciabit nobis viam ſalutis , & ingre-
diemur in eam : Ex Siō enim lex prodiet,& verbū do-
mini ex Hieruſalē ? An & hic dicturi eſtis , Nos ſumus?
quoniā audiſtis domum Iacob & Sion & Hieruſalem:
quaſi nos negemus de ſemine Iacob eſſe Chriſtum do
minum ſecundum carnem, qui ſignificatus eſt vocabu
lo montis parati ſuper cacumen montium , quòd om-
nes celſitudines eorum eius celſitudo tranſcendit : aut
negemus Apoſtolos & illas Eccleſias Iudææ , quæ poſt
Chriſti reſurrectionem in eum continuo crediderunt,
ad domum Iacob pertinere:aut vero alius intelligēdus
ſit ſpiritaliter Iacob,quàm ipſe popul⁹ Chriſtianus: qui
cum ſit minor natu, quàm populus Iudæorum , tamen
eū creſcēdo ſuperauit,& ſubdidit: vt impleretur quod
de duobus illis fratribus in figura prędictum eſt,Et ma Gene.25.
ior ſeruiet minori. Sion autem & Hieruſalem,quanuis
ſpiritaliter

A ſpiritaliter intelligatur Eccleſia, magis tamen aduerſus
iſtos idoneum teſtimonium eſt, ꝙ ex iſto loco, vbi Chri
ſtũ crucifixerunt, & lex & verbum domini proceſſit ad
gentes. Lex enim, quæ illis per Moyſem data eſt, de qua
ſuperbius extolluntur, & de qua melius conuincuntur,
non intelligitur prodiiſſe de Sion & Hieruſalem, ſed de
mõte Sina. Ad terram quippe promiſſionis, vbi eſt quæ
appellatur etiã Hieruſalẽ, poſt quadraginta annos cum
ipſa lege venerunt: non autẽ ibi eã vel inde acceperũt.
Euangelium vero Chriſti, & lex fidei, quod certum eſt,
inde proceſſit. Sicut etiã ipſe dominus, poſteaquam re-
ſurrexit, loquens diſcipulis ſuis, & oſtendens prædicta
diuinorum eloquiorum in ſe eſſe completa. Quoniam
Luc. 24. ſicut ſcriptum eſt, inquit, & ſic oportet Chriſtum pati, &
reſurgere à mortuis die tertio, & prædicari in nomine
eius pœnitẽtiam & remiſſionem peccatorum per om-
nes gentes, incipientibus ab Hieruſalẽ. Ecce quod pro-
Eſaiæ 2. phetauit Eſaias dicẽs, Ex Sion enim lex prodiet, & ver-
bum domini ex Hieruſalem: ibi enim veniens deſuper
Acto. 2. ſecundum domini promiſsionem ſpiritus ſanctus, eos
quos tunc vna domus cõtinebat, impleuit, & loqui lin-
B guis omnium gentium fecit: & inde exierũt prædicare
euãgelium in noticiam omnium gentium. Sicut enim
lex illa, quę proceſſit de mõte Sina, quinquageſimo die
poſt celebratum Paſcha conſcripta eſt digito Dei, quo
ſignificatur ſpiritus ſanctus: ita lex iſta, quę proceſſit de
2. Cor. 3. Sion & Hieruſalem, non in tabulis lapideis, ſed in ta-
bulis cordis ſanctorũ euangeliſtarum ſcripta eſt per ſpi
ſpiritum ſanctum, quinquageſimo die poſt verũ paſcha
paſſionis & reſurrectionis domini Chriſti: quo die ſpiri
tus ſanctꝰ eſt miſſus, qui fideliter fuerat ante promiſſus.
Ite nunc ô Iſraëlitę ſecundum carnẽ, non ſecundũ ſpi-
ritum. Ite nunc, & adhuc contradicite apertiſſimæ ve-
Eſa. 2. ritati: & cum auditis, Venite aſcendamus in montẽ do-
mini, & in domũ dei Iacob: dicite, Nos ſumus, vt cæci
offendatis in montem, vbi colliſa facie peius perdatis
frontem. Si vere vultis dicere, Nos ſumus: ibi hoc dici-
te, vbi auditis, Ob iniquitatem populi mei ductus eſt ad
mortem. De Chriſto enim dictum eſt, quem vos in pa-
Eſa. 53. rentibus veſtris duxiſtis ad mortẽ: qui ſicut ouis ad im-
molandum ductus eſt, vt paſcha, quod neſcientes in pe
1. Cor. 5. cude celebratis, nobis per Chriſtum, qui eſt agnus Dei,
C conſecraretur: nã paſcha noſtrum immolatus eſt Chri-
ſtus. Si vere vultis dicere, Nos ſumus: tunc dicite quan-
Eſaiæ. 6. do auditis, Incraſſa cor populi huius, & aures eorũ op-
Eſa. 65. pila, & oculos eorũ graua. Tũc dicite, Nos ſumus: quan-
do auditis, Tota die expandi manus meas ad populum
non credentem, & contradicentem. Tunc dicite, Nos
Pſalm. 68. ſumus: quando auditis, Excæcentur oculi eorum ne vi-
deant, & dorſa eorum ſemper incurua. In his atque hu
iuſmodi propheticis vocibus dicite, Nos ſumꝰ: vbi ſine
vlla dubitatione vos eſtis: ſed ſic cæci eſtis, vt eſſe vos
dicatis, vbi non eſtis: & non vos agnoſcatis vbi eſtis.
Vocatio gẽtiũ. Caput VIII. Sed in hæc manifeſtiora quæ dicturus ſum, pauliſper
attendite. Certe cum auditis in bono Iſraël, dicitis, Nos
ſumus. Et cũ auditis in bono Iacob, dicitis, Nos ſumus:
Et cum nobis cauſa requiritur, reſpondetis, Quoniam
Iacob ipſe eſt & Iſraël, ex quo patriarcha propagati ſu-
mus, vnde merito patris noſtri appellatione cenſemur.
Non ergo vos alto & graui ſomno dormientes, ad ſpi-
ritalia quę non capitis excitamus: neque nunc quo mo
do ſpiritaliter accipienda ſint iſta vocabula, vobis in
auditu & viſu ſpiritali ſurdis & cæcis perſuadere cona-
mur. Nẽpe & vos fatemini, & lectio libri Geneſeos ma
nifeſte declarat, Vnꝰ homo erat Iacob & Iſraël: & vnde

gloriamini, ipſa eſt domus Iacob, quæ domus eſt Iſraël. D
Quid ergo eſt quod idẽ ipſe Propheta, cũ prænũciaſſet *Eſa. 2.*
montem futurum paratum in cacumine mõtiũ, ad quẽ
vẽturę eſſent vniuerſę gentes: quia non de monte Sina
[vni gẽti,] ſed de Sion & Hieruſalẽ lex & verbum do-
mini proceſſurũ eſſet omnibus gentibus: quod manife-
ſtiſſimè in Chriſto, & Chriſtianis videmus impletum,
Paulopoſt dicit, Et nunc tu domus Iacob, venite ambu
lemus in lucem domini? Hic profecto dicitis, vt ſoletis,
Nos ſumus. Sed quod ſequitur, pauliſper attẽdite, vt cõ
dixeritis quod vultis, etiã quod non vultis audiatis. Nã
Propheta coniungit & dicit, Dimiſit enim plebem ſuã
domũ Iſraël. Hic dicite, Nos ſumus: hic vos agnoſcite,
& nobis quia iſta cõmemoramus, ignoſcite. Si enim li-
bẽter auditis, ad veſtrũ dicuntur alloquiũ, ſi vero indig
nanter auditis, ad veſtrũ dicuntur opprobriũ. Dicãtur
tamen oportet, ſiue volẽtibus, ſiue nolentibus vobis. Ec
ce nõ ego, ſed Propheta quẽ legitis, per quẽ deũ locutũ
non poteſtis negare, quẽ de authoritate diuinarũ ſcrip-
turarum non poteſtis auferre, quemadmodum illi do-
minus imperauit, exclamat vehemẽter: & ſicut tuba ex-
altat vocẽ ſuã, voſq; increpat dicens, Et nunc tu domus *Eſa. 58.*
Iacob, venite ambulemus in lucem domini. Occidiſtis *Eſa. 2.*
Chriſtũ in parentibus veſtris. Tamdiu non credidiſtis, E
& cõtradixiſtis: ſed nondũ periſtis, quia nondũ de cor-
pore exiſtis: & nunc habetis ſpacium pœnitendi, & nũc
venite, Olim quidem debuiſtis, ſed & nunc venite: nõ-
dum finiti ſunt dies, cui non venit vltimus dies. Aut ſi
vos tanquã domum Iacob Prophetam ſecutos, iã in lu
cẽ domini creditis ambulare, quæ ſit domus Iſraël quã
dimiſit, oſtendite. Nos enim vtroſque monſtramus, &
quos ex illa domo vocãdo diſcreuerit, & quos illic re-
manentes dimiſerit. Vocauit enim inde, non ſolum A-
poſtolos, ſed etiã poſt Chriſti reſurrectionem populũ
magnum: vnde ſuperius iam diximus, Dimiſit autem il
los, quos etiã vos non credẽdo imitamini: & voſipſos,
qui eos imitando in eadem pernicie demoramini. Aut
ſi vos eſtis quos inde vocauit, vbi ſunt quos dimiſit? Nõ
enim poteſtis dicere quod neſcio quam aliam gentem
dimiſerit, cum Propheta clamet, Dimiſit enim plebem *Eſa. 5.*
ſuam domum Iſraël. Ecce quod eſtis, nõ quod vos eſſe
iactatis. Dimiſit enim & vineam, de qua expectauit vt
faceret vuas, fecit autem ſpinas: & mandauit nubibus
ſuis ne pluerent ſuper eam imbrem: ſed etiam inde eos
vocauit, quibus dicit, Iudicate inter me & vineã meã: F
De quibus & dominus ait, Si ego in Beelzebub eiicio *Matt. 12.*
dęmonia, filij veſtri in quo eiiciunt? Ideo ipſi iudices e-
runt veſtri. Quibus hoc promittens, Sedebitis, inquit, ſu *Matth. 19.*
per duodecim ſedes, iudicãtes duodecim tribus Iſraël.
Sedebit itaq; domus Iacob, quę in lucem domini voca-
ta ambulauit, iudicare domum Iſraël, hoc eſt plebem ip *† alium.*
ſius quam dimiſit. Quo modo enim iuxta eundẽ† Pro- *Pſalm. 117.*
phetam, Lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic fa-
ctus eſt in caput anguli: niſi ꝙ ex circunciſione & præ-
pucio populi tanquam parietes de diuerſo veniẽtes, in
angulo ſibimet tanquã in pacis oſculo copulantur? Vn
de dicit Apoſtolus, Ipſe eſt enim pax noſtra, qui fecit v- *Ephe. 2.*
traq; vnum. Qui ergo ex domo Iacob, ſiue Iſraël vocan
tẽ ſecuti ſunt, ipſi ſunt lapidi angulari cohærẽtes, & in
domini luce ambulãtes: Quos vero ibi dimiſit, ipſi ſunt
ruinam ædificantes, & angularem lapidem reprobãtes.
Poſtremo ſi hęc verba prophetica ſecundum cor ve *Ex alio Propheta. Caput IX.*
ſtrum in alium ſenſum detorquere conamini ô Iudæi,
contra ſalutem veſtram reſiſtentes filio dei, Si hæc, in
quam, verba ſic vultis accipere, vt eadem ſit plebs &

G domus Iacob vel Iſraël,& vocata & dimiſſa:nõ in aliis
vocata, in aliis dimiſſa, ſed vniuerſa propterea vocata,
vt ambularet in lucem domini : quoniã propterea erat
dimiſſa,quòd non ambulat in lucem domini:Aut certe
ſic in aliis vocata, in aliis dimiſſa, vt nulla facta ſepara-
tione menſę dominicę,ad Chriſti ſacrificium pertinen
tis,ſub eiſdem veteribus ſacramentis eſſent vtriq;: ſcili-
cet qui in luce domini ambulãtes, eius præcepta ſerua-
runt: & hi qui iuſticiam reſpuentes,ab eo deſeri merue-
runt.Si hęc ergo ſic intelligere vultis,quid dicturi eſtis,
& quo modo alium Prophetam intellecturi, qui vobis
omnino hanc amputat vocẽ, tanta manifeſtatione cla-
Malach. 1. mantem, Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit domi-
nus omnipotens, & ſacrificium nõ accipiam de mani-
bus veſtris.Quia ab Oriente ſole vſque in Occidentem
nomen meum clarum factum eſt in gentibus: & in om
ni loco ſacrificium offertur nomini meo , ſacrificium
mundum:quoniam magnum eſt nomen meum in gen
tibus,dicit dominus omnipotens.Qua tandẽ voce tã-
tæ rerum euidentiæ reclamatis? Quid vos amplius ni-
mis impudenter extollitis , vt grauiore ruina miſerabi-
H lius pereatis? Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit, nõ
quicũq;,ſed dominus omnipotens.Quid tantum de A-
brahę ſemine gloriamini,qui vbicũq; auditis Iacob aut
Iſraël, aut domũ Iacob,aut domũ Iſraël cum aliqua lau
de dici,contenditis hoc nõ potuiſſe dici, niſi de vobis:
†al. omni-potens. cũ dominus omnibus† dicat,Non eſt mihi voluntas in
vobis,& ſacrificiũ nõ accipiã de manibus veſtris?Certe
hic negare non poteſtis, non ſolum illum nõ accipere
ſacrificium de manibus veſtris , ſed nec vos illi offerre
manibus veſtris.Sed quare hoc illi offerri de manibus
veſtris non vult? Locus enim vnus eſt lege domini con
ſtitutus,vbi manibus veſtris ſacrificia iuſſit offerri, præ-
ter quem locum omnino prohibuit. Hunc ergo locum
quoniã veſtris meritis amiſiſtis,etiam ſacrificium quod
ibi tantum licebat offerri , in locis offerre aliis non au-
detis.Ecce omni modo impletum eſt,quod ait Prophe
ta,Et ſacrificium non accipiam de manibus veſtris.Nã
ſi in terrena Hieruſalem maneret vobis templum & al-
tare , poſſetis dicere in eis hoc eſſe completum , quorũ
iniquorũ inter vos cõſtitutorũ ſacrificia dominus non
acceptat: aliorum vero ex vobis atq; in vobis acceptare
I ſacrificia,qui dei præcepta cuſtodiunt: hoc non eſt cur
poſſit dici,vbi nullus omnino veſtrum eſt,qui ſecundũ
legem, quæ de mõte Sina proceſſit, manibus ſuis ſacri-
ficiũ poſſit offerre. Neq; hoc ita prædictũ & impletum
†Propheti- eſt,vt vos propheticæ ſententię† reſpondere permittat,
ca ſentẽtia. quia manibus non offerimus carnem , ſed corde & ore
Pſalm. 49 offerimus laudẽ,ſecundũ illud in Pſalmo,Immola deo
ſacrificium laudis.Etiam hinc contradicit vobis,qui di
cit, Non eſt mihi voluntas in vobis . Deinde ne exiſti-
metis non offerentibus vobis,nec illo accipiẽte de ma-
Pſal. 15. nibus veſtris, deo ſacrificium non offerri, quo quidem
ille non eget,qui bonorum noſtrorum nullius indiget:
tamen quod ſine ſacrificio nõ eſt,quod non illi, ſed vo
bis vtile eſt, adiungit & dicit,Quia ab Oriente ſole vſq;
in Occidentẽ nomen meum clarum eſt factum in om-
nibus gẽtibus:& in omni loco ſacrificium offertur no-
mini meo, ſacrificium mundum:quoniam magnũ no-
men meum in gentibus , dicit dominus omnipotens.
Quid ad hæc reſpondetis? Aperite oculos tandem ali-
quando,& videte,ab Oriente ſole vſq; in Occidentem:
non in vno, ſicut vobis fuerat conſtitutum,ſed in om-
ni loco offerri ſacrificium Chriſtianorum:non cuilibet
Eſa. 45. deo,ſed ei qui iſta prædixit,deo Iſraël. Vnde & alibi di
cit Eccleſiæ ſuæ,Et qui eruerit te,ipſe deus Iſraël vniuer K
ſæ terrę vocabitur.Scrutamini ſcripturas,in quibus pu- *Ioan. 5.*
tatis vos habere vitam æternam. Et profecto haberetis,
ſi Chriſtũ in eis intelligeretis & teneretis . Sed perſcru-
tamini eas, ipſę teſtimonium perhibent de hoc ſacrifi-
cio mundo,quod offertur deo Iſraël:non ab vna gente
veſtra , de cuius manibus non ſe accepturum prædixit,
ſed ab omnibus gentibus, quę dicunt, Venite aſcenda- *Eſa. 2.*
mus in montem domini. Nec in vno loco, ſicut vobis
præceptum erat in terrena Hieruſalem,ſed in omni lo-
co,vſq; in ipſam Hieruſalem. Nec ſecundum ordinem
Aaron,ſed ſecundum ordinem Melchiſedech.Chriſto
enim dictum eſt , & de Chriſto tanto ante prædictum
eſt,Iurauit dominus, & non pœnitebit eum:tu es ſacer- *Pſal. 109.*
dos in æternũ,ſecũdum ordinem Melchiſedech.Quid
eſt, iurauit dominus, niſi inconcuſſa veritate firmauit?
Et quid eſt, non pœnitebit eum: niſi hoc ſacerdotium
nulla omnino ratione mutabit? Neq; enim ſicut homi-
nem,pœnitet deum:ſed dei dicitur pœnitentia, quam-
uis ab illo inſtitutę rei cuiuſq; mutatio, quę credebatur
eſſe manſura.Proinde cum dicit,Non pœnitebit eum,
tu es ſacerdos in ęternum,ſecundum ordinem Melchi
ſedech, ſatis oſtendit eum pœnituiſſe: hoc eſt,eum mu- L
tare voluiſſe ſacerdotium, quod cõſtituerat ſecundum
ordinem Aaron : ſicut de vtroque videmmus impletũ.
Nam & Aaron ſacerdotium iam nullum eſt in aliquo
templo, & Chriſti ſacerdotium in æternum perſeuerat
in cœlo.Ad hanc ergo lucẽ domini vocat nos Prophe
ta,cũ dicit,Et nunc tu Iacob domus venite ambulemus *Eſa. 2.*
in lucem domini.Tu domus Iacob,quam vocauit & e-
legit,non tu quam dimiſit. Dimiſit enim plebem ſuam
domum Iſraël. Quicumq; inde venire vultis, ad hanc
pertinebitis, quam vocabit:illa carebitis,quam dimiſit.
Lux quippe domini, in qua ambulant gentes,illa eſt de
qua idem Propheta dicit,Dedi te in lucem gentium,vt *Eſa. 49.*
ſis ſalus vſque in fines terræ. Cui hoc dictum eſt , niſi
Chriſto? De quo impletum eſt, niſi de Chriſto?Non eſt
iſta lux in vobis,de quibus idẽtidem dictum eſt, Dedit *Roma. 11.*
illis deus ſpiritum cõpunctionis,oculos,vt non videãt:
& aures,vt non audiant,vſq; in hodiernum diem.Non
eſt,inquã,in vobis hęc lux:ideo ómni† cæcitate lapidẽ *†nimia.*
reprobatis,qui factus eſt caput anguli.Ergo accedite ad *Pſal. 117.*
eum , & illuminamini. Quid eſt, accedite, niſi credite? *Pſalm. 33.*
Quò enim eatis , vt ad eum accedatis, cum ille ſit lapis, M
de quo Daniel Propheta dicit , quod creſcendo tam mag- *Danie. 2.*
nus mons factus ſit, vt impleret vniuerſam faciẽ terræ?
Sic enim & gentes quæ dicunt , Venite aſcendamus in *Eſa. 2.*
montem domini,nuſquam terrarum pergere, & perue
nire contendunt. Vbi ſunt,ibi aſcendunt: quia in omni
loco ſacrificiũ offertur ſecundũ ordinẽ Melchiſedech.
Et ſicut alius Propheta dicit , Exterminat deus omnes
deos gentium terræ, & adorant eum vnuſquiſq; de lo-
co ſuo.Cũ ergo vobis dicitur,Accedite ad eum,nõ vo-
bis dicitur, naues aut iumenta præparate, & veſtris vi-
ctimis onerate:& de tam longinqua terra pergite ad lo
locum, vbi deus ſacrificia veſtræ deuotionis acceptet:
ſed accedite ad eum, qui in veſtris auribus prædicatur,
Accedite ad eum,qui ante oculos veſtros glorificatur,
Ambulando non laborabitis,ibi enim acceditis vbi cre
ditis. Hæc fratres chariſſimi , ſiue gratanter, ſiue in- *Qualiter*
dignanter audiant Iudæi, nos tamen vbi poſſumus, cũ *cũ Iudæis*
eorum dilectione prędicemus.Nec ſuperbe gloriemur *differendũ*
aduerſus ramos fractos , ſed potius cogitemus , cuius *ſit.*
gratia & quanta miſericordia, & in qua radice inſerti *Caput X.*
ſumus, vt nõ alta ſapiamus ,ſed humilibus cõſentiẽtes, *Roma. 11.*

non

A non eis cum pręſumptione inſultãdo, ſed cum tremore exultando dicamus, Venite ambulemus in lucẽ domini, quoniam magnum eſt nomen eius in gentibus. Si enim audierint, & obaudierint, erunt inter eos, de quibus *Pſalm. 33.* dictum eſt, Accedite ad eum, & illuminamini: & vultus veſtri non erubeſcent. Si autem audiunt & non obaudiunt, vident & inuident, inter eos ſunt, de quibus *Pſalm. 111.* dictum eſt, Peccator videbit, & iraſcetur: dentibus ſuis frendet, & tabeſcet. Ego autem, dicit Eccleſia Chriſto, *Pſalm. 51.* velut oliua fructifera in domo domini, ſperani in miſericordia dei in æternum, & in ſeculum ſeculi.

Finis.

CENSVRA.

Libellus elegans, ſed qui nihil habeat phraſeos Auguſtinianę. Videtur aulicus aut Iureconſultus quiſpiam fuiſſe.

DE ALTERCATIONE ECCLESIAE ET SYNAGOGAE. Dialogus.

B DVarum matronarum vobis cenſoribus cauſam videor ſuſcepiſſe, vtraque negocia magis lateribus pãditurus, vt quicquid ex iudicio veſtro veritas expoſtulata diremerit, id vna de duabus obſeruet. Idcirco in hoc cœtu veſtro ius recito, tabulas offero. Lege agatur, quia de poſſeſſione cõtentio eſt: & reuoluere imperiali ſanctione ſententias non morabor: vt quicquid veritatis ordo perſpexerit, iuxta legẽ diuinitus datam, concentus veſtri ſententia promulgetur. Vna quibuſdam temporibus adulterio deprehenſa poſſeſſionis noſtræ præco, qua perſuaſione iura temerauerat: alia merito caſtitatis per ſententiam donatoris, poſſidentem illam quę auribus veſtris videtur exacta, nonnulla apud ſeculum prius clandeſtina fraude priuauerat: redhibitione compellitur quotidie reddere: & adhuc quantum reddiderat debet. Totum enim, quicquid poſſeſſioni defenderat, abiuramus. Ergo ſi cauſæ *Pſalm. 2.* faciem, ſi frontem parabolę vultis audire, Gentes hæreditatem noſtram poſſeſſionem, & terminos terræ no- C bis auguſtali iure conceſſam, potens quondam, diues auro mulier ſynagoga perſuaſit. Mox ſupplicauimus, preces retinemus in manibus, introductio protinus fundi, habita poſſeſſio in noſtro iure conſiſtit. Reſolui nolumus tamen, quicquid ornamentorum mulier inquieta perſuaſit. Quæ cum poſtularetũr vt redderet, lentius quàm deberet exoluit. Nunc ergo ad hanc matremfamiliàs & viduam, noſtra materfamiliàs, hoc eſt ad ſynagogam ECCLESIA dixit, Recita quid merueris, & ego quid meruero, recitabo. SYNAGOGA reſpondit, Prophetæ ad me omnes venerunt, quod tu diffiteri non poteris. ECCLESIA dixit, Certum eſt ꝙ Prophetæ, dum ad te veniunt, remorandi pro tempore velut ad hoſpitam cucurrerunt: nam probo eoſdem ſponſi mei iuuenes metatores, ſcilicet Chriſti gerulos literarum, mãdatorum etiam portitores, inuidiæ cauſa à te fuiſſe interfectos. Nunquid ſi ad te veniſſent, à te quiſpiam eorũ potuiſſet occidi? Sed quia ad me veniebant, cauſa zeli homines meos recipi cum non ſuſtineres, gladio & fuſtibus affeciſti. SYNAGOGA reſpondit, Etiam ſi iſtud quod aſſeris feci, recte & honeſte peccaui: quia ego regem noueram, cuius literas frequenter acceperam: & tu ſyluicola querebaris, quę barbarorum ritu rure collibus intra inuia, vel ſecreta, agre- D ſti quodam tugurio commonebas. Nã quid te aliquando ruſticus fuit? Tu cum gentibus, cum quibus ego ſæpe pugnaui, paſtorali more balantia credo pecora ſequebaris: ego ſceptro & legionibus fulta, apud Hieroſolymam purpureo amictu regnabam: ego Romanum poſſidebam imperium: ego reges, milites, & alienigenarum gentium duces occidi: mihi Perſa & Indus aurum, gemmas, ebur, argentum & ſericum, totaſq; opes aduexit: tu montana, ruſtica, apta pecoribus, tu preſſis in vallibus tantum diuerſabare ſolicita: tu ex vaſta rupe condenſior†, cui rimoſus lapis timidum quondam pręſtabat hoſpitium, lac de caſeo, vaccinia cum glande mandebas: ego Pharaonẽ ſuis curribus, ego Aegyptios, ego Chananęos, Hiebuſęos, & Cethæos, & Phereſæos reges occidi. ECCLE. dixit, Recognoſco quæ loqueris, & laudes tuas diffiteri non poſſum. Scio quia vrbis tuæ & ambitioſa fora, & capitolia celſa vidiſti: armorum tuorum impreſsio, & fulgentia clypeorum ſigna, ſpicula, enſes, iacula miſſorum telorum, expreſſus equeſtrium exercituum gemitus magnos ornatus duces & tyrannos ſtrauit. Scio potentiam tuam, quam Hieroſolyma illa põpatili faſtu ructuabat. Scio enim quia tibi quon- E dam Romanus orbis intremuit, & terra gentium palpitauit: ſed memor eſſe debes quid propter vnam mulierem Dinam feceris in Sichem. Imbelles homines, & *Gene. 34.* innocentię ſuæ honore fulgentes, latronum ritu vaſtaſti. SYNAGO. reſpondit, Poteſtas regni permiſſæ libertatis accepit audaciam. Nunquid in eo peccaſſe me credis, ſi ſub imperio meo maculaui quos volui, aut meos forſitan rebelles occidi? Qui poteſtatem regnandi dederat, faciendi vtiq; quicquid vellem indulſerat dignitati. Aut dic mihi, ſi legem non habet qui proprio regnat imperio, & qui poſſidet totũ, neceſſe eſt vt regni potentiam quocumque volet extendat. ECCLESIA dixit, In eo me gaudio ſublimatam, quòd celſis celſior ſum facta, & regna regnantium diſieci: & ecce ſub pedibus meis purpurata quondam regina verſaris. Ille eſt enim rex regum, qui eidem imperare cœperit, quæ ſe viderit aliquando regnaſſe, Regnaſti fateor, Romana tibi terra ſubiacuit, reges & principes ceciderunt: & ſi quando conflixeras, captiuus hoſtis ſuccubuit. Noli iraſci, ſi tu quæ fueras domina, mihi facta videaris ancilla. SYNA. reſpondit, Quia te tanto pręconio declaraſti, proba ancillam, & dominam recognoſco. EC- F CLE. dixit, Habeo tabulas, recito teſtamentum, quod ſcriba quondam tuus vates ſcripſit, & Aaron magiſtratu præſente ſignauit. SYNAG. reſpondit, Scio teſtamentum ſub regno meo conſcriptum, ſed volo diſcere vbi me dictator voluminis ſeruire mandauit. ECCL. dixit, Lege quid Rebeccę ſit dictum cum pareret, Duę *Gene. 25.* gentes in vtero tuo ſunt, & duo populi de ventre tuo diuidẽtur, & populus populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori. Certe maiorem te pauloante dixiſti regnaſſe, triumphaſſe, ſceptrum tenuiſſe, purpuram poſſediſſe: me minuſculam vallibus delituiſſe quondam, vel in collibus habitaſſe ſaxorum: te auro, ornamento, byſſo, ſerico, gemmis claruiſſe nobilibus, me minorem pecorum lacte vixiſſe. Ego oues & pecora, tu militem poſſidebas. Inde eſt quod ego minor atque pauperior, tu maior & diues ſubiugata mihi, eligas† populo ſeruitura minori. SYNAGOGA reſpondit, Recognoſco titulũ teſtamenti, video literas quas ipſa in theſauro meo & in bibliotheca ſeruaui. Sed dicito mihi, quo modo tibi ſeruio, quę adhuc filios meos liberos eſſe recognoſco,

†*Forte condẽſaq; aut cõtemptior.*

†*forte degas.*

G Vacant negociis,nauigandi poteſtas eſt libera,compe-
des neſciunt,nullus vineam laborioſę neceſſitatis foſſu
ra diſcerpit,neſcio an tibi ſim ſeruitute ſubiecta. ECCLE.dixit, Teſtamentum recolis,apices recognoſcis,
& adhuc non recipis ſeruitutem. SYNA.reſpondit,
Dic tu mihi quod aſſeris,recognoſco Moyſem, audio,
& refugere non poſſum,ſed qualiter tibi ſeruiã ſcire nõ
poſſum. ECCLE. dixit, Mutare te non potes, ſem-
per negas & fallis, ſemper de falſitate contendis. Certe
regnaſſe te ante dixiſti,cum populus Iſraël locũ tenuiſ-
†al. latum tenuiſſet imperium. ſet imperij†. Si adhuc regnas,liberam te eſſe cognoſco,
& necdum mihi ſeruitute ſubiectam. Alioquin ſi recte
populo Iſraël Chriſtianus populus regnat,conſtat te an
cillam eſſe non liberam,quam video ſeruituti ſubiectã.
Reſpice in legionibus ſigna, nomẽ ſaluatoris intende,
Chriſticolas imperatores aduerte, & cõſidera te de reg
no eſſe diſcuſſam: & nobis iuxta teſtamenti fidẽ quod
ſeruas,confitere: tributum mihi ſoluis,ad imperium nõ
Comes hic dignitatis nomen eſt. accedis,habere nõ potes præfecturam. Iudæum eſſe Co
mitem non licet,ſenatum tibi introire prohibetur: præ-
fecturam neſcis, ad militiã non admitteris: menſas di-
H uitum non attingis,chariſmatis ordinem perdidiſti: to
tũ tibi non licet, cui etiã ad manducandũ,vt vel male
viueres, paucula condonamus. Ergo ſi his quæ ſumma
quæ prima ſunt caruiſti, lege quid Rebeccę ſit dictum,
cum geminos pareret. Duę gentes in vtero tuo ſunt, &
duo populi de ventre tuo diuidentur,& populus popu
lũ ſuperabit,& maior ſeruiet minori. SYNA.reſpõdit,
Quid tamen feceram,vt me diuinitas de regno diſ-
cuteret,& priuaret imperio? ECCLE. dixit, Si tu vt
grauiter peccaſti, tam grauis pœna ſit ſeruitutis ſub in-
teritu mortis debitę, nec ancilla potes eſſe nec libera.
χαράττω Nam cum primum Moyſes in monte Sina charaxatas
decalogo duplices tabulas accepiſſet,vos contra deum
Gene. 32. idola popoſciſtis,dicentes ad Aarõ,Fac nobis deos qui
nos antecedãt. SYNA. reſpondit, Hic me miſeram
erraſſe cognoſco, ſed mox eos qui idola popoſcerunt,
vſque ad vltimam mortem damnationis peruaſit inte-
ritus. Quid ergo poſteri fecerunt, ſi mox illi ſeniores,
qui iſtud admiſerant, pœnæ ſuæ merita ſuſceperunt?
ECCLE.dixit, Certum habeo ꝙ legiſti,ſed quæ lege-
I ris retinere non poteris, & ipſum agnoſco. Sed recole
ſcriptum, Et annũcient filij filiorum ſuorum, quoniam
peccata parentum eorum in filiis creuerunt, & non la-
Ezech. 18. xabo illis dicit dominus Et alibi ait,Parentes vuas acer
bas manducauerunt,& filiis dẽtes ſtupuerunt. SYNA.
reſpondit, In quo tibi plaudis? ſub cuius regno impe-
riũ tenes? Prius ad me,vel in populo meo Chriſtus ad-
uenit. ECCLE. dixit, Sic erat dignum, vt totum
quicquid fuerat aſtruendum,diuina ſapientia præueni-
ret. Si enim ad me Chriſtus principaliter aduenisſet, &
te ſub aduentu ipſo primæ natiuitatis repudiare voluiſ-
ſet,hodie diceres,Nõ venit ad me, neſciui quid colerẽ:
nã ſi & in populo meo dignatus fuiſſet accedere,quem
Prophetæ deum dixerant,confiterer. Ad te venit,mor-
tuos tuos virtutum imperio ſuſcitauit,loquaces præſti-
tit mutos,greſſibus reddidit claudos,cęcos oculauit,pa
ralyticos abſolutis artubus expediuit, leproſos ſanitati
reſtituit: & non eſſe deum, quem deum legeras, profa-
na mente dixiſti. Idcirco, quia dixiſti Saluatorẽ & do-
minũ prius ad te veniſſe recolo,& elogio tuo rurſus cõ
tendo. Lege quid tibi Eſdras ex pſona Saluatoris ſcrip-
ſit,Ad meos veni, & me mei non receperunt. Quid ti-
bi faciam Iacob? Noluit me audire Iuda,transferam me
ad alteram gentem. Vnde vides te non debere gloriari
ꝙ videris Chriſtum. Maior enim cauſa criminis eſt vi- K
dere cui ſeruias, & contemnere cui debeas ſeruitutem.
Defenderes forſitan te,ſi diceres,Non noui dominum,
neſciui Prophetas fuiſſe mentitos. Attamen & Prophe-
tæ dixerunt,& ipſum dominum, quem Prophetæ ceci-
nerant, cum ſuis mirabilibus agnouiſſes, & miſerabili
refutatiuncula blaſphemaſſes, vides te ſub tanti crimi-
nis reatu excuſare non poſſe. SYNA. reſpondit, Di-
xerant quidẽ Prophetę eſſe venturum,ſed vnctum dei,
ſed puerũ ſanctũ de virgine. Vnde an ipſe dominus ve-
nire velit, penitus ignorabam. ECCLE. dixit, Re-
cte ergo Eſaias ait, Vade,& dic populo iſti,Aure audie- Eſa. 6.
tis, & nõ intelligetis: & videntes videbitis,& non cog-
noſcetis. Incraſſauit enim cor populi huius, & auribus
grauiter audierũt,& oculos ſuos clauſerunt,ne forte vi-
deant oculis,& auribus audiant,& corde intelligant,&
reuertantur, & curem illos. Nam & Hieremias ait, Me Hiere. 2.
dereliquerunt fontem aquæ viuæ, effoderunt ſibi lacus
detritos,& non potuerunt aquam potare. Et quid adie-
cit idem Propheta? Miluus cognouit tempus ſuum,tur- Hiere. 8.
tur & hirũdo, grues, paſſeres cuſtodierunt tempora in- L
troitus ſui: populus autem meus me non cognouit. Nã
& in Salomone credo ꝙ legeris, qui ait, Quærent me Prouer. 1.
mali, & non inueniunt: odio enim habuerũt ſapientiã,
ſermonem autem domini non receperunt. Vides ergo
te deum dei filiũ blaſphemis oculis,& profano pectore
reieciſſe. Ergo ſi legis Eſaiam, legis Propheras, Deum
Chriſtum frequenter audiſti: ſic enim ait, vt tibi & de
virgine,& de filio,ſicuti ipſa dixiſti,reſpondeam,Pariet Eſa. 7.
virgo filiũ,& vocabitur nomen eius Emmanuel, quod
interpretatur, nobiſcum Deus. Et Dauid ait,Propterea Pſalm. 44
vnxit te deus, deus tuus. Et in Geneſi ſic ait,Et fecit de' Gene. 1.
hominem ad imaginem ſuam. SYNA. reſpondit,No
lo te io tanto plauſu efferant lectiones,ſed ad illud con
uertere,quod mihi arbitror profuturum. Reſpice te nec
legem accepiſſe, nec circumciſionem meruiſſe,in quo
ſigno gentilitas ſegregatur. Inde eſt ꝙ & ſignum meum
habeo, & legem quam Moyſes protulit, non amitto.
ECCL.dixit, Legem te accepiſſe teſtaris,ſed legem ve
teris teſtamenti,Ego autem euangeliorũ nouam legem
accepi. Et vt ſcias veterem nouitate compreſſam, lege M
Eſaiã qui tibi ait, Illa vetera tranſierunt, ecce facta ſunt Eſa. 42.
noua,nunc orientur. Nam quod dicis te in ſalutem po-
puli,circuncisionis ſignaculum accepiſſe, hodie proho
ſtulticiam tuam fuiſſe deceptam. Si ergo per circunci-
ſionem æternitas donabatur, vides te caput accepiſſe,
non pedes,& vno oculo,vel vna manu fuiſſe truncatã:
mediam vixiſſe,& mediam fuiſſe emortuam. Nam ſi di
cis populum tuum in ſigno tuæ paſſionis eſſe ſaluandũ,
quid facient virgines tuæ, quid facient viduæ,quid ma
tres etiam ſynagogæ, ſi circunciſionis ſignum populo
ad æternam vitam profeciſſe teſtaris? Ergo Iudæas fœ-
minas habere non decet,viri enim circunciduntur,mu
lieres autem pręputium non admittunt: ergo ſaluę eſſe
non poſſunt, ſi circunciſione ſaluamini. Vides ergo te
viros,hoc eſt circunciſos habere poſſe Iudęos: mulieres
autẽ,quę circuncidi non poſſunt,nec Iudæas,nec Chri-
ſtianas, ſed Paganas eſſe profiteor. Audi, doceo te cla-
riſsime circũciſionis inſignia, quam circunciſionem ſi
accipere potuiſſes,nunquam prodigium de regno per-
peti cecidiſſes. Reſpice quod Hieremias ait: Hæc di- Hiere. 4.
cit dominus viris Iudæis qui habitatis in Hieruſalem,
Renouamini inter vos nouitate, & ne ſeminaueritis
in ſpinis, Circuncidite vos deo veſtro, & circuncidite
præputium cordis veſtri. Quod & ipſe Moyſes ait,
quem

A quem tu ſimiliter ſequebaris, licet mihi mandata por-
Deut. 30. taret, Erit, inquit, in nouiſſimis diebus, circũcidet Deus
cor tuum, & cor ſeminis tui ad dominum deum tuum
Coloß. 2. amandum. Et apoſtolus Paulus ait, Circũciſi eſtis circũ-
ciſione non manufacta, non in expoliatione carnis, ſed
in circũciſione Chriſti. Quid ad hæc dicimus ſynago-
ga? Ecce non carnis, ſed cordis circũciſio mandabatur,
ſcilicet vt vicia cordis incideres, vt libidinem deſeca-
res, vt idololatriæ caput auferres, vt tunicam fornicatio
Hiere. 3. nis ſcinderes, Quia ait Propheta, In lapide mœchata
es & in ligno, Vides ergo te non accepiſſe in ſignum
ſalutis circũciſionem, ſed in ſignum potius pudoris &
turpitudinis. Nam putas ſignum eſſe quòd veſtitu tegi-
tur, quod præ verecũdia non profertur, quod vxori tan
tũmodo debitũ eſſe cognoſcit, quia officina & mulie-
res tuas depilato capite ac decaluato in aſinis ſępe vidi
damnatas. Vtiq; ſi ſignum ſalutis eſt illud quod adulte-
ram ſtuprauit, ꝙ virginem viciando compreſſit, mulier
quę de circũciſionis ſalute ſibi turpiter luſit, damnari
non debet: nec ille puniri, qui adulteram de ſalutifero
circũciſionis ſigno compreſſam, vel in mortem reiecit.
Neſcio an illic ſignum ſalutis eſſe potuiſſet, vnde faci-
B noris admiſſa damnãtur. Populus autem meus ſignum
ſalutis in fronte geſtando, totum hominẽ viros ac mu-
lieres, de alto ſignaculi, caſta de ſublimibus & publica
libertate defendit. SYNAG. reſpondit, Vellem addiſ
cere vbi ſignum frõtis acceperis, vel quis Propheta ſig-
num iſtud quod dicis, hoc eſt ſignum frontis ſignacu-
lo ſanctificationis inciderit. ECCLE. dixit, Habes E-
zechielem Prophetam, qui ex præſentia maieſtatis ex-
Ezech. 9. clamat, Ite & cędite, & nolite parcere oculis veſtris, No
lite miſereri ſenioribus, iuuenes, virgines, paruulos &
mulieres interficite vſq; ad internicionem: omnem au-
tem ſuper quem ſignum ſcriptum eſt in fronte, ne teti-
geritis. Idem quoq; ipſe Propheta ſic ait, Vade per me-
diam Hieruſalem, & notabis ſignum ſuper frontem vi-
rorum, qui ingemiſcunt & mœrent ob iniquitates quæ
Apoca. 14. fiunt in medio ipſorum. Item in Apocalypſi, Vidi ag-
num ſtantem in monte Sion, & cum eo centum qua-
draginta quatuor milia, & habebant nomen eius & no
men patris eius ſcriptum in frontibus ſuis. Vides ergo
ſignum mihi datum, & inſigne crucis, quam dimiſſa te
atq; derelicta, paſſio ſaluatoris ornauit. SYNAGO.
C reſpondit, De ſigno frontis interrogata crucis ſigna-
culum propoſuiſti, quaſi vero antequam ſaluator vene-
rit, vates antiquiſsimi inſignia prędicauerint: & ideo di
cito mihi ſi legiſti ꝙ Chriſtus paſſurus eſſet & in cruce
penderet. ECCLESIA dixit, Audi ſynagoga, & nõ
vt docearis, ſed vt puniaris, aduerte legem, & inuenies
vbi ſaluator manibus extenſis crucẽ figuraliter prophe-
Eſa. 65. tauit: Et ſic enim Eſaias ex perſona ſaluatoris ait, Expan
di manus meas tota die ad plebem contumacem & cõ-
tradicentem mihi, quę ambulauit vias non bonas, ſed
Hiere. 11. poſt peccata ſua. Nã & Hieremias ait, Venite mittamus
lignum in panem eius. Et in Deuteronomio, quia pen-
Deute. 28 tateucho vtebaris, Et erit, inquit, vita tua pendens ante
Pſal. 87. oculos tuos die & nocte. Sic & Pſalmidicus refert, Ex-
clamaui ad te domine, tota die expandi ad te manus
meas. Nã in Numeris, hoc eſt in lege tua, quam tu prior
acceperas, ꝙ Chriſtus ſuſpẽſus eſſet, & in cruce pẽderet,
ſic ait, Non quaſi homo deus ſuſpendit, neq; quaſi filius
Nume. 23. hominis minas patitur. Et alibi Propheta ait, Dominus
regnauit à ligno. Ecce miracula paſſionis, ecce ſpeculũ
lucis, ecce populi tui iniqua commenta, vt deum dei fi-
lium in crucem ſuſpenderent. SYNAG. reſpondit,

Facta recolo, & dicta ſimiliter recognoſco, ſed quæ tu D
es quæ me increpare videaris, Tu ruſtica, Tu aliquando
montana, tu dei legibus aliena, quę gentilico more vi-
uebas: ego in lege verſabar, ad me Prophetæ venerunt,
mihiq; iuſſa & præcepta portabant. ECCLESIA di-
xit, Audi ſynagoga, audi vidua, audi derelicta: ego ſum
quod tu eſſe non potuiſti, ego ſum regina quę te de reg
no depoſui, ego ſum ſponſa quę derelictis idolis de ſyl
ua & de monte deſcendi: vt ait Patriarcha tuus, Ecce *Gene. 27.*
odor filij mei ſicut odor agri pleni quem benedixit do
minus, Vnde venis virgo cum lacte, cum floribus inte-
merata iuuencula, opaco de nemore, ciuis ſimplex, læta
pallio nuali compoſita? Sponſus meus ſpecioſus præ fi
liis hominum, rex regum, qui caput meum mitra com-
poſuit: ac me protinus purpurauit, venientem excepit.
SYNAGOGA reſpondit, Qualiter iſtud poteris cõ-
probare, ꝙ & tu ſponſa ſis, & Chriſtus in lege videatur
ſponſus. ECCLESIA dixit, Si ad me principaliter
Prophetę cucurriſſent, hodie diceres ignoraſſe legem,
non habuiſſe Prophetas, neſcire te quid eſſet ſcriptum.
De tuis igitur Prophetis reuincendã te recognoſce. Audi
ergo quid Prophetę de ſpõſo & ſponſa mandauerint.
Nam ſic Ioël Propheta ait, Canite tuba in Sion, ſancti- *Ioel. 2.*
ficate ieiunium, & indicite orationem, aggregate pupil E
lum, ſanctificate eccleſiam, excipite maiores natu, colli-
gite paruulos & lactentes: procedat ſponſus de cubicu-
lo ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo. Nam certum habeo ꝙ
tu illa es Hieruſalem, de qua & ſponſus & ſponſa, vt ait
Dauid, Et ipſe tanquam ſponſus procedẽs de thalamo *Pſal. 18.*
ſuo, Exultauit vt gigas ad currendam viam, à ſummo
cœlo egreſsio eius, Et occurſus eius vſque ad ſummum
eius, nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius, Et in Apoca- *Apoca. 21.*
lypſi Ioannes ait, Veni oſtendam tibi nouam nuptam,
ſponſam agni. Et eduxit me in ſpiritu in montem mag
num, & oſtendit mihi ciuitatem ſanctam Hieruſalem
deſcendentẽ de cœlo, habẽtem claritatem dei. Sic etiã
ipſe Ioannes ait, Regnabit dominus deus omnipotens, *Apoc. 19.*
exultemus & lętemur, demus ei claritatem: quoniam ve
nerũt agni nuptiæ, & vxor eius ſe pręparauit. Vides er-
go & ſpõſam & vxorem dictam fuiſſe per legem: ſpon-
ſam, ꝙ ſpondeo fidem me redditurам domino ſalua-
tori: vxorẽ, ꝙ per conceptum baptiſmi ſpiritu maritan-
te, filios vteri mei lauachro turgente producam In quo
puerperio generationis gratioris, ſpiritus & anima nup F
tiali ſocietate iunguntur. SYNAGOGA reſpondit,
Illud ſcire deſidero, ne forte putes me oblitam fuiſſe
quod dixeris, totum vt videar ſcrutari, quid eſt quod
Prophetam dixiſſe cõtendis, quid eſt quod ait in Deu-
teronomio, Et erit pendens vita tua ante oculos tuos *Deut. 28.*
die & nocte? ECCLE. dixit, Non quod te doceam,
eloqui vel effari contendo, ſed nec taciturnitas dubita-
tionis lineã ducat: ac per hoc de tuo te teſtamento con
uinco. Saluator enim die & nocte pepẽdit in cruce: hoc
eſt ſexta feria per diem, & huius diei per noctem vſque
ad ſabbatũ, quo dixiſtis iuxta legem hominem in ligno
non licere pendere. Hæc tibi interim, vt feciſti, dicta eſ
ſe videantur: nam ad cauſam veritatis, & ad dogmatis
nõdum illud cõtemplare quod dicimus, Et erit, inquit,
vita tua pendens ante oculos tuos die ac nocte. In vna
enim die fuit dies & nox. Lucem diei ſubito tenebra-
rum horrore nocturna caligo diſtinxit: ſicut ſaluator
cum ſuſpenderetur in ligno, ab hora diei ſexta vſq; ad
horam nonam tenebræ factę ſunt, nox lumen abſtulit,
& totam diem feralis & luctuoſa caligo cęcauit. Vides
ergo in vno die & diem fuiſſe & noctem Merito prop-

G ter hanc idem paſſionem in Deuteronomio ait, Et erit
vita tua pẽdens ante oculos tuos die & nocte. SYNA.
reſpondit, Ergo ſi in cruce ſuſpenſus eſt, ſi pependit, ſi
occiſus eſt, quo modo reſurrexit? Quo modo tu illum
aſſeris viuere, reſurrexiſſe, & in cœlis in dextera patris
reſidere? Doce ergo me, ſi mortẽ vicit, ſi reſurrexit, qui
videtur occiſus: ita tamen vt mihi quæ dicis, de Prophe
tis aſſignes. ECCLE. dixit, Audi miſera, audi infœli-
ciſſima, audi mulier parricida, quæ adhuc de Chriſti
morte, de reſurrectione ſubdubitas. Lege quid dixerit
ex perſona ſaluatoris Dauid in pſalmo quintodecimo,
Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis
ſanctũ tuum videre corruptionẽ. Quis eſt ſanctus niſi
Chriſtus? Quis eſt incorruptus, niſi filius dei? Sicut ait ĩ
Pſalmo viceſimonono, Domine deduxiſti ab inferis a-
nimam meam. Item in Pſalmo tertio, Ego dormiui &
ſomnũ cepi, & exurrexi, quoniã dominus ſuſcepit me.
Pſal. 56. Et idẽ rurſus Dauid ex perſona patris ad filium ait, Ex-
urge gloria mea, exurge: exurgam diluculo. Nã dilucu-
lo quod ait, hoc eſt poſt diem tertiã calcata morte infe
H riſq; dãnatis, reciduat viuus ex mortuis venturus vt ait
Pſal. 29. Propheta, Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matu
tinum lætitia. SYNA. reſpondit, Aliud interrogaue-
ram, & aliud immiſiſti: de reſurrectione cognoui, & ꝙ
inferos ſuperauit, addidici. Sed quoniã dixiſti die tertia
reſurrexiſſe dominũ ſaluatorem, quod an fuerit factum
ignoro. ECCLE. dixit, Scio quia memor es, ſed pœ-
nitentiæ cauſa non vis confiteri quod noſti, Error ma-
cerat cõſcientiã, & crimen memoriã tollit. Audi ergo
Chriſtum ab inferis vt nos viuificaret die tertia reſurre-
Oſee. 6. xiſſe. Lege Oſee Prophetam, qui ait, Viuificauit nos die
tertia. Et in Deuteronomio ſic ait, Dixit dominus ad
Exod. 19. Moyſem, Deſcende & ſanctifica populum meum, ſan-
ctifica illos hodie & cras, & lauent veſtem ſuam, & ſint
parati in perendinum diem, id eſt, in diem vltra craſti-
num. Die enim tertia deſcendit dominus in monte Si-
Luc. 11. na. Et in Euangelio ſic ait, Progenies nequam & adul-
tera ſignum petit, & ſignum nõ dabitur ei, niſi ſignum
Ionæ Prophetæ. Quo modo enim Ionas fuit in ventre
ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius homi-
nis tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ. SY-
NA. reſpõdit, Recognoſco, vera ſunt quæ mihi teſte
I prophetia narrantur, Nunc ſcire deſidero vbi ſit, vbi la
teat Chriſtus qui de terra reſurrexit: volo enim videre,
ſi poſtea per Prophetas aliquid poſt paſſionem, vel poſt
reſurrectionem habeat poteſtatis. Legi enim ad ſaluan-
dum populum venturum eſſe Heliam vnctum dei. EC
CLE. dixit, Ergo miſera quod negare nõ potes, confi-
tere: & audi omnia quę veritas celare nõ poteſt: tota ſe
vſq; ad cœlos claritatis libertas extẽdit. Lege Danielem
Danie. 7. qui ait, Videbã in viſione noctis, & ecce in nubib⁹ cœli
quaſi filius hominis veniens venit vſq; ad veterem die-
rum, & ſtetit in conſpectu eius, & qui aſſiſtebant obtu-
lerunt eum, Et data eſt ei poteſtas regia, & omnes reges
terrę per genus, & omnis claritas ſeruiens ei: & poteſtas
eius æterna, quæ non auferetur, & regnum eius æternũ
quod non corrumpetur. SYNAGOGA reſpondit,
Gloriam habere vnctum dei: hoc eſt Chriſtum negare
non poſſum, Sed hoc mihi dicito, ſi poſteaquam paſſus
eſt & reſurrexit, gloriã iſtam adipiſci potuit & tenere.
ECCLE. dixit, Lege Eſaiã Prophetam, qui ex perſona
ſaluatoris ait, Nunc exurgam dicit dominus, Nunc cla
rificabor & exaltabor, nunc videbitis, nunc intelligetis,
nunc confundemini, vana erit fortitudo ſpiritus veſtri,
Pſal. 109. ignis vos cõſumet. Sed & Dauid ait, Dixit dominus do
mino meo, ſede à dextris meis, Donec ponã inimicos K
tuos, ſcabellũ pedũ tuorũ. Virgam virtutis tuæ emittet
dominus ex Sion, & dominaberis in medio inimicorũ
tuorum. SYNA. reſpondit, Ergo & deus & filius dei.
ECCLE. dixit, Vtique ſtulta. Qui de homine gigni-
tur, homo eſt: ita & qui de deo oritur, deus profecto ſig
natur. SYNA. reſpondit, Non aſſertionibus credo, ſed
lege reuinci deſidero. Non enim te, ſed Prophetas au-
dire contendo. ECCLE. dixit, Reſpice quod Pſal-
midicus ait, & ſcies dominum deum eſſe ſaluatorẽ. Ex-
urgat, inquit, deus & diſſipentur inimici eius, & effugiãt Pſalm. 67.
qui oderunt eũ à facie eius. Sicut deficit fumus deficiãt,
& ſicut tabeſcit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores
à facie dei. Cantate deo, pſallite nomini eius, viam faci-
te ei qui aſcendit ſuper occaſum, dominus nomen eſt
illi. Qui producit vinctos in fortitudine, qui habitãt in
monumẽtis. Et rurſus idem Dauid, Exurge domine &
iudica terram, quoniã tu hęreditabis in omnibus genti
bus. Et alibi, Deus deorũ dominus locutus eſt. Et, Pariet Pſal. 49.
virgo filiũ, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod eſt Matt. 1.
interpretatum, nobiſcũ deus. Et, Propterea vnxit te de⁹ Pſalm. 44.
deus tuus. Habes ergo & deum & dominum & regem.
SYNA. reſpondit, Et deum & dominum recognoſ- L
co, ſed regem mihi probari deſidero. ECCLE. dixit,
Stultiſsima mulierum, ſi deum confiteris, regem fate-
ri non debes? Aut nunquid deus poteſt eſſe, niſi regna-
uerit? Omne regnum ſub pedibus dei iacet, Et quicquid
regna tenent, maieſtas poſſidet dei. Ergo regẽ dubitas,
quem deum profecto cognoſcis? SYNA. reſpondit,
Nõ quidẽ dubito, ſed volo mihi Iſraël veritate ſignari.
ECCL. dixit, Lege Dauid & inuenies in Pſalmo ſep
tuageſimoprimo. Deus iudicium tuum regi da, & iuſti-
ciam tuã filio regis. Et in Pſalmo lxxiij. ſic ait, Deus au-
tem rex noſter ante ſecula, operatus eſt ſalutẽ in medio
terrę. Et in Pſalmo ij. Ego autẽ cõſtitutus ſum rex ab eo
ſuper Sion montem ſanctũ eius, annuncians imperium
eius. Et apud Malachiam ſic ait, Rex magnus ſum ego, Mala. 1.
dicit dominus, & nomen meum illuſtrabo apud gẽtes.
Et in Pſalmo nonageſimoſexto, Domin⁹ regnauit, ex-
ultet terra, lætentur inſulæ multę. Et alibi, Eructauit cor Pſal. 44.
meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. SY-
NA. reſpondit, Præueniſti me, reſpondere nihil poſ- M
ſum: non aſſertione verborum, ſed lege videor eſſe dã-
nata. ECCLE. dixit, Interroga quęcumque volueris,
& ego de tuo teſtamento reuincam. SYNA. reſpõdit,
Certe dicis te diffiteri non poſſe, ꝙ Chriſtus Deus ſit
Abrahę, deus Iſaac, & deus Iacob. Vtique Abraham Iu-
dęus fuit, quo modo ergo me dicis damnandam? EC-
CLE. dixit, Bene, ꝙ iam cœpiſti reciprocare ſermones,
& de obliquitate verborum per flexuras parabolarum
membra palpare: nam & Petrus & Paulus prædicatores
mei, Iudęi fuerunt: ſed derelicta te, ad fontem vitæ, ęter
namq; gratiam conuenerunt. Nam Abraham, quem no
minaſti, cum paganus eſſet, & idola confringeret, ſic ad
diuinæ maieſtatis amicicias cõuolauit: inde incolumis
iam dei amicus, ad te rurſus acceſſit: ſed & poſtmodum
à te ad gentes, hoc eſt ad nos, iterum redire mandauit.
Sic enim in Geneſi ait, Dixit, inquit, dominus deus A-
brahæ, Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de do- Gene. 12.
mo patris tui, & vade in illam terram, quam tibi oſten-
dero: & faciã te in gẽtem magnam, & benedicam te, &
magnificabo nomẽ tuum. Vides ergo Abrahæ pręcep-
tum, vt exiret de terra tua, & de cognatione tua, & de
domo patris tui: & veniret ad terrã gentiũ, & princeps
fieret ſuper gẽtes, & magnũ nomẽ acciperet. Nã & in fi
gura

A guta ſalnatoris benedixit Iſaac Iacob, Seruient tibi,io-
Gene.27. quit gentes, & adorabunt te principes,& eris dominus
fratribus tuis,& adorabunt te filij matris tuæ.SYNAG.
reſpondit, Ergo omoes ad te venerunt,& ego,quę tot
& tantos filios habui, & filiorum multitudine gloriata
ſum,vt derelicta deſpicior, quæ fui mater populis: aut
ſi tibi vt plures filios habeas io lege mãdatũ eſt,probare
debes ex lege. ECCLE.dixit, Nunc flecteris, ounc te
antiquꝰ rigor extollit mox,& ad maliciã teplicatis.Di-
Eſa.54. cit eoim domious, Dilata locum tabernaculi tui,& au-
læorum tuorum longas fac menſuras,& palos tuos cõ-
firma. Adhuc io dexterã tuam, & io ſiniſtram extende:
& ſemen tuũ gentes poſſidebit, & ciuitates deſertas in-
habitabis. Noli timere, quia deuicta es:oeque verearis,
quia maledicta es: quooiam confuſionem æteroã obli-
uiſceris.Fui vtiq; maledicta cũ idola ſequerer: fui cõfu-
ſa, cum diuioitatis maodata neſcirem: fui ſterilis, quia
baptiſmũ nõ habebã,quo imperio maieſtatis filios enu-
trirem:ounc exaltata ſum io filios,& per domioũ Chri
ſtũ æterna regoa ſuſcepi. Merito & io *βασιλειῶν*, id eſt,
1.Reg.2. tegnorũ,ait,Sterilis peperit ſeptem,& qoæ plurimos fi-
B lios habebat,infirmata eſt,Et Apoſtolus ad ſeptẽ eccle-
Gene.25. ſias epiſtolas mittit. Et Iacob accepit vxores duas,maio
tem Liã,oculis iofirmioribus, typũm Syoagogę:& mi-
norem ſpecioſam Rachel,typum eccleſiæ: quæ & ſteri-
lis diu manſit,& poſtea peperit,& benedicta eſt. Merito
ait io Geoeſi, Et dixit dominus ad Rebeccã,Duæ gen-
tes in vtero tuo ſunt, & duo populi de ventre tuo diui-
dẽtur:& populus populũ ſuperabit,& maior ſeruiet mi
Oſee.2. nori.Item apud Oſee prophetã,Vocabo,ioquit,non po
Roma.9. pulũ oieum populum meũ, & ooo dilectam dilectam.
Erit eoim, quo loco dicetur, non populus meus,illo lo
Eſa.1. co dicentur filij dei viui.Nã & io Eſaia legis,Terra ve-
ſtra deſerta, ciuitates veſtrę exuſtæ: tegionẽ veſtram in
cõſpectu veſtro alij comedẽt, & ecce deſerta eſt,& ſub-
uerſa populis alienis. Derelinquetur filia Siõ ſicut caſa
in vinea,& ſicut cuſtodiarium io cucumeratio,& quaſi
ciuitas quæ expugoat̃.Nunc ergo ſi iuxta legem dereli-
cta es & deſolata,& quid ego feci,quę quia credidi do-
talibus tabulis, regnum magnũ accepi:quod & tu pro-
culdubio babere potuiſſes, ſi ooo te crimiois furote &
profaoo parricidio prędamnaſſes:nam memot es quid
ex perſooa tua Eſdras ille Propheta tuus exclamet, vbi
C filiis tuis miſerabilem ſeruitutem iodixiſti. Ite filij, quia
vidua ſum, & derelicta: educaui vos cum lætícia, amiſi
vos cum luctu & triſticia. SYNAG.reſpondit, Ergo
homicidium feci? ECCLESIA dixit, Video,ſi apud
te,humani ſanguinis perſecutrix,homicidij crimeo ad-
miſeris,oã negare non potes,quio iuſtos dei Prophetas
occideris. SYNAG.reſpondit,Quis mibi probat,ꝙ
maculauerim manus meas ſaoguine Propbetarũ? EC-
CLE. dixit, Gladius tuus per apicem mucronis madi-
do adhuc cruore diſtillat,& reuinci deſiderat? Audi er-
3.Reg.19. go quid Helias teſtatur, Aemulando, inquit,æmulatus
ſum domino meo omoipotenti, quoniã dereliquerũt
te filij Iſraël,& altaria tua demolierunt,& ꝓphetas tuos
ioterfecerũt gladio & remãſi ego ſolitarius,& quęrunt
animã meam vt auferaot eam. Vide etiam quid Eſdras
prędixerit, Diſceſſerũt à te & abieruot poſt legem tuã,
& Prophetas tuos ioterfeceruot, qui obteſtabantur eos
Hiere.7. vt teuerterẽtur ad te.Sic etiã & Hieremias ſcripſit, Miſi
ad vos ſeruos meos Prophetas ante lucẽ mittebã & nõ
exaudiebatis me, neque intendebatis auribus veſtris oe
ãbularetis poſt deos alienos,vt ſeruiretis eis,& præcep-
ta mea audire ooluiſtis. SYNAGO. reſpondit, Nuoc

recolo,ounc recognoſco.Sed quid diceretur ante, neſ- D
ciui,quia prophetas iſtos negligenter audiui. ECCLE.
dixit, Noo quod loqueris, ſed quod iotellexeris in le-
ge etiam videtut eſſe teſtamentum,vt ait Eſaias, Erunt *Eſa.29.*
hi omnes ſermooes,ſicut ſermões libri qui ſigoatus eſt:
quem ſi dederis homini neſcienti literas ad legendum,
dicet,Non poſſum legere,ſignatus eſt enim. Sed in illa
die audient ſurdi ſermonem libri, & qui io tenebris, &
qui in nebula ſunt,oculi cæcorum videbunt.Et vt Hie
remias ait, In nouiſſimo die cognoſcetis eum vos. Sic *Hiere.23.*
& Daniel ſcripſit, Muni ſermones,ſigna librum vſq; ad *Danie.12.*
tempus conſummationis,quo adducantur multi,& im
pleatur cogoitio, quoniam quum fit diſperſio cognoſ-
cent omnia.Hæc cognita ſunt omnia,& in ſuo ordine
cuocta fœliciter cucurrerũt, Et ideo tuo te gladio ſcito
eſſe damnatam,tuo te teſtamẽto percuſſam, tuorũ Pro-
phetarum,hoc eſt omoium Iudęorum eloquiis. Ad boc
protuli quæ monſtraui, Euangelia & Apoſtolos mihi
meisq; ſernãdo,quę ſi legiſſes amplius immugiſſes. Gau
dete populi,gaudete Chriſticolę, ſterilis peperit,& quæ
filios habebat, cum filiis ſuis aotè defecit.

Finis.

E

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPO-
nenſis epiſcopi, De vtilitate credendi ad Honoratum, Liber.

Si mihi Honorate, vnum atque *Quis ſit hæreticus & quo modo per Manichæos Auguſtinꝰ deceptus euaſerit. Cap.1.*
idem videretur eſſe, hæreticus, &
credens hęreticis homo, tam lin
gua quàm ſtylo in hac cauſa con
quieſcendum mihi eſſe arbitra-
rer. Nuoc vero cum ioter duo
plurimum ioterſit: quaodoqui-
dem hæreticus eſt, vt mea refert
opioio, qui alicuius temporalis *24.q.3.ca. Hæreticus eſt. 4. ſen.*
commodi, & maxime glorię principatusq; ſui gratia,
falſas ac nouas opinionesvel gigoit vel ſequitur:ille au *diſt.13.ca. ne autem.*
tem qui huiuſmodi homioibus credit,homo eſt imagi-
natiooe quadam veritatis ac pietatis illuſus. Cum hæc
ergo ita ſint,non putaui apud te ſileodum eſſe, quid mi F
hi de inuenienda ac retinenda veritate videatur, cuius
vt ſcis ab ineunte adoleſcentia magno amore flagraui-
mus:ſed res eſt looge remota à vanorum homioũ meo
tibus,qui oimis in hęc corporalia progreſſi atque lapſi,
oihil aliud putant eſſe,quàm quod iſtis quinque ootiſſi-
mis nunciis corporis ſentiunt:& quas ab his plagas atq;
imagioes acceperunt,eas ſecum voluot etiam cum co-
nantur recedere à ſenſibus: & ex earum mortifera & fal
laciſſima regula, ioeffabilia penetralia veritatis rectiſſi-
me ſe metiri putant. Nihil eſt facilius mi chariſſime,
quàm noo ſolum ſe dicere, ſed etiam opioari verum
inueniſſe: ſed quàm re ipſa difficillimum ſit, agnoſces,
vt confido his literis meis.Quæ vt tibi proſiot,aut certe
nihil obſint,omnibusq; omnioo,quorum in maous for
te deuenerint, & togaui deum & rogo, & ſpero ita fo-
re:ſi bene mihi conſcius ſum,quòd ad hunc ſtylum pio
& officioſo aoimo, noo vani oominis appetitione, ac
ougatoriæ oſtentationis acceſſi. Eſt igitur mihi propo-
ſitum,vt probem tibi ſi poſſim, quòd Manichęi ſacrile-
ge ac temere iouehantur in eos, qui catholicæ fidei au-
thoritatem ſequentes,antequam illud verum quod pu-
ra mente coſpicitur iotueri queant, credendo præmu

G nioncur, & illuminaturo præparantur deo. Noſti enim
Honorate, non aliam ob cauſam nos in tales homines
incidiſſe, niſi quòd ſe dicebant, terribili authoritate ſe-
parata, mira & ſimplici ratione eos qui ſe audire vel-
lent introducturos ad deum, & errore omni liberatu-
li.3. Cõfeſſ. ros. Quid enim me aliud cogebat annos ferè nouem
ca.6. & 11. ſpreta religione, quæ mihi puerulo à parentibus inſita
Et li.5.c.6. erat, homines illos ſequi ac diligenter audire, niſi quòd
nos ſuperſtitione terreri, & fidem nobis ante rationem
imperari dicerent: ſe autem nullum premere ad fidem,
niſi prius diſcuſſa & enodata veritate? Quis nõ his pol-
licitationibus illiceretur, præſertim adoleſcentis ani-
mus cupidus veri, etiam nonnullorum in ſchola do-
ctorum hominum diſputationibus ſuperbus & garru-
lus: qualem me tunc illic inuenerunt, ſpernentem ſci-
licet quaſi aniles fabulas, & ab eis promiſſum, apertum
& ſyncerum verum tenere atq; haurire cupiẽtem? Sed
quę rurſum ratio reuocabat ne apud eos penitus hære-
rem, vt me in illo gradu quem vocant auditorum te-
nerem, vt huius mundi ſpem atq; negocia non dimit-
terem: niſi quòd ipſos quoq; animaduertebam, plus in
H refellendis aliis diſertos & copioſos eſſe, quàm in ſuis
probandis firmos & certos manere? Sed de me quid di
cam, qui iam catholicus Chriſtianus eram: qui nunc v-
bera eccleſiæ, poſt longiſſimam ſitim pene exhauſtus at-
que auidus, tota auiditate repetiui, eaq; altius flens & ge
mens concuſſi & expreſſi, vt id maneret quod mihi ſic
affecto ad recreationem ſatis eſſe poſſet, & ad ſpem re-
ducendam vitę ac ſalutis? Quid ergo de meipſo dicã?
Tu nondum Chriſtianus, qui hortatu meo cum eos ve-
hementer execrareris vix adductus es, vt audiendi tibi
atque explorandi viderentur, qua quæſo alia re delecta-
tus es, recordare obſecro te, niſi magna quadam præ-
ſumptione ac pollicitatione rationũ? Sed quia diu mul
tumq; de imperitorũ erroribus lauſiuſe ac vehemen-
tiſsime diſputabãt, quod cuiuis mediocriter erudito eſ
ſet facillimum, ſero didici. Si quid etiam ſuorum nobis
inſerebant, neceſſitate retinendum, cum alia nõ occur-
rerent, in quibus acquieſceremus, arbitrabamur. Itaque
nobis faciebant, quod inſidioſi aucupes ſolent, qui viſ-
catos ſurculos prope aquam defigunt, vt ſitientes aues
decipiant. Obruunt enim, & quoquo modo cooperiũt
I alias quę circa ſunt aquas: vel inde etiam formidoloſis
molitionibus deterrent, vt in eorum dolos nõ electio-
ne, ſed inopia decidatur. Sed cur non ipſe mihi reſpon
deo, quòd iſtæ lautæ ac lepidæ ſimilitudines, atque hu-
iuſmodi reprehenſiones, in omnes qui aliquid docent,
à quouis aduerſario effundi vrbaniſſime ac dicaciſſime
poſſunt? Sed ob hoc putaui aliquid tale inſerendum li-
teris meis, vt eos admoneam, deſinant talibus agere: vt
quemadmodum ille ait, ſeparatis nugis locorum com-
munium, res cum re, cauſa cum cauſa, ratio cũ ratione
confligat. Quare deſinant dicere illud quod in ore ha-
bent quaſi neceſſarium, cum eos quiſq; deſerit qui diu-
tius audiſſet, lumen per illum tranſitum fecit. Vides e-
nim tu mea maxima cura, nã de illis non nimis æſtuo,
q̃ hoc mane & facillimum ad reprehendendum cuiuis
eſſe poſſit. Itaque hoc diſcutiendum dimitto pruden-
tiæ tuæ. Nõ enim vereor ne me arbitreris inhabitatum
lumine, cum vitæ huius mundi eram implicatus, tene-
broſam ſpem gerens de pulchritudine vxoris, de pom-
pa diuitiarum, de inanitate honorum, cæteriſq; noxiis
& pernicioſis voluptatibus. Hæc enim omnia, quod te
non latet, cum ſtudioſe illos audirem, cupere & ſpera-
re non deſiſtebã. Neq; hoc eorum doctrinæ tribuo, Fa-
teor enim & illos ſedulo monere, vt iſta caueantur: ſed K
modo me dicere deſertum lumine, cum ab his omni-
bus vmbris rerum me auerterim, ſoloq; victu ad valetu
dinem corporis neceſſario contentus eſſe decreuerim:
illuſtratum autem atque fulgentem fuiſſe cum iſta dili-
gerem, & his inuolutus tenerer, hominis eſt, vt mitiſſi-
me dicam, minus acute conſiderantis res, de quibus lo-
qui multum amat. Sed veniamus ad cauſam ſi placet.

Nam bene noſti q̄ reprehendentes Manichęi catho *Manichæi*
licam fidem, & maxime vetus teſtamentum diſcerpen- *damnant*
tes & dilaniantes, commouent imperitos: qui profecto *vetus teſta*
neſciunt quatenus ſint accipienda illa, & quemadmo- *mentum.*
dum hauſta vtiliter in venas quaſi vagientium adhuc *Cap. II.*
animarum medulláſque deſcendant. Et qoia ſunt ibi
quędam quę ſuboffendant animos ignaros & negligẽ-
tes ſui, quę maxima turba eſt, populariter accuſari poſ-
ſunt: defendi autem populariter propter myſteria quæ
his continentur, non à multis admodum poſſunt. Qui
vero pauci hoc facere nouerunt, non amant propatula
& famigerula quædam in diſputatione certamina, &
ob hoc minime noti ſunt, niſi his qui eos inſtantiſſime L
requirunt. De hac igitur Manichæorum temeritate qua
vetus teſtaoiĉtum & catholicam fidem reprehendunt,
accipe obſecro quæ me moueant. Opto autem ac ſpero
te hoc animo accepturũ, quo à me dicuntur. Scit autem
deus, cui nota ſunt arcana conſcientię meę, nihil me in
hoc ſermone malicioſè agere, ſed vt exiſtimo accipien
dũ eſſe, veri probandi cauſa: cui vni rei viuere iam diu
ſtatuimus, & incredibili ſolicitudine: ne mihi errare vo
biſcum facillimum fuerit, iter autem rectum tenere vo-
biſcum ſit, ne durius loquar, difficillimum. Sed prę-
ſumo q̄ & in hac ſpe, qua ſpero vos viam ſapientiæ mecũ
obtenturos, non me deſeret ille cui ſaucratus ſum: quem
dies noctesq; intueri conor: & quoniã propter peccata
mea, propterq; conſuetudinẽ plagis veternoſarum opi-
nionũ ſauciatum oculum animę gerens, inualidum me
eſſe cognoſco, ſæpe rogo cum lachrymis. Et quẽadmo- *Cõparatio.*
dum poſt longam cęcitatem ac tenebras luminibus vix
apertis, & adhuc lucem palpitãdo atq; auerſando, quã
tamen deſiderant, recuſantibus, præſertim ſi eis ſolem
iſtum quiſpiam conetur oſtendere: ita mihi nunc eue-
nit, non neganti eſſe ineffabile quoddam & ſingulare
animę bonũ, quod mente videatur, & me ad contem- M
plandũ nondum eſſe idoneum cum fletu & gemitu cõ
fitenti. Non me ergo deſeret, ſi nihil fingo, ſi officio du
cor, ſi veritatẽ amo, ſi amiciciam diligo, ſi multũ metuo
ne fallaris. Omnis igitur ſcriptura, quę teſtamentum *Quadru-*
vetus vocatꝛ, diligenter eã noſſe cupiẽtibus quadrifariã *plex ſcrip-*
traditꝛ, ſecũdũ hiſtoriam, ſecundũ ætiologiã, ſecundum *turarũ in-*
analogiam, ſecundum allegoriam. Ne me ineptum pu- *tellectus.*
tes, Gręcis nominibus vtentem. Primum quia ſic acce- *Cap. III.*
pi, nec tibi hoc aliter audeo intimare q̃ accepi. Deinde
tu quoq; animaduerteris, non eſſe harum rerum apud
nos vſitata nomina: quæ ſi fabricaſſem interpretando,
eſſem profecto ineptior: ſi autem circũloquerer, minus
eſſem in diſſerẽdo expeditus. Id tantũ oro credas, quo-
quo modo errẽ, nihil à me inflato ac tumido fieri. Se-
cundũ hiſtoriã ergo traditur cum docetur quid ſcrip-
tũ aut quid geſtum ſit: quid non geſtum, ſed tantummo
do ſcriptum quaſi geſtũ ſit. Secundum ętiologiam, cum
oſtenditur quid, qua de cauſa vel factum vel dictum ſit.
Secundum allegoriã, cum docetur non ad literam eſſe
accipienda quædam quę ſcripta ſunt, ſed figurate intel
ligẽda. His omnibus modis dominus noſter Ieſus Chri
ſtus & Apoſtoli vſi ſunt. Nam de hiſtoria illud ſumptũ
eſt,

A eſt, cum obiectum eſſet, ꝙ die ſabbati diſcipuli eius ſpi-
Matth. 12. cas euulſiſſent: Nō legiſtis, inquit, quod fecit Dauid cū
1.Reg. 21. eſuriret & qui cum eo erant, quo modo intrauit in do-
mum dei, & panes propoſitionis manducauit, quos nō
licebat ei manducare, neq; eis qui cum eo erant, niſi ſo-
lis ſacerdotibus? Ad ætiologiam vero illud pertinet, ꝙ
Matth. 19. cum Chriſtus prohibuiſſet vxorem abiici, niſi fornica-
tionis cauſa, relatūq; eſſet ab interrogantibus, Moyſem
libello dato repudij permiſiſſe licentiam, Hoc, inquit,
Moyſes fecit propter duriciam cordis veſtri. Hic enim
cauſa reddita eſt, cur illud à Moyſe pro tempore bene
permiſſum ſit, vt hoc quod Chriſtus pręcipiebat, alia iā
tempora demonſtrare videretur. Horum autem tem-
porum vices atq; ordinem, mira quadam diuinę pro-
uidentiæ diſpoſitione digeſtum atq; compoſitum, lon-
gum eſt explanare. Iam porrò analogia, qua vtriuſq; te-
ſtamēti congruentia perſpicitur, quid ego dicam vſos
fuiſſe omnes quorum authoritati illi cedūt: cum ſecum
ipſi conſiderare poſſint, q̄ multa ſoleant dicere immix-
† immiſſa. ta † eſſe ſcripturis diuinis, à neſcio quibus corruptori-
B bus veritatis? Quæ vox mihi ſemper quidem etiam cū
eos audirem inualidiſſima viſa eſt: nec mihi ſoli, ſed et-
iam tibi: nam bene memini, & nobis omnibus, qui pau-
lo maiorem diligentiam in iudicando habere conaba
mur, q̄ turba credentiū. Nūc vero poſteaquā mihi ſunt
expoſita atq; enodata multa quæ me maxime mouebāt,
ea ſcilicet in quibus illorū plerūq; ſe iactat, & quo ſecu-
rius ſine aduerſario eo effuſi⁹ exultat oratio: nihil mihi
videtur ab eis impudētius dici, vel vt mitius loquar, in-
curioſi⁹ & imbecillius, quā ſcripturas diuinas eſſe cor-
ruptas: cum id nullis in tam recenti memoria extanti-
bus exemplaribus poſſint conuincere. Si enim dicerēt,
eas ſibi penitus accipiendas non putaſſe, ꝙ ab eis eſſent
conſcriptę: quos verum ſcripſiſſe non arbitrarentur, eſ-
ſet vtcumque tergiuerſatio eorum tectior, vel error hu-
manior. Hoc enim de illo libro fecerunt, qui Actus A-
poſtolorum inſcribitur, quod eorum conſilium, cū me-
cū ipſe pertracto, nequeo ſatis mirari. Non enim ſapien
tiā hominum in hac re, ſed cor mediocre deſidero. Tā-
ta enim liber iſte habet quæ ſimilia ſint his quæ accipi-
unt, vt magnę ſtulticię mihi videatur, non & hunc ac-
cipere, & ſi quid ibi eos offendit, falſum atq; immiſſum
dicere. Aut ſi talis oratio impudens eſt, ſicuti eſt, cur in
C Pauli epiſtolis, cur in quatuor Euangelij libris ea valere
aliquid putent, in quibus haud ſcio an multo plura ſint
proportione, q̄ in illo libro eſſe potuerunt, quę à cor-
ruptoribus interiecta credi volunt? Sed nimirum illud
eſt quod mihi videtur, quod peto placidiſſimo & ſere-
niſſimo iudicio mecum conſideres. Noſti enim ꝙ au-
thoris ſui Manichæi perſonam in Apoſtolum nume-
rum inducere molientes dicunt ſpiritum ſanctū quem
dominus diſcipulis ſe miſſurū eſſe promiſit, per ipſum
Act. 2. ad nos veniſſe. Itaq; ſi illos Actus Apoſtolorum accipe-
rent, in quibus euidenter aduentus ſancti ſpiritus præ-
dicatur, nō inuenirent, quo modo id immiſſum eſſe di-
cerent. Volunt enim neſcio quos corruptores diuino-
rū librorū ante ipſius Manichęi tempora fuiſſe. Corru-
piſſe autē illos, qui Iudęorum legem Euangelio miſcere
cupiebāt. Hoc autem de ſpiritu ſancto dicere nequeūt,
niſi forte diuinaſſe illos aſſerāt, & poſuiſſe in ſuis libris
quod contra futurum aliquando Manichæum, qui ſpi-
ritum ſanctum per ſe miſſum eſſe diceret, proferretur.
Verū de ſpiritu ſācto aliàs planius aliquid eloquemur.
Nunc ad hoc quò intenderam redeamus. Nam & hiſto
riam veteris teſtamenti, & ętiologiam & analogiam in

nouo teſtamēto inueniri ſatis, vt puto eſt demonſtratū: D
de allegoria reſtat oſtendere. Ipſe liberator noſter in
Euangelio allegoria vtitur ex veteri teſtamento, Gene- *Matt. 12.*
ratio, inquit, hæc ſignum quærit, & non dabitur ei niſi
ſignum Ionę Prophetæ. Sicut enim Ionas in ventre ceti
tribus diebus & tribus noctibus fuit, ſic & filius hominis
tribus diebus & tribus noctibus erit in corde terræ. Nā
quid ego de Apoſtolo Paulo dicam? qui etiā ipſam Ex-
odi hiſtoriam futurę Chriſtianæ plebis allegoriā fuiſſe
ſignificat ad Corinthios epiſtola prima, Nolo autē vos *1.Cor. 10.*
ignorare fratres, quia patres noſtri omnes ſub nube fue
runt, & omnes per mare tranſierūt, & omnes in Moyſę[?]
baptizati ſunt in nube & in mari: & omnes eundem ci
bum ſpiritalem manducauerunt, & omnes eundem po
tū ſpiritalem biberunt. Bibebant autem de ſpiritali, cō-
ſequente eos pętra, petra autem erat Chriſtus. Sed non
in pluribus eorū beneplacuit deo, Proſtrati ſūt enim in
deſerto. Hęc autem figuræ noſtræ fuerunt, vt non ſimus
cupidi malorum, ſicut & illi concupierunt. Neq; idola
colamus, ſicut quidā ex illis, ſicut ſcriptum eſt, Sedit po *Exod. 32.*[?]
pulus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Neq; E
fornicemur, ſicut quidam ex illis fornicati ſunt, & ceci- *Nume. 25.*
derunt vna die vigintitria milia hominum. Neque ten
temus Chriſtum, ſicut quidam eorum tentauerunt, & à *Nume. 21.*
ſerpentibus interierūt. Neq; murmuremus, ſicut quidā
ex illis murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. *Iudith. 8.*
Omnia autem iſta in figura contingebant illis. Scripta
autem ſunt ad correptionem noſtram, in quos fines ſe-
culorum deuenerunt. Eſt item apud Apoſtolum allego
ria quædam ſanè ad cauſam maxime pertinens, ideo ꝙ
iidem ipſi eam in diſputando proferre atque oſtentare
conſueuerunt[?]. Idē enim Paulus dicit ad Galatas, Scrip- *Gala. 4.*
tū eſt enim ꝙ Abraham duos filios habuit, vnū de an- *Gene. 21.*
cilla, & vnum de libera: ſed is qui de ancilla, ſecundum
carnē natus eſt: qui autem de libera, per promiſſionem:
quę ſunt per allegoriam dicta. Nam hæc ſunt duo teſta
menta, vnum quidem de monte Sina in ſeruitutē gene
rans, quod eſt Agar. Sina enim mons eſt in Arabia, qui
confinis ei quę nunc eſt Hieruſalem, & ſeruit cum filiis
ſuis, Quæ autem ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt, quæ
eſt mater omnium noſtrum. Hic igitur illi homines ni-
mium mali, dum fruſtrare legem conantur, eas ſcriptu-
ras approbare nos cogunt. Attendunt enim quod di-
ctum eſt, in ſeruitute eſſe eos qui ſub lege ſunt, & id vl-
timum præ cæteris ventilant, Euacuati eſtis à Chriſto F
qui in lege iuſtificamini, à gratia excidiſtis. Nos hęc om *Gala. 5.*
nia vera eſſe concedimus, nec illam legem neceſſariam
eſſe dicimus, niſi eis quibus eſt adhuc vtilis ſeruitus: id-
eoq; vtiliter eſſe latam, ꝙ homines qui reuocari à pecca
tis ratione non poterant, tali lege coërcendi erant, pœ-
narum ſcilicet iſtarum, quæ videri ab ſtultis poſſunt, mi
nis atq; terroribus: à quibus gratia Chriſti cum liberat,
non legem illam damnat, ſed aliquando nos obtempe
rare ſuę charitati, non ſeruire timori legis inuitat. Ipſa
eſt gratia: id eſt, beneficiū, quod non intelligunt ſibi ve-
niſſe diuinitus, qui adhuc eſſe cupiūt ſub vinculis legis.
Quos merito Paulus obiurgat tanquam infideles, quia
à ſeruitute cui certo tēpore iuſtiſſima dei diſpoſitione
ſubiecti erant, iam per dominum noſtrum Ieſum ſe li-
beratos eſſe nō credunt. Hinc eſt illud eiuſdē apoſtoli,
Lex enim pædagogus noſter erat in Chriſto. Ille igitur
pędagogum dedit hominibus quē timerent, qui magi- *Gala. 3.*
ſtrū poſtea, quē diligerent. In quibus tamen legis præ- *1.Reu. 14.*
ceptis atque mandatis, quibus nunc Chriſtianos vti fas *Exo. 20.*
eſt, quale vel ſabbatum eſt, vel circumciſio, vel ſacrificia *Gene. 17.*
& ſi

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

G & ſi quid huiuſmodi eſt: tanta myſteria contmẽtur, vt
omnis pius intelligat nihil eſſe pernicioſius, q̃ quicq̃d
ibi eſt accipi ad literã: id eſt, ad verbum: nihil autem ſa-
lubrius quàm ſpiritu reuelari. Inde eſt, Litera occidit, ſpi
2. Cor. 3. ritus autem viuificat. Inde eſt, Idipſum velamen in le-
ctione veteris teſtamenti manet, quod non reuelatur,
quoniã in Chriſto euacuatur. Euacuatur nãq; in Chri-
ſto non vetus teſtamentũ, ſed velamen eius, vt per Chri
ſtum intelligatur, & quaſi denudetur, quod ſine Chriſto
obſcurũ atq; adopertũ eſt. Statim quippe idẽ apoſtolus
Vbi ſupra ſubiicit, Cũ autẽ tranſieris ad Chriſtũ auferet velamen.
Nõ enim ait, auferet lex, aut teſtamentũ vetus: Non igit
per domini gratiã tanquã inutilia ibi tegerentur, ablata
ſunt, ſed tegmen potius quo vtilia tegebantur. Hoc mo
do agitur cum his qui ſtudioſe ac pie, non turbide atq;
improbe ſcripturarum illarum ſenſum requirũt, demõ-
ſtrãturq; ſedulo & ordo rerum, & cauſę factorum atq;
dictorum, & veteris teſtamenti ad nouũ tanta congruẽ
tia, vt apex nullus, qui nõ conſonet relinquatur: & figu-
rarũ tanta ſecreta, vt omnia quę interpretando eruun-
tur, miſeros eſſe cogant fateri, qui hæc volunt antè con
H demnare quàm diſcere. Sed vt omiſſa interim altitu
Trifariam dine ſcientiæ, ſic agam tecum quo modo agendũ arbi-
errari. tror cum familiari meo: id eſt, ſicut ego poſſum, nõ ſic-
Cap. IIII. ut doctiſſimos viros poſſe miratus ſum, Tria genera
Tria gene- ſunt erroris, quibus homines errant cum aliquid legũt.
ra erroris De ſingulis dicam. Primũ genus eſt in quo id quod fal-
circa lecti- ſum eſt verũ putatur, cum aliud qui ſcripſit putauerit.
onem ſcrip- Alterum eſt quãuis non tam late patens, non tamen mi
turarum. nus noxium, cum id quod falſum eſt verum putatur, id
tamen putatur, quod etiam ille qui ſcripſit putauit. Ter-
tium eſt, cum ex alieno ſcripto intelligitur aliquid veri,
cum hoc ille qui ſcripſit nõ intellexerit. In quo genere
non parum eſt vtilitatis, imo ſi diligentius conſideres,
totus legendi fructus eſt integer. Primi generis exem-
plũ eſt, vt ſi quiſquam, verbi gratia, dicat & credat Ra-
damanthum apud inferos audire ac diiudicare cauſas
Aeneid. 6. mortuorum, eo ꝙ Maronis in carmine id legerit. Hic
enim errat duobus modis, ꝙ & rem non credendam
credit, neq; id putandus eſt crediſſe ille quẽ legit. Al-
terum genus animaduerti ſic poteſt, ſi quis quia Lucre-
tius animã ex atomis eſſe ſcribit, eamq; poſt mortem in
eaſdem atomos ſolui atq; interire, id verum ac ſibi cre-
dendum arbitretur. Nam & hic non minus miſer eſt, ſi
de re tanta id quod falſum eſt pro certo ſibi perſuaſit,
I quãquã id Lucretius, cuius libris deceptus eſt, opinatus
ſit. Quid enim huic prodeſt de authoris ſententia certũ
eſſe, quando ſibi eum non per quem erraret, ſed cũ quo
erraret elegerit? Tertio generi eſt illud accõmodatũ, ſi
quis Epicurum lecto eius in libris aliquo loco, vbi con-
tinentiam laudat, in virtute illum ſummum bonum po
ſuiſſe aſſeueret, & ideo non eſſe culpandum. Huic enim
quid obeſt error Epicuri, ſi ſummum bonum hominis,
voluptatem ille corporis credit, cum iſte non ſe dede-
rit tam turpi noxiæq; ſententiæ, neq; ob aliam cauſam
ei placeat Epicurus, niſi ꝙ eum ſenſiſſe non putat, quod
ſentiri nõ oporteat? Hic error non modo humanus eſt,
ſed ſępe etiam homine digniſſimus. Quid enim ſi mihi
de aliquo quem diligerem nunciaretur, ꝙ ſibi cum eſſet
barbatus pueritiam atque infantiam ita placere multis
audientibus dixerit, vt etiam iurauerit ſe ſimiliter velle
viuere, idq; ita mihi probaretur, vt impudenter negarẽ,
nũ reprehendendus viderer, ſi eum exiſtimarẽ cum hoc
diceret ſignificare voluiſſe, ſibi placere innocentiam, &
ab eis, quibus hominum genus inuolueretur cupiditati-
bus animum alienum, & ex eo illum magis magiſq; di- K
ligerem, q̃ antea diligebam, etiam ſi fortaſſe ille in pue-
rorum ætatibus libertatem quandam in ludendo & ci-
bãdo, atq; ignauum ocium ſtultus adamaſſet? Fac enim
eum eſſe defunctum poſtquam hoc mihi nunciatum
eſt, nec interrogari à me potuiſſe quicquam vt aperiret
ſententiam ſuam: eſſet ne quiſquam tam improbus qui
mihi ſuccenſeret, cum hominis laudarem propoſitũ &
voluntatem per illa ipſa verba quæ acceperam? Quid ꝙ
etiam iuſtus rerum exiſtimator non dubitaret fortaſſe
laudare opinionem ac volũtatem meam, cum & inno-
cẽtia mihi placeret, & homo de homine in re dubia be
ne potius exiſtimarem, cum etiam male diceret? Quæ *Scriptura*
cũ ita ſint, audi etiam earũdem ſcripturarum totidem *veritas.*
conditiones & differentias. Nã neceſſe eſt totidem oc- *Caput V.*
currant. Aut enim vtiliter ſcripſit quiſpiam, & non vti-
liter ab aliquo intelligitur. Aut vtrũq; inutiliter fit, aut
vtiliter intelligit lector, cũ ille contrà qui legitur ſcrip-
ſerit. Horũ trium primum non improbo, vltimum nõ
curo. Nã neq; poſſum reprehendere hominẽ, qui nulla L
ſua culpa male intellectus eſt: nec moleſte habere quẽ-
quã legi, qui verum non viderit, cum obeſſe legentibus
nihil videam. Vnum igitur genus eſt probatiſſimum, &
quaſi purgatiſsimũ, cum & bona ſcripta ſunt, & in bo-
nam partem accipiuntur à legentibus. Id quoque tamẽ
adhuc in duo diuiditur, non enim penitus excludit er-
rorem. Nam euenit plerũq;, vt cum bene ſenſerit ſcrip-
tor, bene etiam lector ſentiat, ſed aliud q̃ ille, & ſępe
melius, ſępe inferius, vtiliter tamen. Cum autem & hoc
ſentimus quod ille quem legimus, & id eſt, vitæ bene a-
gendę accõmodatiſsimũ, cumulatiſſime ſeſe habet ve-
ritas, nec aliunde aperitur falſitatis locus. Quod genus
cũ de rebus obſcuriſſimis lectio eſt, rariſsimũ omnino
eſt, neq; id mea ſententia liquido ſciri, ſed tantummo-
do credi poteſt. Quibus enim argumentis abſentis vel
mortui hominis voluntatem ita colligam, vt de illa iu-
rare poſſim: cum etiam ſi pręſens interrogaretur, multa
eſſe poſſent, quę ſi malus non eſſet officioſiſſime abſcõ-
deret? Illud autem nihil ad rem cognoſcendam valere
arbitror, qualis fuerit ille qui ſcripſit: honeſtiſſime tamẽ
bonus credit, cuius literis generi humano poſteritatiq;
conſultum eſt. Quãobrem vellem mihi iſti dicerent, in
quo genere ponant, eccleſię catholicę quem putãt erro
rem. Si in primo, graue omnino crimẽ, ſed defenſionẽ
longinquam non requirit, ſatis eſt enim negare, ita nos
intelligere, vt illi cum inuehuntur exiſtimant. Si in ſe-
cundo, non minus graue eſt, ſed eadẽ voce refellentur: M
Si in tertio, nullum crimẽ eſt. Age, ac deinde ſcripturas
ipſas conſidera. Quid enim in libris obiiciunt veteris,
quod dicitur teſtamenti? Nunquid nam ꝙ boni ſunt,
ſed male intelligũtur à nobis? At eos ipſi non accipiũt.
An quia nec boni ſunt, nec bene accipiuntur? At hoc ſu
perior defenſio ſatis expugnat. An illud dicent, quãuis
bene à vobis accipiant, mali ſunt tamen? Quid eſt aliud
viuos cum quibus res agitur aduerſarios abſoluere, atq;
olim mortuos cum quibus nulla cõtentio eſt accuſare?
Ego quidẽ illos viros & omnia vtiliter memoriæ man
daſſe, & magnos ac diuinos fuiſſe, & illã legẽ dei iuſſu
ac voluntate promulgatam eſſe & conditam credo: &
id quamquam perpauca eius generis librorum ſciam,
perſuadere tamẽ facile poſſum, ſi mihi ęquus & minime
pertinax animus adhibeatur: atque id faciam, cum co-
pia nobis data fuerit beneuolarũ aurium, ac mentis tuę:
ſed hoc cum potero. Nunc autem nõnne mihi ſatis eſt,
quoquo modo ſe iſta res habeat, deceptum non fuiſſe?
Teſtor

Sacra ſcriptura primo amanda quã diſcenda. Cap. VI.

A Teſtor Honorate conſcientiam meam, & puris ani-
mis inhabitantem deum, nihil me exiſtimare pruden-
tius, caſtius, religioſius, q̃ ſunt illæ ſcripturę omnes, quas
teſtamenti veteris nomine catholica Eccleſia retinet.
miraris, noui. Non enim diſſimulare poſſum longe ali-
ter nobis fuiſſe perſuaſum. Sed nihil eſt profecto teme-
ritatis plenius, quæ nobis tunc pueris inerat, q̃ quorum-
cumq; librorum expoſitores deſerere, qui eos ſe tenere
ac diſcipulis tradere poſſe profitentur, & eorum ſenten
tiam requirere ab his qui conditoribus illorum atque
authoribus acerbiſſimum, neſcio qua cogente cauſa, bel
lum indixerunt. Quis enim ſibi vnquam libros Ariſto-
telis reconditos, & obſcuros ab eius inimico exponen-
dos putauit, vt de his loquar diſciplinis, in quib⁹ lectoe
fortaſſe ſine ſacrilegio labi poteſt? Quis deniq; geome-
tricas literas Archimedis legere, magiſtro Epicuro, aut
diſcere voluit: Cõtra quas ille multũ pertinaciter, nihil
earum quantum arbitror intelligens, diſſerebat: An iſtæ
ſcripturæ legis planiſſimæ ſunt, in quas iſti quaſi vulgo
expoſitas impetum faciunt fruſtra & inaniter? Qui mi-
B hi ſimiles videntur illi mulierculæ, quam iidem ipſi ſo-
lent deridere, quę irata ꝙ ei ſol iſte laudaretur, & à Ma-
nichæa quadam fœmina colendus commendaretur, vt
erat religioſe ſimplex, concita exiliuit: & eũ locum quẽ
ſol per feneſtram illuſtrauerat, crebro pede percutiens,
ecce ſolem deũq; tuum calco clamare cœpit: ſtulte om-
nino atque muliebriter, quis negat? Sed nonne tibi tales
videntur iſti, qui ea quæ oon intelligũt, aut cur, aut om
nino qualia ſunt, quãuis iacentibus ſimilia, ſubtilia ta-
men intelligentibus atque diuina, magno impetu ora-
tionis maledictisq; lacerãtes, quia eis imperiti plaudũt,
aliquid ſe proficere exiſtimant? Quicquid eſt, mihi cre-
da, in ſcripturis illis, altum & diuinum eſt: ineſt omni-
no veritas & reficiendis inſtaurandisq; animis accom-
modatiſſima diſciplina: & planè ita modificata, vt ne-
mo inde haurire non poſſit quod ſibi ſatis eſt, ſi modo
ad hauriendũ deuote ac pie, vt vera religio poſcit, acce
dat. Quod vt tibi probem, multis rationibus & lõgio-
re oratione opus eſt, Agẽdum enim tecum prius eſt vt
authores ipſos non oderis, deinde vt ames: & hoc agen
dum quouis alio modo potius, q̃ exponẽdis eorum ſen
C tẽtiis & literis. Propterea quia ſi Virgilium odiſſemus,
imò ſi non eum priuſquam intellectus eſſet maiurum
noſtrorum commendatione diligeremus, nũquam no-
bis ſatisfieret de illis eius quæſtionibus innumerabilib⁹,
quibus Grammatici agitari & perturbari ſolent. Nec au
diremus libenter, qui cum eius laude illas expediret, ſed
ei faueremus, qui per eas illum erraſſe ac deliraſſe cona-
eetur oſtendere. Nunc vero cum eas multi ac varie pro
ſuo quiſq; captu aperire conentur, his potiſſimum plau
ditur, per quorum expoſitiònem melior inuenitur poë
ta, qui non ſolum nihil peccaſſe, ſed nihil non laudabi-
liter ceciniſſe, ab eis etiam qui illum non intelligunt,
creditur. Itaque in quæſtiuncula magiſtro deficienti, &
quid reſpondeat non habenti, ſuccenſemus potius, q̃ il
lum mutum vicio Maronis putamus. Iam ſi ad defen-
ſionem ſuam peccatum tanti authoris aſſerere voluerit,
vix apud eũ diſcipuli vel datis mercedibus remanebũt.
Quantum erat vt ſimilem beneuolentiam pręberemus
eis, pee quos locutum eſſe ſpiritum ſanctum tam diutur
na vetuſtate firmatum eſt? Sed ſcilicet intelligentiſsimi
adoleſcentes, & miri rationum exploratores, non euo-
lutis ſaltem illis literis, non quæſitis magiſtris, non ali-
quantum noſtra tarditate accuſata, non deniq; vel me-
diocri corde cõceſſo, eis qui eiuſmodi literas per totum
orbem tam longo tempore legi cuſtodiri tractariq; vo D
luerunt, nihil apud illos credendũ putauimus, eorũ qui
iſtis inimici infeſtiq; ſunt, voce cõmoti, apud quos falſa
pollicitatione rationis, inaudita millia fabularũ crede-
re & colere cogeremur. Sed nunc quod inſtitui per-
agã ſi poſſum, & ſic apud te agam, vt fidem catholicam
non interim aperiam, ſed ad ſcrutãda eius magna my-
ſteria, eis quorum animæ ſibi curæ ſunt, ſpem diuini fru
ctus & inueniendę veritatis oſtendam. Nemo dubitat
eũ, qui veram religionem requirit, aut iam credere im-
mortalem eſſe animam cui proſit illa religio, aut etiam
idipſum in eadẽ religione velle inuenire. Animæ igitue
cauſa omnis religio. Nam corporis natura quoquo mo
do ſe habeat, nullam curam ac ſolicitudinẽ incutit ei,
præſertim poſt mortem, cuius anima tenuerit quo bea-
ta ſit. Animæ igitur cauſa vel ſolius, vel maxime vera, ſi
qua eſt, religio conſtituta eſt. Hæc autem anima, videro
quam ob cauſam, & obſcuriſſimũ eſſe cõfiteor, errat ta-
men ac ſtulta eſt vt videmus, donec adipiſcatur perci-
piatq; ſapientiã, & fortaſſe ipſa eſt veea religio. Num te
E ad fabulas mitto? nũ aliquid cogo te [temere] credere?
Animã noſtram dico errore ac ſtulticia irretitã & de-
merſam, viam ſi qua eſt, quærere veritatis. Si hoc in te
non eſt, da veniã, & participare mecũ, quęſo, ſapiẽtiam
tuã, ſin id quod dico agnoſcis in te, ſimul obſecro quę-
ramus verũ. Puta nos adhuc neminem audiſſe cuiuſpiã
eeligionis inſinuatorẽ. Ecce res noua eſt à nobis nego-
ciumq; ſuſceptum, Quęrẽdi ſunt, credo, huius rei, ſi vlla
eſt, profeſſores. Fac nos reperiſſe alios aliud opinantes,
& diuerſitate opinionum ad ſe quẽq; trahere cupiẽtes,
Sed inter bos excellere famæ interim celebritate quoſ-
dam atq; omniũ penè occupatione populorũ. Verũ iſti
verum teneãt, magna quæſtio eſt. Sed nònne prius ſunt
explorãdi, vt quãdiu erramus, ſiquidẽ homines ſumus,
cum ipſo genere humano errare videamur? At enim a-
pud paucos quoſdam eſt veritas. Scis ergo iam quæ ſit,
ſi ſcis apud quos ſit. Nònne dixeram pauloãte, vt quaſi
rudes quæreremus? Sed ſi ex ipſa vi veritatis paucos eã
tenere coniectas, qui vero ſint, neſcis: quid ſi ita pauci
ſunt qui verum ſciunt, vt authoritate ſua multitudinem
teneãt, vnde ſe in illa ſecreta expedire, & quaſi eliquare
paucitas poſſit? Nònne videmus quàm pauci ſummam
eloquentiam conſequantur, cũ per totum orbem rheto F
rum ſcholæ adoleſcentium gregibus perſtrepant? Nun
quid nam imperitorum perterriti multitudine, quicũq;
boni oratores euadere volũt, Cęcilij tibi potius, aut Eru
cij orationibus, q̃ Tullianis nauandã operã exiſtimant?
Hæc appetunt omnes, quæ maiorum authoritate firma
ta ſunt. Eadem imperitorum turbæ diſcere moliuntur,
quæ à paucis doctis diſcenda recepta ſunt. Aſſequuntue
autem perpauci, agũt pauciores, clareſcunt pauciſſimi.
Quid ſi tale quiddam eſt vera religio? Quid ſi multitu-
do imperitorũ frequentat eccleſias: ſed nullum augmẽ-
tum eſt, ideo neminem illius myſteriis factum eſſe per-
fectum? & tamen ſi tam pauci ſtuderent eloquentiæ, q̃
pauci ſunt eloquentes, nunquã nos parentes noſtri ma-
giſtris talibus commẽdandos putarent. Cum igitur ad
bæc ſtudia nos multitudo inuitauerit, quę imperitorũ
parte copioſa eſt, vt id quod pauci adipiſci poſſunt ad-
amaremus: cur nobis eſſe ſimilem in religione nolum⁹
cauſam, quam cum magno animę diſcrimine fortaſſe
contemnimus? Si enim veriſsimus & ſynceriſsimus dei
cultus, quãuis ſit apud paucos, apud eos tamen eſt quib⁹
multitudo, quãquam cupiditatibus inuoluta, & à puri-
tate intelligẽtię remota, conſentit: quod fieri poſſe quis
dubitet?

De ſcripturis nõ temere iudicandum. Cap. VII.

G dubitet? quęro, ſi quis temeritatē vecordiamq́; noſtrã ar
guat, ꝙ non apud eius magiſtros eam diligenter ioue-
ſtigamus, cuius inueniēdę nobis magna cura ioeſt, quid
reſpondere poſſimus? Deterruit me multitudo. Cur ab
ſtudio artiũ liberaliũ, vix huic pręſenti vitæ aliquid cō-
modi afferētium, cur ab inquirenda pecunia, cur ab ho
nore adipiſcendo, cur deniq; à comparãda & retinēda
bona valetudine, poſtremo cur ab ipſa beatę vitæ appe
titione, cum hi omnes occupeotur, pauci excellãt, nulla
deterruit multitudo? At abſurda ibi dici videbanť. Qui-
bus aſſerentibus? Nempe inimicis, qualibet cauſa, quali-
bet ratione, non enim hoc nunc quęritur, tamen ioimi-
cis. Cũ legerē, per me ipſe cognoui. Itáne eſt? Nulla im-
butus poëtica diſciplina, Terentianũ Maurũ ſine magi-
ſtro attingere nõ auderes. Aſper, Cornutus, Donatus &
alij iooumerábiles requiruntur, vt quilibet Poëta poſſit
intelligi, cuius carmina & theatri plauſus videntur cap
tare: tu in eos libros, qui quoquo modo ſe habeant ſan-
cti tamen diuinarumq; rerum pleni propè totius gene-
H ris humani confeſſione diffamantur, ſine duce irruis, &
de his ſine præceptore audes ferre ſeotentiã: nec ſi tibi
aliqua occurrunt quæ videantur abſurda, tarditatē tuã
& putrefactũ tabe huius mundi animũ, qualis omoium
ſtultorum eſt, accuſas potius q̃ eos qui fortaſſe à talibus
intelligi nequeunt. Quæreres aliquē pium ſimul & do-
ctum, vel qui tales eſſe multis cōſentientibus diceretur,
cuius & pręceptis melior, & doctrina peritior fieres. Nõ
facile reperiebatur, cũ labore inueſtigaretur: Deerat in
ea terra quā incolebas. Quæ cauſa vtilius cogeret pere-
grinari? Incōtinenti prorſus latebat, aut ooo erat, naui-
garetur: ſi io propinquo trans mare non inueniebatur,
progredereris vſq; ad illas terras, in quibus ea quæ illis
libris cōtinentur, geſta eſſe dicuntur. Quid tale fecimus
Honorate? & tamen religionem fortaſſe ſanctiſſimam,
adhuc enim quaſi dubitãdũ ſic loquor, cuius opinio to-
tum iam terrarũ orbem occupauit, miſerrimi pueri pro
noſtro arbitrio iudicioq; dãnauimus. Quid ſi illa quæ
nonnullos imperitos in eiſdē ſcripturis videntur offen
dere, eò ſunt ita poſita, vt cum res abhorreotes à ſenſu
qualiumcumq; hominum, nedum prudentium atq; ſan
ctorum legerētur, ſecretã ſignificationē multò ſtudio-
ſius quęreremus? Nónne cernis vt catamithũ bucolicũ,
cui paſtor durus effluxit, cooentur homines interpreta-
I ri? & Alexim puerum, io quem Plato etiam carmē ama-
torium feciſſe dicitur, neſcio quid magnũ ſigoificare,
ſed imperitorũ iudiciũ fugere affirmant, cum ſine vllo
ſacrilegio Poëta vberrimus videri poſſit libidinoſas cã-
tiunculas edidiſſe? Sed reuera reuocabat oos atque pro-
hibebat à quęrendo, aut alicuius legis ſanctio, aut aduer
ſantiũ potētia, aut ſacratorũ perſona vilis, aut fama tur-
pis, aut inſtitutionis nouitas, aut occulta ꝓfeſſio. Nihil
horũ eſt, omnia diuina & humana iura permittunt quæ-
rere catholicam fidem. Tenere autem & colere per ho-
manũ certè ius licet, ſi de diuino quamdiu erramus, in-
certum eſt. Nemo imbecillitatem noſtram terret inimi
cus: quáquam veritas atq; animæ ſalus ſi diligēter quæ-
ſita vbi tutiſſime licet, inuenta non fuerit, cum quouis
diſcrimioe quæri debeat: omnium dignitatum & pote
ſtatũ gradus, huic diuino cultui deuotiſſime inſeruiũt,
huoeſtiſsimum eſt religionis nomen & pręclariſſimũ.
Quid impedit tandem perſcrutari atq; diſcutere pia &
ſedula inueſtigatione, vtrũ hic ſit illud quod ſynceriſſi-
me noſſe, & cuſtodire paucos neceſſe eſt, etiã ſi omniũ
in id gentium voluntas fauorq; conſpiret? Quæ cum ita
ſint, fac nos vt dixi, nunc primum quærere, cui nam re-
ligioni animas noſtras purgandas inſtaurandaſq; tra- K
damus. Proculdubio à catholica eccleſia ſumendũ ex-
ordiũ. Plures enim iã Chriſtiani ſunt, q̃ ſi Iudæi ſimola-
chrorum cultoribus adiungantur. Eorũdem antē Chri
ſtianorum cum ſint hæreſes plures, atq; omnes ſe catho
licos velint videri, alioſq; præter ſe hęreticos nominēt,
vna eſt eccleſia, vt omnes concedunt, ſi totũ orbem cō
ſideres, refertior multitudine: vt autē qui nouerunt affir
maot, etiam veritate ſyncerior cæteris omnibus, ſed de
veritate alia quæſtio eſt. Quod autem quærentibus ſatis
eſt, vna eſt catholica, cui hæreſes aliæ diuerſa nomina
imponũt, cũ ipſę ſiogulæ propriis vocabulis quę negare
noo audeãt appellentur. Ex quo intelligi datur iudican
tibus arbitris, quos nulla impedit gratia, cui† ſit catho- *† al. quod ei.*
licum nomē, ad quod omoes ambiunt, tribuendũ. Sed
ne id loquaciſſime aut ſuperfluo quiſpiam diſſerēdum
putet, vna eſt certe, in qua ipſe quodã modo etiã huma
næ leges Chriſtianę ſunt. Nullum ergo hinc pręiudiciũ
fieri volo, ſed exordiũ quærēdi opportuniſsimum iudi-
co, Nõ enim metuendum eſt, ne verus dei cultus nullo L
proprio robore innixus, ab eis quos fulcire debeat fulci
eodus eſſe videať: ſed certe perfectę fœlicitatis eſt, ſi po
tuerit ibi verũ inueoiri, vbi & inquiſitio eius & reteotio
ſecuriſſima eſt: ſi non potuerit, tũ demum alio quocũq;
periculo adeuodum atq; rimandum. His igitur con *Quæ via ad diſciplinã pietatis Cap. VIII.*
ſtitutis, quæ vt opinor ita iuſta ſunt, vt obtinere apod te
iſtam cauſam quouis aduerſario debeam, edam tibi vt
poſſum, cuiuſmodi via vſus fuerim, cũ eo animo quæ-
rerē verã religiooem, quo nunc expoſui eſſe quęrendã. *Li. 5. Cōfeſſio cap. 8.*
Vt enim à vobis trãs mare abſceſſi, iam cunctabundus
atq; hæſitans, quid mihi tenendum, quid dimittendum *Li. 5. Cōfeſſio c. 3. & 6*
eſſet: quæ mihi cunctatio indies maior oboriebatur, ex
quo illum hominē, cuius nobis aduentus vt noſti ad ex-
plicanda omnia quę nos mouebaot, quaſi de cœlo pro-
mittebatur, audiui, eũq; excepta quadam eloquētia talē
quales cæteros eſſe cognoui: rationem ipſe mecum ha-
bui, magnãq; deliberationē iam in Italia cōſtitutus, nũ
vtrum manerem in illa ſecta, in quam me incidiſſe pœ-
oitebat, ſed quonam modo verum inueniendũ eſſet, in
cuius amorē ſuſpiria mea nulli melius q̃ tibi nota ſunt.
Sępe mihĩ videbať non poſſe inueoiri, magniq; fluctus M
cogitationum mearum io Academicorum ſuffragium
ferebatur. Sæpe rurſus intuens quantum poteram, men-
tē humaoam tam viuacem, tam ſagacem, tam perſpica-
cē, non putabam latere veritatem, niſi ꝙ io ea quærēdi
modus lateret, eũdēq; ipſum modum, ab aliqua diuioa *Li. 5. Cōfeſſio c. 10. & lib. 6. c. 11.*
authoritate eſſe ſumeodum. Reſtabat quęrere quæ nam
illa eſſet authoritas, cũ in tantis diſſenſionibus ſe quiſq;
illam traditurum polliceretur. Occurrebat igitur inex-
plicabilis ſylua, cui demum inſeri multum pigebat, atq;
inter hæc ſine vlla requie, cupiditate reperieodi veri a-
nimus agitabatur. Diſſuebam me tamen magis magiſq;
ab iſtis, quos iã deſerere ꝓpoſuerã. Reſtabat aotē aliud
nihil in tantis periculis, q̃ vt diuinã prouidentiã lachry
moſis & miſerabilibus vocibus, vt opem mihi ferret de-
precarer. Atq; id ſedulo faciebã, & iam ferè me cōmo-
uerant nonnullę diſputationes Mediolanēſis epiſcopi,
vt non ſine ſpe aliqua de ipſo veteri teſtamento multa *Li. 5. Cōfeſſio. cap. 13.*
quęrere cuperem, quę vt ſcis male nobis commendata
execrabamur. Decreuerãq; tamdiu eſſe catechumenus
in eccleſia, cui traditus à parentibus eram, donec aut in-
uenirē quod vellem, aut mihi perſuaderē non eſſe quæ-
rendum. Opportuniſſimũ ergo me ac valde docilē tũc
inuenire poſſet, [ſi fuiſſet] qui poſſet docere. Hoc ergo *Li. 5. Cōfeſſio cap. 14.*
modo & ſimili animę tuæ cura ſit, diu te quoq; affectũ
vides,

A vides, & ſi iam ſatis tibi iactatus videris, finemq; huiuſmodi laboribus vis imponere, ſequere viam catholicæ diſciplinæ, quæ ab ipſo Chriſto per Apoſtolos ad nos vſque manauit, & ab hinc ad poſteros manatura eſt.

Credulus an ſonet in vicium. Cap. IX.

Ridiculum, inquis, iſtud eſt, cum omnes hanc ſe profiteantur tenere, ac docere. Profitentur hoc omnes hæretici, negare non poſſum, ſed ita vt eis quos illectant rationem ſe de obſcuriſſimis rebus polliceantur redditurоs: eoq; catholicā maxime criminātur, ꝙ illis qui ad eam veniunt præcipitur vt credant: ſe autem nō iugum credendi imponere, ſed docendi fontem aperire gloriātur. Quid, inquis, dici potuit, quod ad eorū laudem magis pertineret? Non ita eſt. Hoc enim faciunt nullo robore prediti, ſed vt aliquam cōcilient multitudinem nomine rationis. Qua promiſſa naturaliter anima gaudet humana, nec vires ſuas valetudinemq; conſiderās, ſanorū eſcas appetendo, quę male cōmittuntur niſi valentibus, irruit in venena fallentium. Nam vera religio niſi credātur ea quæ quiſq; poſtea ſi ſe bene geſſerit dignúsque fuerit, aſſequatur atque percipiat, omnino ſine quodam graui authoritatis imperio iniri recte nullo pa-

B cto poteſt. Sed quæris fortaſſe, vel de hoc ipſo aliquam accipere rationem, qua tibi perſuadeatur, non prius ratione, q̄ fide te eſſe docendū. Quod facile poteſt, ſi modo æquū te præbeas: Sed vt cōmode fiat, volo quaſi reſpondeas interroganti. Et primo dicas mihi, quare tibi videatur nō eſſe credendum. Quòd ipſa, inquis, credulitas, à qua creduli nominātur, vicium quoddam mihi videtur eſſe, alioquin hoc nomē non pro conuicio obiectare ſoleremus. Nam ſi ſuſpicioſus in vicio eſt, eo ꝙ non cōperta ſuſpicatur: quāto magis credulus, qui hoc à ſuſpicioſo differt, ꝙ ille incognitis aliquam, iſte nullā tribuit dubitationem. Interim accipio hāc opinionem ac diſtinctionem. Sed ſcis etiam curioſum non nos ſolere appellare ſine cōuicio: ſtudioſum vero etiam cum laude. Quāobrem attende, ſi placet, etiā inter hæc duo quid tibi diſtare videatur. Id certe reſpondes, ꝙ quāuis vterq; agatur magna cupiditate noſcēdi, curioſus tamē ea requirit, quæ nihil ad ſe attinent: ſtudioſus autē contra, quæ ad ſeſe attinent requirit. Sed quia nō negamus ad hominē pertinere coniugem ac liberos, & eorū ſalutem, ſi quiſpiā peregre poſitus, quemadmodum valeant ac ſeſe agant ſua coniunx ac liberi, omnes aduenientes

Quo modo differunt ſuſpicioſus & credulus.

Quo modo differūt curioſus & ſtudioſus.

C ſedulo percōtetur, magna vtiq; ducitur cupiditate noſcendi: & tamen hunc ſtudioſum non vocamus, qui & magnopere ſcire vult, & ea quę ad ſe maxime pertinēt. Quare iam intelligis eo vacillare iſtam definitionem ſtudioſi, ꝙ omnis quidem ſtudioſus ea noſſe vult quæ ad ſe pertinent, Non tamen omnis qui id agit ſtudioſus vocandus eſt, ſed qui ea quę ad animū nutriendum liberaliter atq; ornandum pertinent, impenſiſsime requirit, eū ſtudentem recte appellamus, præſertim addētes, quid ſtudeat audire. Nam etiam ſuorum ſtudioſum poſſumus appellare, ſi ſuos tantum diligit: non tamen adiunctione nulla, communi nomine ſtudioſorū dignum putamus. Audiendi autem cupidum, quēadmodū ſe ſui haberent, non appellarē ſtudioſum audiendi, niſi gaudens fama bona, idipſum ſæpe vellet audire, ſtudentem vero etiam ſi ſemel. Refer nunc animum ad curioſum, & dic mihi, vtrum ſi quis fabellam libenter audiret, nihil ſibi omnino profuturam, id eſt, rerum ad ſe non pertinentiū, neq; id odioſe atq; crebro, ſed rariſſime ac modeſtiſſime, vel in conuiuio, vel in aliquo circulo, vllóve cōceſſu, videretúr ne tibi curioſus? Nō opinor, ſed certe habens illius rei curam, quam libenter audiret, profecto videretur. D Quapropter etiā curioſi definitio, ea regula qua ſtudioſi emendanda eſt. Vide igitur verū & illa ſuperiora emendanda ſint. Cur enim nō & ſuſpicioſi nomine indignus† ſit, qui aliquando aliquid ſuſpicatur, & creduli, qui aliquando aliquid credit? Itaque vt inter ſtudentem alicuius rei, & omnino ſtudioſum, rurſumq; inter curam habentem atque curioſum, ita inter credentem & credulum plurimum intereſt.

†dignus.

Quare credulitas via eſt ad religionem. Cap. X.

Sed nunc vide, inquies, vtrum in religione credere debeamus. Neq; enim ſi cōcedimus aliud eſſe credere, aliud credulum eſſe, ſequitur vt nulla culpa ſit in religionibus credere. Quid enim ſi & credere & credulum eſſe vicioſum eſt, quemadmodū & ebrium & ebrioſum eſſe? Quod qui certum exiſtimat, nullum mihi habere poſſe amicum videtur. Si enim turpe eſt aliquid credere, aut turpiter facit qui amico credit, aut nihil amico credens, quo modo amicum, vel ipſum, vel ſe appellet non video. Hic fortaſſe dicas, Cōcedo aliquid aliquando eſſe credēdum: nunc expedi quo modo in religione turpe non ſit credere, antequam ſcire. Faciam ſi potero. Quocirca ex te quęro, quid exiſtimes in grauiore culpa eſſe, religionem tradere indigno, an id quod ab eis qui illam tradunt, dicitur credere? Si quem dicam indignum, nō intelligis, eum dico, qui ficto pectore accedit. Concedis, vt arbitror, magis culpandum eſſe, tali homini pandere, ſi qua ſunt ſancta ſecreta, q̄ religioſis viris, de ipſa religione aliquid affirmantibus, credere. Neque enim te aliud reſpondere decuerit. E Quare nunc fac putes eum adeſſe, qui tibi religionem ſit traditurus: quônam modo illi fidem facturus es, vero animo te accedere, neque quicquam in te quod ad hanc rem attinet doli atque ſimulationis eſſe? Dices, bona tua conſcientia nihil te fingere, quantis poteris idipſum aſſerens verbis, ſed tamen verbis. Non enim animi tui latebras, ita vt intime ſciaris, homo homini aperire poſſis. At ille ſi dixerit, Ecce credo tibi: ſed nónne eſt æquius vt etiā tu credas mihi, cum tu beneficium ſi aliquid veri teneo ſis accepturus, daturus ego? quid reſpondebimus, niſi eſſe credendum? Sed inquis, Nónne erat melius rationem mihi reddere, vt ea quocumq; me duceret, ſine vlla ſequerer temeritate? Erat fortaſſe: ſed cum res tanta ſit, vt deus tibi ratione cognoſcendus ſit, omnéſne putas idoneos eſſe percipiendis rationibus, quibus ad diuinā intelligentiā mens ducitur humana, an plures, an paucos? Paucos, ais, exiſtimo. Horumne in numero eſſe te credis? Non eſt meum, inquis, hoc reſpondere. F Illius ergo putas, etiam hoc tibi credere, quod quidē facit. Tu tantum memento, iam eum bis crediſſe tibi incerta dicenti: te illi religioſe admonēti, ne ſemel quidē velle credere. Verum fac ita eſſe, & vero animo te ad accipiendam religionem accedere: & ita paucorum te eſſe hominum, vt rationes, quibus ad certā cognitionem vis diuina perducit, capere poſsis, quid cæteris hominibus, qui tā ſereno ingenio præditi non ſunt, negandam religionem putas? An eos pedetentim quibuſdam gradibus ad illa ſumma penetralia eſſe ducendos? Vides planè quid ſit religioſius. Neq; enim tibi quiuis homo in rei tantæ cupiditate vllo modo deſerēdus aut reſpuendus videri poteſt. Sed nónne cenſes, niſi primo credat ſe ad id quod inſtituit peruenturum, mentemq; ſupplicem præbeat, & quibuſdam magnis neceſſariiſq; præceptis obtemperans quadam vitæ actione perpurgetur, non eum eſſe aliter illa quę pure vera ſunt adepturum? Cenſes profecto. Quid ergo iſtis, quorum de genere te eſſe iā credo, qui facillime diuina ſecreta, ratione certa

capere

G capere poſſunt, ſi hac via veniant, qua illi qui primitus credunt, nunquid tandem oberit? Non arbitror. Sed tamen ais, Quid eos morari opus eſt? Quia etſi facto ſibi nihil nocebunt, nocebunt tamen exemplo cæteris, Vix enim eſt qui de ſe tantum ſentiat, quantum poteſt. Sed qui minus excitandus eſt, qui amplius reprimendus: vt neq; ille deſperatione frangatur, neq; iſte præcipitetur audacia. Quod facile fit, ſi etiam hi qui valẽt volare, ne cui ſit periculn inuitamentum, paulıſper cogantur incedere, quà etiam cæteris tutom eſt. Hæc eſt prouidentia veræ religionis. Hoc iuſſum diuinitus, hoc à beatis maioribus traditum, hoc ad not vſque ſeruatum: boc perturbare velle atque peruertere, nihil eſt aliud quàm ad veram religionem, ſacrılegã viam quærere. Quod qui faciunt, nec ſi eis concedatur quod volũt, poſſunt quò intendunt peruenire. Cuiuſmodi enim liber excellant ingenio, niſi deus aſſit, humi repunt. Tunc autem adeſt, ſi ſocietatis humanę in deum tẽdentibus cura ſit. Quo gradu nihil firmius in cœlum reperiri poteſt. Ego quidem buic rationi nnn pnſſum reſiſtere, Nam nibil ſine cognitione eſſe credendum, qui poſſum dicere? cum & amicicia, niſi aliquid credatur quod certa ratinne demonſtrari non poteſt, omnino nulla ſit, & ſæpe diſpen-

H ſatoribus ſeruis ſine vlla culpa dominorũ credatur. In religione vero quid iniquius fieri poteſt, q̃ vt Dei antiſtites nobis non fictum animum pollicẽtibus credant, nos eis pręcipientibus nolimus credere? Poſtremo qoæ poteſt eſſe via ſalubrior, q̃ idoneum primo fieri percipiendæ veritatis, adhibendo his fidem, quæ ad pręcolendum & ad præcurandum animum ſunt diuinitus conſtituta? Aut ſi iam prorſus idoneus ſis, circumıre potius aliquantum quà tutiſſimum eſt ingredi, q̃ & tibi eſſe au-

Intelligere, credere, opinari.

tborẽ periculi, & cęteris temeritatis exemplũ. Quare iã ſupereſt vt conſideremus, quo pacto bi ſequendi nõ ſint, qui ſe pollicentor ratione ducturos. Nam quo mo-

Caput XI.

du ſine culpa poſſimus ſequi eos qui credere iubent, iã dictuın eſt: ad hos autem ſponſores rationis, nõ modo ſine vituperatione, ſed etiam cum aliqua laude ſe veni-

1. Retract. cap. 14.

re, nonnullı putant, ſed non ita eſt. Duæ enim perſnnæ in religione ſunt laudabiles. Vna eorum qui iam inuenerunt, quos etiã beatiſsimos iudicare neceſſe eſt: Alia eorum qui ſtudioſiſsime & rectiſsime inquirunt. Primi ergo ſunt eriam in ipſa poſſeſſione, alteri in via, qua tamen certiſſime peruenitur. Tria ſunt alia hominum ge-

I nera, profecto ımprobanda ac deteſtanda. Vnum eſt opinantium, id eſt, eorum qoi ſe arbitrantur ſcire quod neſciunt. Alterũ eorum qui ſentiunt quidem ſe neſcire, ſed non ita quærũt vt ınuenire poſſint. Tertium eorũ, qui neque ſe ſcire exiſtimant, nec quærere volunt. Tria ſunt ıtem velut finitima ſibimet in animis hominum diſtinctione dıgniſsima, intelligere, credere, opinari. Quę ſi per ſeipſa conſiderentur, primum ſemper ſine vicio eſt, ſecundum aliquando cum vicio, tertium nunquam ſine vicio, & hoc ad eandẽ beatitudinem referre debemus. In hac enim vita quantumcumq; id ſciatur, nondum eſt beatiſſimum, quoniam incomparabiliter lõge

1. Retract. cap. 14.

eſt amplius, quod inde neſcitur. Nam intelligere magna & honeſta, vel etiam diuina, beatiſſimum eſt. Intelligere autẽ ſuperflua, nihil nocet, ſed fortaſſe diſcere nocuit, cum tempur neceſſariorım occuparent. Ipſa enim

Quo modo differunt intelligere, credere, & opinari.

noxia non intellıgere, ſed facere aut pati, miſerum eſt. Non enim ſi quis intelligat quo modo poſſit inimicus ſine ſuo periculo occidi, ıntelligentia ipſa, ac non cupiditate reus eſt: quæ ſi abſit, quid innocẽtius dici poteſt? Credere autem tũc eſt culpandũ, cum vel de deo indig-

num aliquid creditur, vel dẽ homine facile creditur. In K cæteris vero rebus ſi quis quid credit, ſi ſe id neſcire ıntelligat, nulla culpa eſt. Credo enim ſceleratiſsimos cõinratos virtute Ciceronis quondam interfectos: atqui id nõ ſolum neſcio, ſed etiã nullo pacto me ſcire poſſe certe ſcio. Opinari autem duas ob res turpiſſimum eſt: q̄ diſcere non poteſt qui ſibi ıam ſe ſcire perſuaſit, ſi mn do illud dıſcı poteſt: & per ſeipſa temeritat non bene affectı animi ſignum eſt. Nam etiam ſi hoc ipſum quod de Cicerone dixi, ſcire ſe quiſquã arbitratur, quãquam

1. Retract. cap. 14.

nihıl eum impediat à dıſcẽdo, quia res ıpſa nulla ſcientia teneri poteſt: tamen quod nõ intelligit multum intereſſe, vtrum aliquid mentis certa ratıone teneatur, quod intelligere dıcimus: an famæ vel lıteris credendũ poſteris vtılıter cõmẽdetur: profecto errat, neq; quiſquã error turpitudine caret. Quod intelligimus igitur, debemus rationi: quod credımus, authoritati: quod opinamur, errori. Sed intelligens omnis eriam cıedit: cre-

Vbi ſupra.

dit omnis & qui opinatur: non omnis qui credit intelligit: nullus qui opinatur intelligit. Hæc ergo tria ſi ad illa quinq; hominum genera, quæ pauloante cõmemorauimus, referantur, id eſt, duo probãda quæ priora poſuimus, & tria reliqua vicioſa: inuenimus primũ beatorũ genus ipſi veritati credere. Secũdum autem ſtudio- L ſorum amatorũq; veritatis, authoritatı. In quibus duobut generibus laudabıliter creditur. In primo autem vicioſorum: id eſt, eorum qui opinãtur ſe ſcire quod neſciant, eſt profecto vicioſa credulitas. Cætera duo improbanda genera nihıl credunt, & illi qui verũ quærũt cum deſperatione inueniendi, & illi qui omnino non quęrunt, & hoc dũtaxat in rebus ad aliquam pertinentibus diſciplinam. Nã in alio vitæ actu, prorſus neſcio quo pacto poſſit homo nihil credere. Quanquã in illis etiam, qui ſe in agendo probabilia ſequi dicũt, ſcire potius nibil poſſe q̃ nıhil credere, volũt vıderi. Quis enim quod probat nõ credit: aut quo modo eſt illud quod ſequuntur ſi non probatur probabile? Quare duo genera poſſunt eſſe aduerſantium veritati: vnũ eorum, qui ſciẽtiam tantum oppugnant, non fidẽ: alterum eorum, qui vtrũq; cõdemnant. Qui tamẽ vtrum in rebus humanis inueniri poſſint, rurſus ignoro. Hæc dicta ſunt, vt intelligeremus nos retenta fide, illarum etiam rerum quas nondũ comprehendimus, à temeritate opinantiũ vindicari. Nam qui dicunt nihil eſſe credendum, niſi quod ſcimus, id vnum cauent nomen opinationis, quod fatendũ eſt turpe ac miſerrimũ, ſed ſi quis diligenter con M ſideret plurimum intereſſe, vtrum ſe ſcire quis puter, an quod neſcire ſe intelligit, credat aliqua authoritate cõmotus: profectn erroris & inbumanitatis atq; ſuperbiæ crimen vitabit. Quæro enim, ſi quod neſcitur, cre-

Tutiſſimũ credere ſapientibus. Caput XII.

dendum non eſt, quo modo ſeruiant parentibus liberi, eosq; mutua pietate diligant, quos parẽtes ſuos eſſe non credant. Non enim ratione vllo pacto ſciri poteſt, ſed interpoſita matris authoritate de patre creditur, de ipſa vero matre plerũq; nec matri, ſed obſtetricibus, nutricibus, famulis. Nam cui furari filius poteſt, aliusq; ſupponi, nõnne poteſt decepta decipere? Credimus tamen, & ſine vlla dubitatione credımus, quod ſcire nõ poſſe cõfitemur. Quis enim nõ videat pietatem, niſi ita ſit, ſanctiſſimum generis humani vinculum, ſuperbiſsımo ſcelere violari? Nam quis vel inſanut eum culpandum putet, qui eis officia debita impenderit, quos parentes eſſe crediderit, etiam ſi non eſſent? Quis contra non exterminaudum indicauerit, qui veros fortaſſe parentes minime dilexerit, dũ ne falſos diligat, metuit? Multa poſ-

ſunt

A ſunt afferri, quibus oſtendatur nihil omnino humanæ
ſocietatis incolume remanere, ſi nihil credere ſtatueri-
mus, quod nõ poſſumus tenere perceptũ. Sed nunc ac-
cipe, quod iã facilius me tibi perſuaſurũ eſſe cõfido. Cũ
de religione: id eſt, cũ de colẽdo atq; intelligendo deo
agitur, hi minus ſequendi ſunt, qui nos credere vetant,
1. Retra. 14 rationẽ promptiſſime pollicẽtes. Nã nemini dubium eſt,
omnes homines, aut ſtultos, aut ſapiẽtes eſſe. Nunc autẽ
ſapiẽtes voco, nõ cordatos & ingenioſos homines, ſed
eos quibus ineſt, quanta ineſſe homini poteſt, ipſius ho-
minis deiq; firmiſſime pcepta cognitio, atq; huic cog-
nitioni vita moresq; congruentes: cæteros autẽ cuiuſq;
modi artibus inertiisq; affecti ſint: quolibet victu pro-
bãdi ſiue improbãdi, ſtultorũ in numero deputauerim.
Quæ cũ ita ſint, quis mediocriter intelligens, nõ planè
viderit ſtultis vtilius atq; ſalubrius eſſe præceptis obtẽ-
perare ſapientiũ, q̃ ſuo iudicio vitã degere? Nam omne
factum, ſi rẽcte factum non eſt, peccatũ eſt. Nec recte fa
ctũ eſſe vllo modo poteſt, quod nõ à recta ratione pro-
ficiſcitur. Porrò recta ratio eſt ipſa virtus. Cui autẽ ho-
B minũ virtus, niſi ſapiẽtis animo præſto eſt? Solus igitur
Sapiens nõ peccat, ſed ſtultus. ſapiens non peccat, Stultus ergo omnis peccat, niſi in
his factis, in quibus ſapiẽti obtẽperauerit: à recta enim
ratione talia facta proficiſcunt, nec, vt ita dicã, dñs ſui
facti ſtultus exiſtimãdus eſt, cũ ſit tanq̃ inſtrumentũ mi
niſteriũq; ſapiẽtis. Quare ſi omnibus hominib⁹ nõ pec-
care, q̃ peccare melius eſt, melius profectò ſtulti omnes
viuerẽt, ſi ſerui poſſent eſſe ſapiẽtiũ. Atq; hoc ſi in rebus
minorib⁹, vt in mercãdo vel colẽdo agro, in vxore du-
cenda, in ſuſcipiendis educãdiſq; liberis, in ipſa deniq;
re familiari adminiſtranda expedire nemo ambigit,
multò magis in religione. Nam & res humanæ promp-
tiores ad dignoſcendũ ſunt, q̃ diuinę: & in quibuſcũq;
ſanctioribus & præſtantioribus, quo maius eis obſequiũ
cultũq; debemus, eo ſceleratius periculoſiuſq; peccatur.
Nihil igitur nobis reſtare amodo vides, quamdiu ſtulti
ſumus, ſi nobis vita optime & religioſa cordi eſt, niſi vt
quęramus ſapientes, quibus obtẽperando dominationẽ
ſtulticiæ, neq; ita multum ſentire, dum ineſt nobis, & e-
Initiũ religiõis à fide. uadere aliquando poſſimus. Hic rurſus oritur diffi-
cillima quęſtio, quo nam enim modo ſtulti ſapientem
Cap. XIII. inuenire poterimus, cum hoc nomen, tãetſi nemo ferè
C audeat palàm, pleriq; tamen ex obliquo ſibi vendicant,
cum de rebus ipſis, quarũ cognitione conſtat ſapientia,
ita inter ſe diſſentiãt: vt aut nullum eorum, aut certum
vnũ neceſſe ſit eſſe ſapientem. Sed qui nam iſte ſit, cum
ab ſtulto requirat̃, quo pacto queat dignoſci planè atq;
percipi, omnino non video: neq; enim ſignis quibuſli-
bet cognoſcere aliquid poteſt, niſi illud ipſum, cuius ea
ſigna ſunt, nouerit. Atqui ſapientiã ſtultus ignorat. Nõ
enim vt aurũ & argẽtum, cęteraq; id genus, & cognoſ-
cere cũ videas, & non habere conceſſum eſt: ita ſapien-
tiã mentis eius oculo, qui ea careat, videri fas eſt. Senſu
enim corporis quęcunq; attingimus, forinſecus nobis
offeruntur. Et ideo licet quoque res alienas oculis cer-
nere, cum earum vel eius generis nos nihil habeamus.
Quod autẽ intellectu capitur, intus apud animũ eſt: nec
id habere quicquã eſt aliud, q̃ videre. Caret autem ſtul-
tus ſapientia: non igitur nouit ſapientiã, non enim ocu-
lis eam poſſet videre. Nõ autẽ poteſt videre & non ha-
bere: neq; habere ac ſtultus eſſe. Neſcit hanc igitur, & dũ
neſcit, in alio loco cognoſcere non poteſt. Nõ ergo po
teſt, quamdiu ſtultus eſt quiſquam, certiſſima cognitio-
ne inuenire ſapientem, cui obtemperando tanto ſtulti-
ciæ malo liberetur. Huic igitur tam immani difficulta-
ti quoniã de religione quęrimus, deus ſolus mederi po D
teſt: quẽ niſi & eſſe, & humanis mentibus opitulari cre-
dimus, nec quęrere quidem ipſam verã religionem de-
bemus. Quid enim tãdem tanto molimine inueſtigare
cupimus? Quid optamus attingere? Quò peruenire de-
ſideramus? Eò ne quod eſſe, aut ad nos pertinere nõ cre
dimus? Nihil eſt tali mente peruerſius. Tũ ne cum bene-
ficium à me petere non auderes, aut certe impudenter
auderes inuẽtionem religionis poſtulatum venis, cum
deũ neq; eſſe, neq; ſi ſit, curare nos putes? Quid ſi tanta
res eſt, quæ niſi ſedulo atque omnibus viribus quæſita
nequeat reperiri? Quid ſi ipſa difficillima inuentio ad
capiendũ quod inuentum erit, mentem quærentis exer
cet? Quid enim oculis noſtris hac luce iocundius & fa
miliarius? Quam tamen perpeti atq; tolerare poſt diu-
turnas tenebras nequeunt. Quid exhauſto ęgrotatione
corpori accommodatius, q̃ cibus & potio? Videmus ta
men conualeſcentes refręnari atq; cohiberi, ne ſaturita-
ti valentium cõmittere ſeſe audeant: cibiſq; ipſis agere,
vt ad illum morbum, qui eos repudiabat, reuertantur.
De conualeſcentibus loquor. Quid ipſos ægrotantes? E
Nõnne vrgemus vt aliquid ſumãt? In quo profecto no
bis cũ tanta moleſtia non obtemperarent, ſi ſe illũ mor
bũ euaſuros eſſe nõ crederent. Quando ergo tu te ope-
roſiſſimę ac laborioſiſſimæ inquiſitioni dabis: quando
tantã, quantum ipſa res digna eſt, curã negociumq; tibi
audebis imponere, cũ id quod quæris, eſſe non potes† † *credas.*
Recte igitur catholicæ diſciplinæ maieſtate inſtitutum
eſt, vt accedẽtibus ad religionem, fides perſuadeat̃ ante
omnia. Itaq; ille hæreticus, ſiquidem de his nobis ſer *Chriſtus ipſe maxime exegit fidem.*
mo eſt, qui ſe Chriſtianos dici volunt, quam mihi ra-
tionem afferat quęſo te? Quid eſt, vnde me à credendo
veluti à temeritate reuocet? Si nihil me credere iubet,
hanc ipſam verã religionem vllã in rebus humanis eſſe *Cap. XIIII.*
non credo: quam cum eſſe non credo, non quæro. At il
le, vt opinor, quærenti mõſtraturus eſt, ita enim ſcriptũ
eſt, Quęrens inueniet. Ad eum igitur, qui me vetat cre-
dere, nõ venirem, niſi aliquid crederem. Eſt ne vlla ma-
ior dementia, q̃ vt eis ſola, quæ nulla ſcientia ſubnixa
eſt, fide diſpliceam, quæ ad eum ipſum me ſola perdu-
xit? Quid q omnes hæretici Chriſto nos credere hor-
tantur? Poſſunt ne magis ſibi aduerſari? In quo duplici- F
ter vrgendi ſunt. Primũ quęrendum ab his, vbi ſit ratio
quã pollicebantur, vbi obiurgatio temeritatis, vbi præ-
ſumptio ſcientiæ. Si enim turpe eſt ſine ratione cuiquã
credere, quid expectas, quid ſatagis, vt alicui ſine ratio-
ne credam, quo facilius tua ratione duci poſſim? An fir-
mum aliquid ſuperędificabit ratio tua fundamento te-
meritatis? Secũdum illos loquor, quibus credendo diſ-
plicemus. Nã ego credere ante rationem, cum percipi-
endę rationi non ſis idoneus, & ipſa fide animum exco
lere excipiendis ſeminibus veritatis, non ſolum ſalu-
berrimum iudico, ſed tale omnino, ſine quo ægris ani-
mis ſalus redire non poſſit. Quod illis cum deridẽdum
& plenũ temeritatis videatur, profectò vt Chriſto cre-
damus, agunt impudenter. Deinde fateor me iam Chri
ſto credidiſſe, & in animũ induxiſſe, id eſſe verũ quod
ille dixerit, etiã ſi nulla ratione fulciatur. Hoc hæretice
principio me docturus es. Sine paululum mecum ipſe
conſiderem Chriſtum ipſum, quo modo apparere ho-
minibus voluit, qui iſtis etiã vulgaribus oculis viſus eſſe
prędicatur, ego non vidi. quibus de illo crediderim, vt
ad te iam tali fide pręſtructus accedã, nullis me video
credidiſſe, niſi populorũ atq; gentium confirmatæ opi-
nioni, ac famæ admodũ celeberrimę: hos autẽ populos
ecclesiæ

G eccleſiæ catholicæ myſteria vſquequaq; occupaſſe. Cur
non igitur apud eos potiſſimũ diligẽtiſſime requiram,
quid Chriſtus pręceperit, quorũ authoritate cõmotus,
Chriſtũ aliquid vtile pręcepiſſe iã credidi? Tu ne mihi
melius expoſiturus es qd ille dixerit? Quẽ fuiſſe aut eſſe
non putarẽ, ſi abs te mihi hoc cõmẽdaretur eſſe creden
dũ. Hoc ergo credidi, vt dixi, famæ celebritate, conſen-
ſione, vetuſtate roboratę. Vos autẽ & tã pauci, & tã tur-
bulẽti, & tã noui, nemini dubiũ eſt, quin nihil dignũ au
thoritate preferatis. Quæ igiť iſta tãta demẽtia eſt? Illis
crede, Chriſto eſſe credẽdũ: & à nobis diſce quid dixe-
rit. Cur obſecro te? Nã ſi illi deficerent, nec me quicquã
docere poſſent: multò facilius mihi perſuaderem, Chri
ſto non eſſe credendum, q̃ de illo cuiquã, niſi ab iis, per
quos ei credidiſſem diſcendum. O ingentem confiden
tiam, vel potius ineptiam: ego te doceo, quid Chriſtus
præceperit, cui credis. Quid ſi non ei crederem, num
aliquid de illo me docere poſſes? Sed oportet, inquit, vt
credas. Num vobis eum commendantibus? Nõ, inquit,
nam nos illos, qui ei credũt, ratione ducimus. Cur igi-
tur illi credam? Quia fama fundata eſt. Verum per vos,
H an per alios? Per alios, inquit. Illis ergo credã, vt tu me
doceas? Deberem fortaſſe, niſi me hoc illi pręcipue mo
nerent, vt omnino ad te non accederem: dicunt enim
pernicioſas vos habere doctrinas. Reſpondebis, Men-
tiũtur. Quo modo igitur eis de Chriſto credam, quem
non viderunt: de te non credam, quem nolunt videre?
Scriptis, ait, crede. At ſcriptura omnis, ſi noua & inau-
dita proferatur, vel cõmendetur à paucis, nulla confir-
mante ratione, non ei, ſed illis, qui eam proferunt, cre-
ditur. Quamobrẽ ſcripturas iſtas ſi vos profertis tã pau-
ci & incogniti, non libet credere: ſimul etiã contra pro-
miſſum facitis, fidem potius imperando, q̃ reddendo ra
tionẽ. Rurſus me ad multitudinẽ famamq; reuocabis.
Cohibe tãdem pertinaciã, & neſcio quam indomitam
propagãdi nominis libidinẽ: & mone potius vt huius
multitudinis primates quæram: & quæram diligentiſſi-
me ac laborioſiſſime, vt ab his potius de his literis ali-
quid diſcam. Qui ſi non eſſent, diſcẽdum omnino eſſe
neſcirem. Tu vero in latebras tuas redi, nec quicquam
inſidiare ſub nomine veritatis, quã conaris eis adime-
re, quibus authoritatẽ ipſe cõcedis. Si autẽ Chriſto etiã
credendum negãt, niſi indubitata ratio reddita fuerit,
I Chriſtiani non ſunt. Nam id aduerſus nos Pagani qui-
dem dicunt, ſtulte quidẽ, ſed nõ ſibi aduerſi, nec repug-
nantes. Hos vero quis ferat ad Chriſtum ſe pertinere
profiteri, qui niſi apertiſſimam rationem ſtultis de deo
protulerint, nihil credendũ eſſe contendunt? At ipſum
videmus quantũ illa, cui & ipſi credunt, docet hiſtoria,
nihil prius, neq; fortius, q̃ credi ſibi voluiſſe: cũ illi non-
dum eſſent idonei, cũ quibus ei res eſſet ad diuina per-
cipienda ſecreta. Quid enim aliud agunt tanta & tam
multa miracula, ipſo etiã dicente illa fieri nõ ob aliud,
niſi vt ſibi crederetur? Fide ille ſtultos ducebat, vos ra-
tione ducitis. Clamabat ille vt crederetur, vos reclama
tis. Laudabat credẽtes ille, vos obiurgatis. Niſi vero, aut
in vinũ aquam conuerteret, vt alia omittam, ſi nihil ta-
le facientem, ſed docentẽ homines ſequi poſſent: aut ni
hili pẽdenda vox illa eſt, Credite deo, & mihi credite:
aut temeritatis ille culpandus eſt, qui eũ in domum ſuã
venire noluit, ſolo eius imperio pueri ſui morbũ credẽs
eſſe ceſſurũ. Ergo ille afferens medicinã, quæ corruptiſ-
ſimos mores ſanatura eſſet, miraculis conciliauit autho
ritatẽ †, fidẽ fide contraxit, multitudinem multitudine
obtinuit, vetuſtatẽ vetuſtate roborauit: religionẽ ſtatu-

† al. authoritate meruit fidem, fide cõtraxit multitudinẽ, multitudine obtinuit vetuſtatẽ, vetuſtate roborauit religionẽ quã, &c.

ens, quam non ſolum hæreticorum ineptiſſima nouitas K
fraudibus agens, ſed nec gentium quidem veternoſus
error violenter aduerſans, aliqua ex parte conuelleret.

Quamobrem tametſi docere non valeo, monere ta
men non deſino: vt quoniã multi ſapientes videri vo-
lunt, neq; verum ſint ſtulti, dignoſcere facile eſt: omni
intentione, votiſq; omnibus, gemitibus deniq;, vel etiã,
ſi fieri poteſt, fletibus Deum deprecare, vt te ab erroris
malo liberet, ſi tibi beata vita cordi eſt. Quod facilius
fiet, ſi præceptis eius, quę tanta eccleſiæ catholicæ autho
ritate firmata eſſe voluit, libens obtemperes. Cum enim
ſapiens ſit deo ita mente coniunctus, vt nihil interpo-
natur quod ſeparet, Deus enim eſt veritas: nec vllo pa-
cto ſapiens quiſquam eſt, ſi non veritatem mente con-
tingat: negare non poſſumus inter ſtulticiã hominis, &
ſynceriſſimam dei veritatem mediũ quiddam interpo
ſitã eſſe hominis ſapientiã. Sapiens enim, quãtũ datum
eſt imitatur deũ: homini autẽ ſtulto ad imitandum ſalu
briter, nihil eſt homine ſapiente propinquius: quẽ quo-
niam, vt dictum eſt, intelligere ratione non facile eſt,
oportebat quędã miracula ipſis oculis admoueri, quib⁹
vtũtur ſtulti multò q̃ mente cõmodius, vt cõmotorum
authoritate hominũ prius vita moreſq; purgarentur, &
ita rationi accipiendę habiles fierẽt. Cũ igitur & homo L
eſſet imitandus, & non in homine ſpes ponenda: quid
potuit indulgẽtius & liberalius diuinitus fieri, q̃ vt ipſa
dei ſyncera, æterna, incõmutabiliſq; ſapientia, cui nos
hęrere oportet, ſuſcipere hominẽ dignaretur? Qui non
modo illa faceret, quibus ad ſequẽdũ deũ imitaremur,
ſed etiam illa pateretur, quibus à ſequẽdo deo deterre-
bamur. Nam cum adipiſci certiſſimum ac ſummum bo
nũ nemo poſſit, niſi id plene perfecteq; dilexerit: quod
nullo pacto fiet, quãdiu mala corporis atq; fortuita for-
midanť. Ille naſcẽdo mirabiliter, & operãdo cõciliauit
charitatẽ: moriẽdo autem & reſurgendo excluſit timo-
rem. Iam vero talem ſe in cæteris rebus omnibus præ-
buit, quas pſequi lõgũ eſt, & vt diuina clemẽtia quò por
rigi, & humana infirmitas quò poſſit euehi ſentiremus.

Hæc eſt, crede, ſaluberrima authoritas: hęc prius mẽ-
tis noſtrę à terrena inhabitatione ſuſpenſio: hæc in deũ
verum ab huius mũdi amore conuerſio. Sola eſt autho
ritas, quæ commouet ſtultos, vt ad ſapientiam feſtinẽt.
Quamdiu intelligere ſyncera non poſſumus, authori-
tate quidẽ decipi miſerũ eſt: ſed certe miſerius non mo
ueri. Si enim dei prouidẽtia nõ præſidet reb⁹ humanis,
nihil eſt de religione ſatagendũ. Sin vero & ſpecies re-
rum omniũ, quã profecto ex aliquo veriſſimæ pulchri- M
tudinis fonte manare credendũ eſt, & interiori neſcio
qua conſcientia deum quęrendum, deoq; ſeruiendum,
meliores quoſq; animos quaſi publice priuatimq; horta
tur: nõ eſt deſperãdum ab eodẽ ipſo deo authoritatem
aliquã cõſtitutam, qua velut gradu certo innitentes, at-
tollamur in deũ. Hęc autẽ ſepoſita ratione, quam ſynce
rã intelligere, vt ſæpe diximus, difficillimum ſtultis eſt,
dupliciter nos mouet: partim miraculis, partim ſequen
tiũ multitudine. Nihil horum eſt neceſſarium ſapienti,
quis negat? Sed id nunc agiť, vt ſapientes eſſe poſſimus:
id eſt, inhęrere veritati: quod profecto ſordidus anim⁹
nõ poteſt. Sũt autẽ ſordes animi, vt breui explicẽ, amor
quarumlibet rerũ, præter animũ & deum: à quibus ſor-
dibus quantò eſt quis purgatior, tantò verũ facilius in-
tuetur. Verũ igitur videre velle, vt animũ purges, cum
ideo purgetur vt videas, peruerſum certe atq; prępoſte-
rũ eſt. Homini ergo nõ valenti verum intueri, vt ad id
fiat idoneus, purgarique ſe ſinat, authoritas præſto eſt,
quam

Via ad religionẽ cõmodiſſima Cap. XV.

1. Retract. cap. 14. Lib. 3. de libe. ar. c. 24

Miracula conciliant fidem. Caput XVI.

Quæ ſunt ſordes animi.

A quam vt pauloantè dixi,partim miraculis,partim mul-
Miraculũ quid ſit. titudine valere nemo ambigit. Miraculum voco,quic-
quid arduum aut inſolitum ſupra ſpem vel facultatem
mirãtis apparet.In quo genere nihil eſt populis aptius,
& omnino ſtultis hominibus, q̃ id quod ſenſib° admo
uetur. Sed rurſus hæc in duo diuidũtur: quædam enim
Miracula duplicia. ſunt quæ ſolam faciunt admirationẽ,quędam vero ma
gnam etiam gratiam beneuolentiamq́; conciliãt. Nam
ſi quis volantẽ hominem cernat, cum ea res nihil ſpe-
ctatori afferat cõmodi præter ipſum ſpectaculũ , mira-
tur tantummodo. Si quis autẽ graui & deſperato mor-
bo affectus,mox vt iuſſum fuerit conualeſcat, admira-
tionem ſanitatis ſuæ, ſanantis etiã charitate ſuperabit.
Talia facta ſunt in illo tempore, quo deus in vero ho-
mine, quantum ſat erat hominibus, apparebat . Sanati
Matth.11. languidi,mundati leproſi,inceſſus claudis,cæcis viſus,
ſurdis auditus eſt redditus. Homines illius temporis a-
Ioan.2. quam in vinum conuerſam,ſaturata quinq; milia quin-
Matth.14. que panibus,tranſita pedibus maria,mortuos reſurgen-
Ioan.11. tes viderunt:ita quædam corpori manifeſtiore benefi-
B cio,quædã vero menti occultiore ſigno, & omnia ho-
minibus maieſtatis teſtimonio conſulebãt: ſic in ſe tũc
animas errantes mortaliũ, diuina commouebat autho-
1. Retract. cap.14. ritas. Cur,inquis,iſta modo nõ fiunt ? Quia non moue-
rent,niſi mira eſſent. At ſi ſolita eſſent,mira non eſſent.
Nam diei & noctis vices,& conſtantiſsimũ ordinẽ re-
rum cœleſtium , annorũ quadrifariam conuerſionem,
decedẽtes redeuntésq; frondes arboribus, infinitã vim
ſeminum,pulchritudinẽ lucis, colorum,ſonorũ, odo-
rum,ſaporumq; varietates da:qui primum videat atque
ſentiat,cum quo tamẽ loqui poſsimus, hebeſcit, obrui-
turq; miraculis:nos vero hæc omnia, non cognoſcẽdi
facilitate,quid enim cauſis horum obſcurius ? ſed certe
ſentiendi aſsiduitate contẽnimus. Facta ſunt igitur illa
opportuniſsime, vt his multitudine credentiũ cõgre-
gata atq; propagata, in ipſos mores vtilis cõuerteretur
authoritas. Mores autem quilibet tantum valent ad
Conſenſus gentium in Chriſtum Cap.XVII. obtinendas hominũ mentes,vt etiam quæ in his praua
ſunt,quod ferè ſuperantibus libidinibus euenit,impro-
bare citius & deteſtari,q̃ deſerere aut mutare poſsimus.
Parúmne cõſultũ rebus humanis arbitraris, quod nihil
terrenũ,nihil igneum,nihil deniq; quod corporis ſen-
ſus attingit,pro deo colendum eſſe,ad quem ſolo intel
lectu ambiendum eſt,non pauci doctiſsimi diſputant:
C ſed imperitum etiam vulgus marium fœminarúmque
in tam multis diuerſisq; gentibus & credit & prædicat,
quòd continẽtia vſq; ad tenuiſsimum victum panis &
aquæ:& non quotidiana ſolum,ſed etiam per cõtextos
plures dies perpetuata ieiunia:quòd caſtitas vſq; ad cõ-
† aliâs, cõtemptum. iugij proliſq; contentum: † quòd patientia vſq; ad cru
ces flammaſq; neglectas: quòd liberalitas vſque ad pa-
trimonia diſtributa pauperibus: quòd deniq; totius hu
ius mundi aſpernatio vſque ad deſiderium mortis in-
tenditur? Pauci hoc faciunt,pauciores bene prudẽterq;
faciunt:ſed populi probant,populi audiunt, populi fa-
uent. Diligũt poſtremo populi.[Populi] ſuam imbecil-
litatem,quòd iſta non poſſunt,nec ſine prouectu mẽtis
in deum,nec ſine quibuſdã ſcintillis virtutis accuſant.
Hoc factum eſt diuina prouidentia per Prophetarũ va
ticinia,per humanitatẽ doctrinamq; Chriſti, per Apo-
ſtolorum itinera, per martyrum contumelias , cruces,
ſanguinem,mortes: per ſanctorum prædicabilem vitã,
atque in his vniuerſis digna rebus tantis atque virtuti-
bus pro temporum opportunitate miracula. Cũ igitur
tantum auxilium dei,tantum profectum fructumq; vi

deamus,dubitabim° nos eius Eccleſiæ cõdere gremio, D
quæ vſque ad confeſsionẽ generis humani ab apoſto-
lica ſede per ſucceſsiones Epiſcoporum,fruſtra hæreti-
cis circũlatrantibus: & partim plebis ipſius iudicio,par
tim conciliorum grauitate , partim etiam miraculorũ
maieſtate damnatis culmen authoritatis obtinuit? Cui
nolle primicias † dare, vel ſummæ profectò impietatis *† primas partes.*
eſt,vel præcipitis arrogantiæ. Nam ſi nulla certa ad ſa-
pientiam ſalutemq; animis via eſt,niſi cum eos rationi
præcolit fides, quid eſt aliud ingratum eſſe opi atque
auxilio diuino,quàm tanto labore præditæ authoritati
velle reſiſtere? Et ſi vnaquæque diſciplina, quanquã vi-
lis & facilis,vt percipi poſsit, doctorem aut magiſtrũ
requirit : quid temerariæ ſuperbiæ plenius, quàm diui-
norum ſacramentorum libros,& ab interpretibus ſuis
nolle cognoſcere, & incognitas velle damnare?

Quamobrem ſi quid te vel ratio,vel oratio noſtra
commouit:& ſi veram,vt credo,curam tui geris,velim *Concluſio per exhortationem. Ca. XVIII.*
me audias:& bonis præceptoribus catholicæ Chriſtia-
nitatis te pia fide,alacri ſpe,ſimplici charitate commit-
tas:deumq; ipſum,cuius vnius & bonitate facti ſumus,
& iuſticia pœnas luimus,& clementia liberamur,orare E
non ceſſes. Ita tibi neque præcepta & diſputationes do
ctiſsimorum hominum,& verè Chriſtianorum,neque
libri,neque ſerenæ ipſæ cogitationes defuerint, quibus
facile quod quæris inuenias. Nam iſtos verboſos & mi-
ſeros,quid enim aliud mitius dixerim ? penitus deſere:
qui dum nimis quærunt vnde ſit malum , nihil repe-
riunt niſi malum : in qua quæſtione ſæpe auditores eri-
gunt ad quærendũ. Sed ea docent excitatos, vt vel dor
mire ſemper ſatius ſit,quàm illo modo euigilare. De le-
thargicis enim phreneticos faciũt . Inter quos morbos
cum ſit vterque plerunque mortiferus, hoc tamen in-
tereſt,quòd lethargici ſine aliena vexatione moriũtur:
phreneticus autem multis,& eis potiſsimum,qui volũt
ſubuenire,metuẽdus eſt. Nam neque deus mali author
eſt,nec vnquam eum quicquã feciſſe pœnituit , nec vl-
lius commotionis animi tempeſtate turbatur , nec ter-
ræ particula regnum eius eſt : nulla flagitia vel ſcelera
probat aut imperat,nunquam mentitur. Hæc enim at-
que huiuſmodi nos monebant,cum ea magis inuectio-
nibus quaterent , & hanc eſſe veteris teſtamenti diſci-
plinam inſimularent : quod omnino falſum eſt. Itaque
illos recte reprehendere iſta concedo . Quid ergo di-
dici ? Quid putas, niſi cum iſta reprehenduntur , diſci-
plinam catholicam non reprehẽdi? Ita quod apud eos F
verum didiceram, teneo : quod falſum putaueram, re-
ſpuo. Sed & alia multa me docuit Eccleſia catholica,
quò illi homines exangues corporibus,ſed craſsi men-
tibus aſpirare nõ poſſunt, Deum ſcilicet non eſſe cor-
poreum,nullam eius partẽ corporeis oculis poſſe ſen-
tiri,nihil de ſubſtãtia eius atque natura vllo modo eſſe
violabile,aut cõmutabile,aut compoſitum,aut factum.
Quæ ſi nihil concedis, non enim aliter de deo ſentiẽ-
dum eſt,omnia illorum machinamenta ſubuerſa ſunt.
Illud vero quo modo ſit, vt nec deus malum genuerit
aut fecerit , nec vlla ſit fueritve vnquam natura atque
ſubſtantia , quam non deus aut genuerit aut fecerit , &
tamen à malo nos liberet : tam neceſſariis rationibus
approbatur, vt dubitari omnino non poſsit:præſertim
tibi atque talibus, ſi tamen bono ingenio pietas & pax
quædam mentis accedat, ſine qua de tantis rebus nihil
prorſus intelligi poteſt . Et non hic fama de fumo eſt,
& neſcio qua fabella Perſica, cui ſatis eſt autem accom *Perſica nuga.*
modare,& animum non ſubtilem,ſed planè puerilem.

G Longe omnino, longe ſe aliter, quàm vt Manichæi de-
1. Retract. cap. 24. ſipiunt, veritas habet. Sed quoniam iſte ſermo noſter
multò proceſsit lõgius quàm putabam, hic finem libro
faciamus: in quo memioeris volo, nondum me Mani-
chæos cœpiſſe refellere, & illas nugas nondum inuaſiſ-
ſe: neque de ipſa catholica magnum aliquid aperuiſſe,
ſed voluiſſe tantummodo eruere tibi, ſi poſſem, falſam
opinionẽ de veris Chriſtianis malicioſe aut imperite
nobis inſinuatam, & erigere ad magna quædam & di-
uina diſcenda. Quare hoc volumen ita ſeſe habeat: pla
catiore autem animo tuo facto, ero fortaſſe in cæteris
promptior.

FINIS.

DIVI AVRELII
AVGVSTINI HIPPONENSIS
Epiſcopi, contra epiſtolam Manichæi, quam vocant Fundamenti, Liber vnus.

H *Hæretici ſanandi magis, quàm perdendi. Cap. I.*
VNum verum deum omnipoten-
tem, ex quo omnia, per quẽ om-
nia, in quo omnia, & rogaui &
rogo, vt in refellenda & reuin-
cenda hæreſi veſtra Manichæi,
cui & vos fortaſſe imprudentius
quàm malicioſius adhæſiſtis, det
mihi meotem pacatam atq; tran
quillam, & magis de veſtra correctione, quàm de ſub-
uerſione cogitantem. Quanquam enim domious per
ſeruos ſuos regna ſubuertat erroris, ipſos tamen homi-
nes, inquantum homines ſunt, emendandos eſſe po-
tius, quàm perdendos iubet. Et quicquid diuinitus ante
vltimum illud iudicium viodicatur, ſiue per improbos
ſiue per iuſtos, ſiue per neſcientes ſiue per ſcientes, ſiue
occulte ſiue palàm: nõ ad interitum hominum, ſed ad
medicioam valere credẽdum eſt: quam qui reſpuerint,
extremo ſupplicio præparantur. Quapropter cũ in hac
vniuerſitate rerum, alia ſiot quæ valent ad corporalem
vindictam, ſicut ignis, venenum, & morbus, & cætera
huiuſmodi: alia quibus apud ſemetipſum nõ moleſtiis
corporis ſui, ſed cupiditatũ ſuarum laqueis animus pu-
niatur, ſicuti eſt damnum, exilium, orbitas, contumelia,
I & his ſimilia: quædam vero non ſunt cruciamenta, ſed
quaſi fomenta languentium, vt ſunt conſolationes, co-
hortationes, diſputationes, & quæcuoq; ſunt talia. Ho-
rum omnium quædam etiam per malos neſcientes o-
peratur ſumma dei iuſticia, quædã per ſcientes bonos.
Noſtrum igitur fuit eligere & optare meliora, vt ad ve
Roma. 13. ſtram correctionẽ aditum haberemus: non in conten-
tione & æmulatione & perſecutionibus, ſed manſuete
conſolaodo, beneuole hortando, leniter diſputãdo: ſi-
cut ſcriptum eſt, Seruum autem domini non oportet
2. Timo. 2. litigare, ſed mitem eſſe ad omnes, docibilem, patien-
tem, in modeſtia corripientem diuerſa ſentientes. No-
ſtrum ergo fuit velle has partes expetere: dei eſt volen-
Cauſa cur mitius agẽdũ cũ Manichæis. Cap. II. tibus & petentibus donare quod bonum eſt. Illi in
vos ſæuiant, qui oeſciunt cum quo labore verum inue-
niatur, & quàm difficile caueantur errores. Illi in vos
ſæuiant, qui neſciunt quàm rarum & arduum ſit carna-
lia phantaſmata piæ mentis ſerenitate ſuperare. Illi in
vos ſæuiant, qui neſciunt cum quaota difficultate ſane-
tur oculus interioris hominis, vt poſsit intueri ſolem
ſuum: num iſtum quẽ vos colitis cœleſti corpore, ocu-
lis carneis & hominum & pecorum fulgentem atque K
radiaotem: ſed illum de quo ſcriptum eſt per Prophe-
tam, Ortus eſt mihi iuſticię ſol. Et de quo dictum eſt in
Euangelio, Erat lumen verum quod illuminat omnem *Malach. 4*
hominem venientem in hunc mundum. Illi in vos ſæ- *Ioan. 1.*
uiant, qui neſciunt quibus ſuſpiriis & gemitibus fiat, vt
ex quantulacũque parte poſsit intelligi deus. Poſtremo
illi in vos ſæuiant, qui nullo tali errore decepti ſunt,
quali vos deceptos vident. Ego autem qui diu mul-
tùmque iactatus tandem perſpicere potui quid ſit illa *Auguſtinꝰ quõdã Manichæus. Cap. III.*
ſynceritas, quæ ſine inanis fabulæ narratione percipi-
tur, qui vanas imaginationes animi mei variis opinio-
nibus erroribusq; collectas vix miſer merui domino
opitulãte conuincere, qui me ad detergendam caligi-
nem mentis, tam tarde clementiſsimo medico vocãti
blandientique ſubieci, qui diu fleui, vt incommutabilis
& immaculabilis ſubſtantia concinentibus diuinis li-
bris ſeſe mihi perſuadere intrinſecus dignaretur, qui
deniq; omnia illa figmenta, quæ vos diuturna conſue-
tudine implicatos & cõſtrictos tenẽt, & quæſiui curio-
ſe, & attente audiui, & temere credidi, & inſtanter qui-
bus potui perſuaſi, & aduerſus alios pertinaciter ani- L
moſeq; defendi, ſęuire in vos omuino nõ poſſum, quos
ſicut meipſum illo tempore, ita nũc debeo ſuſtinere, &
tanta patientia vobiſcum agere, quanta mecum egerũt
proximi mei, cum in veſtro dogmate rabioſus & cęcus
errarem. Vt autem facilius miteſcatis, & non inimico
[animo] vobiſq; pernicioſo mihi aduerſemini, quouis
iudice me impetrare à vobis oportet, vt ex vtraq; par-
te omnis arrogantia deponatur. Nemo noſtrum dicat
iam ſe inueniſſe veritatem: ſic eam quæramus quaſi ab
vtriſque neſciatur. Ita enim diligenter & concorditer
quæri poterit, ſi nulla temeraria præſumptiooe inuenta
& cognita eſſe credatur. Aut ſi & hoc à vobis impetra-
re non poſſumus, ſaltẽ illud cõcedite, vt vos tanquam *Infra c. 16.*
incognitos, nunc primum audiam, nunc primum diſ- *Infra ca. 9.*
cutiam. Iuſtum puto eſſe quod poſtulo, hac ſanè lege *Infra c. 10.*
ſeruata, vt vobiſcum oon orem, noo conuenticula ce- *Infra c. 14.*
lebrem, non Manichæi oomen accipiam, ſi non mihi
de omnibus rebus ad ſalutem aoimæ pertineotibus ſi-
ne vlla caligine rationem perſpicuam dederitis.

In catholica enim Eccleſia, vt omittam ſynceriſ- M
ſimam ſapientiam, ad cuius cognitionem pauci ſpiri- *Argumẽta fides catholica. Cap. IIII.*
tales in hac vita perueniunt, vt eam ex minima quidẽ
parte, quia homines ſunt, ſed tamen ſine dubitatione
cognoſcant: cæteram quippe turbam noo intelligendi
viuacitas, ſed credendi ſimplicitas tutiſsimam facit. Vt
ergo hanc omittam ſapientiam, quam in Eccleſia eſſe
catholica non creditis, multa ſuot alia quæ in eius gre
mio me iuſtiſsime teneant. Tenet conſenſio populorũ
atq; gentium, tenet authoritas miraculis inchoata, ſpe
nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata: Tenet ab ipſa
ſede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oues ſuas poſt reſur-
rectionẽ dominus commendauit, vſque ad pręſentem
Epiſcopatum ſucceſsio ſacerdotũ: Tenet poſtremo ip- *Infra ca. 5.*
ſum catholicæ nomen, quod non ſioe cauſa inter tam
multas hæreſes ſic iſta Eccleſia ſola obtinuit, vt cũ om-
nes hæretici ſe catholicos dici velint: quærenti tamen
peregrino alicui, vbi ad catholicam cooueniatur, nul-
lus hæreticorum vel Baſilicam ſuam vel domum an-
deat oſtendere. Iſta ergo tot & tanta Chriſtiani nomi-
nis chariſsima vincula recte hominem tenent creden-
tem in catholica Eccleſia, etiam ſi propter noſtræ intel
ligentiæ tarditatem vel vitæ meritum veritas oondum
ſe apertiſsime oſtendat. Apud vos autem vbi nihil ho-

A rum eſt quod me inuitet ac teneat, ſola perſonat veritatis pollicitatio, quæ quidem ſi tam maoifeſta monſtratur, vt in dubium veoire non poſsit, pręponēda eſt omnibus illis rebus, quibus io catholica teoeor. Si autem tantummodo promittitur, & non exhibetur, nemo me mouebit ab ea fide, quæ animū meum tot & tantis nexibus Chriſtianæ religioni adſtringit.

Contra titulū epiſtolæ Manichæi Cap. V.
Monſtrum. Manichæi epiſtolæ principium.

Videamus igitur quid me doceat Manichæus, & potiſsimum illum conſideremus librum, quem Fuodamenti epiſtolam dicitis, vbi totum penè quod creditis continetur. Ipſa enim nobis illo tempore miſeris, quando lecta eſt, inclinati dicebamus, Amen. Certe ſic incipit, Manichæus Apoſtolus Ieſu Chriſti prouidentia dei patris. Hæc ſunt ſalubria verba de perenoi ac viuo fonte. Iam cum bona patientia ſi placet attendite quid quæram. Non credo iſtū eſſe Apoſtolum Cbriſti, quæſo ne ſuccenſeatis, & maledicere incipiatis. Noſtis enim me ſtatuiſſe, nihil à vobis prolatum temere credere. Quæro ergo quis ſit ille Manichæus? Reſpondebitis, Apoſtolus Chriſti. Non credo. Iam quid dicas aut facias, non habebis: promittebas enim ſcientiam veritatis: & nunc B quod neſcio cogis vt credam. Euangelium forte mihi lecturus es, & iode Manichæi perſonam tentabis aſſerere. Si ergo inuenires aliquem, qui Euangelio nondum credit, quid faceres dicenti tibi, non credo? Ego » vero Euaogelio non crederem, niſi me catholicæ Ec» cleſiæ commoueret authoritas. Quibus ergo obtemperaui dicentibus, Credite Euangelio, cur eis nō obtemperem dicentibus mihi, Noli credere Manichæo? Elige quid velis. Si dixeris, Crede catholicis, ipſi me monent vt nullam fidem accommodem vobis. Quapropter non poſſum illis credens, niſi tibi non credere. Si dixeris, Noli catholicis credere: non recte facies per Euangelium me cogere ad Manichæi fidem, quia ipſi Euangelio catholicis prædicantibus credidi. Si autem dixeris, Recte credidiſti catholicis laudantibus Euangelium, ſed nō recte illis credidiſti vituperantibus Maoichæum: vſqueadeo me ſtultum putas, vt nulla reddita ratione, quod vis credam, quod nō vis non credam? Multò quippe iuſtius & cautius facio, ſi catholicis: quoniam ſemel credidi, ad te non tranſeo, niſi me nō credere iuſſeris, ſed manifeſtiſsime ac apertiſsime ſcire aliquid feceris. Quocirca ſi mihi rationem redditurus es, dimitte Euangelium. Si ad Euangelium te tenes, C ego ad eos me teneam, quibus percipieotibus Euangelio credidi: & his iubentibus tibi omnino nō credam. Quòd ſi forte in Euangelio aliquid apertiſsimū de Manichæi Apoſtolatu inuenire potueris, infirmabis mihi catholicorum authoritatem, qui iubent vt tibi nō credam. Qua ioſirmata, iam nec Euangelio credere potero, quia per eos illi credideram, ita nihil apud me valebit, quicquid inde protuleris. Quapropter ſi nihil manifeſtum de Maoichæi Apoſtolatu in Euangelio reperitur, catholicis potius credam quàm tibi. Si autem inde aliquid manifeſtū pro Manichæo legeris, oec illis, nec tibi: illis, quia de te mihi mentiti ſunt: tibi autem, quia eam ſcripturam mihi profers, cui per illos credideram, qui mihi mentiti ſunt. Sed abſit vt Euangelio ego non credam. Illi enim credens, non inuenio quo modo poſsim etiā tibi credere. Apoſtolorum enim oomina, quæ ibi leguntur, non inter ſe continent nomen Manichæi. Io locum autem traditoris Chriſti qui ſucceſſerit, in Apoſtolorum actibus legimus: cui libro neceſſe eſt me credere, ſi credo Euangelio: quoniā vtranque ſcripturam ſimiliter mihi catholica commendat

Matth. 10. Act. 1.

authoritas. In eodem etiam libro de vocatione atque D Apoſtolatu Pauli vulgatiſsimā tenemus hiſtoriā. Lege mihi iam, ſi potes, in Euangelio, vbi Manichæus Apoſtolus dictus eſt: vel in aliquo alio libro, cui me iam crediſſe confiteor. Iam illud lecturus es, vbi ſpiritū ſanctum paracletum dominus promiſit Apoſtolis. De quo loco vide quot & quanta ſint, quæ me reuocent & deterreant ne Manichęo credam.

Ioan. 14.

Cur Apoſtolū ſe ſcripſerit. Cap. VI.

Quæro enim, cur epiſtolæ huius principium ſit, Manichæus Apoſtolus Ieſu Chriſti, & non ſit, Paracletus Apoſtolus Ieſu Chriſti? Si autem miſſus à Chriſto paracletus Manichæum miſit, cur lego, Manichæus Apoſtolus Ieſu Chriſti, & non potius, Manichæus Apoſtolus paracleti? Si dicis ipſum eſſe Chriſtum, qui eſt etiam ſpiritus ſanctus, contradicis ipſi ſcripturæ, vbi dominus ait, Et alium paracletum mittam vobis. Si autē Chriſti nomen ideo recte poſitum putas, non quia ipſe eſt Chriſtus qui & paracletus, ſed quia eiuſdem ſunt ambo ſubſtātię, id eſt, quia non vnus eſt, ſed quia vnum ſunt. Poterat & Paulus dicere, Paulus Apoſtolus dei patris, quia dixit dominus, Ego & pater vnum ſumus. Nuſquam hoc dicit: ſed nec quiſquam Apoſtolorum patris ſe Apoſtolum ſcribit. Quid ſibi ergo vult iſta nouitas? Nónne vobis videtur E neſcio quam redolere fallaciam? Certe ſi nihil intereſſe arbitratus eſt, cur nō varie in aliis epiſtolis Apoſtolum Chriſti ſe nominat, in aliis paracleti? Sed Chriſti ſemper audiui, quotieſcunque audiui, paracleti autem nec ſemel. Quid hoc eſſe cauſæ arbitramur, niſi quia illa ſuperbia mater omnium hæreticorum impulit hominē, vt non miſſum ſe à paracleto vellet videri: ſed ita ſuſceptum, vt ipſe paracletus diceretur. Sicut Ieſus Chriſtus homo, non à dei filio, id eſt virtute & ſapiētia dei, per quem facta ſunt omnia, miſſus eſt: ſed ita ſuſceptus ſecundum catholicam fidem, vt ipſe eſſet dei filius: id eſt, in illo ipſo dei ſapieotia ſanandis pectoribus appareret. Sic ſe ille voluit à ſpiritu ſancto, quem Chriſtus promiſit videri eſſe ſuſceptum, vt cum iam audiamus Maoichæum ſpiritum ſanctum, intelligamus Apoſtolum Ieſu Chriſti: id eſt, miſſum à Ieſu Chriſto qui eum ſe miſſurum eſſe promiſit. Singularis audacia iſta & ineffabile ſacrilegium.

Ioan. 14.

Ioan. 10.

Manichæus ſpiritus ſanctus quo modo. Ca. VII.

Sed tamen quæro, cum pater & filius & ſpiritus ſanctus vobis etiam confitētibus, nō diſpari oatura copulentur, cur hominem ſuſceptum à ſpiritu ſancto Manichæum, nō putatis turpe natum ex F vtroq; ſexu prædicare: hominem autem ſuſceptum ab vnigenita ſapientia dei, natum de virgine credere formidatis? Si caro humana, ſi concubitus viri, ſi vterus mulieris non potuit inquinare ſpiritum ſanctum, quo modo potuit vterus virginis inquinare dei ſapiētiam? Manichæus ergo iſte qui de ſpiritu ſancto & Euangelica lectione gloriatur, neceſſe eſt vt nobis concedat, aut miſſum ſe eſſe à ſpiritu ſancto, aut ſuſceptum. Si miſſus eſt, paracleti ſe Apoſtolum dicat: ſi ſuſceptus eſt, concedat ei homini matrem quem ſuſcepit voigeoitus filius, ſi ei quem ſuſcepit ſpiritus ſaoctus concedit & patrem. Credat virginitate Mariæ verbū dei nō eſſe pollutū, ſi concubitu parentum ſuorum ſpiritum ſanctum non potuiſſe pollui vt credamus hortatur. Quod ſi dixeritis, oon io vtero vel ante vterum, ſed iam natum Manichæum à ſpiritu ſancto eſſe ſuſceptū, ſufficit vt fateamioi habuiſſe carnem de viro & fœmina procreatam. Cum enim vos nō timeatis viſcera & ſanguinem Maoichæi de humano concubitu venientem, & inteſtina fimo plena, quæ illa caro geſtabat, & his omnibus non credatis contaminatū eſſe ſpiritum ſaoctum, à quo

G illum hominem ſuſceptum eſſe creditis: cur ego vterum virginalē & intacta genitalia reformidem, & non potius credam ſapiētiam dei in ipſis maternis viſceribus homine ſuſcepto immaculatam ſynceramq́; manſiſſe? Quapropter quoniam ſiue miſſum ſiue ſuſceptum à paracleto ſe Manichæus veſter affirmet, nihil horum poterit obtinere. Ego iam cautior neque miſſum eum credo, neque ſuſceptum.

Natalis Manichæi. Cap. VIII.

Nam quod addidit dicēs, Prouidentia dei patris. Quid aliud ambiuit Ieſu Chriſto nominato, cuius ſe dicit Apoſtolum: & deo patre, cuius prouidentia miſſum ſe dicit à filio, niſi vt ſpiritum ſanctum ipſum tertium eſſe crederemus? Sic enim ſcribit, Manichęus Apoſtolus Ieſu Chriſti prouidentia dei patris: Spiritus ſanctus nominatus nō eſt, qui maxime debuit ab eo nominari, qui nobis Apoſtolatū ſuum paracleti promiſſione commendat, vt Euangelica authoritate imperitos premat. Quod cum à vobis quæritur, reſpondetis vtique Manichæo Apoſtolo nominato, ſpiritum ſanctū paracletum nominari, quia in ipſo venire dignatus eſt. Quæro ergo, ſicut ſuperius dicebam, quare exhorreatis, cū dicit catholica Eccleſia, eum in quo venit diuina ſapientia, natum eſſe de virgine:
H cum vos eū in quo ſpiritum ſanctum veniſſe prædicatis, natum de fœmina viro mixta nihil horreatis? Quid ergo aliud ſuſpicer neſcio, niſi quia iſte Manichæus qui per Chriſti nomen ad imperitorum animos aditum quærit, pro Chriſto iſto ipſo ſe coli voluit? Hoc vnde conijciam, breuiter dicam. Cum ſæpe à vobis quærerē illo tempore quo vos audiebam, quæ cauſa eſſet, quòd Paſcha domini plerunque nulla, interdum à paucis tepidiſſima celebritate frequentaretur, nullis vigiliis, nullo prolixiore ieiunio indicto auditoribus veſtris, nullo denique feſtiuiore apparatu, cum veſtrum bema: id eſt, diem quo Manichæus occiſus eſt, quinque gradibus inſtructo tribunali & precioſis linteis adornato, ac in promptu poſito & obiecto adorantibus, magnis honoribus perſequamini. Hæc ego cum quærerem, reſpondebatur eius diem paſſionis celebrandum eſſe qui vere paſſus eſt: Chriſtum autem qui natus non eſſet, neque veram, ſed ſimulatam carnem humanis oculis oſtendiſſet, non pertuliſſe, ſed finxiſſe paſſionem. Quis non ingemiſcat homines, qui ſe Chriſtianos dici volunt, timere ne polluatur veritas de virginis vtero, & de mendacio non timere?

Βῆμα, id eſt gradus.

I Sed vt ad rem redeam, quis non ſuſpicetur, qui diligenter attenderit ideo negari à Manichæo Chriſtum natum eſſe de fœmina, & humanum corpus habuiſſe, ne paſſio eius quod totius iam orbis feſtiſſimum tempus eſt, ab eis qui ſibi credidiſſent celebraretur, & nō tanta deuotione diem mortis ſuæ deſiderata ſolennitas honoraret? Hoc enim nobis erat in illa bematis celebritate gratiſſimum, quod per Paſcha frequentabatur: quoniam vehementius deſiderabamus illum diem feſtum, ſubtracto alio qui ſolebat eſſe dulciſſimus.

Spiritus ſanctus quādo miſſus. Cap. IX.

Fortaſſe dicas mihi, Quando ergo venit à domino promiſſus paracletus? Hic ego ſi nō haberem aliud quod crederem, facilius eum adhuc venturū expectarem, quàm per Manichæum veniſſe concederem. Nunc vero cum in Actibus Apoſtolorum manifeſtiſſime ſancti ſpiritus prædicetur aduentus, quæ me neceſſitas cogit hæreticis tam periculoſe & tam facile credere? In libro enim memorato ſic ſcriptum eſt, Primum quidem ſermonem feci de omnibus ô Theophile, quę cœpit Ieſus facere & docere in die, qua Apoſtolos elegit per ſpiritum ſanctū, & præcepit prædicare Euangeliū. Quibus præbuit ſeipſum viuum poſt paſſionē in mul-

Act. 1.

K tis argumentis dierum, viſus eſt eis per dies quadraginta, & docens de regno dei, & quo modo cōuerſatus eſt cum illis: & præcepit eis ne diſcederent ab Hieroſolymis, ſed ſuſtinerent pollicitationem patris, quam audiſtis, inquit, ex ore meo. Quoniam Ioannes quidē baptizauit aqua, vos autem ſpiritu ſancto incipietis baptizare: quem & accepturi eſtis non poſt multos iſtos dies vſque ad Pentecoſten. Illi quidem conuenientes, interrogabant eum, dicentes, Domine, ſi hoc in tempore repræſentabis regnum Iſraël? * Ille autē dixit, Nemo poteſt cognoſcere tempus, quod pater poſuit in ſua poteſtate, ſed accipietis virtutē ſpiritus ſancti ſuperuenientem in vos, & eritis mihi teſtes apud Hieruſalem, & in tota Iudæa & Samaria, & vſque in totam terram. Ecce habes vt commemorauit diſcipulos pollicitationis paternæ, quam ex ore eius audierant de ſpiritu ſancto vēturo, Nūc videamus quādo ſit miſſus. Pauló enim pòſt ſequitur, & dicit, In illo tēpore, quo ſuppletus eſt dies Pentecoſtes, fuerunt omnes eadē animatione ſimul in vnum: & factus eſt ſubitò de cœlo ſonus, tanquam ferretur flatus vehemens, & impleuit totum illum locum, in quo erant ſedentes: & viſæ ſunt illis linguæ diuiſæ quaſi ignis, qui & inſedit ſuper vnumquenque illorū.

(*) aliâs, Domine, ſi in hoc tempore repræſentaberis: & quando regnū Iſraël?

Act. 2.

L Et impleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, & cœperūt loqui linguis, quo modo ſpiritus dabat eis pronunciare. Hieroſolymis autē erant habitātes Iudæi homines ex omni natione, quæ eſt ſub cœlo. Et cum facta eſſet vox, collecta eſt turba, & confuſa eſt: quoniam audiebat vnuſquiſque ſuo ſermone & ſuis linguis loquentes eos. Stupebant autem & mirabantur ad inuicem dicentes, Nónne omnes qui loquuntur, natione ſunt Galilæi? Et quo modo agnoſcimus in illis ſermonē in quo nati ſumus? Parthi, Medi, Elamitæ, & qui habitant Meſopotamiam, Armeniam & Cappadociam, Pontum, Aſiam & Phrygiam & Pamphyliam: Aegyptum, & regionem Africæ, quæ eſt ad Cyrenen: & qui aduenerant Romani, & Iudæi, & incolæ, & Cretenſes, & Arabes, audiebāt loquentes illos ſuis linguis magnalia dei. Stupebant autem & hæſitabant ob id quod factū eſt, dicentes, Quidnam hoc vult eſſe? Alij autem irridebant, dicentes, Hi muſto omnes onerati ſunt. Ecce vbi venit ſpiritus ſanctus. Quid vultis amplius? Si ſcripturis credendum eſt, cur non his potius credam, quæ robuſtiſſima authoritate firmatæ ſunt, quæ cum ipſo Euangelio vbi promiſ-
M ſum ſpiritum ſanctū pariter credimus, innoteſcere populis, & commendari poſteris, prædicariq́; meruerunt? Hos ergo actus Apoſtolorum Euangelio pari authoritate coniunctos cum lego, inuenio non ſolum eſſe promiſſum illis veris Apoſtolis ſpiritum ſanctum, ſed etiā tam manifeſte miſſum, vt nullus de hac re locus relinquatur erroribus.

De ſpiritu dando. Cap. X. Ioan. 7.

Clarificatio enim domini noſtri Ieſu Chriſti apud homines, reſurrectio eſt à mortuis, & in cœlum aſcenſio. Scriptum eſt enim in ipſo Euangelio κατ' Ἰωάννην, Spiritus autem nondum erat datus, quia Ieſus nondum erat clarificatus. Si ergo propterea nondum erat datus, quia Ieſus nondū erat clarificatus, clarificato Ieſu neceſſariò ſtatim datus eſt. Et propter ipſam geminam clarificationem, ſecundum hominē & ſecundum deum, bis etiā datus eſt ſpiritus ſanctus. Semel poſtquam reſurrexit à mortuis, cum inſufflauit in faciem diſcipulorum, dicēs, Accipite ſpiritum ſanctū. Et iterum poſtquam aſcendit in cœlum, decem diebus tranſactis, qui numerus perfectionem ſignificat: cum ſeptenario numero, quo cōdita vniuerſa conſiſtūt, additur Trinitas cōditoris. De quibus rebus inter ſpiritales viros

Ioan. 20. Act. 2.

A les viros pie cautéque multa tractantur. Sed ego à propoſito non diſcedam: ſuſcepi enim prius vobiſcum ſic agere, vt nõ ego vos doceam, quod ſuperbum fortaſſe arbitramini, ſed tanquam ipſe à vobis diſcere ſtudeã, quod nouem annis non potui. Quapropter habeo quibus literis credam de aduẽtu ſpiritus ſancti, quibus me credere ſi prohibetis, ne temere credam quod neſcio, ſic enim ſoletis monere, multò minus veſtris literis credã. Quare aut veſtros libros omnes auferte de medio, & diſputando pandite veritatem de qua dubitare non poſsim: aut tales proferte libros, quibus non mihi cum arrogantia imponatur quod credam, ſed exhibeatur ſine fraude quod diſcam. Fortaſſe, inquis, & hæc Epiſtola talis eſt, Nolo ergo in eius limine vlterius immorari, interiora videamus. Hæc ſunt, inquit, ſalubria verba ex perenni ac viuo fonte, quæ qui audierit & eiſdem primum crediderit, deinde quæ inſinuant cuſtodierit, nunquam erit morti obnoxius, verumetiam æterna & glorioſa vita fruetur. Nam profecto beatus eſt iudicandus qui hac diuina inſtructus cognitione fuerit, per quam liberatus in ſempiterna vita permanebit.

Exordium Epiſtolæ. Cap. XI.

Et hęc vt videtis pollicitatio eſt, nondum exhibitio B veritatis, & vos quoque animaduertere facillime poteſtis, iſto velamine quoſlibet errores fucari poſſe, vt imperitorum animis per ornatam ianuam latenter irrepant. Si enim diceret, Hæc ſunt peſtifera verba ex venenoſo fonte, quæ qui audierit & eiſdem primum crediderit, deinde quæ inſinuãt cuſtodierit, nunquam erit vitæ reſtituẽdus, verũ pœnali & ærumnoſa morte afficietur. Nam profecto miſer eſt iudicandus, qui hac inferna * implicatus imperitia fuerit, per quã [demerſus] in ſempiternis cruciatibus permanebit. Si ergo hoc diceret, verum diceret: ſed libro huic non ſolum nullum conciliaret lectorem, ſed etiam omnes, in quorum manus incidiſſet, in maxima odia concitaret. Quam ob rem ad conſequẽtia tranſeamus, nec nos iſta decipiãt, quæ poſſunt eſſe bonis & malis, doctis & indoctis verba cõmunia. Quid igitur ſequitur? Pax, inquit, dei inuiſibilis & veritatis noticia ſit cũ fratribus ſanctis & chariſsimis, qui mãdatis credũt cœleſtibus pariter atq; deſeruiunt. Ita ſit vt dicit, Nam & iſta benigna & acceptiſsima optatio eſt: tantũ meminerim⁹ hæc & à bonis doctoribus & à deceptoribus dici poſſe. Itaq; ſi nulla niſi talia diceret, omnibus legendum & amplectẽdũ C eſſe concederem. Nec illa quę adhuc ſequuntur improbauerim: adiungit enim, Sed & dextera luminis tueatur, & eripiat vos ab omni incurſatione maligna, atq; à laqueis mundi. Omnino quippe quicquid in huius Epiſtolæ principio ſcriptũ eſt, donec veniatur ad cauſam, nolo reprehendere, ne in rebus minoribus multũ operę conſumamus. Iam ergo euidentiſsimam pollicitationẽ hominis videamus. De eo igitur, inquit, dilectiſsime frater audiſti, de quo mihi ſignificaſti dicens, Noſſe te cupere cuiuſmodi eſt natiuitas Adæ & Euæ, vtrum verbo ſint prolati, an progeniti ex corpore. Reſpõdebitur tibi vt cõgruit. Nam de his à pleriſq; in variis ſcripturis reuelationibusq; *, † diſsimili modo inſertum atq; commemoratum eſt. Quapropter vt veritas iſtius rei ſeſe habet, ab vniuerſis ferè gentibus ignoratur, & ab omnib⁹ qui etiam de hoc diu multumq; diſputauerunt. Si enim illis ſuper Adæ & Euę generatione prouenisſet manifeſte cognoſcere, nunquã corruptioni & morti ſubiacerent. Manifeſtam ergo cognitionem huius rei nobis pollicetur, ne corruptioni ac morti ſubiiciamur. Et ſi adhuc parũ eſt, vide quid ſequatur. Neceſſario ergo, inquit, plura ſunt antè cõmemoranda, vt ad illud myſterium ſine vlla poſsit dubitatione & ambiguitate peruenire. Hoc eſt quod dicebã, ſic mihi demonſtrari debere veritatem, vt ad eam ſine vlla ambiguitate perueniam.

** aliàs, infirma.*

Lib. 1 cõtra Fœlicẽ Manichæum. cap. 16.

Adam & Eua quo modo nati. Cap. XII.

*† * aliàs, relationibuſque.*

D Quod ſi ipſe nõ polliceretur, me tamen hoc exigere & flagitare oportebat, vt tanta mercede cognitionis euidẽtiſsimæ atq; certiſsimę ex catholico Chriſtiano quibuſlibet contradicentibus Manichæum me fieri nõ puderet. Iam igitur audiamus quid afferat. Vnde ſi tibi videtur, inquit, auſculta prius quæ fuerint ante cõſtitutionem mũdi, & quo pacto ſit pręlium agitatum, vt poſsis luminis ſeiungere naturã ac tenebrarum. Iam incredibilia & falſa omnino propoſuit. Quis enĩ credat ante conſtitutionẽ mundi prælium vllum fuiſſe cõmiſſum? Et tamen ſi eſt credibile, modo nos nõ credere, ſed cognoſcere venimus. Nã qui dicit Perſas & Scythas ante multos annos ſecum bellaſſe, rem dicit credibilem: eã tamen quam auditam vel lectam poſsimus credere, nõ expertã cõprehenſamq; cognoſcere. Cum ergo iſtum repudiarẽ, ſi tale aliquid diceret, non enim ea promiſit, quę cogeret credere, ſed quę poſſem ſine vlla ambiguitate cognoſcere: quo modo eum nõ repudiabo, quãdo E nõ modo incerta dicit, ſed etiã incredibilia? Sed quid ſi aliquib⁹ rationibus ea perſpicua & cognita faciet? Audiamus ergo, ſi poſſumus, cum tota patiẽtia & lenitate quod ſequitur. Hæc quippe, inquit, in exordio fuerunt duæ ſubſtantiæ, à ſeſe diuiſæ: & luminis quidẽ imperiũ tenebat deus pater, in ſua ſancta ſtirpe perpetuus, in virtute magnificus, natura ipſa ver⁹, æternitate propria exultans, ſemper continens apud ſe ſapientiam & ſenſus vitales: per quos etiã duodecim mẽbra luminis ſui cõprehẽdit, regni videlicet proprij diuitias affluẽtes. In vnoquoq; autem membrorum eius ſunt recõdita milia innumerabilium, & immenſorum theſaurorũ. Ipſe vero pater in ſua laude præcipu⁹ magnitudine incomprehenſibilis, copulata habet ſibi beata & glorioſa ſecula: neque numero, neq; prolixitate æſtimanda, cum quibus idem ſanctus atque illuſtris pater & genitor degit: nullo etiam in regnis eius inſignibus, aut indigente, aut infirmo conſtituto. Ita autem fundata ſunt eiuſdem ſplendidiſsima regna ſuper lucidam & beatã terram, vt à nullo vnquam aut moueri aut cõcuti poſsint.

Duo principia. Cap. XIII.

æquè vt.

Hęc mihi vnde probaturus eſt, aut hæc ipſe vnde cognouit? Noli me terrere paracleti nomine: primò, quia non credere incognita, ſed certa cognoſcere acceſsi, à F vobiſipſis factus timidior. Vos enim noſtis, temere credentibus quàm vehementer inſultare ſoleatis: præſertim cum ipſe, qui iam cœpit incerta narrare, plenam ac firmam ſcientiam pauloante promiſerit. Deinde quoniam ſi mihi fides imperanda eſt, magis me teneret illa ſcriptura, vbi lego, veniſſe ſpiritum ſanctũ, & Apoſtolos inſpiraſſe, quibus eũ dominus ſe miſſurum promiſerat. Quapropter aut ea quæ dicis, proba mihi vera eſſe, vt oſtendas quæ non poſſum credere aut eum qui dicit, proba mihi ſpiritum ſanctũ eſſe, vt credam quæ non potes oſtendere. Ego nãque catholicã fidem profiteor, & per illam me ad certam ſcientiam perucnturum præſumo: tu vero, qui fidem meam labefactare conaris, certam ſcientiam trade, ſi potes: vt id quod credidi, temere me crediſſe cõuincas. Duo ſunt quæ mihi profers: vnum, cum dicis ſpiritum ſanctum eſſe qui loquitur: & alterũ cum dicis, manifeſta eſſe quæ loquitur. Vtrunq; abs te ſine vlla dubitatione cognoſcere debui: ſed non ſum auarus, vnũ horũ doce. Oſtende hunc eſſe ſpiritum ſanctũ, & credam vera eſſe quæ dicis, etiam ſi

Manichæi ſtulta pollicitatio. Cap. XIIII.

Acto. 2. Ioan. 14.

neſciam:

G neſciam: aut oſtende vera eſſe quæ dicis, & credam ſpiritum ſanctum eſſe, etiam ſi neſciam. Nunquid æquius aut beneuolẽtius tecum agi poteſt? Sed tu nec hoc, nec illud vales oſtendere. Nihil aliud elegiſti, niſi laudare quod credis, & irridere quod credo. Cum igitur etiam ego viciſsim laudauero quod credo, & quod credis irriſero, quid putas nobis eſſe iudicaodũ, quidve faciendum, niſi vt eos relinquamus, qui nos inuitant certa cognoſcere, & poſtea imperant vt incerta credamus: & eos ſequamur, qui nos inuitant prius credere, quod oõdum valemus intueri, vt ipſa fide valẽtiores facti, quod credimus intelligere mereamur: non iam hominibus, ſed ipſo deo intrioſecus mentem noſtram firmãte atque illuminaote? Et quoniã quęſiui vnde mihi probet, nunc quæro vnde ipſe cognouerit. Si dicit ſibi à ſpiritu ſancto eſſe reuelatum, ſuamq; mentẽ diuinitus illuſtratã, vt ea quæ dicit, certa & maoifeſta cogooſceret: ipſe ſignificat quid interſit inter cognoſcere & credere. Ipſe enim cognoſcit cui apertiſsime iſta monſtrantur: eis autẽ, quibus hæc narrat, non cognitionẽ inſinuat, ſed credulitatẽ ſuadet. Cui quiſquis temere conſenſerit, Manichæus efficitur: non certa cognoſcẽdo, ſed
H incerta credendo: quales nos imperitos adoleſcẽtulos aliquando decepit. Debuit ergo oõ nobis polliceri ſcientiam, neque manifeſtam cognitionem, neque ad id quod quæritur, ſine vlla ambiguitate perueotiooẽ: ſed dicere potius ſibi iſta eſſe monſtrata: illos autem quibus narrantur credere ſibi debere quæ neſciunt. Sed ſi hoc diceret, quis nõ ei reſponderet, Si ergo incognita crediturus ſum, cur non ea potius credã, quæ iam conſenſione doctorum indoctorúmq; celebrantur, & per omoes populos grauiſsima authoritate firmata ſuot? Hoc ille timens ne ſibi diceretur, offundit nebulas imperitis: primum pollicens rerum certarum cognitionẽ, & poſtea incertarum imperans fidem. Cui tamẽ ſi hoc dicatur, vt ſaltem vel ſibi hæc doceat eſſe monſtrata, ſimiliter deficit, & hæc quoque vt credamus iubet.

Oſtẽdit Auguſtin⁹ falſa dicta Manichæi ex ſuis propriis verbis Cap. XV.

Quis ferat tantam fallaciam tantámque ſuperbiã? Quid ſi non ſolum incerta, ſed etiam falſa eſſe quæ dicit, deo & domino noſtro mihi opitulante monſtrauero? Quid infœlicius iſta ſuperſtitione inueniri poteſt, quæ non modo non exhibet ſcientiam quam promittit atq; veritatem, ſed ea dicit quæ vehemẽter ſunt ſcientiæ veritatiq; contraria? Quod in ſequentibus maniſeſtius apparebit: Ita enim dicit, Iuxta vero vnam
I partem ac latus illuſtris illius ac ſanctæ terræ, erat tenebrarum terra profunda & immẽſa magnitudine, in qua babitant ignea corpora, geoera ſcilicet peſtifera. Hinc iofinitæ tenebræ ex eadem manentes natura inæſtimabiles cum propriis fœtibus, vltra quas erãt aquæ cœnoſæ ac turbidæ cum ſuis inhabitatoribus, quarum interius venti horribiles ac vehementer cum ſuo principe & genitoribus. Rurſum regio ignea & corruptibilis cũ ſuis ducibus & nationibus. Pari more introrſum gens caliginis ac fumi plena, in qua morabatur immanis princeps omnium & dux, habens circa ſe innumerabiles principes, quorum omnium ipſe erat mens atq; origo, hæq; fuerunt naturæ quinque terræ peſtiferæ.

Si aëreum vel etiã æthereum corpus diceret eſſe naturam dei, profecto irrideretur ab omnibus qui ſapientiæ veritatiſq; naturã per nulla locorum ſpacia diſtentam atq; diffuſam, ſine mole magnam & magnificam, nec in parte minorem, & in parte maiorẽ, ſed per omnia æqualem ſummo patri, nec aliud habentem hic, & aliud alibi, ſed vbique integram, vbique præſentem qualicunque acie ſerenioris mentis intueri valent. K

Deum loco ĩcludit Manichæus. Cap. XVI.

Sed quid dicam de veritate atque ſapientia, quæ omnes animæ potentias ſuperat, cum ipſius aoimæ natura quæ mutabilis inuenitur, nullo modo locorũ ſpacia mole ſua occupet? Quicquid enim qualibet craſsitudine diſtenditur, non poteſt niſi minui per partem habendo aliud hic & aliud alibi. Minor eſt enim digitus quàm tota maous: & minor eſt digit⁹ vnus quàm duo, & alibi eſt iſte digitus, alibi ille, alibi cætera manus. Quod non ſolum in mobilibus corporum articulis videmus, ſed etiam terrę pars iſta non eſt ibi vbi illa, quia ſuum locum quæq; obtinet: & pars humoris minor minore, & maior maiore loco eſt, & alia pars eſt circa fundum, alia circa oras poculi. Similiter aëris partes ſuos quæque implẽt locos, nec fieri poteſt vt aër quo impletur hæc domus, ſimul ſecum in eadem domo babere poſsit etiam illum aërem quem vicini habent: lucisque ipſius alia pars infuoditur per hanc feneſtram, alia per aliam, & maior per maiorem, per minorem autem minor. Nec omoino poteſt eſſe aliquod corpus, ſiue cœleſte ſiue terreſtre, ſiue aëreum, ſiue humidũ, quod nõ minus ſit in parte quàm in toto, neq; vllo modo poſsit in loco huius partis ſimul habere aliam partem: ſed aliod L hic & aliud alibi habens per quælibet ſpacia locorũ diſtanti & diuidua, vel potius, vt ita dicam, ſectili mole diſtenditur. Animæ vero natura, etiam ſi non illa eius potentia conſideretur qua intelligit veritatem, ſed illa inferior qua cõtinet corpus & ſentit in corpore, nullo modo inuenitur locorum ſpaciis aliqua mole diſtẽdi, Nam ſingulis ſui corporis particulis tota præſto eſt, cũ tota ſentit in ſingulis: nec mioor eſt pars eius in digito, & maior in brachio, ſicut ipſe digitus brachio minor eſt: ſed vbique tanta, quia vbique tota eſt. Cũ enim tangitur digitus, non per totum corpus ſentit, & tamẽ tota ſentit. Totam enim tactus ille non latet, quod oon fieret niſi tota præſto eſſet. Nec ſi tota præſto eſt cum tangitur digitus & ſentit in digito, vt cæterum deſerat corpus, & ſeſe ad vnum illum locum in quo ſentit agglomeret. Sed cum tota ſentit in digito manus, ſi alius locus tangatur in pede, nec ibi deſinit tota ſeotire: atque ita in ſingulis diſtantibus locis tota ſimul adeſt, nun vnum deſerens vt in altero tota ſit, neqoe ita vtrunque tenens vt aliam partem hic habeat, & alibi aliam: ſed ſufficiens exhibere ſe ſingulis locis ſimul totam, quoniam tota ſentit in ſingulis, ſatis oſtendit ſe M locorum ſpaciis non teneri.

Imaginatio & ĩ brutis. Cap. XVII.

Quòd ſi eius memoriam cogitemus, non rerum intelligibilium, ſed harum corporearum, quam & beſtiæ habere ſentiuntur: nam & per loca nota ſine errore iumeota pergunt, & cubicula ſua beſtiæ repetunt, & canes dominorum ſuorum corpora recognoſcunt, & dormieotes plerunque murmurant, & in latratum aliquando erumpunt, quod nullo modo poſſent, niſi in earum memoria viſarum rerum vel per corpus vtcunque ſenſarum verſarentur imagines: quis digne cogitet, vbi capiantur iſtæ imagines, vbi geſtentur, vel vbi formentur? Si enim non poſſent eſſe maiores quàm noſtri corporis quãtitas tenet, diceret forte aliquis, intra ipſa ſui corporis ſpacia quibus & illa concluditur, bas imagines animam figurare atq; ſeruare. Nunc vero cum perexiguam terrę partem occupet corpus, immenſarum regionũ & cœli ac terræ imagines animus voluit, quib⁹ cateruatim diſcedentibus ac ſuccedentibus nõ fit anguſtus: atq; hinc ſe oſtendit nõ diffuſum eſſe per locos, quia maximorũ locorũ imaginibus nõ quaſi capitur, ſed potius eas capit:

non ſinu

A non ſinu aliquo,ſed vi potẽtiaq; ineffabili, qua licet eis & addere quodlibet & detrahere, & in anguſtum eas contrahere & per immenſa expandere, & ordinare vt velit,& perturbare,& multiplicare,& ad paucitatẽ ſingularitatẽmve redigere. Quid iam de illa loquar potẽtia,qua intelligitur veritas,qua iſtis ipſis, quæ de corporis ſenſu hauſtæ figurantur,imaginibus ſeſe pro veritate opponentibus magna viuacitate reſiſtitur? Qua videtur aliam,verbi gratia,veram eſſe Carthaginẽ, aliam quam cogitans fingit, & pro ſuo arbitrio tota facilitate commutat: ex eadem facilitate innumerabiles venire mundos, in quibus Epicuri cogitatio innumerabiliter peregrinata eſt. Et ne multa conſecter,ex eadem venire facilitate iſtam terrã lucis per ſpacia infinita diffuſam, & quinque antra gẽtis tenebrarum cum habitatoribus ſuis,in quibus Manichæi phantaſmata veritatis ſibi nomen auſa ſunt vſurpare. Quid ergo eſt iſta potentia quę hæc diſcernit? Quæ profecto quantacunque ſit,& his omnibus maior eſt, & ſine vlla tali rerũ imaginatione cogitatur. Huic inueni ſpacia ſi potes, hãc diffunde per locos,hanc infinitæ molis tumore diſtẽde. Profecto ſi B bene cogitas,nõ potes. Quicquid enim tibi tale occurrerit,iudicas ipſa cogitatione ſecari poſſe per partes,faciſq; ibi aliam partem minorem, aliam maiorem quãtum placet. Illud autẽ ipſum quo iſta iudicas,cernis eſſe ſupra iſta,non loci altitudine, ſed potentiæ dignitate.

Dei nulla eſt imaginario. Cap. XVIII.

Deus immẽſus. Caput XIX. Quare animam ſi totiens mutabilem,ſiue variarum voluntatum turba, ſiue affectibus pro rerũ copia & inopia ſeſe flectentibus, ſiue ipſis innumerabilibus ludis phantaſmatum,ſiue obliuione & memoria,ſiue doctrina & imperitia. Si ergo animam,vt dixi,his atque huiuſmodi motionibus totiens mutabilem, ſentis nõ diffundi extendiq; per locos,ſed omnia talia ſpacia potẽtiæ viuacitate ſuperare: quid de ipſo deo cogitandũ aut exiſtimandũ eſt,qui ſuper omnes rationales mentes inconcuſſus atque incommutabilis manens,tribuit quod cuiq; tribuendũ eſt. Quem facilius eloqui audet anima C quàm videre: & quẽ tanto minus eloquitur, quãto ſyncerius videre potuerit. Qui tamen ſi,vt Manichæorum phantaſmata perſtrepunt,locorum ex vna parte determinato,ex aliis immẽſo ſpacio tenderetur,quantęlibet in eo particulæ & innumerabilia fruſta eſſent, alia maiora,alia minora pro cogitantis arbitrio metirentur: vt bipedalis in eo,verbi gratia,pars, octo partibus minor eſſet q̃ decempedalis. Id enim neceſſe eſt cõtingat omnibus naturis,quę per talia ſpacia diffuſæ vbiq; totę eſſe non poſſunt,quod in ipſa anima non inuenitur, ſed ab eis qui conſiderare hæc non valent, deformiter de illa & turpiter creditur.

Deus finit⁹. Manichæo. Cap. XX. Veruntamen cum carnalibus animis fortaſſe nõ ſic agendum eſt, ſed deſcendendum eſt potius ad eorũ cogitationes, qui naturam incorpoream & ſpiritalem cogitando potius ſequi,vel non audent,vel nondum valent: ita vt nec ipſam cogitationẽ ſuam eadem cogitatione conſiderẽt,& inueniant eam locorum ſpacia de ipſis locorũ ſpaciis iudicantẽ. Deſcendamus ergo ad eorum ſenſus, & quæramus ab eis, iuxta quam partẽ & iuxta quod latus, ſicut Manichæus dicit,illuſtris illius ac ſanctę terræ erat tenebrarũ terra.

Lib. 1. cõtra Felicẽ Manichæum. cap. 19. Dicit enim,iuxta vnam partem ac latus, nec dicit quã partem vel quod latus,dextrũ an ſiniſtrum. Sed quodlibet eligant, illud certe manifeſtum eſt, nõ dici vnum latus,niſi vbi eſt & alterum latus. Vbi autem vel tria vel plura ſunt latera,aut figuræ ambitus intelligitur vndiq; terminatus, aut ſi ex aliqua parte in immenſum patet, ex iis tamen quæ latera dicuntur, neceſſe eſt, finiatur.

Dicant ergo, ex alio latere, vel ex aliis lateribus, quid D adiungebatur terræ lucis, ſi ex vno latere erat gens tenebrarum? Non dicunt, Sed cum premuntur vt dicãt, infinita dicũt eſſe alia latera terræ illius quam lucis vocant: id eſt,per infinita ſpacia diſtendi, & nullo fine cohiberi. Nec intelligunt iam non eſſe latera, quod quibuſuis tardis etiam ingeniis apertiſsimum eſt. Tunc enim eſſent latera ſi finibus ſuis terminarentur. Quid ad me,inquit,ſi nõ ſint latera? Sed cũ diceres, iuxta vnam partem ac latus,aliam quoq; partẽ ſiue partes,vel aliud latus ſiue latera cogebas intelligi. Nam ſi vnum tantum latus erat,tantum iuxta latus dici debuit,non iuxta vnũ latus. Sicut in corpore noſtro dicim⁹ eſſe aliquid iuxta vnum oculũ, quia eſt alter oculus: aut iuxta vnam maxillam, quia eſt altera. Si autẽ dicamus iuxta vnum naſum,aut iuxta vnum vmbilicum,cũ alius non ſit, à doctis & ab indoctis ridebimur. Sed nõ te verbis premo. Fortaſſe enim vnum quaſi vnicum appellare voluiſti.

Deliramentum de duplici terra. Cap. XXI. Quid ergo erat iuxta aliud latus terræ, quam illuſtrem ac ſanctam vocas? Terra,inquis,tenebrarũ. Quid de iſta terra ſaltem cõcedis? Quòd corporea erat? Neceſſe eſt te hoc dicere, quandoquidem omnia corpora E inde aſſeris originem ducere. Quid ergo quæſo,quanuis tardi, quanuis carnales homines, ne hoc quidẽ aliquãdo animaduertitis,quòd lateribus ſibi iungi vtraq; iſta terra nõ poſsit,niſi eſſet vtraq; corporea? Cur ergo nobis dicebatur à neſcio qua cæcitate peruerſis, tenebrarum tantum terram fuiſſe vel eſſe corpoream: illam vero quæ terra luminis diceretur, incorpoream & ſpiritalem credi oportere? Expergiſcamur aliquando homines boni,& ſaltem admoniti quod facillimũ eſt attendamus,duas terras ſibi lateribus nõ poſſe coniungi, niſi vtraque ſit corpus. Aut ſi ad iſtam etiam poſsit cõiungi,groſsi & tardi,quęro,vtrũ & ipſa terra tenebrarũ vnum latus habuerit,& cætera infinita ſicut terra lucis? Non ita credunt,timẽt enim ne deo videatur ęqualis. Dicunt ergo illam per profundum immenſam, & per longũ ſurſum verſus,aut ſupra illã ſpacia infinitæ inanitatis affirmant, Et ne ipſa vel ſimplum, terra autẽ lu- F minis duplum tenere videatur,anguſtant eã à duobus etiam lateribus. Tanquam ſi vnus panis, ſic enim quod dicitur facilius videri poteſt,in quadras quatuor decuſſatim formetur,in quibus tres ſint candidæ, vna nigra: modo de tribus candidis tolle diſtinctionẽ,& fac illas etiam ſurſum verſus & deorſum verſus,& vndiq; retro infinitas: ſic ab eis eſſe creditur terra lucis. Illam vero nigram quadram fac deorſum verſus,& retro infinitã, ſupra ſe autem immenſam inanitatem habere. Sic opinantur terram tenebrarum,ſic ab eis eſſe creditur. Sed hæc nimis attẽte,& ſtudioſe inquirẽtibus,quaſi ſecreta demonſtrant.

De laterib⁹ & figura terrarum. Cap. XXII. Veruntamen ſi ita eſt, apparet terram tenebrarũ à terra lucis duobus lateribus tangi. Et vtiq; ſi duobus tãgitur,duobus etiam tangit, certe iuxta vnũ latus erat terra tenebrarum. Deinde quàm fœda figura lucis apparet, tanquam fiſſa vngula, nigro quodam cuneo ſubter arctato, illac tantum finita qua finditur, hians etiã & patẽs deſuper interpoſito inani quicquid à ſuperficie terræ tenebrarum ſurſum verſus immenſum eſt: quam deinde melior ipſius terræ tenebrarum figura oſtenditur. Siquidem illa findit,hæc finditur: illa inſeritur,hæc interpatet: illa in ſe nulli inanitati dat locum,hæc ab inferiori tantum parte laxa,nõ eſt,qua hoſtili cuneo ſubimpletur. Indocti ergo homines & auari cum maiorem honorẽ tribuũt multitudini partium q̃ vnitati vt ſex partes darent terræ lucis, tres deorſum

G verſus,tres ſurſum verſus, maluerunt penetrari terram
lucis quàm penetrare. Talem enim figuram etſi com-
mixtam negant,penetratā tamen negare non poſſunt.
Confer nunc,non ſpiritales catholicæ fidei viros,in
quibus quantum in hac vita animus poteſt, cernit ſub-
ſtantiam naturámque diuinam nullis locorum ſpaciis
tendi:id eſt,nullis liniamentorum dimenſionibus figu
rari:ſed confer carnales & paruulos noſtros,qui ſolent
auditis in allegoria membris quibuſdam corporis no-
ſtri, velut cum dicuntur oculi dei, & aures dei, ſolent
deum ſibi libertate phantaſmatis corporis humani ſpe
cie figurare. Hos confer iam illis Manichæis,qui ſolent
iſtas nugas intentis & curioſis hominibus quaſi magna
ſecreta deſcribere. Et conſidera qui rationalius & ho-
neſtius de deo ſentiant: vtrum ij qui eum forma huma-
na, ſua dignitate in ſuo genere prædita, cogitant, an ij
qui eum infinita mole diffuſum,non tamen vndiq;,ſed
tribus quadria infinitum atq; condenſum: ex vna vero
fiſſum,patētem, hiantem, laxum ſuperius inanitate, cu-
neatum inferius terra tenebrarum: vel ſi ita melius eſt
dicere, apertum ſuperius natura propria, inarctatū in-
ferius aliena. Ecce ego tecum derideo carnales homi-
nes,qui nondū poſſunt ſpiritalia cogitare,humana for
H ma deum æſtimantes. Deride & tu mecum,ſi potes,eos
qui tam deformem turpêmque fiſſuram vel ſciſſuram
dei, tam inaniter ſupra hiulcam, tam inhoneſte infra
obturatam,multū miſerabili cogitatione imaginantur.
Cum etiā interſit,quòd iſti carnales qui humana deum
forma cogitant, ſi Eccleſiæ catholicæ gremio contēti,
cū lacte nutriendi ſunt,non ſe in temerarias opiniones
præcipitent, ſed ibi ſtudium pium quærendi nutriant,
ibi petant vt accipiant,ibi pulſent,vt eis aperiatur:inci-
piunt ſpiritaliter allegoriaa parabolasq; ſcripturarum
intelligere, & paulatim ſapere diuinas ſapientias, con-
gruenter alibi aurium, alibi oculorū,alibi manuum vel
pedum,vel etiam alarum atque pennarum, ſcuti quoq;
& gladij & galeæ cæterarumq; talium innumerabilium
rerum nomine enunciari. Quia intelligētia quāto ma-
gis proficiunt,tanto magis catholici eſſe firmātur. Ma-
nichæi vero quando figuræ illius imaginationem reli-
querint,Manichæi eſſe non poterunt. Hoc enim quaſi
proprium atque præcipuum authoris ſui laudibus tri-
buunt,quòd dicūt illa quæ ab antiquis figurate in libris
de diuinis myſteriis poſita ſunt, huic qui vltimus ven-
turus erat,ſoluēda & demōſtrāda eſſe ſeruata. Et prop-
I terea poſt illum iam neminē doctorem diuinitus eſſe
venturum,quia nihil iſte per allegorias & figuras dixe-
rit,cum & antiquorum quæ talia fuerāt aperiret, & ſua
enodate manifeſteq; monſtraret. Non habent ergo iſti
interpretationes ad quas reuertantur, cum illis de au-
thore ſuo legitur, Iuxta vnam vero partem ac latua, il-
luſtris illius an ſanctæ terræ, erat tenebrarū terra: quo-
cunque ſe verterint,neceſſe eſt vt phantaſmatū ſuorū
miſeria coarctati, in ſciſſuras, aut abruptas præciſiones
& iuncturas,aut fiſſuras turpiſsimas incidant,quas non
dicam de incommutabili natura dei, ſed de omni na-
tura incorporra,quanuis mutabili,ſicuti eſt anima,mi-
ſerrimum eſt credere. Et tamen ſi nō poſſem me intēn-
dere ad ſuperiora, neq; cogitationes meas à falſis ima-
ginationibus,quas per ſenſus corporeos memoria fixas
gero, in libertatem ac ſynceritatem naturæ ſpiritalia
euoluere: quāto melius humani corporis forma deum
cogitarem, quàm illum nigrum cuneum ſciſſuræ infe-
riori eius effigerem, ſuperioremq; vaſtiſsimā laxitatē,
nō inueniens vnde oppilarē, ſic immēſa inanitate pa-
tentem & hiantem relinquerē. Quid iſta opinione fœ- K
dius? quid tenebroſius hoc errore dici aut fingi potuit?
Deinde volo mihi dicatur,quando lego, deum pa-
trem, & ſupra lucidam beatamq; terrā fundata regna
eius, vtrum vnius & eiuſdem ſubſtantiæ atque naturæ
ſint,& pater,& regna eius,& terra: Quod ſi ita eſt, iam
non quaſi aliam naturam, quæ quaſi corpus ſit dei, cu-
neus ille gētis tenebrarum diffundit & penetrat: quod
quidem ipſum eſſet ineffabili deformitate turpiſsimū:
ſed ipſam omnino naturam dei, cuneus ille terræ tene-
brarum diffindit & penetrat. Rogo cogitate iſta, homi
nes eſtis: Rogo cogitate iſta,& fugite taliúmque phan-
taſmatum ſacrilegia dilaniatis,ſi fieri poteſt, pectorib⁹,
de fide veſtra eradicate atq; propellite. An dicturi eſtis,
non vnius eiuſdémque naturæ illa tria eſſe,ſed alterius
patrem, alterius regna, alterius terram: vt ſuas naturas
atque ſubſtantias habeant ſingula diuerſas, excellentiæ
gradibus ordinatas? Quod ſi verum eſt, non duas, ſed
quatuor naturaa Manichæus prædicare debuerat. Si au
tem vnam naturam habet pater & regna, terra vero
ſola diuerſam, tres naturæ fuerant prædicandæ. Aut ſi
propterea duas dicere maluit,quia terra tenebrarū per-
tinet ad deū,quæro quo modo ad deum lucis pertineat L
terra? Si enim & naturam habet diuerſam, & non eam
genuit neque fecit, nō ad eum pertinet, & in alieno re-
gna eius locata ſunt. Aut ſi propterea pertinet quia vi-
cina eſt, pertineat & terra tenebrarum, quæ terram lu-
cis non modo vicinitate contingit,ſed etiam penetra-
tione diſſulcat. Si autem genuit eam, non eam credi o-
portet diuerſam habere naturam. Quod enim genuit
deus,hoc oportet credi eſſe quod deus eſt,ſicut de vni-
genito filio in catholica creditur. Itaq; ad illam fugien
dam & deteſtandam turpitudinem nos neceſsitas re-
uocat,vt non terram quaſi aliam, atque diuerſam, ſed
ipſam dei naturam niger ille cuneus diffindat. Quod ſi
non genuit,ſed fecit eā deus,quæro vnde fecerit. Si de
ſeipſo,quid aliud eſt quàm genuiſſe? Si de aliena aliqua
natura,quæro vtrum bona an mala. Si bona, erat ergo
aliqua natura bona,quæ nō pertinebat ad deum, quod
nullo modo dicere audebitis. Si autem mala,non ergo
illa gens tenebrarū ſola natura mala erat. An forte iam
inde aſſumpſerat partem aliquam deus, quam in terrā
lucis cōuerteret,& ſuper illam ſua regna ſtabiliret? De
tota ergo id feciſſet,vt iā olim mala natura nulla eſſet. M
Quòd ſi non de aliqua ſubſtantia fecit terram lucis, re-
ſtat vt eā de nihilo fecerit. Quare ſi vobis iam per-
ſuadetur poſſe aliquid boni omnipotentē deum de ni-
hilo facere,venite in catholicam, & diſcite omnes na-
turas,quas fecit deus & condidit,excellentiæ gradibus
ordinatas à ſummis vſq; ad infimas, omnes bonas, ſed
alias aliis eſſe potiores: easq; factas eſſe de nihilo, cum
deus artifex per ſapientiam ſuam potentialiter, vt ita
dicā operaretur,vt poſsit eſſe quod nō erat: & inquan-
tum eſſet, bonum eſſet, inquantum autem deficeret, ſe
nō de deo genitum,ſed ab ipſo de nihilo factum oſtē-
deret. Quid enim vos teneat, ſi conſideretis, non inue-
nietis: cum terram luminis quam deſcribitis, neq; hoc
eſſe quod deus eſt poſsitis dicere, ne ipſam dei naturā
fœditaa quadræ illius inarctet: neq; de illo genitam, ne
nihilominus hoc quod deus eſt cogatur intelligi,& ad
eandem deformitatem redeat: nec alienam ab illo,ne
in alieno regna eum poſuiſſe, & non duas, ſed tres na-
turas dicere vrgeamini: neque ab eodem de aliena fa-
ctam ſubſtantia, ne aut bonū aliud fuerit præter deum,
aut malum præter gentē tenebrarum. Remanet igitur
vobis,

Lenius peccant Manichæis ἀνθρωπομορφῖται. Ca. XXIII.

1. Corin. 3.

Matth. 7.

De numero naturarum Ca. XXIIII.

Ordo bonorū ab vno deo. Cap. XXV.

A vobis, vt de oihilo terram luminis deum feciſſe fateamini: & non vultis credere, quòd ſi aliquod magnũ bonum, quod tamen illo ipſo eſſet ioferius, deus ex oihilo facere potuit: potuit etiam, quia bonus eſt & nulli booo iouidet, facere alterũ bonum, quod illo priore eſſet inferius: potuit & tertium cui ſecuodum pręponeretur, & deiode vſque ad iofimum bonum naturarũ factarum ordinem ducere, dooec vniuerſitas earum, noo oumero iodeſioito iocerta diffluerel, ſed certo terminata cõſiſteret. Aut ſi nec de nihilo iſtam luminis terrã deum feciſſe vultis fateri, oon erit exitus quo tantas turpitudines & tam ſacrilegas opioiones euadatis. Aut videte certe, quoniam liberum eſt carnali cogitatiooi phãtaſmata qualia libuerit opinari, ne forte poſsitis aliam formam quamcunque huic cooiunctioni duarũ terrarum iouenire: oe tam deteſtabilis & auerſanda rerum facies animo occurrat, terram ſcilicet dei, ſiue ſit eiuſdẽ naturæ qua † eſt deus, ſiue diuerſæ, in quatamen dei regna fundata ſiot, ita ingenti mole per immenſam iacere, vt per infinitum porrectis & apertis membris iaceat, quibus fœdiſsime atque turpiſsime ab inferiori parte reci-

†caius.

B piat etiam ipſum immenſæ magoitudinis inarctatũ illum cuneum terræ teoebrarum. Sed quicquid aliud inueoeritis figuræ qua duæ iſtæ terræ ſibi cooiunguntur, delere profecto Manichæi literas non poteſtis: non dico alias quibus expreſsius iſta deſcripſit. Fortaſsis eoim quia paucioribus notæ ſuot, minus periculi habere videantur: ſed iſtas ipſas de quibus ounc agitur, epiſtolæ fundamenti, quæ ferè omnibus qui apud vos illuminati vocantor, ſolet eſſe ootiſsima. Hic quippe ita ſcribitur, Iuxta voam vero partem ac latus illius illuſtris ac ſanctæ terræ, erat teoebrarum terra profuoda & immenſa magnitudine. Quid expectamus amplius? Tenemus eoim quod iuxta latus erat. Quomodolibet iam fingite figuras, & qualia habeat lioiameota deſcribite, moles certe illa immenſæ terræ teoebrarum, aut recto latere adiungebatur terræ lucis, aut curuo, aut tortooſo, Sed ſi tortuoſo, & illa ſancta terra tortuoſum habet latus: nam ſi ipſa rectũ habeat latus & tortuoſo huius latere tangitur, interpatent cauernæ quædam profundæ per infinitum inaoe, nec ſupra terram tantum tenebrarum inanitas erat, ſicut audire ſolebamus. Quod ſi ita eſt, quaoto melius erat vt ſe aliquaoto longius terra lu-

Terrarum coniunctio. Ca. XXVI.

C miois remoueret, atque illa inaoitas taota iotereſſet, oe omoino poſſet à tenebrarum terra ex vlla parte cõtingi: immo etiam taotum ſpacium pateret inanis profuoditatis, vt ſi qua gentis illius oriretur iomprobitas, etiam ſi temere in illam tranſilire vellent priocipes tenebrarum, quooiã nec volare poſſunt corpora niſi aëre corporeo ſupportentur, per illud inane præcipitati, & quia infioitum deorſum verſum eſſet, ad nullum aliquando fuodum perueoientes, etiam ſi ſemper poſſent viuere, nunquam tamen dum deorſum ſemper feruntur, poſſent nocere. Si autem curuo latere adiungebatur, terra quoque lucis curuo eã ſiou deformiter recipiebat. Aut ſi introrſus iſta quaſi ſpecie theatri curua erat, curuam terræ luminis partem tali ſiou receptam, nõ mious deformi copulatione amplectebatur. Aut ſi iſta curuum habebat latus, & illa rectum, noo ex toto eam latere attingebat. Et vtique melius erat, ſicut ſupra dixi, vt oulla ex parte contingeret, tantumq; inane intereſſet, vt & iuſto interuallo vtranq; terram ſeiungeret, & temerarios improbos per infinitum præcipites nihil oocere permitteret. Quòd ſi recto latere latus rectum attingebat, non video quidẽ aliqua vel receptacula vel hiatus: ſed plaoè

video tantam pacem tantámque ſecum terræ vtriuſque D coocordiam, vt maior cooiuoctio eſſe nõ poſsit. Quid enim ſpecioſius, quid cõuenientius, quàm rectum recto ita copulari, vt nulla ex parte ſinus vel flexus dirumpat aut dirimat naturalem ac ſtabilem per iofioitum ſpacium loci, & ab infioita æternitate iuncturam? Quæ recta latera vtriuſque terræ, etiam ſi interpoſito inani ſepararentur, nõ ſolum per ſeipſa pulchra eſſent, quia tam recta eſſent: ſed ioteriecto quoq; interuallo ita ſibi coogruerent, vt hinc atque inde pariles rectitodines etiam ſioe vlla coniunctione, ipſa tamen ſimilitudine conuenireot. Cum autem accedit iſta coniunctio, quid concordius ac pacatius hac vtraque terra? Quid vero etiam ipſa copulatione duorum rectorum laterum pulchrius dici aut cogitari poſsit, ooo inuenio. Quid faciam cum errore tanto peruerſis & cooſuetudine implicaris miſerrimis animis? Non enim ſciunt iſti homioes quid loquantur cum hæc loquuntur. Noo eoim attendunt. Rogo, oemo enim vos vrget, nemo in certamẽ premit, nemo pręteritis inſultat erroribus, niſi qui diuinam miſericordiam expertus non eſt, vt careret erroribus, tantum id agamus vt aliquaodo finiantur. Intuemini paululũ ſioe aoimoſitate & amaritudine. Omnes homioes ſumus: non vos, ſed errores & falſitates odimus. Quęſo iotuemioi paululum. Deus miſericordiarum adiuua intuentes, & verum quærentibus ioterius lumen accende. Quid enim intelligimus, ſi non intelligimus rectũ melius eſſe quàm prauum? Quæro ergo à vobis ſi placide modeſtéque accipitis, rectum latus terræ tenebrarum, quód recto lateri terræ lucis adiungitur, ſi quiſpiam deprauaret, nullàm oe illi pulchritudinem adimeret? Neceſſe eſt fateamioi, ſi latrare nolitis, non ſolum & ſi deprauetur pulchritudinẽ auferri, ſed eam etiam pulchritudinem quam cum recto latere terræ luminis potuit habere commuoem. Hanc ergo auferens, & de recto prauum faciens, vt diſcordaret quod concordabat, & abhorreret quod congruebat, nunquid aliquam inde auferret ſubſtaotiam? Sic ergo diſcite, non ſubſtantiam malum eſſe, ſed ſicut in corpore commutatione formę in deterius, amitti ſpeciem vel potius mioui, & fœdum dici quod pulchrum antea dicebatur, & diſplicere corpus quod antea placuerat. Sic in animo rectæ voluotatis decus, quo pie iuſteq; viuitur, commutata io deterius voluotate deprauari: quo peccato effici animam miſe- F ram, quæ honeſtate rectæ volũtatis beatitatem obtioebat, nulla addita detractáve ſubſtãtia. Deinde etiam illud cogitate, quia etſi concedamus aliis cauſis latus terræ tenebraruo malum eſſe, quòd obſcurũ, quòd teoebroſum, vel ſi aliquid aliud dici poteſt, oõ tamen in eo quod rectum eſt, malum eſt. Sicut ergo concedo io eius colore eſſe aliquid mali, ſic oeceſſe eſt & vos coocedatis eſſe in eius rectitudioe aliquid boni. Nefas eſt itaque hoc quantumcunq; bonum eſt, alienare ab artifice deo, à quo eſſe omne bonum quod in quacuoque natura eſt, niſi credamus, pernicioſiſsime erramus. Quo modo ergo ille & ſummum malum eſſe dicit hãc terram, in cuius lateris rectitudine iouenio qoantũ ad corpus attinet, nõ paruę pulchritudinis bonum: & ab omnipotẽte atque optimo deo eam vult eſſe penitus alienã, cum id ipſum bonum quod in illa inueoimus, cui alij tribueodum ſit, niſi authori bonorum omnium, non inueniamus? Sed malum erat, inquit, etiam illud latus. Puta malum eſſe, deterius eſſet certe ſi oõ rectum, ſed diſtortum eſſet. Quo modo igitur eſt ſummum malũ quo poteſt aliquid cogitari deterius? Deinde oeceſſe eſt aliquid

Ex rectitudine laterũ cõcludit bonitatẽ creaturarum à deo. Caput XXVII.

E

boni

G boni ſit, quo carendo fit res quæcunque deterior. Carẽdo autẽ rectitudine fieret latus illud deterius. Ineſt ergo illi boni aliquid rectitudo, Et nunquam mihi dicis, vnde ineſt, niſi ad eum te contuleris à quo ſiue magna ſiue parua, omnia tamen bona eſſe fateamur. Sed iam à lateris huius conſideratione tranſeamus ad alia.

Diſtinguit Manichæ° quinque naturas terræ tenebrarũ. Caput XXVIII.

Habitabant, inquit, in illa terra ignea corpora: genera ſcilicet peſtifera. Cum dicit, habitabant: animata vtique atque viuẽtia vult intelligi. Sed ne de verbo calumniari velle videamur, attendamus iſtos omnes habitatores terræ illius, quemadmodum in quinq; genera viua diſtribuerat. Hinc infinitæ, inquit, tenebræ ex eadẽ manantes natura, inæſtimabiles cum propriis fœtibus: vltra quas erant aquæ cœnoſæ ac turbidæ cum ſuis inhabitatoribus: quarum interius venti horribiles & vehementes cum ſuo principe & genitoribus, Rurſum regio ignea & corruptibilis cum ſuis ducibus & nationibus: pari more introrſum gens caliginis ac fumi plena, in qua morabatur immanis princeps omnium & dux, habens circa ſe innumerabiles principes, quorum omnium ipſe erat mens & origo, hæq; fuerũt naturæ quin-
H que terræ peſtiferæ. Animaduertimus quinque naturas quaſi partes vnius naturæ, quam vocat terram peſtiferam. Hæ ſunt autem: tenebræ, aquæ, venti, ignis, fumus, quas quinque naturas ſic ordinat, vt exteriores cæteris ſint tenebræ, à quibus numerare incipit. Intra tenebras aquas cõſtituit, intra aquas ventos, intra ventos ignem, intra ignem fumum. Et habebant iſtæ quinque naturæ ſua quæque genera inhabitatorum ſuorum, quæ nihilominus quinq; ſunt. Quæro nanque, vtrum genus vnum habitantium fuerit in omnibus quinque naturis, an diuerſa genera, ſicut naturæ ipſæ diuerſæ ſunt? Diuerſa fuiſſe reſpondent, & de aliis libris ita docent, quòd tenebras habitauerunt ſerpẽtes: aquas natantes, ſicut ſunt piſces: ventos volantes, ſicut ſunt aues: ignes quadrupedes, ſicut ſunt equi, leones, & cętera huiuſmodi: fumum bipedes, ſicut ſunt homines.

Ex quinq; naturis illis terræ tenebrarũ pbat Manichæorũ falſitatẽ. Cap. XXIX.

Quis igitur iſta ordinauit, quis diſtribuit atq; diſtinxit, quis numerum, qualitates, formas, vitam dedit? Hęc enim omnia per ſeipſa bona ſunt, nec inuenitur vnde cuiq; naturę niſi ab omnium bonorum deo authore tribuantur. Non enim ſicut chaos deſcriberemus, quo modo etiam inſinuare Poëtæ ſolent, informem quandam materiem ſine ſpecie, ſine qualitate, ſine menſura, ſine numero & ponde-
I re, ſine ordine ac diſtinctione, cõfuſum neſcio quid atq; omnino expers omni qualitate. Vnde illud quidã doctores Græci Poëton vocant *(ποιητόμ.)*: Nõ ergo ſic iſti hanc quã vocant terram tenebrarum inſinuare conãtur, ſed omnino aliter longeq; diuerſe atque contrarie latus lateri *(Infra ca. 30)* adiungunt atque collinunt: naturas quinque numerãt, diſtinguunt, ordinant, qualitatibus propriis enunciant, nec eas deſertas ac infœcundas eſſe permittunt, ſed ſuis inhabitatoribus complent: eiſdemq; ipſis formas congruas & ſuis inhabitationibus accommodas tribuunt, & quod antecellit omnibus vitam. Hæc tanta bona enumerare, & ab authore omnium bonorum deo aliena eſſe dicere, hoc eſt nec in rebus agnoſcere tãtum ordinis bonũ, nec in ſe tantum erroris malum.

Oſtendit nõ eſſe ſummũ malum in quibus dicat Manichæus. Cap. XXX.

Sed iſta, inquit, genera quinque illas naturas inhabitantia, ſæua erant atque peſtifera, quaſi ego in eis ſęuiciam, peſtemq; laudauerim. Ecce ego tecum vitupero, quæ in illis mala eſſe criminaris, lauda tu mecum quæ in illis bona ipſe commemoras: ita videbis bona malis permixta te velle conſtituere pro ſummo & extremo malo. Vitupero ibi tecum peſtem, lauda ibi mecum ſalutem. Non enim genera illa vel gigni, vel nutriri, vel inhabitare terram K illam ſine ſalute aliqua potuiſſent. Vitupero ibi tecum tenebras, lauda ibi mecum fœcunditatem. Tenebras enim dicis inæſtimabiles, & addis tamen, cum propriis fœtibus: quanquam tenebræ non ſint corporeę, totumq; hoc nomẽ lucis abſẽtia eſt: ſicut nuditas, carere veſtitu: & inanitas, vacare corporis plenitudine: ac propterea tenebræ nihil gignere potuerunt, quanuis terra potuerit tenebroſa, id eſt, carens luce, aliquid gignere. *(2. ſen. di. in cap. ſecũdũ hãc, in fine. Et ca. Attende.)* Sed interim hæc omittamus, fœdus aptum ſaluti & quædam cõcordia numeroſa, ordinat atque in vnitatem coędificat membra naſcentium, ſibiinuicem moderationis pace congruentia. Quæ omnia, quis non intelligat maiori laude, quàm tenebras vituperatione dignanda? Vitupero ibi tecum cœnum turbidum aquarum, lauda ibi mecum & ipſam ſpeciem qualitatemq; aquarum, & inhabitatorum natantium membra congruentia, vitam corpus continentem & regentem, & omne temperamẽtum ſui generis valetudini accommodatum: quantumuis enim aquas cœnoſas turbidáſque reprehendas, eo tamen quòd tales aquas dicis, vt animantia ſua poſſint & gignere & continere, ſpeciem illius qualiſcũque L corporis & partiũ ſimilitudinem, qua in vnam formãtur pacãturq; qualitatem, auferre non potes, quia ſi abſtuleris, nullum erit corpus: quæ omnia ſi es homo ſentis eiſe laudanda. Et quantumuis illorum inhabitatorum ſæuiciam, & inter impetus, dilacerationes & vaſtationes exaggeres, nõ eis tamen adimis numeroſos formarum terminos, quibus ſibi ſingula eorum corpora membrorum parilitate pacata ſunt, & temperamẽtum ſalutis & moderamẽ formæ, partes ſui corporis in vnitatem amicicię concordiæq; redigentis: quę ſi humano ſenſu intueris, vides plus eſſe laudanda quàm vituperãda quæ diſplicent. Vitupero ibi tecum horrorẽ ventorum, lauda ibi mecum eorundem ventorum ſpirabilem nutricemq; naturam, & ſpeciem corporis, congruentia partium cõtinuati atque diffuſi: quibus rebus omnibus illos inhabitatores ſuos poterãt & gignere & alere, & ſalubriter continere: eorumq; inhabitatorum, cum cætera quæ in omnibus animantibus ſuperiori ratione laudata ſunt, tum proprie impigros & faciles vnde velint & quò velint tranſitus, & alarum in volatu cõcordem niſum & non imparem motum. Vitupero ibi tecum corruptionem ignis, lauda ibi mecum genitalem M ignem & vigentẽ, opportunamq; eius temperationem naſcentibus, & vt caleſcerent, † & vt ſuis numeris liniamentiſq; perficerentur, & vt viuere atque habitare ibi poſſent: quæ omnia nõ ſolum in ignis habitatione, ſed in ipſis quoque habitantibus miranda & laudanda eſſe cognoſcis.

† coaleſcerent.

Vitupero ibi tecum obſcuritatẽ fumi, & immanitatem principis qui in eo, ſicut dicis, morabatur: lauda ibi mecũ, quòd vel in ipſo fumo nullam partem inuenis diſſimilem cæteris: ex quo in genere ſuo partium inter ſe ſuarum cõgruentiam modúmque cuſtodit, vt quadã vnitate ſit quod eſt, quę nemo ſobrie conſiderat, & non mirabiliter laudat. Quid quòd etiam fumo addis vim potentiamq; generandi, quando eidem quoq; inhabitatores principes tribuis: vt quod hic nunquam vidimus, ibi fumus fœcundus ſit, & ſalubrem ſuis habitatoribus tribuat manſionem?

Non ſtatim malũ quod minus bonum eſt. Ca. XXXI.

Quod etiam in ipſo fumi principe immanitatẽ ſolam aduertiſti quam vituperares, nónne debuiſti attendere cætera quæ te in eius naturæ laudem cogerent? Habebat enim animam & corpus, illam viuificantem, hoc vita inſpiratum: cum illa regeret hoc obtemperaret: illa præiret, hoc ſubſequeretur:

A quęretur: illa contineret, hoc nõ deflueret: illa moueret in numeros, hoc numeroſa membrorum cõpagine ſtabiliretur. Nónne te ad laudem mouet in hoc vno principe, vel pax ordinata, vel ordo pacatus? Quod autẽ de vno dictum eſt, hoc de cæteris intelligi licet. Sed enim erat in alios ſeuerus & immanis: non hoc laudo, ſed illa quæ non vis attendere. Quæ ſi vel admonitus intuetur atque conſiderat quiſquis Manichæo temere credidit, ſine dubitatione cognoſcit, cum de iſtis naturis loquitur, de bonis quibuſdam ſe loqui: ſed nõ ſummis & infabricatis, ſicuti eſt deus vna trinitas, neque de his fabricatis quæ ſublimiter ordinatę ſunt, ſicuti ſunt angeli ſancti & beatiſsimę poteſtates: ſed de infimis, & pro ſui generis modulo in imo rerũ ordinatis bonis: quæ dum comparantur ſuperioribus, vituperandæ ab imperitis exiſtimantur: & dum conſiderantur quantum his deſit boni, quod illis adeſt, eiuſdem boni abſentia mali nomen tenet. Et ego quidem propterea ſic de iſtis naturis diſputo, quoniam ea nominantur quæ in hoc mundo nota ſunt nobis. Nouimus enim tenebras, aquas, vẽtos, ignem, fumum: nouimus etiam animalia ſerpentia, na- B tantia, volantia, quadrupedia, bipedia, In quibus omnibus, exceptis tenebris, quę vt dixi nihil ſunt aliud quàm lucis abſentia, quæ oculis non videndo diſcernuntur, ſicut ſilentium auribus non audiendo, nõ quia tenebræ ſunt aliquid, ſed quia lux non eſt: ſicut dicimur auribus percipere ſilentium, non quia eſt aliquid, ſed quia ſonus nõ eſt. Exceptis ergo tenebris in hac enumeratione, cæteræ naturæ ſunt etiã omnibus notæ: quarum ſpeciem quia in quantumcunque eſt, laudabilis & bona eſt, nemo prudens abalienat ab authore omnium bonorum deo.

Meliora noſtris, quæ Manichæi volunt eſſe ſumma mala. Caput XXXII.

Nam ille Manichæus ſicut voluit naturas quas hic dicit ordinare in phantaſmatibus ſuis velut in gente tenebrarum, omnino falſus eſſe conuincitur. Primo, quia tenebræ nihil poſſunt gignere, vt dictum eſt, Sed nõ tales, inquit, erant illæ tenebræ, quales hic noſti. Vnde ergo me de illis doces? An forte tam verboſus doctrinæ pollicitator cogis vt credam? Sed fac me credere. Illud tamen ſcio, quòd ſi non habebant aliquam faciem ſicut iſtæ non habent, nihil generare potuerunt: ſi autem habebant, meliores erant. Tu autem cum dicis, non fuiſſe tales, quaſi peiores aliquas credi cupis. Poſſes dicere etiam ſilentium, quod ſic eſt auribus, vt tenebræ C oculis, aliqua ibi ſurda vel muta animalia genuiſſe: vt cum tibi diceretur, non eſſe aliquam naturam ſilẽtium: reſponderes, ſed non tale ſilẽtium erat quale hic noſti: vt omnino quod velles diceres eis, quos ſemel vt tibi crederent decepiſſes: quanquam id quod eum induxit, vt in tenebris ſerpẽtia nata eſſe cõfingeret, in ipſis quidem primordiis naſcentium potuit bene animaduerti. Sed ſunt ſerpentes qui tam acute vident, & ſic præſentia lucis exultant, vt grauiſsimum teſtimonium contra eum dicere videantur. Deinde in aquis natantia facile fuit hic dicere, & ad illa trãſire phãtaſmata: ſic & in vẽtis volantia, quoniam huius craſsioris aëris impulſus, in quo aues volant, ventus dicitur. In igne vero quadrupedia, vnde illi fingere in mẽtem venerit neſcio. Et tamen fruſtra hoc non dixit, ſed parum attendit, & errauit nimis. Hanc enim rationem ſolent reddere, quòd quadrupedes edaces ſint, & in cõcubitum multum ferueant. Sed multi homines edacitate ſua ſuperant quamlibet quadrupedem, qui certe bipedes ſunt, quos non ignis, ſed fumi eſſe filios dicit. Anſeribus vero nõ facile quicquam edacius inuenitur: quos ſiue in fumo ponat, quia bipedes ſunt: ſiue in aquis, quia natare amant: ſiue in ventis, quia pennati ſunt, & interdum volant: ad D ignem certe ſecundum eius diſtinctionem non pertinent. Quod autem attinet ad feruorem cõcubitus, credo eum animaduertiſſe hinnientes equos, & ſæpe morſis frę nis raptos in fœminas: quod animaduerſum dum vult cito ſcribere, non attendit paſſerem parietinum, in cuius comparatione quiuis admiſſarius frigidiſsimus inuenitur. Bipedes vere in fumo cum ab eis quæritur quare ordinauerit, reſpondent elatum & ſuperbum eſſe bipedum genus. Hinc enim homines originem trahere dicunt: & quoniã fumus globoſus & quaſi tumidus in auras erigitur, ſuperbis eſſe ſimilem non abſurde attenderunt. Quę animaduerſio ſufficere debuit ad aliquam ſimilitudinem dandam de ſuperbis hominibus, ſiue allegoriam vel formãdam vel intelligendam: non tamen vt ideo bipedes animantes in fumo & de fumo nati eſſe credantur. Nam & in puluere naſci debuerunt, quia ſæpe non minore ambitu & elatione ſurgit in cœlum: & in nebulis, quia plerunque de terra ita exhalantur, vt longe intuentibus incertum etiam faciant, fumúsne an illæ ſint. Poſtremo cur in aquis & ventis de E habitandi patientia ad habitatores ductũ eſt argumentum, quia videmus & natantia in aquis & volantia in ventis viuere. Ignis vero & fumus non deterruit hominem mentientem, vt puderet eum tales ibi habitatores conſtituere, quibus nihil cõſtitueretur abſurdius? Nam quadrupedem ignis incendit atque corrumpit, & bipedes fumus offocat atque necat. Vel hinc certe cogitur fateri, ſe meliores dicere in gẽte tenebrarum iſtas fuiſſe naturas, vbi vult omnia peiora credi. Siquidem ibi gignebat ignis quadrupedem & nutriebat & continebat innoxie vel etiam commodiſsime. Similiter & fumus bipedes ſuos clementiſsimo ſinu editos, non ſolum ſine moleſtia, ſed vitaliter atque indulgenter vſque in illum principatum educabat & continebat. Ita oſtẽduntur iſta mendacia, animaduerſione rerum quę videntur in mundo, minus diligenti minuſq; ſolerti, carnali ſenſu concepta, & phãtaſmate parturita, & temeritate edita atque conſcripta, hæreticorum numerum auxiſſe.

Malũ eſſe naturæ accidit. Cap. XXXIII.

Sed illo genere magis vrgendi ſunt, vt intelligant ſi poſſunt, quàm vere in catholica dicatur, omnium naturarum eſſe authorem deum, quo de genere ſuperius agebam cum dicerem, Vitupero tecum peſtem, cæcitatem, cœnoſitatem turbidam, horribilem vehementiam, F corruptibilitatem, immanitatẽ principum, & his ſimilia. Lauda tu mecũ ſpeciem, diſtinctionem, ordinationem, pacem, vnitatem formarum, membrorum congruentias, & numeroſas parilitates, vitalia ſpiramẽta & nutrimenta, temperamẽtum ſalutis, regimen & moderamen animæ, famulatuſq; corporum ſimilitudinem, concordiamq; partium in ſingulis naturis, vel quæ habitabant vel quæ habitabãtur, & cætera huiuſmodi. Sic enim intelligent, ſi tamen ſine pertinacia velint attendere, iam & bona & mala ſe miſcere cum loquũtur de illa terra, vbi ſolum & ſummum malum fuiſſe crediderunt. Itaque ſi tollantur illa quæ mala enumerata ſunt, bona illa quæ laudata ſunt, ſine vlla vituperatione remanere, ſi autem bona ipſa tollantur, nullam remanere naturam: ex quo iam videt qui poteſt videre, omnem naturam inquãtum natura eſt, bonum eſſe: quia ex vna eademq; re in qua & ego quod laudarem, & ille quod vituperaret inuenit, ſi tollantur ea quæ bona ſunt, natura nulla erit: ſi autem tollantur ea quæ diſplicent, incorrupta natura remanebit. Tolle aquis vt nõ ſint cœnoſæ & turbidę, remanent aquæ puræ atque tranquillę: tolle

G tolle de aquis partium concordiam,non erunt aquę. Si
ergo malo illo adempto, manet natura purgatior: bo-
no autem detracto,non manet vlla natura. Hoc ibi fa-
cit naturam quod bonum habet: quod autem malum,
non natura ſed contra naturã eſt. Tolle de ventis hor-
rorem & nimium impetum qui tibi diſplicet, potes co-
gitare ventos lenes atque moderatos. Tolle de ventis
partium ſimilitudinem,qua eorum corpus in vnitatem
continuatur, & ſibi pacatur vt corpus ſit, nulla ſuberit
natura quam cogites. Longum eſt cætera perſequi, ſed
manifeſtum eſt eis qui nullo ſtudio partium iudicant,
cum iſtæ naturæ commemorãtur,adiungi eis quædam
quibus diſpliceat, quæ cum detrahimus naturæ melio-
res manent. Vnde intelligitur eas inquantum naturæ
ſunt, bonas eſſe, quia cum eis viciſsim omne quod bo-
num habẽt detraxeris,naturæ nullæ erunt. Animaduer-
tite etiam qui recte vultis iudicare, illum quoq; princi-
pem immanẽ:cui ſi auferatur immanitas,attendite quã-
ta laudabilia remanebunt. Cõpago corporis,membro-
rum hinc atque inde congruentia,formæ vnitas & pax
contextarum inter ſe partium,animæ regentis ac vege-
H tantis,famulantiſq; & vegetati corporis ordo & diſpo-
ſitio. Quæ omnia bona ſi auferantur, & ſi qua forte mi-
nus enumeraui, nulla prorſus natura ſubſiſtit. Sed
fortaſſe dicetis,illa mala de talibus naturis nõ poſſe au-
ferri,& ideo naturalia debere accipi. Non nunc quæri-
tur quid poſsit,vel non poſsit auferri: ſed certe nõ par-
uum lumen eſt ad intelligẽdum, omnes naturas inquã-
tum naturę ſunt bonas eſſe:quòd ſine illis malis cogita-
ri bona illa poſsint: ſine bonis autem illis nulla natura
cogitari poteſt. Nã ſine turbatione cœni poſſum aquas
cogitare:ſine pace autem continuatarum partium,nul-
la ſpecies corporis animo occurrit,aut vllo modo ſen-
tiri poteſt:ac per hoc nec illæ aquæ cœnoſæ ſine iſto bo
no eſſe potuerũt,quo bono fiebat, vt aliqua natura cor-
porea poſſet eſſe. Nam quid dicitis, quòd illa mala de
naturis talibus non poſſunt auferri, Reſpõdetur,quòd
& illa bona de naturis talibus non poſſunt auferri. Cur
ergo iſtas res propter mala quæ auferri non poſſe arbi-
tramini,mala naturalia vocare vultis:propter bona ve-
ro quę auferri non poſſe conuincimini,bona naturalia
vocare nõ vultis? Reſtat vt quæratis, nam ipſa ſolet eſſe
vox vltima,vnde ſint illa mala quę mihi quoque diſpli-
I cere dicebam. Reſpondebo fortaſſe,ſi vos prius dixeri-
tis,vnde ſint illa bona, quæ vos quoq; laudare cogimi-
ni,ſi abſurdiſsimi cordis eſſe non vultis. Sed quid ego
iſtud quærã,cum vtrique fateamur, omnia quæcunque
& quantacunque bona ſunt,ab vno deo eſſe qui ſumme
bonus eſt? Reſiſtite ergo voſipſi Manichæo, qui tot &
tãta bona quæ commemorauimus iuſteq; laudauimus,
pacem cõcordiamq; partium in vnaquaque natura, ſa-
lutem valentiamq; animantium,& cætera quæ repetere
iam piget,ita in terra commentitia tenebrarum eſſe ar-
bitratus eſt, vt ab illo deo quem bonorũ omnium fate-
tur authorem, alienare conaretur. Non enim ea bona
vidit,dum hoc ſolũ attendit quod diſpliceret: tãquam
ſi quiſpiã leonis fremitu exterritus, & cum intuens tra-
hentem ac dilaniãtem pecorum aut hominum corpo-
ra quæcunque apprehendiſſet, puerili quadam infirmi-
tate animi tanto timore percelleretur, vt ſolam ferita-
tem leonis intuens atque ſæuiciã, cętera eius negligens
omnino atq; pręteriens naturam illius animantis,non
tantum malum ſed magnum etiam malum eſſe clama-
ret,tãto ſcilicet exaggeratius, quãto timidius. At ſi edo-
mita feritate dulcem leonem mãſuetumq; videret,præ-

Sola mala conſiderant Manichæi. Caput XXXIIII.

ſertim ſi nunquã antea fuiſſet de illa beſtia territus,tunc K
vacaret ſecuro atque intrepido leonis pulchritudinem
cõſiderare atque laudare. De quo ego nihil dicam niſi
quod ad rem maxime pertinet, fieri poſſe,vt aliqua na-
tura offendat ex aliquo, & in totum naſcatur odium:
cum manifeſtum ſit multo meliorem eſſe ſpeciem veræ
ac viuæ beſtiæ,etiam cum terret in ſyluis, quàm imita-
tę atque ſimulatę cum in pariete picta laudatur. Hoc er-
go errore ille nos non decipiat,nec cęcos faciat ad cõ-
ſiderandas naturarum ſpecies, cum quędã in eis ita re-
prehẽdit,vt omni ex parte cogat diſplicere, quod om-
ni ex parte reprehendere non poteſt: atque hoc modo
animum ad ęquum iudicium componentes,quęramus
iam vnde ſint cum illis bonis mala,quę me quoque im-
probaturum dicebam. Quod facilius videbimus, ſi in
vnum nomen potuerimus cuncta conferre. Quis
enim dubitet totum illud quod dicitur malum, nihil
eſſe aliud quàm corruptionem? Poſſunt quidẽ aliis atq;
aliis vocabulis atq; alia mala nominari, ſed quod om-
nium rerum malum ſit,in quibus mali aliquid animad-
uerti poteſt,corruptio eſt. Sed corruptio peritæ animæ
imperitia vocatur, corruptio prudentis imprudentia, L
corruptio iuſticiæ iniuſticia, corruptio fortitudinis
ignauia, corruptio quietis atque tranquillitatis cupidi-
tas vel metus vel triſticia vel iactantia. Deinde in cor-
pore animato,corruptio ſanitatis dolor & morbus, cor-
ruptio virium laſsitudo,corruptio quietis labor. Dein-
de in ipſo loco corporis, corruptio pulchritudinis fœ-
ditas, corruptio rectitudinis prauitas, corruptio ordi-
nis peruerſitas, corruptio integritatis diſciſsio aut fra-
ctura aut diminutio. Longũ eſt & difficile & harũ rerũ
quas cõmemoraui & aliarum innumerabilium omnes
corruptiones nominatim enunciare,cũ etiã multę quæ
dicuntur in corpore poſsint & in anima dici, & innu-
merabilia ſunt, in quibus propria vocabula corruptio
teneat. Veruntamen videre iam facile eſt nihil nocere
corruptionem,niſi quod labefacit naturalem ſtatum,&
ideo eam non eſſe naturam,ſed contra naturã. Quòd ſi
nõ inuenitur in rebus malũ niſi corruptio,& corruptio
non eſt natura,nulla vtiq; natura malum eſt. Sed ſi hoc
forte intelligere nõ valetis, illud attendite quòd omne
quod corrumpitur bono aliquo minuitur: quia ſi non
corrumperetur,incorruptũ eſſet:ſi vero etiam non poſ- M
ſet omnino corrũpi,incorruptibile eſſet. Neceſſe eſt au-
tem vt ſiue incorruptio ſiue incorruptibilitas bonũ ſit,
ſi malũ eſt corruptio. Sed nunc de natura incorrupti-
bili nulla quæſtio eſt, de his agitur quæ poſſunt corrũ-
pi, quæ dum non corrumpuntur incorrupta dici poſ-
ſunt,incorruptibilia nõ poſſunt. Illud enim ſolũ incor-
ruptibile proprie dicitur, quod non tantũ nõ corrum-
pitur, ſed etiam nulla ex parte corrumpi poteſt. Incor-
rupta ergo quæcunq; ſunt & tamen corrumpi poſſunt,
cum corrũpi cœperint, eoipſo bono minuũtur quo in-
corrupta erant:& magno quidem bono,quia magnum
malum eſt corruptio:& quãdiu in eis augeri corruptio
poteſt,tandiu habent bonũ quo minuantur. Quaprop-
ter naturæ illę,quas in tenebrarũ terra fuiſſe confingit,
aut poterant corrumpi,aut non poterant. Si non pote-
rant,incorruptibiles erãt, quo bono ſuperius nihil eſt.
Si poterant,aut corrũpebantur,aut non corrumpeban-
tur. Si non corrumpebantur,incorruptę erãt, quod vi-
demus ſine magna laude dici nõ poſſe. Si autẽ corrum-
pebãtur,minuebãtur illo tam magno bono. Si minue-
bantur bono,habebãt bonũ quo minuerentur. Quòd ſi
habebant bonum,non erant naturæ illę ſummum ma-
lum,&

Vbicunque corruptio, ibi bonum fuit. Caput XXXV.

De natura boni.ca.20

2.ſen. diſt. 34.ca.Oſtẽſa.

A lum, & omnis Manichęi fabula falſa eſt. Sed quo-
Vnde cor- niam quęſiuimus quid eſſet malum, neq; hoc naturam,
ruptio bo- ſed cõtra naturam eſſe cognouimus, cõſequenter quæ-
ni. Caput rendũ eſt, vnde ſit, quod ille ſi feciſſet minus fortaſſe in
XXXVI. has tãti erroris anguſtias laberetur. Præpropere quippe
ac præpoſtere quæſiuit vnde eſſet, quod primo nõ quę-
ſierat quid eſſet. Et ideo nullo modo poterant quærẽti
occurrere niſi vana phãtaſmata, quibꝰ difficile animus
carnalibus ſenſibus multum paſtus exuitur, Dicet ergo
aliquis, non iam certare, ſed nũ errare deſiderans: vnde
eſt iſta corruptio quòd quaſi generale malũ rerum bo-
Matth. 7. narum, ſed tamen corruptibilium eſſe cõperimus? Qui
talis quærit, cito inueniet magno ardore verum petens,
& cõſtanti perſeuerãtia pie pulſans. Per homines enim
Matth. 23. commemoratio aliqua ſignis verborũ fieri poteſt, Do-
cet autem vnus verus magiſter, ipſa incorruptibilis ve-
ritas, ſolus magiſter interior: qui etiam exterior factus
eſt, vt nos ab exterioribus ad interiora reuocaret: & for-
mam ſerui accipiens, vt eius ſublimitas ſurgentibus in-
Philip. 2. noteſceret, iacẽtibus humilis apparere dignatus eſt. In
B eius nomine ſupplices ſumus, & per eũ miſericordiam
patris implorantes iſta quæramus. Primo enim breuiſ-
ſime reſpõderi poteſt quærentibus vnde corruptio eſt,
cum dicitur, Ex eo quòd hæ naturæ quę corrumpi poſ-
ſunt, non de deo genitæ, ſed ab eo de nihilo factæ ſunt:
quas quoniam bonas ratio ſuperior demonſtrauit, ne-
mo poteſt recte dicere, nõ deum bona feciſſe. Si autem
dixerit ſumme bona feciſſe, oportet intelligat ſummũ
Solus deus bonum ipſum eſſe qui fecit hæc bona. Quid mali,
ſumme bo- inquis, fieret, ſi & illa fierent ſumme bona? Et tamen ſi
nus. Caput quis ex nobis quæreret accepto & credito deo patre
XXXVII. ſummo bono, ſi eſſet aliud ſumme bonũ, vnde eſſe pie
nobis videretur, nullo modo recte reſponderemus, niſi
de deo patre qui ſumme bonus eſt. Quod ergo de illo
eſt, meminerimus natum de illo eſſe, non ab eo factũ de
nihilo, & ideo & hoc ſumme, id eſt, incorruptibiliter
bonũ eſſe: videmuſq; iniuſte flagitari, vt tam ſumme bo
na ſint quæ fecit de nihilo, quàm ſumme bonus eſt quẽ
de ſe genuit, quem niſi vnũ genuiſſet, non id quod ipſe
Ioan. 1. eſt genuiſſet, quia ipſe vnus eſt. Quapropter de vnico
quidẽ filio per quem facta ſunt à patre omnia bona de
nihilo, imperite atque impie fratres querũtur, niſi ex eo
C quòd in nomine apparere dignatus eſt. Nã ideo & vni-
genitus in ſcripturis & primogenitus dicitur. Vnigeni-
Ibidem. tus à patre, primogenitus ex mortuis. Et vidimus, in-
quit, gloriam eius tanquã vnigeniti à patre plenũ gra-
Roma. 8. tia & veritate. Et Paulus dicit, Vt ſit ipſe primogenitus
in multis fratribus. Quòd ſi dixerimus, non iam eſſe iſta
bona quę de nihilo facta ſunt, ſed tantum dei naturam
bonam eſſe, inuidemus tantis bonis: & vox impia eſt, in-
iuriam putare, non hoc eſſe quod deus eſt, & ideo nol-
le eſſe aliquod bonũ, quoniã ei præponitur deus. Quæ-
ſo patere naturã animæ rationalis aliquãto minus eſſe
quàm deus eſt, & tanto minus, vt poſt illũ te melius ali-
quid non ſit. Patere, inquam, & miteſce illi, ne te adhuc
repellat in infima, vbi per anguſtias pœnales etiam atq;
etiam bonũ quod es, vileſcat tibi. Superba es in deum,
ſi indignaris quòd te antecedit: & nimis contumelioſe
de illo ſentis, ſi non ineffabiliter gratularis tam magnũ
bonum eſſe te, vt ſolus ſit ille præſtãtior. Quo conſtitu-
to atque firmato, illud ne dixeris ò anima humana, Me
ſolam naturam deus facere debuit, nollẽ vt poſt me ali-
quid boni fieret. Non enim quod bonũ eſt poſt deum,
iam debuit eſſe nouiſſimum. Et hinc maxime apparet
quãtam tibi tribuerit dignitatem, quòd deus qui ſolus
tibi naturaliter dominatur, fecit alia bona quibus tu D
quoq; dominareris. Nec mireris quòd nũc tibi nõ om-
nimodo ſeruiunt, & te aliquãdo etiã crucient, quia do-
minus tuus maiorem poteſtatẽ habet in ea quæ tibi ſer-
uiunt, quàm tu in ipſa, tanquã in ſeruos ſeruorum ſuo-
rum. Quid ergo mirũ ſi tibi peccanti, id eſt, non obtem-
peranti domino tuo, pœnalia quibus dominabaris effe-
cta ſunt. Quid enim tam iuſtũ, & quid iuſtius deo? Hoc
nanque humana natura in Adã meruit, de quo non eſt
hic diſputãdi locus: ſed tamen dominator iuſtus & iu-
ſtis præmiis & iuſtis ſuppliciis approbatur, beatitate re-
cte viuentium pœnaq; peccãtium. Nec tamen ſine mi-
ſericordia derelicta es, quæ certis rerum temporúmque
mẽſuris vocaris vt redeas: ita recto moderamine altiſ-
ſimi conditoris, quouſque ad bona terrena peruentum
eſt, quæ corrũpuntur & reformantur, vt haberes ſuppli-
cio mixta ſolatia, & vt laudares deum delectata ordine
bonorũ, & refugeres in eũ exercitata experimentis ma-
lorum. Ita inquantũ tibi terrena ſeruiunt, docent te eſſe
dominam ſuam: inquantum autem moleſta ſunt, docẽt E
vt ſeruias domino tuo. Quapropter quãuis ſit ma- *Natura à*
lum corruptio, & quanuis non ſit à conditore natura- *deo, corrup*
tum, ſed ex eo ſit, quòd de nihilo factæ ſunt: tamẽ etiã *tio, ex ni-*
ipſa illo regente & gubernante omnia quæ fecit, ſic or- *hilo. Caput*
dinata eſt, vt non noceat, niſi naturis infimis ad ſuppli- *XXXVIII.*
cium damnatorũ, & exercitationem admonitionemq;
redeuntium, vt inhærendo deo incorruptibili maneãt
incorrupti, quod vnum eſt bonũ noſtrũ: ſicut per Pro-
phetam dicitur, Mihi autem inhærere deo, bonum eſt. *Pſal. 72.*
Neq; illud dixeris, Non faceret deus naturas corrupti-
biles: inquantũ enim naturæ ſunt, fecit deus: inquãtum
autẽ corruptibiles, non deus fecit. Non enim eſt ab illo
corruptio, qui ſolus eſt incorruptibilis. Si hoc capis, gra
tias age deo: ſi nõ capis, quieſce, & noli temere nõdum
intellecta damnare: ſupplexq; illi, qui lumen mentis ac-
cendit, attende vt intelligas. Cum enim dicitur, natura
corruptibilis: non vnũ, ſed duo nomina dicuntur. Item
cum dicitur, Deus fecit ex nihilo: nõ vnum, ſed duo no
mina audiuimus. Redde ergo iſtis ſingulis illa ſingula:
vt cum audis naturã, ad deũ pertineat: cum audis cor-
ruptibilem, ad nihilum: ita tamen vt ipſæ corruptiones,
quãuis nõ ſint ex dei arte, in eius tamẽ poteſtate ſint diſ-
ponẽdę pro rerum ordine & meritis animarũ. Ideo re- F
cte dicimus ab illo eſſe præmiũ atq; ſuppliciũ. Ita enim
fecit corruptionem, vt poſſit corruptioni eum dare, qui
corrumpi meruit, id eſt, qui ſeipſum cœperit peccando
corrumpere, vt cruciantem ſentiat corruptionem inui-
tus, qui blandientem illicita oblectatione concupiſcen-
tiam volens cõmiſit. Non enim in veteri teſtamẽ- *Mala quo*
to tantum ſcriptum eſt, Ego facio bona, & cũdo mala: *modo ſint à*
ſed euidẽtius in nouo, vbi dominus dicit, Nolite time- *deo. Caput*
re eos qui corpus occidũt, & amplius non habent quid *XXXIX.*
faciãt: ſed eum timete, qui cum corpus occiderit, habet *Eſaiæ. 45.*
poteſtatẽ animam mittere in gehẽnam. Voluntarię au- *Matth. 10.*
tẽ corruptioni addi iudicio diuino pœnalẽ corruptio-
nem, manifeſtiſsime Paulus Apoſtolus atteſtatur, cum
dicit, Tẽplum enim dei ſanctũ eſt, quod eſtis vos: quiſ- *1. Cor. 3.*
quis tẽplum dei corruperit, corrũpet eum deus. Quod ſi
in veteri lege dictum eſſet, quibus inuectionibus iſti im-
petum facerent accuſantes quaſi corruptorem deum?
Quod verbũ metuẽtes multi Latini interpretes, nolue-
rũt dicere corrũpet, ſed diſperdet illũ deus: & nõ deui-
antes à re ipſa, offenſionẽ vocabuli deuitarunt. Quan-
quã iſti nõ minus inueherẽtur in perditorẽ deũ, ſi hoc
in veteri lege, aut in Prophetis inuenirent. Sed Græcis
exemplaribus

G exẽplaribus cõuincũtur,in quibus apertiſsime ſcriptum
eſt, Quiſquis remplum dei corruperit,corrumpet illum
deus. Quòd ſi quis ab eis quærat,quo modo dictum ſit,
ne corruptor putetur deus, exponunt ſtatim, Corrũpet
dictum eſſe, corruptioni tradet: vel ſi quo alio modo
poſſunt. Quo animo ſi eſſent in veterem legem,& mul-
ta ibi miranda intelligerent: & nõdum intellecta non
cum odio lacerarent, ſed cum honore deferrent.

Corruptio tendit ad non eſſe. Caput XL.

Quiſquis autem nondum credit ex nihilo eſſe cor-
ruptionem, proponat ſibi hæc duo,eſſe & nõ eſſe, quaſi
ex diuerſis partibus intelligendi gratia, vt cum tardis
tardius ambulemus: deinde velut in medio conſtituat
aliquid,vtpote corpus animantis,& quęrat hoc ſecum,
dum formatur illud corpus, & naſcitur: dũ augetur e-
ius ſpecies,nutritur,conualeſcit, roboratur, decoratur,
firmatur inquantum manet,& inquantum ſtabilitur,in
quam partem tendat,vtrum ad eſſe, an non eſſe: nõ du-
bitabit quidẽ eſſe aliquid in ipſis etiam primordiis: ſed
quantò magis forma & ſpecie & valentia conſtabilitur
atque formatur, tantò magis fieri, vt ſit, & in eam par-
tem tendat,qua poſitũ eſt eſſe. Nunc ergo incipiat cor-
H rumpi,debilitetur omnis ille ſtatus,langueſcant illę vi-
res,marceſcat robur,forma fœdetur,diſsiliat compago
membrorũ,contabeſcat & defluat concordia partium:
quærat etiam nunc per iſtam corruptionem quò tẽdat,
vtrum ad eſſe,an non eſſe? Nõ puto vſqueadeo cæcum
& tardum,vt dubitet quid ipſe reſpondeat,& non ſen-
tiat quantò magis quodque corrũpitur,tantò magis ad
interitum tendere. Omne autem quod ad interitũ ten-
dit,ad non eſſe tendit. Cum ergo deum incommutabi-
liter & incorruptibiliter eſſe credendum ſit, id autem
quod dicitur nihil,penitus nõ eſſe manifeſtũ ſit: & cum
iſta propoſueris eſſe & non eſſe, atq; cognoueris quãtò
augetur ſpecies,tantò quidq; tendere vt ſit: quantò au-
tem magis augetur corruptio, tantò magis tendere vt
nõ ſit, quid dubites dicere in vnaquaq; natura corrup-
tibili quid in ea ſit ex deo,quid ſit ex nihilo,cum ſpecies
ſecundũ naturã ſit corruptio cõtra naturam: quia ſpe-
cies aucta cogit eſſe,& deum fatemur ſumme eſſe: cor-
ruptio vero aucta cogit non eſſe, & conſtat quod non
eſt,nihil eſſe. Quid,inquã,dubitas dicere in natura cor-
ruptibili quam & naturam dicis & corruptibilẽ dicis,
dicere quid ſit ex deo, quid ex nihilo? Et quid quæris
I deo naturã contrariam, quem ſi confiteris ſumme eſſe,
vides ei non eſſe cõtrarium?

Corruptio pmiſſu dei à nobis eſt. Caput XLI.

Cur ergo inquis,quod
naturæ deus dedit,tollit corruptio? Non tollit,niſi vbi
permittit deus: ibi autẽ permittit, vbi ordinatiſsimum
& iuſtiſsimum iudicat pro rerum gradibus, & pro me-
ritis animarum. Nã & ſpecies vocis emiſſæ præterit,&
ſilentio perimitur: & tamen ſermo noſter ex præeuntiũ
verborum deceſsione ac ſucceſsione peragitur, & mo-
deratis ſilentiorum interuallis decenter ſuauiterq; di-
ſtinguitur: ita ſeſe habet etiã temporalium naturarum
infima pulchritudo,vt rerum tranſitu peragatur & di-
ſtinguatur morte naſcentium. Cuius pulchritudinis or-
dinẽ & modos ſi poſſet capere ſenſus noſter atque me-
moria,ita nobis placeret, vt defectus quibus diſtingui-
tur,nec corruptiones vocare auderemus. Quod autem
in eius pulchritudinis parte laboramus,cum nos fluen-
tia deſerunt temporalia, quæ diligimus & peccatorum
pœnas luimus, & ſempiterna diligere commonemur.
Nõ ergo in hac pulchritudine quæramus quod nõ ac-
cepit: quæ ideo infima eſt,quia quod quærimus,non ac-
cepit: & in eo quod accepit,laudemus deũ, qui tantum
ſpeciei bonum etiam huic quamuis infimę dedit. Nec ei
tamen vt amatores eius inhæreamus, ſed vt dei lauda- K
tores eam trãſgrediamur, vt ſupra eam collocati de ea
iudicemus,non ei connexi in illa iudicemur.

Hortatur ad ſummũ bonum. Cap. XLII.

Feſti-
nemus itaque ad illud bonũ, quod nec locis graſſatur,
nec tempore voluitur, & vnde ſpeciem formamq; ac-
cipiunt omnes locales temporaleſq; naturæ. Ad quod
videndum mũdemus cor per fidem domini noſtri Ie-
ſu Chriſti,qui ait, Beati mũdo corde,quoniã ipſi deum
videbunt. Non enim eos oculos ad illud bonũ cernen-

Matth. 5.

dum præparari oportet, quibus cernitur lux iſta diffuſa
per locos,& non vbique integra, ſed aliam partem hic
habẽs alibi aliam. Verum illum aſpectum aciemq; pur-
gemus,quo cernitur quantum in hac vita licet, quid ſit
iuſtum, quid pium, quæ ſit ſapientiæ pulchritudo, quæ
quiſquis cernit,pręponit longè omnium localium ſpa-
ciorum plenitudini, & ſentit vt iſta cernat, non per lo-
corum ſpacia diffundi aciẽ mentis ſuæ, ſed incorporea
potentia ſtabiliri.

Quod ſpiritali cognitioni, qua ſpiritalia videntur, inimica ſint carnalia phãtaſmata. Ca. XLIII.

Cui aſpectui quoniam multum
inimica ſunt phantaſmata, quæ de carnali ſenſu tracta
imaginarie cogitatio noſtra verſat & continet, deteſta-
mur iſtam hæreſim,quæ ſuorum phantaſmatum fidem
ſecuta,& diuinam ſubſtantiam per locorũ ſpacia,quan- L
uis infinita velut informem molẽ diſiecit atque diffu-
dit, & eam ex vna parte truncauit, vt inueniret locum
malo: quod videre non potuit non eſſe naturam, ſed
contra naturam: & ipſum malum tãta ſpecie & formis
& pace partium in ſingulis naturis vigenre decorauit,
quæ ſine his bonis nullam poterat cogitare naturam, vt
ea mala, quæ ibi reprehendit innumerabiliũ bonorum
copia ſepeliantur. Sed huius voluminis iſte ſit termi-
nus, in cæteris cætera eius deliramenta deo permitten-
te atque adiuuante arguantur.

Finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS Epiſcopi, de duabus animabus contra Manichæos, Liber vnus.

Omnis vita à Chriſto. Caput I.

OPITVLANTE dei miſericor-
dia, diruptis & derelictis Ma-
nichæorum laqueis tandem ca-
tholicæ gremio reſtitutum, libet M
conſiderare nunc ſaltem ac de-
plorare illam meam miſeriam.
Multa enim erãt, quæ facere de-
bui, ne tam facile ac diebus pau-
cis religionis veriſsimę ſemina mihi à pueritia ſalubri-
ter inſita, errore vel fraude falſorũ fallaciúmve homi-
num effoſſa ex animo pellerentur. Nam primò anima-
rum illa duo genera, quibus ita ſingulas naturas pro-
priáſque tribuerunt, vt alterum de ipſa dei eſſe ſubſtan-
tia: alterius vero deum nec conditorem quidem velint
accipi, ſi mecum ſobrie diligentérque conſideraſſem,
mente in deum ſupplici & pia, fortaſſe mihi ſatagenti
apparuiſſet, nullam eſſe qualemlibet vitam, quę nõn eo
ipſo, qui vita eſt & inquantum omnino vita eſt, ad ſum
mum vitæ fontem principiumq; pertineat: quod nihil
aliud quàm ſummũ & ſolum, verúmque deum poſſu-
mus confiteri. Quapropter illas animas, quæ à Mani-
chæis vocantur malæ, aut carere vita, & animas nõ eſſe:
neque quicquã velle ſeu nolle, appetere vel fugere: aut
ſi viuerẽt, vt & animæ eſſe poſſent, & aliquid tale agere,
quale

1. Retractã. cap. 15.

A quale illi opinarẽtur, nullo modo eas niſi vita viuere: * ac ſi Chriſtũ dixiſſe conſtaret, vt conſtat, Ego ſum vita: nihil eſſe cauſæ cur nõ omnes animas, cum animæ niſi viuendo eſſe nõ poſsint, per Chriſtum, id eſt, per vitam creatas & conditas fateremur. Quod ſi tẽpore illo quæſtionem de ipſa vita, & de participatione vitæ mea cogitatio ferre * ac conſentire non poſſet, quæ profectò magna eſt, & multũ ſerenæ diſputationis inter doctiſſimos indigẽs, illud inſpicere fortaſſe valuiſſem, quòd omni homini ſeſe ſine ſtudio partiũ bene conſideranti manifeſtiſsime apparet, omne quod ſcire & noſſe dicimur, aut ſenſu corporis, aut intelligentia nos habere comprehenſum. Senſus autẽ corporis etiã vulgo quinque numerari, viſum, auditum, odoratum, guſtum, atq; tactum, quibus omnibus intelligentiã longe lateq; præſtare & excellere, quis mihi non vel ingratus impiuſq; concederet? Quo conſtituto atq; firmato illud conſequi, & cũcta quæ tactu & viſu, vel quolibet alio modo corporaliter ſentirentur, tantò eſſent inferiora his quæ intelligẽdo aſſequeremur, quantò ipſos ſenſus intelligentiæ cedere videremus. Quam ob rem cũ omnis vita, & ob hoc omnis anima nullo corporis ſenſu, ſed ſo-

** aliàs, viuere. Aut ſi Chriſtũ &c.*
Verius ſunt quæ intellectu percipiuntur.
Caput II.
** aliàs ſuſtinere.*
Quinque ſenſus corporis.

B lo intellectu percipi queat: ſol autem iſte atq; luna omniſque lux, quæ mortalibus his oculis cernitur, ab ipſis quoq; Manichæis, vero & bono deo tribuenda eſſe dicatur, ſummã eſſe demẽtiam id prædicare pertinere ad deum, quod per corpus intuemur: quodq; non ſolũ animo, ſed ipſa ſublimitate animi, mente ſcilicet atque intelligẽtia caperemus, id eſt, vitam, qualiſcunque illa diceretur, tamen vitam eodem deo authore priuãdam & viduandã putare. Num enim quid ſit viuere, quamq; ſecretũ ab omni corporis ſenſu, quamq; omnino incorporeum, ſi meipſum inuocato deo interrogarẽ, reſpõdere non poſsim? Aut non illi quoq; fateantur, non ſolum viuere illas, quas deteſtantur animas, ſed etiam immortaliter viuere? Quodq; à Chriſto dictũ eſt, Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos: nõ omnino de non viuentibus, ſed de peccãtibus dictum, quæ immortalis animæ ſola mors eſt, ſcribente Paulo, Mortua eſt vidua quæ in delicijs viuit: ſimul enim & mortuam eſſe dixit & viuere. Quare nõ ego quãto decoloratius viuat peccatrix anima, ſed illud ipſum tãtum quod viuat attenderem. Quod ſi percipere niſi intelligendo nõ poſſem,

Matth. 8.
1. Timo. 5.

C credo veniret in mẽtem, tantò eſſe quamlibet animam luci, quam per hos ſentimus oculos præferendã, quãtò intelligentiã ipſis oculis præferremus. Lucem autẽ illam illi quoq; à patre Chriſti eſſe confirmant, egó ne tãdem, quòd ab eo eſſet quæcunque anima, dubitarem? Ego vero nõ modo de anima, ſed de quouis etiam corpore, quin ab ipſo eſſet nihil omnino, ne tũ quidẽ hoc ſcilicet illius imperitiæ atq; ætatis ambigerem, ſi forma quid eſſet, quidve formatũ: quid ſpecies, & quid indutum ſpecie: deinde quid horũ, cui cauſa eſſet, pie cauteq; cogitarem. Sed de corpore interim taceo, de anima cõqueror, de ſpõtaneo & viuido motu, de actu, de vita, de immortalitate. Deniq; conqueror, quòd aliquã rem iſta omnia ſine dei bonitate habere poſſe miſerrim⁹ credidi: quòd quanta eſſent, negligẽter attendi, hoc mihi gemendum, hoc deflẽdum puto. Voluerem mecum hæc, loquerer mecum, deferrẽ ad alios, quæ vis eſſet intelligendi, quoniam nihil eſſet in homine quod huic excellentiæ poſſemus cõferre, præponerem: vbi mihi hoc homines, ſi modo eſſent homines, cõceſsiſſent, quærerem vtrum his oculis viderent, id eſt, intelligerent? Vbi negauiſſent, colligerem primò lõge eſſe ſenſui oculorum

Collectio à minore.
Caput. III.

D iſtorum intelligentiã mẽtis anteponendã: deinde ſubiungerem, id quod re meliore perciperemus, neceſſariò melius iudicandũ. Quis hoc non daret? Ergo pergerem quærere, Anima illa, quam malã dicerent, oculis ne ſentiretur iſtis, an mente intelligeretur? Mente faterentur. Quibus omnibus inter nos cõuenientibus atq; confirmatis, quid cõficeretur oſtenderem, animam illã ſcilicet, quam execrarentur, luce iſta quã venerarentur eſſe meliorem: quandoquidẽ illa intellectu mentis, hæc ſenſu corporis innoteſcit. Hic vero hęrerent fortaſſe, ducemq; rationẽ ſequi recuſarent: tanta eſt vis veternoſarum opinionũ, & diu defenſæ atq; creditę falſitatis. Sed ego inſtarem magis hærentibus nõ aſpere, non pueriliter, nõ peruicaciter, repeterem quæ cõceſſa ſunt: & quæ eſſent cõcedenda, monſtrarẽ. Hortarer vt in commune conſulerent, viderent certè quid nobis negandũ eſſet, vtrum intellectũ iſtis carneis luminibus præferendum, an excellẽtius eſſe, quod animi excellentia, quàm quod vili ſenſu corporis cognoſcitur, falſum putarẽt: an illas animas, quas alienigenas crederent, tantum intelligendo, id eſt ipſa animæ excellẽtia ſciri poſſe nolent fateri: an Solem ac Lunã non niſi iſtis oculis notos fieri vel-

E lẽt abnuere. Quòd ſi nihil horũ niſi abſurdiſsime atque impudentiſsime negari poſſe animaduerterent, ſuaderem nõ eos oportere dubitare iſtam lucem, quã colendam prædicarẽt, eſſe anima illa viliorem, quam fugiendam monerent. Atq; hic ſi forte turbati à me quærerẽt, Num etiam muſcæ animã huic luci præſtare cenſerem, reſpõderem etiam: nec me terreret muſca, quòd parua eſt, ſed quòd viua firmaret. †Quęritur enim, quid illa mẽbra tam exigua vegetet, quid huc atq; illuc pro naturali appetitu tãtillum corpuſculũ ducat, quid currentes pedes in numerũ moueat, quid volantis pennulas moderetur ac vibret? Quod qualecunque eſt bene conſiderantibus, in tam paruo tam magnum eminet, vt cuiuis fulgori perſtringẽti oculos præferatur. Certè quod nemo dubitat, quicquid intelligibile eſt omni ſenſibili, & ob hoc huic etiã luci diuinis legib⁹ antecellit. Quid enim cognitione percipimus quæſo, ſi hoc nõ percipimus aliud eſſe mẽte intelligere aliud ſentire per corpus: & prius illud ab hoc poſteriore incomparabili ſublimitate diſtare, ideoq; nõ poſſe intelligibilia ſenſibilibus præferri, cũ ipſe intellectus tantũ ſenſibus præferatur. Hinc illud etiam fortaſſe cognoſcerẽ, quod con-

Muſca Sole præſtantior.
Caput. IIII.
†formatio.
In ſuo quidque genere bonum eſt.
Caput V.

F ſequens eſſe manifeſtum eſt, cũ iniuſticia & intemperãtia, cæteraq; animi vicia nõ ſentiantur, ſed intelligãtur: quo modo fiat vt etiã iſta, quæ deteſtamur & damnãda cenſemus: tamen quoniã intelligibilia ſunt, anteire hãc lucem queãt, cũ in ſuo genere iſta laudãda ſit. Suggeritur enim animo bene ſeſe deo ſubijciẽti, primò nõ omne quod laudamus omni quod vituperam⁹ eſſe antepo nendum. Neq; enim quia laudo purgatiſsimum plumbum, ob hoc illud vituperando, auro pluris æſtimo: in ſuo enim genere quidq; conſiderandũ eſt. Improbo iuriſconſultum multas leges ignorãtem, ſed eum tamen probatiſsimo ſutori ſic præfero, vt ne cõparãdum quidem putem. At iſtum laudo, quòd ſuę artis peritiſsimus ſit: illum autẽ, quòd ſuam profeſsionẽ minus impleat, iure reprehẽdo. Ex quo reperire deberẽ lucem iſtam, ꝙ in genere proprio perfecta eſſet iure laudari: tamẽ quia ſenſibiliũ rerũ numero includitur, quod genus intelligibiliũ generi cedat neceſſe eſt, infra iniuſtas & intẽperantes animas, quoniã ſunt intelligibiles, eſſe deputandam: quanuis iſtas nõ iniuria damnatione digniſsimas iudicemus. Quærimus nãq; in his, quod cõcilietur deo,

non

G non quod iſti fulgori præferatur. Quapropter quiſquis
hoc lumen ex deo eſſe conteoderet, non repugoarem:
ſed magis animas dicerem vicioſas, etiam ooo io quan-
tum vicioſæ, ſed inquantum animæ ſunt, deum ſibi eſſe
creatorem fateri oportere. Hoc loco ſi quiſquam il-
lorū cautus & vigilans, iam etiā ſtudioſior, quàm perti-
nacior me admoneret, nō de vicioſis animis, ſed de ip-
ſis animę viciis eſſe quærendum: quę quoniā ſenſu cor-
poris nun cognoſcerentur, & tamen cogooſcereotur,
nō niſi intelligibilia poſſe accipi: quę ſi ſenſibilibus om
nibus antecellūt, cur lucem deo authori eſſe tribuēdam
inter oos conueniret: viciorū vero authorem deum ne-
mo niſi ſacrilegus diceret, Reſpōderem homini, ſi aut
ſtatim & repēte, vt boois dei cultoribus ſolet, diuinitus
infulſiſſet huius ſolutio quęſtionis, aut fuiſſet antea prę-
parata: quorum ſi neutrum meruiſſem atque potuiſſem,
cœpta differreio: quódq; eſſet propoſitum, difficile eſſe
ad dignoſcendū atq; arduum cōfiterer. Recurrerem in
me, proſternerer deo, alte iogemiſcerem, quærēs ne me
in medio ſpacio, quò certis rationibꝰ promouiſſem, hæ
rere pateretur, ne ancipiti quæſtione cogerer aut iotel-
ligibilia ſenſibilibꝰ ſubmittere ac ſubdere, aut ipſum vi-
H ciorum dicere authorē, cū eſſet vtrumuis horum falſi-
tatis impietatiſq; pleniſsimū, nullo modo poſſem exi-
ſtimare quòd me ſic affectū ille deſereret. Admoneret
potius ſuis illis ineffabilibus modis, vt cōſiderarem etiā
atq; etiā vtrum animi vicia, de qoibus æſtuarem, inter
intelligibilia numerāda eſſent. Quod vt reperirē, prop-
ter imbecillitatē interioris oculi mei, quæ mihi pecca-
tis meis iure accidiſſet, aliquem mihi ad inuiſibilia cō-
tuēda io ipſis viſibilibus machinarer gradum: quorum
eſſet nobis nullo modo certior cognitio, ſed cōſuetu-
do fidentior. Itaque ſtatim quærerem quid ad ſenſum
proprie pertineret oculorū: inuenirem colores, quorum
principatū lux iſta obtineret. Hęc enim ſunt, quę nullus
alius ſenſus attingit: nam motus corporum, & magni-
tudines, & interualla, & figuras quāuis & oculis, nō ta-
men proprie, ſed tactu etiam poſſe ſentiri. Vnde colli-
gerem taoto cæteris corporeis & ſenſibilibus præſtare
lucē, quātò aliis ſenſibus aſpectus eſſet illuſtrior. Electa
igitur ex omnibus quæ corpore ſentiūtur iſta luce qua
niterer, & in qua gradū illum inquiſitionis meæ neceſ-
ſariò collocarem, pergerē attendere quid ageretur hoc
I modo, mecumq; ita ſermocinarer, Si ſol iſte tanta cla-
ritate conſpicuus, & diei luce ſufficiens vſq; ad lunę ſi-
militudinem io cooſpectu noſtro paulatim deficeret,
num aliud quicquā oculis ſentiremus, quàm lucem vt-
cūque fulgentem: lucem tamen quærentes, quod fuerat
non videndo, & baurieotes videodo quod aderat? Nō
ergo illū defectum videremus, ſed lucem quæ defectui
remaneret. Cū autem oon videremus, oon ſentiremus:
quicquid enim ſentimus aſpectu, nō poteſt non videri,
quare ſi defectus ille neq; viſu, neque alio ſenſu ſentire-
tur, nō poſſet inter ſenſibilia numerari. Nihil enim ſen-
ſibile eſt, quod ſentiri nō poteſt. Referamus nunc cōſi-
derationem ad virtutem, cuius intelligibili luce ſplen-
dere animum cōuenientiſsime dicimus. Porrò ab hac
luce virtutis defectus quidam non perimens animam,
ſed obſcurās, viciū vocatur. Poteſt igitur recte vicium
quoque animę oequaquā inter intelligibilia oumerari,
vt lucis ille defectus rectè de ſeoſibiliū numero eximi-
tur: illud tamen quod remaoet animæ, id eſt, hoc ipſum
quod viuit, atque anima eſt, tam eſt intelligibile, quàm
ſenſibile illud, quod in hoc viſibili lumine poſt defectū
quantūcunque fulget: & ideo animā inquantum anima
eſſet, & vitę participaret, ſine qua nullo pacto anima eſ- K
ſe poteſt, rectiſsimè omnibus ſenſibilibꝰ anteferri. Quā
ob rem maximi erroris eſſe vllam animam dicere non
eſſe ex deo, ex quo eſſe ſolem lunamq; gloriaris. Quòd
ſi iā placeret omnia ſenſibilia nominare, non modo ea
qnæ ſentiremus, ſed etiam ea quæ nō ſentiendo, tamen
per corpus iudicaremꝰ: ſicut per oculos tenebras, & per
aures ſilentium: & illas enim non videndo, & hoc noo
audiendo cognoſcimus. Rurſuſq; intelligibilia non ea
tantum, quæ illuſtrata mente cōſpicimus, ſicuti eſt ipſa
ſapieotia, ſed etiam illa, quæ ipſius illuſtrationis priua-
tiooe auerſamur: vt eſt inſipiētia, quam tenebras animi
congrue dixerim, nullam de verbo facerem cōtrouer-
ſiam, ſed totā quæſtionem facili diuiſione diſſoluerem:
ſtatimq; approbarem bene attendentibus ſubſtātias in-
telligibiles ſenſibilibus ſubſtātiis diuina & incorrupta
veritatis lege præponi: non earum ſubſtantiarum defe-
ctus, quamuis hos intelligibiles, illos ſenſibiles appellare
vellemus. Quapropter qui & hæc lumina viſibilia, & il-
las intelligibiles aoimas ſubſtantias eſſe faterentur, om-
nimodo eos cogi ſublimiores partes animis cōcedere
atque tribuere, defectus vero vtriuſque generis nō poſ-
ſe alteros alteris anteponi: priuant enim tantum, & nō L
eſſe indicant quod vſquequaque eandem vim habent,
ſicut ipſę negationes. Nam cū dicimus, Non eſt aurum,
& nō eſt virtus, quāuis inter aurum & virtutem ſit plu-
rimum, nihil tamen ioter negationes, quas eis adiunxi-
mus, diſtat. Vērū enim vero peius eſt ooo eſſe virtutem,
quàm oon eſſe aurum: nemo ſanus binc ambigit, quod
non propter ipſas negatiooes, ſed propter res, quibus
adiūguntur, accidere quis oō intelligat? Auro eoim vir-
tus quanto præſtat, quanto eſt virtute quàm auro carere
miſerius. Quam ob rem cum res intelligibiles ſenſibili-
bus rebus antecellūt, defectum in intelligibilibus quam
io ſenſibilibus meritò ęgrius toleramus, non eos defe-
ctus, ſed ea quæ deficiunt, carius & vilius æſtimātes. Ex
quo iam illud apparet defectum vitæ, quæ intelligibilis
eſt, multo miſerabiliorem eſſe quàm huius ſenſibilis lu-
cis, quòd ſcilicet multò eſt carior intellecta vita, quàm
lux iſta conſpecta. Quæ cum ita ſint, audebit ne quiſquā
cū ſolem aut lunā, & quicquid in ſyderibus, quicquid
denique in hoc igni ooſtro atq; terreno luce viſibili ef-
fulget, deo tribuat aoimas quaſlibet, quæ profecto niſi
viueodo animę non ſunt, cum tantum hoc lumen vita M
præcedat, nolle concedere ex deo eſſe: & cum ille verū
dicat, qui dicit, inquantum oitet, ex deo eſt: egó ne tan-
dem, deus magoe, mentiar, ſi dicam, inquātum viuit, ex
deo eſt? Non vſqueadeo quæſo cæcitas mentis, ſuppli-
ciaq; augeantur aoimorum, vt hęc homines non intel-
ligant. Sed quoquo modo illorum error aut pertinacia
ſeſe haberet, his ergo fretus armatuſq; rationibꝰ, credo
cū ad eos rem ita cōſideratam perfectamq; detuliſſem,
& cum his placide cōtuliſſem, vererer ne mihi quiſquā
corū alicuius momenti eſſe videretur, ſi aut iotellectū,
aut ea quæ intellectu nōdū perfecte perciperētur, ſen-
ſui conaretur præferre, aut ſaltem cōparare corporeo,
vel his rebus, quæ ad eandem ſenſum nooſcendæ ſimili-
ter pertinerent. Quo conſtituto, quando illi mihi vel
quiſquam negare auderet, animas quātum velit malas,
tamen quooiam animæ eſſeot, intelligibiliū rerum nu-
mero contineri, neque illas per defectū intelligi? Si qui-
dem aoimæ nō alio eſſeot, niſi quo viuerent, licet enim
per defectum intelligerentur vicioſę, quia virtutis ege-
ſtate ſunt vicioſæ, noo tamen per defectum animę, quia
viuendo animæ. Nec fieri poteſt, vt vitæ præſentia ſit
cauſa

Etiam malū quatenꝰ eſt, bonū eſt, & à deo.
Caput VI.

A cauſa deficiendi, cũ tantò quidq; deficiat, quãto deſeritur à vita. Omnimodo igitur cũ pateret nõ poſſe vllas animas ab eo authore ſeparari, à quo lux iſta nõ ſepararetur, iã quicquid afferrẽt, nõ acciperẽ: monerẽq; potius, vt eos mecũ ſequi mallẽt, qui omne quicquid eſſet, quoniã eſſet, in quantumq; eſſet, ex vno deo eſſe prædicarẽt.

Mali quo modo ex deo & non ex deo.

Caput VII.

Recitarẽt aduerſus me voces illas Euangelicas, Vos propterea nõ auditis, quia ex deo nõ eſtis, vos ex patre diabolo eſtis. Ego quoq; cõtra recitarẽ, Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil: & illud Apoſtoli, Vnus deus, ex quo omnia: & vnus dominus Ieſus Chriſtus, per quẽ omnia. Et iterũ eiuſdem Apoſtoli, Ex quo omnia, per quẽ omnia, in quo omnia, ipſi gloria in ſecula: hortarerq; homines, ſi tamẽ homines inuenirẽ, nihil nos iã quaſi cõperiſſe præſumeremus, ſed quæreremus potius magiſtros, qui ſententiatũ iſtarũ, quæ nobis inter ſe pugnare viderẽtur, pacẽ concordiamq; mõſtrarẽt. Nã in vna atq; eadẽ authoritate ſcripturarũ, cũ alibi ſonaret, Omnia ex deo: & alibi, Vos nõ eſtis ex deo: quoniã libros temere cõdemnare nefas eſſet, quis non videret peritũ doctorẽ, cui quæſtionis huius ſolutio nota eſſet, inueniendũ fuiſſe? qui profectò ſi eſſet bonus intellector, &, vt diuinitus dicitur, homo ſpiritalis, quoniã neceſſario faueret veris rationibus, quas de intelligibili ſenſibiliq; natura quãtũ potui tractaui atq; diſſerui: imò ſi eas ipſe multò melius, & ad docendũ aptius aperiret, nihil ab eo aliud de hac queſtione audiremus, niſi quẽadmodum fieri poſſet, vt & nullũ animarum genus nõ eſſet ex deo: & rectè tamen peccatoribus & infidelibus diceretur, Non eſtis ex deo. Nam & nos fortaſſe implorato in auxiliũ deo facile videre poſſemus, aliud eſſe viuere, aliud peccare: & quanquã vitã in peccatis cõparatione iuſtę vitę mors appellata ſit, vtrũq; tamẽ in homine vno poſſe inueniri, vt ſimul ſit viuus atq; peccator: ſed ꝙ viuus, ex deo: ꝙ peccator, nõ ex deo. In qua diuiſione vtimur ea parte de duabus, quæ noſtræ ſententiæ cõpetit: vt cũ dei cõditoris omnipotẽtiã inſinuare volumus, etiã peccatoribus dicamus, ꝙ ex deo ſint. Dicimus enim his qui aliqua ſpecie cõtinentur, dicimus animãtibus, dicimus rationalibus, dicimus poſtremò, quod ad C rem maxime attinet, viuẽtibus, quæ omnia per ſeipſa diuina ſunt munera. Cum autẽ malos arguere propoſitũ eſt, rectè dicimus, Non eſtis ex deo. Dicimus enim ſe à veritate auertẽtibus infidelibus, facinoroſis, flagitioſis, & quod nomine vno totũ continet, peccatoribus, quæ rurſus omnia ex deo nõ eſſe quis dubitet? Itaq; Chriſtus peccatoribus idipſum, ꝙ peccatores erant, & ſibi nõ credebant, coarguens, quid mirũ ſi ait, Non eſtis ex deo: ex alia parte illa ſalua manente ſentẽtia, quòd omnia per ipſum facta ſunt, & omnia ex deo? Nã ſi Chriſto nõ crederem, Chriſti aduentũ repudiarem, Chriſtũ nõ reciperem, certum iudicium eſt animarũ, quæ non ſunt dei: & ideo dictum eſt, Vos propterea non auditis, quia nõ eſtis ex deo: quo modo vera eſt vox illa Apoſtoli, in ipſo Euangelij memorabili principio qua dictum eſt, In ſua propria venit, & ſui eũ non receperunt. Vnde ſui, ſi non receperunt: aut vnde ideo non ſui, quia non receperũt, niſi quia homines peccatores, eo quòd ſunt homines, ad deũ: eo vero quòd peccatores, ad diabolũ pertinent?

Ioan. 8. Ioan. 1. 1. Cor. 8. Roma. 11. Ioan. 1. Ioan. 8. B 1. Corin. 2. Ioan. 8. 1. Timo. 5. Ioan. 8. Ioan. 1.

Sũmũ malũ nõ intelligitur niſi cognito ſummo bono.

Cap. VIII.

Hic ergo partẽ naturæ tenuit qui ait, Sui eum nõ receperunt: ille vero volũtatis, qui ait, Non eſtis ex deo. Euangeliſta enim dei opera cõmendabat, Chriſtus hominũ peccata coërcebat. Hic fortaſſe quis dicat, vnde ipſa peccata, & omnino vnde malũ? Si ab homine, vnde homo? Si ab angelo, vnde angelus? Quos ex deo eſſe cum D dicitur, quanuis rectè vereq; dicatur, videtur tamen imperitis & minus valentibus acriter res abditas intueri, quaſi per quandam catenã ad deũ mala & peccata cõnecti. Hac quæſtione illi regnare ſe putẽt, quaſi vero interrogare ſit ſcire. Vtinã id eſſet, nemo me ſcientior reperiretur. Sed neſcio quo modo ſæpe in altercãdo magnæ quæſtionis propoſitor perſonam magni doctoris oſtentat, plerunq; ipſo quem terret in eo, de quo terret indoctior. Itaq; illi multitudini ſe præferẽdos arbitrantur quia priores interrogãt quod cũ multitudine ignorant. Sed ſi eo tempore, quo cum eis me non ſicut iam diu ago, egiſſe nunc pœnitet, mihi has rationes depromenti hoc obieciſſent, dicerẽ, Quæſo interim mecum cognoſcite quod facillimum eſt, ſi nihil poteſt ſine deo fulgere, multò minus poſſe aliquid viuere ſine deo, ne in tantis mõſtris opinionũ remaneamus, vt neſcio quas animas vitam nõ ex deo habere prædicemus. Sic enim fortaſſe continget, vt id quod mecum ignoratis, id eſt, vnde ſit malum, vel ſimul, vel quolibet ordine aliquando diſcamus. Quid enim ſi cognitio ſummi mali ſine cognitione ſummi boni contingere homini nõ poteſt? E Nõ enim noſſemus tenebras, ſi in tenebris ſemper eſſemus, ſed lucis noticia contrariũ ſuũ non ſinit incognitum. Summũ autem bonũ, id eſt, quo ſuperius eſſe nihil poteſt, Deus autẽ bonum, & deo ſuperius nihil eſſe poteſt, Deus igitur ſummũ bonũ. Cognoſcamus ergo deũ, atque ita nos illud quod præpropere quærimus non latebit. Mediocris negocij tandem vel meriti cognitionem dei eſſe arbitramini? Quod enim nobis aliud præmium, quàm vita æterna promittitur, quæ dei cognitio eſt? Ait enim magiſter deus, Hæc eſt autẽ vita æterna vt cognoſcant te ſolum & verũ deum, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ. *Ioan. 17.* Etenim anima quãuis ſit immortalis, tamẽ quia mors eius rectè dicitur à dei cognitione auerſio, cũ ſe cõuertit ad deũ, meritũ eſt æternæ vitæ conſequẽdæ, vt ſit æterna vita, ſicut dictũ eſt, ipſa cognitio: cõuerti autẽ ad deum nemo niſi qui ab hoc mũdo ſe auertat, poteſt. Hoc ego mihi arduũ & difficillimũ ſentio, vobis ſi facile eſt, ipſe deus viderit. Ego vellẽ credere, niſi me moueret, ꝙ cõ iſte mundus, à quo auerti iubemur, viſibilis ſit, dixeritq; Apoſtolus, Ea quæ videntur, tẽporalia ſunt, quæ autem non videntur, æterna ſunt, *2. Cor. 4.* F Vos plus iſtorum oculorum quàm mentis iudicio tribuiſtis, apud quos nullam eſſe fulgentem pennam† quæ non ex deo fulgeat, & eſſe viuentem animam, quæ non ex deo viuat prædicatur & creditur. *†potestatẽ.* Hæc & his ſimilia vel illis etiam dicerem vel mecum reputare poſſem. Nanque deum omnibus vt dicitur viſceribus deprecãs, & ſcripturis quantum licebat, intentus etiam tunc fortaſſe talia vel dicerem: vel quod ſalutis aderat cogitarem.

Quæ deceperint Manichæi.

Caput IX.

Sed me duo quædam maxime quæ incautam illam ætatẽ facile capiũt, per amicabiles attriuere circumitus, quorum eſt vnum familiaritas, neſcio quo modo repẽs quadam imagine bonitatis tanquam ſinuoſum aliquod vinculum multipliciter collo inuolutum, Alterũ quòd quædam noxia victoria penè mihi ſemper in diſputationibus proueniebat diſſerenti cum Chriſtianis imperitis, ſed tamen fidem ſuam certatim vt quiſque poſſet defendere molientibus. Quo ſucceſſu creberrimo gliſcebat adoleſcentis animoſitas, & impetu ſuo in peruicaciæ magnũ malum imprudenter vergebat, Quod altercandi genus quia poſt eorum auditionem aggreſſus eram, quicquid vel & qualicũq; ingenio vel aliis lectionibus poteram, ſolis illis libentiſſime tribuebam. Ita ex illorum ſermonibus ardor in certamina, ex certaminũ

G prouentu amor in illos quotidie mouebatur*. Ex quo
†al. noua- accidebat, vt quicquid dicerẽt, miris quibuſdã modis,
batur. non quia ſciebã, ſed quia optabã verũ eſſe pro vero ap-
probarẽ. Ita factũ eſt, vt quanuis pedetentim atq; caute,
tamen diu ſequerer homines nitidã ſtipulã viuenti ani
mæ præferentes: verũ non poterã illo tempore ſenſibi-
bilia ab intelligibilibus, carnalia ſcilicet ab ſpiritalibus
diiudicare atque diſcernere. Non erat ætatis, non diſci-
plinæ, nõ cuiuſdam etiã conſuetudinis, nullorũ deniq;
meritorũ: nõ enim parui gaudij fœlicitatiſq; res eſt. Ita
tandem ne illud quidẽ arripere poteram, quod in om-
nium hominum iudicio ſummi dei legibus natura ipſa
Peccatum à conſtituit. Quiuis enim homines, quos modo à cõ-
voluntate. muni ſenſu generis humani nulla dirupiſſet amentia,
Caput X. quæ vellent ad iudicandũ ſtudia detuliſſent, quamlibet
imperitiam, quãtamcunq; etiam tarditatẽ. Velim expe-
riri quid mihi reſponderẽt roganti, vtrum eis peccaſſe
videretur, de cuius dormiẽtis manu ſcripſiſſet alius ali-
quid flagitioſum? Omnes quis dubitet ita fuiſſe negatu-
ros illud eſſe peccatũ, ita reclamaturos, vt etiam ſuccen
ſerent fortaſſe, quòd tali eos rogatione dignos putarẽ?
H A quibus ego quoquo modo poteram, reconciliatis &
in conſilium reſtitutis peterem, vt me aliud tam mani-
feſtum, & in omnium cognitione poſitum, interrogan
tem non moleſte ferrẽt: tunc quærerem, ſi nõ dormien-
tis ſed ſcientis manu, qui membris tamen cæteris vin-
ctus atq; conſtrictus eſſet, quiſquã valentior aliquid ſi-
militer feciſſet mali, vtrũ quia id noſſet, quanuis id om-
nino noluiſſet, vllo peccati nomine teneretur? Et hic
mihi omnes mirantes, quòd talia ſciſcitarer, ſine cun-
ctatione reſponderent, nihil etiam iſtum omnino pec-
caſſe. Quid ita? Quia de quo neſciente, vel reſiſtere non
valẽte quiſquã quippiã mali fecerit, iuſte damnari nul-
lo modo poteſt. Atq; idipſum cur ita eſſet, ſi in illis om-
nibus naturã ipſam percontarer humanã, facile perue-
nirem ad id quod cuperem, iſto modo quærens, Quid
ſi dormiens ille iã ſciret, quid alius de manu eius factu-
rus eſſet, & de induſtria ſe, plus potus etiàm ne expergi-
ſceretur, ſomno dederet, vt aliquẽ iurãdo falleret, num
ei quicquã ſomnus ad innocẽtiam ſuffragaretur? Quid
aliud illi quàm nocentẽ hominẽ pronunciarẽt? Quod
I ſi & ille volens vinctus eſt, vt aliquem ſimiliter præten
ta defenſione deciperet, quid ei tandem, vt peccato ca-
reat, illa vincula profuerunt? Quanquam his obſtrictus,
reuera reſiſtere nõ valeret, ſicut ille dormiẽs, quid tunc
fieret, omnino neſciret. Nunquid nam igitur dubitan-
1. Retrac. dum eſt, quin peccaſſe ambo iudicarentur? Quibus cõ-
ca.15. ceſſis colligerem, nuſquã ſcilicet niſi in voluntate eſſe
2. ſent. di. peccatum, cum mihi auxiliaretur etiã illud, quòd iuſti-
14.ca. Illi- cia peccantes tenet: ſola mala voluntate: quanuis quod
us etiam. voluerint, implere nequiuerint. Quiſquã ne me iſta tra
ctantem poſſet dicere, in rebus obſcuris abditiſq; verſa-
ri, vbi propter intelligentiã paucitatem vel fraudis vel
oſtentationis ſuſpicio naſci ſolet? Secedat pauliſper il-
la intelligibiliũ ſenſibiliumq; diſtinctio. Nulla mihi fiat
inuidia, quòd tardas animas ſubtilium diſputationum
ſtimulis perſequor. Liceat mihi me ſcire viuere, liceat
mihi ſcire me velle viuere: in quę ſi conſentit genus hu
manum, tam nobis cognita eſt voluntas noſtra, quàm
vita. Neque enim cum iſtam ſcientiam profitemur me-
tuendum eſt, ne nos quiſquam falli poſſe cõuincat: hoc
ipſum enim falli nemo poteſt, ſi aut nõ viuat, aut nihil
velit. Non me arbitror quicquã obſcurum attuliſſe, &
vereor ne cuiquã magis, quòd hæc nimium manifeſta
ſunt, videar eſſe culpandus, ſed quorſum hæc tendant
conſideremus. Non igitur niſi voluntate peccatur. No K
bis autem voluntas noſtra notiſſima eſt: neq; enim ſcirẽ *1. Retract.*
me velle, ſi quid ſit voluntas ipſa neſcirẽ. Definitur itaq; *cap.15.*
iſto modo, Voluntas eſt animi motus, cogente nullo ad
aliquid, vel nõ amittendum, vel adipiſcendũ. Cur ergo *Voluntas*
ita tunc definire non poſſem? An erat difficile videre *quid ſit.*
inuitũ volenti eſſe cõtrarium, ita vt contrariũ ſiniſtrum *15.q.1.ca.1.*
dextero eſſe dicimus, non vt nigrũ albo? Nam eadẽ res *2. ſent. diſt.*
ſimul & nigra & alba eſſe nõ poteſt: duorũ autẽ in me- *41.c. Illius*
dio quiſq; poſitus, ad alterũ ſiniſter eſt, ad alterũ dexter: *etiã. Et 26.*
ſimul quidẽ vtrunq; vnus homo poteſt, ſed ſimul vtrũq; *ca. Volũtatẽ*
vnum hominẽ nullo modo poteſt. Ita inuitus & volẽs *ipſam. Et*
ſimul eſſe quidẽ vnus animus poteſt, ſed vnum atq; idẽ *35.cap.1.*
nolle ſimul vt velle non poteſt. Cum enim quiſq; inui-
tus aliquid facit, ſi eũ roges vtrũ id facere velit, nolle ſe
dicet: itẽ ſi roges vtrũ id velit nõ facere, velle reſpõdet.
Ita inuitum ad faciendũ, ad non faciendũ autẽ volentẽ
reperies: id eſt enim vnũ animũ vno tẽpore habentem
vtrunq;, ſed aliud atq; aliud ad ſingula referentem. Cur
hæc dico? Quia ſi rurſum quæramus quã ob cauſam id
inuitus faciat, cogi ſe dicet. Nã & omnis inuitus faciens
cogitur, & omnis qui cogitur ſi facit, nõ niſi inuit⁹ facit.
Reſtat vt volens à cogẽte ſit liber, etiã ſi ſe quiſpiã cogi L
putet. Et hoc enim modo omnis qui volens facit nõ co
gitur, & omnis qui nõ cogitur, aut volens facit, aut non
facit: hæc cum in omnibus hominibus, quos interroga-
re nõ abſurde poſſumus, à puero vſq; ad ſenem, à ludo
literario vſq; ad ſolum ſapientis natura ipſa proclamet,
cur ergo non viderẽ tunc in definitione voluntatis po
nendum eſſe, cogente nullo, quod nunc quaſi experien
tia maiore cautiſſimus poſui? At ſi hoc vbiq; manifeſtũ
eſt, & nõ doctrina ſed natura omnibus promptũ: quid
reſtat quod videatur obſcurũ, niſi forte vllũ lateat, ali-
quid nos velle cum volumus, & ad hoc moueri animũ
noſtrũ, idq; aut habere nos aut nõ habere: & ſi habere-
mus retinere velle, ſi non haberemus acquirere? Quare
aut non amittere, aut adipiſci aliquid vult omnis qui
vult. Quamobrem ſi omnia iſta luce clariora ſunt, ſicuti
ſunt, neq; meæ tantũ, ſed noticiæ generis humani veri-
tatis ipſius liberalitate donata, cur illo etiã tempore di-
cere nõ poſſem, voluntas eſt motus animi cogẽte nul-
lo ad aliquid, vel non amittendum, vel adipiſcendum? M
Dicet aliquis, Et hoc te aduerſum Manichæos quid *Quid ſit pec-*
adiuuaret? Expecta, ſine prius etiam peccatum definia- *catum.*
mus, quod ſine voluntate eſſe nõ poſſe omnis mens a- *Caput XI.*
pud ſe diuinitus conſcriptum legit. Ergo peccatum eſt
voluntas retinendi vel conſequendi quod iuſticia ve-
tat, & vnde liberum eſt abſtinere, quanquam ſi liberum
non ſit, nõ eſt voluntas. Sed malui groſſius quàm ſcru-
pulosius definire eam rẽ. Nec hi libri obſcuri mihi ſcru *1. Retrac.*
tandi erant vnde diſcerem, neminẽ vituperatione ſup- *cap.15.*
pliciòve dignum, qui aut id velit quod iuſticia velle *2. ſent. diſt.*
non prohibet, aut id non faciat quod facere non po- *35. cap. 2.*
teſt. Nónne iſta cantent & in montibus paſtores, & in
theatris poëtæ, & indocti in circulis, & docti in biblio-
thecis, & magiſtri in ſcholis, & antiſtites in ſacris locis,
& in orbe terrarum genus humanum? Quòd ſine mo
vituperatione vel damnatione dignus eſt, aut non con
tra vetitũ iuſticiæ faciens, aut quod non poteſt non fa-
ciens, omne autem peccatum vel vituperandum eſt vel
damnandũ, quis dubitet tunc eſſe peccatũ, cum & velle
iniuſtum eſt, & liberum nolle: & ideo definitionẽ illam
& veram, & ad intelligẽdum eſſe facillimã, & non mo-
do nunc, ſed tunc quoq; à me potuiſſe dici, Peccatũ eſt
voluntas retinendi vel conſequẽdi quod iuſticia vetat,
& vnde

A & vnde liberum eſt abſtinere. Age nunc videamus
quid nos hæc adiuuarent. Primum omniũ, vt nihil am-
plius deſiderarem: totã cauſam quippe finirẽt. Nã quiſ-
quis ſecreta cõſcientiæ ſuę legesq́; diuinas penitus natu
ræ inditas apud animũ, int⁹ vbi expreſſiores certioresq́;
ſunt, cõſulens, has duas definitiones voluntatis atq́; pec
cati veras eſſe cõcedit, totã Manichæorũ hæreſim pau-
ciſſimis & breuiſſimis, ſed planè inuictiſſimis ratiuncu
lis ſine vlla cunctatione condẽnat. Quod ſic cõſiderari
poteſt, Duo animarũ genera eſſe dicunt, Vnum bonũ,
quod ita ex deo ſit, vt nõ ex aliqua materia, vel ex nihi-
lo ab eo factum, ſed de ipſa eius omnino ſubſtãtia pars
quædã proceſſiſſe dicatur: Alterum autẽ malum, quod
nulla prorſus ex parte ad deũ pertinere credunt credẽ-
dumq́; cõmendãt. Et ideo illud ſummũ bonũ, hoc vero
ſummũ malum eſſe prædicãt: atq́; iſta duo genera fuiſſe
aliquãdo diſcreta, nunc eſſe cõmixta. Genus quidẽ cõ-
mixtionis huius, & cauſam nondum audierã, ſed tamẽ
iam quærere cœperã, vtrum illud malum genus anima-
rum antequã bono miſceretur, habuiſſet aliquã volun-
tatẽ. Si enim nõ habebat, ſine peccato atq́; innocẽs erat,
& ideo nullo modo malum. Si autẽ ideo malum, quia
licet eſſet ſine voluntate, tanquã ignis: tamẽ ſi bonũ at-
tigiſſet, violaret atq́; corrumperet, quantum eſt nefas, &
B naturã mali tantum valere ad cõmutandam vllam dei
partẽ, & ſummum illud bonũ corruptibile & violabile
credere? Quod ſi volũtas inerat, profectò inerat cogen
te nullo motu animi ad aliquid, vel nõ amittẽdum, vel
adipiſcendũ. Hoc autẽ aliquid, aut bonum erat, aut bo-
num putabatur, Non enim aliter appeti poſſet. Sed in
ſummo malo ante cõmixtionem quam prædicant, nul
lum vnquã bonum fuit. Vnde igitur ibi vel ſcientia vel
opinio boni eſſe potuit? An nihil volebãt quod apud ſe
eſſet, atq́; illud bonũ verum, quod extrà erat, appetebãt?
Iſta vero præclara & magna laude prædicãda volũtas
eſt, qua ſummũ appetitur & verum bonũ. Vnde igitur
in ſummo malo motus animi tanta laude digniſſimus?
An ſtudio nocendi appetebant? Primò eodẽ reuoluitur
ratio. Qui enim nocere vult, bono aliquo vult priuare
alium propter aliquod bonum ſuum. Erat igitur in eis
vel ſciẽtia boni, vel opinio, quæ in ſummo malo nullo
modo eſſe debebat. Deinde bonum illud extra ſe poſi-
C tum, cui nocere ſtudebant, vtrũ omnino vnde eſſet co-
gnouerant? Si intellexerant, quid tali mẽte præclarius?
An quicquã eſt aliud, quo magnis laboribus omnis bo
norum porrigatur intentio, niſi vt ſummũ illud & ſyn-
cerum bonum intelligatur? Quod ergo nunc vix pau-
cis bonis iuſtisq́; conceditur, id tunc illud merum ma-
lum nullo bono adiuuante iã poterat? Si autem illæ ani
mæ corpora gerebant, & id oculis viderãt, quæ linguæ,
quæ pectora, quæ ingenia laudandis iſtis oculis prædi-
candisq́; ſufficiũt, quibus vix poſſunt mentes iuſtorum
adæquari, quanta bona inuenimus in ſummo malo? Si
enim videre deum malum eſt, non eſt bonum deus: bo-
num eſt autem deus: bonum eſt igitur deum videre, &
neſcio quid huic tanto bono cõparari queat. Porrò ꝙ
videre bonũ eſt, vnde fieri poteſt vt poſſe videre ſit ma
lum? Quapropter quicquid vel in illis oculis, vel in iſtis
mentibus fecit, vt ab his poſſit videri diuina ſubſtãtia,
magnum & ineffabili laude digniſſimum bonum fecit.
Si autem nõ factum, ſed ipſum per ſe tale ac ſempiter-
num erat, difficile hoc malo quicquam melius inueni-
tur. Poſtremo vt nihil horum laudandorum habeãt il-
læ animæ, quæ illorũ rationibus habere coguntur, quæ-
rerem, vtrum aliquas an nullas animas deus damnet. Si
nullas, nullum meritorum iudicium eſt, nulla prouiden D
tia: & caſu potius quàm ratione mũdus adminiſtratur,
vel potius non adminiſtratur: non enim adminiſtra-
tio caſibus danda eſt. Hoc autem ſi omnibus qualibet
religione deuinctis credere nefas eſt, reſtat vt aut ſit a-
liquarum animarum damnatio, aut nulla peccata ſint.
Sed ſi nulla peccata ſunt, etiam nullum bonum. Quod
iſti ſi dixerint, hæreſim ſuã vno ictu interficiunt. Con-
uenit igitur mihi cum illis animas aliquas diuina lege
iudicióque damnari. At hæ ſi bonæ ſunt, quæ illa iuſti-
cia eſt? Si malæ, natura, an voluntate? Sed natura eſſe
malæ animæ nullo modo queunt. Vnde hoc docemus?
De ſuperioribus definitionibus voluntatis atque pecca
ti. Quia dicere animas, & eſſe malas, & nihil peccare,
plenum eſt dementiæ: dicere autem peccare ſine volun
tate, magnum deliramentum eſt: & peccati reum teneri
quenquam, quia non fecit quod facere non potuit, ſum-
mæ iniquitatis eſt, & inſaniæ. Quam obrem illæ animæ
quicquid faciunt, ſi natura nõ voluntate faciunt: id eſt,
ſi libero ad faciendum & ad non faciendum motu ani-
mi carent: ſi denique his abſtinendi ab opere ſuo pote-
ſtas nulla conceditur, peccato earum teneri non poſſu-
mus. At omnes fatemur & malas animas iuſte: & eas
quæ non peccauerunt, iniuſte damnari. Fatentur igitur
eas malas eſſe, quæ peccant: illæ autem, ſicut ratio do- E
cuit, nõ peccant. Animarum ergo malarum genus ne-
ſcio quod extra illud, quod à Manichæis inducitur,
nullum eſt. Nunc bonum illud genus videamus, quod
rurſus ita laudant, vt ipſam dei ſubſtantiam dicant eſſe.
Quanto autem melius eſt, vt ſuum ordinem meritúm-
que quiſque cognoſcat, nec ita ſacrilega ſuperbia ven-
tiletur: vt cum ſe totiens commutari ſentiat, ſummi il-
lius boni, quod incommutabile pia ratio profitetur &
docet, credat eſſe ſubſtantiam. Ecce enim, cum manife
ſtum ſit non peccare animas in eo quòd nõ ſunt tales,
quales eſſe non poſſunt. Vnde conſtat iam neſcio quas
illas inducticias nullo modo peccare, & propterea illas
non eſſe omnino: relinquitur, vt quoniam concedunt
eſſe peccata, non inueniant quibus ea tribuant, niſi bo-
no generi animarum & ſubſtantiæ dei. Maximè autem
vrgentur authoritate Chriſtiana: nunquam enim nega-
uerunt dari veniã peccatorum, cum fuerit ad deũ quiſ-
que conuerſus: nunquam dixerunt, vt alia multa, quod F
ſcripturis diuinis hoc quiſpiam corruptor inſeruerit.
Quibus ergo peccata donantur? Si alieni generis illis
malis, poſſunt & bonæ fieri, poſſunt dei regnum poſſi-
dere cum Chriſto. Quod iſti quia negant, nec habent
alterum genus, niſi earum, quas de ſubſtantia dei eſſe
perhibent, reſtat vt non ſolum etiam ipſas, ſed ipſas ſo-
las peccare fateantur. Ego autem nihil pugno, ne ſolæ
peccent: peccant tamen, etenim mali commixtione co
guntur. Si ita coguntur vt reſiſtendi poteſtas nulla ſit,
non peccant: ſi eſt in poteſtate ſua reſiſtere, & propria
voluntate conſentiunt, cur tanta bona in ſummo ma-
lo? Cur hoc malum in ſummo bono per doctrinam il-
lorum cogimur inuenire, niſi quia neque illud malum
eſt, quod ſuſpicione inducunt, neque hoc ſummum bo
num quod ſuperſtitione peruertunt? At ſi de duo-
bus iſtis generibus animarũ delirare illos & errare do-
cuiſſem, aut certe ipſe didiciſſem quod remanere non
poterat, cur mihi iam de vlla re audiendi aut conſu-
lendi viderentur? An vt diſcerem hinc oſtendi anima-
rum duo eſſe genera, quòd in deliberando nunc in ma
lam partem, nunc in bonam mutat aſſenſio? Cur non
magis hoc ſignum eſt vnius animæ, quæ libera illa vo-

De malis ac bonis animabus. Caput XII.

Error Manichæorũ de duabus animabus.

1. Retrac. cap. 15.

Rurſus conſutat Manichæos.

1. Retra. 15.

2. ſẽt. di. 28. c. Similiter.

1. Retrac. cap. 15.

2. ſent. diſt. 27. c. Si igitur gratia.

Vera de animabus opinio. Cap. XIII.

luntate

G luntate huc & illuc ferri, hinc atque hinc referri poteſt?
Nam mihi cum accidit, vnum me eſſe ſentio vtrunque
conſiderantẽ, alterutrum eligentem, ſed plerunq; illud
libet, hoc decet, quorũ nos in medio poſiti fluctuamus:
Nec mirũ, Ita enim nunc cõſtituti ſumus, vt & per car-
nem voluptate affici, & per ſpiritũ honeſtate poſſimus,
quare non duas animas hinc fateri cogor. Poſſumus e-
nim melius & multò expeditius intelligere duo genera
rerum bonarũ, quorum tamẽ neutrum ab authore deo
ſit alienũ, vnam animã ex diuerſis efficere partibus, infe
riore ac ſuperiore, vel quod recte ita dici poteſt, exte-
riore atq; interiore, Ita ſunt duo genera quæ ſenſibiliũ
& intelligibilium nomine pauloante tractauimus, quæ
carnalia & ſpiritalia libentius & familiarius nos voca-
mus. Sed factum eſt nobis difficile à carnalibus abſtine-
re, cũ panis veriſſimus noſter ſpiritalis ſit. Cum labore
nanq; nunc edimus panem, Neq; enim nullo in ſuppli-
cio ſumus peccato tranſgreſſionis mortales ex immor-
talibus facti. Id eo contingit, vt cũ ad meliora conanti-
bus nobis conſuetudo facta cũ carne, & peccata noſtra
H quodã modo militare contra nos, & difficultatẽ nobis
facere cœperint, nonnulli ſtulti aliud genus animarum
quod nõ ſit ex deo, ſuperſtitione obtuſiſſima ſuſpicẽtur.
Quanquã etiam ſi eis concedatur inferiore alio gene-
re animarũ nos illici ad turpia, nõ inde conficiunt, aut
illas naturas malas eſſe, aut iſtas ſummũ bonum. Fieri e-
nim poteſt vt proprio illæ voluntate appetendo quod
non licebat, hoc eſt peccando ex bonis factæ ſint malæ,
rurſusq; fieri bonæ poſſint, ſed ſic vt quãdiu manent in
peccato, ad ſeſe alias occulta quadã ſuaſione traducãt.
Deinde vt omnino malæ non ſint, ſed in ſuo genere
quamuis inferiore opus propriũ ſine vllo peccato exer-
ceãt: iſtæ autẽ ſuperiores quibus actionẽ longe præſtan
tiorẽ rerum moderatrix iuſticia ſumma tribuerit, ſi il-
las inferiores ſequi & imitari voluerint, peccãdo fiunt
malæ, nõ quia malas, ſed quia malæ imitãtur. Ab illis e-
nim agitur proprium, ab iſtis appetitur alienũ: vnde illę
in ſuo gradu manent, iſtæ ad inferiora merguntur, Ve-
** al. ferina ſectantur. Pulchre nanque.* lut cum homines formã ſectantur*, pulchre nanq; ince
dit quadrupedans equus, at ſi hoc homo pedibus ma-
nibusq; imitetur, quis eum vel palearũ cibo dignum pu
tet? Recte igitur plerunq; improbamus imitantẽ, cum
eum quẽ imitatur probemus. Improbamus autem, non
quia nõ ſit aſſecutus, ſed quia omnino aſſequi voluit. In
I equo enim probamus illud, cui quantum præponimus
hominem, tantum offendimur quòd inferiora ſectatur.
Quid inter ipſos homines? In emittenda voce nónne
quod præco bene facit, etiã ſi clarius ac melius id faciat
ſenator inſanus eſt? Cœleſtia ſuſpice, hicens luna lauda-
tur, ſuoq; curſu atq; vicibus bene conſiderantibus ſatis
placet: tamen ſi eam ſol velit imitari, fingamus enim eũ
poſſe habere huiuſmodi voluntates, cui nõ ſumme ac
iure diſpliceat? Ex quibus illud eſt, quod intelligi volo,
1. Retrac. cap. 15. Etiã ſi ſunt animæ, quod interim incertũ eſt, corporeis
officiis non peccato ſed natura deditæ, noſq; quanquã
ſint inferiores, aliqua tamen inferiore vicinitate cõtin-
gant, non illas ideo malas habere oportere, quia & nos
quum eas ſequimur & corporea diligimus mali ſumus.
1. Retrac. cap. 15. Propterea enim corporea diligẽdo peccamus, quia ſpi-
ritalia diligere & iuſticia iubemur & natura poſſumus,
& tunc in noſtro genere optimi & beatiſſimi ſumus.
Quamobrẽ quid habeat argumẽti æſtuans in vtranque
partem deliberatio, modo in peccatum prona, modo
in recte factũ ſubuecta: vt duo animarũ genera, quorum
alterius natura ex deo ſit, alterius nõ ſit, cogamur acci-
pere, cũ alias tot cauſas alternantes cogitationes conii- K
cere liceat. Sed hæc obſcura eſſe, & incaſſum ab animis
lippientibus quæri, quiſquis bonus rerum exiſtimator
eſt, videt. Quare illa potius, quæ de voluntate atque pec
cato dicta ſunt, illa inquam, quæ ſumma iuſticia eſt, ne-
minem ratione vtentem ignorare permittit: illa, quæ ſi
auferãtur nobis, nihil aliud eſt vnde diſciplina virtutis
inchoëtur, nihil vnde à viciorum mole ſurgatur, etiam
atq; etiã cõſiderata, ſatis clare ac dilucide Manichæo-
rũ hæreſim falſam eſſe conuincunt. Horũ ſimile eſt, *De pœnitentia. Cap. XIIII.*
quod de pœnitẽdo nunc dicam: nã vt inter omnes ſa-
nos cõſtat, & quod ipſi Manichæi nõ ſolum fatentur,
ſed & præcipiunt, vtile eſt pœnitere peccati. Quid ego
nunc in hãc rem diuinarũ ſcripturarũ teſtimonia, quæ
vſquequaq; diffuſa ſunt, colligã? Vox eſt etiã iſta natu-
ræ, Neminẽ ſtultũ rei huius noticia deſeruit. Hoc nobis
niſi etiã penitus inſitũ eſſet, periremus. Poteſt aliquis di
cere, nõ ſe peccare: non autẽ ſibi eſſe ſi peccauerit pœni-
tẽdum, nulla barbaries hoc dicere audebit. Quæ cũ ita
ſint, quæro ex duobus illis generibus animarũ, cuius ſit L
pœnitere peccati? Scio quidem neq; illius eſſe poſſe, qui
male facere: neq; illius qui bene facere nõ poteſt: quare
& eorũ verbis vtar, ſi animã tenebrarũ peccati pœnitet,
non eſt de ſubſtantia ſummi mali: ſi animam lucis, non
eſt de ſubſtantia ſummi boni. Pœnitendi enim affectio
illa, quæ prodit male feciſſe pœnitẽtem, & bene facere
potuiſſe teſtatur. Quo modo igitur nihil ex me mali eſt,
ſi ego perperam feci? Aut quo modo me recte pœnitet,
ſi ego nõ feci? Audi partẽ alterã, Quo modo ex me ni-
hil boni eſt, cui bona voluntas ineſt? Aut quo modo me
recte pœnitet, ſi nõ ineſt? Quamobrẽ aut negent iſti eſſe
pœnitendi magnã vtilitatẽ, vt nõ ſolũ à Chriſtiano no
mine, ſed ab omni etiã vel imaginaria ratione pellan-
tur: aut animarũ illa duo genera, vnũ ex quo nihil mali,
alterum ex quo nihil boni ſit, diſcere atq; docere iã de-
ſinant: quod ſi faciant, Manichæi eſſe vtiq; iam deſinẽt:
nam tota illa ſecta iſta bicipiti, vel potius præcipiti ani-
marũ varietate fulcitur. Ac mihi quidẽ ſatis eſt ſic ſcire,
quòd Manichæi errent: vt ſcio pœnitendũ eſſe peccati:
& tamen ſi nunc amicorũ meorum aliquẽ, qui vſq; ad-
huc illos audiendos putat, cõpellem iure amiciciæ, &
ei dicã, ſcis ne vtile eſſe cum quiſq; peccauerit pœnite-
re? ſine dubitatione ſe ſcire iurabit. Si ergo te fecero ita
ſcire falſam eſſe Manichęorum hæreſim, deſiderabiſne M
amplius? Quid amplius eſſe poſſet in hac re deſideran-
dũ, reſpondeat, Bene quidẽ hucuſq;. Sed cum oſtẽdere
cœpero certas neceſſariasq; rationes, quæ illã propoſi-
tionẽ adamãtinis, vt dicitur, catenis innexæ cõſequun-
tur, remq; totam ad concluſionẽ, qua illa vertitur ſecta,
perduxero, negabit ſe forſitan ſcire vtilitatem illã pœ-
nitẽdi: quam nemo doctus, nemo indoctus ignorat, &
potuiſſe †* ſcire cõtendet: cum dubitamus & delibera- *†* aliàs, potius ſe.*
mus duas in nobis animas, patrocinia propria ſingulis
quæſtionis partibus adhibere. O conſuetudo peccati,
ô comes pœna peccati, vos me tunc à rerũ tam manife
ſtarũ cõſideratione auertiſtis: ſed non ſentienti noceba
tis, nunc in familiariſſimis meis ſimiliter non ſentien-
tibus me iam vulneratis, torquetiſque ſentientem.

Attendite iſta quæſo chariſſimi, veſtra ingenia bene *Orat pro amicis, quos habuit erroris ſocios.*
noui. Si mihi nũc vos qualiſcũq; hominis mentẽ ratio-
nẽq; cõceditis, multo certiora ſunt, quàm quę ibi vel vi
debamur diſcere, vel magis credere cogebamur. Deus
magne, deus omnipotẽs, deus ſummę bonitatis, quẽ in- *Caput XV.*
uiolabilẽ atq; incõmutabilem credi atq; intelligi fas eſt, *1. Retrac.*
trina vnitas, quam catholica eccleſia colit, ſupplex oro *cap. 15.*
expertus

A expertus in me miſericordiam tuam, ne bomines, cum
quibus mihi à puericia in hominum victu fuit ſumma
cũſenſio, in tuo cultu à me diſſentire permittas. Video
maxime expectari boc loco, quo modo etiã catbolicas
ſcripturas à Manicbæis accuſatas vel tũc defenderem,
ſi vt dico, cautus eſſem: vel nũc defendi poſſe demon-
ſtrem. Sed in aliis voluminibus deus adiuuabit propoſi-
tum meum: nam huius iam, quantum arbitror, immo-
derata * parci ſibi poſtulat longitudo.

*alias, moderata.

FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS Epiſcopi, contra Fortunatum quendam Manichæorũ presbyterum, Liber.

QVinto calendas Septembris Ar-
B cadio Auguſto bis, & Rufino vi
ris clariſsimis cõſulibus, actis ba
bita eſt diſputatio aduerſus For-
tuoatũ Manichæorũ presbyterũ
in vrbe Hipponenſiũ regioourn
io balneis Soſsij ſub præſeotia
populi. AVGVSTINVS di-
xit, Ego iam errorẽ puto, quam antea veritatẽ putabam,
vtrũ recte exiſtimem, à te præſente audire cupio. In pri-
mis ſummum errorẽ puto omnipotentem deũ, in quo
vna nobis ſpes eſt, ex aliqua parte violabilem aut cor-
ruptibilem, aut coinquinabilem credere. Hoc veſtram
hęreſim affirmare ſcio, nõ quidem iis verbis, quibus nũc
vſus ſum. Nam & vos interrogati confitemioi deũ eſſe
incorruptibilem & omnino inuiolabilẽ & incoĩnqui-
nabilem. Sed cum cœperitis cætera exponere, cogimini
eum corruptibilem, penetrabilem, & coinquinabilem
profiteri. Dicitis enim aliã neſcio quam gentẽ tenebra-
rum aduerſus dei regnũ rebellaſſe. Deum autem omni-
potentẽ, cum videret quanta labes & vaſtitas immine-
ret regnis ſuis, niſi aliquid aduerſæ genti opponeret &
ei reſiſteret, miſiſſe hanc virtutem, de cuius cõmixtione
C cum malo & tenebrarum gente mundus ſit fabricatus.
Hinc eſſe ꝙ hic animæ bonæ laborant, ſeruiunt, errant,
corrumpuntur: vt neceſſarium haberent liberatorẽ, qui
eas ab errore purgaret, & à cõmixtione ſolueret, & à ſer
uitute liberaret. Hoc ego nefas puto credere, deũ omni-
potentẽ aliquã aduerſam gentẽ timuiſſe, aut neceſſita-
tẽ eſſe paſſum, vt nos in ærumnas præcipitaret. FOR-
TVNATVS dixit, Quia te mediũ fuiſſe noſtrũ ſcio,
id eſt, inter Manichæos adminiſtraſſe, iſta ſunt princi-
palia fidei noſtræ. De conuerſatione hic agitur, de qui-
bus falſis criminibus pulſamur. Ex te ergo præſentes au
diãt boni viri, vtrũ ſint vera ſuper quibus criminamur
& appetimur, an ſint falſa. Etenim ex tua doctrina, & ex
tua expoſitione & oſtenſione poterunt verius ſcire no-
ſtrã conuerſationẽ, ſi à te fuerit prodita. Interfuiſti ora-
tioni? AVG. Interfui, Sed alia quæſtio eſt de fide, alia
de moribus, Ego de fide propoſui, ſed ſi illi qui aſſunt,
vt dicis, maluot audire de moribus, nec ipſam quæſtio-
nẽ defugio. FOR. Purgare me prius volo penes con-
ſcientiam veſtrã, penes quam polluimur, ex idonei viri
teſtimonio, qui mihi & nunc idoneus eſt, & in futura iu
ſti iudicis Chriſti examinatione, ſi ea quæ iactantur vi-
dit in nobis, vel cõſecutus eſt. AVG. Ad aliud vocas,

cum ego de fide propoſuerim. De moribus autẽ veſtris D
pleoe ſcire poſſunt, qui electi veſtri ſunt, Noſtis autẽ me
nõ electũ veſtrũ, ſed auditorẽ fuiſſe. Itaq; quãuis & ora- *De vtilitate*
tioni veſtræ interfuerim, vt interrogaſti, vtrũ ſeparatim *credẽdi, ca.*
vobiſcũ habeatis aliquã orationẽ, deus ſolus poteſt noſ- *1. & 2.*
ſe & vos. Ego tamen in oratione in qua interfui, nihil
turpe fieri vidi, ſed ſolũ contra fidẽ animaduerti, quam
poſtea didici & probaui, ꝙ cõtra ſolẽ facitis orationẽ.
Præter hoc in illa oratione veſtra nihil noui comperi.
Quiſquis autẽ vobis opponit quęſtionẽ aliquã de mori
bus, electis veſtris opponat. Quid autẽ inter vos agatis
qui electi eſtis, ego ſcire nõ poſſum. Nam & euchariſtiã
audiui à vobis ſæpe ꝙ accipiatis: tẽpus autẽ accipiendi
cũ me lateret, quid accipiatis, vnde noſſe potui? Itaq; ſer
ua ſi placet quæſtionem de moribus, vt inter electos ve-
ſtros diſcutiatis, ſi diſcuti poteſt. Mihi fides data eſt à vo
bis quã hodie improbo. De ipſa propoſui, Ad propoſi-
tũ meum mihi reſpõdeatur. FOR. Et noſtra profeſſio
ipſa eſt, ꝙ incorruptibilis ſit de⁹, quòd lucidus, ꝙ inadi-
bilis, intenibilis, impaſſibilis, quòd æternã luce & pro-
priam habitet: ꝙ nihil ex ſeſe corruptibile proferat, nec
tenebras, nec dæmones, nec Satanã, nec aliquid aduer- E
ſum in regno eius reperiri poſsit. Sui autẽ ſimilem ſal-
uatorẽ direxiſſe, verbum natũ à cõſtitutione mundi cũ
mundũ fabricaret, poſt mũdi fabricã inter homines ve
niſſe: dignas ſibi animas elegiſſe ſanctæ ſuæ voluntati,
mãdatis ſuis cœleſtibus ſanctificatas, fide ac ratione im
butas cœleſtiũ rerũ, ipſo ductore: hinc iterum eaſdẽ ani
mas ad regnũ dei reuerſuras eſſe, ſecundũ ſanctã ipſius
pollicitationẽ qui dixit, Ego ſum via, veritas, & ianua.
Et, Nemo poteſt ad patrẽ peruenire niſi per me. His re- *Ioan. 14.*
bus nos credimus, quia aliæ ſunt animæ: id eſt, alio me-
diante nõ poterunt ad regnũ dei reuerti, niſi per ipſum
repererint veritatẽ, viam, & ianuã. Ipſe enim dixit, Qui
me vidit, vidit & patrẽ meum. Et, Qui in me crediderit,
mortẽ nõ guſtabit in ęternũ, ſed tranſitũ faciet de mor- *Ioã. 5. & 8.*
te ad vitã, & in iudicium non veniet. His rebus credi-
mus, & hæc ratio fidei noſtræ, & pro viribus animi no-
ſtri mãdatis eius obtemperare, vnã fidem ſectantes, hu-
ius trinitatis patris & filij & ſpiritus ſancti. AVG. Has F
animas quas de morte ad vitã per Chriſtum venire fa-
temini, quæ cauſa præcipitauit in mortẽ? FOR. Hinc
iam dignare proſequi & contraire. Si nihil præter deũ?
AVG. Immo tu dignare reſpondere id quod interro
garis, has animas quæ cauſa morti dederit. FOR. Im-
mo tu dignare dicere, vtrũ aliquid ſit pręter deũ, an om
nia in deo ſint. AVG. Illud ego reſpondere poſſum
quod me dominus noſſe voluit, deum neceſsitatẽ nul-
lam pati poſſe, neq; ex aliqua parte violari atq; corrum-
pi. Quod cum tu quoque fatearis, quæro qua neceſsitate
huc miſerit animas, quas dicis per Chriſtum redire?
FOR. Quod tu dixiſti, quia hucuſque tibi deus reue-
lauit, quòd incorruptibilis ſit, & mihi ratio quærenda
eſt, quemadmodum animæ & ob quã cauſam iſtum in
mundum venerint, vt merito nũc eas per vnigenitum
filium ſuum, ac ſui ſimilem de hoc mundo liberaret, ſi
nihil præter ipſum. AVG. Non debemus fruſtrare tã-
tos qui præſentes ſunt, & de quæſtione propoſita ire ad
aliud. Si confitemur ambo, ſi nobis concedimus eſſe
incorruptibilem & inuiolabilem deum & nihil pati po
tuiſſe: ex quo eſt conſequens vt falſa ſit hæreſis veſtra,
quæ dicit deum, cum videret imminere vaſtitatem ac
labem regnis ſuis, miſiſſe virtutem quæ cum tenebra-
rum gente pugnaret, & ex ea cõmixtione hinc noſtras
animas liberaret. Breuis eſt ego ratio mea, & quantum

G exiſtimo lucis pleniſſima. Si deus nihil pati potuit à gēte tenebrarū, quia inuiolabilis eſt, ſine cauſa huc nos miſit, vt nos hic ærumnas patiamur. Si autem aliquid pati potuit, non eſt inuiolabilis, & decipitis eos, quibus dicitis eſſe inuiolabilem deum. Hoc enim veſtra hæreſis negat cū cætera exponitis. FOR. Hoc ſentimus quod

Philip. 2. nos inſtruit beatus Apoſtolus Paulus, qui dicit, Hoc ſentite in vobis quod & in Chriſto Ieſu, Qui cum in forma dei eſſet conſtitutus, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens: in ſimilitudinem hominum factus eſt, & habitu inuentus vt homo: humiliauit ſemetipſum, & factus eſt ſubditus vſque ad mortem. Hoc ergo ſentimus de nobis quod & de Chriſto, qui cū in forma dei eſſet conſtitutus, factus eſt ſubditus vſque ad mortem, vt ſimilitudinem animarum noſtrarum oſtenderet. Et quemadmodum in ſe mortis ſimilitudinem oſtēdit, Et ſe à patre eſſe medio mortuorum reſuſcitatum: eo modo ſentimus & de animabus noſtris futurum, quod per ipſum poterimus de hac morte liberari: quæ aut aliena eſt à deo, aut ſi propria eſt dei, & miſericordia eius ceſ-

H ſat, & liberatoris nomen, & opera liberantis. AVG. Ego quæro quemadmodum in mortem venerimus, & tu dicis quemadmodū de morte liberemur. FOR. Ita Apoſtolus dixit quo modo ſentire debeamus de animabus noſtris, quod Chriſtus nobis oſtēdit, Si fuit Chriſtus in paſſione & morte, & nos: ſi voluntate patris deſcendit in paſſionem & mortem, & nos. AVG. Notum eſt omnibus catholicam fidem ita ſe habere, quòd dominus noſter: id eſt, virtus & ſapientia dei, & verbū per quod facta ſunt omnia, & ſine quo factum eſt nihil, ad liberationem noſtram hominē ſuſcepit. In ipſo homine quem ſuſcepit demonſtrauit illa quæ dicis. Nos autē nunc de ipſius dei & ineffabilis maieſtatis ſubſtantia quærimus, vtrū ei aliquid nocere poſſit, an non poſſit. Si enim poteſt ei aliquid nocere, nō eſt inuiolabilis. Si nō poteſt ei aliquid nocere, quid ei factura erat gens tenebrarum, contra quam dicitis bellum geſtum eſſe à deo ante conſtitutionē mundi, in quo bello nos, id eſt, animas quas modo indigere liberatore manifeſtum eſt, cōmixtas eſſe omni malo, & morti implicitas aſſeritis?

I Redeo enim ad iſtud breuiſſimū, Si poterat ei nocere, non eſt inuiolabilis: Si non poterat, crudeliter huc nos

alias, dei. miſit, vt iſta patiamur. FOR. Anima deus*† eſt, an nō? AVG. Si iuſtum eſt vt non interrogatis meis reſpondeatur, & ego interroger, reſpōdebo. FOR. Si in proprio agit anima? Hoc à te quæro. AVG. Ego quidem quod interrogaſti dicā, tantum illud memineris, te noluiſſe reſpondere interrogatis meis, me autē tuis reſpōdere. Si quæris vtrum à deo deſcenderit anima, magna quidē quæſtio eſt. Sed ſiue à deo deſcēdit, ſiue nō, illud de anima reſpondeo, nō eſſe deum, aliud eſſe deū, aliud animam. Deum eſſe inuiolabilem, incorruptibilem, & impenetrabilem, & incoinquinabilem, & qui ex nulla parte corrūpi poſſit, & cui nulla ex parte noceri poteſt. Animam vero videmus & peccatricē eſſe, & in ærumna verſari, & veritatem quærere, & liberatore indigere. Hæc mutatio animæ oſtendit mihi, quòd anima nō ſit deus, nam ſi anima ſubſtantia dei eſt, ſubſtantia dei errat, ſubſtantia dei corrumpitur, ſubſtantia dei violatur, ſubſtantia dei decipitur, quod nefas eſt dicere. FOR. Ergo negaſti animā ex deo eſſe, quandiu peccatis & vitiis & mundanis rebus deſeruit & errore ducitur, quòd fieri non poteſt, vt aut deus hoc patiatur, aut ſubſtantia eius. Eſt enim deus incorruptibilis, & ſubſtātia eius immaculata eſt & ſancta. Hic vero quæritur à nobis, vtrū K

anima ex deo ſit, nec ne? Quod nos fatemur & oſtēdimus, ex Saluatoris aduentu, ex ipſius ſancta prędicatione, ex ipſius lectione, dum animabus miſeretur, & ſecūdum eius arbitrium anima veniſſe dicitur, vt eādem de morte liberaret, & perduceret eam ad æternā gloriam, & reſtitueret patri. Quid vero de anima tuipſe dicis aut ſperas, vtrum ſit à deo, nec ne: ſubſtantiam dei, ex qua negas eſſe animam, nullis paſſionibus poſſe ſubiacere? AVG. Animam ſic negaui eſſe ſubſtantiā dei, vt negem illam eſſe deū, ſed tamen ex deo authore eſſe, quia facta eſt à deo. Aliud eſt qui fecit, aliud quod fecit. Qui *Li. 83. Quæſtio. q. 2.* fecit, corruptibilis eſſe omnino nō poteſt: quod autem fecit, omnino nō poteſt ęquale eſſe illi qui fecit. FOR. Nec ego dixi animam eſſe ſimilem deo. Sed quia dixiſti facturam1* eſſe animam, & nihil præter deum, quæro vnde nā deus animæ ſubantiam adinuenit? AVG. *1* aliàs, factitiam.* Tantū memento me reſpondere ad ea quæ interrogas: te autem ad ea quæ interrogo non reſpondere. Animā *1. Retrac. cap. 16.* dico eſſe factā à deo, vt cætera omnia quæ à deo facta ſunt, & inter illa quæ deus omnipotens fecit principalem locum datū eſſe animæ. Si autem quæris, vnde deus L animam fecit, memento me confiteri tecum, eſſe deum omnipotentem. Omnipotens autē non eſt, qui quærit adiuuari aliqua materia vnde faciat quod velit. Ex quo eſt conſequens, vt ſecundum fidem noſtrā omnia quæ deus fecit, per verbum & ſapientiam ſuam de nihilo fecerit. Sic enim legimus, Ipſe iuſsit & facta ſunt, ipſe mā- *Pſal. 33.* dauit, & conſtituta ſunt. FOR. Et iuſſione conſtant vniuerſa? AVG. Ita credo, ſed vniuerſa quæ facta ſunt. FOR. Facta conſonant, ſed quia inconuenientia ſibi ſunt, ac per hoc ergo conſtat nō eſſe vnam ſubſtantiam, licet ex vnius iuſſione eadem ad compoſitionem mundi huius & faciem venerint. Cæterum rebus ipſis patet, quia nihil ſimile tenebræ & lux, nihil ſimile veritas & mendacium, nihil ſimile mors & vita, nihil ſimile anima & corpus, & cætera iis ſimilia, quæ & nominibus & ſpeciebus diſtant ab inuicem. Et meritò dixiſſe dominum noſtrum, Arbor quam non plantauit pater *Matth. 15.* meus cœleſtis, eradicabitur, & in ignem mittetur, quia non affert fructus bonos, & eſſe arborem radicandam. M Hinc vere cōſtat ex ratione rerum, quòd duæ ſunt ſubſtantiæ in hoc mūdo, quæ ſpeciebus & nominibus conſtant, quarum eſt vna corporis, alia vero æterna patris omnipotentis, quam eſſe credimus. AVG. Contraria iſta quæ te mouent vt aduerſa ſentiamus, propter peccatum noſtrum, id eſt, propter peccatum hominū contigerunt. Nam omnia deus & bona fecit & bene ordinauit, peccatū autem nō fecit: & hoc ſolum quod dicitur malum, eſt voluntarium noſtrū peccatum: & aliud genus mali, quod eſt pœna peccati. Cum ergo duo ſint genera malorum, peccatū & pœna peccati: peccatū ad deum non pertinet, pœna peccati ad vindicē pertinet. Etenim vt bonus eſt deus qui omnia cōſtituit: ſic iuſtus eſt vt vindicet in peccatum. Cum ergo omnia optime ſint ordinata quę videntur nobis nūc aduerſa eſſe, merito cōtingit hominis lapſi, qui legē dei ſeruare noluit. Animæ enim rationali quæ eſt in homine, dedit deus liberū arbitrium. Sic enim poſſet habere merita, ſi voluntate, nō neceſsitate boni eſſemus. Cū ergo oporteat nō neceſsitate, ſed volūtate bonū eſſe, oportebat vt deus animæ daret liberum arbitrium. Huic autem animæ obtemperanti legibus ſuis, omnia ſubiecit ſine aduerſitate, vt ei cætera quæ deus condidit ſeruirent, ſi & ipſa deo ſeruire voluiſſet. Si autem ipſa noluiſſet ſeruire deo, ea

quæ

A quæ illi ſeruiebant, in pœnã eius cõuerterentur. Quare ſi recte omnia à deo ordinata ſunt, & bona ſunt, & de⁹ non patitur malũ. FOR. Non patitur, ſed deus malũ præuenit. AVG. A quo nihil paſſurus erat? FOR. Hoc meũ eſt quia præuenire voluit, & non temere, ſed virtute & præſcientia. Cæterũ nega malum præter deũ eſſe, cum per præcepta oſtendit, quæ ſunt alia quæ præter voluntatẽ ipſius fiunt? Præceptũ non intercedit, niſi vbi eſt & contrarietas: libera facultas viuendi nõ datur, niſi vbi eſt lapſus, ſecũdum Apoſtoli rationẽ, qui dicit, *Ephe.2.* Et vos cum eſſetis mortui delictis & peccatis veſtris, in quibus aliquando ambulaſtis, ſecundũ magiſterium huius mũdi, ſecundum principẽ poteſtatis aëris huius ſpiritus, qui nunc operatur in filiis diffidentiæ, in quibus & nos & omnes aliquãdo conuerſati ſumus in deſideriis carnis noſtræ, facientes voluntates cõſiliorum carnis, & eramus naturaliter filij iræ ſicut & cæteri. Deus autẽ qui diues eſt in omni miſericordia, miſertus eſt nobis. Et cũ mortui eſſemus in peccatis, cõuiuificauit nos in Chriſto, cuius gratia eſtis ſalui facti, ſimul & ſuſcitauit, & cũ eo collocauit in cœleſtibus cũ Chriſto Ieſu, vt

B oſtenderet in ſeculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos in Chriſto Ieſu. Gratia enim eſtis ſaluati per fidẽ, & hoc non ex vobis, dei enim donũ eſt, non ex operibus, vt ne quis glorietur, Ipſius enim ſumus factura creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit deus vt in illis ambulemus. Propter quod memores eſtote, ꝙ aliquãdo vos eratis gẽtes in carne, qui dicebamini præputiũ, ab ea quæ dicitur circũciſio in carne manufacta, quia eratis illo tẽpore ſine Chriſto, alienati à conuerſatione Iſraël, & hoſpites teſtamentorũ, promiſſionis ſpem nõ habentes, & ſine deo in hoc mundo. Nunc autẽ in Chriſto Ieſu vos qui aliquãdo eratis longe, facti eſtis prope in ſanguine Chriſti. Ipſe enim eſt pax noſtra qui fecit vtraq; vnum, & mediũ parietem maceriæ ſoluens inimicicias in carne ſua, legẽ mandatorũ decretis euacuans, vt duos condat in ſemetipſum in vnũ nouum hominẽ, faciens pacẽ, vt recõciliet ambos in vno corpore deo, per crucẽ, interficiens inimicicias in ſemetipſo. Et veniens euangelizauit pacẽ vobis qui longe, & pacem iis qui prope.

C Quoniam per ipſum habemus vtriq; in vno ſpiritu acceſſum ad patrẽ. AVG. Iſta Apoſtoli lectio quam recitare voluiſti, ſi non fallor, pro mea plurimũ & contra tuam fidem facit. Primo quia ipſum liberum arbitrium, quo ego dixi fieri vt anima peccet, ſatis hic expreſſum eſt cum peccata nominauit, & cum reconciliationẽ noſtram dixit fieri cum deo per Ieſum Chriſtum. Peccando enim auerſi eramus à deo: tenẽdo autem præcepta Chriſti reconciliamur deo: vt qui peccatis mortui eramus ſeruãtes præcepta eius viuificemur, & pacẽ habeamus cũ illo in vno ſpiritu, à quo alienati eramus, nõ ſeruãtes mãdata eius: ſicuti de homine qui primus eſt cõſtitutus in fide noſtra prædicatur. Ergo nũc quæro abs te ſecundum eam lectionẽ quæ lecta eſt, quo modo habeamus peccata, ſi natura contraria nos cogit facere quod facimus? Qui enim cogitur neceſſitate aliquid facere, non peccat. Qui autem peccat, libero arbitrio peccat. [Nihil mali fecit, qui nihil ſua volũtate fecit.] Quare ſit nobis pœnitentia imperata, ſi nos nihil mali fecimus, ſed gens tenebrarũ? Quæro item, Indulgentia peccatorũ cui detur, nobis, an genti tenebrarum? Sed ſi genti tenebrarum dator indulgentia peccatorũ, regnabit & ipſa cum deo, accipiens indulgentiam peccatorum. Si autem nobis datus indulgentia peccatorũ, manifeſtum eſt quia volũtate peccauimus. Satis enim ſtultũ eſt ignoſcere ei qui nihil mali fecit. Nihil autem mali fecit, qui nihil ſua voluntate fecit. Hodie ergo anima pollicente ſibi deo indulgentiam peccatorũ & reconciliationem, ſi peccare deſtiterit, & de peccatis pœnitentiam geſſerit; reſpondeat ſecundum fidem veſtram & dicat, Quid enim peccaui? quid cõmerui? quid me expuliſti de regnis tuis, vt cõtra neſcio quam gentem pugnarem? Depreſſa ſum, permixta ſum, corrupta ſum, defecta ſum, non eſt mihi ſeruatũ liberum arbitrium, tu noſti neceſſitatem qua preſſa ſum, Cur mihi imputas vulnera quæ ſuſcepi? Quare me cogis ad pœnitentiam, cum tu ſis cauſa vulnerum meorũ, cum tu ſcias quæ paſſa ſum gentẽ tenebrarum in me feciſſe te authore, qui violari nõ poteras, & tamen volens cauere regnis tuis, quibus nihil noceri poſſit, me in miſerias pręcipitaſti? Si recte ergo pars tua ego ſum quę de viſceribus tuis proceſſi, ſi de regno tuo & de ore tuo, in hac gente tenebrarum aliquid pati nõ debui, vt me incorrupta illa ſubiiceretur, ſi pars erã domini: nunc autem cum illa temperari non poſſit niſi

D (see above)

E mea corruptione, quo modo aut pars tua dicor, aut tu inuiolabilis manes, aut non es crudelis, qui me pati voluiſti pro his regnis, quibus nihil noceri poterat ab illa gẽte tenebrarum? Ad hoc reſponde, ſi placet, & dignare mihi etiã illud exponere, quo modo dictum eſt à Paulo Apoſtolo, Eramus naturaliter filij iræ. Quo modo dicis naturaliter animã filiam eſſe dei & portionem dei?

FOR. Si ſecundum animã dixiſſet Apoſtolus, quòd ſimus naturaliter filij iræ, alienata eſſet anima ore Apoſtoli à deo. Et hoc modo tu ratione oſtendis, ꝙ anima non ſit dei; qua naturaliter, inquit Apoſtolus, ſumus irę filij. Si vero ſecundum quòd lege tenebatur idem Apoſtolus ex ſemine Abrahæ, vt ipſe cõteſtatur, deſcendẽs, *Ephe.2:* conſtat eum corporaliter dixiſſe nos fuiſſe filios iræ ſicut & cæteros. Animæ vero ſubſtantiam oſtendit quòd ſit ex deo, & animam aliter non poſſe reconciliari deo, niſi per magiſtrũ, qui eſt Chriſtus Ieſus. Interfecta enim inimicicia, videbatur anima indigna extitiſſe deo. Sed quia miſſa eſt, hoc confitemur, à deo tamen omnipotẽte, & originem trahens, & miſſa ad ipſius voluntatem conſignandam. Quemadmodum & ſaluatorem Chriſtum credimus de cœlo veniſſe, voluntatem patris cõ-

F plere. Quæ voluntas patris hæc erat, animas noſtras de eadem inimicicia liberare, interfecta eadẽ inimicicia. Quæ ſi aduerſa deo non fuiſſet, nec inimicicia vocaretur vbi erat vnitas, nec interfectio diceretur aut fieret vbi vita erat. AVG. Memẽto quòd Apoſtolus dixerit, conuerſatione nos alienatos à deo eſſe. FOR. Trado ego duas ſubſtãtias fuiſſe, In lucis ſubſtantia haberi deũ, vt ſuperius diximus, incorruptibilẽ: fuiſſe vero contrariam naturã tenebrarum, eam quam virtute dei vinci hodie quoque confiteor, & ad meum regreſſum Saluatorem eſſe Chriſtum emiſſum, vt ante idem Apoſtolus ait. AVG. Rationibus vt diſcuteremus duarum naturarum fidem, impoſitum eſt ab iis qui nos audiunt: Sed quoniam ad ſcripturas iterum confugiſti, ad eas ego deſcendo, ac nihil prætermittendum eſſe poſtulo, ne quibuſdam capitibus vtentes, nebulas afferamus eis, quibus notæ ſcripturæ non ſunt. A capite igitur quod habet Apoſtolus in epiſtola ſua ad Romanos cõſideremus. In prima enim pagina eſt quod vehementer cõtra vos eſt. Dixit enim, Paulus ſeruus Chriſti Ieſu, vocatus *Roma.1.* Apoſtolus, ſeparatus in Euangelium dei, quod ante promiſerat per Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis, de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum

G carnem,qui prædeſtinatus eſt filius dei in virtute ſecun
dum ſpiritũ ſanctificationis ex reſurrectione mortuo-
rum Ieſu Chriſti domini noſtri. Videmus Apoſtolũ de
domino noſtro nos docere, vt & virtute dei ante car-
nem prædeſtinatus fuerit, & ſecundum carnẽ factus ſit
ei ex ſemine Dauid. Hoc vos cum ſemper negaueritis
& negetis,quo modo ſcripturas flagitatis,vt ſecundum
Ioan.3. eas potius diſſeramus? FOR. Secundum carnẽ aſſe-
ritis ex ſemine Dauid, cum prædicetur ex virgine eſſe
natus,& filius dei magnificetur. Fieri enim non poteſt,
niſi vt quod de ſpiritu eſt,ſpiritus habeatur: & quod de
carne eſt,caro intelligatur. Contra quod eſt ipſa autho-
ritas Euangelij qua dicitur,ꝙ caro & ſanguis regnũ dei
1.Corin.15. non poſſidebunt,neq; corruptio incorruptelam poſſi-
debit. Hic ſtrepitus factus eſt à confidentibus qui ratio-
nibus potius agi volebant,quia videbant eum non om
nia quæ in Apoſtoli codice ſcripta ſunt velle accipere.
Deinde paſſim ſermocinatio ab omnibꝰ haberi cœpit,
quouſq; dicere ſermonem dei ligatũ eſſe in gente tene-
brarum. Quod cũ exhorruiſſent qui aderant,diſceſſum
eſt. Poſtera die adhibito iterum notario, res acta ſic
Diſputatio ſecunda. eſt. FOR. Quòd nihil mali ex ſe proferat deus omni-
H potens,& quòd quæ ſua ſunt incorrupta maneant,vno
ex fonte inuiolabili orta & genita. Cætera vero quæ in
hoc mundo verſantur contraria, non ex deo manate,
nec principi deo paruiſſe in hoc ſeculo,id eſt, ꝙ nõ ex
ipſo originem trahant. Hæc ergo in fide ſuſcepimus,ꝙ
aliena ſint mala à deo. AVG. Et noſtra fides hæc eſt,
quòd malorũ genitor non ſit deus,neq; vllam naturam
fecerit malam. Sed cum vterq; noſtrum conſentiat in-
corruptibilem deum & incoinquinabilem, prudẽtium
eſt æſtimare & fideliũ, quæ ſit fides purior, & maieſta-
te dei dignior. Illa vbi aſſeritur,vel virtus dei, vel pars
aliqua dei,vel ſermo dei poſſe cõmutari,violari,corrũ-
pi,ligari. An ea vbi dicitur & omnipotentem deum &
omnem ipſius naturã & ſubſtantiam nulla parte vnquã
poſſe corrumpi, ſed mala eſſe voluntario peccato ani-
mæ,cui dedit deus liberum arbitrium. Quod liberũ ar-
bitrium,ſi non dediſſet deus,iudicium puniendi nullũ
iuſtum eſſe poſſet,nec meritum recte faciẽdi, nec præ-
ceptum diuinũ,vt ageretur pœnitentia de peccatis: nec
ipſa indulgentia peccatorum,quam nobis deus per do-
minum noſtrũ Ieſum Chriſtum donauit. Quia qui nõ
voluntate peccant, non peccant. Hoc arbitror omni-
I bus apertum eſſe atq; perſpicuum. Quapropter nõ nos
mouere debet,ſi aliqua in iis quæ deus fecit moleſta pa
timur pro meritis noſtris. Sicut enim ille bonus eſt vt
conſtitueret omnia, ſic iuſtus eſt vt peccatis nõ parcat.
Quæ peccata vt dixi,niſi libera voluntas eſſet in nobis,
peccata non eſſent. Si quis enim verbi cauſa ligaretur
ab aliquo cæteris membris,& de manu eius falſum ſcri
beretur ſine eius propria voluntate,quæro ſi hoc iudici
pateſieret,poſſit hunc hominem falſitatis crimine con-
demnare? Quare ſi manifeſtum eſt, peccatum non eſſe
vbi non eſt liberum voluntatis arbitrium,volo audire,
anima,quam dicitis aut partẽ, aut virtutem,aut ſermo-
nem,aut aliud quodlibet dei,quid mali fecerit,vt à deo
puniatur, aut pœnitentiã agat peccati, aut veniam me-
reatur,cum nihil ipſa peccauerit. FOR. De ſubſtan-
tiis propoſui, quòd bonorũ deus tantummodo crea-
tor,vltor vero malorũ habeatur, eo quòd mala ex ipſo
nõ ſint. Merito ergo hoc ſentio,& vlciſci deum mala,
quia ex ipſo non ſunt. Cæterum ſi ex ipſo eſſent,aut da-
ret licẽtiam peccandi, ꝙ dicis liberum arbitriũ dediſſe
deum,cõſenſor iam inueniebatur delicti mei, eo ꝙ au-
thor delicti mei eſſet: aut ignorans quid futurus eſſem, K
delinqueret, quẽ ipſe non ſe dignũ inſtitueret. Hoc er-
go propoſitũ eſt à me, & quod interrogo nunc, vtrum
deus mala inſtituerit, nec ne: & vtrum ipſe finem ma-
lorũ inſtituerit. Etenim quæ ab ipſo diximus facta eſſe,
vti opifice deo, vti ab ipſo creata & genita incorrupti-
bilia haberi,his rebus apparet,& fides Euãgelica docet.
Hæc ego & propoſui quæ ſunt credulitatis noſtræ, &
quæ à te poſſunt in iſta profeſſione noſtra firmari, ita
tamen vt non deſit authoritas fidei Chriſtianæ. Et quia
nullo genere recte me credere oſtẽdere poſſum,niſi eã-
dem fidem ſcripturarũ authoritate firmauerim, idẽ er-
go eſt quod inſinuaui, quod dixi. Aut ſi mala authore
deo in mundum prouenerunt,hoc ipſe dicere dignare.
Aut ſi recte creditur mala ex deo nõ eſſe, hoc etiã præ-
ſentium contemplatio proſequi debet & ſuſcipere. De
ſubſtãtiis dixi, non de peccato quod in nobis verſatur.
Si enim originem non haberet quod cogitamus deli-
cta facere, nõ cogeremur ad peccatũ venire,vel ad de-
lictum. Nam quia inuiti peccamus,& cogimur à cõtra-
ria & inimica nobis ſubſtantia, idcirco ſequimur ſcien
tiam rerum. Qua ſcientia admonita anima & memo-
riæ priſtinę reddita,recognoſcit ex quo originẽ trahat,
in quo malo verſetur,quibus bonis iterum emẽdans ꝙ
nolens peccauit,poſſit per emendationẽ delictorũ ſuo- L
rum bonorũ operum gratia, meritũ ſibi recõciliationis
apud deũ collocare, authore Saluatore noſtro qui nos
docet & bona exercere,& mala fugere. Propoſitum eſt
enim nobis, quòd non ab aliqua contraria natura, ſed
ſua ſponte homo aut iuſticiæ ſeruiat,aut peccatis ſe ob-
noxium faciat: cum nulla exiſtente cõtraria gente,ſi ſo-
la verſatur anima in corpore cõſtituta,cui deus vt dicis
liberum arbitrium dedit,ſine peccato eſſet,nec peccatis
ſe obnoxium faceret. AVG. Ego dico peccatum non *1.Retrat.*
eſſe ſi non propria voluntate peccetur: hinc eſſe & præ- *cap.16.*
mium,quia propria voluntate recta facimus. Aut ſi pœ-
nam meretur qui peccat inuitus, debet & præmiũ me-
reri qui bene facit inuitus. Quis autem dubitet non de-
ferri præmium, niſi ei qui bona voluntate aliquid fece-
rit? Ex quo intelligimus & pœnam inferri ei,qui volun-
tate mala aliquid fecerit. Sed quoniã me ad priores na
turas & ſubſtantias reuocas,fides mea eſt,omnipotentẽ
deum,quod maxime animaduertendũ eſt & animo fi- M
gendum, bonũ, iuſtum,feciſſe bona: ſed ea quæ ab illo
facta ſunt,non poſſunt eſſe talia,qualis eſt ipſe qui fecit.
Iniuſtum eſt enim & ſtultum credere, quòd opera pa-
ria ſint artifici & condita conditori. Quapropter ſi pia
fides eſt, vt omnia bona deus fecerit,quibus tamen ipſe
eſt multo excellentior longeq; præſtantior, origo & ca
put mali eſt peccatum,ſicut Apoſtolus dixit, Radix om *1.Timo.6.*
nium malorum eſt cupiditas: quam quidem ſequentes
naufragauerunt à fide,& inſeruerunt ſe doloribus mul-
tis. Si enim radicem omnium malorum quæris, habes
Apoſtolum dicentem radicem omnium malorum eſſe
cupiditatem, Radicem radicis quærere nõ poſſum. At ſi
eſt aliud malum,cuius radix non eſt cupiditas,non erit
omnium malorum radix cupiditas. Si autem verum eſt
omniũ malorum radicẽ eſſe cupiditatem, fruſtra aliud
aliquod mali genus quærimus. Tua vero natura cõtra-
ria quã inducis, quoniã iam reſpõdi obiectis tuis, quæ-
ro vt tu mihi dicere digneris,ſi illa natura contraria eſt
totum malum, neque peccatum poteſt eſſe niſi ex illa,
pœnam ipſa ſola debet mereri, non anima à qua non
eſt peccatum. Aut ſi dicis ipſam ſolam mereri pœnam,
& animam non mereri, quæro cui data ſit pœnitentia,
quæ

A quæ ſit iuſſa pœnitere? Si anima iuſſa eſt pœnitere, ab illa peccatum, & ipſa voluntate peccauit. Nam ſi cogitur anima facere malum, neque illa eſt quæ malum facit, nónne ſtultum eſt & plenũ dementiæ vt gens tenebrarum peccauerit, & me pœniteat de peccatis? Nõne plenum dementiæ eſt, vt gens tenebrarum peccauerit, & mibi detur indulgẽtia peccatorum, qui poſſum dicere ſecundum fidem veſtram, quid feci, quid cõmiſi? Apud te fui, integer fui, nulla labe cõtaminatus fui: tu me huc miſiſti, tu neceſsitatẽ paſſus es, tu cauiſti regnis tuis, cũ magna eis labes & vaſtitas immineret. Cum ergo noueris neceſsitatem qua hic oppreſſus ſum, qua reſpirare non potui, cui reſiſtere nõ potui, quid me accuſas quaſi peccantem? aut quid promittis indulgentiam peccatorum? Ad hoc ſine ambagibus reſponde ſi placet, ſicut ego tibi ſine ambagibus reſpondi. FOR. Hoc nos dicim⁹, quòd à cõtraria natura anima cogatur delinquere: cui nõ vis eſſe radicem, niſi boc tantum, quòd in nobis malum verſatur, cum cõſtet exceptis noſtris corporibus mala in omni mundo verſari: non iſta quæ in corporibus ſolum habemus in toto mundo verſantur,
B & in omnibus vniuerſaliter mala radix hæret. Nam dixit dignatio tua quòd hęc ſit radix malorum, cupiditas quæ in noſtris corporibus verſatur: cum quando nõ eſt cupiditas mali ex noſtris corporibus, ex principali illi contraria natura verſatur in toto mũdo. Apoſtolus etenim nominauit id radicẽ eſſe malorum cupiditatem, non vnum malum, quam dixiſti radicem omnium malorum. Cupiditas vero nõ vno modo intelligitur, quã dixiſti radicem eſſe omniũ malorum, quaſi quæ in cordibus noſtris ſolum verſetur: cum conſtet hoc quod in nobis verſatur malum ex authore malo deſcendere, & portiunculam eſſe mali hanc radicem quam tu eſſe dicis: vt nõ ſit ipſa radix, ſed ſit portiuncula mali, eius mali quod vbiq; verſatur. Quam radicem & arborem malam dominus noſter appellauit, nunquã fructus bonos
Matt.7. & 15. afferentem, quam non plantauit pater ſuus, ac merito eradicari & in ignem mitti. Nam quòd dicis contrarię naturæ peccatum debere imputari: illa natura mali eſt: & id eſſe peccatum animæ, ſi poſt cõmonitionem Saluatoris noſtri, & ſanam doctrinam eius à contraria & inimica ſui ſtirpe ſe ſegregauerit anima & puriorib⁹ ſe
C adornans anima: aliter non poſſe ſubſtantiæ ſuę reddi.
Ioan.15. Dictum eſt enim, Si non veniſſem, & locutus eis non fuiſſem, peccatum non baberent, Nunc vero quia veni & locutus ſum, & noluerunt mihi credere, veniam de
† al. parti. peccato non habebunt. Vnde patet † recte pœnitẽtiam eſſe datam poſt aduentũ Saluatoris, & poſt hanc ſcientiam rerũ, qua poſsit anima, ac ſi diuino fonte lota, de ſordibus & viciis tam mundi potius quàm corporum, in quibus eadem anima verſatur, regno dei, vnde progreſſa eſt, repræſentari. Nam dictum eſt ab Apoſtolo, ꝙ
Roma.8. prudentia carnis inimica ſit deo: legi enim dei non eſt ſubiecta, nec enim poteſt. Patet ergo his rebus, quòd anima bona factione illius quę legi dei non eſt ſubiecta, peccare videtur nõ ſua ſponte. Nanque idem ſequitur,
Galat.5. quòd caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, vt non quæcũque vultis illa faciatis. Di-
Roma.7. cit iterum, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem
Galat.6. in legem peccati & mortis. Ergo miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hui⁹, niſi gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, per quem mibi mundus crucifixus eſt & ego mundo? AVG. Agnoſco & amplector teſtimonia diuinarum ſcripturarum,

& fidei meæ quemadmodum cõgruant, ſicut deus do- D
nare dignabitur, paucis exponam. Liberũ voluntatis arbitriũ in illo bomine fuiſſe dico, qui primus formatus eſt. Ille ſic factus eſt, vt nihil omnino voluntati eius reſiſteret, ſi vellet dei præcepta ſeruare. Poſtquam autem libera ipſe volũtate peccauit, nos in neceſsitatem præcipitati ſumus, qui ab eius ſtirpe deſcẽdimus. Poteſt autem vnuſquiſque noſtrum medioeri cõſideratione inuenire verum eſſe quod dico. Hodie nanque in noſtris actionibus antequam cõſuetudine aliqua implicemur, liberum habemus arbitriũ faciendi aliquid, vel non faciendi. Cum autem iſta libertate fecerimus aliquid, & facti ipſius tenuerit animam pernicioſa dulcedo & voluptas, eadẽ ipſa ſua cõſuetudine ſic implicatur, vt poſtea vincere non poſsit, quod ſibi ipſa peccãdo fabricata eſt, Videmus multos iurare nolle, ſed quia iã conſuetudinem lingua tenuit, nõ poſſe refrænare, cum ea exeant de ore ipſorum, quæ non poſſumus dicere ad mali ſtirpem nõ pertinere. Vt enim vobiſcum his verbis agam, quæ vtinam ſicut de ore veſtro nõ recedunt, ita & corde intelligantur, per paracletum iuratis. Si ergo vultis experiri verum eſſe quod dico, inſtituite nõ iurare. Vi- E
debitis illam cõſuetudinem ferri quò ſolet: & hoc eſt ꝙ aduerſus animam pugnat cõſuetudo facta in carne. Ipſa eſt nimirum carnis prudentia, quæ quãdiu ita eſt, legi dei ſubiici non poteſt, quandiu prudentia carnis eſt: ſed illuminata anima, deſinit illa eſſe carnis prudentia. Sic enim dictum eſt prudentiam carnis non poſſe legi dei eſſe ſubiectam, quẽadmodum ſi diceretur glacialẽ niuem calidam eſſe non poſſe. Nullo enim pacto quãdiu nix eſt, calida eſſe poteſt. Sed quẽadmodum illa nix calore reſoluitur, & deſinit nix eſſe, vt poſsit caleſcere: ſic illa carnis prudentia, id eſt, conſuetudo facta cũ carne, cum fuerit mens noſtra illuminata, & ad arbitrium diuinæ legis totum hominem ſibi deus ſubiecerit, pro illa conſuetudine animæ mala facit cõſuetudinem bonã. Ex quo illæ duæ arbores, bona arbor & mala arbor quas enumeraſti, veriſsime dictum eſt à domino, quòd fructus ſuos habeãt: id eſt, neque bonam poſſe dare malos fructus, neq; malam bonos quandiu mala eſt. Accipiamus duos homines, bonum bominem & malũ hominem, Quandiu bonus eſt, malos fructus dare nõ poteſt. Quãdiu malus eſt, fructus bonos dare non poteſt.
Sed vt itelligas iſtas duas arbores ſic eſſe à domino po- F
ſitas, vt ibi ſignificaretur liberũ arbitrium, non naturas eſſe iſtas arbores, ſed volũtates noſtras: ipſe ait in Euan-
gelio, Aut facite arborem bonã, aut facite arborem ma *Matt.12.*
lam. Quis eſt qui poſsit facere naturam? Si ergo imperatum eſt nobis vt faciamus arborẽ aut bonam aut malam, noſtrũ eſt eligere quod velimus. De iſto ergo peccato hominis, & de iſta conſuetudine animæ facta in
carne Apoſtolus dicit, Nemo vos ſeducat, Omnis crea- *1.Timo.4.*
tura quę à deo facta eſt, bona eſt. Dicit idem Apoſtolus
quem tu ipſe cõmemoraſti, Sicut per vnius inobediẽ- *Roma.5.*
tiam peccatores conſtituti ſunt multi, ſic & per vnius obedientiam iuſti conſtituentur multi, Quoniam per hominem mors, & per bominem reſurrectio mortuo-
rum. Quandiu ergo portamus imaginem hominis ter- *1.Cor.15.*
reni, id eſt, quãdiu ſecundum carnem viuimus, qui ve-
tus etiam homo nominatur, habemus neceſsitatem cõ- *Ibidem.*
ſuetudinis noſtræ, vt non quod volumus faciamus. Cũ autem gratia dei amorem nobis diuinum inſpirauerit, & nos ſuæ voluntati ſubditos fecerit, quibus dictũ eſt,
Vos in libertatẽ vocati eſtis, & gratia dei liberauit me à *Gala.5.*
lege peccati & mortis: Lex autẽ peccati eſt, vt quicunq;

peccauerit,

G peccauerit, moriatur: ab iſta lege liberamur, cũ iuſti eſſe
Gene.3. cœperimus. Lex mortis eſt qua dictũ eſt homini, Terra
es, & in terrã ibis. Ex ipſa enim homines ſic naſcimur,
quia terra ſumus, & in terrã ibimus propter meritum
peccati primi hominis: propter autem gratiam dei quæ
1. Retract. liberat nos à lege peccati & mortis, ad iuſticiã conuer-
cap.16. ſi liberamur: vt poſtea eadem ipſa caro quæ nos in pœ
nis torſit in peccatis manentes, ſubiiciatur nobis in re-
ſurrectione, & nulla aduerſitate nos quatiat, quo minus
legem dei & diuina præcepta ſeruemus. Vnde quoniã
ego reſpõdi tuis, dignare tu reſpondere illud quod de-
ſidero, quemadmodum fieri poſsit, vt ſi eſt deo natura
contraria, nobis imputetur peccatũ, qui in illã naturam
nõ voluntate, ſed ab ipſo deo, cui noceri nihil poterat,
miſsi ſumus. FOR. Hoc genere quemadmodum &
Matt.10. dominus dixit diſcipulis ſuis, Ecce ego mitto vos ſicut
oues in medio luporum. Hinc ſciendum eſt quòd non
inimica mente Saluator noſter agnos ſuos, id eſt, diſci-
pulos ſuos in medio luporum dirigere voluit, niſi eſſet
aliqua contrarietas, quæ in ſimilitudine luporum eam
deponeret, vbi & diſcipulos ſuos miſerat, vt quæ forte
H medio luporum animæ poſſent decipi, ad propriã ſub-
ſtantiam reuocarentur. Hinc ergo apparet antiquitas
temporum noſtrorum quam repetimus, & animorum
noſtrorum, ante mũdi conſtitutionem hoc more miſ-
ſas eſſe animas contra contrariam naturam, vt eãdem
Solœciſm⁹. ſua paſsione ſubiiciẽtes, victoria deo redderetur. Nam
Ephe.6. dixit idem Apoſtolus, quod non ſolũ eſſet luctatio cõ-
tra carnem & ſanguinem, ſed & contra principes & po
teſtates, & ſpiritalia nequiciæ, & dominationem tene-
brarum. Si ergo vtrobique mala conuerſantur & ne-
quiciæ habentur, iam non ſolum eſt malum in noſtris
corporibus, ſed in toto mundo, vbi videntur verſari a-
nimæ quæ ſub cœlo iſto verſantur & implicatæ ſunt.

AVG. Agnos ſuos dominus noſter in medio lupo-
rum miſit, id eſt, homines iuſtos in medio hominũ pec
catorum, ad prędicationẽ Euangelij tempore hominis
ſuſcepti ab inæſtimabili diuina ſapientia, vt nos ad iu-
ſticiam à peccato vocaret. Quòd autem ait Apoſtolus,
nobis colluctationem nõ eſſe aduerſus carnem & ſan-
guinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, & cætera
quæ ſunt cõmemorata: hoc ſignificat, diabolum & an-
I gelos eius, ſicut etiã nos peccato cecidiſſe & lapſos eſſe,
& obtinuiſſe terrena, id eſt, homines peccatores. Qui
quãdiu peccatores ſumus, ſub iugo eorum ſumus: quẽ-
admodum cum iuſti erimus, erimus ſub iugo iuſticię: &
contra illos luctam habemus, vt migrãtes ad iuſticiam,
ab eorum dominatione liberemur. Ergo & tu dignare
mihi breuiter ad vnũ quod interrogo reſpondere. No
ceri deo nõ poterat, an poterat? Sed quæſo mihi vt nõ
poterat reſpõdeas. FOR. Nõ poterat noceri. AVG.
Quare ergo huc nos miſit ſecundũ veſtrã fidẽ? FOR.
Profeſsio mea hęc eſt, quia nõ poterat noceri deo, & ꝙ
deus huc nos direxit. Sed quia id tibi cõtrarium eſt, tu
dic qua ratione hic apparuit anima, quam nunc cupit
deus noſter, & mãdatis & proprio filio directo libera-
re? AVG. Quoniã video te interrogatis meis reſpon
dere non poſſe, & me aliquid interrogare voluiſſe, ecce
ſatisfacio tibi, dummodo memineris te ad id quod in-
terrogaui nõ reſpondiſſe. Anima quare hic ſit in mun-
do inuoluta miſeriis, non modo ſed paulo antè neſcio
quoties à me dictũ eſt. Peccauit anima, & ideo miſera
eſt, Liberum arbitrium accepit, vſa eſt libero arbitrio,
quemadmodum voluit, lapſa eſt, eiecta de beatitudine,
implicata miſeriis. Ad hoc tibi recitaui teſtimonium
Apoſtoli dicẽtis, Sicut per vnum hominẽ mors, ita per 1.Cor.15.
vnum hominem reſurrectio mortuorum. Quid quæris K
amplius? Vnde tu reſpõde, cui noceri non poterat, qua-
re huc nos miſit? FOR. Cauſa hæc quærenda eſt, cur
huc venerit anima, aut quare eandem deus hinc cupit
liberare, quæ medio malorũ viuit. AVG. Hanc cau-
ſam abs te quæro: id eſt, ſi deo noceri nõ poterat, quare
huc nos miſit? FOR. Quæritur à nobis, ſi deo malũ
nocere nõ poſsit, quare huc anima miſſa fuerit, aut quã
ratione mundo permixta ſit. Quod in eo manifeſtũ eſt
quod ait Apoſtolus, Nunquid dicit figmẽtum ei qui ſe Roma.9.
finxit, cur me ita formaueris? Si ergo cauſanda eſt res
hæc, interrogandus eſt qui animã direxit nulla cogen-
te ſe neceſsitate. Si autem neceſsitas fuit mittendi ani-
mam, merito eſt & voluntas liberandi eam. AVG.
Premitur ergo deus neceſsitate? FOR. Iã hoc eſt, no-
li ad inuidiam excitare id quod dictum eſt, ꝙ non ne-
ceſsitate facimus ſubditum eſſe deum, ſed volũtarie mi
ſiſſe animam. AVG. Recita quod ſupra dictum eſt, &
recitatum eſt. Si autem neceſsitas fuit mittendi animã,
merito eſt & voluntas liberandi eam. AVG. Audiui-
mus. Si autem neceſsitas fuit mittẽdi animam, merito L
eſt & voluntas liberandi eam, Tu autem dixiſti fuiſſe
neceſsitatem mittendi animam. Sed ſi modo volunta
tem vis dicere, & hoc addo, Cui noceri nihil poterat,
crudelis voluntas fuerat mittendi animã ad tantas mi
ſerias. Quod refellendi cauſa quia loquor, veniam peto
ab illius vnius miſericordia, in quo ſpẽ liberationis ha-
bemus ab omnibus erroribus hæreticorũ. FOR. Nos
dicere aſſeueras crudelem eſſe deum mittendo animã:
feciſſe vero deum hominem, & inſufflaſſe in eum ani-
mam, quam vtiq; pro ſua ſcientia animam futuram in-
uolui, & beneficio malorũ non poſſe hæreditati ſuę re-
præſentari: hoc aut ignorantis eſt, aut dantis animã ad
hæc mala quæ ſupra memorata ſunt. Id cõmemoraui
quia dixiſti ante tempus nõ multum, quòd adoptaue-
rit ſibi deus animã, non quòd ab ipſo ſit, aliud eſt enim
adoptare. AVG. De adoptione noſtra memini me
ante dies dixiſſe, ſecundum teſtimonium Apoſtoli qui
dixit nos vocatos in adoptionẽ filiorum. Nõ ergo meũ Roma.8.
fuit illud, ſed Apoſtolicum reſpõſum. De qua re, id eſt,
de iſta adoptione ſuo tempore, ſi placet, inquiramus: &
de illa ſine dilatione reſpõdebo, cum tu meis obiectio-
nibus reſponderis. FOR. Progreſſum fuiſſe animæ M
contra cõtrariam naturam. AVG. Cum natura deo
nihil nocere poterat, quid opus erat iſto progreſſu, vbi
nihil habebat deus quod caueret, cui nocere nihil pote
rat? FOR. Conſtat apud cõſcientiam veſtram, à deo
veniſſe Chriſtum? AVG. Iterum me interrogas? Ad
interrogata reſponde. FOR. Sic accepi in fide, quòd
voluntate dei ipſa huc venerit. AVG. Et ego dico,
Deus omnipotens, inuiolabilis, incommutabilis, cui
noceri nihil poſsit, quare huc animã ad miſerias, ad er-
rorem, ad iſta quæ patimur, miſit? FOR. Dictum eſt Ioan.10.
enim, Poteſtatem habeo ponendi animã meam, & po-
teſtatem accipiendi eam. Non dixit quod volũtate dei
progreſſa eſt anima. AVG. Ego autem cauſam quæ-
ro, quare, cum deo nihil noceri poſsit? FOR. Nihil
noceri deo iam diximus, & in cõtraria natura eſſe ani-
mam diximus, ideo vt contrariæ naturæ modum im-
poneret: Modo impoſito contrariæ naturæ ſumit ean-
dem deus. Ipſe enim dixit, Poteſtatem habeo ponendi
animam meã, & poteſtatem habeo ſumendi eã. [Hanc
pater mihi dedit poteſtatem ponẽdi animã meam, &
ſumẽdi eam.] Deus ergo qui loquebatur in filio, de qua
anima

A anima diceret? Conſtat eſſe animã noſtram quæ in his corporibus habetur, quòd de volũtate venerit, & de voluntata ipſius iterum aſſumatur. AVG. Vnde dixerit dominus noſter, Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo ſumẽdi eam: omnibus notum eſt, quia paſſurus erat & reſurrectur⁹. Ego autẽ abs te iterum atque iterum quæro, ſi deo nihil noceri poterat, cur huc animas miſit? FOR. Naturæ contrariæ modum imponere. AVG. Et omnipotens deus, miſericors & omnium ſummus, vt modũ imponeret contrariæ naturæ, ideo illam moderatã eſſe voluit, vt nos immoderatos efficeret? FOR. Sed ideo ad ſe reuocat.

AVG. Si ad ſe reuocat ab immoderatione, ſi à peccato, ab errore, à miſeria, quid opus erat tãta mala animam pati per tantum tempus donec mundus finiatur: cum deo, à quo eam dicitis miſſam, noceri nihil poſsit?

FOR. Quid ergo dicturus ſum? AVG. Et ego noui non te habere quid dicas, & mecum vos audirem in hac quæſtione nũquam inueniſſe quod dicerem, & inde fuiſſe admonitum diuinitus, vt illum errorem derelinquerem, & ad fidem catholicam me conuerterẽ, vel potius reuocarem ipſius indulgentia, qui me huic falla B ciæ ſemper inhærere non ſinit. Sed ſi cõfiteris non habere te quod reſpõdeas omnibus audiẽtibus & recognoſcẽtibus, quoniam fideles ſunt, catholicam fidem ſi permittunt & volunt, exponam. FOR. Sine præiudicio profeſsionis meæ dixerim, illa quæ à te opponuntur cum retractauero meis cum maioribus, ſi minus reſponderint interrogationi huic meæ, quæ ſimiliter à te nunc mihi offertur, erit in mea contemplatione, quia & ego animam meam cupio certa fide liberari, venire ad huius rei inquiſitionem, quæ à te mihi offertur, & oſtenſurum te polliceris. AVG. Deo gratias.

FINIS.

AD LECTOREM.

IN ſuperiore diſputatione Fortunato tribuebantur quadam verba nihil omnino ſignificantia, nimirum hæc: In toto mundo verſantur & nominibus valens bona, mala radix habet. Quæ nos ex diuinatione reſtituimus hoc pacto, Et in omnibus vniuerſaliter mala radix hæret. Probabile eſt autem ſcribam deceptum fuiſſe ex decurtata ſcriptura. Forte ſcriptum erat vañẽ cum adiectitiis lineis, C *pro quo ſcriba mutanis valens: & hẽt, pro quo habet. Cæterum bona quispiam aſſcripſit, quaſi corrigens quod dixerat Fortunatus, in omnibus hærere radicem mali, quod in omnibus ſint ſemina boni potius quàm mali. Si cui hæc diuinatio non placet, inueniat meliorem.*

DIVI AVRELII
AVGVSTINI HIPPONENSIS
Epiſcopi, contra Adimantum Manichæi diſcipulum Liber vnus.

Oĩa per patrẽ, atq; p filiũ. Ca.I. Gene.1.

DE eo quod ſcriptũ eſt, In principio fecit deus cœlum & terram: vſque ad id quod ſcriptũ eſt, Et factum eſt veſpere & factum eſt mane dies vnus. Hoc capitulum legis aduerſum eſſe Euangelio ſtultiſsimi Manichæi arbitrantur, dicentes in Geneſi ſcriptũ eſſe, quòd deus per ſeip ſum fecerit cœlum & terram & lucem: in Euãgelio autem ſcriptum eſſe per dominũ noſtrum Ieſum D Chriſtum fabricatum eſſe mundum, vbi dictum eſt, Et mundus per ipſum factus eſt, & mundus illũ non cognouit. *Ioan.1.* Tribus enim modis refellũtur: Primo, quia cum dicitur, In principio fecit deus cœlum & terram: trinitatem ipſam Chriſtianus accipit, vbi non ſolum pater, ſed & filius & ſpiritus ſanctus intelligitur. Non enim tres deos, ſed vnum deum credimus, patrem & filium & ſpiritum ſanctum, quamuis pater pater, & filius filius ſit, & ſpiritus ſanctus ſpiritus ſanctus. De qua vnitate trinitatis hoc loco longum eſt diſputare: Deinde, quia vbi dicitur, Dixit deus, fiat, & factum eſt: ibi neceſſe eſt intelligatur per verbum eum feciſſe quod fecit, verbũ autem patris eſt filius. Non ergo repugnat hoc capitulum Geneſeos vbi ſcriptum eſt, Et dixit deus, fiat, & factum eſt: illi loco Euangelij vbi dicitur, Et mundus per eum factus eſt: id eſt, per dominum noſtrum, quia ipſe eſt verbum patris per quod facta ſunt omnia. Poſtremo ſi propterea in Geneſi non intelligitur filius, quia non eſt dictum quòd per filium deus fecerit: nec in Euangelio per filium deus, & aues paſcit, & lilia veſtit, & cætera innumerabilia quæ ipſe dominus dicit deum facere *Matt.6.* patrem, quamuis non dicat quòd ea ea per filium faciat. E Quod autem etiam teſtimonium Apoſtoli adiungunt, quod ait de domino noſtro Ieſu Chriſto, Ipſe eſt primogenitus totius creaturæ, & omnia per ipſum facta *Coloſſ.1.* ſunt in cœlo & in terra, viſibilia & inuiſibilia: & hoc capitulum aduerſum eſſe dicunt Geneſi, vbi deus ita dicitur feciſſe mundum, vt ſpecialiter filius ibi non ſit nominatus, vehemẽter errant: & non vident, ſi ita eſt, ipſum Apoſtolum ſibi eſſe cõtrarium, cum alio loco vnũ dicit, Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia: & *Roma.8.* filium nõ nominat. Quo modo autem hic filius nominatus nõ eſt, intelligitur tamen, ita & in Geneſi. Et quo modo ſibi hæc duo capitula Pauli non aduerſantur, ita nec Geneſis Euangelio. De eo quod ſcriptum eſt, Et cõſummauit deus die ſexto omnia opera ſua quæ fecit, *Sabbata dei & noſtrũ. Ca.II.* & in ſeptimo requieuit ab omnibus operibus eiſdẽ quę fecerat. Huic etiam loco Manichęi calũniam mouent: & dicunt nouo teſtamento aduerſari, quod in Geneſi *Gene.2.* ſcriptum eſt deum ſeptimo die requieuiſſe ab omnibus operibus ſuis quæ fecit, quoniam dominus in Euangelio dicit, Pater meus vſque nunc operatur. Quod nullo *Ioan.5.* modo cõtrarium eſt. Dominus enim Iudæorum refel- F lit errorem, qui putabant deum ſic requieuiſſe die ſeptimo, vt ex illo prorſus nihil operaretur. Requieuit autẽ ab omnibus operibus ſuis quæ fecit, vt iam vltra nõ faceret mundum cũ omnibus quæ in eo ſunt: non tamen vt etiã à mũdi adminiſtratione requieſceret. Nõ enim ſcriptũ eſt, requieuit deus ab omnibus operibus ſuis vt deinceps nõ operaretur, ſed ſcriptum eſt, Requieuit ab omnibus operibus ſuis quæ fecit: vt deinde nõ in faciẽdo mundo, à quo opere poſt perfectionẽ ceſſauerat, ſed in adminiſtrãdo operaretur, in quo opere eum eſſe dominus intimauit. Nec illa requies, quaſi poſt laborẽ deũ pauſam quæſiſſe, ſed ab inſtituendis rerum naturis poſt earum rerum perfectionem ceſſaſſe ſignificat, quamuis vſq; adhuc in adminiſtrandis operetur. Sabbati autem obſeruationes nõ intelligebant Iudæi, qui putabant ab iis etiam operibus, quæ ad ſalutem hominum valent, oportere ceſſari. Vnde illos dominus etiã aliis locis de boue qui in puteum cecidit, & iumento quod ſoluendũ *Luc. 14. & 15.* eſt vt ad aquam ducatur, mirifica comparatione redarguit. Sabbatum autẽ nõ repudiatum, ſed intellectum à Chriſtianis deſtitit quidẽ carnaliter obſeruari, ſed ſpiritaliter

G ritaliter retinetur à ſanctis, qui intelligunt vocem do-
Matt.11. mini vocãtis ad requiem & dicentis, Venite ad me qui
laboratis & ego vos reficiam, Tollite iugũm meum ſu-
per vos, & diſcite à me quia mitis ſum & humilis cor-
de, & inuenietis requiem animabus veſtris, Iugũ enim
meum lene eſt, & ſarcina mea leuis eſt. Hoc ſabbatum,
id eſt, hãc requiem ſcriptura illa ſignificat quam Iudæi
non intelligebãt, & pro temporum diſpenſatione car-
naliter ſequebantur vmbrã, cuius vmbræ quaſi corpus,
id eſt, veritas nobis dãda erat. Sed quemadmodum il-
la requies dei poſt fabricatum mundum inſinuatur, ſic
requiem quæ nobis promittitur, poſt opera quæ in hoc
mundo habemus, ſi iuſta fuerint, conſequemur: ſeptima
ſcilicet eademq; vltima parte ſeculi, de qua lõgum eſt
diſputare. Non ergo dominus reſcindit ſcripturam ve
teris teſtamenti, ſed cogit intelligi: nec ſabbatum ſoluit
vt pereat quod figurabatur, ſed aperit potiꝰ vt appareat
Cõciliat lo- quod tegebatur. De eo quod ſcriptum eſt in Gene-
ca quæ vi- ſi, Et dixit deus, Non eſt bonum ſolum hominem eſſe,
dẽt pugna- faciamus ei adiutorium. Et immiſit deus Adę ſomnum
re. Ca.III. & obdormiuit, & ſumpſit vnã de coſtis eius, ex qua for
Gene.2. mauit Euam quam adduxit ad Adam, & ait, Ideo relin
H quet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuę.
Huic rurſus loco Manichæi calũniantur dicentes con
tra nouum teſtamentũ eſſe iſtam ſententiam, qua deus
ſcribitur & formaſſe mulierẽ & viro cõiunxiſſe: prop-
Matt.19. terea, quia in Euangelio dicit dominus, Omnis qui re-
Lucæ.18. liquerit domum aut vxorem, aut parentes, aut fratres,
†al. ſepties. aut filios propter regnum cœlorum, centies† tãtum ac-
cipiet in hoc tẽpore, & in futuro ſeculo poſsidebit vi-
tam æternam. In qua calumnia miror eos ſic eſſe cęca-
Sapien.2. tos, vel potius non miror, Excæcauit enim illos, ſicut
ſcriptum eſt, malicia eorum. Sed tamen quis nõ videt
tanta in nouo teſtamento præcepta de vxore diligẽda?
Cur enim potius vetus teſtamentum dicunt aduerſari
huic ſententię domini, qua dicit relinquendã eſſe vxo-
rem propter regnũ cœlorum, & non ipſum nouum ſibi
aduerſari? Quod nefas eſt dicere. Intelligenda enim
ſunt, nõ temere accuſanda quæ imperitis videntur eſſe
cõtraria. Nã & dominus interrogatus à Iudæis, vtrum
Mat.19. & Mar.10. ei placeret dato libello repudij dimittere vxorem, Re-
ſpondit eis dicens, Nõ legiſtis, quoniã qui fecit ab ini-
I tio maſculũ & fœminã fecit eos, & dixit, Propter hoc
relinquet homo patrem & matrem, & adhęrebit vxori
ſuæ, & erunt duo in carne vna: itaq; iam non ſunt duo,
ſed vna caro. Quod ergo deus coniunxit in vnum, ho-
mo nõ ſeparet. Dicunt illi, Quid ergo Moyſes manda-
uit dari libellum repudij & dimittere? Dicit illis Ieſus,
Quia ad duriciã cordis veſtri permiſit vobis Moyſes
dimittere vxores veſtras, Ab initio autem non fuit ſic.
Dico autem vobis, Quicũque dimiſerit vxorem ſuam,
niſi ob cauſam fornicationis, facit eã mœchari. Et ipſe
ſi alteram duxerit, adulterium committit. Ecce habent
confirmatam ſentẽtiam veteris teſtamenti ab ipſo do-
mino aduerſus imperitiã Iudæorum. Simul etiã Moyſi
perhibuit teſtimonium, quòd propter duriciam cordis
eorum repudium dari permiſit. Nunquid etiam Euan-
gelium Euangelio dicunt eſſe contrarium? Quòd ſi di-
cunt, hoc capitulũ falſum eſſe & à corruptoribus ſcrip-
turarum eſſe additum: nam hoc ſolent, quãdo non in-
ueniunt quid reſpondeant, dicere, quid ſi alius dicat il-
lud eſſe immiſſum & falſum, quod ipſi proferunt dicẽ-
te domino, Omnis qui reliquerit domũ aut vxorẽ aut
parentes aut filios propter regnum cœlorum: & cętera?
Nõ intelligunt miſeri quemadmodum omnem fidem
Chriſtianam cum iſta dicunt conentur euertere. Fides K
autem vera & Eccleſiæ catholicæ diſciplina vtrũq; ve-
rum & à domino dictum eſſe confirmat, & nullo mo-
do eſſe cõtrarium: quia & coniunctio mariti & vxoris
à domino eſt, & relictio vxoris propter regnũ cœlorum
eſt à domino. Non enim quia ſuſcitauit deus mortuos,
& dedit eis vitam, propterea ipſa vita non eſt relinquẽ
da propter regnum cœlorum. Sic ergo quamuis domi-
nus dederit vxorẽ viro, relinquenda eſt tamen, ſi opus
eſt propter regnũ cœlorum. Nõ enim hoc ſemper ne-
ceſſe eſt, ſicut Apoſtolus dicit, Si quis fidelis habet vxo- *1.Cor.7.*
rem infidelem, & hęc conſentit habitare cum illo, non
dimittat eam. Significat vtique, quòd ſi non conſentit
habitare cum illo, id eſt, ſi execratur in illo fidem Chri-
ſti, & nõ eum patitur, quòd Chriſtianus eſt, relinquen-
da eſt propter regnum cœlorum: ſicut idem Apoſtolus
in ſequẽtibus dicit, Quòd ſi infidelis diſcedit, diſcedat:
non eſt enim ſubiectus ſeruituti frater aut ſoror in hu-
iuſmodi. Si quis ergo relinquit regnum cœlorum, dum
non vult relinquere vxorem non ferentẽ Chriſtianum
virum, improbatur à domino. Et item ſi quis vir relin- L
quit vxorem dato libello repudij, cum cauſa nõ exiſtat
aut fornicationis, aut obtinendi regnũ cœlurum, ſimi-
liter improbatur à domino. Ita nec iſta capitula Euan-
gelica inueniuntur ſibi eſſe contraria, nec Euangelium
veteri teſtamento: quia ibi vxor coniungitur viro, vt ſi-
mul mereantur regnũ cœlorum: & ita vxor relinquen-
da eſſe præcipitur, ſi virũ impediat ad poſsidẽdum re-
gnum cœlorum. Et ideo quando Chriſtianos vtroſque
Apoſtolus monet, id eſt, maritos & vxores, nõne ita di-
citur, Diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit
Eccleſiam, & tradidit ſeipſum pro ea: & mulieres viris
ſuis ſubditæ ſint quaſi domino, quia & Eccleſia ſubdita
eſt Chriſto? Nõne illud quod iſti miſeri irrident in ve-
teri teſtamento, quod ſcriptum eſt, Propterea relinquet *Gene.2.*
homo patrem & matrẽ, & adhærebit vxori ſuæ, & erũt
duo in carne vna: in magno ſacramento idem Apoſto
lus accipit, cum dicit, Sacramentum hoc magnum eſt: *Ephe.5.*
ego autẽ dico in Chriſto & in Eccleſia: Deinde ſubiũ-
git, Veruntamen vnuſquiſq; vxorem ſuam diligat, mu-
lier autem vt timeat virum ſuum? Nõne alio loco eui-
dentiſsime oſtendit vtriuſque ſexus & naturam & cõ-
iunctionem à domino deo cõditore atque ordinatore M
conſiſtere, cum dicit, Veruntamen neq; mulier ſine vi- *1.Cor.11.*
ro, neque vir ſine muliere in domino: Sicut enim mu-
lier ex viro, ita & vir per mulierẽ: omnia autẽ ex deo?
Quod iſti ſi conſiderare vellent, non quibuſdam capi-
tulis ſeparatis, & aduerſus ſeinuicẽ magna fraude col-
latis caliginẽ facerẽt imperitis, ſed omnia tam in vete-
ri quàm in nouo teſtamẽto vno ſancto ſpiritu cõſcrip-
ta & commendata eſſe ſentirent. Nam & in veteri te-
ſtamento habent apud Eſaiam Prophetam quãta pro-
mittantur ſpadonibus, ne in nouo ſolo arbitrentur eſſe
laudatos à domino, vbi dicit eſſe quoſdã, qui ſeipſos ca
ſtrauerunt propter regnũ cœlorum: & addidit, Qui po *Matt.19.*
teſt capere capiat. Nã & Eſaias ita dicit, Hæc dicit do- *Eſa.56.*
minus ſpadonibus eis, qui cuſtodierint præcepta mea,
& elegerint ſibi quæ ego volo, & capaces fuerint teſta-
menti mei, dabo illis in domo mea, & in muro meo lo-
cum nominatiſsimum, meliorem multò filiorum atq;
filiarum: nomen æternum dabo illis, nec vnquam de-
erit. Certis enim quibuſdã vmbris & figuris rerum an- *1.Retract. cap.22.*
te domini aduẽtum ſecundum mirabilem atque ordi-
natiſsimam diſtributionem temporum populus ille te-
nebatur, qui teſtamentũ vetus accepit: tamen in eo tãta
prædicatio

A prædicatio & prenunciatio noui teſtamenti eſt, vt nul-
la in Euangelica atque Apoſtolica diſciplina reperian-
tur: quamuis ardua & diuina præcepta & promiſſa, quæ
illis etiam libris veteribus deſint, ſed ſanctæ ſcripturæ
non temerarios & ſuperbos accuſatores ſed diligentes
Conciliat & pios lectores deſiderãt. De eo quod ſcriptum eſt
alia loca. in Geneſi, Et dixit dominus ad Cain, Quid feciſti? Vox
Cap. IIII. ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra, Nunc ma-
Gene. 4. ledictus eris à facie terræ, quæ abſorbuit & recepit ſan-
guinem fratris tui ex cæde manus tuæ: te enim operari
neceſſe eſt terram, quæ ſteriles tibi fructus dabit. Huic
capitulo Geneſeos, quo maledictionẽ accepit Cain, vt
terræ ſterilitate punirẽtur calumniantes Manichæi, &
Euangelio cootrarium demonſtrare cupientes, non ſa
nè mihi vidẽtur cogitare cum hominibus ſe agere, ſed
ptorſus quaſi pecota forent, qui eos audirẽt, vel eorum
ſcripta legerẽt: ſic abuſi ſunt imperitia eorum, & tardi-
tate ingenij, vel potius animi cæcitate. Quippe dixerũt
huic capitulo illud in Euangelio eſſe cõtrarium, quod
Matt. 6. domin⁹ ait diſcipulis ſuis, Nolite cogitare de craſtino,
nã craſtinus dies ipſe cogitabit ſibi. Reſpicite volatilia
B cœli, quia nõ ſeminant, neque metunt, neque colligunt
in horrea. Quaſi vero Cain parricida diſcipulis cõpa-
rãdus ſit, vt quoniã ille meruit pœnam ſterilitatis ter-
ræ, conſequens eſſet vt eandem ſterilitatem iſti etiam
paterentur, qui dominum Ieſum Chriſtum ſecuti præ-
dicando Euangelio parabãtur. Imò etiam io iſtis duo-
bus capitulis, quorum vnũ de Geneſi, alterum de Euan-
gelio tanquam ſibi inimica poſuerunt, tanta inuenitur
amicicia atq; concordia, vt nulla maior deſiderãda ſit.
Quid enim cõgruentius, quàm vt illum, cuius erat ſce-
lere frater occiſus, etiam in terra laborantem ſterilitas
ſequeretur: illis autem, per quorum miniſterium in præ-
dicaodo dei verbo fratres liberabãtur, etiã de craſtino
minime cogitãtib⁹ fructuoſa terra ſeruiret? Quod ſi in
veteri teſtamento exhorreſcuot maledicto dei terram
ſterilem factam eſſe peccatori: cur nõ in nouo teſtamẽ-
to exhorreſcunt maledicto domini noſtri Ieſu Chriſti
Matt. 21. arborem fici aridam factã, nullo peccato domini ſui?
Item ſi domini ſententia delectantur, quòd diſcipulis
Matt. 6. dicit, ne de craſtino cogitent, quòd de victu eorũ deus
curam gerat: cur non & prophetica ſententia delectã-
Pſal. 54. tur, qua cecinit dicens, Abiice in dominum ſolicitudi-
C nem tuam, & ipſe te paſcet? Vt hoc modo ſi poſsint, mi
ſeri intelligant: & illa quę deteſtãtur in veteri teſtamẽ-
to de deo dicta, vſque adeo recta eſſe, vt etiam in nouo
inueuiantur: & illa quæ in nouo laudant & prędicant,
etiam in veteri reperiri: vnde clareſcat beoe intelligen
Homo qua tibus vtriuſq; teſtamẽti manifeſta concordia. De eo
tenus imago quod ſcriptum eſt in Geneſi, Faciamus hominem ad
dei, aut ſe- imaginem & ſimilitudinem oostram. Hũc locum Ma-
cus. Cap. V. nichæi, quo ſcriptum eſt in Geneſi, hominem factũ eſſe
ad imaginem & ſimilitudinem dei, propterea dicũt oo
uo teſtamento eſſe contrariũ, quia dominus in Euange
Ioan. 8. lio dicit Iudæis, Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria
patris veſtri facere vultis: ille homicida erat ab initio,
& in veritate non ſtetit, quia veritas in eo non eſt. Et
Luca. 3. quod alio loco Iudæi ſerpentium genimina & vipera-
rum appellantur, non intelligunt illud dictum eſſe de
homine antequam peccaret, quòd factus eſt ad imagi-
nem & ſimilitudinem dei, hoc autem quod in Euange
lio eſt, Vos ex patre diabolo eſtis: peccatoribus & infi-
1. Retract. delibus dici. Tribus enim modis in ſcripturis ſanctis
cap. 22. filiorum nomen accipitur. Vno ſecundum naturam,
Gene. 21. quo modo Iſaac filius Abrahæ, vel etiã cæteri Iudęi, qui
ex eadem virgine veniunt. Alio ſecundum doctrinam, *Ioan. 8.*
vt filius eius in ea re quiſq; appelletur, à quo aliquid di- D
dicit: ſicut filios ſuos appellat Apoſtolus, qui ab illo di- *1. Cor. 4.*
dicerunt Euangelium. Tertio ſecundum imitationem,
ſicut filios Abrahæ nos vocat Apoſtolus, qui eius fidem *Galat. 4.*
imitamur. Duobus ergo modis peccatores infideles Iu
dæi, filij diaboli vocantur à domino, vel q ab ipſo im-
pietatem didicerũt, ſicut de ipſo diabolo Apoſtolus di
cit, Qui nunc operatur in filios diffidentiæ: vel q eum *Ephe. 2.*
imitãtur, quod magis pertinet ad id, quod de illo dictũ
eſt, Et in veritate nõ ſtetit: quia & ipſi Iudæi in veritate *Ioan. 8.*
legis, quæ ſibi data eſt, non ſteterunt, eo quòd domino
atteſtante & dicente, Si crederetis moyſi, crederetis & *Ioan. 5.*
mihi: ille enim de me ſcripſit, Secundum eorundẽ pec
catorum venena etiã ſerpentum & viperarum genimi
na vocantur. Ad imaginem autem dei factũ hominem,
non tantum Geneſis, ſed etiam Apoſtolus clamat, cum
dicit, Vir quidem nõ debet velare caput, cum ſit imago *1. Cor. 11.*
& gloria dei, mulier autem gloria viri. Et vt manifeſte
intelligatur non ſecundũ vetuſtatem peccati, quæ cor-
rumpitur, ſed ſecundum ſpiritalem conformationẽ fa-
ctum eſſe hominem ad imaginem dei, idem Apoſtolus E
monet, vt exuti conſuetudine peccatorum: id eſt, veteri
homine, induamur noua vita Chriſti, quem nouum ho
minem appellat. Et vt doceat hoc nos aliquando ami-
ſiſſe, renouationem illam vocat. Nam ita loquitur, Ex-
poliantes vos veterem hominem cum actibus eius, in- *Coloſſ. 3.*
duite nouum, qui renouatur in agnitionem dei ſecun-
dum imaginem eius, qui creauit eũ. Filij ergo dei ſunt
homines renouati ad eius imaginem, & ei ſimiles facti
vſque ad dilectionem inimici. Sicut dominus dicit, di
ligere nos debere inimicos noſtros, vt ſimiles ſimus pa *Matt. 5.*
tri noſtro qui in cœlis eſt. Quod in poteſtate noſtra ab
ipſo deo eſſe poſitum docet ſcriptura, cum dicit, Dedit *Ioan. 1.*
eis poteſtatem filios dei fieri. Filij autem diaboli dicũ-
tur homines, cum imitantur eius impiam ſuperbiam, &
à loce atque celſitudine decidunt ſapientiæ, & nõ cre-
dunt veritati: quales dominus arguit, cum dicit, Vos ex *Ioan. 8.*
patre diabolo eſtis &c. Cui loco Euangelico Propheta
conſonat dicens, Ego dixi dij eſtis, & filij altiſsimi om- *Pſal. 81.*
nes: vos autem vt homines moriemini, & ſicut vnus ex F
principibus cadetis. De eo quod ſcriptũ eſt in Exo- *Parẽtes quo*
do, Honora patrem tuum & matrem tuam. Huic etiam *modo hono*
loco vbi de honorãdis parentibus deus pręcepit, illum *rãdi & cõ-*
Euangelij locum Manichæi dicunt eſſe cõtrarium, vbi *temnendi.*
dominus, cuidam dicenti, Ibo primum vt ſepeliam pa- *Cap. VI.*
trem meũ, reſpondit, Sine vt mortui mortuos ſepeliãt, *Exo. 20.*
tu autem veni & annũcia regnum dei. Quod eodẽ mo- *Luca. 9.*
do ſoluitur quo illud ſuperius vbi de vxore relinquen-
da dictũ eſt, propter regnum cœlorum: quia & parẽtes
honorare debemus, & eos tamẽ propter annunciatio-
nem regni dei nulla impietate contẽnimus. Nã & ſi ve
teri teſtamento contrariũ eſt Euãgelium propter iſtam
ſentẽtiam, incipit etiam Apoſtolo eſſe contrarium, qui *Coloſſ. 3.*
& filios monet vt honorent parentes, & parentes vt di
ligant filios. Non ſolum autem, ſed etiam dominus vi-
debitur ſibi ipſi eſſe contrarius, quod credere nefas eſt,
quia loco alio dicit homini quærenti vitam æternam,
Si vis venire ad vitam, ſerua mandata. In quibus etiam *Matt. 19.*
illud commemorat, Honora patrem & matrem. Qui-
bus mandatis perfectis etiam ad dilectionem dei cre-
ſcitur, in qua eſt tota perfectio, Nam dilectio proximi,
certus gradus eſt ad dilectionẽ dei, Et ideo reſponden
ti quòd omnia mandata illa ſeruauit, dicit vnum ei de-
eſſe, ſi vult eſſe perfectus, vt vẽdat omnia quæ habet &
det pau-

G det pauperibus, & ſequatur eũ. Ex quo manifeſtum eſt,
& honorem parẽtum in gradu ſuo eſſe ſeruandum, &
eos tamẽ in diuini amoris comparatione, præſertim ſi
impedimẽto ſunt, nulla dubitatione oportere contẽni.
Deut.33. Nam & in ſcripturis veteribus habes poſitum, Qui di-
cit patri aut matri, Non noui vos, & qui filios ſuos non
agnoſcit, ipſe autẽ cognouit teſtamẽtum tuum, Ergo ſi
& in nouo teſtamento cõmendatur parẽtum dilectio,
Deus vlor & in veteri cõmendatur parentum contẽptus, ex vtro-
& clemẽs. que capite duo ſibi teſtamenta conſentiunt. De eo
Cap.VII. quod in Exodo ſcriptum eſt, Ego ſum deus zelans, tri-
Exo.20. buens filiis tertiæ & quartæ generationis parentũ pec-
cata qui me oderũt. Huic loco Manichęi illud de Euã-
Matt.5. gelio dicũt eſſe contrariũ quod dominus dicit, Eſtote
benigni ſicut pater veſter cœleſtis, qui ſolem ſuũ oriri
facit ſuper bonos & malos. Et illud aliud quod idem
Matt.18. dominus ait, Non ſolum ſepties peccanti fratri dimit-
tendum, ſed etiam ſeptuagies ſepties. A quibus tamẽ ſi
quæram, vtrum deus non puniat inimicos ſuos, ſine du
bio turbabuntur. Ipſi enim dicunt deum genti tenebra
rum æternũ carcerem præparare, quam dicunt eſſe ini-
H micam deo. Et patum eſt, ſed eum etiam ſua membra
ſimul cum ipſa gente puniturum eſſe non dubitant di-
cere. Sed cum ad capitula veteris & noui teſtamẽti ve-
niunt, vt imperitos decipiant, & ea ſibi aduerſa eſſe cri
minentur, fingũt ſe nimis bonos. Sed dicãt nobis qui-
Matt.25. bus dicturus eſt dominus, Ite in ignẽ æternum qui pręe-
paratus eſt diabolo & angelis eius: ſi omnibus parcit &
neminem dãnat? Quare intelligendum eſt & illud re-
ctum eſſe quod deus retribuit parentũ peccata filiis qui
eum oderũt, Ex eo enim quod addidit, qui me oderũt:
intelligitur eos puniri peccatis parẽtum, qui in eadem
peruerſitate parentum perſeuerare voluerunt. Talis e-
nim nõ ſæuicia, ſed potius iuſticia dei, & ſua iniquitate
Sapien.1. puniuntur, ſicut Propheta ait, Sanctus enim ſpiritus di-
ſciplinæ effugiet fictũ, & auferet ſe à cogitationibꝰ quæ
ſunt ſine intellectu, & corripietur à ſuperueniente ini-
quitate: id eſt, corripietur homo ſuperueniente ſibi ini-
quitate ſua, cũ ab eo receſſerit ſpiritus ſanctus. Et alio lo
Sapien.2. co, Hæc cogitauerunt & errauerunt, excæcauit enim il-
Prouer.5. los malicia eorum. Et alio loco, Criniculis † peccatorũ
†al funi- ſuorum vnuſquiſque cõſtringitur. Quibus teſtimoniis
culis. veteris teſtamenti de nouo cõſentit Apoſtolus dicens,
I Tradidit illos deus in cõcupiſcentias cordis eorũ. Qua
Roma.1. concordia vtriuſq; teſtamenti ſatis oſtenditur non eſſe
ſęuum deum, ſed vnumquenque in ſe ſęuire peccando.
Quod autem in tertiam & quartam ſcriptum eſt gene-
rationem vindictã procedere, non aliud ſignificari ar-
bitror, niſi quod ab ipſo Abrahã, qui pater eſſe incipit
Deut.5. populi Iudæorũ, quatuor ætates ſunt cum iſta quæ nũc
agitur, quas Matthæus Euangeliſta diſtinguit. Vna eſt
Matt.1. ab Abrahã vſq; ad Dauid: alia à Dauid vſque ad tranſ-
migrationem in Babyloniam: tertia à tranſmigratione
in Babyloniam vſque ad domini aduentum: Inde vſq;
ad finem quarta deputatur tantum, quantum ſenectus
ſeculi cæteris ætatibus longior. Quas ætates pro gene-
rationibus poſitas credimus, q̃uis ſingulæ pluribus ge-
nerationibus cõſtent. Et quoniam tertia incipit à trãſ-
migratione Babyloniæ, quando Iudęorũ eſt facta cap-
tiuitas: in quarta vero, id eſt, poſt aduẽtum domini no-
ſtri, gens Iudæorum à ſolo proprio penitus eradicata
eſt: hoc datur intelligi quod dictũ eſt, tertiæ & quartæ
generationis peccata parentum redditurum deum: his
vtiq; legitime atque debite, qui parentum peccata per-
ſeuerantes tenere, quàm dei iuſticiam ſequi maluerunt.

Nã non pertinere patris peccata ad filium iuſte viuen- K
tem, propheta Ezechiel apertiſsime oſtendit. Quod au *Ezech.18.*
tem in Euangelio dicitur, Eſtote benigni quemadmo- *Matt.5.*
dum pater veſter cœleſtis, qui ſolem ſuum oriri facit ſu
per bonos & malos: non eſt veteri teſtamento contra-
rium. Hoc enim facit deus vt inuitet ad pœnitentiam,
ſicut dicit Apoſtolus, Ignoras quia patientia dei ad pœ- *Roma.2.*
nitentiã te inuitat? Nec tamen ideo credẽdum eſt non
puniturum deum eos, qui, vt dicit idem Apoſtolus, the
ſaurizant ſibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudi-
cij dei, qui reddet vnicuiq; ſecundum opera ſua. Nãque
iſtam dei patientiam & bonitatem etiã Propheta præ-
dicat dicens, Parcis autem omnibus, quoniam tua ſunt *Sapien.11.*
omnia qui animas amas: & cætera innumerabilia, qui-
bus intelligitur & in bonitate & in ſeueritate miſeri-
cordiam & iuſticiam dei teſtamentum vtrunque præ-
dicare. Si autẽ mouentur quod dictum eſt, Ego ſum ze *Exo.20.*
lans: moueantur etiã illo, quod dicit Apoſtolus Paulus,
Zelo dei vos zelo: deſpõſaui enim vos vni viro virgi- *2.Cor.11.*
nem caſtam exhibere Chriſto. Sancta enim ſcriptura
verbis noſtris loquens, etiã per hæc verba demonſtrat,
nihil digne de deo poſſe dici. Cur enim non etiã verba L
iſta dicantur de illa maieſtate, de qua quicquid dictum
fuerit, indigne dicitur: quia omnes opes linguarũ om-
nium ineffabili ſublimitate præcedit? Nam quoniam ze
lando ſolent mariti vxorum pudiciciam cuſtodire, po
teſtatem & diſciplinam dei, qua fornicari animã impu
ne nõ ſinit, zelum dei ſcripturæ vocauerunt. Eſt autem
animæ fornicatio auerſio à fœcunditate ſapiẽtiæ, & ad
çõceptom temporalium illecebrarum corruptionumq;
conuerſio. Illud vero quod dimittendum eſſe dicit fra-
tri, nõ ſolum ſepties, ſed & ſeptuagies ſepties, pœniten- *Matt.18.*
ti vtique dicit. Deus autem illis ſe dicit tribuere pecca-
ta, qui eum oderunt, non qui ei per pœnitentiã recon-
ciliantur. Nam & apud Prophetam dominus dicit, No
lo mortem peccatoris, tãtum vt reuertatur & viuat. Ex
quo facile apparet, & in ea patientia, quæ inuitat ad pœ *Ezech.18.*
nitentiam: & in ea indulgentia, quæ ignoſcit pœniten- *& 33.*
tibus: & in ea iuſticia, quæ punit eos qui corrigi nolũt,
vtrunque teſtamentum conuenire atq; congruere, tan-
quam ab vno deo vtrunque conſcriptum. De eo ꝙ *Vltio pmiſ*
ſcriptum eſt in Exodo, Oculum pro oculo, dẽtem pro *ſa & veti-*
dente: & cætera talia. Huic loco Manichæi, quod in ve *ta. Ca.VIII*
teri lege par vindicta permittitur, & dicitur oculũ pro *Exod.21.*
oculo, dẽtem pro dente eſſe perdendum, ſic calũniãn- M
tur, quaſi & ipſe dominus hæc duo ſibi veluti aduerſan
tia atque contraria in Euangelio demonſtrauerit. Ipſe
enim ait, Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Oculũ pro *Matt.5.*
oculo, & dentem pro dente, Ego autem dico vobis, nõ
reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in maxillã, præ-
be illi & alteram: & quicunque voluerit tecum iudicio
contendere, & tunicam tuam auferre, dimitte illi &
pallium. In quibus duabus ſentẽtiis reuera duorum te-
ſtamentotum differentia demonſtratur, ſed amborum
tamen ab vno deo conſtitutorum. Nam quoniam pri-
mo carnales homines ardebant multo amplius ſe vin-
dicare, quàm erat illa iniuria, de qua querebantur, cõ-
ſtitutus eſt eis primus lenitatis gradus, vt iniurię accep-
tæ menſuram nullo modo dolor vindicantis excede-
ret. Sic enim & donare aliquando poſſet iniuriam, qui
eam primo nõ ſuperare didiciſſet. Vnde dominus iam
per Euangelij gratiã ad ſummam pacem populum de-
ducẽs, huic gradui ſuperædificauit alterum: vt qui iam
audierat non ampliorem vindictam, quàm quiſque lę-
ſus eſſet, reddere, placata mente totum ſe donare gau-
deret.

A dęret. Quod etiã in illis veteribus libris Propheta prę-
Pſal.7. dicat, dicens, Domine deus meus, ſi feci iſtud, ſi eſt ini-
quitas in manibus meis, ſi reddidi retribuentibus mihi
mala. Et alius Propheta dicit de huiuſmodi viro patiē-
Thren.3. te iniurias, & leniſsime tolerante, Dabit percutienti ſe
maxillam, ſaturabitur opprobriis. Ex quo intelligitur &
menſuram vindicandi recte carnalibus cõſtitutam, &
omnimodã iniurię remiſsionem, non tantum in nouo
teſtamento eſſe præceptã, ſed longe antè in veteri præ-
De° qdo mo nunciatam. De eo quod ſcriptum eſt, quòd locutus
do audiañ eſt deus cũ Adam & Eua, & cum ſerpēte, & cum Cain,
& nõ au- & cæteris antiquis: inter quos etiam & nonnullis appa-
diatur. ruiſſe ſcribitur, & ab eis viſus, nõ vno, ſed multis ſcrip-
Cap.IX. turarum locis, in quibus & locutus eſſe cum hominibus
Gẽ.3.et 4. inuenitur, & nonnullis apparuiſſe: inſidiantur Mani-
chæi, & dicunt omnia contraria eſſe nouo teſtamento,
Ioan.1. quoniam dominus dicit, Deum nemo vidit vnquam,
niſi vnicus filius, qui eſt in ſinu patris, ille annunciauit
Ioan.5. nobis de eo. Et iterum quod dicit Iudæis, Nec vocē il-
lius aliquando audiſtis, nec faciē eius vidiſtis, nec ver-
bum eius habetis in vobis manēs: quia ei quem ille mi-
B ſit, nõ credidiſtis. Quibus reſpõdemus eoipſo, quod in
Euangelio ſcriptum eſt, Deum nemo vidit vnquã, niſi
vnicus filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe annunciauit no-
bis de eo, totam ipſam ſolui poſſe quæſtionem: quia ip-
ſe filius, qui eſt verbum dei, non ſolum nouiſsimis tem
poribus, cum in carne apparere dignatus eſt, ſed etiam
prius à conſtitutione mundi, cui voluit de patre annũ-
ciauit, ſiue loquēdo, ſiue apparendo, vel per angelicam
aliquam poteſtatem, vel per quamlibet creaturam: quia
ipſe eſt in omnibus veritas, & omnia illi cõſtant, & om-
nia illi ad nutum ſeruiũt atq; ſubiecta ſunt: vt etiã ocu-
lis per viſibilē creaturam cui vult, quando dignatur ap
pareat: cum ipſe tamen ſecundũ diuinitatē ſuam, & ſe-
cũdum id quod verbum eſt patris, coæternum patri, &
incõmutabile, per quod facta ſunt omnia, non niſi pur
gatiſsimo & ſimpliciſsimo corde videať. Et ideo qui-
buſdam locis etiam ſcriptura ipſa teſtatur angelum vi-
Gene.32. ſum, vbi dicit deum viſum. Sicut in illa luctatione Ia-
Exo.3. cob, & angelus dictus eſt ille qui apparuit, Et cum appa
Exo.19. ruit in rubo Moyſi. Et iterum in eremo, cum iam edu-
xiſſet populum de terra Aegypti, quando legem acce-
C pit, deus ei locutus eſt. Sed ſiue in rubo, cum eum miſit:
ſiue poſtea, cum ei legem dedit, angelum dicit Stepha-
Acto.7. nus in actibus Apoſtolorum ei apparuiſſe. Quod ideo
dicimus, ne quis arbitretur verbum dei, per quod facta
ſunt omnia, quaſi per loca poſſe definiri, & alicui viſibi
liter apparere, niſi per aliquam viſibilem creaturam. Si-
cut enim verbum dei eſt in Propheta, & recte dicitur,
Dixit dominus, quia verbum dei, quod eſt Chriſtus, in
Propheta loquitur veritatē: ſic & in angelo ipſe loqui-
tur, quãdo veritatem angelus annunciat: & recte dici-
tur, Deus dixit: & deus apparuit: & item recte, Angelus
dixit, & angelus apparuit: cum illud dicatur ex perſona
inhabitãtis dei, illud ex perſona ſeruientis creaturæ. Ex
2.Cor.13. hac regula etiã Apoſtolus ait, An vultis experimentum
eius accipere, qui in me loquitur Chriſti? Si autem hoc
mouet, ꝙ in veteri teſtamento etiam peccatoribus deus
loquitur, vel Adæ vel Euæ, vel ſerpenti, attēdant etiam
in nouo, cuiuſmodi exēplum deus poſuit de homine
ſtulto & cupido, quo modo ei locutus eſt dominus, cũ
Lucæ.12. ait, Stulte, hac nocte auferetur à te anima tua, hæc quæ
pręparaſti cuius erunt? Cum enim veritas etiam pecca-
toribus dicatur, per quamlibet creaturam dicatur, non
Ioan.5. niſi ab illo dicitur, qui vnus eſt verax. Quod autem Iu-
dæis dicit, Nec vocem eius aliquando audiſtis: ideo di D
cit, quia non obtēperauerunt, iſti duntaxat, cum quibus
loquebatur. Quibus dicit etiam, Nec faciē eius vidiſtis;
quia non poteſt. Quod autem dicit, Neq; verbum eius
habetis in vobis manens: quia in quo manet verbum
dei, Chriſtus in illo manet, quem iſti reſpuerunt. Nam
cum ipſe dominus dixiſſet, Pater clarifica me ea clari- *Ioan.12.*
tate qua fui apud te priuſquã mundus fieret: ſonuit vox *& 17.*
de cœlo, Et clarificaui & clarificabo. Quam vocē mul-
ti Iudæorum præſentes audierũt, nec ideo tamē audiſſe
dicendi ſunt, quia non obtemperauerunt vt crederēt.
Quapropter ſi non eſt mirandum ꝙ verbum dei: id eſt,
vnicus filius dei, qui de patre annũciat, cui vult per ſe-
ipſum, cui vult per aliquã creaturã manifeſtatur vel ſo-
nando vel apparendo, cum tamē ipſe per ſeipſum mũ-
do corde videatur, & per illum pater, Beati enim mun *Matt.5.*
dicordes, quia ipſi deum videbunt: non eſt mirandũ ex
vtroque teſtamento iſta omnia teſtimonia conſonare.

De eo quod locutus eſt deus Moyſi, & dixit illi, Lo- *Deus in tē-*
quere ad filios Iſraël, Sumite primicias ab omni homi- *plo, cũ in lo*
ne, quod mihi deſtinetis: hoc eſt, aurum, argētum, æra- *co non ſit.*
mentum, purpuram, byſſum, coccũ, pilos caprinos, pel- *Cap.X.*
les rubeas agnorum, ligna integra, oleum ad illumina- *Exo.25.*
tionē, thymiamata, lapides precioſos: hoc eſt, berillos: E
& cõſtituite tabernaculum, in quo commorari vobiſ-
cum poſsim. Cõmouent etiã hinc Manichæi quæſtio-
nem, & huic ſcripturarum loco illud in Euangelio di-
cunt eſſe contrarium, quod ait dominus, Non iurabis, *Matt.5.*
neq; per cœlum, quia ſedes dei eſt: neq; per terram, quia
ſcabellum pedum eius eſt. Diſputant enim, & magnum
aliquid ſibi videntur dicere, cum dicũt, Quo modo il-
le deus, cuius cœlũ ſedes, & terra ſcabellum pedũ eius
eſt, in tabernaculo habitat, quod ex auro & argento, &
ære, & purpura, & pilis pecorum, pellibusq; cõſtructum
eſt? Adhibentes etiam teſtem Apoſtolum Paulũ, quia di *1.Timo.6.*
cit deum lucem habitare inacceſsibilē. Quibus nos pa-
rem quæſtionem referimus, & quod de nouo teſtamē-
to protulerunt, de veteri teſtamento proferimus. Ibi e-
nim inuenitur prius ſcriptum, Cœlum mihi ſedes eſt, *Eſa.66.*
terra autem ſcabellum pedum meorum. Quã domum
ædificabitis mihi, aut quis locus requiei meæ? Nõne ma
nus mea fecit omnia? Ecce habēt vbi libri veteris teſta-
menti prædicant deum in templis manufactis non ha- F
bitare, & tamen filius dei noſtri in flagello de reſtibus *Ioan.2.*
facto expulit de templo eos, qui boues & columbas vē
debant, & nũmulariorum euertit menſas, & ait, Domus *Matt.21.*
patris mei domus orationis vocabitur, vos autē feciſtis
illam ſpeluncam latronum. Si ergo aliquis iſtis duobus
ex aduerſo capitulis conſtitutis, velit imperitos decipe-
re, & dicere in veteri teſtamento magnificari deũ, cuius
dicitur ſedes cœlũ, & terra ſcabellũ pedum eius, & ne-
gatur habitare in domo manufacta: in nouo autē teſta-
mento domus eius dicitur tēplum conſtructum ab ho-
minibus: nõne Manichæi vel ſero fatebũtur & habita-
culum dei per manus hominũ factum, ad aliquã ſigni-
ficationem in vtroq; teſtamento accipi: & deum nõ ha
bitare in locis ab hominibus fabricatis, in vtroq; teſta-
mento prædicari? De eo quod in Exodo ſcriptũ eſt, *Exo 20.*
Ne adoraueritis deos alienos. Et iterum, Deus veſter ze *Zel° & ira*
lans appellatur: zelãs enim zelauit. Huic capitulo quod *improprie*
ſcriptum eſt, Ne adoraueritis deos alienos: cum calum- *deo tribuũ-*
niantur Manichæi, ſatis oſtendunt placere ſibi adorari *tur. Ca.XI.*
multos deos. Nec mirũ, quandoquidem in ſecta ſua nu
meroſiſsimam deorum familiam commemorãt atque
cõmendant: quippe qui etiam ad iſta viſibilia venerũt,

quæ

G quæ pro iſtius veritatis luce venerantur & adorant: & ideo diſplicet eis quod ſcriptū eſt in Exodo, Ne adoraueritis deos alienos. Addūt etiam illud propter hoc dictum eſſe, Deus veſter zelās appellatur: zelans enim zelauit: vt tanquam deum zelantem nō amemus, cuius zelo deos alienos adorare non ſinimur. Et ideo dicunt iſta Euangelio eſſe contraria, quoniam dominus dicit,
Ioan. 17. Pater iuſte, mundus te nō cognouit: quaſi nō ſit dicendus deꝰ iuſtus, niſi nos deos alienos adorare permittat. Iuſtum enim deum & zelantem deum tanquā contraria ſibi eſſe diſſertant, & decipiunt miſeros, non intelli
Zelus dei qualis dicatur. gentes totam ſpem ſalutis noſtræ eſſe zelum dei. Hoc enim nomine illa eius ſignificatur prouidētia, qua nullam à ſe animā fornicari impune permittit: ſicut Pro-
Pſal. 72. pheta dicit, Perdes omnes qui fornicantur abs te. Sicut enim ea, quæ dicitur ira dei, nō perturbatio mentis eſt, ſed potentia vindicandi: ſic zelum dei non cruciatum animi, quo maritus aduerſus vxorē, vel vxor aduerſus maritum torqueri ſolent, ſed tranquilliſsimam ſynceriſsimamq; iuſticiā, qua nulla anima beata eſſe ſinitur, falſis opinionibus, prauiſq; cupiditatibus corrupta, &
H quodā modo grauidata. Illi enim hæc verba exhorreſcunt, qui nondum viderunt ineffabili maieſtati nulla verba cōgruere. Sic enim ab iſtiuſmodi verbis temperandum putant, quaſi aliquid dignum deo putent, cum iſta non dicunt. Sāctus enim ſpiritus hoc ipſum hominibus intelligentibus inſinuans, q̄ ſint ineffabilia ſumma diuina, his etiam verbis vti voluit, quæ apud homines in vicio poni ſoleot: vt inde admonerentur, etiam illa, quæ cum aliqua dignitate dei ſe putāt homines dicere, indigna eſſe illius maieſtate, cui honorificum potius ſilentiū, quàm vlla vox humana competeret. Quæro zelū hominis, & inuenio perturbationē cruciantem cor. Tamen cum quæro cauſam, nil aliud inuenio, niſi
Zelotypia proprie vbi ſit. quod non patitur coniugis adulterium. Maxime enim & proprie inter coniugia zelotypia dici ſolet. Itaque ſi maritus eſſet per ſe ipſum beatus, & omnipotens, & iuſtus ſine vllo cruciatu & tota facilitate, & nulla iniquitate peccatum coniugis vindicaret. Quam tamen eius actionem humano loquendi modo etiam ſi non proprie, tranſlate tamen & recte zelum vocarem. Quis enim Tullio calūniatus eſt, qui certe nouerat Latine lo-
I qui, cum ait Cæſari, Nulla de virtutibus tuis, nec admirabilior, nec gratior miſericordia eſt, Et tamē ex eo appellatam miſericordiam dicunt, quòd miſerum cor faciat dolentis aliena miſeria. Nūquid ergo virtus miſerū cor facit? Quid ergo calumnioſis Tullius reſponderet, niſi miſericordiæ nomine clementiam ſe appellare voluiſſe? Quoniam recte ſolemus loqui, non ſolum verba propria, ſed etiā vicina vſurpantes. Cuius authoris mētionem facere volui, quoniam nō de re quæſtio hic, ſed de verbo eſt. Sicut enim noſtri authores diuinarum ſcilicet literarum de rebus maxime cogitauerunt: ſic mundanorum authorū prope omnis cura de verbis eſt. Sed habeo Euangelium, & omnes noui teſtamēti libros, in quibus miſericordia dei frequētiſsime commendatur, Si audent ergo iſti miſeri, etiam inde faciant quæſtionem, & negent eſſe miſericordem deum, ne miſerū cor habere intelligatur. Sicut ergo poteſt eſſe in deo miſericordia ſine cordis miſeria: ſic etiam ſine tabe atq; cruciatu animi zelum dei nō dedignemur accipere, & humani conditionem ſermonis feramus, vt ad diuinum perueniamus ſilentium. Sed ſi contraria dicunt eſſe zelātem deum, & iuſtum deum, quid dicturi ſunt cum &
1. Cor. 11. in nouo teſtamento inuenio, Zelo dei vos zelo: vel adhibitum etiam de veteribus in Euangelio teſtimonium, K
Zelus domus tuæ comedit me? Rurſus in veteri cū le- *Pſal. 68.*
gunt, Iuſtus dominus, & iuſticias dilexit, æquitatem vi- *Pſal. 10.*
dit vultus eius: nōnne fatebuntur etiā hoc modo imperitis duo teſtamenta videri poſſe contraria, vt in nouo inueniamus zelum dei, in vetere iuſticiam? Bene autem intelligentibus vtrunque in vtroque magna ſancti ſpiritus vnitate & pace concinere?

De eo quod ſcriptū *Quo modo*
eſt, nō eſſe manducandum ſanguinem, quòd anima ſit *aīa dicitur*
carnis ſanguis. Huic ſententiæ veteris legis Manichæi *ſanguis.*
ex Euangelio illud opponūt, quod dominus dicit, Nō *Cap. XII.*
eſſe timendos eos qui occidunt corpus, animæ autē no *Deut. 12.*
cere nō poſſunt: & diſputant dicētes, Si ſanguis anima *Matt. 10.*
eſt, quo modo homines poteſtatem in eam nō habent, cum de ſanguine multa faciant, ſiue excipiētes & canibus volucribusq; in eſcam proponentes, ſiue effundentes, aut cœno lutoq; miſcentes? Hæc enim & alia innumerabilia ſine difficultate homines de ſāguine poſſunt facere. Ideo iſti quærunt inſultantes, Quo modo ſi ſanguis eſt anima, non poſsit hominis interfector nocere animæ, cum tantam in eius ſanguinem habeat poteſta L
tem? Addunt etiā quod ait Apoſtolus Paulus, Quia ca- *1. Cor. 15.*
ro & ſanguis regnū dei non poſsidebunt. Ee dicunt, Si
ſanguis eſt anima, ſicut Moyſes dicit, nulla inuenietur *Deut. 12.*
anima poſſe regnum dei adipiſci. Cui calumniꝫ primo ita reſpondendū eſt, vt ipſi cogātur oſtēdere vbi ſcriptum ſit in libris veteris legis, ꝙ anima humana ſanguis ſit. Nuſquam enim hoc inuenièt in illa ſcriptura, quam lacerare miſeri quandiu conantur, nullo modo permittuntur intelligere. Quòd ſi de anima humana nihil tale ibi dictum eſt, quid ad nos pertinet ſi anima pecoris aut lædi ab interfectore poteſt, aut poſsidere dei regnū non poteſt? Sed quia de animis pecorum nimis ſunt iſti ſoliciti, cum enim ſint hominum animæ rationales, reuolui tamen eas in pecora exiſtimant, clauſa ſibi eſſe arbitrantur regna cœlorum, ſi pecorum animis clauſa eſſe conſentiant. Quid quòd etiam inſultare auſus eſt populo Iſraël Adimātus vnus ex diſcipulis Manichæi, quem magnum doctorem illius ſectæ fuiſſe commemorant? Inſultare ergo auſus eſt populo Iudæorum, quòd ſecundum eorum intellectum quo exiſtimant ſanguinem eſſe animam, parentum ipſorum animæ, partim à
ſerpentibus deuoratæ, partim igne conſumptæ, partim M
in deſertis atque aſperrimis montium locis arefactæ ſunt. Quod ſi verum eſſe quiſquam concederet, ſine ſcelere tamen eorum, quibus iſte inſultare voluit, factum eſſe conuinceret, Non enim parētum ſuorum animas, quibus illa omnia ſecundum horum intellectum accidiſſe, idem dixit, ipſi aliqua ex parte læſerunt: quapropter luctum inde poſſunt habere, non reatum. Quid autem ipſe Adimantus faciet ſecundū opinionem ſuam,
qua credidit etiam rationales, id eſt, hominum animas *Error Adimanti cum*
in beluina corpora poſſe cōtrudi? Quid ergo faciet de *refutatione.*
tanto ſcelere, ſi quando tardum iumentum plagis, aut cōcitatum fræno fatigauit, in quo forte patris eius anima fuerit: vt non dicam quòd etiam occidere parentes ſuos inter pediculos & pulices potuerit, à quorū iſti interfectione non tēperant? Quid enim eis prodeſt, quòd aliquando negant vſque ad iſta minutiſsima animātia reuolui animas humanas poſſe? Hæc enim negāt, ne tā multarū interfectionū rei teneantur, aut cogantur parcere pediculis & pulicibus & cimicibus: & tātas ab eis moleſtias ſine vlla cædis eorum licētia ſuſtinere. Nam vehementer vrgentur, cur in vulpeculam reuolui anima humana poſsit, & non poſsit in muſtelam, cum catulus

A tulꝰ vulpeculę fortaſſe etiã minor ſit, quàm magna mu
ſtela. Deinde ſi in muſtelam poteſt, cur in murem non
poteſt? Et ſi in iſtum poteſt, cur in ſtellionẽ non poteſt?
Et ſi in eum poteſt, cur in locuſtam non poteſt? Deinde
in apem, deinde in muſcã, deinde in cimicẽ, atq; inde
vſque in pulicẽ, & ſi quid eſt aliud multo minutius, per-
uenire. Vbi enim terminum conſtituant, nõ inueniunt:
atque ita per iſtam nugatoriam credulitatem conſciẽ-
tiæ illorum innumerabilibus homicidiorum ſceleribus
Deute.12. obruuntur. Nã ex eo ꝙ ſcriptum eſt, Sanguinẽ pecoris
animam eius eſſe, præter id quod ſupra dixi, nõ ad me
pertinere quid agatur de pecoris anima, poſſum etiam
interpretari præceptum illud in ſigno eſſe poſitum. Nõ
Matth.26. enim dominus dubitauit dicere, Hoc eſt corpus meũ:
cum ſignum daret corporis ſui. Quod autem ait Apo-
1.Corin.15. ſtolus, Caro & ſanguis regnũ dei non poſsidebunt, etiã
Gene.6. in lege dictũ eſt, Nõ permanebit in iſtis ſpiritus meus,
quoniã caro ſunt. Et toties in veteribus libris iuſtorum
animis præmium futurũ promittitur. Sed tamen Apo-
ſtolus volens inſinuare quale corpus iuſtorum per im-
B mutationem in reſurrectione futurum ſit, quia non nu-
Matth.22. bent, neque vxores ducent, ſed erũt ſicut angeli in cœ-
lis: Hãc ergo immutationẽ futuram corporũ ſanctorũ
volens inſinuare, dixit Apoſtolus, Dico enim vobis fra-
tres, quia caro & ſanguis regnum dei non poſsidebũt.
Quod nõ vna ſeparata, & ad fraudem commemorata
ſentẽtia, ſed toto ipſo epiſtolæ loco pertractato vel po
tius lecto, non enim res obſcura eſt, inueniri poteſt. Sic
1.Corin.15. enim dicit Apoſtolꝰ, Oportet corruptibile hoc indue-
re incorruptionem, & mortale hoc induere immorta-
litatẽ: quod eũ de corpore dicere, de ſuperioribus ma-
nifeſte inuenitur, cum ait, Nõ omnis caro eadem caro:
alia quidem hominum, alia autem pecorum, alia caro
volucrum, alia piſcium: & corpora cœleſtia, & corpora
terreſtria: ſed alia eſt cœleſtium gloria, alia terreſtrium:
alia gloria ſolis, alia gloria lunæ, & alia gloria ſtellarũ.
Stella enim ab ſtella differt in gloria, ſic & reſurrectio
mortuorũ. Seminatur in corruptione, ſurget in incor-
ruptione: ſeminatur in contumelia, ſurget in gloria: ſe-
minatur in infirmitate, ſurget in virtute: ſeminatur cor-
pus animale, ſurget corpus ſpiritale: ſicut ſcriptum eſt,
C Factus eſt primus homo Adã in animã viuentem, no-
Gene.2. uiſsimus Adam in ſpiritum viuificantem. Sed non pri-
mum quod ſpiritale, ſed quod animale, poſtea quod ſpi
ritale. Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo
de cœlo cœleſtis. Qualis terrenꝰ, tales & terreni: & qua-
lis cœleſtis, tales & cœleſtes. Et quo modo induimꝰ ima
ginem terreni, induamus & imaginẽ eius, qui de cœlo
eſt. Hoc autẽ dico fratres, quia caro & ſanguis regnum
dei hæreditate poſsidere nõ poſſunt: neque corruptio
incorruptionẽ hæreditate poſsidebit. Certe iam clarũ
eſt quare hoc Apoſtolus dixerit. Quid ergo iſte tã turpi
fraude non cõmemorat, niſi hoc vltimum, & tacet illa
ſuperiora, quibꝰ hoc quod male interpretatur, bene poſ
ſit intelligi? Nã quoniã domini noſtri corpus poſt re-
ſurrectionẽ ſic leuatum eſt in cœlũ, vt pro ipſa cœleſti
habitatione, cœleſtem acceperit mutationẽ, & hoc ſpe-
rare in die vltimo iuſsi ſumus: ideo dixit Apoſtolus,
Qualis terrenꝰ, tales & terreni: id eſt, mortales: & qualis
cœleſtis, tales & cœleſtes: id eſt, immortales: non ſolum
animis, ſed etiam corporibus. Vnde & ſupra dixerat,
aliã eſſe cœleſtium corporum gloriam, & aliam terre-
ſtriũ. Quod autẽ ſpiritale dixit corpus in reſurrectione
futurum, non propterea putandum eſt, ꝙ non corpus,
ſed ſpiritꝰ erit: ſed ſpiritale corpus omnimodo ſpiritui

ſubditum dicit ſine aliqua corruptione vel morte. Nõ D
enim quia quod modo habemus corpus animale appel
lat, ideo putandũ eſt non illud eſſe corpus ſed animã.
Ergo quemadmodũ corpus animale nunc dicitur, quia
ſubditum eſt animæ: ſpiritale autem nondum dici po-
teſt, quia nondum ſpiritui plenè ſubiectum eſt quãdiu
corrumpi poteſt: ſic & tũc ſpiritale vocabitur, cum ſpi-
ritui atque æternitati nulla corruptione reſiſtere pote-
rit. Aut ſi adhuc parum videtur eſſe monſtratum, quòd
ſententiam iſtam propter immutationem quæ futura
eſt Apoſtolus dixerit cum ait, Caro & ſanguis regnum 1.Corin.15.
dei hæreditate poſsidere nõ poſſunt, neque corruptio
incorruptionem hæreditate poſsidebit: attendite quid
continuo ſubiiciat & adiungat, Ecce myſterium vobis
dico, Omnes quidem reſurgemus, non tamen omnes
immutabimur, in atomo, in ictu oculi, in nouiſsima tu-
ba. Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti, &
nos immutabimur. Deinde cõtexit & dicit etiam illud
quod pauloante cõmemoraui, vt oſtẽdat qualis futura
ſit ipſa immutatio. Statim quippe dicit, Oportet enim E
corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale
hoc induere immortalitatem. Hinc ergo apparet quia
caro & ſanguis regnum dei non poſsidebunt, quia cũ
induerit incorruptionem & immortalitatem, iam non
caro & ſanguis erit, ſed in corpus cœleſte mutabitur.
Quod quidẽ ex occaſione tractauimus, quia huic quo- 1.Retra-
que ſententiæ multum inſidiari ſolent negantes corpo- cta.22.
rum reſurrectionem, Nam iſta quæſtio non de corpo-
re, ſed de anima propoſita eſt, quam putant ſic accipi in
lege, vt ſanguis eſſe exiſtimetur, quod nos nullo modo
ſic intelligimus. Sed quamuis de pecorũ animis nõ cu-
remus, cum quibus non habemus rationis aliquam ſo-
cietatem: tamen illud quod lex dixit, fundendum eſſe Deute.12.
ſanguinem, nec in eſcam aſſumendum, quia ſanguis eſt
anima, eſſe poſitũ dicimus ſicut alia multa, & penè om-
nia ſcripturarum illarum ſacramenta ſignis & figuris
plena ſunt futuræ prædicationis, quæ iam per domi-
num noſtrum Ieſum Chriſtum declarata eſt. Sic eſt e-
nim ſanguis anima, quo modo petra erat Chriſtus, ſicut
dicit Apoſtolus, Bibebãt enim de ſpiritali ſequente eos 1.Corin.10.
petra, petra autẽ erat Chriſtus, Notum eſt autẽ filios Iſ- Exod.17.
raël petra percuſſa bibiſſe aquã in eremo, De quibus [lo F
quebatur] Apoſtolus cũ hęc diceret, nec tamẽ ait, petra
ſignificabat Chriſtum: ſed ait, petra erat Chriſtus. Quæ
rurſus ne carnaliter acciperetur, ſpiritalẽ illã vocat: id
eſt, eam ſpiritaliter intelligi docet. Longum eſt, & nũc
non neceſſarium, ſacramẽta eiuſdẽ legis exponere, niſi
cũ breuiter poſsint. Sufficit autẽ vt nouerint illi qui de
his calumniantur, non ea nos ita intelligere vt illas ſo-
lent irridere, ſed quemadmodũ Apoſtoli omnia intel-
ligẽtes pauca expoſuerũt, vt ad eaſdẽ regulas cætera po
ſteris intelligẽda relinquerẽt. De eo quod ſcriptũ eſt Quo ſenſu
in Deuteronomio, Videte ne obliuiſcamini teſtamẽtũ deus ignis
dei veſtri quod conſcripſit, & faciatis vobis effigies & edax.
imagines. Addit etiã dicens, Deus veſter ignis eſt edax, Ca. XIII.
& deus zelãs. Hæc verba de ſcripturis hoc modo ille Deute.4.
Adimantus propoſuit, Eius enim calumnias refutan-
das refellẽdaſq; ſuſcepimus. Sed & iam ſuperius de ze-
lo dei cum calũniaretur puto ſatis eſſe reſponſum. Me-
mineris tamen non ſolum ibi, ſed etiam hic, ſic eum de
zelo dei criminatũ ſcripturas, vt adiũgeret etiam quod
de ſimulachris nõ colẽdis ĩ illis libris pręcipit à domi-
no deo noſtro: quaſi nõ ob aliud reprehẽdat zelũ dei,
niſi ꝙ illo ipſo zelo à cultu ſimulachrorũ prohibemur.
Vult ergo videri fauere ſe ſimulachris. Quod ꝓpterea

G faciunt vt miſerrimæ & veſanæ ſuæ ſectæ etiam Paga-
norum concilient beneuolentiam. Huic autẽ legis ca-
pitulo illud Euangelicũ opponit, vbi quidam acceſsit
ad dominum & ait illi, Magiſter bone quid faciens vi-
Luca 18. tam ęternam poſsidebo? Cui reſpondit Ieſus, Quid me
interrogas de bono? Nemo bon⁹ niſi vnus deus. Vt ex
hoc videlicet cõtraria iſta eſſe arbitremur, quia in lego
dicitur, Deus ignis edax, & deus zelans: in Euãgelio au
tem, Nemo bonus niſi vnus deus. Et de zelo quidẽ ita
reſponſum eſt, nõ ſic eſſe iſta verba in ſcripturis poſita
vt aliquam dei perturbationẽ cruciatúmve ſignificent,
ſed quia nihil dignũ de deo dici poteſt, Propterea vſ-
que ad iſta peruentum eſt, quæ cum homines indigna
eſſe putauerint, cogãtur diſcere, etiam illa quæ conue-
nienter de ineffabili diuina excellentia ſe dicere exiſti-
mant, indigna eſſe maieſtate dei: cuius ſapientia cũ de-
ſcenſura eſſet vſq; ad corpus humanum, prius vſque ad
humana verba deſcẽdit. Ecce dixit, deſcẽdit: quod ver-
bum ſi diſcutere cœpero, propriè me dixiſſe nõ video:
non enim poteſt deſcendere, niſi quod etiam de loco
in locum moueri poteſt. Nam qui deſcendit, locum ſu
H periorem deſerere, & inferiorẽ petere videtur. Dei au-
tem ſapientia cum tota vbique præſto ſit, nullo pacto
migrare de loco in locũ poteſt. De qua Ioãnes in Eu-
angelio dicit, tanquam dominici pectoris particeps: ait
Ioan. 1. enim, In hoc mundo erat, & mundus per ipſum factus
eſt, & mundus eum non cognouit. Et tamen etiam ipſe
adiungit & dicit, In ſua propria venit, & ſui eũ non re-
ceperunt. Quo modo hic erat, & quo modo venit, niſi
quia illa ſublimitas ineffabilis, vt hominibus congruat,
humanis ſonis ſignificãda eſt: vt autem deos homines
faciat, diuino eſt intelligenda ſilentio? Poteſt ergo red-
di ratio, quare ita dictum ſit: non tamen poteſt aliquid
de deo digne dici, quod ideo iam indignũ eſt, quia po
tuit dici. Tolle de zelo errorẽ & dolorem, quid rema-
nebit aliud, niſi voluntas cuſtodiens caſtitatem, & cor-
ruptionem vindicans coniugalem? Quo igitur verbo,
niſi zelo dei melius poſſet inſinuari? Quo vocamur ad
coniugium dei, & nõ vult nos turpi amore corrumpi,
& punit impudiciciã noſtram, & diligit caſtitatẽ. Non
enim fruſtra etiam vulgo dici ſolet, Qui non zelat, non
amat. Ad hoc etiã pertinet quod dictũ eſt, edax ignis:
I de quo diſputare non debeo, ſed potius ipſos interro-
gare, quem ignem dixerit dominus ſe veniſſe mittere
in hunc mundum. Hoc enim dictum eſt in Euangelio,
quod illi accuſare non poſſunt, vt nõ Chriſtum hono-
rent, ſed vt decipiant Chriſtianos. Quod cum eis com
memoratum fuerit, quemadmodum dominus dixerit,
Luca 12. Ignem veni mittere in terram: miſeri dicunt, Sed illud
aliud eſt. Quibus reſpondemus, Et hoc aliud eſt, Noli
metuere. Nam ipſe Chriſtus loquitur etiã in veteri te-
Deut. 4. ſtamento, cum dicit, Ego ſum ignis edax: qui loquitur
in Euangelio, quòd ignem venerit in hunc mundum
mittere: id eſt, verbum dei, quod eſt ipſe. Nam veteres
vtique ſcripturas expoſuit poſt reſurrectionẽ diſcipu-
Luca 24. lis, incipiẽs à Moyſe & Prophetis omnibus, quãdo ipſi
diſcipuli ignẽ ſe accepiſſe confeſsi ſunt, dicentes, Nõ-
ne cor noſtrum ardẽs erat in nobis in via, cum aperi-
ret nobis ſcripturas? Ipſe eſt ignis edax: conſumit enim
veterem vitam diuinus amor, & innouat hominem, vt
ex eo quòd deus ignis eſt edax, faciat vt eum nos ame-
mus: ex eo autem quòd deus zelans eſt, ipſe nos amet.
Nolite ergo timere ignẽ, qui eſt deus: ſed timete ignẽ,
quẽ parauit hæreticis deus. Quod enim Adimãtus ele-
git de Euãgelio locũ, quem huic legis capitulo tanquã
cõtrariũ apud imperitos obiiceret, vbi ait domin⁹, Ne- K
mo bonus, niſi vn⁹ deus, quoties inuenitur bonitas dei *Marci 10.*
in veteri teſtamento, quis numerare ſufficiat? Vnum ta-
men ponã, quod quotidie in Eccleſia cãtatur. Confite- *Pſal. 117.*
mini domino, quoniã bonus, quoniã in ſeculum miſe-
ricordia eius. Certè & hoc zelanti deo, ſicut Manichęi
exiſtimãt, videtur eſſe contrariũ, & tamẽ in libris vete-
ris teſtamenti cantatur. Item rex ille, qui cum filio ſuo
nuptias faceret, inuenit inter diſcũbentes hominẽ non *Matth. 22.*
habentem veſtem nuptialem: & eum primò amici no-
mine appellãs, manibus & pedibus colligatis mitti iuſ-
ſit in tenebras exteriores: moleſte intelligentibus non
videtur bonus. Et ſi ipſum quiſquam capitulũ Euãgelij
proponeret, & ſicut facit Adimãtus de veteri teſtamẽ-
to, ita Euangeliũ calumnioſe accuſaret, laudans potius
veteris teſtamenti libros, vbi ſcriptum eſt, Confitemini
domino quoniã bonus, quoniã in ſeculũ miſericordia
eius: & reprehendẽs in nouo, quòd vocatus conuiua in
tantum ſuppliciũ propter veſtem mittitur: & hoc frau-
dulẽta peruerſitate aſsidue faceret, vt omnia loca leni-
tatis de veteri teſtamento colligeret, & loca ſeueritatis L
de nouo, & hæc ſibi aduerſa eſſe contenderet, laudans
vetus, & reprehendens nouum: ſimiliter inueniret im-
peritos, & diuinarũ ſcripturarũ miſerabiliter ignaros,
quibus perſuaderet vetus potius teſtamentũ quàm no-
uum eſſe retinendum. Quod cũ iſti ex alia parte faciũt,
id eſt, vetus reprehendentes quaſi contrariũ nouo, mi-
ror quòd non cogitant poſſe aliquem aliquãdo vtrũq;
legere, & diuina ope intellectũ vtrunque laudare: frau-
demq; iſtorum atque maliciã vel dolere tanquam ho-
minum, vel cauere tanquam hæreticorum, vel irridere
tanquam imperitorum & ſuperborum. De eo quod *Cap. XIIII.*
ſcriptũ eſt in Deuteronomio, Secundum deſideriũ ani *Deut. 12.*
mæ occide & manduca omnem carnẽ, iuxta volupta-
tem * quam dedit tibi dominus: Caue autem ne ſangui ** al. volun*
nem manduces, ſed effunde tanquã aquam ſuper terrã. *tatem.*
His verbis legis Adimantus contrariũ eſſe arbitratur
quod in Euangelio dominus ait, Ne grauẽtur corda ve
ſtra cruditate & vinolẽtia, & curis ſecularibus. Et quod *Luca 21.*
ait Apoſtolus, Bonum eſt nõ manducare carnem neq;
bibere vinum. Et iterum, Non poteſtis menſæ domini *Roma. 14.*
cõmunicare, & menſæ dæmoniorum. Nos autem om- *1. Corin. 10.*
nia hæc, ſiue quæ in veteri, ſiue quæ in nouo teſtamen-
to ſcripta ſunt, & ſuis cauſis exigẽtibus poſita dicimus, M
& ſibi aduerſa nõ eſſe monſtramus. Quanquam & ipſe
in his verbis quæ poſuit de veteri teſtamento animad-
uertere potuit, nõ ad immoderatã voracitatem perti-
nere quod dictum eſt, Secundũ deſiderium animæ tuæ
occide & manduca omnẽ carnẽ: quãdo ſequitur, iuxta
voluptatem quam dedit tibi dominus: immoderatã e-
nim voluptatẽ non dedit tibi dominus, ſed quanta ſu-
ſtẽtationi naturę ſalutiq; ſufficiat. Quiſquis autẽ ſequi-
tur immoderatam voracitatem, ſuum vicium ſequitur,
non eam voluptatem quam dedit dominus: & ideo nõ
eſt contrarium quod in Euangelio poſitũ eſt, Non gra *Luca 21.*
uentur corda veſtra cruditate & vinolentia & curis ſe-
cularibus. Cum enim quiſque non replet niſi eam volu
ptatẽ, quam dominus dedit: id eſt, modeſtã atq; natu-
ralẽ, nõ grauatur cor eius cruditate & vinolentia & cu
ris ſecularibus. De carne autẽ non manducanda & nõ
bibendo vino, quod ait Apoſtolus, nõ quia illa immũ-
da arbitratus eſt, hoc præcepit ſicut iſti exiſtimãt, & er-
rãtes in errorẽ præcipitãt, quibus talia perſuaſerũt: ſed
cũ ipſe poſuerit cauſam, cur hoc dixerit, non eſt nobis
hæc interpretãda vel exponẽda ſentẽtia. Sufficit enim
ipſum

A ipſum de Apoſtoli epiſtola totum locum huic ſermoni
contexere, vt & cauſa manifeſtius appareat, cur hoc A-
poſtolus dixerit, & iſtorum fraus, qui particulas quaſdã
de ſcripturis eligunt, quibus decipiãt imperitos nõ cõ-
nectentes quæ ſuprà & infrà ſcripta ſunt, ex quibus vo
luntas & intẽtio ſcriptoris poſsit intelligi. Sic ergo A-
Roma. 14. poſtolus ait, Infirmũ autem in fide recipite, non in di-
† al. diiudicationib⁹ ſceptationibus † cogitationũ. Alius quidem credit mã
ducare ſe omnia, Qui autẽ infirmus eſt, olera mandu-
cet. Qui manducat, non manducantem nõ ſpernat: &
qui nõ manducat, manducantẽ nõ iudicet, Deus enim
illum recepit. Tu quis es qui iudices alienum ſeruũ? Suo
domino ſtat, aut cadit, Stabit autẽ, Potens eſt enim do-
minus ſtatuere illũ. Alius quidẽ iudicat alternos dies,
alius autẽ iudicat omnem diem. Vnuſquiſque ſuo ſen-
ſu abundet. Qui ſapit diem, domino ſapit: & qui man-
ducat, domino mãducat, gratias enim agit deo, & qui
non manducat, domino non mãducat, & gratias agit
deo. Nemo enim noſtrum ſibi viuit, & nemo ſibi mori-
B tur. Siue enim viuimus, domino viuim⁹: ſiue morimur,
domino morimur. Siue eni viuimus ſiue morimur, do
mini ſumus. Ad hoc enĩ Chriſtus mortuus eſt, vt mor-
tuorum & viuorũ dominetur. Tu autem quare iudicas
fratrem tuum: aut tu quare ſpernis fratrem tuum? Om-
nes enim ſtabimus ante tribunal domini: Scriptum eſt
enĩ, Viuo ego dicit domin⁹, quia mihi curuabitur om-
Eſaiæ 45. ne genu, & confitebitur omnis lingua deo. Igitur vnuſ-
quiſque noſtrũ pro ſe rationem reddet. Non ergo am-
plius inuicẽ iudicemus: Sed hoc magis iudicate ne po-
natis offendiculum aut ſcandalũ fratribus. Scio & cer-
tus ſum in domino Ieſu quia nihil cõmune per illũ niſi
ei qui putat aliquid eſſe cõmune, illi cõmune eſt. Nam
ſi propter eſcã frater tuus contriſtatur, iam non ſecun
dum charitatẽ ambulas. Noli in eſca tua illum perdere
pro quo Chriſtus mortuus eſt. Non ergo blaſphemetur
bonum noſtrum, Nõ eſt enim regnũ dei eſca & potus,
ſed iuſticia, & pax, & gaudium in ſpiritu ſancto. Qui e-
nim in hoc ſeruit Chriſto, placet deo, & probat⁹ eſt ho
minibus, Itaq; quæ pacis ſunt ſectemur, & quę ad ædifi-
cationẽ ſunt in inuicem. Noli propter eſcam deſtruere
opus dei. Omnia quidem munda, ſed malũ eſt homini
qui per offenſionem manducat. Bonum eſt non man-
ducare carnem, neque bibere vinum, neque in quo fra-
C ter tuus offenditur. Tu fidem quam habes penes temet-
ipſum, habe coram deo. Beatus qui non iudicat ſemet-
ipſum in eo quod probat. Qui autẽ diſcernit ſi mandu-
cauerit, damnatus eſt: quia nõ ex fide. Omne autẽ quod
non eſt ex fide, peccatum eſt. Nunquid eget cuiuſquam
interpretatione, vt intelligatur cur hoc Apoſtol⁹ dixe-
rit: & quanta illi malicia de ſcripturis certa quæque di-
ſcerpunt, quibus circumueniãt imperitos? Nam & mun-
da eſſe omnia dixit Apoſtolus ſecundum fidẽ: & ei eſſe
immunda, qui putat immunda: & tunc eſſe ab eis tem-
perandum, cum per offenſionem accipiuntur: id eſt, cũ
aliquis infirmus putat ſibi ab omnibus carnib⁹ tempe-
randum, ne incidat in carnem immolaticiã: & ideo eũ
qui manducat, poteſt arbitrari in honorẽ idolorum id
facere: & ex eo grauiter offendi, cum ipſa immolaticia
caro, ſi ex fide à neſciẽte accipiatur, neminem maculet.
1. Corin. 10. Vnde alio loco idem Apoſtolus interrogare verat, cũ
quid de macello emitur, vel ab aliquo infideli quiſquã
vocatus, in mẽſa eius exhiberi ſibi carnes videt, quas iſti
immundas arbitrantur, non propter immolationem,
ſed quia carnes ſunt, cum Apoſtolus clamet omnia mũ
Roma. 14. da eſſe, & omnem creaturam dei bonam eſſe, & omnia
ſanctificari per verbum & orationem: & tamen tempe D
randũ ab eis, ſi quis forte infirmus offenditur. Et quo- *1. Timo. 4.*
dam loco apertiſsime iſtos ſignificauit, cũ dicit, In no-
uiſsimis temporibus futuros quoſdam prohibẽtes nu-
bere, abſtinentes à cibis quos deus creauit. Hos enim
proprie deſignat, qui non propterea temperant à cibis
talibus, vt aut concupiſcentiã ſuam refrænent, aut infir
mitati alterius parcant: ſed quia ipſas carnes immũdas
putant, & earum creatorem deum eſſe negãt. Nos autẽ
teneamus Apoſtolicam diſciplinam dicentem, quòd *Titum. 1.*
omnia munda ſint mundis, ſeruata moderatione Euã-
gelica, vt non grauentur corda noſtra crudirate & vi- *Luca. 21.*
nulentia & curis ſecularibus. Nam idem illud quod A-
poſtolus ait, Nõ poteſtis menſæ domini communica- *1. Corin. 10.*
re, & menſæ dæmoniorum: nõ video cur opponendũ
huic loco legis, & quaſi contrarium Manichæi eſſe cre-
diderunt. Non enim de immolationibus lex loquitur,
cum in Deuteronomio dicitur, Secundum deſiderium *Deute. 12.*
animæ tuæ occide, & manduca omnem carnem, iuxta
voluptatem quam dedit tibi dominus: ſed de cibis, qui
pertinent ad hominis alimentum. Sed quoniam Ma- E
nichæi etiam, cum ad hominis cœnam quæque anima-
lia præparantur, immolationem eſſe dicunt, ſecundum
ſuum intellectum iſta contraria eſſe putauerunt. Prop-
terea & illum commemorauerunt locum, vbi Apoſto-
lus ait, Quæ immolant gentes, dæmoniis immolant, &
nõ deo: cum Apoſtolus apertiſsime de victimis loque- *1. Corin. 10.*
retur, quæ in tẽplo offeruntur dæmonibus: nõ de eſcis,
quas ſibi homines præparãt. Sic enim dicit, Quid ergo
dico, quia idolis immolatum eſt aliquid, aut idolũ eſt
aliquid? Sed quia quæ immolant, demoniis & non deo
immolant, Nolo vos ſocios dæmoniorum fieri. Nõ po
teſtis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorũ.
Non poteſtis menſæ domini participare, & mẽſæ dæ-
moniorum. An æmulamur dominum? Nunquid for-
tiores illo ſumus? Omnia licita ſunt, ſed nõ omnia ex-
pediunt: omnia licita ſunt, ſed non omnia ædificant.
Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed id quod alterius. Om
ne quod in macello venit, manducate, nihil interro-
gantes propter conſciẽtiam. Domini enim eſt terra & *Pſal. 23.*
plenitudo eius. Si quis vos vocauerit ex infidelibus, &
volueritis ire, omnia quę apponuntur vobis manduca-
te, nihil diiudicantes propter conſcientiam. Si quis au-
tem vobis dixerit, quia hoc immolatum eſt, nolite mã- F
ducare, propter illũ qui indicauit, & propter conſcien
tiam. Conſcientiam autem dico, nõ tuam, ſed alterius:
Quare enim libertas mea iudicetur ab aliena conſciẽ-
tia? Si ego cum gratia participo, vt quid blaſphemor,
pro quo gratias ago? Siue igitur manducatis ſiue bibi-
tis, ſiue quodcunque facitis, omnia in gloriam dei fa-
cite. Hæc attẽdãt Manichæi, & videant quo modo di-
ctum ſit in Deuteronomio, Secundum deſiderium ani *Deute. 12.*
mæ tuæ occide, & manduca omnem carnem iuxta vo
luptatẽ quam dominus dedit tibi. Quod enim de qui-
buſdam carnibus non manducandis Iudæis præceptũ
eſt, & immundæ ſunt dictæ, ad ſignificationem valet
hominum immundorum, qui per figuras in veteribus
ſcripturis ſunt deſignati. Sicuti enim bos ille, cui tritu- *Deute. 25.*
ranti vetat os alligari, Euangeliſtam ſignificat, ſicut A-
poſtolus apertiſsime exponit, ſic & illa quæ prohibita *1. Corin. 9.*
ſunt, quaſdam hominum immundicias ſignificãt, quæ
in ſocietatẽ corporis Chriſti, id eſt, in eccleſiã ſtabilem
& ſempiternã nõ recipiũtur. Nã quod ad cibos attinet,
omnino nihil immundũ eſſe, ſed malũ eſſe homini qui
per offenſionem manducat, manifeſtiſsime apparet.

G De eo quod io Leuitico ſcriptũ eſt, Separate à mũdo immundum, & nemo maoducet carnem cameli, aſini, & leporis, & porci, & aquilę, & milui, & corui, & vulturis, & reliquorũ. Nuſquam manifeſtius, pleniſsima dolis & fraudibus anima huius homiois deprehendi poteſt, qui tanquam ſibi aduerſa atque cõtraria de vtroq; teſtamento capitula obiecit, quàm in hoc loco vbi cõmemorauit in Leuitico ſcriptum eſſe, vt à oonnullis animalium carnibus temperetur. Nanque huic ſentẽtiæ illud ex Euangelio credidit opponendũ vbi domious dicit, Nihil eſt ingrediens io hominem coioquioans eũ, ſed ea quę procedunt ex eo coioquinant. Hoc ſi imprudens fecit, nihil cæcius: ſi autem ſciẽs, oihil ſceleratius. Noone ipſe pauloante poſuerat Apoſtoli teſtimonium dicentis, Bonum eſt fratres non manducare carnem, oeque bibere vinũ, dum cupit de oouo teſtamento veteri aduerſari, vbi dictum eſt, Secundũ deſideriũ animæ tuæ occide & manduca omnem caroem? Quo modo ergo nunc placet ei ſententia domini, qua dicit, Nihil eſſe ingredieos in homioẽ quod coinquinet eũ, ſed ea coinquinare quæ de homine procedũt? Vbi ſe i-

Iugulat Adimantum ſuo gladio.
Cap. XV.
Leuiti. 11.
Matth. 15.
Roma. 14.
Deute. 12.

H ſte abſcondet ab hac ſeotẽtia? Quò fugiet, dicat mihi, quando immundiciã carnium fugieodã, & à cibis ſanctorum ſeparandã, peruerſa & ſuperſticioſa imaginatiooe contioentiæ præcipit? Certe enim ſi verũ eſt, non coioquinare illa quæ ingrediuotur in hominem, cum magno errore immuodas eſſe dicunt eſcas Manichæi, cum homioes caroe veſcuntur. Si autem immũdę ſunt tales eſcæ, quid de iſto teſtimonio facient quod Euaogelica & diuina authoritate prolatum eſt, vbi domin⁹ dicit, non coinquinari hominem iis quæ ingrediuotur in eum, ſed iis quæ proceduot de illo? An forte dicturi ſuot, ſicut ſolẽt dicere, cum ſcripturarum eos vrget authoritas: hoc capitulum à corruptoribus ſcripturarum inſertũ eſſe Euangelio? Cur ergo Adimantus hoc capitulo teſte vtitur, & iode conatur vetus teſtamentũ oppugnare, vode ipſe proſteroitur? Cum enim quiſpiã catholicus Chriſtiaous vtriuſq; ſcripturæ venator † & intellector ei reſpooderit, hæc nõ eſſe contraria: quòd illa de quorũdam carnibus aoimalium, quibus non eſſe veſcendum, populo adhuc caroali pręceptum eſt, ad ſignificatiooem poſita ſunt bumanorum morum: quos Eccleſia quæ corpus eſt domini, in ſuæ vnitatis vinculũ

† aliàs venerator.

I ſtabile & ſempiternum recipere ooo poteſt, tanquam immuodas eſcas reſpuens, & io ſua viſcera nõ conuertens: vt omnia illa pręcepta carnali populo impoſita futurã diſciplinã ſpiritalis populi prophetarent. Et ideo noo ea repugnare ſententiæ domini, qua veriſsime dicit, nõ coinquioari bomioem iis quæ per eſcam ingrediuntur in eum. Illa eoim ſententia ſeruis onera impooit, iſta vero liberis iugũ excutit ſeruitutis. Et illa tameo ſic dicta eſt vt ſeruorum onera, fidem prænuocient liberorũ. Omnia enim, ſicut dicit Apoſtolus, io figura cõtingebãt illis: ſcripta ſũt autẽ propter nos, in quos finis ſeculorũ obuenit. Si ergo in figuram contingebãt quæ patiebantur, in figurã accipiebãt quæ monebantur. Cũ ergo iſta reſpõdero, & hoc modo nõ eſſe cõtraria duo iſta capitula de ſingulis teſtamentis collata monſtrauero, quid iſte facturus eſt, contra quẽ dicit grauiſsimum teſtimooiũ teſtis, quẽ contra aduerſariũ ipſe prodnxit? Ipſe enim cõmemorauit de Euangelio teſtimoniũ domioo dicẽte, noo coioquinari hominẽ iis eſcis quæ ingrediuntur in eum: & ipſe à carnibus abſtineodũ tanquam ab immuodis eſcis monere & docere nõ ceſſat: & tamẽ ſenſit quãtã plagã ſibi infligeret, & quãto ictu repercuſſus ſe ipſe ſauciaret. Ne quis enim eũ ioterrogaret & diceret, Quo modo ergo prohibetis carnibus veſci, ſi domin⁹ dicit, ſicut tu ipſe cõmemoras, oihil eſt ingrediens bomioẽ coinquinans eum, ſed ea quæ procedont de eo coinquinant: voluit quaſi adhibere medicinã ſioe cauſa in mortifero vulnere. Sic enim poſuit ipſum Euaogelicũ teſtimonium, In Euãgelio, inquit, dicit ad turbam domious, Audite & intelligite, Nihil eſt ingrediẽs in homioẽ coinquinans eũ: & cætera. Quòd ergo commemorauit dominũ hoc ad turbã dixiſſe, nihil aliud oſtẽdit, niſi nõ ſe ignorantia, ſed malicia feciſſe quod fecit: vt poſtea diceret auditoribus ſuis, ad turbam dominũ iſta locutum eſſe, non ad paucos ſanctos, quales ſe ipſi videri volũt: vt quoniã ſuos auditores tãquam adhuc immundos permittũt caroibus veſci, ſibi autẽ quaſi iam muodis cũ ſceleratũ atq; nefariũ eſſe arbitrantur, hoc etiam dominum ſenſiſſe videatur, quòd nõ paucos ſanctos, ſed turbas iſta docuerit. O hominẽ peſsimum, ſecurum de oegligentia generis humani ad occultandas deceptiooes ſuas. Non enim credebat aliquem exiſtere qui arriperet Euangeliũ, & cuoi ſcientia legeret, & inueoiret bomioẽ in ipſis pratis, quibus gre-

1. Corin. 10.

K

Matth. 15.
Marc. 7.

L ges ſuos domious paſcit, laqueos incautis & min⁹ prouidis abſcondeotẽ. Nam de his verbis commoti diſcipuli, & oõ credẽtes proprie, ſed potius figurate dominum locutũ fuiſſe, cum diceret noo coinquinari hominem iis quæ per cibos iogrediuotur io eũ, quooiam Iudęi erant etiã ipſi diſcipuli, qui fugiendos quarundam carniũ cibos à puericia inſtitutum acceperant, accedẽtes ad eũ dixerunt ei, Scis quia Phariſęi audito hoc verbo ſcaodalizati ſuot? At ille reſpoodẽs ait, Omois plantatio quam oon plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Sioite illos, cæci ſunt, & duces cæcorũ. Cæcus autem ſi cæco ducatũ præſtet, ambo in foueã cadũt. Cum ergo iofidelitatẽ Iudæorũ plantationẽ appellaret, quã nũ plaotauit pater cœleſtis, tameo adhuc Petrus putãs eſſe illam parabolam, & propterea reprehenſos Iudęos & cæcos dictos, ꝙ eã intelligere oõ potuerint, reſpondens dixit ei, Ediſſere oobis parabolã iſtam. Et ille maoifeſtiſsime oſtendeos non eſſe parabolã, ſed propriã locutionem: dixit ad eos, Adhuc & vos ſine iotellectu eſtis? Nõ intelligitis, quia omoe quòd in os intrat, io vẽtrẽ vadit, & in ſeceſſum emittitur? Quæ autẽ procedũt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinãt hominẽ. De

Matth. 15.

M corde eoim exeũt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, foroicationes, furta, falſa teſtimooia, blaſphemiæ, hæc ſunt quæ coinquinaot hominẽ, Non lotis autẽ manibus manducare, noo coioquinat hominẽ. De nõ lotis autẽ maoibus Iudæi mouerant quæſtionẽ, cuius occaſiooe dominus generaliter de iis quæ io os iotrãt, & in veotrẽ vadunt, & io ſeceſſum emittuntur, hoc eſt de alimentis noſtris dixit ſententiã. Quaoquam ergo conuocatis ad ſe turbis eũ dixiſſe ſcriptũ ſit, Non quod intrat in os coinquinat hominẽ, ſed quod procedit ex ore: tamẽ iſte quod timore hoc addiderit, verbis ſuis q̇bus huiuſmodi teſtimoniũ cõmemorauit ſatis apparet, ſicut pauloante dictum eſt, vt haberet quod reſpõderet eis qui ſibi quæſtionẽ mouiſſent, Cur primates Manichæorum nefas ſibi eſſe exiſtimant carnibus veſci: videlicet vt illud quod dominus ait, turbis taotũ, nõ electis cõceſsiſſe videretur. Sed cũ ex conſequentibus declaratũ ſit etiã Petro ſeorſum interrogãti, audiẽtibusq; diſcipulis, quos vtiq; ad culmẽ Eccleſię producebat, ita reſpoodiſſe dominũ, vt neq; per parabolã ſe illa dixiſſe teſtatus ſit, & ad onines pertinere monſtrauerit, oon

habeot

A habent iſti vnde auferãt cibos de faucibus hominum,
& eos laqueo ſuperſtitionis aſtringant. Fortaſsis aliquis
eorũ dicat, Ediſſere ergo quid ſignificet caro porci, &
cameli, & leporis, & milui, & corui, & cæterorũ, à qui-
bus abſtinendum in lege præcipitur. Nolo, quia longũ
eſt. Sed fac me non poſſe, nunquid propterea nullus po
teſt? Et ſunt iam volumina innumerabilia in quibus iſta
expoſita ſunt. Nobis tamen ad eos refellẽdos ſatis eſt,
quòd eas obſeruationes vmbram eſſe futurorum, non
ego, ſed Apoſtolus dicit, cum etiam ſeruiliter obſerua-
ri, ſed tamen aliquid ſignificare declarat dicens, Nemo
Coloſ.2. ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei fe
ſti, aut neomeniæ, aut ſabbatorum, quod eſt vmbra fu-
turorum. Illa itaque futura quæ illis obſeruationibus ſi-
gnificabantur, poſteaquam per dominum Ieſum Chri-
ſtum venerunt, ablatæ ſunt ſeruiles obſeruationes: ſed
earum interpretationes tenentur à liberis. Quicquid e-
nim futuram Eccleſiam ſignificauit, Prophetia eſt. Ha-
1.Theſ.5. bes autem eundem Apoſtolum dicentem, Spiritum no
lite ſpernere, Prophetiam nolite extinguere: omnia le-
gite, quæ bona ſunt tenete. Legẽda eſt ergo ſcriptura di
B uina, & ſpiritus ſancti diſpẽſatio cognoſcẽda, & intuẽ-
da prophetia: & reiicienda carnalis ſeruitus, & libera-
Proſelytus lis intelligentia retinenda. De eo quod ſcriptum eſt
quo modo in Deuteronomio, Obſerua & ſanctifica diẽ quẽ præ-
duplo filius cepit tibi dominus, Sex dieb⁹ laborabis, & facies omne
gehennæ. opus tuum, ſeptima vero die ſabbati epulare domino
Cap. XVI. deo tuo, nullum faciens opus ipſe tu, aut filius tuus, aut
Deut.5. filia tua, aut puer tuus, aut puella tua, bos tuus, aut aſinus
tuus, omnia iumenta tua, & colonus tuus. Sic autẽ quie-
ſcet ſeruus tuus & ancilla tua, quemadmodũ & tu. Me-
mento quoniã ſeruus fuiſti in Aegypto, & eruit te do-
minus deus tuus in manu potenti & brachio excelſo.
Idcirco præcepit tibi dominus cuſtodire diẽ ſeptimũ.
Gene.17. Et iterum in Geneſi ſcriptum eſt, quemadmodum A-
brahæ de circuncisione loquitur, Teſtamentum meum
cuſtodi, inquit, tu & ſemen tuum, quod erit poſt te: hoc
eſt teſtamentum meum quod ſeruabis inter me & te &
ſemen tuum. Omne maſculinum circuncides in carne
pręputij ipſorum: & ſit hoc ſignum teſtamẽti inter me
& vos. Octaua autem die circuncides omnes maſculos
in gente veſtra, vt etiam dominatum & comparatum
C circuncidatis præter alienigenam, & hoc erit teſtamen
tum in gente veſtra. Et omnis maſculus qui nõ circun-
cidet præputium ſuum, perdet animã ſuam de media
plebe, quia teſtamentum meum diſſoluit. Hæc omnia
verba veteris teſtamenti vt eis de nouo teſtamento ad-
uerſetur proponit Adimantus, & cõtraria eſſe affirmat
Matth.23. ea quæ dominus dicit in euãgelio de proſelyto, Væ vo
bis ſcribæ & phariſęi hypocritę, qui circumitis mare &
terram, vt faciatis vnum proſelytum, & cum feceritis,
erit filius gehẽnæ, multo plus quàm eſtis vos. Quaſi ve-
ro propterea dominus proſelytum dicat filium gehen
næ, quia circunciditur & ſabbatũ obſeruat, & non po-
tius quia Iudæorum prauam conuerſationem cogitur
imitari, nõ quia obſeruant præcepta legis, ſed qua faciũt
contra legem. Quod alio loco de his apertiſsime dicit,
Matth.15. vbi ait, quòd reiiciunt mandatum dei, vt ſuam conſti-
tutionem confirment: quia cum lex præceperit hono-
rari patrem & matrem, inſtituerunt ipſi quo modo ex-
Matth.23. honorentur parentes. Et item cum eis dicit, Væ vobis
ſcribæ & Phariſæi qui habetis clauem regni cœlorum,
nec ipſi intratis, nec alios permittitis intrare. Vel cum
alio loco præceperit audientibus, vt dictis phariſæorũ
& ſcribarum obtemperarent, facta vero eorũ non imi-

tarentur. Ait enim, Super cathedrã Moyſi ſedent, quæ D
dicunt facite, ſed quæ faciunt, facere nolite: dicũt enim *Matth.23.*
& nõ faciunt. Quo loco & authoritatem legis, quæ per
Moyſem data eſt, confirmat dominus, & tamen cauen-
dos, & fugiendos eſſe mores eorum qui legi quam ac-
ceperant non obtemperabant, apertiſsime oſtẽdit. Iſtis
autem peruerſitatibus ſuis faciebãt, vt cum aliquis gen-
tilis ad legem eorum tranſiſſet, id eſt, factus eſſet proſe-
lytus, haberet mores eorũ & fieret filius gehennæ, mul-
to plus quàm ipſi eſſent. Dabant enim magnam operã
vt Iudæus fieret aliquis ex gentibus, & Iudæum factum
cogebãt ſuos mores peſsimos imitari. Neq; illud quod
de Apoſtolo tanquã contrarium commemorat, potuit
aduertere Adimantus Manichæus, omnino nõ eſſe cõ
trarium, quia totus eius oculus non ad inquiſitionem,
ſed ad reprehenſionem ſcripturæ intentus erat. Com-
memorat enim dicentem Apoſtolum, Circunciſus ali- *1.Corin.7.*
quis vocatus eſt, non adducat præputium. In præputio
quis vocatus eſt, non circuncidatur: quia præputiũ ni-
hil eſt, & circunciſio nihil eſt, ſed obſeruatio pręcepto-
rum dei. Quid enim manifeſtius quàm hoc Apoſtolũ
præcipere, vt vnuſquiſque ſicut vocatus erat ſic mane-
ret? Aduenientibus enim rebus quarũ erant vmbræ il- E
læ obſeruationes, id actum eſt, vt oſtenderetur in ipſis
vmbris non eſſe ſpem ponendã, ſed in ipſis rebus quas
illæ vmbræ ſignificabant eſſe vẽturas, id eſt, Chriſtum
& Eccleſiam. Et propterea illa iam omnia inania erãt:
nec tamen ea tanquam noxia remouẽda, ſed tanquam
ſuperflua contemnenda Apoſtolus præcepit: vt ſi quis
Iudæus Chriſto credidiſſet, propter offenſionem ſuorũ
non prohiberetur in ipſis ſuperfluis remanere, nec ta-
men in eis ſalutem ſuam conſtitutã putaret: non enim
ſigna illa, ſed ea quę his ſignificantur in ſalutem intro-
ducunt. Ideoq; præputium nihil eſt, & circũciſio nihil
eſt, ſed obſeruatio mandatorum dei. Et quod alio loco
ait, Vtinã & abſcindantur qui vos conturbant, nõ quia *Gala.5.*
circunciſio cõtraria eſt Euãgelio dicit Apoſtolus, ſicut
Manichæi putant: ſed illud eſt Euangelio contrariũ, vt
quiſq; rem deſerens, quæ per illã vmbram figuratur, ip-
ſius vmbræ ſequatur inanitatẽ. Quod volebant qui gẽ-
tibus in Chriſtum credentibus iugũ circunciſionis im-
ponebant quaſi ad ſalutem neceſſarium, cum iam non
eſſet vmbra in corpore figuranda, ſed res ipſa in corde F
geſtãda. Et quod dicit, Dies obſeruatis, & ſabbata, & ſo
lennitates, timeo vos ne fruſtra laborauerim in vobis:
non ſic ſcriptũ eſt vt Adimãtus ponit. Non enim no-
minat ibi ſabbatũ Apoſtolus, dicit enim, Dies obſerua- *Gala.4.*
tis & annos, & tẽpora, timeo vos, ne fruſtra laboraue-
rim in vobis. Sed putet eſſet de ſabbato dictũ, nunquid
& nos non dicimus iſta non eſſe obſeruãda, ſed illa po
tius quæ his ſignificantur? Illi enim ea ſeruiliter obſer-
uabant, non intelligentes ad quarũ rerum ſignificatio-
nem & prænunciationẽ pertinerent. Hoc in eis culpat
Apoſtolus, & in omnibus qui ſeruiunt creaturæ potius
quàm creatori. Nam nos quoq; & dominicum diẽ &
Paſcha ſolẽniter celebram⁹, & quaſlibet alias Chriſtia-
nas dierum feſtiuitates. Sed quia intelligimus quò per-
tineant, non tempora obſeruamus, ſed quæ illis ſignifi-
cantur temporibus. Manichæi autem ſic ea reprehen-
dunt, quaſi nullos dies & tempora obſeruent. Sed cum
de his interrogantur ſecundum opinionem ſectæ ſuæ,
omnia conantur exponere, vt nõ ipſa tempora, ſed res,
quarũ illa ſigna ſunt, obſeruare videantur. Quas quidẽ
res fabuloſas eſſe atque falſiſsimas aliis locis oſtendi-
tur. Nunc ad hoc dictum eſt, vt ore ſuo cogãtur fateri,

G poſſe talia rationabiliter celebrari: & ideo circuncißio-
nem carnis & recte impoſitam ſeruis, & recte à liberis
intellectam eſſe manifeſtum eſt. Repudiamus ergo eā
carnalem cum Apoſtolo, & approbamus eam ſpiritalē
cum Apoſtolo, qui ſabbati quietem nō obſeruamus in
tempore, ſed ſignum temporale intelligimus, & ad æ-
ternam quietem quæ illo ſigno ſignificatur aciem mē-
tis intendimus. Repudiamus itaque temporum obſer-
uationē cum Apoſtolo, & temporalium ſignorū intel-
ligentiā tenemus cum Apoſtolo, Duorumq; teſtamen-
torum differentiam ſic probamus, vt in illo ſint onera
ſeruorum, in iſto gloria liberorum. In illo cognoſcatur
præfiguratio poſſeſsionis noſtræ, in iſto teneatur ipſa
poſſeſsio. Interpretatur Apoſtolus ſabbatū ad Hebræos
Heb.4. cum dicit, Remanet igitur ſabbatiſmus populo dei. In-
terpretatur etiam circuncißionē cum dicit de Abrahā,
Roma.4. Et ſignū accepit circuncißionis ſignaculū iuſticiæ fidei.
Apoſtolicam itaque interpretationē ſpiritaliter teneo:
carnalem ſeruitutis obſeruationē libertate contemno,
vtriuſque teſtamenti authorem deum venerans: qui &
H veteri homini fugiēti tanquā dominus appoſuit quod
timeret, & nouo redeunti tanquam pater aperuit quod
Vltio quatenus permiſſa. Cap. XVII. amaret. De eo quod in Exodo ſcriptū eſt, Si aure au-
dieris vocem meam, & facies quæcunq; præcipio tibi,
odero odientes te, & cōtriſtabo contriſtātes te: præce-
det te angelus meus, & adducet te ad Amorrēū, & Phe
Exod.23. rezæum, & Chananæū, & Hiebuſæum, & Gergeſæum,
& occidetis illos. Deos eorum ne adoraueritis, neq; fe-
ceritis opera eorū, ſed euerſione euertite illos, & delete
eorum memoriā. His verbis de veteribus libris ita com
memoratis, tanquam contrarium opponit Adimantus
Lucæ 6. quod in Euangelio ſcriptum eſt dicente domino, Ego
† bñdicite. autē dico vobis, Diligite inimicos veſtros, benefacite †
bis qui vobis maledicunt, & benedicite iis qui vos ode
runt, & orate pro iis qui vos perſequūtur. Quo loco pri
mo illud videndum eſt, quòd ſatis eſſe debuerit homi-
ni volenti quaſi contraria mōſtrare, quod de occiden-
dis inimicis in veteri lege ſcriptū eſſe commonuit. Do
minus enim de inimicis diligendis, vtique de homini-
bus præcepit, quos per noſtram patientiam & charitatē
ad ſalutem poſſe conuerti, & quiuis intelligit, & exem-
plis ſæpiſsime demōſtratū eſt. Quid ergo ſibi vult quod
I adiungēda conſequentia putauit, vbi ſcriptū eſt, Deos
eorū ne adoraueritis, neq; feceritis opera ipſorum, ſed
euerſione euertite illos, & delete eorum memoriā: niſi
quia & deos gētiū Manichæi cogunt diligere. Et quod
in Euāgelio dominus ait, Diligite inimicos veſtros, nō
ſolum ad homines, ſed ad dæmonia quoq;, vel etiā ad
ſimulachra pertinere arbitrantur, Quod ſi ita eſt, quis
non iſtam deteſtatur amentiam? Si autem non hoc ar-
bitrantur, iſte plurimum errauit, qui ſuperſtitiones gen
tiū euertendas eſſe præceptas in veteri teſtamento cō-
memorare voluit, cū in nouo quod ſcriptū eſt, de ini-
micis diligendis, tanquam contrarium vellet oppone-
re. Nos autem neque illud quod de hoſtibus occidēdis
in veteribus libris illi populo dictum eſt, contrariū eſſe
dicimus huic præcepto euāgelico, quo nobis vt inimi-
cos noſtros diligamus dominꝰ iubet: quādoquidē illa
inimicorū interfectio carnali adhuc populo congrue-
Galat.3. bat, cui lex tanquā pædagogus data erat, ſicut Apoſto-
lus dicit. Hi vero qui tūc in illo populo ſancti & ſpiri-
tales homines erāt pauciſsimi, ſicut Moyſes, ſicut Pro-
phetæ, quo animo facerent illā inimicorū interfectio-
nem, & vtrum eos quos interficiebant, diligerent: mul-
tum latet indoctos & impios, qui diligūt cæcitatē ſuā,
qui quoniam non ſunt idonei videre iſta, mole potius K
authoritatis vrgēdi ſunt. Quid enim eſt quod dicit A-
poſtolus, Ego quidē abſens corpore, præſens autē ſpi- *1.Corin.5.*
ritu, iam iudicaui quaſi præſens, cū qui ſic operatus eſt,
in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti congregatis vo-
bis & meo ſpiritu cū potētia domini Ieſu, tradere eiuſ-
modi ſatanæ in interitū carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in
die domini Ieſu. Quid enim habet illa interfectio, quā
multum iſti exaggerant & inuidioſe ventilant, niſi in-
teritum carnis? Sed quia expoſuit Apoſtolꝰ quo animo
faceret, ſatis declarauit in aliquem inimicum vindictā
cum charitate poſſe procedere, Et tamē hic etiam alio
modo fortaſſe interitus carnis qui ſit per pœnitentiam
poteſt intelligi. Ipſi autē legunt ſcripturas apocryphas,
quas etiā incorruptiſsimas eſſe dicunt, vbi ſcriptum eſt *Diſtin.15. cap. Sancta Romana & Eug vero.*
Apoſtolum Thomā maledixiſſe homini, à quo per im
prudentiam palma percuſſus eſt, ignorante quis eſſet,
maledictumq; illud continuo veniſſe ad effectum. Nā
cum ille homo, quoniam miniſter conuiuij erat, vt ap-
portaret aquam exiſſet ad fontē, à leone occiſus & di-
laniatus eſt. Quod vt manifeſtaretur, ad aliorum terro-
rem, canis manum eius intulit mēſis vbi conuiuabatur
Apoſtolus: atque ita cum cauſa quæreretur à neſcienti- L
bus, eiſq; panderetur, in magnum timorē, & magnum
honorem Apoſtoli eos eſſe conuerſos: atque hinc Euā-
gelij exordium commēdandi extitiſſe. Si vellet aliquis
dentes Manichæorum in ipſos conuertere, quàm mor-
daciter iſta reprehenderet. Sed quia & ibi tacitum non
eſt quo animo factum ſit, videtur dilectio vindicantis.
Sic & enī illa ſcriptura legitur, quòd deprecatus fuerit
Apoſtolus pro illo in quem tēporaliter vindicatū eſt,
vt ei parceretur in futuro iudicio. Si ergo tempore no-
ui teſtamenti, quo maxime charitas commendatur, de
pœnis viſibilibus diuinitꝰ iniectus eſt carnalibꝰ timor,
quanto magis tēpore veteris teſtamenti hoc congruit,
Sed illi populo intelligendum eſt, quē timor legis tan-
quam pædagogi coërcebat. Nam hæc eſt breuiſsima &
apertiſsima differentia duorum teſtamentorum, timor
& amor: illud ad veterem, hoc ad nouum hominē per-
tinet, vtrunque tamen vnius dei miſericordiſsima diſ-
pēſatione prolatū atq; coniunctum. Et in veteri ſcrip-
tura tacetur animus vindicantium, quia pauciſsimi ſpi
ritales diuinis reuelationibus quid facerent, nouerant,
vt popolꝰ cui terror vtilis erat, ſeueriſsimo imperio do M
maretur: & quemadmodū videbāt dari in manus ſuas
interficiēdos inimicos impios cultoreſq; ſimulachro-
rum: ſic ipſi formidarent in manus inimicorum ſuorū
dari, ſi dei veri iuſſa contemnerēt, & ad cultum idolo-
rum atq; impietate gentium laberentur. Nam & in ip-
ſos ſimiliter peccantes nō diſsimiliter vindicatum eſt.
Sed omnis hæc temporalis vindicta infirmos animos
terret, vt enutritos ſub diſciplina erudiat, & à ſempiter
nis atq; ineffabilibus ſuppliciis poſsit auertere: quia plꝰ
timēt carnales homines, quod in præſenti deus vindi-
cat, quàm illud quod futurum minatur. Poteſt ergo eſſe
dilectio in vindicante. Quod vnuſquiſque in filio ſuo
probat, cum eum in mores peſsimos defluentem, ſeue-
riſsima coërcitione conſtringit, & tanto magis, quanto
magis eum diligit, atque hoc modo corrigi poſſe arbi-
tratur. Non autē occidunt filios quos diligūt homines
quando eos corrigere volunt: quia multi hāc vitā pro
magno bono habēt, & totū quare volūt educare filios
ſuos, in hac vita ſperāt. Fideles autē atque ſapientes ho
mines qui credunt eſſe aliā vitam meliorem, & quanta
poſſūt ex parte nouerūt: nec ipſi vindicāt occidēdo cū
filios

A filios ſuos volunt corrigere, quia in hac vita eos poſſe
corrigi credunt. Deus autem qui nouit quid vnicuique
tribuat, vĩdicat occidẽdo in quos voluerit, ſiue per ho-
mines, ſiue occulto rerum ordine: nõ quia eos odit in-
quantum homines ſunt, ſed inquantũ peccatores ſunt.
Nam in ipſis veteribus libris legimus dictũ deo, Et ni-
Sapien. 11. hil odiſti eorũ quæ feciſti: ſed omnia, ſiue per pœnas, ſi-
ue per præmia iuſticia moderãte diſponit. Nõne Apo-
ſtolus Paulus Chriſtianis fidelibus loquebatur, cum di
1. Corin. 11. ceret, Probet autem ſe homo & ſic de pane illo edat, &
de calice illo bibat? Qui enim manducat & bibit indi-
gne, iudiciũ ſibi manducat & bibit, nõ diiudicans cor-
pus domini. Propterea in vobis multi infirmi & ęgri &
inaxol dormiunt ſufficientes. Si autẽ noſipſos diiudicaremus,
non vtiq; diiudicaremur. Dũ iudicamur autem, à do-
mino corripimur ne cum hoc mũdo damnemur. Ec-
ce manifeſtum eſt deum cum dilectione corrigere, nõ
ſolum infirmitatibus & ęgritudinibus, ſed etiam mor-
tibus temporalibus, eos quos nõ vult damnare cũ mun-
do. Attendãt hæc iſti, & videant quo modo potuerint
& impiæ gentes dari in manus populi, quamuis adhuc
B carnalis, tamen vnum deum colentis, vt ab eo interfi-
cerentur: cum in eo tamen populo ſi qui eſſent ſpirita-
les, ſine alicuius odio intelligerẽt diſpenſationem dei:
& quo modo nõ ſit contrarium quod dominus nobis
in Euangelio præcepit, vt diligamus inimicos noſtros:
Luca 6. de quibus tamen promittit ipſe vindictam, cum de illo
iudice ſimilitudinem inducit, qui quotidianas interpel
Luca 18. lationes viduæ mulieris petentis vt ſe vindicaret, quã-
uis eſſet iniuſtus, nec deum timens, nec homines reue-
rens, tamen ſuſtinere non potuit, & audiuit eam, ne vl-
terius tędium pateretur. Ex cuius comparatione multo
magis deũ qui eſt benigniſsimus atque iuſtiſsimus di-
xit vindicare electos ſuos de inimicis ſuis. Huic iſti au
deant obiicere quæſtionem, & dicant ſi poſſunt, Quid
eſt quod iuſsiſti, vt inimicos noſtros diligamus, & de il
lis nos vindicare diſponis? An forte cõtra voluntatem
ſuorum ſanctorum facturus eſt, eos quos illi diligunt,
puniendo atque damnãdo? Immo ipſi potius ab iſta ca
lumnioſa cæcitate conuertantur ad deum, & in vtroq;
teſtamento intelligant eius voluntatem, ne in ſiniſtra
parte inueniantur inter eos quibus dicturus eſt domi-
Matth. 25. nus, Ite in ignem æternũ, qui paratus eſt diabolo & an-
C gelis eius. Eſuriui enim & nõ dediſtis mihi manduca-
re: & cætera talia. Diſplicet enim iſtis miſeris quòd de*
populo ſuo interficiendos tradidit inimicos, & ipſi pa-
nem mendicanti dari prohibent, non inimico, ſed ſup
plici. Intelligant potius ſine odio eſſe poſſe vindictam,
quam pauci intelligunt: & tamen quandio non intelli-
gitur, tãdiu neceſſe eſt, vt lector in libris vtriuſque te-
ſtamẽti magno labore aut errore iactetur, & putet cõ-
trarias ſibi eſſe ſcripturas. Quam vindictam ſine odio
nondum Apoſtoli animo ceperant, quando irati eis à
Luca 9. quibus non recipiebantur hoſpitio, quæſierunt de do-
mino vtrum vellet eos petere ignem de cœlo, ſicut He
4. Reg. 1. lias fecerat, quo igne homines inhoſpitales conſume-
rentur. Tunc reſpondit eis dominus, dicẽs eos neſcire
cuius ſpiritus filij eſſent, & quòd ipſe liberare veniſſet,
non perdere: quoniam illi animo inimico perdere cu-
piebant eos quos volebant igne conſumi. Poſtea vero
cũ impleti eſſent ſpiritu ſancto, & perfecti facti eſſent,
qui iam poſſent etiam inimicos diligere, acceperũt po-
teſtatem vindicandi, quia iam ſine odio poterant vin-
Actu. 5. dicare. Qua poteſtate Petrus Apoſtolus vſus eſt in libro
quem iſti nõ accipiunt, quoniã manifeſte continet pa-

racleti aduentũ, id eſt, cõſolatoris ſancti ſpiritus, quẽ lu D
gentibus miſit cum ab eorum oculis ipſe aſcendiſſet in
cœlũ. Cõſolator enim triſtibus mittitur ſecundum illã
eiuſdẽ domini ſententiam, Beati lugẽtes, quoniam ipſi Matth. 5.
conſolabuntur. Ipſe etiã dicit, Tunc lugebunt filij ſpõ- Matth. 9.
ſi, cum ablatus fuerit ab eis ſpõſus. In illo ergo libro vbi
apertiſsime ſpiritus ſanctus, quẽ dominus conſolatorẽ
promiſerat, veniſſe declaratur, legimus ad ſententiã Pe Actu. 5.
tri cecidiſſe homines & mortuos eſſe virũ & vxorẽ, qui
mentiri auſi erant ſpiritui ſancto. Quod iſti magna cæ-
citate vituperãt, cum in apocryphis pro magno legãt,
& illud quod de Apoſtolo Thoma cõmemoraui, & ip
ſius Petri filiã paralyticam factã precibus patris, & hor
tulani filiã ad precem ipſius Petri eſſe mortuam: & reſ-
pondent, quòd hoc eis expediebat, vt & illa ſolueretur
paralyſi, & illa moreretur: tamẽ ad preces Apoſtoli fa-
ctum eſſe non negant. Quis autẽ illis dixit, Non expe-
diebat gentibus impiis interfici, quas traditas eſſe diui-
nitus in manus populi Iudæorũ irridẽtes mirari ſe fin-
gunt? Cũ autẽ illa non odio, ſed bono animo Apoſtoli
fecerint, vnde iſti conuincũt animos virorũ ſpiritaliũ,
qui in illo populo fuerunt, quòd eos oderant, qui per ipſos E
diuina iuſticia de hac vita iubebantur auferri? Cõpeſcãt
potius temeritatẽ ſuã, & non decipiant imperitos, qui-
bus aut non vacat legere, aut nolũt legere, aut peruerſo
animo legunt, & nõ attendũt & miſericordiã & ſeue-
ritatem dei vtriuſq; teſtamẽti literis cõmendari. Nã de
inimici dilectione, vt non reddatur malũ pro malo, in
veteribus libris legitur, Domine deus meus ſi feci iſtud, Pſal. 7.
ſi eſt iniquitas in manibus meis, Si reddidi retribuenti-
bus mihi mala, decidã merito ab inimicis meis inanis.
Quis hoc diceret, niſi qui ſciret hoc deo placere, vt ma-
lum pro malo nemo reddat? Sed hoc perfectorũ eſt, vt
nõ oderint in peccatoribus niſi peccata: ipſos autẽ ho-
mines diligant, & cũ vindicant, non vindicent acerbi-
tate ſæuiciæ, ſed moderatione iuſticiæ: ne ipſa relaxa-
tio peccati plus noceat peccatori, quàm pœna vindictę. Nec
tamẽ hoc fecerũt iuſti homines niſi authoritate diuina,
ne quis arbitretur paſsim ſibi eſſe pmiſſum necare quẽ
velit, aut iudicio pſequi, aut pœnis quibuſlibet affligere.
Aliquando autẽ aperte ponitur in ſcripturis ipſa diui-
na authoritas, aliquando autẽ occultatur, vt & manife-
ſtis lector inſtruatur, & exerceatur obſcuris. Certe ini-
micum & perſecutorẽ ſuum, nimis ingratum & nimis F
infeſtum, Saül regẽ accepit Dauid in poteſtatem, vt ei 1. Reg. 24.
faceret quod vellet, & elegit parcere potius quàm occi
dere. Nõ enim erat iuſſus occidere ſed neq; prohibitus:
imò etiã diuinitus audierat ſe impune facere quicquid
vellet inimico: & tamen tantam poteſtatẽ ad manſue-
tudinem cõtulit. Dicatur mihi quem timuit, cũ interfi-
cere noluit? Nec hominem poſſumus dicere timuiſſe,
quẽ acceperat in poteſtatẽ, nec deum qui dederat. Vbi
ergo nec difficultas fuit occidendi, nec timor, dilectio
profecit inimico, Ecce Dauid ille bellator impleuit præ-
ceptũ Chriſti, quod accepimus, vt diligamus inimicos.
Atq; vtinã hoc imitarẽtur iſti, qui humanum affectum
miſericordię, ad neſcio quę crudelia deliramẽta torſe-
runt. Dum enim credunt panẽ plorare, quod fieri non
poteſt, nõ eum porrigunt homini quẽ plorantẽ vidẽt.
Fortaſsis dicant, ſicut ſolent cæci iactare inſana conui-
cia, meliorẽ fuiſſe Dauid qui pepercit inimico, quàm deũ qui
dederit ei occidendi poteſtatẽ: quaſi vero deus neſciret
cui dederit hanc poteſtatẽ. Nouerat vtique voluntatẽ
ſerui ſui, ſed vt cęteris etiã hominibus ad imitandũ in-
noteſceret, ea quę in corde Dauid iã deo nota erat ini-

G mici dilectio, dedit in poteſtatē inimicum, quem nondum volebat occidi, propter certā rerum diſpenſationem, quā per illum impleri oportebat. Ita & Dauid bonitas cōmendata eſt, vt haberent homines quod amarent: & Saülis regis malicia ad exitum digniorem dilata eſt, vt haberent homines quod timerent.

Poſſeſſio quomodo pmiſſa & vetus. Ca. XVIII. *Deute. 28.* *Math. 16.* *Marci. 8.*

De eo ꝙ in Deuteronomio ſcriptum eſt, Si aure audieris vocē domini dei tui, benedictus es in agro tuo, benedict⁹ es in prato tuo, benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, & generationes iumentorum tuorum, & armentum boum tuorum, & grex ouium tuarum, benedictus es in itroitu tuo & egreſſu. Huic capitulo illud dicunt in Euangelio eſſe contrarium, Si quis vult me ſequi, abneget ſemetipſum ſibi, & tollat crucem ſuam & ſequatur me. Quid enim prodeſt homini, ſi totum mūdum lucretur, animæ autē ſuæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationē pro anima ſua? Sed ex illa regula oſtenditur non eſſe contrarium, qua notum eſſe iam debet, carnali adhuc populo congruēter carnalia & temporalia præmia fuiſſe promiſſa, ſed tamē ab vno deo, cuius eſt creatura omnis & ſuperior

H & inferior. Certe enim ipſe Adimātus poſuit teſtimonium de Euangelio vbi dominus ait, Nolite iurare neque per cœlum, quia thronus eius eſt, neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius. Quod quidem & in veteribus libris ſcriptū eſt, Cœlum mihi thronus eſt, terra ſcabellum pedum meorum. Quid ergo mirum ſi bona throni ſui dat ſpiritaliter ſibi ſeruientibus, & bona ſcabelli pedum ſuorum dat carnaliter ſibi ſeruientibus, cū ſpirit⁹ ſuperior ſit & caro inferior, ſicut ſuperiora ſunt cœleſtia, & inferiora terreſtria? Quanquam illa omnia, id eſt, ager & pratum, & fructus ventris & fructus terrę & iumentorum, & armētum boum & grex ouium poſſint etiam ſpiritaliter intelligi. Sed nunc ad rem non pertinet iſta tractatio. Si autem in ipſo nouo teſtamento, cuius præmium & hæreditas ad nouū hominē pertinet, cum & dominus iiſdem ipſis quos vult eſſe rerū temporaliū contemptores, vt in Euāgelio ſibi ſeruiant, promittit multiplicationem earum rerum in hoc ſeculo dicens, quòd accipient in hoc ſeculo centies tantū, in ſeculo autem futuro vitam æternā: ſicut etiam in veteri ſcriptura dicitur, Fideli homini totus mundus diuitiarum eſt. Vnde exultat Apoſtolus dicens, Quaſi nihil habentes & omnia poſsidentes.

Math. 5. *Eſaiæ 66.* *Marci 10.* *Hieronym⁹ in plogo Bibliæ cap. 8.* *2. Corin. 6.*

I Si ergo in nouo teſtamento præter æternam poſſeſsionem quæ promittitur ſanctis, huius quoq; poſſeſsionis quæ trāſitura eſt, multiplicatio nō ſubtrahitur, & tanto fit vberior, quāto contemptius poſsidetur: quāto magis in veteri teſtamēto carnalis populi præmia talia eſſe debuerunt, ipſo tamen vno & vero deo gubernatore omnium temporum omnia pro tempore moderante & adminiſtrante? Sed ne in ſolis noui teſtamenti libris iſti arbitrentur hæc eſſe contempta, audiant Prophetam abiicientē talem fœlicitatem, & ad vnū dominum deum confugiendum eſſe, cantantē: ita enim dicit, De gladio maligno erue me, & exime me de manu filiorū alienorū, quorum os locutū eſt vanitatem, & dextera eorū dextera iniquitatis. Quorū filij ipſorum velut nouellæ conſtabilitæ in iuuentute ſua, Filiæ eorū circumpoſitæ † & ornatæ velut ſimilitudo templi. Cellaria eorum plena, eructātia ex hoc in hoc. Oues eorū fœcundæ multiplicantes in exitibus ſuis, boues eorū craſſę. Non eſt ruina ſepis nec exitus, neq; clamor in plateis eorū. Beatū dixerūt populū cui hæc ſunt, beatus populus cuius dominus deus eius. Attendāt ergo quo modo irrideatur iſta

Pſal. 143. *† cōpoſitæ.*

K fœlicitas in hominib⁹ impiis, & tota beatitudo in deo ſolo inconcuſſa figatur. Illi enim dicunt, beatum populum cui hæc ſunt, ſed beatus populus cuius eſt domin⁹ deus ipſius. Quod autem etiā illud contrarium eſſe putauerūt huic loco veteris teſtamēti quod dominus ait, Omnis qui confuſus fuerit me aut verba mea in gente iſta adultera & peccatrice, & filius hominis confundetur illū, cū venerit in gloria patris ſui & laude ſanctorum, quid pertineat ad contemptum rerū temporaliū non video. Quòd ſi propterea pertinet, ne aliquis territus de talium rerum damnis, Chriſtum confiteri, aut erubeſcat, aut timeat, Quid habēt quod dicant? Dicim⁹ ita eſſe iſta munera dei, vt tamē ſint infima, & in cōparatione ſalutaris confeſsionis, non ſolū amittenda, ſed vltro etiam proiicienda: carnalibus tamē hæc amantibus, & nondū capientibus promiſſa cœleſtia, ne ab idolis & dæmonibus iſta peterent, vtiliter à domino deo eſſe pollicita.

Marc. 8.

De eo quod ſcriptum eſt in lege, Ego ſum qui diuitias do amicis meis, & paupertatē inimicis meis. Huic ſentētiæ illud opponūt quod dominus dicit, Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnū cœlorum. Et, Væ vobis diuitibus, quia percepiſtis cōſolationem veſtram. Sed cur nolunt & alia in Euangelio cōtueri? Vbi enim ſcriptum eſt, Beati pauperes ſpiritu,

Diuitiæ quomodo piis dantur à Chriſto. Ca. XIX. *Math. 5.* *Luca 6.*

L quoniā ipſorum eſt regnū cœlorum: ibi ſequitur, Beati mites, quoniā ipſi hæreditate poſsidebunt terrā. Ecce habent amicos dei hæreditate terræ diuites fieri, Cum autem ad tantā egeſtatem diues ille redigitur, vt ab eo paupere quem neglexerat, digito breui in aquā tincto arenti linguę ſuę humorē ſtillari deprecetur, intelligāt quo modo fiant pauperes inimici dei, & id eſſe cognoſcāt quod in lege ſcriptū eſt, Ego ſum qui diuitias do amicis meis, & paupertatē inimicis meis: nā iſtas diuitias temporales, & in veteri ſcriptura eſſe contēptas & ſuperius docui, & innumerabilibus locis qui legere voluerit, inueniet. Vnde eſt etiam illud, Melius eſt modicum iuſto, ſuper diuitias peccatorū multas. Et illud, Bonum mihi lex oris tui ſuper milia auri & argenti. Et illud, Iudicia dei vera iuſtificata in ſemetipſa, deſiderabilia ſuper aurū & lapidē precioſum multū. Et illud, Beatus vir qui inuenit ſapientiam, & immortalis qui videt prudentiā, Melius eſt enim illā mercari, quàm auri & argēti theſauros, Precioſior eſt enim lapidib⁹ optimis, non reſiſtit illi vllū malum, bene nota eſt omnibus appropinquātibus ei, & eis qui conſiderant eā diligenter.

Luca 16. *Pſal. 36.* *Pſal. 118.* *Pſal. 18.* *Prouer. 3.*

M Omne autē precioſum nō eſt illi dignū. Et illud, Propter hoc optaui, & datus eſt mihi ſenſus, & inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ. Et præpoſui illā regnis & ſedibus, & honeſtatē nihil eſſe dixi ad cōparationē ipſius, Nec cōparaui illi lapidē precioſum, quoniā omne aurū in cōparatione ipſius arena eſt exigua, & tāquā lutum æſtimabitur argentū ad illam. Hæc iſti ſi aut legerēt aut nō impie legerēt, viderent omnia in vtriuſq; teſtamēti ſcripturis, & ad expetendū, & ad fugiendū, & ad ſumendū, & ad reiiciēdū ſibi concordantia & ſuis gradibus ordinata.

Sapien. 7.

De eo quod ſcriptū eſt in lege, Si ambulaueritis in lege & præcepta mea cuſtodieritis, dabo pluuias tēpore ſuo, & producet terra fruct⁹ ſuos, & arbores poma, & vindemiæ tuæ meſsibus ſuccedēt, & ſatio vindemiis, & ſaturabimini, & ſedebitis in pace in terra veſtra, & dormietis, & nō erit q vos terreat. Et perdā omnē beluā ex terra veſtra, & perſequemini inimicos veſtros, & cadent ante vos in gladio: & inſequētur quinq; ex vobis centū, & cētū ex vobis perſequētur decē milia, & concidēt inimici veſtri ante vos in gladio: &

De non habēdo æs in ꝗnis. Cap. XX. *Leuitic. 26.*

A dio: & veniã & benedicam vos, & multiplicabo vos, &
diſponam vos. Manducabitis vetus quod inueterauit,
& proiicietis vetus ante nouũ. Iam neminẽ oportet po-
ſtulare à nobis vt hæc oſtẽdamus, q̃ congruenter illi po
pulo deus promiſerit. Multa enim de hac re diximus, &
cui parua ſunt, nimis tardus eſt. Sed tamen quòd etiam
huic loco de nouo teſtamento dicũt eſſe cõtrarium, il-
Matth. 10. lud videlicet quod dominus ait, Nolite portare aurum
neque argentũ, neq; nummos in zonis veſtris, non perã
in via, neque duas tunicas, neque calciamẽta, neque vir-
gam: dignus eſt enim operarius mercede ſua: quid mirũ
ſi hæc Euãgeliſtis donauerat? Nũquid in hoc miniſte-
rium populus Iudaicus vocabatur? Quæ tamen omnia
ſpiritaliter perſcrutãda ſunt, ne ipſe dominus homini-
bus impiis contra ſua præcepta feciſſe videatur, qui etiã
loculos habebat, quibus ad neceſſariũ victum pecunia
Ioan. 12. portabatur. Niſi forte dicturi ſunt in zonis habere pe-
cuniam, peccatum eſſe, in loculis autem. nõ eſſe pecca-
tum. Non autem iſta iuſſa, ſed permiſſa eſſe Apoſtolis ex
Acto. 18. hoc intelligitur, quod Apoſtolus Paulus manibus ſuis
operatus victum quærebat, nõ abuſus ea poteſtate ſicut
1. Cor. 10. ipſe loquitur, quam dominus Euangeliſtis dedit. Quod
B enim permittitur à domino, etiã facere non licet: quod
autem iubetur, niſi fiat peccatum eſt. Addũt etiam de il-
Luca. 12. lo diuite cui deus dixerat, Stulte, hac nocte animã tuam
expetam, quæ autẽ præparaſti cuius erũt? Et dicunt non
minus huic capitulo legis eſſe contrarium, cum in iſto
inanitas irriſa ſit vanæ lætitię, qui incerta illa pro certis
habuit, populo autem Iſraël certam faciebat illam pol-
1. Timo. 6. licitationẽ omnipotentia pollicentis. Vnde Apoſtolus
Paulus ſcribens ad Timotheum, diuitibus ſeculi huius
quos nouerat in Eccleſię membris habere ſuum locum,
ita loquitur, Diuitibus huius ſeculi præcipe, non ſuper-
be ſapere, neq; ſperare in incerto diuitiarum, ſed in deo
viuo, qui præſtat nobis omnia abundanter ad fruendũ:
benefaciant, diuites ſint in operibus bonis, facile tri-
buant, cõmunicent, theſaurizent ſibi fundamentum bo
num in futurum, vt apprehendant verã vitam. Quis hic
non intelligat non eſſe culpabile habere iſta, ſed amare
& ſpem in eis ponere, & ea præferre, aut etiam conferre
veritati, iuſticiæ, ſapientiæ, fidei, bonę conſcientiæ, cha-
ritati dei & proximi, quibus omnibus anima pia diues
eſt in ſecretis ſuis coram oculis dei? Sed vt diligatur
C deus, qui diligentibus ſe iſta cuncta & inuiſibilia & æ-
terna largitur, id eſt ſeipſum his omnibus plenum do-
nat dilectoribus ſuis, Vt ergo ipſe diligatur, illo etiam
tempore quo carnalis anima, carnis videlicet affectibus
implicata, niſi temporalia deſiderare non nouit, perſua-
dendum illi eſt, quod etiam iſta deus dat homini: quia
& verum eſt, & vtiliſsime creditur hoc populo Iſraël
factum eſſe per illas pollicitationes, quas imperitiſsime
miſeri derident, vt etiam in ipſis infimis rebus quo mo-
**al. plus.* do poſſent deum diligere aſſueſcerent, quamuis prius *
ibi operetur timor, Quæ tamen omnia dona tempora-
lia figurę ſunt donorum æternorum, & illa de inimicis
victoria præſignat victoriã de diabolo & angelis eius.
Et quod iſti adiecerũt quaſi contrariũ veteri teſtamen-
1. Corin. 14. to quod Apoſtolus loquitur, deum nõ pugna & diſſen-
ſione, ſed pace delectari: ſciãt talem deum prędicari in
ſcripturis illis, cui pacem ſuam nemo poſsit auferre: nõ
qualem ipſi prędicant, qui timens ne irrueret bellum re-
gionibus ſuis, membra ſua lõge miſit, vt peregrina bel-
la tolerarẽt, & poſtea liberari atque purgari victa & in-
quinata nõ poſſent. In natura verò humana, quæ pecca-
to in inferiora defluxit, ita deus pace delectatur, vt non
relinquat libramenta iuſticiæ, nec pacem quam diligit D
velit calcari à peccantibus, ſed amari à certantibus, ap-
prehẽdi à victoribus, & ea carnalibus figurata promit-
tere, ſpiritalibus aperta mõſtrare. De eo quod ſcrip- *Chriſt⁹ quomodo maledictus.*
tum eſt in Deuteronomio, Maledictus omnis qui in li-
gno pepẽderit: Licèt ſæpe à Manichęis iſta quęſtio ven-
tilata ſit, non video tamen quid habeat huic ſententiæ *Cap XXI.*
contrarium quod ex Euangelio Adimantus opponen- *Deut. 21.*
dum putauit, vbi dominus ait, Si vis perfectus eſſe, ven- *Matth. 19.*
de omnia quęcunque poſsides & diuide pauperibus, &
tolle crucẽ tuam & ſequere me. Hic præter quàm quòd
crucem nominat, nihil attendit eſſe cõtrarium ei quod
dictum eſt, Maledictus omnis qui in ligno pependerit,
quaſi vero talem crucem poſsit quiſque tollere & ſequi
dominum. Sed illa tollitur cum ſequimur dominũ, de
qua dicit Apoſtolus, Qui autẽ Ieſu Chriſti ſunt, carnem *Galat. 5.*
ſuam crucifixerunt cum paſsionibus & cõcupiſcentiis.
Tali enim cruce vetus homo, id eſt, vetus vita perimi-
tur, quam de Adam traximus, vt quod in illo fuit volũ-
tarium, in nobis fieret naturale. Quod oſtendit Apoſto-
lus dicens, Fuimus & nos aliquãdo natura filij iræ ſicut *Ephe. 2.*
& cæteri. Si ergo vetus vita de Adam, vnde & nomine
veteris hominis vetus vita ſignificatur, quid abſurdum E
habet quòd in veterem hominem maledictũ prolatum
eſt, quem dominus ſuſpẽdit in ligno? Quia ex ipſa ſuc-
ceſsione mortalitatem geſtauit, de virgine Maria mor- *Roma. 8.*
taliter natus, habens carnem non peccatricem, ſed ta-
men ſimilitudinem gerentem peccati, quia mori pote-
rat, & mors de peccato eſt. Vnde eſt etiam illud, Scien- *Roma 6.*
tes quia vetus homo noſter ſimul cõfixus eſt cruci cum
illo, vt euacuetur corpus peccati. Non ergo dominus
per linguã Moyſi famuli dei, ſed mors ipſa meruit ma-
ledictum, quam dominus noſter ſuſcipiẽdo euacuauit.
Mors itaque illa pependit in ligno, quæ per mulierem
ad hominem ſerpentina perſuaſione peruenit. Vnde e- *Numeri. 21*
tiam ſerpẽtem, ad ſignificationem ipſius mortis, Moy-
ſes in eremo exaltauit in ligno. Et quoniam à mortife-
ris cupiditatibus per fidẽ ſanamur crucis domini, quia
cruce mors ligno ſuſpenſa eſt: propterea qui ſerpentum
morſibus venenabantur, conſpecto ſerpente qui fixus
erat atque exaltatus in ligno, cõtinuo ſanabantur. Huic
ſacramento ipſe dominus atteſtatus eſt dicens, Sicut e- F
nim Moyſes exaltauit ſerpentem in eremo, ita exaltari *Ioan. 3.*
oportet filium hominis. Suſcipiẽdo autem ignominio-
ſiſsimum apud homines mortis genus dominus noſter
Ieſus Chriſtus, hoc eſt mortem crucis, cõmendauit no-
bis dilectionem ſuam, vt merito Apoſtolus diceret, ac-
cendens nos in eius charitatem, Chriſtus nos redemit *Galat. 3.*
de maledicto legis, factus pro nobis maledictũ, Scrip-
tum eſt enim, Maledictus omnis qui pendet in ligno: vt *Deute. 21.*
non ſolum nullam mortem, ſed etiam nullum mortis
genus Chriſtiana libertas ſicut Iudaica ſeruitus formi-
daret. De homine quẽ lapidari deus iuſsit, qui ſab- *Sabbati obſeruatio.*
bato inuentus eſt ligna colligere: dominus in Euange-
lio vbi hominis manum aridam ſanauit die ſabbati, di-
uinum opus fecit, non humanum: nec ab ocio receſsit *Cap. XXII.*
qui iuſsit & factũ eſt. Et ideo non eſt ſimile hoc factum *Nume. 15.*
ligna colligenti, quod facere cum inuentus eſſet homo *Matth. 12.*
die ſabbati, iuſſu dei lapidatus eſt. De ſeruili autem ob-
ſeruatione ſabbati, & de vindicta tẽporalis mortis, iam
multa dicta ſunt. Sicut enim tempore charitatis boni-
tas, ſic tempore timoris ſeueritas dei maxime commẽ-
datur. Et cum adhuc non oporteret ante aduentum do
mini nudare populo legitimarum ſacramenta figura-
rum, non inuitabantur ſignificata intelligere, ſed iuſſa
cogebantur

G cogebantur implere: non dũ enim deo inhærebant per
ſpiritum,ſed per carnem legi ſeruiebant. Miror autem
quòd iſti plangunt lapidatum hominem dei præcepto,
quia contra iuſſa legis ligna collegit: & non plangunt
Matth.21. areſactam ficulneam verbo Chriſti, quæ cõtra nullum
præceptum fecerat, cum talem animã arboris eſſe cre-
Eunuchi dant,qualem hominis. De eo quod ſcriptũ eſt,Mu-
fœcundi. lier tua ſicut vinea frondeſcẽs, & filij tui vt nouellæ oli-
Ca. XXIII. uarum in circuitu menſæ tuæ, & videbis filios filiorũ
Pſal.127. tuorum,& ſcies quia hoc modo benedicitur homo qui
timet dominum.Hoc per Prophetam figurate dictum,
& ad ſignificationem Eccleſiæ pertinere Manichæi nõ
Matth.19. intelligunt, & putant cõtrarium eſſe quod in Euange-
lio dominus de ſpadonib⁹ ait,qui ſeipſos caſtrãt prop-
ter regnũ cœlorum. Sed nos iam & de viro & de vxore
& de ſpadonibus quantum ſatis fuit in tertio capitulo
Formicarũ diſſeruimus. De eo quod ſcriptum eſt apud Salo-
exemplum. monem,Imitare formicam, & intuere diligẽtiam eius,
Ca.XXIIII. quia ab æſtatis tempore vſque ad hyemem colligit ſibi
Prouer.6. alimonias. Neque hoc intelligunt Manichęi ſpiritaliter
eſſe accipiendum, & putant præceptum eſſe vt theſau-
H rizemus in terra,vt etiam curemus hęc horrea,quę ſine
vllo præcepto multum homines implere feſtinant. Et
ideo illud Adimantus ex Euãgelio dicit aduerſum eſſe
huic ſentẽtiæ,vbi dominus ait, Nolite cogitare de cra-
Matth.6. ſtino.Sed neque hoc intelligũt ad id pertinere,vt tem-
poralia non amemus,neque timeamus ne nobis deſint
neceſſaria, & propter ipſa conquirenda vel deo vel ho-
minibus ſeruiamus. Nam ſi hoc ideo dictum eſt, vt non
Paſſiui. ſeruetur panis in craſtinũ,magis hoc implent vagi Ro-
manorum,quos paſſiuos appellant, qui annona quoti-
diana ſatiato ventre,aut donant ſtatim quod reſtat, aut
proiiciunt: quàm vel domini diſcipuli, qui etiam cum
ipſo domino cœli & terræ in terra ambulantes loculos
habebant:vel Paulus Apoſtolus, qui omnium terreno-
rum contemptor,ſic tamen gubernauit ea quæ præſen-
ti vitæ erant neceſſaria, vt etiã de viduis præceperit di-
1.Timo.5. cens,Si quis fidelis habet viduas, ſufficienter tribuat il-
lis,vt non grauetur Eccleſia, quo veris viduis ſufficere
poſsit. Sed tamen illud de formica ita poſitum eſt, vt
quemadmodũ illa ęſtate colligit vnde in hyeme paſca-
tur,ſic vnuſquiſque Chriſtianus in rerum trãquillitate,
quam ſignificat æſtas,colligat verbum dei,vt in aduer-
ſitate & tribulationibus,quæ hyemis nomine ſignificã-
Deut.8. tur,habeat vnde ſpiritaliter viuat. Nõ enim in pane ſo-
lo viuit homo, ſed in omni verbo dei. Si autẽ hoc eos
mouet, quòd in terra condit formica quod colligit,
iraſcantur etiã illi theſauro quem dominus in agro di-
Matth.13. cit inuentum. De eo quod ſcriptum eſt in Oſee,Da
Sterilitatis illis ventrem vacuum, & vbera arida: mortifica ſemen
allegoria. ventris ipſorum ne pariant. Et hæc prophetica locutio
Cap. XXV. eſt vtique figurata. Nam & ventrem non carneum in-
Oſee.9. telligunt in Euangelio cum legunt,Flumina aquæ viuæ
Ioan.7. fluent de vẽtre eius: & vbera quædam habebat Apoſto-
1.Cor.3. lus cum diceret,Lac vobis potum dedi, non eſcam. Et
1.Theſſ.2. iterum,Factus ſum paruulus in medio veſtrum,tãquam
Galat.4. ſi nutrix fouẽs filios ſuos. Et Galatas ad carnalia decli-
nantes iterum parturit donec Chriſtus in eis formetur.
Et ideo huic propheticæ ſententiæ nõ repugnat quod
Adimantus poſuit ex Euangelio,quod in reſurrectione
à mortuis, neque nubent, neque vxores ducent,neque
Matth.22. morientur, ſed ſunt vt angeli dei. Nam hoc eſt vtique
quod accipiunt etiã ſpadones,de quibus Eſaias loqui-
tur, Locum nominatum multo meliorem filiorũ & fi-
Eſa.56. liarum,nomen ęternũ dabo eis inquit. Ne ergo iſti arbi-
trentur in ſolo Euangelio tale præmium promitti ſan- K
ctis,ventremq́; vacuum & vbera arida,& mortificatum
ſemen ne pariant,intelligant de his eſſe dictum de qui-
bus dicit Apoſtolus, Sicut enim Iambres & Mãbres re- *2.Timo.3.*
ſtiterũt Moyſi,ſic & iſti reſiſtũt veritati, homines men- *Exod.7.*
te corrupti,reprobi circa fidẽ, ſed vltrà nõ proficient:
dementia enim eorum manifeſta erit omnibus ſicut &
illorum fuit. Cum ergo vltrà nõ proficient,tunc habe-
bunt ventrem vacuum,& vbera arida, & mortificatum
ſemen,In qua ſentẽtia ſe iſti tanquã in ſpeculo dignen-
tur inſpicere. De eo quod ſcriptũ eſt in Amos Pro- *Deus quo*
pheta,Si fieri poteſt vt ambulãtes duo in via minime ſe *modo facit*
agnoſcant,& leo ſine præda ad catulum ſuum reuerta- *mala. Cap.*
tur:ſi decidet auis ſine aucupe in terram, ſi tendũt mu- *XXVI.*
ſcipulam ſine cauſa vt nihil capiant: ſi dabit ſonum tu- *Amos 3.*
ba in ciuitate vt plebs non terreatur:ita etiam malũ ali-
quod in ciuitate nõ perpetratur quod dominus non fa-
ciet. Malum hoc loco non peccatum,ſed pœna intelli-
genda eſt. Dupliciter enim appellatur malum, vnum
quod homo facit,alterum quod patitur pœna. De pœ-
nis ergo loquebatur Propheta cũ hoc diceret. Diuina
enim prouidentia cuncta moderãte & gubernante, ita L
homo male fecit quod vult, vt male patiatur quod nõ
vult,Sic autem iſti accuſant Prophetam iſta dicentem,
quaſi in Euangelio nõ legerint, Nónne duo paſſeres aſ- *Matth.10.*
ſe veneunt,& vnus ex his nõ cadit in terram ſine patris
veſtri voluntate:Ita ergo deus malũ facit quod non ipſi
deo malũ eſt,ſed eis in quos vindicat. Itaque ipſe quan-
tum ad ſe pertinet bonum facit, quia omne iuſtum bo-
num eſt, & iuſta eſt illa vindicta:& ideo non eſt cõtra-
rium quod Adimãtus obiicit dixiſſe dominum, Arbor *Matth.7.*
bona fructus bonos facit,mala autem arbor malos fru-
ctus facit, Quamuis enim malum ſit gehenna damnato,
iuſticia tamen dei bona eſt,& ipſe fructus eſt ex arbore
bona. Ille autem malis peccatorum ſuorũ theſaurizat *Roma.2.*
ſibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij dei, qui
reddet vnicuique ſecũdum opera ſua. Quanquam iſtæ *1.Retra.22.*
duæ arbores manifeſtiſsime in ſimilitudine duorũ ho-
minũ poſitæ ſint: id eſt,iuſti & iniuſti: quia niſi quiſque
voluntatem mutauit,bonum operari nõ poteſt. Quod
in noſtra poteſtate eſſe poſitum alio loco docet vbi ait: M
Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum: aut *Matth.12.*
facite arborem malam & fructum eius malũ,Illis enim *2. ſen. diſt.*
hoc dicit qui putabãt ſe bona loqui poſſe cũ eſſent ma- *28.ca Ali-*
li,hoc eſt, bonos fructus facere cum eſſent arbores ma- *bi.*
læ,Sic enim & ſubiungit,Hypocritæ, quo modo pote-
ſtis bona loqui cum mali ſitis? Mala ergo arbor fructus
bonos facere non poteſt, ſed ex mala fieri bona poteſt,
vt bonos fructus ferat. Fuiſtis enim aliquando tenebrę,
inquit Apoſtolus,nunc autem lux in domino. Tãquam *Ephe.5.*
ſi diceret,fuiſtis aliquando arbores malę, & ideo nõ po
teratis tũc niſi malos fructus facere: nunc autem lux in
domino,id eſt,etiã facti eſtis arbores bonę,date fructus
bonos:quod ſequitur dicens, Sicut filij lucis ambulate.
Fructus enim luminis eſt in omni iuſticia & veritate,ꝓ-
bantes quid ſit beneplacitũ domino. Nã in ipſo Euan-
gelij capitulo ſi non ſtudio maleuolentiæ fugeret Adi-
mantus, poſſet aduertere quo modo dicatur deus malũ
facere, Ibi enim ait dominus, ꝙ etiam iſte cõmemora-
uit, Omnis arbor quæ non facit fructus bonos, excide- *Matth.7.*
tur & in ignem mittetur. Hęc ſunt mala quę deus facit,
id eſt,peccatoribus pœnas,quòd in ignem mittet arbo-
res quæ in malicia perſeuerantes fieri bonæ noluerunt,
cum hoc ipſis arboribus malum ſit. Deus autem,vt ſæpe
dixi,non dat fructus malos,quia iuſticię fructus eſt vin-
dicta

A dicta peccati. De eo quod in Eſaia Propheta ſcriptũ
De eodem. eſt, Ego ſum deus qui facio pacẽ & cõſtituo mala. Etiã
Ca. XXVII hoc eadẽ regula ſoluitur. Nõ enim reprehẽdit Adimã-
Eſaia. 45. tus ꝙ dixit deus, facio pacẽ: ſed ꝙ dixit, cõſtituo mala:
cum Paulus Apoſtolus hęc duo ſimiliter vno in loco e-
Roma. 11. tiam latius tractauerit dicẽs, Vides ergo bonitatẽ & ſe-
ueritatem dei, In eos quidẽ qui ceciderũt, ſeueritatẽ: in
te autem bonitatẽ, ſi permanſeris in bonitate: alioquin
& tu excideris, & illi ſi nõ permãſerint in incredulitate
inſerentur, Potens eſt enim deus iterũ inſerere illos. In
hoc ſermone Apoſtolico ſatis apparet bonitas dei, ſe-
cundũ quã dixit Eſaias, Ego ſum deus qui facio pacem:
1. Retra. 22. & ſeueritas, ſecundũ quã dixit, cõſtituo mala. Simul e-
tiam oſtẽdit in noſtra poteſtate eſſe, vt vel inſeri boni-
tati ipſius, vel excidi ſeueritate mereamur. Nõ ergo eſt
Eſaiæ contrariũ Euangeliũ, ſicut putat vel potius putari
Matth. 5. cupit Adimãtus, vbi dominꝰ ait, Beati pacifici, quia filij
dei vocabũtur. Vel ex ipſa enim parte debuit agnoſce-
re, etiã Eſaiam ſcire filios dei eſſe pacificos quia per eũ
dixit deus, Ego ſum qui facio pacẽ. Sed cũ alia parte ad
male intelligendũ oculum fixit, in altera ſe ipſe excæca-
B uit. Quod ſi vellet alius ſimiliter cæcus dicere bonũ eſſe
Ezechie. 18. & 33. vetus teſtamentũ, vbi dicit deus, Nolo mortẽ peccato-
ris, quantũ vt reuertatur & viuat: malũ autẽ eſſe nouum
Matth. 25. teſtamentũ, vbi dicit Chriſtus, Ite in ignem æternũ, qui
præparatus eſt diabolo & angelis eius: nõnne in foueã
cadẽs omnes qui ſequerẽtur indoctos & ſcripturarum
†geminãte. ignaros in imperitiæ cæcitatẽ geminãte† malicia ſecũ
pariter præcipitaret? Qui autẽ oculo pio legit, & in no-
Deꝰ quo mo do viſibilis & inuiſibi lis. Caput XXVIII. uo teſtamẽto inuenit quod iſti accuſant in vetere: & in
vetere quod laudãt in nouo. De eo quod ſcriptum
eſt in Eſaia, Et factũ eſt eo anno quo mortuus eſt Ozias
rex, vidi dominũ ſedentẽ in ſede altiſſima, & plena erat
domus glorię ipſius, & in circumitu ſeraphin ſtabãt, ſe-
Eſaia. 6. nas alas habẽtes: & binis quidẽ operiebãt faciem ipſius,
1. Timo. 1. binis vero pedes. Huic loco illud opponit Adimantus
quod ait Apoſtolus, Regi autem ſeculorũ inuiſibili ho-
nor & laus in ſecula. In qua quæſtione quærendum eſt,
quid ei viſum fuerit: vel in illa viſione Eſaiæ binas alas
prętermittere quibus volabãt ſeraphin, dicẽtes, Sãctus,
ſanctus, ſanctus dominus deus ſabaoth: vel in Apoſtoli
verbis nõ totũ dicere. Nã ita dicit Apoſtolus, Regi autẽ
ſeculorũ inuiſibili, incorruptibili, ſoli deo honor & glo
C ria in ſecula ſeculorũ. An forte timuit ne Trinitatis cõ-
memoratio cõmendaret Prophetam lectori, & aliquid
magnum ibi latere ſuſpicaretur? Ter enim dicitur ſan-
ctus, ſanctus, ſanctus dominꝰ deus ſabaoth. In Apoſto-
lo autem forte vidit, ꝙ ſi dixiſſet, incorruptibili deo: re-
ſponderetur illi, quod nũc iſtis dicimus. Quid ergo in-
corruptibili deo factura erat gens tenebrarũ ſi cum ea
pugnare noluiſſet? Aut ſi forte mendoſos codices lege-
rat, aut iſte mẽdoſus eſt vbi nos ipſum Adimantũ legi-
mus, nõ eſt diutius de re dubia diſſerendũ: ſed iam quę-
rendũ eſt quo modo & Propheta dixerit vidiſſe ſe deũ
in ſede altiſſima: & Apoſtolus Paulus verũ dixerit, inui-
ſibilẽ deũ. Interrogo itaq; iſtos vtrũ inuiſibilia poſſint
cõſpici: Si dicũt poſſe, quid ergo calũniantur ſi deũ in-
Roma. 1. uiſibilẽ Propheta cõſpexit? Si autẽ dicunt nõ poſſe, ipſi
Apoſtolo potius calũnientur ſi audẽt, qui ait, Inuiſibilia
enim dei à cõſtitutione mundi per ea quę facta ſunt in-
tellecta cõſpiciuntur. Ipſe enim dixit eſſe inuiſibilia, &
ipſe rurſus dicit, cõſpiciuntur. Nõnne hic cogũtur fate-
ri oculis corporeis eſſe inuiſibilia, menti vero eſſe viſi-
bilia? Sic igitur & Propheta deum qui corporaliter in-
uiſibilis eſt, nõ corporaliter ſed ſpiritaliter vidit. Nam
multa genera viſionis in ſcripturis ſanctis inueniuntur: D
Vnum ſecũdũ oculos corporis, ſicut vidit Abrahã tres *Varia gene ra viſionũ.*
viros ſub ilice Mãbre, & Moyſes ignẽ in rubo, & diſci-
puli trãſfiguratum dominũ in monte inter Moyſem & *Gene. 19.*
Heliam: & cætera huiuſmodi. Alterum ſecundũ quod *Exod. 3.*
imaginamur ea quę per corpus ſentimus: nã & pars ip- *Matth. 17.*
ſa noſtra cũ diuinitus aſſumitur, multa reuelãtur, nõ per
oculos corporis, aut aures, aliũmve ſenſum carnalẽ, ſed
tamen his ſimilia, ſicut vidit Petrus diſcum illum ſub- *Acto. 10.*
mitti è cœlo cũ variis animalibus. Ex hoc genere eſt etiã
Eſaiæ, quod imperitiſſime impij reprehendũt. Nõ enim
deum forma corporea circũterminat, ſed quẽadmodũ
figurate non proprie multa dicuntur: ita etiam figurate
multa mõſtrantur. Tertium autẽ genus viſionis eſt ſe-
cundum mentis intuitum, quo intellecta cõſpiciuntur
veritas atq; ſapientia, ſine quo genere illa duo quę prius
poſui, vel infructuoſa ſunt, vel etiã in errorem mittunt.
Cum enim ea quæ ſiue corporeis ſenſibus, ſiue illi parti
animæ quæ corporalium rerũ imagines capit diuinitus
demõſtrantur, nõ ſolum ſentiuntur his modis, ſed etiã
mente intelliguntur, tunc eſt perfecta reuelatio. Ex hoc
tertio genere eſt viſio illa quam cõmemoraui dicente E
Apoſtolo, Inuiſibilia enim dei à cõſtitutione mũdi per *Rom. 1.*
ea quæ facta ſunt intellecta cõſpiciũtur. Hac viſione vi-
detur deus, cum per pietatẽ fidei & per agnitionẽ dei,
morum optimorum corda mundãtur. Quid enim pro-
fuit Balthaſari regi, ꝙ manum ſcribentem ante oculos *Danie. 5.*
ſuos in pariete cõſpexit? Cui viſioni quia nõ potuit ad-
iungere mentis aſpectum, quęrebat adhuc videre quod
viderat. Tali autem acie luminis qua iſta intelliguntur,
Daniël præditus, mẽte vidit, quod ille viderat corpore.
Rurſus illa parte animi, quæ imagines corporũ capit,
vidit ſomniũ Nabuchodonoſor rex, & quoniã nõ ha-
bebat idoneũ oculum mẽtis ad melius videndũ quod
viderat, id eſt, ad intelligẽdũ quod viderat, ideo ad in-
terpretandũ viſum ſuũ, aſpectũ quæſiuit alienũ, eiuſdem
ſcilicet Danielis, Cui tamẽ aperienti, vt certã accõmo- *Daniel. 2.*
daret fidẽ, etiã ipſum ſomnium vt ſibi diceretur exegit.
Daniel autẽ reuelãte ſancto dei ſpiritu, & quid ille vi-
diſſet in ſomnis ea parte vidit qua corporum capiũtur
imagines, & quid ſignificaret mẽte cõſpexit. Nõ eſt au-
tẽ Propheta veri dei & ſummi, qui oblata diuinitꝰ viſa,
vel ſolo corpore, vel etiam illa parte ſpiritus videt qua F
corporũ capiũtur imagines & mẽte non videt. Sed ple-
rũq; in ſcripturis ſic poſita inueniũtur quẽadmodũ viſa
ſunt, nõ etiã quẽadmodũ intellecta ſunt, vt mẽtis viſio
in qua totus fructus eſt exercẽdis lectoribus ſeruaretur.
Sed ex multis quę aperte ſunt ſcripta, manifeſtatur no-
bis quo modo illa intellexerint quæ ſic in libris poſue-
rũt quo modo figurate illis demõſtrata ſunt. Ad duo e-
nim genera illa viſionis, pertinẽt figuratę demõſtratio-
nes: ad mẽtis autẽ, id eſt, ad intelligẽtię viſionẽ ſimplex
& ꝓpria pertinet reuelatio rerũ intellectarũ atq; certa-
rũ. Omnia tamen hæc genera mirificis & ineffabilibus
diſtributionibꝰ exhibet atq; moderatur ſpiritus ſanctus
ſummę incõmutabiliſq; ſapiẽtię. Sed iſti miſeri ſunt qui
calũniantur Prophetæ dicenti ꝙ deũ viderit, obiicien-
tes Apoſtolicã ſententiã, vbi inuiſibilem dixit. Si enim
alter obiiciat huic Apoſtolico verbo Euãgelicum ver- *Matth. 5.*
bum, quo dominus ait, Beati mũdicordes, quoniam ipſi
deũ videbũt: quo modo reſpõdebũt poſſe inuiſibilẽ vi-
deri? Verbo enim premũt imperitos, & quatenus inui-
ſibilis deus dictus ſit, & ſi cognoſcũt cognoſci timent.
Tãta eſt pernicies animorum, qui cũ vincere homines
volunt, ab errore conuincuntur. Finis.

DIVI

G

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS Epiſcopi, aduerſus Fauſtum Manichæum Liber primus.

Prologus. Caput I. FAuſtus quidam fuit gente Afer, ciuitate Mileuitanus, eloquio ſuauis, ingenio callid⁹, ſecta Manichęus, ac per hoc nefando errore peruerſus, Nouerā ipſe hominem quemadmodū cum cōmemoraui in libris Confeſsionum mearum. *Lib. 5. Confeſsio. ca. 3. cum ſequē.* Hic quoddā volumen edidit aduerſus rectam Chriſtianā fidem & catholicam veritatem. Quod cum veniſſet in manus noſtras, lectúmque eſſet à fratribus, deſiderauerunt, & iure charitatis per quam eis ſeruimus, flagitauerunt, vt ei reſponderemus. Hoc aggrediar nunc in nomine atq; adiutorio domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, vt omnes qui hæc legent, intelligant quàm nihil ſit acutū in-

H

genium & lingua expolita, niſi à domino greſſus hominis dirigātur. *Pſal. 36.* Quod multis etiam tardioribus & inualidioribus, occulta ęquitate diuinę miſericordię pręſtitum eſt, cum multi acer~imi & facundiſsimi, deſerti adiutorio dei, ad hoc velociter & pertinaciter currerent, vt à veritatis via longius aberrarēt. Commodum autē arbitror, ſub eius nomine verba eius ponere, & ſub meo reſpōſionem meam.

Caput II. Fauſtus dixit, Satis ſuperq; in lucem iam traductis erroribus, ac Iudaicæ ſuperſtitionis, ſimul & ſemichriſtianorum abunde detecta fallacia, à doctiſsimo, ſcilicet & ſolo nobis poſt beatū patrem noſtrum Manichæum ſtudendo* Adimanto, non ab re viſum eſt patres chariſsimi hæc quoque breuia vobis & concinna reſponſa propter callidas & aſtutas cōferentium nobiſcum propoſitiones ſcribere, quo cum iidem vos ex more parentis ſui ſerpentis captioſis circumuenire quæſtiūculis voluerint, & ipſi ad reſpōdendū vigilāter eis ſitis inſtructi. Ita enim fiet vt ad ea ipſa quæ propoſuerint religati, vlterius huc atque illuc vagari non poſsint. Ac ne profuſa confuſáve oratione legentium inundarentur ingenia, tam breuiter quàm di-

1. Retra. ca. 21.

**aliâs, ſtupendo.*

I

ſtincte ex aduerſo ſibi ipſorū atque noſtrorum [verba] conſtitui.

Caput III. Auguſtinus reſpondit, Tu ſemichriſtianos cauendos putas, quod nos eſſe dicis: nos autē pſeudochriſtianos cauemus, quod vos eſſe oſtendimus. Nā quod ſemis eſt, ex quadam parte imperfectum, ex nulla tamen falſum eſt. Quid ergo ſi aliquid deeſt fidei eorū quos circumuenire conamini, nunquid ideo id quod eis adeſt deſtruendū, ac nō potius id quod deeſt aſtruēdum eſt? Sicut ad quoſdam imperfectos loquens Apoſtolus ait, *Coloſſ. 2.* Gaudens & videns veſtram conuerſationem, & id quod deeſt fidei veſtræ. In Chriſto cernebat vtiq; quandam fabricam ſpiritalem, ſicut alibi dicit, *1. Cor. 3.* Dei ędificatio eſtis: & in ea cernebat vtrunque, & vnde gauderet, & vnde ſatageret. Gauderet ex eo quod iam ædificatum videbat: ſatagebat ex eo quod vſque ad culmen perfectionis adhuc ædificandum eſſe ſentiebat. Itaque nos reuera catholicos nondum perfectos, ſed quodam modo, vt dixiſti, ſemichriſtianos quos fallatis & ſeducatis veſtra peruerſitate inſectamini. Sed ſi qui adhuc etiam tales ſunt, ſi vos pſeudochriſtianos eſſe intellexerint, quamuis captioſis quęſtionum veſtrarum propoſitionibus, propter id quod eorum fidei deeſt, reſpondere non poſsint: non tamen ſequendos, ſed deuitandos vos eſſe cognoſcunt. Sicut ergo veſtra intentio eſt ſe- K
michriſtianos quos decipiatis inquirere, ſic noſtra intentio eſt pſeudochriſtianos vos oſtendere, vt non ſolum chriſtiani peritiores vos conuincendo prodāt, ſed & imperitiores vos cauendo proficiant. Cur autem ſerpentem patrem noſtrum dixiſti? An excidit tibi quemadmodum ſoleatis vituperare deum qui homini præceptum in paradiſo dedit, & laudare ſerpentem quòd *Gene. 2. & 3.* ei per ſuum conſilium oculos aperuit? Puto iuſtum eſſe vt ſerpentem illum diabolum à vobis laudatum, tu potius agnoſcas parentem tuum. Nam ille te filium etiam modo vituperatus agnoſcit.

Primi libri finis.

LIBER SECVNDVS.

Caput I. FAuſtus dixit, Accipis Euangelium? Et maxime. Proinde ergo & natū accipis Chriſtum? Non ita eſt. Neq; enim ſequitur, vt ſi Euāgelium accipio, idcirco & natū accipiā Chri- L
ſtum. Cur? Quia Euāgeliū quidem à prædicatione Chriſti & eſſe cœpit & nominari: in quo tamen ipſe nuſquam ſe natū ex hominibus dicit. At vero genealogia adeo nō eſt Euāgelium, vt nec ipſe eius ſcriptor auſus fuerit eam Euangelium nominare. Quid enim ſcripſit? *Matth. 1.* Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid. Non ergo liber Euangelij Ieſu Chriſti, ſed liber generationis. Quippe ibi & ſtella inducitur quæ confirmat Geneſin, vt recte Geneſidium *Matth. 2.* hoc magis nuncupari poſsit quàm Euangelium. At deniq; Marcus qui generationem ſcribere nō curauit, ſed prædicationem tantum filij dei, quod eſt Euangelium, vide quàm ſit cōpetenter exorſus, Euangelium, inquit, *Marci. 1.* Ieſu Chriſti filij dei: vt hinc ſatis abūdeq; appareat genealogiam non eſſe Euangelium. Nam & in ipſo Matthęo poſt incluſum Ioannem in carcerem: tunc legitur Ieſum cœpiſſe prædicare Euāgelium regni. Ergo quicquid ante hoc narratum eſt, genealogiā eſſe cōſtat non Euangeliū. Alioquin quid impediebat & Matthæū ponere Euāgeliū Ieſu Chriſti filij dei: niſi quia improbum M
putauit genealogiā vocare Euangelium? Quapropter ſi iam tibi diſtinctum ſatis eſt quod vſq; nunc ignoraſti, lōge aliud eſſe Euangeliū quàm genealogiam, ſcias me vt dixi accipere Euangeliū, id eſt, prędicationē Chriſti. De quo quicquid iam perrogare* volueris, omiſsis generationibus quære. **aliâs, prærogare.* Aut ſi & de ipſis conferre eſt animus, non equidē recuſo, cū ſit mihi magna & de hic ad reſpōdēdū copia. Sed tu diſce interrogare quod primū eſt. Videris enim mihi nunc ſcire velle nō vtrum Euāgelium accipiā, ſed vtrum generationes.

Caput II. Auguſtinus reſpōdit, Certe interrogaſti teipſum velut ex perſona noſtra, vtrum acciperes Euangelium: & reſpondiſti, maxime. Rurſuſq; interrogaſti, vtrū acciperes Chriſtum natum: & reſpondiſti, Nō ita eſt: Hanc ſcilicet cauſam ſubiiciens, quia generatio Chriſti non pertinet ad Euāgelium, Quid ergo reſpondebis Apoſtolo dicenti, *2. Timo. 2.* Memor eſto Chriſtū Ieſum reſurrexiſſe à mortuis ex ſemine Dauid ſecundum Euangelium meum? Vides certe quàm neſcias, vel te neſcire fingas, quid ſit Euāgelium: nec ex doctrina Apoſtolica, ſed ex veſtro errore nomines Euāgeliū. Aut ſi hoc appellas Euāgeliū quod Apoſtoli appellauerunt, aberras ab Euangelio qui nō credis Chriſtum ex ſemine Dauid: quod Apoſtolus ſecūdum

ſuum

A ſuum Euágelium prędicari teſtatus eſt. Quod autē erat
Apoſtoli Pauli Euangelium, hoc etiā cęterorū Apoſto-
lorum, & omnium fidelium diſpenſatorum tāti ſacra-
1.Corin.15. menti. Hoc enim alibi dicit, Siue ergo ego, ſiue illi ſic
prędicamus, & ſic credidiſtis. Nō enim omnes illi Euā-
gelium conſcripſerunt, ſed tamen omnes Euangelium
prædicauerunt. Narratores quippe originis, factorum,
dictorum, paſsionū domini noſtri Ieſu Chriſti, propriè
dicti ſunt Euāgeliſtæ. Nā & ipſum nomen ſi quęramus
quid Latine interpretetur, bonū nuncium dicitur Euā-
gelium, vel bona annūciatio. Quod quidem cūaliquid
bonum annūciatur, ſemper dici poteſt: propriè tamen
hoc vocabulum obtinuit illa quam dixit annunciatio
Saluatoris. Si autem alia vos annunciatis, extra Euāge-
lium vos eſſe manifeſtum eſt. Vtique ſunt aduerſus vos
paruuli quos appellatis ſemichriſtianos, ſi matris chari-
tatis vocem ſibi ex ore Apoſtolico perſonantē audiāt,
Galat.1. Si quis vobis annunciauerit, pręterquam quod annun-
ciauimus vobis, anathema ſit. Cum ergo ipſe Paulus ſe-
cundum Euāgelium ſuum annunciauerit Chriſtum ex
ſemine Dauid, vos qui hoc negatis, & aliud annuncia-
Matth.8. tis, anathema ſitis. Quis nō autem videat quanta cæcita-
B te dicatur, quòd nuſquā ſe Chriſtus natum ex homini-
bus dicat, cum penè nunquam ſe filium hominis taceat?
Caput III. Sed videlicet doctiſsimi homines, profertis nobis
ex armario veſtro, neſcio quem primum hominem qui
ad gentem tenebrarum debellandā, de lucis gente de-
ſcendit, armatum aquis ſuis, contra inimicorū aquas: &
igne ſuo, cōtra inimicorum ignem: & ventis ſuis, con-
tra inimicorum ventos. Cur nō ergo & fumo ſuo, con-
tra inimicorum fumum: & tenebris ſuis, cōtra inimico-
rum tenebras: ſed cōtra fumum aëre, vt dicitis, armaba-
tur: & cōtra tenebras luce? An quia mala ſunt fumus &
tenebræ, non ea potuit habere bonitas eius? Bona ergo
ſunt illa tria, aqua, ventus, ignis. Cur ergo ea potuit ha-
bere malicia gentis aduerſę? Hic reſpōdetis. Sed aqua il-
la gentis tenebrarum mala erat: quam vero primus ho-
mo attulit bona erat, & vētus illius malus, huius autem
bonus. Ita & huius ignis bonus, cōtra malum ignem il-
lius dimicauit. Cur ergo & cōtra malum fumum nō po-
tuit afferre ſummū bonum? An in fumo veſtra menda-
cia tanquam fumus ipſe euaneſcunt atq; deficiunt? Cer-
te primus homo veſter cōtra naturā cōtrariam bellum
C geſsit, Cur quinq; illis elementis, quę in contraria gente
cōfingitis, vnum allatum eſt de diuinis regnis contra-
rium lux cōtra tenebras? Cætera enim quatuor nō ſunt
cōtraria. Nam nec aër fumo eſt cōtrarius, multominus
Caput IIII. aquæ aqua, & ventus vento, & ignis igni. Iam vero
illa ſacrilega deliramēta quis audiat, quod primum homi-
nem veſtrum dicitis ſecūdum hoſtium voluntatē, quo
eos caperet elementa quę portabat mutaſſe atq; vertiſſe,
vt regnum quod dicitis falſitatis, in ſua natura manens,
nō fallaciter dimicaret, & ſubſtantia veritatis mutabilis
appareret, vt falleret? Huius primi hominis filium, credi
vultis dominum Ieſum Chriſtum. Huius cōmenticię fa
bulę, filiam dicitis veritatem. Hunc primum hominem
quem laudatis, quia mutabilibus & mendacibus formis
cum aduerſa gente pugnauit: ſi verum dicitis, non imi-
tamini: ſi autē imitamini, & vos mentimini. Quapropter
dominus & ſaluator noſter Ieſus Chriſtus, verus &
verax dei filius, verus & verax hominis filius, quod
vtrunq; de ſe ipſe teſtatur, & de vero deo diuinitatis æ-
ternitatem, & de vero homine carnis originem duxit.
Nō nouit Apoſtolica doctrina primum hominem ve-
ſtrum, audite Apoſtolū Paulum, Primus homo, inquit,
de terra terrenus, ſecūdus homo de cœlo cœleſtis. Qua- D
lis terrenus, tales & terreni: qualis cœleſtis, tales & cœle- 1.Cor.15.
ſtes, Sicut portauimus imaginem terreni, portemus &
imaginem eius qui de cœlo eſt. Primus itaq; homo de
terra terrenus, ille Adā de limo formatus. Secundus au- Gene.2.
tē homo de cœlo cœleſtis, dominus Ieſus Chriſtus, quia
filius dei venit ad carnē, qua ſuſcepta & homo exterius
fieret, & deus interius permaneret, vt & filius dei verus
eſſet, per quē facti ſumus: & hominis filius verus fieret,
per quem refecti ſumus. Cur ergo primum hominē ve-
ſtrum cōmēticium, neſcio vnde producitis, & primum
hominem quem doctrina Apoſtolica docet, nō vultis
agnoſcere? An vt compleatur in vobis quod ipſe Apo-
ſtolus ait, A veritate quidem auditum ſuum auertentes, 2. Timo.4.
ad fabulas autē cōuertentur. Paulus annunciat primum
hominē de terra terrenum, Manichæus annunciat pri-
mum hominem nō terrenum, neſcio quibus fallacibus
elemētis quinq; veſtitum. Et Paulus dicit, Si quis vobis Galat.1.
annunciauerit præterquam quod annunciauimus vo-
bis anathema ſit. Ergo ne Paulus mēdax ſit, Manichæus
anathema ſit. Quod autem etiam ſtellæ calumnia- Caput V.
mini, qua Magi ad Chriſtum infantem adorādum per-
ducti ſunt, nō erubeſcitis cum vos cōmenticium Chri- E
ſtum veſtrum filium cōmenticij primi hominis veſtri,
nō ſub ſtellæ teſtificatione ponatis, ſed in ſtellis omni-
bus colligatum eſſe dicatis, quia videlicet principibus
tenebrarum commixtum eſſe creditis in illo bello, quo
ipſe primus homo veſter cum tenebrarū gente pugna-
uit, vt de ipſis principibus tenebrarum tali cōmixtione
captis mundus fabricaretur. Vnde iſta ſacrilega delira-
menta vos cogunt, nō ſolum in cœlo, atq; in omnibus
ſtellis, ſed etiam in terrę atq; in omnibus quę naſcuntur
in ea cōfixum & colligatum atque cōcretum Chriſtum
dicere, nō iam ſaluatorem veſtrum, ſed à vobis ſaluan-
dum, cum eum manducatis atque ructatis. Nam & iſta De natura
impia vanitate ſeducti, ſeducitis auditores veſtros, vt boni.ca.44
vobis cibos afferāt, quo poſsit ligato in eis Chriſto ſub- & 45. Et
ueniri per veſtros dentes & vētres. Talibus enim auxi- de fide con-
liis eum ſolui & liberari prædicatis, nec ſaltem totum, tra Mani-
ſed adhuc licet exiguas ſordidaſq; reliquias eius in ſter- chæos. cap.
coribus remanere contenditis, vt in aliis atque aliis re- 11.&.21.
rum corporalium formis iterum atque iterum implexæ
implicatæq; teneantur. Et ſi mundo ſtante ſolui & pur- 2.Petri.3.
gari nō potuerint, iam illo igne vltimo quo ipſe mun-
dus ardebit, ſoluātur atq; purgentur. Nec tamen etiam F
tunc totum Chriſtum dicitis poſſe liberari, ſed eius bo-
næ diuinæq; naturæ nouiſsimas reſiduaſq; particulas,
quæ ita ſurdidatæ ſunt, vt nullo modo dilui valeant,
damnari in æternum confixas globo horrido tenebra-
rum. Ecce qui ſe fingunt indignari, quòd filio dei fiat
iniuria, quia eum natum ſtella demōſtraſſe dicatur, tan-
quam geneſis eius ſub fatali cōſtellatione ſit cōſtituta,
cum eum ipſi non tantum ſub ſtellarum cōnexione, ſed
in vinculis omnium terrenorum, & in ſuccis omnium
herbarum, & in putredine omniū carnium, & corrup-
tione omnium ciborum, ita ligatum pollutumq; cōſti-
tuant, vt ex magna nō tamen ex tota parte ſolui purga-
riq; nō poſsit, niſi vt ab hominibus electis videlicet Ma-
nichęorum, etiam in porris radiculiſq; ructetur. Et nos
quidē ſub fato ſtellarum nullius hominis geneſim po-
nimus, vt liberū arbitrium voluntatis quo vel bene vel
male viuitur, propter iuſtum iudicium dei ab omni ne-
ceſsitatis vinculo vindicemus: quāto minus illius tem-
poralem generationem ſub aſtrorum cōditione credi-
mus factā, qui eſt æternus vniuerſorum creator, & do-
minus.

G minus.Itaq; illa ſtella quam viderunt Magi, Chriſto ſe-
Matth.2. cundum carnem nato nõ ad decretum dominabatur,
ſed ad teſtimonium famulabatur, nec eum ſubiiciebat
imperio,ſed indicabat obſequio. Proinde non ex illis
erat hæc ſtellis,quæ ab initio creaturę itinerum ſuorum
ordinem ſub creatoris lege cuſtodiũt, ſed nouo virgi-
nis partu,nouum ſydus apparuit, quod miniſterium of-
ficij ſui etiam ipſis Magis quærentibus Chriſtum cũ an-
te faciem præiret exhibuit, donec eos vſq; ad ipſum lo-
cum vbi dei verbum infans erat, præeundo perduce-
De Gene. ret. Qui tandem aſtrologi ita conſtituerunt hominum
ad literam naſcẽtium fata ſub ſtellis, vt aliquam ſtellarum homine
li.2.ca.17. aliquo nato circuitus ſui ordinem reliquiſſe,& ad eum
In medio. qui natus eſt perrexiſſe aſſeuerent? Sorte quippe naſcen-
Super Ioã. tis aſtrorum ordini colligari arbitrantur, nõ aſtrorum
Tractatu.8 ordinẽ ob hominis nati diem poſſe mutari. Quaprop-
ter ſi ſtella illa ex iis erat quæ in cœlo peragunt ordines
ſuos, quo modo poterat decernere quod nat⁹ Chriſtus
acturus erat,quæ nato Chriſto iuſſa eſt relinquere quod
agebat? Si autem vt probabilius creditur,ad demõſtrã-
dum Chriſtum quę non erat exorta eſt,non ideo Chri-
H ſtus natus eſt,quia illa extitit: ſed ideo illa noua exorta
eſt,quia Chriſt⁹ natus eſt. Vnde ſi dici oporteret,nõ ſtel
lam Chriſto,ſed Chriſtũ ſtellæ fatum fuiſſe diceremus.
Ipſe quippe illi,nõ illa huic naſcendi attulit cauſam. Si
ergo ſunt fata quæ à fando, id eſt, à dicendo appellata
ſunt,quoniã Chriſtus verbum dei eſt,in quo antequam
eſſent dicta ſunt omnia, nõ cõſortium ſyderum fatum
Chriſti eſt,ſed fatum etiã ſyderũ Chriſtus eſt, qui & ip-
ſam carnem ſub cœlo creatam ea voluntate aſſumpſit,
qua etiã cœlum creauit,ea poteſtate depoſuit & recepit
Caput VI. qua etiã ſyderibus imperauit. Cur ergo nõ ſit Euã-
gelium quod de iſta generatione narratur, cum tam bo
na nobis annuncientur,vt per ipſam noſtra ſanetur in-
firmitas? An quia Matthæus non eſt ita exorſus,vt dice-
Matth.1. ret,Initium Euangelij Ieſu Chriſti,ſicut ait Marcus, ſed
Liber generationis Ieſu Chriſti? Hoc modo nec Ioãnes
Euangelium ſcripſiſſe dicatur,quia nec ipſe ait,Initium
Ioan.1. Euangelij:aut,Liber Euãgelij:ſed,In principio erat ver-
bum. Niſi forte tam elegans vocabulorum fabricator
Fauſtus fuit, vt & hoc Ioannis exordium verbidiũ no-
minauerit,propter verbum,ſicut illud propter geneſim
I geneſidium auſus eſt appellare? Sed cur non potius co-
†Imperitas gitatis,quanta impudentia prolixas illas & impias † fa-
bulas veſtras Euangelium nominetis? Quid enim illic
boni annunciatur,vbi dicitur, deus aduerſus rebellem
neſcio quam contrariam alienamq; naturam, nõ aliter
regno ſuo potuiſſe proſpicere atque conſulere,niſi par-
tem ſuæ naturæ in illius auidas fauces deuorandã mit-
teret,atque ita polluendam, vt poſt tãtos labores,atque
cruciatus nõ poſſet ſaltem tota purgari? Itá ne tam ma-
lus nuncius Euãgelium eſt? Certe omnes qui Græce vel
Euangeliũ. tenuiter nouerunt, Euangelium bonum nuncium, aut
bonam annunciationem interpretãtur. Quo modo eſt
autem iſte bonus nuncius,quãdoquidem ipſe deus vo-
bis velo ſibi oppoſito lugere nunciatus eſt, donec ſua
membra ab illa vaſtatione & contaminatione reparen-
tur atque purgentur? Quid ſi aliquando luctum finie-
rit, crudelis erit. Quid enim de illo male meruit pars
illa eius, quæ in globo ligabitur, quæ vtique in æter-
num lugenda eſt, quæ in æternum damnabitur? Sed e-
uaſimus, quòd iſtum nuncium quiſquis diligenter ad-
uerterit,non cogitur lugere,quia malus eſt, ſed ridere,
quia falſus eſt.

Libri Secundi finis.

LIBER TERTIVS.

FAuſtus dixit,Accipis ergo gene- Caput I.
rationem? Equidẽ conatus diu
ſum hoc ipſum qualecunque eſt
perſuadere mihi quia ſit natus
deus, ſed offenſus duorum ma-
xime Euangeliſtarum diſſenſio-
ne, qui Genealogiam eius ſcri-
bunt, Lucæ & Matthæi, hæſi in- Matth.1.
certus quem nam potiſſimum ſequerer. Fieri enim poſ- Luca.3.
ſe putabã,vt quia præſcius non ſum quẽ mentiri exiſti-
marem,ipſe diceret verum:& quem vera loqui,ipſe for-
ſitan mentiretur. Infinita ergo eorum prætermiſſa lite,
& interminabili mihi,ad Ioannem Marcumq; me con-
tuli,nec impariter à duabus ad duos, & ab Euangeliſtis
ad eiuſdẽ nominis profeſſores, Quorũ mihi principia
interim non immerito placuerunt,quia nec Dauid nec Ioan.1.
Mariam inducunt,nec Ioſephum:ſed Ioannes quidem
in principio fuiſſe verbum dicit,& verbum fuiſſe apud
deum,& deum fuiſſe verbũ,Chriſtum ſignificans: Mar-
cus vero, Euangelium, inquit, Ieſu Chriſti filij dei,tan- L
quam Matthæum exprobrans,qui poſuerit filiũ Dauid. Marci.1.
Niſi forte alterum hic,& alterum ille annunciat Ieſum.
Hæc ergo ratio eſt qua ego nõ accipio Chriſtũ natum,
Tu vero ſi tantus es, vt hãc mihi adimas offenſionem,
effice vt inter ſe ipſi cõueniant, & vtcunq; ſuccumbam,
quanuis nec ſic quidem dignum erit ex vtero credere
deum & deum Chriſtianorum. Auguſtinus reſpon- Caput II.
dit,O ſi pio ſtudio legiſſes Euangelium, & ea quæ te in
Euangeliſtis tanquam repugnantia mouiſſent,diligen-
ter quærere quàm temere damnare maluiſſes,vt ſaltem
propter ipſam quę quaſi prima fronte occurrit apertiſ-
ſimam repugnantiam cogitares, niſi aliquid illic ma-
gnum lateret,difficile fieri potuiſſe, vt tãta eis authori-
tas in terrarum orbe præberetur,qua ſibi tot hominum
doctiſſimorum ingenia ſubiugarẽt. * Quid enim ma- *al. dis, ſu-
gnũ eſt videre quod vidiſtis, alios Chriſti ſecundũ car- bigerent.
nem progeneratores cõmemorari à Luca, alios à Mat-
thæo,cũ ambo Ioſeph conſtituant. Matthæus ad quem Matth.1.
terminet, Lucas à quo incipiat,qui propter quoddã cũ Luca.3.
eius matre ſanctum & virginale coniugium etiam ipſe
parens Chriſti meruit appellari, vt propter virilem di- M
gnitatem ab ipſo vel vſq; ad ipſum generationes con-
texerentur? Quid ergo magnum eſt quod vidiſtis,quòd
alium patrem habeat Ioſeph ſecundũ Matthæũ, alium
ſecũdum Lucam, & alium auum ſecundũ iſtum, alium
ſecundum illum,& deinceps ſurſum verſus vſq; ad Da
uid per tam multas generationes alios parentes eius ab
iſto,alios ab illo enumerari? Itá ne tam apertam mani-
feſtamq; diuerſitatẽ, tot acuti & docti viri diuinarum
ſcripturarũ pertractatores diligentiſſimi nõ viderunt,
qui quidem in Latina lingua perpauci ſunt: eos autem
in Gręca quis numeret? Viderunt eã planè. Quid enim
facilius,aut quis paululum intuens iſta non videat? Sed
pie cogitantes tantæ authoritatis eminẽtiam,latere ibi
aliquid crediderũt, quod petentibus daretur,oblatran-
tibus negaretur,à quærẽtibus inueniretur, reprehẽden- Matth.7.
tibus ſubtraheretur, pulſantibus aperiretur, oppugnan-
tibus clauderetur,petierunt, quæſierũt, pulſauerunt,ac-
ceperunt, inuenerunt, intrauerunt. Nempe tota in Caput III.
hoc quæſtio eſt,quo modo potuerit duos patres habere
Ioſeph. Hoc enim ſi potuiſſe fieri demonſtratur, nulla
omnino cauſa eſt cur quiſquam iſtorũ Euangeliſtarum
in diuerſis generationibus enumerandis falſum dixiſſe
credatur.

A credatur. A duobus enim patribus iam non erit mirum
neq; contrariũ, ꝙ auit duo ataui & proataui eſſe potue-
rũt, & quicquid ſupra eſt vſq; ad Dauid, cuius erãt am-
bo filij, & Salomon qui pertinet ad ordinẽ quem Mat-
thęus ſecutus eſt, & Nathan qui eſt in ſerie quam Lucas
1. Retra. ca. expoſuit. Attendũt enim iſta nõnulli, & vident nõ poſ-
7. 11. 16. & ſe à duobus viris per cõmixtionẽ carnis hominẽ gigni,
55. & ideo putant iſtã quæſtionẽ nõ poſſe diſſolui: nec in-
tuentur quod vſitatiſsimũ atq; facillimũ eſt, patrem cu-
iuſquam nõ eum tantũ dici à quo genitus, ſed etiã eũ à
quo fuerit adoptatus. Neq; enim adoptionis vinculũ a-
pud antiquos alienũ ab eorũ moribus fuit, cum etiã fœ-
minas inueniamus adoptaſſe ſibi filios, nõ ex vtero ſuo
Gene. 16. natos, ſicut Sara ex Agar, & Lia ex ancilla ſua, & filia
Gene. 30. Pharaonis Moyſem adoptauit, Ipſe autẽ Iacob nepotes
Exod. 2. ſuos, filios Ioſeph adoptauit. Ipſum vero adoptionis no
Gene. 48. men plurimũ valere in noſtræ fidei ſacramento, Apo-
ſtolica doctrina teſtatur. Vnde Apoſtolus Paulus cũ de
Roma. 9. Iudæorũ meritis loqueretur. Quorũ eſt, inquit, adoptio
& gloria & teſtamẽtum & legiſlatio, quorum patres ex
quibus Chriſt⁹ ſecundũ carnẽ, qui eſt ſuper omnia deus
Roma. 8. benedictus in ſecula. Item dicit, Et ipſi in nobiſmetipſis
B ingemiſcimus, adoptionẽ expectantes redẽptionẽ cor-
Galat. 4. poris noſtri. Item alio loco, Cũ autem venit plenitudo
temporis, miſit deus filiũ ſuum factũ ex muliere, factum
ſub lege, vt eos qui ſub lege erãt redimeret, vt adoptio-
nem filiorũ reciperemus. Hæc igitur adoptio quãti ſa-
cramenti ſit, his atq; huiuſmodi teſtimoniis, ſatis appa-
ret. Vnicũ enim filiũ de⁹ habet quẽ genuit de ſubſtãtia
Philip. 2. ſua, de quo dicitur, Cũ in forma dei eſſet nõ rapinã arbi
tratus eſt eſſe æqualis deo. Nos autem nõ de ſubſtantia
ſua genuit: creatura enim ſumus, quã non genuit ſed fe-
† aliàs, ſuũ. cit, & ideo vt fratres Chriſti ſecũdũ modũ noſtrum † fa-
ceret, adoptauit. Iſte itaq; modus quo nos deus cũ iam
eſſemus ab ipſo nõ nati, ſed cõditi & inſtituti, verbo ſuo
& gratia ſua genuit, vt filij eius eſſem⁹, adoptio vocatur.
Ioan. 1. Vnde Ioannes dicit, Dedit eis poteſtatẽ filios dei fieri.
Cũ igitur ius adoptionis filiorũ apud patres noſtros, &
in ſcripturis ſanctis vſitatũ ſit, quę impietatis dementia
præcipitat, prius Euãgeliſtas fallitatis arguere, ꝙ diuer-
ſas generationes cõmemorauerunt, tanquã vtraque ve-
ra eſſe nõ poſsint, q̃ cogitare & attẽdere & videre quod
facillimum eſt, q̃ crebra conſuetudine generis humani
C vnus homo duos patres habere potuerit, vnũ cuius car-
ne homo ſit genitus, alterũ cuius voluntate cum iã ho-
mo eſſet filius ſit adoptatus? Qui ſi nõ recte dicitur pa-
Matth. 6. ter, nec nos recte dicimus, Pater noſter qui es in cœlis,
ei de cuius ſubſtantia nati nõ ſumus, ſed cuius gratia &
miſericordiſsima volũtate adoptati ſecundũ doctrinã
Apoſtolicã & fideliſsimã veritatẽ. Ipſum quippe habe-
mus, & deũ & dominũ, & patrẽ. Deum, ꝙ ab ipſo etiã ex
hominibus parentibus cõditi ſumus. Dominũ, ꝙ ei ſub-
diti ſumus. Patrẽ, ꝙ eius adoptione renati ſumus. Facile
fuit ergo religioſis perſcrutatoribus diuinarũ literarum
aliquantulũ cõſiderare & videre in diuerſis Chriſti ge-
nerationibus à duobus Euangeliſtis cõmemoratis, quo
modo duos patres potuit habere Ioſeph, quorũ proge-
neratores diuerſi enumerentur. Hoc & vos ſi ſtudiũ cõ-
tentionis nõ excæcaret, facile videre poſſetis. Sed ab il-
lis viris alia etiã quæſita & inuẽta ſunt, cũ omnes harũ
narrationũ partes pertractarẽt. Hæc autem à veſtro in-
tellectu longiſsime remota ſunt. Itaq; etiã in Manichæi
errore cõſtituti, id quod in rebus humanis fieri ſolet, vt
alius carne generet filiũ, alius eum volũtate adoptet, ac
ſic vnus duos patres habeat, ſi nõ aduerſo animo lege-
retis, cogitãdo videre poſſetis. Cur autem Matthęus D
ab Abraham cœperit, deſcendens vſq; ad Ioſeph, Lucas *Caput IIII.*
autem à Ioſeph cœperit aſcẽdens, nõ vſque ad Abrahã, *Matth. 1.*
ſed vſque ad deũ qui fecit hominem, & dato pręcepto, *Luca. 3.*
poteſtatẽ dedit vt credens filius dei fieret, & cur ille in *Li. 2. De cõ*
capite libri generationes ipſas enumeraret: ille autẽ cũ *ſenſu Euã-*
dominus Saluator à Ioãne baptizatus fuiſſet, & quid ſi- *ge. cap. 4.*
bi velit numerus generationum ſecundũ Matthęum, vt
ter quatuordecim digerantur, quibus in ſummã cõpu-
tatis, tamen vna minus appareat: numerus autẽ genera-
tionum ſecundum Lucam, qui in baptiſmo domini cõ-
memoratur, ad ſeptuaginta & ſeptẽ perueniat, quẽ nu-
merũ ipſe dominus in peccatorũ remiſsionẽ cõmẽdat, *Matth. 18.*
dicens, Nõ tantum ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties,
nullo pacto indagare poſſetis, niſi aut ab aliquo catho-
lico id audiretis: nõ quolibet, ſed quodã diuinarũ ſcrip
turarum ſtudioſo, & quantum poſſet perito, aut ipſi ab
errore correcti pietate catholica peteretis vt accipere-
tis, quæreretis vt inueniretis, pulſaretis vt intraretis.

Quapropter, quoniã id quod Fauſtum de genera- *Caput V.*
tionũ diuerſitate permouit, quia in duobus patribus in-
telligẽdis hic nodus erat, intellecta natura & adoptio-
ne, ſolutũ eſt, fruſtra ſe voluit ad duos Euangeliſtas cõ- E
ferre, & ab aliis duob⁹ auferre, magis offenſur⁹ ad quos
ſe contuliſſet, quàm eos à quibus abſtuliſſet. Non enim *Li. 2. De cõ*
amant ſancti ſuos electores, ſi ſuorum ſociorum eos in- *ſenſu Euã-*
uenerint deſertores. Vnitate enim gaudent, & in Chri- *gel. cap. 12.*
ſto vnum ſunt, & ſi alius aliquid, & alius aliud, aut alius
aliter, & alius aliter, vera tamen omnes dicunt, nec ſibi
vllo modo cõtraria, ſi pius lector accedat, ſi mitis legat,
ſi non hæretico animo vnde rixetur, ſed fideli corde
vnde ædificetur inquirat. Iã ergo in ſingulorũ patrum
generationes, quos vt vnus homo duos haberet, nõ eſt
ab humano genere alienũ, ſingulos Euãgeliſtas narran-
das ſuſcepiſſe credidimus, non eſt à veritate noſtra fi-
des aliena. Quocirca inter ſe iam Euangeliſtis conue-
nientibus, ſicut Fauſtus promiſit, vtcunque ſuccumbite.

An illud quod adiunxit, vos mouet adhuc, Quan- *Caput VI.*
uis nec ſic quidẽ, inquit, dignum erit, ex vtero credere
deum & deum Chriſtianorũ: quaſi nos ipſam diuinam
naturam ex fœminæ vtero extitiſſe credamus? Nõnne
modo cõmemoraui Apoſtoli teſtimoniũ, vbi ait de Iu-
dæis, Quorum patres, & ex quibus Chriſtus ſecundum *Roma. 9.*
carnem qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula? F
Chriſtus ergo dominus & ſaluator noſter, filius dei ve-
rus ſecundũ diuinitatem, & filius hominis verus ſecun-
dum carnem, non ex eo ꝙ eſt ſuper omnia deus bene-
dictus in ſecula, ex fœmina natus eſt, ſed ex illa infirmi-
tate quam ſuſcepit ex nobis, vt in ea moreretur pro no-
bis & eam ſanaret in nobis. Non ex forma dei, in qua
cum eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis deo,
natus ex fœmina eſt, ſed ex forma ſerui quam accipien-
do ſemetipſum exinaniuit. Neq; enim ob aliud exina-
niſſe ſe dictus eſt, niſi accipiendo formam ſerui, non a-
mittendo formam dei. Illa enim natura qua in forma
dei æqualis eſt patri incõmutabiliter permanẽte, ſuſce-
pit mutabilem noſtram, per quã de virgine naſceretur.
Vos autem, qui cum carnẽ Chriſti virginali vtero cõ-
mittere horretis, ipſam diuinitatem dei non tantum ho
minum, ſed & canum pecorumq; † vteris cõmiſiſtis, ſe- *† porcorũq;*
mel conceptam in vtero virginis Chriſti carnem non
vultis credere, in quo nõ ſolũ non ligatus, ſed nec mu-
tatus eſt deus, & ipſam dei partem diuinamq; naturam
in omnium hominum, ac beſtiarũ maſculinis ſemini-
bus, & fœmininis vteris in omnibus conceptibus per
omnes

G omnes terras & per omnes aquas, & per omnes horas
ligari, opprimi, coinquinari, & nec totam poſtea libe-
rari poſſe prædicatis.

Libri Tertij finis.

LIBER QVARTVS.

Caput I. FAuſtus dixit, Accipis teſtamen-
tũ vetus? Si eſt mihi in eo hære-
ditas accipio, Si non eſt, non ac-
cipio. Improbitas enim hęc qui-
dem nimia eſt vſurpare tabulas
quæ teſtentur exhęredatum. An
ignoras teſtamentũ vetus Cha-
Gene.15.& 17. nanæorum teerã repromittere:
ſed eam tamen Iudæis, id eſt, circũciſis & ſacrificãtibus
& abſtinẽtibus à porcina, ac reliquis carnibus, quas im-
Leui.11. mundas Moyſes appellat, ſabbata obſeruantibus, & azy
morũ ſolẽnitatem, ac reliqua huiuſmodi quæ eius ipſe
Exod. 12. teſtator ei obſeruanda mãdauit? Quæ quia Chriſtiano-
& 20. rum placuere nemini: neq; enim quiſquam noſtrorum
ea cuſtodit, dignũ eſt vt cum refuſa hæreditate redda-
mus & tabulas. Hæc ergo prima cauſa eſt, cur ego teſta-
H mentum vetus abiiciendũ puto, niſi tu me prudentius
aliquid doceas. Secunda vero cauſa eſt, ꝙ tam etiã mi-
ſera eius & corporalis ac longe ab animæ cõmodis hę-
reditas eſt, vt poſt beatam illam noui teſtamẽti pollici-
tationem, quæ cœlorum mihi regnũ & vitã perpetuam
Matth.5. repromittit, etiã ſi gratis eam mihi teſtator ſuus ingere-
Caput II. ret faſtidiſſem. Auguſtinus reſpondit, Tẽporalium
Cõtra Adi quidem rerũ promiſsiones teſtamento veteri cõtineri,
mãtũ ca.3. & ideo vetus teſtamentum appellari, nemo noſtrũ am-
in fine. bigit, & ꝙ æternæ vitæ promiſsio regnumq; cœlorũ ad
nouum pertinet teſtamẽtum, ſed in illis temporalibus
figuras fuiſſe futurorum, quæ implerentur in nobis, in
quos finis ſeculorũ obuenit, nõ ſuſpicio mea, ſed Apo-
ſtolicus intellectus eſt, dicẽte Paulo cum de talibus lo-
1.Cor.10. queretur. Hæc omnia figuræ noſtri fuerunt. Et iterum,
Hæc omnia in figura cõtingebant illis, ſcripta ſunt au-
tem propter nos, in quos finis ſeculorũ obuenit. Nõ er-
go vetus teſtamentũ ad conſequendas illas promiſsio-
nes, ſed ad intelligendas in eis noui teſtamẽti prænun-
ciationes accipimus, Veteris quippe teſtificatio fidẽ no-
uo cõciliat. Vnde dominus poſtea q̃ reſurrexit à mor-
I tuis, ſeq; non ſolum intuendũ diſcipulorum oculis, ſed
etiam contrectãdum manibus obtulit: ne quid tamen
cũ ſuis mortalibus & carnalibus ſenſibus fallaciter agi
arbitrarẽtur, magis eos de veterum librorũ teſtificatio-
Luca.24. ne firmauit, dicẽs, Oportebat impleri omnia quæ ſcrip-
Cõtra Adi ta ſunt in lege Moyſi & Prophetis, & Pſalmis de me.
mãtũ ca.18 Non itaq; ſpes noſtra in temporalium rerũ promiſsio-
& 20. ne defixa eſt, quãdoquidem nec ipſos illius tẽporis ſan-
ctos & ſpiritales viros Patriarchas & Prophetas his ter-
renis rebus fuiſſe deditos credimus: intelligebant enim
reuelãte ſibi ſpiritu dei, quid tempori illi congrueret, &
quibus modis deus per illas omnes res geſtas & dictas,
futura figuranda & prænuncianda decerneret, magiſq;
deſiderium eorũ de nouo teſtamento erat, ſed præſens
functio corporalis ad ſignificãda noua ventura polli-
citationibus veteribus præbebatur. Ita illorũ hominum
non tantum lingua, ſed & vita prophetica fuit. Carna-
lis autem populus, promiſsis vitæ præſentis inhærebat.
De quo tamẽ etiam populo nihilominus ſignificaban-
Eſaia.7. tur futura. Sed vos iſta non intelligitis, quia ſicut Pro-
pheta dixit, Niſi credideritis nõ intelligetis. Non enim
eſtis eruditi in regno cœlorũ: id eſt, in eccleſia Chriſti
vera catholica. Quòd ſi eſſetis de diuitiis ſanctarum K
ſcripturarum, nõ ſolum noua, ſed etiã vetera proferre-
tis. Ipſe quippe dominus dicit, Propterea omnis ſcriba *Matth. 13.*
eruditus† in regno cœlorũ ſimilis eſt homini patrifami- *†doctus.*
liâs proferenti de theſauro ſuo noua & vetera. Et ideo
dum ſola promiſſa dei noua tenere vos arbitramini, re-
mãſiſtis in vetuſtate carnis, & nouitatẽ induxiſtis erro-
ris. De qua nouitate Apoſtolus dicit, Prophanas autem *2.Timo.2.*
verborũ nouitates euita: multũ enim proficiunt ad im-
pietatẽ, & ſermo eorũ ſicut cancer ſerpit. Ex quibus eſt
Hymeneus & Philetus, qui circa veritatẽ aberrauerunt,
dicẽtes reſurrectionẽ iam factã eſſe, & fidẽ quorundam
ſubuertũt. Ex qua vena falſitatis vos manare cognoſci- *De fide cõ-*
te, qui dicitis nũc eſſe reſurrectionem tantũmodo ani- *tra Mani-*
marũ per prædicationẽ veritatis, corporũ autem quam *ch.40.*
prædicauerunt Apoſtoli futuram negatis. Quid autem *2.Cor.4.*
ſpiritaliter ſecũdũ hominẽ interiorẽ, qui renouatur in
agnitione dei, poteſtis cogitare, cum per vetuſtatẽ car-
nis, & per carnalium rerũ imagines, quibus totus error
veſter inuoluitur, res corporeas non poſſeſsione tenea-
tis, ſed phãtaſmate ſapiatis? Teeram enim Chananæo-
rum, quæ manifeſta erat, & manifeſte illi populo data L
eſt, cõtemnere vos & faſtidire gloriamini, quaſi non ita
teerã luminis deſcribatis ex vna parte à terra gentis te-
nebrarũ tanquã cuneo coarctato diſciſſam, vt neque in
rerum veritate inueniatur, & in cogitationũ veſtrarum
falſitate credatur, & ideo nec vitã veſtram datam ſuſti-
neat, & mentem veſtram deſiderata corrumpat.

Libri quarti finis.

LIBER QVINTVS.

FAuſtus dixit, Accipis Euangelium? Tu *Caput I.*
me interrogas vtrum accipiam, in quo
idipſum accipere apparet, quia quæ iu-
bet obſeruo. An ego de te quærere de-
beo, vtrum accipias, in quo nulla acci-
pientis Euangelium videntur indicia?
Ego patrem dimiſi & matrem, vxorem, filios, & cætera
quæ Euangelium iubet, & interrogas vtrum accipiam *Matth.19.*
Euangelium? Niſi adhuc neſcis quid ſit quod Euange-
lium nũcupatur. Eſt enim nihil aliud quàm prædicatio
& mandatũ Chriſti. Ego argentum & aurũ reieci, & æs *Matth. 10.*
in zonis habere deſtiti, quotidiano contentus cibo: nec
de craſtino curãs, nec vnde venter impleatur, aut cor- M
pus operiatur ſolicitudinẽ gerẽs, & quæris à me vtrum
accipiã Euangeliũ? Vides in me Chriſti beatitudines il- *Matth.6.*
las quæ Euangelium faciunt, & inteerogas vtrum illud
accipiã? Vides pauperem, vides mitẽ, vides pacificũ, pu-
ro corde, lugentẽ, eſuriẽtem, ſitientem, perſecutiones &
odia ſuſtinentẽ propter iuſticiã, & dubitas vtrum acci-
piam Euangeliũ? Non ergo iam mirũ eſt Ioãnem Bapti-
ſtam viſo Ieſu, & eius item auditis operib*, quærere ad-
huc vtrũ ipſe eſſet Chriſtus, cui digne & merito Ieſus
nec dignatus quidẽ eſt renũciare ꝙ ipſe eſſet, ſed opera
rurſus eadem illi quæ iamdudum audierat remãdauit,
Cæci vident, ſurdi audiũt, mortui reſurgunt: &c. Quod *Matth.11.*
ego quoq; circa te non immerito fecerim, ſi perroganti
vtrum accipiã Euãgelium dixero, Omnia mea dimiſi, *Matth.19.*
patrem, matrem, vxorem, filios, aurũ, argentũ, mãduca-
re, bibere, delicias, voluptates: hoc tibi ad interrogata
ſatis reſponſum puta, & beatum te futurũ, ſi in me non
fueris ſcandalizatus. Sed non, inquis, accipere Euã- *Caput II.*
geliũ hoc ſolum eſt ſi quod pręcepit facias, ſed vt etiam
credas omnibus quæ in eodem ſcripta ſunt, quorũ pri-
mũ eſt illud, quia ſit natus Ieſus. Sed nec item eſt ſolum
illud

A illud Euangelium accipere, vt credas quia natus eſt Ie-
ſus:ſed vt facias etiam quod præcepit. At ſi me idcirco
Euangelium non accipere putas, quia generationẽ præ-
termitto, nec tu ergo accipis, & multo magis non acci-
pis, quia præcepta cõtemnis. Ac per hoc interim pares
ſumus, donec diſcutiamus & partes: aut ſi tibi non præ-
iudicat præceptorum iſta contemptio ad profitendum
quin accipias Euangelium, mihi quare ad hoc pręiudi-
cet genealogia damnata? Quod ſi Euãgelium accipere
in duobus his conſtat, vt dicis, genealogias credere, &
ſeruare mandata, quid ergo imperfectus imperfectũ iu-
dicas? Vterq; noſtrum eget alterutro. Sin quod certius
eſt, accipere Euangeliũ in ſola obſeruatione cõſtat cœ-
leſtium mandatorũ, duplici modo improbus es, qui, vt
dici ſolet, deſertor arguas militem. Et tamẽ age, Pona-
mus quia ita vis, duo hæc partes eſſe fidei perfectæ, qua-
rum vna quidem conſtet in verbo: id eſt, fateri Chriſtũ
natum: altera vero in opere, quod eſt obſeruatio prece-
ptorũ. Vide ergo quàm arduã ego & difficiliorẽ mihi
partẽ elegerim, tu vide quàm leuiſſimam & faciliorem:
nec immerito plebs ad te confluit, à me refugit, neſciẽs
1.Cor.4. vtiq; quia regnum dei non eſt in verbo, ſed in virtute.
B Quid ergo eſt quòd me laceſsis, ſi difficiliorem fidei ag
greſſus partem, tibi vt infirmo reliqui faciliorem? Sed
ego ad tribuẽdam, inquit, ſalutem animis hanc partem
fidei efficaciorẽ puto, ac magis idoneam, quam tu reli-
Caput III. quiſti: id eſt, Chriſtũ fateri natum. Age ergo ipſum
eundẽ interrogemus Chriſtum, & vnde potiſſimũ no-
bis ſalutis oriatur occaſio, ex eius ore diſcamus. Quis
hominum intrabit in regnũ tuum Chriſte? Qui fecerit,
Math.7. inquit, voluntatem patris mei qui in cœlis eſt. Non di-
xit, qui me profeſſus fuerit natum. Et alibi ad diſcipu-
Math.28. los, Ite docete omnes gentes, baptizantes eos in nomi-
ne patris & filij & ſpiritus ſancti, & docẽtes eos ſeruare
omnia quæ mãdaui vobis. Non dixit, docẽtes eos quia
ſim natus: ſed, vt mãdata conſeruent. Item alibi, Amici
Ioan.15. mei eritis ſi feceritis ea quæ præcipio vobis, Non dixit,
ſi natum me credideritis. Rurſum, Si feceritis mandata
Math.5. mea, manebitis in mea charitate. Et alia multa. Necnon
& in monte cum doceret, Beati pauperes ſpiritu, dicẽs,
Beati mites, beati pacifici, beati puro corde, beati qui lu-
gent, beati qui eſuriunt, beati qui perſecutionem patiũ-
tur propter iuſticiã: nuſquam dixit, beati qui me cõfeſsi
fuerint natum. Et in diſcretione agnorum ab hædis in
C iudicio dicturum ſe dicit iis qui ad dexterã ſunt, Eſuri-
Math.25. ui & cibaſtis me, ſitiui & potaſtis me: & cætera, propter-
ea percipite regnum: non dixit, quia natum me credi-
diſtis, regnũ percipite. Necnon & diuiti quærẽti vitam
Math.19. æternam, Vade, inquit, vẽde omnia quæ habes & ſeque-
re me: Non dixit, crede me natum vt in æternũ viuas.
Ecce igitur portioni meæ, quã mihi de genuina vt vul-
tis fide delegi, vbiq; regnũ, vita, beatitudo promittitur,
veſtræ vero nuſquam. Aut docete ſicubi ſcriptũ eſt, bea
tum eſſe, regnúmve percepturum, aut æternam habitu-
rum vitam, qui eum cõfeſſus fuerit natum ex fœmina.
Interim tamen ſi & hæc pars eſt fidei beatitudinẽ non
habet. Cum vero eam nec partem fidei probauerimus
quid fiet? Nempe eritis vos inanes, quod & ipſum vtiq;
monſtrabitur. Sed interim hoc ſatis nobis eſt ad propo
ſitum, quia portio hæc noſtra beatitudinibus coronata
ſit. Cui tamen accedit & illa alia beatitudo, ex cõfeſſio-
ne quoque ſermonis quia Ieſum confitemur eſſe Chri-
ſtum filium dei viui, quod æque ipſe ore ſuo teſtatur Ie-
Math.16. ſus, dicẽs ad Petrũ, Beatus es Simon Bariona, quia nõ
tibi hoc caro & ſanguis reuelauit, ſed pater meus qui in
cœlis eſt. Quapropter non iam vt putabatis vnam, ſed D
duas eaſdemque ratas fidei partes tenemus, & in vtraq;
pariter beati appellamur à Chriſto, quia alteram earum
operibus exercentes, alteram ſine blaſphemia prædica-
mus. Auguſtinus reſpondit, Iam ſupra commemo- Caput IIII.
raui, quàm ſæpe ſe dominus Ieſus Chriſtus filium ho-
minis dicat, & quanta vanitate Manichæi fabulam ne-
fandi ſui erroris inducant, de neſcio quo commenti-
cio primo homine, quem non terrenum ſed fallacibus
elementis indutum, contra Apoſtolum prædicant di-
centem, Primus homo de terra terrenus: & quanta cu- 1.Corin.15.
ra nos idem monuerit Apoſtolus, dicens, Si quis vobis Gala.1.
annunciauerit præterquam quod annunciauimus vo-
bis, anathema ſit. Quapropter reſtat, vt filium hominis
Chriſtum ita credamus, ſicut Apoſtolica veritate præ-
dicatur, nõ ſicut Manichæorum falſitate confingitur.
Cum igitur eum Euangeliſtæ annuncient natum ex fœ
mina, de domo Dauid, hoc eſt de familia Dauid Pau-
luſq; ad Timotheũ ſcribat, dicens, Memor eſto Chriſtũ
Ieſum reſurrexiſſe à mortuis, ex ſemine Dauid, ſecundũ 2.Timo.2.
Euangelium meũ: ſatis apparet quemadmodum Chri-
ſtum filiũ hominis credere debeamus, qui filius dei per
quẽ facti ſumus, etiam filius hominis per aſſumptionẽ Roma.4.
carnis factus eſt, vt moreretur propter delicta noſtra, E
& reſurgeret propter iuſtificationem noſtram. Ideoq;
vtrũque ſe dicit, & filium dei, & filium hominis. Vnde
ne pergam per plurima, vno loco in Euangelio ſecun-
dum Ioannem ita ſcriptum eſt, Amen amen dico vo-
bis, quia venit hora & nunc eſt, quando mortui audient Ioan.5.
vocem filij dei, & qui audierint viuent. Sicut enim pa-
ter habet vitam in ſemetipſo: ſic dedit & filio vitam ha
bere in ſemetipſo, & poteſtatem dedit ei & iudicium fa
cere, quia filius hominis eſt. Dixit, Vocem filij dei au-
dient: & dixit, Quia filius hominis eſt. Secundum hoc
enim quod dixit, Filius hominis eſt: accepit pote-
ſtatem iudicium faciendi, Quia in ipſa forma ventu-
rus eſt ad iudicium, vt & à bonis & à malis videatur. In
qua forma etiam aſcendit in cœlum, & vox illa diſcipu
lis ſonuit, Sic veniet quemadmodum eum vidiſtis eun-
tem in cœlum. Nam ſecundum id quod filius dei, deus Acto.1.
æqualis eſt patri, & cum patre vnũ, non videbitur à ma
lis, Beati enim mundo corde, quia ipſi deum videbunt. Math.5.
Cum ergo credentibus in ſe promittat vitam ęternam,
nec aliud ſit credere in eum, quàm credere in verum
Chriſtum, qualem ſe ipſe prædicat, & ab Apoſtolis prę-
dicatur, hoc eſt, & verum dei filium & verum hominis F
filium: vos Manichæi qui creditis in falſum & fallacẽ,
falſi & fallacis hominis filium, cum & ipſum deum gen
tis aduerſæ tumultu perterritum, membra ſua miſiſ-
ſe crucianda, nec poſtea tota purganda docetis, videtis
quàm ſitis alieni à vita æterna, quam promittit Chriſtus
illis qui credunt in eum. At enim dixit Petro confiten-
ti eum filium dei, Beatus es Simon Bariona. Nonquid Math.16.
ideo nihil promiſit eis, qui in eum filium hominis cre-
derent, cum idem ipſe ſit & filius dei & filius hominis?
Habes etiam àperte vitam æternam promiſſam credẽ-
tibus in filium hominis. Sicut exaltauit, inquit, Moyſes Ioan.3.
ſerpentem in eremo, ſic oportet exaltari filium homi-
nis, vt omnis qui crediderit in eum non pereat, ſed ha-
beat vitam æternã. Quid vultis amplius? Credite ergo
in filium hominis, vt habeatis vitam æternam, quia ipſe
eſt & filius dei qui poteſt dare vitam æternam, quia ipſe
eſt verus deus & vita æterna, ſicut idem Ioannes ait in
Epiſtola ſua. Vbi etiam dicit Antichriſtum eſſe qui ne- 1.Ioan.4.
gat Chriſtum in carne veniſſe. Quid ergo vos tan- Caput V.

G quam de mandatorum eius perfectiooe iactatis, quod
ea quæ io Euaogelio præcepta ſunt operamini? Quid e-
nim illa prodeiſent vbi noo eſt fides vera, etiam ſi vere
implerentur à vobis? Nóooe audiſtis Apoſtolum dicen
1.Cor.13. tem, Si diſtribuam omnia mea pauperibus, & tradam
corpus meũ vt ardeam, charitatem autem nõ habeam,
oihil mihi prodeſt? Quid ergo vos tanquã de Chriſtia-
oa paupertate iactatis, cum Chriſtiana charitate carea-
tis? Habeot enim inter ſe quam charitatem vocant etiã
latrones, ſibi debentes facinoroſam flagitioſamq; con-
ſcieotiam: ſed oon charitatem quam commendat Apo
ſtolus vt eam à cæteris improbandis repudiandisq; ſe-
1.Timo.1. cerneret, ait alio loco, Finis autem præcepti eſt chari-
tas, de corde puro, & conſcientia booa, & fide non fi-
cta. Vnde ergo habere poteſtis veram charitatem ex
[oon] fide ficta ſurgeotem? Aut quando vos pigebit fi-
†al. fuſcare mendaciis. dem veſtram pugnare cum mendaciis,† quando & pri
mum hominem veſtrum, cum ſuis hoſtibus, io ſuæ oa-
turæ veritate manentibus, mutabili fallacia dimicaſſe
Io.m.14. prædicatis, & ipſum Chriſtum qui dicit, Ego ſum veri-
tas, ſpeciem carnis, mortem crucis, vulnera paſſionis, ci
H catrices reſurrectionis, mẽtitum eſſe ſuadetis? Proiode
vos Chriſto veſtro aotepooi vultis, ſi illo mẽtiente, vos
anouociatis veritatem. Si autem Chriſtum veſtrum ſe-
ctari vultis, quis nõ in vobis caueat falſitatem, vt in his
quoque mandatis quæ vos implere dicitis, noo ſit niſi
Matth.10. ſola fallacia? Quippe, cum auſus ſit Fauſtus dicere, quòd
æs in zonis non portetis, niſi forte ideo verum dixit,
quia oon æs in zonis, ſed & aurũ in arcellis & io ſaccu-
lis habeatis: oec repreheoderẽtur iſta in vobis, niſi quia
profitemini aliud & aliter viuitis. Adhuc in rebus hu-
maois eſt ille Cooſtantius, modo iam frater noſter ca-
tholicus Chriſtiaous, qui multos veſtrum Romę in do-
mum ſuam congregauerat, propter impleoda præcepta
Manichæi, ſatis quidem vana & ioepta, ſed tameo quæ
magoa exiſtimatis. Quibus cum veſtra infirmitas cede-
ret, diſperſi eſtis quiſque in viam ſuam. Vnde illi qui in
eis perdurare voluerunt, à veſtra ſocietate ſchiſma fe-
cerunt, Et quia in mattis dormiuot mattarij appellan-
tur, à quorum ſtratis longe diſſimiles fueruot plumæ
Fauſti, & caprioæ lodices qua deliciarum affluentia nõ
ſolum mattarios faſtidiebat, ſed etiam domum patris
ſui hominis pauperis Mileuitaoi. Auferte ergo perditã
I ſimulationem, ſi de moribus ooo vultis, ſaltem de lite-
ris veſtris: ne lingua veſtra cum vita veſtra, tanquam il-
le primus homo, cum geote teoebrarum mendacibus,
Caput VI. noo elemeotis, ſed verbis pugnare videatur. Sed oe
io homioes potius noo implentes ea quæ ſibi præcipi-
uotur, quàm in ipſam ſectam vaniſſimi erroris me iſta
dicere quiſquam reprehendat, hoc dico, talia ſuot ip-
ſa præcepta Manichæi, vt ſi ea oon faciatis, deceptores:
ſi autem faciatis, decepti ſitis. Neque enim Chriſtus vo-
his præcepit vt herbam ooo euellatis, ſed ne homicidiũ
perpetretis, qui diſcipulos ſuos per ſegetem tranſeun-
tes & eſurientes, vellere ſpicas ſabbato non prohibuit,
vnde conuinceret & præſentes Iudæos, & futuros Ma-
Matth.12. nichæos. Illos quia ſabbato fiebat, iſtos quia fiebat. Sed
planè Manichæus præcepit, vt ocioſis maoibus veſtris
de homicidiis viuatis alieois: & illa quidem falſa ſuot
Caput VII. homicidia, ſed veſtra ſunt vera, cum tali dæmooiorum
Matth.5. doctrioa miſeras aoimas trucidatis. Ineſt tamen ille
hęreticus typhus, iotolerabilisq; ſuperbia. Vides, ioquit,
io me Chriſti beatitudines illas, quæ Euaogelium faci-
unt, & interrogas, vtrum illud accipiam. Vides paupe-
rem, vides mitem, vides pacificum, puro corde, lugen-
tem, eſurieotem, ſitientem, perſecutionem & odia ſuſti- K
nentem propter iuſticiam, & dubitas vtrum accipiam
Euaogelium? Si hoc eſſet iuſtũ eſſe, iuſtificare ſeipſum,
verbis ſuis volaſſet in cœlum homo iſte, cũ hæc loque-
retur. Sed ego in delicias Fauſti nõ inuehor notas om-
nibus auditoribus Manichæorũ, & eis maxime qui ſuot
Romæ: talem propono Manichæum, qualem Cooſtao-
tius requirebat, cum illa præcepta exigebat impleri, nõ
qualem videri oolebat. Et illũ tamen quo modo video
pauperẽ ſpiritu, qui tam ſuperbus eſt, vt animam ſuam
deum credat, nec captiuus erubeſcat? Quo modo mitẽ,
qui tantę authoritati Euãgelicæ mauult inſultare, quàm
credere? Quo modo pacificum, qui naturam ipſam di-
uinam, qua deus eſt quicquid eſt, qui ſolus vere eſt, per-
petuam pacem habere potuiſſe non putat? Quo modo
puro corde, io quo tumultuantur tam ſacrilega, & tam
multa figmẽta? Quo modo lugentem, oiſi deum captũ
& ligatum, dooec ſoluatur & euadat, ex quadam tameo
parte decurtatus, quæ io globo tenebrarum à patre liga
hitur, logebit? Quo modo eſurientẽ & ſitieotem iuſti-
ciam, quam Fauſtus io ſcriptis ſuis oõ addidit: credo oe
ſibi deeſſe videretur, ſi eam ſe adhuc eſurire ac ſitire fa-
teretur? Sed quam iuſticiam iſti eſuriunt & ſitiuot, qui- L
bus perfecta iuſticia erit dãnatis in globo fratribus, qui
nihil ſuo vicio peccauerunt, ſed hoſtili tabe, quò eos pa
ter miſit, ioexpiabiliter infecti ſunt, ioſuper triũphare?
Quo modo perſecutiones & odia ſuſtinetis propter Cap.VIII.
iuſticiam, quibus hæc ſacrilegia prædicare & perſuade-
re iuſticia eſt: pro qua impia peruerſitate propter Chri-
ſtiaoorum temporum manſuetudinem, quàm parua, &
propè nulla patiamini, cur non cogitatis, ſed taoquam
cæcis fatuisq; loquimini, iuſticiæ veſtræ velut magoum
eſſe vultis indicium, quòd opprobria ſuſtinetis, perſe-
cutiooemq; patimini? Porrò ſi tanto eſt quiſque iuſtior,
quãto grauiora perpetitur, omitto dicere, quod videre
facillimũ eſt, quàm multo grauiora vobis patiãtur, aliis
atque aliis quibuſq; facioo ribus flagitiisq; polluti. Illud
dico, ſi pro nomine Chriſti quoquo modo vſurpato at-
que ſuſcepto quiſquis patitur perſecutionẽ, iam etiã ve-
ram fidem iuſticiamq; teoere dicendus eſt: cõcedite vt
ille ſit fidei verioris maiorisq; iuſticiæ, quem multo vo-
his grauiora perpeſſum potuerimus oſtendere, & milia
iam vobis ooſtrorum martyrum occurraot: atque ipſe Cyprianus
præcipue Cyprianus, cuius etiam literis edocetur, quòd martyr.
in Chriſtum crediderit oatũ ex virgine Maria: pro hac M
ille fide, quam vos deteſtamioi, vſque ad gladium mor
temq; peruenit, cum gregibus Chriſtiaoorum tunc ita
credẽtibus, atq; ita grauiusq; morientibus. Fauſtus autẽ
cooiuctus vel cõfeſſus, quòd Manichæus eſſet, cum aliis
noooullis ſecum ad iudicium proconſulare perductis,
eis ipſis Chriſtiaois, à quibus perducti ſunt, interceden-
tibus leuiſſima pœna, ſi tameo illa pœna diceoda eſt, in
inſulam relegatus eſt: quod ſua ſpõte quotidie ſerui dei
faciunt, ſe à turbulento ſtrepitu populorũ remouere cu
pieotes, & vnde publica terrenorũ principum vota per
indulgentiã ſolent relaxare damnatos. Deniq; oõ mul-
to poſt inde omnes eadẽ ſolenni ſorte dimiſſi ſunt. Fa-
temini ergo illos fidem teouiſſe veriorem, iuſtioremq;
vitam, qui pro ea multo quàm vos atrociora ſuſtinere
meruerũt: aut deſinite vos inde iactare, quòd multis de-
teſtabiles ſitis: ſed diſceroite quid ſit perſecutionẽ pati
pro blaſphemia, & perſecutiooẽ pati pro iuſticia, & pro
qua iſtarum patiamini, in veſtris libris etiam atq; etiam
diligenter aduertite. Quàm multi autem io noſtra Caput IX.
cõmuoione veraciter faciunt iſta ſublimiora præcepta
Euaogelica,

A Euangelica, de quorum ſpecie fallitis imperitos: quàm multi homioes vtriuſque ſexus ab omni cõcubitu puri atq; integri, quàm multi experti, & poſtea cootinentes, quàm multi rerum ſuarum diſtributores & relictores, quàm multi ieiuniis vel crebris vel quotidianis, vel etiã
1.Cor.6. incredibiliter cõtinuatis, corpus ſeruituti ſubiicientes:
Act.2.et 4. quàm multæ fraternæ congregationes, nihil habentes
1.Timo.6. proprium, ſed omnia communia, & hæc nõ niſi ad victum & tegumentum oeceſſaria: vnam animam & cor voum io deum, charitatis igne conflantes: atque in his omnibus profeſſionibus quàm multi fallaces & perditi deprehenduotur, quàm multi etiam latent, quàm multi primo recte ambulantes, peruerſa voluotate cito deficiunt, quàm multi in tentationibus iouenjuntur, quòd alio animo talem vitam adumbrata ſpecie ſuſceperũt: & quàm multi humiliter & fideliter ſanctũ cuſtodientes propoſitum vſq; ad fioem perſeuerant, & ſalui fiunt?
Matth.20. In quorum ſocietate quaſi diſpares appareot, ſed tamen
& 24. eadem charitate copulantur, qui propter aliquã neceſſitudinem ſecuodum Apoſtoli exhortationem habent
1.Corin.7. vxores tanquam nõ habeotes, & emuot tanquam non teneotes, & vtuntur hoc muodo tanquam nõ vtentes. His ſubiunguntur ſecundum abuodantes diuitias mi-
B ſericordiæ dei, etiã illi quibus dicitur, Nolite fraudare inuicem, niſi ex cõſenſu ad tempus, vt vacetis orationi: & iterũ ad ipſum eſtote, ne vos tentet Satanas propter intemperaotiam veſtram: hoc autẽ dico ſecuodum veniam, non ſecundum imperium. Qualibus etiam idem
1.Cor.6. Apoſtolus dicit, Iam quidem omoino delictũ eſt in vobis, quia iudicia habetis vobiſcum. Et eorũ portans infirmitatẽ, paulopoſt dicit, Secularia igitur iudicia ſi habueritis, eos qui cõtemptibiles ſunt io Eccleſia hos col-
Matth.19. locate. Neq; enim illi ſoli, qui vt ſint perfecti, venduot vel dimittuot omnia ſua, & ſequuntur dominum, pertioeot ad regnum cœlorum: ſed huic militiæ Chriſtianæ propter quoddam quaſi cõmercium charitatis ſubiungitur etiam quædam ſtipendiaria multitudo, cui di-
Matth.25. cetur in fioe, Eſuriui, & dediſtis mihi maoducare: &c. Alioquin damnaodi erunt illi, quorum domos tam di-
Coloſſ.3. ligenti & ſolicita cura cõpooit Apoſtolus, monens mulieres ſubditas eſſe viris ſuis, viros diligere vxores ſuas: filios obtemperare pareotibus, parentes filios outrire in diſciplina & correptione domioi: ſeruos obedire cum metu dominis caroalibus, dominos quod iuſtum eſt &
C æquum, ſeruis præſtare. Sed abſit vt iſtos à mãdatis Euangelicis alicoos, & à vita æterna ſeparaodos iudicet:
Matth.10. quia vbi ait dominus, Si quis noo tulerit crucem ſuam, & ſecutus me fuerit, oõ poteſt eſſe diſcipulus meus: exhortans firmiores ad perfectionem, ibi ſtatim & iſtos conſolatus eſt dicens, Qui receperit iuſtũ in nomine iuſti, mercedẽ iuſti accipiet: & qui receperit Prophetã io nomioe Prophetæ, mercedẽ Prophetæ accipiet. Vode
1.Timo.5. non tantũ qui modicum vini Timotheo dedit propter ſtomachum, & frequentes infirmitates eius, ſed etiã qui ſaoiori atque fortiori calicem aquæ frigidæ porrexerit
Matth.10. tantum in onmine diſcipuli, ſicut ibi ſequitur, non per-
Caput X. det mercedem ſuam. Quid autem fallitis auditores veſtros, qui cũ ſuis vxoribus, & filiis, & familiis, & domibus, & agris vobis ſeruiunt, ſi qui iſta omoia oon di-
Matth.19. miſerit, non accipiet Euangelium? Sed quia eis noo reſurrectionem, ſed reuolutinoem ad iſtam mortalitatẽ promittitis: vt rurſus oaſcantur, & vita electorũ veſtrorum viuant, tam vana & inepta & ſacrilega, quàm vos viuitis, quaodo valde laudamini: aut ſi melioris meriti ſunt in melones & cucumeres: vel io aliquos alios cibos

veoiãt, quos vos mãducaturi eſtis, vt veſtris ructatibus K
cito purgentur: merito eos à mãdatis Euangelicis alienatis, ſed & voſipſos talia ſentiẽtes atq; ſuadentes maxime inde ſeparare debetis. Si enim hæc vaoitas ad fidẽ Euaogelicã pertioeret, nõ debuit dicere dominus, Eſu- Matth.25.
riui, & dediſtis mihi manducare: ſed, eſuriſtis & mãducaſtis me: aut, eſuriui & mãducaui vos. Neq; enim ex illo iam miniſtratioois merito, ſecundum veſtra deliramenta, quiſquã recipietur io regoũ dei, quia maoducare ſanctis dedit, ſed quia vel manducauit quos anhelaret, vel manducatus eſt à quibus anhelaretur in cœlum. Nec illi dicerent, Domine, quando te vidimus eſurientẽ, & dedimus tibi maoducare? Sed dicerẽt, Quando te vidimus eſurientem, & manducaſti oos? Quibus ille nõ reſponderet, Cum vni ex minimis meis dediſtis, mihi dediſtis: ſed, cum vous ex minimis meis vos manducauit, ego vos manducaui. Hæc portenta ſentientes & Caput XI.
docentes, & ſecuodum hæc viuentes, audetis vos dicere Euãgelica præcepta ſeruare & catholicę Eccleſiæ derogare: in qua ſunt tam multi puſilli cum magnis, quos vtroſq; dominus benedicit: pro ſuis gradibus Euangelica mãdata ſeruantes, & Euaogelica promiſſa ſperantes. Sed veſtrum oculum maleuolus error io ſolam pa- L
leam oostræ ſegetis ducit: nam & triticũ ibi cito videretis, ſi & eſſe velletis. In vobis autem & qui Maoichæi ficti ſunt, mali ſunt: & qui ficti non ſunt vani ſunt. Vbi eoim fides ipſa ficta eſt, & qui ea ſimulate vtitur, fallit: & qui eam verã exiſtimat, fallitur: oec ex ea poteſt exiſtere bona vita, quia ex amore ſuo quiſque viuit, vel bene vel male. Vos autem ſi ſpiritalis atque intelligibilis boni charitate, ac noo corporalium phaotaſmatum cupiditate arderetis, vt cito dicam, quod de vobis notiſſimum eſt, ſolem iſtum corporeum, oon pro diuina ſubſtantia, & pro ſapientiæ luce coleretis.

Libri Quinti finis.

LIBER SEXTVS.

FAVSTVS dixit, Accipis vetus teſta- Caput I.
mentum? Quo modo, cuius præcepta non ſeruo? Puto quidem quia nec tu: nam peritomeo ego vt pudendam deſpui, ac ſi noo fallor & tu. Ceſſatio- Gene.17.
nem ſabbatorum vt ſuperuacuam credo, quod & tu. Sacrificia vt idololatriam, non dubito M
quòd & tu. Porcioa certe noo ego ſola abſtineo, tu Exod.20.
item non ſolam comedis. Ego quidem quia omnem Deute.5.
carnem immundam exiſtimem, tu vero quia oihil im- Leuiti.11.
mundum, quo vtroque ab vtroque noſtrum vetus deſtruitur teſtamentum. Azyma facta † hebdomadas, Exod.12.
ſcenopegiam vterque noſtrum tanquam inutilia & va- † al. Azyma
na contempſit. Lineis veſtibus non ioſerere purpuras. mopegiæ.
Io adulteriis pooere veſtem lioiſtemam. Bouem & a- Leuiti.23.
ſinum iungere, ſi neceſſe ſit, in ſacrilegiis oumerare: Deute.22.
Caluum aut reburrum & ſimilis ootæ hominem non Leuiti.21.
conſtituere ſacerdotem, quia ſuot huiuſmodi apud deum immundi, vterque cootempſimus: riſum † nec
in ſecundis habuimus nec io primis: quæ omnia præ- † aliàs, riſimus.
cepta ſuot & iuſtificationes veteris teſtamenti. Quod ergo obiicis, tibi mecum commuoe eſt: ſiue crimen putandum, ſiue recte factum: vterque enim oostrum vetus reſpuit teſtamentum. Ergo ſi quid ioterſit inter meam fidem, quæris & tuam: hoc quia tibi mentiri libet, & illiberaliter agere, vt quod mente oderis, verbo collaudes: ego fallere non didici, quod ſentio loquor:

G tam turpium odiſſe me fateor præceptores, quàm ipſa
Caput II. præcepta. AVGVSTINVS reſpondit, Quemad-
modum & quare accipiatur teſtamentum vetus ab hæ-
redibus teſtamenti noui, iam ſupra diximus. Sed quia
pauloante de promiſſis eius Fauſtus egit, nũc autem de
præceptis agere voluit: reſpõdeo iſtos omnino neſcire
quid interſit inter præcepta vitæ agẽdæ, & pręcepta vi-
tæ ſignificandæ. Exempli gratia, Non cõcupiſces: præ-
Exod. 20. ceptum eſt agendę vitæ. Circuncides omnẽ maſculum
Gene. 17. octauo die: præceptũ eſt ſignificandę vitæ. Ex hac quip
pe imperitia Manichæi, & omnes quibus diſplicent li-
teræ veteris teſtamenti, quicquid deus mandauit prio-
ri populo ad celebrandum, vmbram futurorum nõ in-
telligentes, & ea modo non obſeruari animaduerten-
tes, ex more pręſentis temporis illa reprehendunt, quæ
vtique illi tempori congruebant, quo iſta quæ nunc ma
nifeſtata ſunt, ventura ſignificarentur. Sed quid dicturi
1. Cor. 10. ſunt aduerſus Apoſtolum, qui ait, Hæc omnia in figura
contingebant illis, ſcripta ſunt autem propter nos, in
quos finis ſeculorũ obuenit? Ecce ipſe aperuit cur illæ
literæ accipiantur à nobis, & cur illa rerum ſigna iam
H neceſſe nõ ſit vt obſeruentur à nobis. Cum enim dicit,
Scripta ſunt propter nos: proculdubio demõſtrat, quan
ta nobis cura legenda & intelligenda, & in quanta au-
thoritate habenda ſint: quia propter nos vtique ſcripta
ſunt. Cum vero dicit, Figuræ noſtri fuerunt, & in figu-
ra contingebant illis: oſtendit iam nõ opus eſſe, vt cum
Coloſſ. 2. res ipſas manifeſtatas agimus, figurarum prænuncian-
tium celebrationi ſeruiamus. Vnde dicit alio loco, Ne-
mo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei
feſti, aut neomeniæ, aut ſabbatorum, quę ſunt vmbra fu
turorum. Hinc etiam cum dicit, Nemo vos in eis iudi-
cet: declarat quàm non ſit neceſſe vt iam hæc obſer-
uentur. Cum autem dicit, Quæ ſunt vmbra futurorum:
oſtendit quàm oportuerit vt illo tẽpore obſeruarentur,
quo iſta quæ nobis iam manifeſtata eluxerunt, per tales
Caput III. vmbras figurarum futura prædicebãtur. Proinde ſi
Manichæi reſurrectione domini iuſtificarentur, cuius
reſurrectionis dies, ex die quidem paſſionis tertius, poſt
diem tamẽ ſabbati, hoc eſt poſt ſeptimum octauus fuit:
profecto ſpoliarentur carnali velamento mortaliũ de-
ſideriorum: & cordis circuncisione gaudentes, nõ eam
I in carne adumbratam figuratamq; deriderẽt tempore
Cõtra Adi- veteris teſtamẽti: quamuis iam tempore noui teſtamenti
mantũ. ca. fieri obſeruarique non cogerent. In quo enim membro
16. circa fi- congruentius expoliatio carnalis & mortalis concupi-
nem. ſcẽtiæ figuratur, quàm vnde carnalis & mortalis fœtus
ad Titũ. 1. exoritur? Sed ſicut dicit Apoſtolus, Omnia mũda mun
dis, immundis autem & infidelibus nihil eſt mundum,
ſed polluta ſunt eorum & mens & cõſcientia. Itaq; iſti,
qui nimis mũdi ſibi videntur, quia illa membra tanquã
immunda auerſantur, aut auerſari ſe fingunt, in eas infi-
delitatis & erroris immundicias inciderũt, vt cum de-
Roma. 4. teſtantur circuncisionem carnis, quam dixit Apoſtolus
ſignaculum iuſticiæ fidei, in ipſis tamen carnalibus mẽ
bris diuina dei ſui membra credant colligata & inqui-
nata detineri, vt cũ carnem immundã dicunt, & deum
illic ex parte, qua ibi tenetur, immundum factum dicere
compellantur: quippe quem mũdari oportere aſſerunt:
quod donec fiat, quantum fieri potuerit, interim nunc
eum perpeti omnia quæ carnes patiuntur: non tantũ in
labore & dolore afflictionũ, ſed etiã in voluptate cor-
ruptelarum. Ei nanq; ſe dicunt parcere, quod non con-
cumbunt, ne nodis carneis arctius implicetur, & ſordi-
ad Titũ. 1. dius inquinetur. Cũ ergo Apoſtolus dicat, Omnia mũda
mundis: vtiq; hominibus qui poſſunt in deterius volun K
tatis peruerſitate mutari: quãto magis omnia mũda ſunt
deo, qui ſemper incõmutabilis & incõtaminabilis per-
manet. De cuius ſapiẽtia diuina dictum eſt in eis libris,
quos reprehendendo vehementius inquinamini, quòd
nihil inquinatũ in eam incurrit, & attingit vbique pro- *Sapien. 7.*
pter ſuã mundiciam. Quapropter ô immundiſſima va-
nitas, ita ne diſplicet tibi in membro humano, vnde hu
mana generatiõ propagatur, ſignũ regenerationis hu-
manæ, illum cui munda ſunt omnia deũ iuſſiſſe conſti-
tui: & placet tibi etiam in flagitiis, quæ illo membro ab
impudicis hominibus perpetrãtur, ipſum deum veſtrũ,
cui nihil eſt mundum ex parte ſua naturæ commacula-
ri atq; corrumpi? Quid enim patitur in variis turpibus
corruptelis, quem coniugali quoq; concubitu creditis
inquinari? Audete etiã dicere quod ſoletis, Ergò ne de-
erat, vbi deus præfiguraret ſignaculum iuſticiæ fidei, ni-
ſi in illo membro? Reſpondetur, Cur enim non & ibi?
primo, quia omnia munda mundis, quanto magis deo?
deinde quia hoc Apoſtolus dixit, ſignaculum datum
Abrahæ iuſticiæ fidei, in tali circuncisione. Vos autẽ no
lite erubeſcere ſi poteſtis, cũ vobis dicitur, Ergo ne de-
erat deo veſtro quid ageret, ne ſuæ naturæ partem iſtis L
membris, quæ ſic deſpuitis, implicaret? Pudenda qui-
dem iſta dicuntur hominibus, propter noſtræ mortali-
tatis corruptibilem pœnalemq; propaginem, quæ inde
ſubſiſtit: quibus caſti adhibent verecundiam, impudici
petulantiam, deus iuſticiam. Ceſſationem vero ſab- *Caput IIII.*
batorum iam quidem ſuperuacuam ducimus ad obſer
uandum, ex quo ſpes reuelata eſt noſtræ quietis æternæ:
non tamen ad legendum & intelligendum, quia Pro-
pheticis tẽporibus, cum eſſent iſta, quæ nobis hoc tem-
pore patefacta ſunt nõ tantum ſermonibus, ſed & acti-
bus præfiguranda & prænuncianda, illo ſigno quo le-
gimus, res iſta prænotata eſt quam tenemus. Vos autem
volo mihi dicatis, cur veſtram ceſſationem nolitis im-
plere? Iudæi quippe ſabbato ſuo, quod adhuc carnali-
ter ſapiunt, non ſolum in agro fructum nullum decer-
punt, ſed nec in domo concidunt aut coquunt. Vos au
tem ceſſantes quidem expectatis quis auditorũ veſtro-
rũ propter vos paſcendos, cultello vel falcicula arma-
tus in ortum proſiliat, homicida cucurbitarum quarum
vobis afferat, mirũ dictu, viua cadauera. Nam ſi nõ eas M
occidit, quid vos in tali facto metuitis? Si autẽ occidun
tur cum decerpuntur, quo modo eis ineſt vita, cui pur-
gandæ atq; recreandę manducando atq; ructando, vos
aſſeritis ſubuenire? Accipitis ergo viuentes cucurbitas,
quas ſi poſſetis, deglutire deberetis: vt poſt illud vnum
vulnus, in quo eas cum decerpſit veſter auditor, reus fa-
ctus eſt, veſtra indulgentia liberandus, ſaltem deinceps
ad officinã aqualiculi veſtri, vbi deum veſtrũ illo præ-
lio confractum, reformare poſſetis, illæſæ atq; integræ
peruenirent. Nunc autem antequã eis conterendis den
tes incumbant, minutatim ſi hoc palato placuerit, con-
ciduntur à vobis, quibus tam crebris vulneribus earum,
quo modo vos nõ eſtis rei? Videte quemadmodum vo
bis expediret, vt quod vno die in ſeptem faciunt Iudæi,
vos quotidie faceretis, & à tali etiam domeſtico opere
ceſſaretis. Iam quid in igne patiũtur, vbi certe nõ refor-
matur vita, quæ in eis nõ eſt? Non enim feruẽs olla ſan-
cto ventri comparari poteſt, & tamen irridetis, tanquã
ſuperfluam ſabbati ceſſationẽ. Quanto vtiq; ſanius, nõ
ſolum eam nõ reprehenderetis in patribus, quando ſu-
perflua nõ fuit: ſed etiã nunc, quando iam ſuperflua eſt,
ipſam potius teneretis, quàm iſtam veſtram nõ ſignifi-
catione

A catione acceptabilē, ſed errore damnabilem: quam etiā
non implendo rei eſtis ſecundum opinionē veſtræ va-
nitatis, & vani ſecundum iudicium veritatis? Dicitis e-
nim dolorē ſentire fructū, cum de arbore carpitur: ſen-
tire cum conciditur, cum conteritur, cum coquitur, cū
manducatur. Non ergo debuiſtis veſci, niſi eis quæ cru
da & illæſa poſſunt transuorari: vt vnum ſaltem dolo-
rem cū decerpuntur, non à vobis, ſed à veſtris auditori-
bus paterētur. Sed dicitis, Quo modo ſubuenimus tan-
tæ vitæ, ſi ea tantum abſumimus, quæ incocta & mollia
poſſunt abſorberi? Si ergo iſta cōpenſatione tā multos a
cibis veſtris dolores infligitis, cur ab illo abſtinetis, ad
quem maxime iſta neceſſitas cogit? Nam fructus poteſt
& crudus comedi, ſicut ſe nonnulli veſtri exercuerunt:
vt hoc nō tantum de pomis, verumetiam de omnibus
oleribus facerent. Si autem non vellatur, aut decidatur,
aut quoquo modo dematur ex terra vel arbore, venire
ad eſcā nullo pacto poteſt. Hoc ergo facile debuit eſſe
veniale, ſine quo ei ſubuenire non valeretis: nō illi tam
multi cruciatus, quos in preparandis eſcis membris dei
veſtri non dubitatis inferre. At enim plorat arbor, cum
fructus carpitur. Hoc quipe dicere non erubeſcitis: cer-
B te nouit omnia vita quæ ibi eſt, & præſentit quis ad eā
conueniat. Venientibus ergo electis, & poma carpenti-
bus, gaudere debuit nō plorare, illum tranſitorium do-
lorem tanta fœlicitate compenſans, & tantam euadens
miſeriam, ſi in alios incidiſſet. Cur itaq; pomum nō de-
cerpitis, cum decerpto tam multas plagas doloresq; in-
geratis? reſpōdete ſi poteſtis. Nec ipſa ieiunia vobis cō-
petunt: non enim oportet vacare fornacem, in qua ſpi-
ritale aurum de ſtercoris cōmixtione purgatur, & à mi-
ſerandis nexibus diuina mēbra ſoluuntur. Quapropter
ille eſt miſericordior inter vos, qui ſe potuerit ita exer-
cere, vt nihil eius valetudini obſit, ſæpe crudo a cibos ſu
mere, & multa conſumere. Vos autem & tantas pœnas
eſcæ veſtræ irrogādo crudeliter manducatis, & à mem-
brorum diuinorum purgatione ceſſando crudeliter ie-
Caput V. iunatis. Et audetis tamen etiam ſacrificia teſtamenti
veteris execrari, & idololatriam nominare, & in huiuſ-
modi ſacrilegium nos quoque ſociare. Vnde pro nobis
prius reſpondemus, ſic illa iam non eſſe in operibus no
ſtris, vt ea tamē in myſteriis diuinarum ſcripturarū, ad
intelligenda quæ his prænunciata ſunt, amplectamur:
quia & ipſa figuræ noſtræ fuerunt, & omnia talia multis
& variis modis vnum ſacrificium, cuius nunc memo-
riam celebramus ſignificauerunt. Vnde iſto reuelato, &
C ſuo tempore oblato, illa de agendi celebritate ſublata
ſunt: ſed in ſignificandi authoritate manſerunt. Scripta
1.Cor.10. ſunt enim propter nos, in quos finis ſeculorū obuenit.
Sed in eis videlicet interfectio vos monet animaliū, cū
iſta omnis creatura vſibus hominū quodam modo cō-
ditionaliter ſeruiat. Sed vos, qui homini mendico eſu-
rienti panem non porrigitis, miſericordes eſtis in peco
ra, quibus animas humanas ineſſe creditis. Dominus e-
Matth.8. tiam Ieſus in ea crudelis fuit, cum dæmones in gregem
porcorū, cum id ab eo peterent, ire permiſit? Qui etiam
nondum demonſtrato per paſſionem ſacrificio corpo
ris ſui, cuidā leproſo, quē mundauerat, ait, Vade, oſtēde
Luca.5. te ſacerdoti, & offer pro te quod præcepit Moyſes in
Leuici.14. teſtimonium illis. Magis enim quia & per Prophetas
Pſal.39. deus ſæpe teſtatur, nullius ſe talis muneris indigere, &
facile eſt ratione perſpicere, quòd nec eius rei egeat, qui
nullius eget, cōpellitur animus homanus inquirere, quid
nos per hæc docere voluerit, qui vtique non fruſtra ea,
quibus nō indiget, ſibi iuberet offerri, niſi aliquid in eis

oſtenderet, quod nobis & noſſe prodeſſet, & talibus ſi- D
gnis præfigurari oporteret. Vos autē quanto melius &
honeſtius iſtis, quamuis iam noſtro tempori nō neceſſa-
riis, tamē ſignificantibus aliquid & docentibus, ſacrifi-
ciis ſubderemini, quàm vobis ab auditoribus veſtris vi
uas ſanctarū animarū victimas† offerri iuberetis & cre- *† al. viuas*
deretis? Nam cum Apoſtolus Paulus de quibuſdā pro- *eſcarum vi-*
pter epulas Euangelium prædicantibus congruētiſſime *ctimas.*
dixerit, Quorū deus venter eſt: quanto vos arrogātiore *Philip.3.*
impietate iactatis, qui ventrem veſtrum non deum, ſed
quod ſceleratioris audaciæ eſt, dei mūdatorem dicere
nō timetis? Cuius porrò demētiæ eſt, pios ſe videri vel-
le, quòd ab animalium interfectione ſe temperant, cum
omnes ſuas eſcas eaſdem animas habere dicant, quibus
vt putant viuentibus tanta vulnera & manibus & den-
tibus ingerunt? Cur autem ſi carnibus veſci nō vul- *Caput VI.*
tis, nō ipſa animalia deo veſtro oblata mactatis, vt ani-
mæ illæ, quas non ſolū putatis humanas, ſed ita diuinas,
vt ipſa dei mēbra eſſe credatis, à carnis carcere dimittā-
tur, & ne iterū redeant, veſtris orationibus cōmenden-
tur? An amplius eas adiuuatis ventre quàm mēte, & illa
potius dei natura ſaluatur, quæ veſtris viſceribus exha-
lari meruerit, quàm quæ veſtris precibus commendari?
Propterea ergo vētri veſtro pecora nō ſacrificatis, quia E
ea viua abſumere non poteſtis, vt eorū animas interceſ-
ſione veſtri ſtomachi liberetis. O beata olera, quibus &
manu euulſis, & ferro conciſis, & igne cruciatis, & den-
te contritis, conceſſum eſt tamen, vt ad veſtrorum inte-
ſtinorum aras viua perueniant: & miſera pecora, quę cū
citius de corpore ſuo exeunt, in veſtra corpora intrare
nō poſſunt. Ita delirantes adhuc putatis, quòd ideo ſu-
mus inimici veteris teſtamēti, quia nullā carnē inmun-
dā ducimus, tenentes Apoſtoli ſententiā, dicentis, Om *Titum.1.*
nia munda mundis. Et illud vbi dominus ait, Nō quod *Matth.15.*
intrat in os veſtrū, vos coinquinat, ſed quod exit. Quod
nō ad ſolas turbas dominus dixit, ſicut veſter Adiman-
tus, quē poſt Manichæum Fauſtus pręcipue laudat, cum
veteri teſtamento calumniaretur, voluit intelligi: ſed e-
tiā remotus à turbis, hoc idem diſcipulis ſuis euidētius
& expreſſius elocutus eſt. Cum enim hanc domini ſen *Contra Adi-*
tentiam teſtamēto veteri oppoſuiſſet Adimantus, quia *mantū. ca.*
in illo ſcripta ſunt quædam immunda carnium, à qui- *14. et. 15. Et*
bus ille populus iuſſus eſt abſtinere, timuit ne ſibi dice- *de Eccleſia-*
retur, Cur ergo vos non quaſdā, ſed omnes carnes im- *ſti. dogma.*
mundas exiſtimatis, atq; ab edendis omnibus tempera- *cap.31.*
tis: cum tuipſe proferas Euangelicum teſtimonium, nō *Leuit.11.*
coinquinari hominem ex iis, quę in os ingrediuntur, & *Deut.14.*
in ventrem vadunt, atq; in latrinam emittuntur? Itaque F
has arctiſſimas, & fallaciam ſuā manifeſtiſſima veritate
præfocantes anguſtias, conatus euadere, ait hoc domi-
num ad turbas dixiſſe, quaſi paucis ille in ſecreto vera
diceret, in turbas autē falſa iactaret: cum & hoc de do-
mino credere ſacrilegum ſit, & omnes qui legunt, no-
uerint, hoc & remotis turbis eū planius dixiſſe diſcipu-
lis. Quapropter quia in exordio harum literarum ſua-
rum Fauſtus ſic miratur Adimantum, vt ei ſolum præ-
ferat Manichæum, compendio requiro, vtrum iſta do-
mini ſententia, qua dixit, Non inquinari hominem iis,
quæ in os eius intrant: vera an falſa ſit. Si falſam dicūt,
cur eam tantus eorū doctor Adimantus à Chriſto pro-
latam dicens, ad expugnādum teſtamentum vetus obie
cit? Si autem vera eſt, cur aduerſus eam credunt ſe coin-
quinari, ſi quacunq; carne veſcantur: niſi forte verū re-
ſpondere velint, & dicere, Apoſtolū non dixiſſe omnia
munda hæreticis, ſed omnia munda mundis. Cur enim

G non ſint iſtis hæc munda, idem Apoſtolus ſequitur & dicit, Immundis autem & infidelibus nihil eſt mundũ, ſed polluta ſunt eorũ & mens & conſcientia. (*Titum.1.*) Vnde reuera Manichæis omnino nihil eſt mundũ, quandoquidem etiam ipſam dei ſubſtantiam vel naturam, non ſolum coinquinari potuiſſe, ſed etiã ex parte coinquinatam eſſe contendunt: nec ſolum coinquinatam eſſe, verumetiam ex omni parte recuperari mundarique non poſſe. Vnde mirũ eſt, quòd ita ſe dicunt immundas omnes carnes exiſtimare, & ob hinc ab eis abſtinere, quaſi aliquid exiſtiment eſſe mundum, nõ ſolum eſcarum, ſed omniũ creaturarum. Nam & ipſa olera & poma & omnes fruges & totam terrã & cœlum commixtione gentis tenebrarum perhibent inquinata. Vtinam ergo & in cæteris cibis errori ſuo congruerent, atq; ab iis, quæ immunda dicunt, omnibus abſtinendo, fame potius morerentur, quàm tales blaſphemias pertinaciter loquerentur: nam ſe corrigere atque emendare nolentibus, hoc eſſe vtilius quis non intelligat?

Cap.VII. Teſtamento autem H veteri, vbi quidam cibi carnium prohibentur, cur non ſit contraria iſta ſententia, qua dicit Apoſtolus, Omnia munda mundis: &, Omnis creatura dei bona eſt: (*Titum.1.* *1.Timo.4.*) ſi poſſunt, intelligant hoc Apoſtolum de ipſis dixiſſe naturis: illas autem literas propter quaſdam præfigurationes tempori congruentes, animalia quædam, non natura, ſed ſignificatione immunda dixiſſe. Itaque verbi gratia, ſi de porco & agno requiratur, vtrunque natura mundum eſt, quia omnis creatura dei bona eſt: quadam vero ſignificatione agnus mundus, porcus immundus eſt: tanquam ſi ſtultum & ſapientem diceres, vtrunque hoc verbum natura vocis & literarum & ſyllabarum, quibus conſtat, vtique mundum eſt: ſignificatione autem vnum horum verbum, quo dicitur ſtultus, immundum dici poteſt: non natura ſui, ſed quoniam quiddam immundum ſignificat. Et fortaſſe quod eſt in rerum figuris porcus: hoc eſt, in rerum genere ſtultus, & tam illud animal quàm iſtæ duę ſyllabæ, quod dicitur ſtultus, quiddam vnum idemq; ſignificat. Immundum quippe illud animal in lege poſitum eſt, eo quòd nõ ruminet: (*Leuit.11.*) non autem hoc eius vicium, ſed natura eſt. Sunt autem homines, qui per hoc animal ſignificantur immundi, proprio vicio, nõ natura: qui cum libenter audiant verba ſapientiæ, poſtea de his omnino nõ cogitant. Quod I enim vtile audieris, velut ab inteſtino memoriæ, tanquam ad os cogitationis recordandi dulcedine reuocare, quid eſt aliud, quàm ſpiritaliter quodã modo ruminare? Quod qui non faciunt, illorum animalium genere figurantur. Vnde & ipſa à talibus carnibus abſtinentia, tale vicium nos cauere præmonuit, Cum enim theſaurus deſiderabilis ſit ipſa ſapientia, de hac mundicia ruminandi, & immundicia non ruminandi alio loco ſcriptum eſt, Theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis, vir autem ſtultus glutit illum. (*Prouer.21.*) Hæ autem ſimilitudines rerum in locutionibus & obſeruationibus figuratis, propter quærendi & comparandi exercitationẽ, rationales mentes vtiliter & ſuauiter mouent. Sed priori populo multa talia nõ tantum audienda, verumetiam obſeruanda præcepta ſunt. Tempus enim erat, quo non tantum dictis, ſed etiam factis prophetari oporteret ea, quæ poſteriori tempore fuerant reuelanda. Quibus per Chriſtum atque in Chriſto reuelatis, fidei gentium onera obſeruationum non ſunt impoſita, Prophetiæ tamẽ authoritas commendata. Ecce nos diximus qua cauſa, cum ſecundum domini Apoſtolique ſentẽtiam, nullas animalium carnes immundas habeamus, veteri tamen teſtamento, vbi quædam immundæ K dictæ ſunt, non aduerſemur: vos iam dicite, quare immundas carnes exiſtimetis.

Si ſecundum errorem *Cap.VIII.* veſtrum, propter commixtionem gentis tenebrarum: nõ carnes, ſed ipſe deus veſter immundus eſt in ea parte, quam velut debellandis & captiuandis hoſtibus abſorbendam & inquinandam miſit & miſcuit: deinde propter ipſam commixtionem, etiam quicquid aliud mãducatis, immundum eſt. Sed dicitis, Multo amplius immundæ ſunt carnes. Et quare amplius immũdæ ſint carnes, longum eſt eorum de hac re deliramenta commemorare: ſed breuiter attingam quod ſat eſt, vt inſpiciantur reprehenſores veteris teſtamenti, tanta ſtulticiæ vetuſtate confecti, vt carnis accuſatores, ſine vlla ſpiritali veritate ſolam carnem ſapere conuincantur. Fortaſſis enim paulo prolixior iſta reſpõſio, ſic aduerſus eos lectorem inſtruet, vt in cæteris reſponſionibus non à nobis tam multa verba requirantur. Dicunt enim iſti vaniloqui, & mentis ſeductores, in illa pugna, quando primus homo eorum tenebrarũ gentem elementis fallacibus irretiuit, vtriuſque ſexus principibus ibidem ca- L ptis, cum ex eis mũdus conſtrueretur, pleroſque eorum in cœleſtibus fabricis colligatos, in quibus erant etiam fœminæ aliquæ prægnantes, Quæ cum cœlum rotari cœpiſſet, eandem vertiginem ferre non valentes, conceptus ſuos abortu excuſſiſſe, eoſdemq; abortiuos fœtus & maſculos & fœminas de cœlo in terram cecidiſſe, vixiſſe, creuiſſe, cõcubuiſſe, genuiſſe. Hinc eſſe dicunt originem carnium omnium, quæ mouentur in terra, in aqua, in aëre. Ergo ſi de cœlo eſt origo carniũ, abſurdiſſimum eſt propter hoc eas immundiores putare: præſertim quia in ipſa ſtructura mundi eoſdem principes tenebrarum, ita per omnes contextiones a ſummis vſque ad ima colligatos dicunt: vt quanto quiq; amplius haberẽt commixti boni, tanto ſublimius collocari mererentur: ac per hoc mũdiores carnes eſſe deberent, quarũ origo de cœlo eſt, quàm fruges quæ oriuntur ex terra. Deinde quid tam inſanum dici poteſt, quàm cõceptos fœtus ante vitæ commixtionem tanto viuaciores fuiſſe, vt & abortiui, & de cœlo in terram ruentes viuerent, commixta autem vita niſi tempore maturo editi, viuere non poſſint: & ſi de paulo altiore loco cadant, cõti- M nuo moriantur: vtique ſi regnum vitæ contra regnum mortis belligerauit, cõmixta vita viuaciores facere debuit, non corruptibiliores. Quod ſi in ſua natura quæq; res magis ſuam retinet incorruptionem, non duas naturas bonas & malas, ſed duas bonas, quarũ ſit vna melior, prædicare debuerunt. Vnde igitur aſſerunt immundiores carnes, quas de cœlo genus ducere affirmãt, iſtas dũtaxat omnibus notas? Nam ipſa prima corpora principum tenebrarum, ex arboribus ibidem natis tãquam vermiculos opinantur exorta, ipſas autem arbores ex quinque illis elementis. Proinde ſi animalium corpora primam originem habent ex arboribus, ſecundam de cœlo, quid cauſæ eſt vt immundiora quàm fructus arborum exiſtimentur? Si propterea, quia cum moriuntur, amittunt animam, vt iam immundum ſit quicquid vita deſerente manſerit, cur eodem pacto non ſunt immũda olera vel poma, quæ vtiq;, ſicut ſupra dictum eſt, cum decerpũtur vel auelluntur, moriuntur? Horũ quippe homicidiorũ rei eſſe nolunt, dum nihil ex terra vel ex arbore decerpũt. Deinde cũ duas animas eſſe in vno animantis corpore affirmant, vnam bonã de gente lucis, alteram malam de gente tenebrarum: nũquid cum occiditur animal, bona anima fugit, & mala remanet?

Si enim

A Si enim hoc eſſet, ſic viueret animal occiſum, quo modo viuebat in gente tenebrarũ, quando ſolam ſuæ gentis habebat animam, qua etiam rebellauerat aduerſum regna diuina. Cum ergo in morte cuiuſlibet animalis vtraq; anima & bona & mala deſerat carnem, cur immunda caro dicitur, quaſi ſola bona anima deſeratur? Quia etſi aliquæ vitæ reliquiæ remanent, ex vtraque remanent. Nec ipſum quippe fimum dicunt remanere ſine aliquibus exiguis reliquiis membrorum dei. Nullam igitur cauſam reperiunt, cur aſſeuerent carnes frugibus immundiores: ſed videlicet fallacem caſtitatem ſuam oſtentare conantes, eo putant immundiorem carnem, quòd de concubitu exiſtat: quaſi non tanto vehementius cogantur membro illo diuino manducando ſuccurrere, quanto illic arctius colligatum putant. Poſtremo ſi iſta cauſa eſt maioris immundiciæ carniũ, ea comedant animalium corpora, quæ non de concubitu oriũtur, ſicut ſunt innumerabilia genera vermium, quorum nonnullos vulgo edunt quædam Venetiæ regiones ex arboribus natos. *Veneti.* Ranas etiam, quas repente ex vna pluuia terra germinat, † in eſcam iſti aſſumere debuerunt: *†generat.* vt dei ſui membra talibus formis commixta B liberarent, ſi eam carnem deteſtantur, quæ concubitu propagatur: & genus humanum erroris arguerẽt quòd gallinis collumbiſque veſcãtur, ex maſculorum fœminarúmque coitu procreatis, & mundiores cœli & terrę filias ranas abiiciant. Nam ſecundum iſtorum fabulam mundiores ſunt primi principes tenebrarum, quorum parentes arbores fuerunt, quàm ipſe Manichæus, quem pater & mater concumbendo genuerunt. Mundiores etiam pediculi eorum, qui ſine concubitu ſudore corporis, vel exhalatione naſcuntur, quàm iſti ipſi miſeri, qui de parẽtibus concumbentibus nati ſunt. Aut ſi iam quicquid ex carne etiam ſine concubitu naſcitur, propterea putant immundum, quia ipſa caro ex concubitu eſt, immunda erunt olera & fruges, quæ de ſtercoribus fertilius vberiúſque ſurrexerint: vbi videant quid faciant vel quid reſpondeant qui fruges dicunt mundiores eſſe quàm carnes. Nam ſtercore quid immundius ex carne proiicitur, & quid frugibus feracius adhibetur? Certe ipſi dicũt per attritiones & digeſtiones ciborum fugere inde vitam, & exiguum quiddam in ſtercore remanere. Cur ergo vbi exigua vita remanet, inde cibi veſtri, hoc eſt, fructus terræ de ſtercore & meliores C & maiores & plures exiſtunt? Caro non purgamentis terræ ſed fœtibus paſcitur, terra vero purgamentis carnis non fœtibus fœcundatur. Eligant quid ſit mundius, aut iam correcti deſinant eſſe immũdi & infideles, quibus nihil ſit mundum, & nobiſcum amplectantur Apoſtolum dicentem, *Titum.1.* Omnia munda mundis. Domini eſt terra & plenitudo eius. *Pſal.23.* Omnis creatura dei bona eſt. *1.Timo.4.* Omnia quippe quæ naturaliter ſunt, in ordine ſuo bona ſunt: & nemo in eis peccat, niſi qui ordinem ſuum in dei obedientia non cuſtodiens, eorum quoque ordinem, male vtendo perturbat. Patres autẽ noſtri qui deo placuerunt, tenuerunt ordinem ſuum in ipſa obedientia, vt quicquid deus temporibus cõgruis iubendo diſtribuit, ſic obſeruarent, quemadmodum ille diſtribuit. Itaq; non ſolum carnes ad cibum datas, cum omnes natura mundæ eſſent, quaſdam tamen nonnulla ſignificatione immundas illo tempore non ederunt, quod eas non edi præceptum erat, vt talibus ſignificationibus futura rerum manifeſtatio præfiguraretur.

Caput IX.

Sed & azymum panem & cætera huiuſmodi, in quibus fuiſſe vmbram futurorũ dicit Apoſtolus, tam rei eſſent illius

temporis & illius populi homines, ſi obſeruare cõtemnerent, D quando ſic illa fieri, & iſta quæ nunc reuelata ſunt tunc ſic pręnunciari oportebat: quàm nos deſipientes eſſemus, ſi nunc iam manifeſtato nouo teſtamento, illas prænunciatiuas obſeruationes, aliquid nobis prodeſſe putaremus. Sicut ſacrilegi & impij, ſi eoſdem libros, qui propter nos ſcripti ſunt: vt ea quæ iam nobis reuelata & in manifeſtatione annunciata ſunt, tãto antè illis figuris prænunciata cognoſcentes, fideliter & firmiter teneremus, ideo putaremus abiiciendos, quia ea quæ ibi ſcripta ſunt, non iam obſeruare corporaliter, ſed intelligere & facere ſpiritaliter nos dominus iubet, Scripta ſunt enim propter nos in quos finis ſeculorum *1.Corin.10.* obuenit: ſicut item dicit idem Apoſtolus, Omnia enim *Roma.15.* quæ ante ſcripta ſunt, vt nos doceremur ſcripta ſunt. Quapropter non manducare azymum per ſtatutos ſe- *Exod.12.* ptem dies, tempore veteris teſtamenti peccatum fuit: tempore autem noui teſtamenti non eſt peccatum: ſed in ſpe futuri ſeculi quam habemus in Chriſto, qui & animam noſtram induẽs iuſticia, & corpus noſtrum induẽs immortalitate, totos nos innouat, credere aliquid ex veteris corruptionis neceſſitate atque indigẽtia nos paſſuros vel acturos, ſemper peccatum eſt, quãdiu voluuntur iſti ſeptẽ dies, quibus peragitur tempus: E ſed hoc veteris teſtamenti tẽporibus in figura occultatum à quibuſdam ſanctis intelligebatur: tempore autem noui teſtamenti, in manifeſtatione reuelatum popolis prædicatur. Vnde ſcriptura ipſa tunc erat præceptũ, nunc teſtimonium. Scenopegia non celebrare aliquando pec- *Leuiti.23.* catum fuit, nunc non eſt peccatum. Tabernaculum autem dei quod eſt eccleſia nõ compaginari, ſemper peccatũ eſt. Sed tunc agebatur ſub præcepto figurato, nunc legitur in teſtimonio reuelato. Nam & illud quod tunc factum eſt, non diceretur tabernaculum teſtimonij, niſi alicui veritati quæ ſuo tempore declaranda erat, quadam congruentia ſignificationis atteſtaretur. Lineis veſtibus miſcere purpuram, & liniſtema*† veſte indui a- *Deute.22.* *†al. Linoſima.* liquando peccatum fuit, nunc non eſt peccatum: ſed inordinate viuere, & diuerſi generis profeſſiones velle miſcere, vt vel ſanctimonialis habeat ornamenta nuptarum, vel ea quæ ſe non continens nupſit, ſpeciem virginis gerat, omni modo peccatum eſt: & ſi quid inconuenienter ex diuerſo genere in vita cuiuſque contexitur. Verum illud tunc figurabatur in veſtibus, quod nunc declaratur in moribus. F Illud enim erat tempus ſignificandi, hoc manifeſtandi. Ergo ipſa ſcriptura, quæ tunc fuit exactrix operum ſignificantium, nũc teſtis eſt rerum ſignificatarum: & quæ tũc obſeruabatur ad prænunciationem, nunc recitatur ad confirmationem. Bouem & aſinum ad operandum iungere tunc nõ licebat, nunc licet. Declaratum eſt enim per Apoſtolum, cũ de boue triturante non infrænando, ſcripturam recoleret dicentem, Nunquid de bobus cura eſt deo? Quare ergo nunc legitur, quãdo id quod prohibuit iam licet? Quia idem ipſe ibi ſecutus Apoſtolus ait, Propter nos ſcriptu- *1.Cor.9.* ra dicit, Et vtiq; impium eſt, vt non legamus nos, quod ſcriptũ eſt propter nos. Magis enim propter nos, quibus manifeſtatur, quàm propter illos, in quibus figurabatur. Bouem quippe & aſinum ſi neceſſe ſit, vnuſquiſque ſine detrimento operis iungit. Sapientem vero & ſtultum, non vt vnus præcipiat, & alter obtemperet, ſed pariter ex æquali poteſtate, vt annuncient verbum dei, nõ ſine ſcandalo quiſquam comites facit. Itaq; eandem ſcripturam tenemus, & tunc poteſtate præcipientem vmbris tegendum, quod nunc aperiretur: & nunc authoritate

G atteſtantem luce apertum, quod tunc tegebatur. De cal
Leuiti.11. uo autem & reburro, quod eos immundos lex dixerit,
parum Fauſtus attenderat, aut in mendoſum codicem
inciderat. Sed vtinam ipſe caluam frontem habere vo
luiſſet, atque io ea crucem Chriſti figere oon erubuiſſet,
Ioan.14. profecto Chriſtum clamantem, Ego ſum veritas: nec
cum falſis vulneribus occubuiſſe, nec cum falſis cicatri-
cibus reſurrexiſſe crediduſſet. Quin etiam dicit, Ego fal
lere nó didici, quod ſentio loquor. Non eſt ergo diſci-
pulus Chriſti ſui, quem falſas cicatrices dubitantibus di
ſcipulis demonſtraſſe inſanus opinatur, & non ſolú de
cæteris vanitatibus ſuis, ſed etiam de ipſa Chriſti falla-
cia ſibi taoquam non fallenti vult credi, vtrum Chriſto
melior, quo fallente ipſe oon fallit: an eo ipſo non vera-
cis Chriſti, ſed fallacis Manichæi diſcipulus, cum & in
hoc fallit, in quo ſe non didiciſſe fallere gloriatur.

Libri Sexti finis.

LIBER SEPTIMVS.

Caput I. FAVSTVS dixit, Quare nó cre-
H dis in genealogiam Ieſu? Multæ
quidem ſunt cauſæ, ſed palmaris
illa, quia oec ipſe ore ſuo vſquã
ſe fatetur patrem habere, aut ge-
nus in terra: ſed econtra, quia nó
ſit de hoc mundo, quia à patre
Ioan. 8. & 6. deo proceſſerit, quia deſcende-
rit de cœlo, quia noo ſibi ſint mater & fratres, niſi qui fe
Matth 12. cerint voluntatem patris ſui, qui in cœlis eſt. Et adhuc
illi ipſi, qui has eius genealogias aſcribuot, nó eum ao-
te natiuitatem cognouiſſe videntur: ſed neque ſtatim
Luca.3. vt oatus eſt, quo crederẽtur ea ſcripſiſſe, quæ erga eum
oculis ſuis viderint geſta: ſed iuueni iam & maturo có-
iuncti ſunt ei: id eſt, annorum fermè triginta, ſiquidem
& ætas aſcribi diuinis poteſt ſioe blaſphemia. Quare
cum in omni teſtimooio veritatis hoc ſemper quæri ſo
leat, vtrúm ne quis audierit an viderit: iſti vero oec au-
diſſe ſe fateantur ab ipſo generationis hunc ordinem,
aut quia omnino ſit natus: nec vidiſſe oculis, quia lon-
go poſt tempore, id eſt, poſt baptiſmum cognouerunt
eum: mihi & omni recte iudicaoti, tam ſtultum videtur
hoc credere, quàm ſi quis cæcum & ſurdum teſtem in
iudicium vocet. AVGVSTINVS reſpondit, Quã
Caput II. I dicit palmarem cauſam, cur non accipiat genealogiam
Ieſu Chriſti, ibi apertiſſime victus oſtenditur legenti-
bus, quę ſupra diximus de filio homiois, quod tam cre-
bro ſe Chriſtus eſſe teſtatur, & de filio dei, quo modo
Matth.8. idem ipſe ſit & filius hominis: quo modo ſecuodum di
uinitatem nó habeat genus in terra, ſecundum carnem
Roma.1. autem ſit ex ſemine Dauid, ſecũdum quod Apoſtolica
2.Timo.2. doctrina teſtatur. Vnde oportet eum credi & intelligi,
& à patre exiſſe, & de cœlo veniſſe, & hic tamẽ verbum
Ioan.10. carnem factum inter homines habitaſſe. Quod ſi pro-
Ioan.1. pterea putant non habuiſſe in terra matrem vel genus,
quia dixit, Quæ mihi mater, vel qui fratres? ſupereſt vt
Matth.12. etiam diſcipulos eius, quibus hoc exemplum in ſeipſo
præbuit, vt terreni generis neceſſitudinem propter re-
gnum cœlorum contemnerent, affirment nó habuiſſe
Matth.23. patres, quia dixit eis, Ne vobis dicatis patrem in terra,
vnus eſt enim pater veſter deus. Quod ergo iſtos de pa
tribus docuit, hoc ipſe de matre & fratribus prior fecit:
ſicut & alia multa io quibus ſe nobis vt eũ imitaremur,
præbere, & vt ſequeremur præire dignatus eſt. Quapro-
pter iſte qui in eo quod putat palmare, ſic vincitur, K
quàm iaceat & inuoluatur in cæteris animaduertendũ
eſt. Quippe qui propterea dicit nó credendum Apoſto-
lis, qui eius non ſolum diuinam, ſed etiam humanã na-
tiuitatẽ annunciauerunt, quia poſtea iuueni adhæſerũt,
& oec viderunt eum natũ, nec ſe hoc ab illo audiſſe di- *Ioan.1.*
xerunt. Cur ergo credunt Ioanni dicenti, In principio
erat verbum, & verbũ erat apud deum, & deus erat ver-
bum, hoc erat in principio apud deũ, Omnia per ipſum
facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil: & cætera quæ illis
quamuis oon intelligentibus, tamen placent. Dicant vbi
hoc Ioannes viderit, aut vbi ſe hoc ab ipſo domino au-
diſſe dixerit. Quicquid enim dixerint, vnde hoc Ioan-
nes ſcire potuerit, inde credimus etiam omnes annun-
ciatores natiuitatis Chriſti, id quod annunciauerũt ſci-
re potuiſſe. Deiode quæro, vode credant dixiſſe domi- *Matth.12.*
num, Quæ mihi mater aut qui fratres, niſi quia hoc Eu-
aogeliſta narrauit? Cur ei nó credont & illud, Quia ma
ter eius & fratres quærebant eum? Si autem hoc menti-
tus eſt quod nolunt credere, quo modo ei credũt, Chri-
ſtum dixiſſe quod nolunt iotelligere? Deinde ſi Chri-
ſtum natũ, quia iam iuueni adhæſerat, non potuit ooſſe
Matthæus, vnde potuit Chriſtum non natum, poſt tot L
annos natus noſſe Manichæus? Dicturi ſunt, Spiritus *De fide con*
ſanctus hoc ſciebat qui erat in Manichæo. Ille ſanè ſi *tra Mani-*
ſpiritus ſanctus eſſet, vera dixiſſet. Sed cur nó potius de *chaeos. cap.*
Chriſto diſcipulis eius, qui etiam corporaliter ei adhæ- *24.*
ſerunt credimus, qui non ſolum [per ſpiritum ſanctum]
ab ipſo impertitum ſcire potuerunt, ſi quid lateret in re-
bus humanis, ſed tam recenti & præſenti memoria etiã
ſolo humano ſenſu, genus Chriſti ſecundum caroem,
& totam originem collegerunt? Et tamen cæci & ſurdi
teſtes dicuntur Apoſtoli, Vtinam tu non taotum cæ-
cus & ſurdus fuiſſes, ne tam vana & ſacrilega diſceres,† *††aliàs, di*
ſed etiam mutus, ne talia doceres.† *ceres.*

Libri Septimi finis.

LIBER OCTAVVS.

FAVSTVS dixit, Quare non ac- *Caput I.*
cipis teſtamentum verus? Quia iam
præuentus ſum nouo. Veteri autem
& nouo non conuenit vt ſcriptura
teſtatur, Nam pannum, inquit, no- *Matth.9.*
uum nemo aſſuit veſtimẽto veteri, M
alioquin maior ſciſſura fiet. Quia
ergo maiorem ſicuti vos ſciſſuram facere caueo, Chri-
ſtianam nouitatẽ Hebraicæ vetuſtati non miſceo. Quis
enim non etiam ſordidum iudicet, nouis veſtimentis
indutis, non donare inferioribus veteres? Quapropter
ergo etiam ſi natus eſſem Iudæus, vt fuerunt Apoſto-
li, dignum tamen erat me oouo accepto teſtamẽto ve-
tus repudiare, vt fecerunt ipſi: Nunc vero & naturæ be
neficio conſecutus vt ſub ſeruitutis iugo non naſcerer,
Chriſto mihi protinus occurrente cum pleno munere
libertatis, quàm miſer & ſtultus & inſuper iogratus ero,
ſi me vltro addixero ſeruituti? Quippe Paulus inde Ga-
latas arguit, quòd in circumciſionem relabentes, ad in- *Gala.4.*
firma repedarent & egena elementa, quibus denuo ſer-
uire vellent. Quo modo ergo id ego admittam, in quo
alium videam reprehendi? Turpe eſt redire in ſeruitu-
tem, ſed turpius ire. AVGVSTINVS reſpondit, *Caput II.*
Iam quidẽ ſatis ſuperius oſtendimus, quare & quo mo-
do teneamus authoritatem veteris teſtamenti, non ad
Iudaicæ

A Iudaicæ ſeruitutis imitationē, ſed ad Chriſtianæ liber-
tatis teſtificationem. Neq; enim mea, ſed Apoſtoli vox
1.Cor.10. eſt, quia omnia hæc in figura cōtingebant illis: ſcripta
autem ſunt propter nos in quos finis ſeculorum obue-
nit. Quapropter nos in ſeruitute facimus quę iuſſa ſunt
ad nos prænunciandos, ſed in libertate legimus quæ
ſcripta ſunt ad nos confirmandos. Quis itaq; iam non
Gala.4. intelligat, vnde Galatas reuocat Apoſtolus nō religio-
ſe ſcripturam circuncisionis legentes, ſed iam ſuperſti-
Matt.9. tioſe circuncidi volentes? Vnde non pannum nouum
veſtimento veteri aſſuimus, ſed erudimur in regno cœ
lorum, ad ſimilitudinem illius patrisfamiliàs, quem cō-
Matt.13. memorat dominus, proferentem de theſauro ſuo noua
& vetera. Ille autem aſſuit pannum nouum veſtimēto
veteri, qui continentiam vult habere ſpiritalem, & nō-
dum depoſuit ſpem carnalem. Nam legite diligēter, &
videte de ieiunio dominum interrogatum reſpōdiſſe,
Nemo aſſuit pannum nouum veſtimēto veteri. Adhuc
enim diſcipuli dominum carnaliter diligebant, quan-
doquidem etiam ne occiſum amitterent, formidabāt.
Matt.16. Vnde Petrum reuocātem ſe à paſsione, Satanam appel
B lat, quòd non ſaperet quæ dei ſunt, ſed quæ hominum.
Proinde attendite in illa phātaſia veſtra de regno dei,
vnde iſtam lucem ſolis carni conſpicuam, tanquam ad
exemplum vobis propoſitam diligitis & adoratis, quā
carnalem ſpem geratis: & inuenietis ieiunia veſtra quo
modo prudentiæ carnis, tanquam veſtimēto veteri aſ-
ſuantur. Veruntamen cum pannus nouus veſtimēto ve
teri non conueniat, vnde potuerunt principibus tene-
brarum membra dei veſtri non adiuncta atque conſu-
ta, ſed quod eſt vehementius, commixta & cōcreta co-
hærere? An vtrunque vetus eſt, quia vtrunque falſum, &
vtrunque de prudentia carnis eſt? Niſi forte inde vultis
probare vnum fuiſſe nouum, alterum vetus: quia maior
ſciſſura facta eſt, vt miſerabilis pannus de regno lucis
abſcinderetur, & globo tenebrarum ęterna pœna con-
† cōfigerēt. ficeretur. † Et tamē argute ſibi videtur velut acu linguę
† compin- diuinarum ſcripturarum firmamēta compingere, † ta-
gere. lium fabularū ſordidus ſarctor, aut mendicus indutor.

Libri octaui finis.

LIBER NONVS.

Caput I. C FAVSTVS dixit, Quare non accipis
vetus teſtamentum? Si Apoſtolis licuit
ſub eodem natis ab eo diſcedere, mihi
quare nō liceat in quo natus non ſum
non vſurpare? Omnes quippe gentiles
naſcimur, non Iudæi, non deniq; Chri
ſtiani: ſed alios ad ſe ex eadem gentilitate teſtamētum
vetus adducit, facitque Iudæos: alios nouum, & initiat
Chriſtianos: tanquam ſi duæ arbores, dulcis & amara,
radicibus ſuis vnius terræ in ſe vim transferant, immu-
tandam qualitatibus ſuis Apoſtolis ergo in dulcē tranſ-
euntibus ex amaro, quàm demens ero ego, ſi in amaram
Caput II. conuertar ex dulci. AVGVSTINVS dixit, Cur er
go Apoſtolus, quem dicis relicto Iudaiſmo ex amaritu
dine trāiiſſe in dulcedinem, magis inde fractos ramos
dicit, qui ex ipſo populo in Chriſtum credere nolue-
runt: & in ipſa oleæ radice, id eſt, origine ſanctorum
Hebræorum, tanquam oleaſtrum gentes inſertas, vt fie-
rent participes pinguedinis oleæ? Nam cum de Iudęo-
rum lapſu admoneret gētes ne ſuperbirent: ita locutus
Roma.11. eſt, Vobis enim, inquit, dico gentes, quādoquidem ego
ſum gentium Apoſtolus, miniſterium meum glorifico, K
ſi quo modo ad æmulationē prouocare poteio carnē
meam, vt ſaluos faciam aliquos ex illis. Si reiectio illo-
rum reconciliatio eſt mūdi, quæ erit aſſumptio, niſi vi-
ta ex mortuis? Si autem delibatio ſancta eſt, & cōſper-
ſio: & ſi radix ſancta eſt, & rami: quod ſi aliqui ex ramis
fracti ſunt, tu autē cum eſſes oleaſter, inſertus es in illis,
& ſocius radicis fact⁹ es pinguedinis oleæ, noli gloria-
ri aduerſus ramos. Quod ſi gloriaris, non tu radicem
portas, ſed radix te. Dicis ergo, Fracti ſunt rami vt ego
inſerar. Bene. Incredulitate fracti ſūt, tu autē fide ſtas. † † ſta.
Noli altum ſapere, ſed time: nam ſi deus naturalibus ra
mis non pepercit, neque tibi parcet. Vides ergo bonita-
tem & ſeueritatem dei, in eos quidem qui ceciderunt
ſeueritatem: in te autem bonitatē, ſi permanſeris in bo-
nitate: alioquin & tu excideris. Et illi ſi non permanſe-
rint in incredulitate, inſerentur: potens eſt enim deus
iterum inſerere illos. Nā ſi tu ex naturali exciſus olea-
ſtro, & contra naturam inſertus es in bonam oliuam,
quanto magis illi, qui ſecundum naturam ſunt, inſerē-
tur ſuæ oliuæ? Nolo enim vos ignorare fratres ſacramē
tum hoc, vt non ſitis vobis ſapientes: quia cæcitas ex L
parte Iſraël facta eſt, donec plenitudo gentium intra-
ret, & ſic omnis Iſraël ſalu⁹ fieret. Videtis ergo vos, qui
in iſta inſeri radice non vultis, non quidem fractis ra-
mis eſſe ſimiles, ſicut eſt carnalis & impius populus Iu-
dæorum, ſed in oleaſtri amaritudine remanſiſſe. Nam
quid niſi oleaſtrum gentium ſapit, adorare ſolem & lu-
nam? Niſi forte propterea vos iam non putatis eſſe in
oleaſtro gētium, quia ſpinas noui generis addidiſtis, &
falſum Chriſtum, quem cum ſole & luna coleretis, non
manu fabrili, ſed peruerſo corde finxiſtis? Inſerimini er
go in radicem oleæ, quo ſe redditum gaudet Apoſto-
lus, qui inter fractos ramos per incredulitatē fuit. Inde
ſe quippe liberatum dicit, cum ſe à Iudaiſmo ad Chri-
ſtum tranſiſſe lætatur: quia Chriſtus ſemper in illa radi
ce atque in illa arbore prædicatus eſt, in quem venien-
tem qui non crediderunt, fracti ſunt inde, & qui credi-
derunt, inſerti ſunt ibi: Quibus ne ſuperbiant, dicitur,
Noli altum ſapere, ſed time: nam ſi deus naturalibus ra-
mis non pepercit, neque tibi parcet. Sed ne de ipſis fra-
ctis deſperetur, paulopoſt dicit, Et ipſi ſi nō permanſe-
rint in incredulitate, inſerentur: potens eſt enim deus
inſerere illos. Nam ſi tu ex naturali exciſus oleaſtro, &
contra naturam inſertus es in bonam oliuam, quanto
magis illi, qui ſecundum naturam ſunt, inſerentur ſuæ M
oliuæ? Ecce vnde etiā ipſe gloriatur, à fractura libera-
tus, & radicis pinguedini redditus. Qui ergo in vobis
ſunt, quos inde fregit impietas, redeant, & rurſus inſe-
rantur. Qui autem nunquam ibi fuerunt, veniant à na-
turali ſterilitate præciſi, participes fœcunditatis futuri.

Libri noni Finis.

LIBER DECIMVS.

FAVSTVS dixit, Cur non acceptas te- Cap.I.
ſtamētum vetus? Quia & ab ipſo hoc,
& ex nouo didicimus, aliena non cō-
cupiſcere. Quid autem, inquis, alie- Exo.20.
num habet teſtamentum vetus? Imò Roma.7.
quid habet nō alienum? Diuitias pro-
mittit, & ventris ſaturitatē, & filios & nepotes vitamq; Gene.15.
longam, & cum his Chananitidis regnum: ſed omnia & 17.
hæc circunciſis & obſeruantibus ſabbata, & immolan- Exo.20.
tibus

Leuit.11. tibus ſibi,& abſtinentibus à porcina, & huiuſmodi cæ-
G teris: quæ quia ego negligo, & Chriſtianus omnis, vt
inepta ſcilicet, & ad ſalutem animi minime pertinen-
tia,idcirco nec quæ promittit,ad me iam ſpectare cog-
Exo.20. noſco: memórque quia ibi ſit mandatum, Non concu-
piſces aliena: Iudæis bona ſua habere, libens volenſque
permiſi,ſolo ſcilicet Euangelio, & regni cœlorũ ſplen-
dida hæreditate contentus: nam vt Iudæo ſi ſibi Euan-
gelium vſurparet,iure increpitans dicerem, Improbe,
quid tibi cum eo eſt,cuius præcepta non ſeruas? ſic ve-
reor ne mihi eadem Iudæus increpitet, tenenti teſta-
mentum vetus, cuius mandata contemnam. AV-
Cap.II. GVSTINVS reſpondit, Eadem ſæpe vana repetere,
iſtum non pudet: ſed eadem ſæpe,quamuis vera, reſpó-
dere me piget. Quiſquis itaque etiam aduerſus iſta re-
Supra li.4. ſponſionem quærit,quæ ſuperius à nobis dicta ſunt,le-
ca.2. & li. gat. Iudæo autem dicenti mihi, Cur tenes vetus teſta-
6.cap.2. mentum,cuius præcepta non ſeruas? reſpõdeo, Seruari
à Chriſtianis etiam ex ipſis libris præcepta vitæ agen-
dæ: præcepta vero vitæ ſignificãdæ tũc recte obſerua-
ta,cum prænunciabantur iſta, quæ nunc reuelata ſunt.
H Quapropter etiam ipſa ſic nõ obſeruo ad religionem,
vt teneam tamen ad teſtificationem: ſicut & promiſſa
carnalia,quæ ibi continentur,vnde proprie vetus dici-
tur teſtamentum: quamuis mihi æterna ſperanda reue-
lata ſint. Et illa tamen atteſtantia lego,quæ in figura cõ
1.Cor.10. tingebant illis: ſcripta ſunt autem propter nos, in quos
finis ſeculorum obuenit. Itaque ſi audiſtis quid reſpon-
deamus Iudæis,audite & quod obiiciamus Manichæis.
Cap III. Certe Fauſtus dixit, turbari nos poſſe, ſi nobis Iu-
dæi dixerint, Quare tenetis vetus teſtamentum, cuius
præcepta non obſeruatis? Quibus nos eiuſdem ſcriptu-
ræ venerata atq; ſeruata authoritate reſpondemus, Vos
quid reſpondetis cum vobis dicitur, Quare tenetis Eu-
angelicos libros, quorum vos ad decipiendos imperi-
tos confingitis ſectatores: & quæ ibi ſcripta ſunt,nõ ſo-
lum nõ creditis, ſed etiam quantis poteſtis viribus op-
pugnatis? Certe videtis vos potius de nouo teſtamẽto,
quàm nos de vetere obiectis reſpondere nõ poſſe. Om-
nia enim quæ in vetere ſcripta ſunt, nos & vera eſſe di-
cimus,& diuinitus mandata,& congruis tẽporibus di-
ſtributa. Vos autem cum vobis obiecta fuerint, quæ in
libris noui teſtamẽti ſcripta ſunt,nec accipiuntur à vo
bis,deficiẽtes in reſpõdendo, & manifeſta veritate fau-
I cibus preſsis, anhelitu ſaucio dicitis eſſe falſata. Quid
aliud poſſent expirare præfocata ora fallacium, vel po-
tius quid aliud poſſent putere confoſſa cadauera mor-
Roma.7. tuorum? Et tamen confeſſus eſt Fauſtus,non concupi-
Exo.20. ſcere aliena,nõ ſolum ſe ex nouo teſtamento, ſed etiam
ex vetere didiciſſe: quod certe à ſuo deo non poſſet di-
ſcere. Ille quippe,ſi non concupiuit aliena, quare ſuper
terram tenebrarum,vbi nunquam fuerunt noua ſecula,
conſtruit? An dicturus eſt, prior ipſa gens tenebrarum
regnum meum concupiuit, quod ab illa erat alienum.
Ergo imitatus eſt gentem tenebrarum, vt & ipſe con-
cupiſceret aliena? An anguſtum antea fuerat regnũ lu-
cis? Optãdum igitur erat bellum,vt acquireretur de vi-
ctoria latitudo regnãdi. Quod ſi bonum eſt,& antè po
tuit cõcupiſci. Sed expectabatur vt gens hoſtilis in bel-
lum prior erumperet,quo quaſi iuſtius expugnaretur. Si
autem non eſt bonum,quare inimico victo,ſuper alie-
nam terram creſcere voluit regnum ſuum, cum prius
contentus ſuis finibus,plena fœlicitate vixiſſet? Sed vti-
nam vere iſti hæc ipſa præcepta vitæ agendæ, quorum
eſt vnum,ne cõcupiſcas alienum: vellent ex illis literis
diſcere: profecto manſueſcerent, & mites intelligerent K
etiam illa præcepta vitæ ſignificãdæ,quibus eorum ob-
latrat offenſio, & illi tunc tempori obſeruanda con-
gruiſſe, & huic nunc tempori intelligenda congruere.
Nos autem quo modo vetus teſtamentum tanquã alie-
num concupiſcimus,cũ ea legamus,quæ in figura con- 1.Cor.10.
tingebant illis,ſcripta ſunt autem propter nos, in quos
finis ſeculorum obuenit? Puto ꝙ non concupiſcit alie-
num,qui hoc legit,quod ſcriptum eſt propter ipſum.

Libri decimi finis.

LIBER VNDECIMVS.

FAVSTVS dixit, Apoſtolum acci-
pis? Et maxime. Cur ergo nõ credis Caput I.
filium dei ex ſemine Dauid natum
ſecundum carnem? Non equidem Roma.1.
crediderim Apoſtolum dei cõtra-
ria ſibi ſcribere potuiſſe, & modo
hanc, modo illam de domino no-
ſtro habuiſſe ſententiam. Sed quia vobis ita placet,qui L
nunquam ſine ſtomacho auditis aliquid eſſe in Apoſto
lo cauponatum, ne hoc quidem nobis ſcias eſſe con-
trarium. Siquidem hæc vetus videatur eſſe, & antiqua
opinio Pauli de Ieſu,cum eum & ipſe Dauid filium pu-
taret,vt cæteri: quod tamen vbi falſum didicit,interpo
lat & infirmat,ſcribẽsq; ad Corinthios, Nos,inquit,ne-
minem nouimus ſecundum carnem,& ſi cognouimus 2.Cor.5.
ſecundum carnem Chriſtum, ſed nunc iam non noui-
mus. Quare conſideres oportet,quantum interſit inter
hæc duo capitula, è quibus vnũ perhibet Ieſum filium
Dauid ſecũdum carnem, alterum vero iam ſe neminẽ
noſſe ſecundum carnem. Quę ſi vtraque ſint Pauli,aut
hac ratione erunt,qua dixi: aut vnum ipſorum non erit
Pauli. Proſequitur denique, Itaque,inquit, ſi qua eſt in
Chriſto noua creatura,vetera trãſierunt: ecce facta ſũt
omnia noua. Vides ergo eum veterẽ appellare, & tran-
ſitoriam fidem illam priorem: id eſt, Ieſum credidiſſe
ex ſemine Dauid ſecundum carnem: nouam vero hãc
ſecundam & permanentem,quia neminem iam noue-
rit ſecũdum carnem. Quapropter & alibi, Cum eſſem, 1.Cor.13.
inquit,paruulus,vt paruulus loquebar,vt paruulus ſapie
bam: cum autem factus ſum vir,quæ paruuli erant [de-
poſui &] euacuaui. Quod ſi ita eſt,quid ergo & nos in- M
dignum facimus, ſi nouam & meliorem Pauli tenẽtes
confeſsionem, veterem illam ac deteriorẽ proiicimus?
Aut ſi vobis ſecundum quod ad Romanos ſcribit,cre- Roma.10.
dere cordi eſt, nobis quare licitum non ſit, ſecundum
quod ad Corinthios dogmatizare? Quamuis & hoc ad
duriciam veſtram ita reſpõderim. Alioquin abſit Apo-
ſtolum dei, quod ædificauit,vnquã deſtruere, ne ſe ip- Galat.2.
ſe præuaricatorem conſtituat,vt conteſtatus eſt. Verũ-
tamen ſi eius eſt & prior illa ſententia, nunc emendata
eſt: ſin fas non eſt, Paulum inemẽdatum dixiſſe aliquid
vnquam,ipſius non eſt. AVGVSTINVS reſpon- Cap.II.
dit,Hoc eſt quod pauloante dixi,quia vbi ſic manifeſta
veritate iſti præfocãtur, vt obſeſsi dilucidis verbis ſan-
ctarum ſcripturarum, exitum in eis fallaciæ ſuæ reperi-
re non poſsint,id teſtimonium,quod prolatum eſt,fal-
ſum eſſe reſpondent. O vocem à veritate fugacem, in
amentia pertinacem. Vſqueadeo inuicta ſunt,quæ ad-
uerſus vos de diuinis codicibus proferuntur,vt non ſit
aliud quod dicatis,niſi eos eſſe falſatos. Quę authoritas
literarum aperiri, quis ſacer liber euolui, quod docu-
mentum

A mentum cuiuſlibet ſcripturę ad conuincendos errores
exeri poteſt, ſi hæc vox admittitur, ſi alicuius ponderis
æſtimatur? Aliud eſt ipſos libros non accipere, & nullo
eorũ vinculo detineri: quod Pagani da omnibus libris
noſtris, quod Iudæi de nouo teſtamento faciunt, quod
deniq; noſipſi de veſtris & aliorum hæreticorũ, ſi quos
Apocrypha ſuos & proprios habent, vel de iis qui appellantur apo-
cryphi: non quòd habendi ſint in aliqua authoritate ſe-
creta, ſed quia nulla teſtificationis luce declarati, de na-
ſcio quo ſecreto, neſcio quorum prę ſumptione prolati
ſunt. Aliud eſt ergo authoritate aliquorum vel librorũ
vel hominũ non teneri, & aliud eſt dicere, Iſte quidem
vir ſanctus omnia vera ſcripſit, & iſta epiſtola ipſi⁹ eſt,
ſed in eaipſa, hoc eius eſt, hoc non eſt eius. Vbi cum ex
aduerſo audieris, proba: non coofugias ad exemplaria
veriora, vel plurium codicum vel antiquorum vel lin-
guæ pręcedentis, vnde hoc io aliam lioguam interpre-
tatum eſt: ſed dicas, Inde probo hoc illius eſſe, illud nõ
† al. Tu es ergo. eſſe, quia hoc pro me ſonat, illud cõtra me. Hu⁹ ergo†
regula veritatis, quicquid contra te fuerit, non eſt verũ.
Quid ſi alius ſimili inſania, ſed tamen qua tua duricia
confringatur, exiſtat & dicat, Imò illud, quod pro te ſo-
B nat, falſum eſt: hoc autem, quod cõtra te eſt, verum eſt:
quid acturus es, niſi forte alium librum prolaturus, vbi
quicquid legeris, ſecundum tuam ſentẽtiam poſsit in-
telligi? Hoc ſi feceris, nõ de aliqua eius particula, ſed de
toto audies cootradicentem & clamantem, falſus eſt.
Quid ages? quò te conuertes? Quam libri à te prolati
originem, quam vetuſtatem, quam ſeriem ſucceſsioois
Diſt. 11. cap. palam. teſtem citabis? Nam ſi hoc facere conaberis: & nihil va
lebis: & vides in hac re quid Eccleſiæ catholicæ valeat
authoritas, quæ ab ipſis fundatiſsimis ſedibus Apoſto-
lorum vſq; ad hodiernum diem ſuccedentium ſibimet
Epiſcoporum ſerie, & tot populorum conſenſione fir-
matur. Ita ſi da fide exemplarium quæſtio verteretur, ſi-
cut in nõnullis, quæ & paucæ ſunt, & ſacrarũ literarum
ſtudioſis notiſsimæ ſentẽtiarum varietates, vel ex alia-
rum regionum codicibus, vnde ipſa doctrina cõmea-
uit, noſtra dubitatio dijudicaretur: vel ſi ibi quoque co-
dices variarent, plures paucioribus, aut vetuſtiores re-
centioribus præferrentur: & ſi adhuc eſſet incerta va-
rietas, præcedens lingua, vnde illud interpretatum eſt,
conſuleretur. Hoc modo quærunt, qui qood eos mouet
in ſcripturis ſanctis, tãta authoritate firmatis, inuenira
C voluot, vt habeant vnde ioſtruantur, nõ vnde rixẽtur.
Caput III. Hoc autem quod aduerſus impietatem veſtram ex
Roma. 1. Apoſtoli Pauli epiſtola profertur, filium dei ex ſemina
Dauid eſſe ſecundum carnem, omnes codices & noui
& veteres habent, omnes Eccleſiæ legũt, omnes lioguæ
cõſentiunt. Exuimini ergo pallio fallaciæ, quo Fauſtus
indutus, cum ſibi propoſuiſſet tanquam interrogantem
& dicentem, Accipis Apoſtolum Paulum? Reſpondit,
Et maxime. Cur enim nõ potius reſpondit, Et minime:
niſi quia fallax aliud, quàm id quod falſum erat, reſpõ-
dere nõ potuit? Quid enim accipit Apoſtoli Pauli? Nõ
primum homioem, quem ille dicit de terra terrenum,
1. Cor. 15. De quo item dicit, Factus aſt primus homo Adam in
animam viuentem. Ille autem annunciat, neſcio quam
primum hominem: nec de terra terrenum, nec factum
in animam viuentem: ſed de ſubſtantia dei, id ipſum
exiſtentem quod deus eſt, membra ſua vel veſtimenta
ſua vel arma ſua: id eſt, quinque elementa, cum & ipſa
nihil aliud eſſeot, quàm ſubſtantia dei, in teoebrarum
gente merſiſſe, vt inquinata caperentur. Nõ ſecundum
Ibidem. homioẽ, quem Paulus dicit de cœlo, quem dicit etiam
nouiſsimum Adam in ſpiritu viuificãtem, quem dicit D
factum ex ſemine Dauid ſecundum carnem, factum ex
muliere, factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redi-
meret. De quo ad Timotheũ dicit, Memor eſto Chri- *2. Timo. 2.*
ſtum Ieſum reſurrexiſſa à mortuis ex ſemioe Dauid, ſe-
cundum Euangelium meum. Io cuius exemplo etiam
reſurrectiooem noſtrã prædicat dicens, Tradidi enim *1. Cor. 15.*
vobis io primis quod & accepiſtis,† quia Chriſtus mor *† accepi.*
tuus eſt pro peccatis noſtris ſecundũ ſcripturas, & quia
ſepultus, & quia reſurrexit tertia die ſecũdum ſcriptu-
ras. Et paulopoſt infert quare hoc dixerit. Si autẽ Chri-
ſtus pręedicatur, quia reſurrexit à mortuis, quo modo di
cunt quidam in vobis, quia reſurrectio mortuorum nõ
eſt? Iſte autem qui interrogatus vtrum accipiat Apoſto-
lum Paulum, reſpondet, & maxima: hæc omnia negat:
nec Ieſum ex ſemine Dauid vult accipere, nec factum *Li. 2. de conſ.*
ex muliere: quam non quòd fuerit vel concũbeodo vel *euãg. c. 28.*
pariẽdo corrupta, mulierem Paulus appellat, ſed more *Et de Sym-*
ſcripturarum loquitur, quæ ipſum ſexum ſic appellare *bolo Apo-*
conſueuerunt. Sicut io Geneſi de Eua ſcriptum eſt, For *ſto. c. 4. 3. fine*
mauit eam in mulierem: cum commixta viro non fuiſ- *Gene. 2.*
ſet. Nec ipſam mortem Chriſti & ſepulturam & reſurre
ctionem accipit, quãdoquidẽ Chriſtum dicit nec mor- E
tale corpus habuiſſe, vbi illa vera mors eſſet: nec illas ci
catrices veras fuiſſe, quas poſt reſurrectionem diſcipu- *Ioan. 19.*
lis oſtendit, cum eis, quod & Paulus cõmemorat, viuus *& 20.*
apparuit: nec ipſam carnem noſtraoı reſurrecturam io
corpus ſpiritale mutatam: ſicut apertiſsime idem Apo-
ſtolus dicit, Seminatur corpus animale, ſurgit corpus *1. Cor. 15.*
ſpiritale. Vnde diſcernens inter corpus animale & ſpi-
ritale, contexit quod iam commemoraui de primo A-
dam, & de noniſsimo Adam. Deinde intulit, Hoc autã
dico fratres, quoniam caro & ſanguis regnum dei poſ-
ſidere noo poſſunt. Et ne quiſquam ipſam ſpeciem car- *Cõtra Adi*
nis, & ipſam ſubſtantiam non poſſa reſurgere credidiſ- *mãtũ. c. 12.*
ſet, & exprimere volens quid oũc appellauerit carnem
& ſanguinem: quia ipſam corruptiooem intelligi vo-
luit, quæ tunc in reſurrectiona iuſtorum non erit, con-
tinuo contexuit, Neq; corruptio incorruptelam poſſi- *1. Cor. 15.*
debit. Et ne adhuc quiſquam putaret, nõ illud quod ſe-
pultum fuerit reſurrecturum, ſed tanquam alia tunica
ponatur, & alia melior accipiatur, volens apertiſsime
declarare, quia hocipſum in melius commutabitur: ſi-
cut veſtimenta Chriſti in mõte non ſunt poſita, & alia *Matt. 17.*
ſumpta, ſed ipſa quæ fueraot, in melius clarificata ſuot, F
ſequitur, & cootexit dicens, Ecce myſteriũ vobis dico, *1. Cor. 15.*
Omnes quidem reſurgemus, non tamen omnes immu
tabimur. Et na adhuc eſſet incertum, qui ſint qui immu
tabũtur, In atomo, inquit, io ictu oculi, in nouiſsima tu-
ba: Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti, &
nos immutabimur. Adhuc forte dicant, non ſecũdum
hoc mortale & corruptibile corpus nos in reſurrectio-
ne immutari, ſed ſecundum animam, cum Apoſtolus
hoc non propoſuerit vnde diceret, ſed de corpore ab
ipſius quæſtionis ioitio locutus fuerit, ſicut ipſa eius in-
dicat propoſitio. Sed dicet aliquis, inquit, Quo modo
reſurgunt mortui, quo autem corpore veniũt? Hic iam
conſequenter tanquã digito oſtẽdit vnde loqueretur,
& ſobiecit dicẽs, Oportet enĩ corruptibila hoc ioduе-
re incorruptelam, & mortale hoc induera immortali-
tatem. Hęc ergo cum iſte neget, cumq; ipſum deum, de
quo Paulus dicit, Immortali, incorruptibili ſoli deo ho *1. Timo. 1.*
nor & gloria, Amen, iſte corruptibilem prædicet, quã-
doquidem ſubſtantiam eius atque naturam & totam ti
muiſſe, ne à tenebrarum gente corrumperetur, & vt cę-
teræ

G teræ cnnſuleretur ex parte cnrruptá, deteſtanda & abominãda eorum fabula ſnmniat: quid eſt quòd etiam in hoc conatur fallere imperitns, & in diuinis ſcripturis minus eruditns, vt interrogatus vtrũ accipiat Apoſtolum Paulum, reſpnndeat, maxime, & inueniatur minime.

Cap.IIII. Sed certa, inquit, ratio eſt, qua nſtendam Paulum Apoſtolum, aut proficiẽdo mutaſſe ſententiam, & ſcribentem ad Cnrinthios emendaſſe, qund ſcripſerat ad Rnmanos, aut omninn non ſcripſiſſe, quod tanquã eius prnfertur, filium dei ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Qua tandem ratinne id oſtendit? Quia nũ poteſt, inquit, vtrunque verum eſſe: & quod in epiſtola eſt

Roma.1. ad Romanns, de filio ſun, qui factus eſt ei ex ſemine Da

2.Cor.5. uid ſecũdum carnem: & quod ait ad Cnrinthios. Itaq; nns amodo neminem nnuimus ſecundum carnem, etſi nnueramus ſecũdum carnem Chriſtum, ſed nunc iam nnn nouimus. Reſtat ergo vt nns demõſtremus quàm poſsit vtrunque verum eſſe, & quàm ſibi hæc duo nnn ſint contraria. Vnum quippe eorum non eſſe Pauli, nul ln modo poſſumus dicere, quia nulla in en variat codicum authnritas. Et ſi enim in quibuſdam Latinis exemplaribus nõ legitur factus, ſed natus ex ſemine Dauid,

H cum Græca factus habeant, vnde nõ ad verbum, ſed ad ſentẽtiam transferre vnluit dicendn, natũ, Latinus interpres: tamen Chriſtum ex ſemine Dauid eſſe ſecundum carnem, omnium librorum atque linguarum cõcnrdat authoritas. In hoc autem Paulum aliquando erraſſe, & prnficiẽdn mutaſſe ſententiã, abſit vt dicamus. Quod etiam ipſe Fauſtus ſenſit, quàm improbe atque impie diceretur: maluitq; dicere, Pauli epiſtolam aliorum falſitate cnrruptam, quàm ipſius errore vicioſam.

Cap.V. De his enim libris dici poteſt, aliquid eos habere non conſonum fnrtaſſe occultiori, & ad dignnſcendũ difficiliori veritati, quod aut ſic remanſerit, aut in pnſterioribus correctum ſit, qui nnn præcipiendi authoritate, ſed prnficiendi exercitatione ſcribũtur à nnbis. Inter hos enim ſumus, quibus idem Apnſtolus dicit, Et

Philip.3. ſi quid aliter ſapitis, id quoque vobis deus reuelauit. Qund genns literarum non cum credendi neceſsitate, ſed cum iudicandi libertate legendum eſt. Cui tamen ne intercluderetur lnc*, & adimeretur poſteris ad quæſtinnes difficiles tractandas atque verſandas, lingnæ ac ſtyli ſaluberrimus labor, diſtincta eſt à poſteriorum libris, excellentia cannnicæ authoritatis veteris & noui

I teſtamenti, quæ Apoſtolorum confirmata temporibus

Diſtinct.1. per ſucceſsiones Epiſcoporum, & propagationes eccle

cap.palam. ſiarum, tanquam in ſede quadam ſublimiter conſtituta eſt, cui ſeruiat nmnis fidelis & pius intellect*. Ibi ſi quid velut abſurdum mouerit, non licet dicere, Author huius libri nnn tenuit veritatem: ſed aut codex mẽdnſus eſt, aut interpres errauit, aut tu non intelligis. In opuſculis autem poſteriorum, quæ libris innumerabilibus cnntinentur, ſed nulln modo illi ſacratiſsimæ canonicarum ſcripturarum excellentiæ cnæquantur, etiam in quibuſcũque eorum inuenitur eadem veritas, longe tamen eſt impar authoritas. Itaq; in eis, ſi qua forte propterea diſſonare putantur à vero, quia nnn vt dicta ſunt intelligũtur, tamen liberum ibi habet lector auditórve iudiciũ, quo vel approbet quod placuerit, vel improbet quod nffenderit: & ideo cuncta eiuſmodi niſi vel certa ratione, vel ex illa cannnica authoritate defendãtur, vt demonſtretur ſiue nmnino ita eſſe, ſiue fieri potuiſſe, quod vel diſputatũ ibi eſt, vel narratum: ſi cui diſplicuerit, aut credere noluerit, nõ reprehenditnr. In illa vero canonica eminentia ſacrarum literarum, etiam ſi vnus

Propheta, ſeu Apnſtolus, aut Euangeliſta aliquid in ſuis K literis pnſuiſſe, ipſa cannnis confirmatione declaratur, * al. interminata, qd minio delẽtur quæ nõ placent.

non licet dubitare quod verũ ſit: alioquin nulla erit pagina, qua humanæ imperitiæ regatur infirmitas, ſi librorum ſaluberrima authnritas, aut contempta penitus aboletur, aut interminata* cõfunditur. Quapropter quiſquis es, quem velut repugnantia iſta mouerunt, ꝙ Cap.6.

alibi ſcriptum eſt, Filium dei ex ſemine Dauid: alibi au- Roma.1.

tem, Etſi nnueramus Chriſtum ſecundum carnem, ſed iam nunc nõ nouimus: etſi nnn vtrunq; ex vnius Apo- 2.Cor.5.

ſtnli literis proferretur, ſed vnum eorum Paulus dixiſſet, alterum Petrus, aut Eſaias, aut alius quiſquam Apoſtolnrum, ſiue Prophetarum: quia ita ſibi omnia in cannnica authoritate concordant, vt tanquã vno nre dicta, iuſtiſsima & prudẽtiſsima pietate credantur, & ſereniſsimn intellectu inueniãtur, & ſolertiſsima diligẽtia demõſtrentur, nõ liceret de alterutro dubitare. Proinde, quia ex Apoſtoli Pauli canonicis, id eſt, vere Pauli epiſtolis, vtrunque profertur: & non poſſumus dicere, aut mendoſum eſſe codicẽ, nmnes enim Latini emendati ſic habent: aut interpretem erraſſe, omnes enim Græci emendati ſic habent: reſtat vt tu nnn intelligas: à me autẽ ratio flagitetur, quo mndo neutrum ab altero L diſſnnet, ſed in eadem ſanæ fidei regula vtrunque cõcordet: Si enim tu qunque pie quæreres, pnſſes inuenire qun modo iſta perſcrutata diluceſcant.

Cap.VII. Nam quid filius dei ex ſemine Dauid homn factus eſt, nec idem Apoſtolus vno loco dicit, & aliæ ſanctæ ſcripturæ apertiſsime prædicãt. Quod vero dicit, Etſi noueram* Chriſtum ſecundũ carnem, ſed iam nunc non nouimus: ea ipſa circunſtantia ſcripturæ loci eius ſatis oſtẽdit quid lnquatur Apnſtolus. Suo quippe mnre vitã noſtram futuram, quæ iã in ipſn hnmine mediatore Chriſto Ieſu capite noſtro reſurgente completa eſt, ita ſpe certa meditatur, tanquam iam aſsit, præſenſq; teneatur: quæ vtiq; vita non erit ſecundum carnem, ſicut Chriſti vita non eſt ſecundum carnem. Carnem nanque hnc lnco non ipſam corporis noſtri ſubſtãtiam, quam dominus etiã poſt reſurrectionem ſuam carnem appellat, dicẽs, Pal- Luca.24.

pate & videte, quia ſpiritus oſſa & carnẽ nnn habet, ſicut me videtis habere: ſed corruptinnẽ mortalitatemq; carnis vult intelligi, quæ tunc non erit in nnbis, ſicut iam in Chriſto nõ eſt. Hanc enim proprie carnem nn- 1.Retract.

minabat, etiã cum de ipſa reſurrectinne ſatis euidenter cap.16.

loqueretur, & diceret, quod iam ſupra commemoraui, M

Carn & ſanguis regnum dei poſsidere nõ poſſunt, neq; 1.Cor.15.

corruptin incorruptinnẽ poſsidebit. Cum ergo factũ fuerit, quod ibi cõſequenter dicit, Ecce myſterium vobis dicn, omnes quidem reſurgemus, nõ tamen omnes immutabimur: in atomo, id eſt, in momẽtn, in ictu oculi, in nouiſsima tuba: canet enim tuba & mnrtui reſurgẽt incorrupti, & nos immutabimnr: oportet enĩ corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatẽ: iam ſecũdum id quod carnem, non ipſam corpnris ſubſtantiã, ſed ipſam corruptionẽ mortalitatis appellat, nõ erit vtique caro: quia corruptinnem mortalitatis mutata nõ habebit: ſecundum autem ipſius ſubſtantiæ corporiſq; nriginem eadem caro erit, quia ipſa reſurget & ipſa mutabitur, quia & illud verum eſt qund ait dnminus, poſteaquã reſurrexit, Pal- Luca.24.

pate & videte, quia ſpiritus oſſa & carnem nõ habet, ſicut me videtis habere: & hoc verum eſt quod ait Apoſtolus, Caro & ſanguis regnũ dei pnſsidere nõ poſſunt. 1.Cor.15.

Illud enim dictum eſt ſecundũ ipſam ſubſtantiam, quæ etiam tunc erit, quia ipſa mutabitur: hoc autem dictum eſt ſe-

A eſt ſecundum carnalem corruptionis qualitatem, quæ
tunc iam non erit, quia mutata caro non corrumpe-
2.Cor.5. tur. Noueramus ergo Chriſtum ſecundum carnem, id
eſt, ſecundum carnis mortalitatem antequam reſurge-
ret, ſed nunc iam non nouimus: quia ſicut idem dicit
Roma.6. Apoſtolus, Chriſtus reſurgens à mortuis, iam non mo-
ritur, & mors ei vltrà non dominabitur. Nam ſi te ad
verborum proprietatem teneas, mentitus eſt quod ait,
Noueramus Chriſtum ſecundum carnem: ſi Chriſtus
nunquam fuit ſecundum carnem: nemo enim nouerat
quod non erat. Nõ autem dixit, Putabamus Chriſtum
ſecundum carnẽ: ſed, noueramus. Veruntamen vt ver-
bo non premam, ne quis affirmet per abuſionem locu-
tum Apoſtolũ, vt pro eo quod eſt, putabamus: diceret,
noueramus: illud miror non attẽdere homines cæcos,
vel potius non miror non videre cæcos, quia ſi Chri-
ſtus ideo non habuit carnem, quia dixit Apoſtolus, nũc
iam non ſe noſſe Chriſtum ſecundum carnem, nec illi
2.Cor.5. habuerunt carnem, de quibus in eodem loco dicit, Ita-
que nos amodo neminem nouimus ſecũdum carnem:
neque enim de ſolo Chriſto id volens intelligi, poſſet
dicere, Neminem nouimus ſecũdum carnem: ſed quia
B illorum ſecum vitam futuram tãquam præſentem me-
ditabatur, qui reſurgentes commutabuntur, Amodo,
inquit, neminem nouimus ſecundum carnem: id eſt,
tam certam ſpem tenemus futuræ noſtræ incorruptio-
nis & immortalitatis, vt amodo iã in ipſa noticia gau-
Coloſſ.3. deamus. Vnde alio loco dicit, Si autem reſurrexiſtis cũ
Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt ad
dexterã dei ſedens: quę ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſu-
per terram. Nondum vtique reſurreximus ſicut Chri-
ſtus, ſed tamen ſecundum ſpem, quæ nobis in illo eſt, iã
nos cum illo reſurrexiſſe teſtatus eſt. Vnde etiam dicit,
Titum.3. Secundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per la
uacrum regenerationis. Quis autem nõ intelligat in la-
uacro regenerationis ſpem nobis datam ſalutis futurę,
non iam ſalutem ipſam, quæ promittitur: & tamẽ quia
certa ſpes eſt, tanquam iam data eſſet eadem ſalus, ſal-
uos nos, inquit, fecit. Alio quippe loco dilucidiſsime di
Roma.8. cit, Nos in nobiſipſis ingemiſcimus adoptionem expe
ctantes, redemptionem corporis noſtri. Spe enim ſalui
facti ſumus: ſpes autem quæ videtur, non eſt ſpes: quod
enim videt quis, quid ſperat? Si autem quod non vide-
C mus, ſperamus, per patientiam expectamus. Sicut ergo
hic nõ dixit, ſalui futuri ſumus: ſed, amodo iam ſalui fa-
2.Cor.5. cti ſumus: nondũ in re ſed in ſpe. Spe enim, inquit, ſalui
facti ſumus: ſic & quod ibi dictũ eſt, Amodo neminem
nouimus ſecundum carnem: nondum in re, ſed in ſpe
intelligitur: quia ſpes nobis in Chriſto eſt, quia in illo
Roma.6. iam completum eſt, quod nobis promiſſum ſperamus.
Ille quippe iam reſurrexit, & mors ei vltrà nõ domina-
bitur. Quem & ſi noueramus ſecundum carnem, cum
adhuc moriturus eſſet, inerat quippe in eius corpore il-
la mortalitas, quam proprie carnẽ appellat Apoſtolus,
ſed iam nunc non nouimus: illud enim eius mortale, iã
induit immortalitatẽ, vnde ſecundum priſtinam mor-
Cap.VIII. talitatem iam caro appellari non poſsit. Itaq; ipſius
loci contextionem, vbi hæc ſententia eſt, de qua iſti ca-
2.Cor.5. lumniantur, cõſideremus, vt hoc quod dico, magis elu-
ceat. Charitas, inquit, Chriſti compellit nos, iudican-
tes hoc, quoniam ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, er-
go omnes mortui ſunt: & pro omnibus mortuus eſt, vt
qui viuunt, iam nõ ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mor-
tuus eſt, & reſurrexit. Itaque nos amodo neminem no-
uimus ſecundum carnem, & ſi noueramus ſecundum
carnem Chriſtũ, ſed iam nunc nõ nouimus. Certe iam D
nunc cuiuis apparet propter reſurrectionẽ Chriſti hoc
dixiſſe Apoſtolum, quãdoquidem iſta verba illud præ-
ceſsit, Vt qui viuũt, iã non ſibi viuãt, ſed ei qui pro om-
nibus mortuus eſt, & reſurrexit. Quid eſt enim aliud,
non ſibi, ſed illi viuant: niſi vt ſecundum carnem non
viuãt in ſpe terrenorum & corruptibilium bonorum:
ſed ſecundum ſpiritum in ſpe reſurrectionis, quæ iam
ex ipſis in Chriſto facta eſt? Itaque eorum, pro quibus
Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit, & qui iam non ſibi,
ſed illi viuunt, neminem ſecundum carnem Apoſtolus
nouerat, propter ſpem futuræ immortalitatis, in cuius
expectatione viuebant, quæ in Chriſto iam non ſpes,
ſed res erat: quem & ſi nouerat ſecũdum carnem, cum
adhuc moriturus eſſet, iam tamen non nouerat: quia
eum reſurrexiſſe nouerat, & vltrà ei mortem domina- Roma.6.
turam. Et quia omnes in illo, & ſi nõdum in re, iam ta-
men ſpe hoc ſumus, ſequitur & dicit, Si qua igitur in 2.Cor.5.
Chriſto noua creatura, vetera tranſierunt: ecce facta
ſunt omnia noua. Omnia autem ex deo, qui recõcilia-
uit nos ſibi per Chriſtum. Omnis ergo noua creatura,
id eſt, populus innouatus per fidem, vt habeat interim
in ſpe, quod in re poſtea perficiatur, in Chriſto habet E
etiam † quod in ſe ſperat. Itaque nunc vetera tranſierũt † al. habet
ſecundum ſpem, quia modo iam non eſt tempus vete- iam.
ris teſtamenti, quo temporale atq; carnale regnum ex-
pectenir a deo: & facta ſunt omnia noua ſecundũ ean-
dem ſpem, vt regnum cœlorũ, vbi nulla erit mors at-
que corruptio, promiſſum teneamus. In reſurrectione 1.Cor.15.
autem mortuorum nõ iam ſecundum ſpem, ſed ſecun-
dum rem & vetera tranſibunt, cum inimica nouiſsima
deſtruetur mors, & fiet omnia noua: cum corruptibile
hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit
immortalitatem: quod iam factum eſt in Chriſto, quẽ
ſecundum rem iam non nouerat Paulus ſecundũ car-
nem: eorum vero, pro quibus mortuus eſt & reſurrexit,
nondum ſecundum rem, ſed ſecũdum ſpem, neminem
nouerat ſecũdum carnem: quia illius gratia, ſicut idem
ad Epheſios dicit, ſumus ſalui facti. Nam & ipſe locus
huic ſenteotiæ ſic atteſtatur, Deus autem, inquit, qui di- Ephe.2.
nes eſt in miſericordia, propter multam dilectionem
qua dilexit nos, & cum eſſemus mortui peccatis, con-
uiuificauit nos Chriſto, cuius gratia ſumus ſalui facti.
Quod enim hic dixit, Conuiuificauit nos Chriſto: hoc F
dixit ad Corinthios, Vt qui viuunt, iam non ſibi viuãt, 2.Cor.5.
ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. Et quod
hic dicit, Cuius gratia ſalui ſumus facti: iam velut per-
fectum ſit, loquitur quod in ſpe tenet. Nam quod pau-
loante commemoraui, apertiſsime alibi dicit, Spe enim Roma.8.
ſalui facti ſumus. Ideoq; & hic ſequitur, & tãquam per-
fectum enumerat quod futurum eſt, Et ſimul, inquit, Ephe.2.
excitauit, & ſimul ſedere fecit in cœleſtibus in Chriſto
Ieſu. Certe enim in cœleſtibus Chriſtus iam ſedet, non-
dum autem nos: ſed quia ſpe certa, quod futurum eſt,
iam tenemus, ſimul ſedere nos dixit in cœleſtibus non-
dum in nobis, ſed iam in illo. Nanque ne putares iam
nunc eſſe perfectum, quod in ſpe ita dicitur, tanquam
perfectum ſit: atque vt intelligas adhuc futurum, ſequi-
tur & dicit, Vt oſtenderet in ſuperuenientibus ſeculis Roma.8.
ſuperabũdantes diuitias gratiæ ſuæ in benignitate ſu-
per nos in Chriſto Ieſu. Hinc eſt & illud, Cum enim
eſſemus in carne, paſsiones peccatorum, quæ per legem
ſunt, operabantur in membris noſtris, vt fructum fer-
rent morti. Ita enim dixit, Cum eſſemus in carne: qua-
ſi iam non eſſent in carne: quod ita intelligitur, Cum
eſſemus

G eſſemus in ſpe rerum carnalium: quando lex, quæ im-
pleri non poteſt niſi per charitatem ſpiritalem, ad hoc
Roma.5. ſuper eos erat, vt per præuaricationem abundaret deli-
ctum, vt poſtea reuelato nouo teſtamẽto, per indulgen
Roma.8. tiam ſuperabundaret gratia. Hinc ſimiliter alibi dicit,
Qui autem in carne ſunt, deo placere non poſſunt. Et
ne putaret quiſquam eos dictos, qui nondum mortui
ſunt, ſtatim ſubiecit, Vos autem non eſtis in carne, ſed
in ſpiritu: id eſt, qui in ſpe carnalium bonorũ ſunt, deo
placere non poſſunt: vos autem non eſtis in ſpe carna-
lium, ſed in ſpe ſpiritalium: id eſt, regni cœlorum: vbi &
ipſum corpus per illam mutationem in ſuo quodã ge-
nere ſpiritale erit, quod modo animale eſt. Seminatur
enim corpus animale, ſicut ad Corinthios idem dicit,
1.Cor.15. Reſurget corpus ſpiritale. Si ergo neminem eorum iã
nouerat ſecũdum carnem Apoſtolus, qui propterea di-
cebantur non eſſe in carne, quia nõ erant in ſpe rerum
carnalium, quamuis adhuc corruptibilem carnem mor
talémque portarent: quanto expreſſius de Chriſto di-
ceret, quòd eum iam non nouerat ſecundum carnem,
in cuius corpore etiã re ipſa iam perfectum erat, quod
H illi in ſpe promiſſum tenebant? Quanto ergo melius,
quanto religioſius diuinæ ſcripturæ ita pertractantur,
vt diſcuſſis omnibus concordare inueniantur, quàm
deficiente homine in quæſtione, quam ſoluere non po
teſt, tanquam veræ in parte acceptentur, & tanquam
falſæ in parte damnentur: quia & cum eſſet paruulus
1.Cor.13. Apoſtolus, & ea quæ paruuli erant, ſaperet, quanquam
hoc ad ſimilitudinem dixerit, nondum erat tamen ſpi
ritalis, qualis iam erat, cum ſcriberet quæ ad Eccleſia-
rum ædificationem, non proficiendi exercitatione in
ſtudioſorum manibus verſarentur, ſed præcipiendi au-
thoritate in eccleſiaſtico canone legerentur.

Libri vndecimi finis.

LIBER DVODECIMVS.

Caput I. FAVSTVS dixit, Cur non accipitis
Prophetas? Immo tu dic potius, ſi
quid habes cur debeamus Prophe-
tas accipere. Propter teſtimonia,
I inquit, quæ de Chriſto prȩfati ſunt:
ego quidem nulla inueni, quamuis
attentius eos & curioſiſſime lege-
† tenerrimis. rim. Sed tamen & hoc inertis † fidei confeſſio eſt, in
Chriſtum ſine teſte & argumento non credere. Nem-
pe ipſi vos docere ſoletis, idcirco nihil eſſe curioſius
exquirendum, quia ſimplex ſit & abſoluta Chriſtiana
credulitas. Quo modo ergo nunc fidei ſimplicitatem
deſtruitis, indicis eam ac teſtibus fulciendo, & hoc Iu-
dæis? Aut ſi prima vobis ſententia diſplicet, idcircóque
tranſitis in alteram, quis fidelior vobis eſſe teſtis debet,
quàm deus ipſe de filio ſuo, qui non per vatem, nec per
interpretem, ſed vltro cœlitus erupta voce, cum eum
Matt.3. mitteret ad terram, dixit, Hic eſt filius meus dilectiſſi-
& 17. mus, credite illi. Necnõ & ipſe de ſe, A patre meo pro-
Ioan.8. ceſſi, & veni in hunc mundum: atque multa alia huiuſ-
†* al. ringentes. modi. Ad quæ reſpondentes † * Iudæi, Tu de te teſtifi-
caris, dicebant, teſtimonium tuum non eſt verum. Qui-
bus ipſe, Et ſi ego teſtificor de me, teſtimonium meum
verum eſt, quia non ſum ſolus. Nam & in lege veſtra
Deut.17. ſcriptum eſt, Duorum hominum teſtimonium verum
Ioan.8. eſt. Ego ſum qui teſtificor de me, & teſtificatur de me
qui me miſit pater: non dixit, Prophetæ. Ad hęc & ope-
ra ipſa ſua ſibi in teſtimonium vocat, Si mihi non cre- Ioan.10.
ditis, dicens, operibus credite: non dixit, Si mihi nõ cre K
ditis, Prophetis credite. Quapropter nos teſtimoniis de
Saluatore noſtro nullis egemus, exempla tantum vitæ
honeſtæ, & prudentiam ac virtutem in Prophetis quę-
rimus: quorum nihil in Iudęorum fuiſſe vatibus, quia te
non latuerit ſentio: ſiquidem cõſulente me, cur eos ac-
cipiendos putares, non improuide, nec inurbaniter ſi-
lentio eorum mãdatis operibus, in ſola tranſiluiſti prę-
ſagia: oblitus vtique ſcriptum eſſe, Nunquam vinde- Matt.7.
miari vuam de ſpinis, nec de tribulis ficus. Quapropter
hæc ſtrictim interim, & caſtigate ad interrogationem
tuam reſponderim, quia quæris, cur non accipiamus
Prophetas: alioquin nihil eos de Chriſto prophetaſſe,
abunde iam parentum noſtrorum libris oſtenſum eſt.
Ego vero illud adiiciam, quia ſi Hebraici vates Chri-
ſtum ſcientes & prædicantes, tam flagitioſe vixerunt,
iure & in ipſos dici poterit, id quod Paulus de gẽtium
ſapientibus cõteſtatur, Quia cum cognouiſſent deum, Roma.1.
non vt deum clarificauerunt, aut gratias egerunt: ſed
euanuerunt in cogitationibus ſuis, & intenebratum eſt
inſipiens cor eorum. Vides ergo nõ eſſe magnum ma- L
gna cognouiſſe, niſi ex eorum vixeris dignitate. AV- Cap.II.
GVSTINVS reſpondit, Nempe his omnibus verbis
id agit Fauſtus, vt Prophetas Hebræos neque quicquã
de Chriſto prænunciaſſe, neque ſi prænunciarunt, eo-
rum teſtimonia nobis prodeſſe, neque illos ipſos ex eo-
rundem teſtimoniorũ dignitate vixiſſe credamus. Nos
itaque demõſtrabimus & eorum de Chriſto præſagia,
& quãtum per ea nobis ad fidei veritatem firmitatem-
que conſultum ſit, & eos ſuæ prophetiæ congruenter
apteq́ vixiſſe. In hac tripartita diſputatione, illud quod
primo poſui, lõgum eſt ſic probare, vt de illis omnibus
libris teſtimonia proferam, quibus oſtẽdam Chriſtum
eſſe prædictum: ſed huius hominis leuitatẽ grauiſſimo
authoritatis pondere conteram. Ita quippe non accipit
Prophetas Hebræos, vt accipere ſe tamen profiteatur
Apoſtolos. Apoſtolus autem Paulus, de quo cum ſe ipſe
tanquam ex aduerſa voce interrogaſſet, vtrum eum ac-
ciperet, reſpondit, & maxime, quid de illorum prophe-
tia dicat, audiamus. Paulus, inquit, ſeruus Chriſti, voca- Roma.1.
tus Apoſtolus, ſegregatus in Euangelium dei, quod an-
te promiſerat per Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis
de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecũdum
carnem. Quid volunt amplius? Niſi forte hoc de aliis M
aliquibus Prophetis, non de noſtris Hebræis dictum
volunt intelligi? Sed quanquam per quoſlibet dictum
ſit, de illo tamẽ filio dei promiſſum eſt Euãgelium, qui
factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecũdum carnẽ: in quod
Euangelium ſegregatum ſe dicit Apoſtolus: Iſtorũ au-
tem perfidiæ hoc ſit contrarium, quod ſecundum hoc
Euãgelium credimus filium dei factum ex ſemine Da-
uid ſecundum carnem: tamen apertiora cognoſcant,
quibus euidentiſſimũ Prophetis Hebræis teſtimonium
perhibetur, per eum Apoſtolum, cuius authoritate ſu-
perborum iſtorum colla frangantur. Veritatem, Cap.III.
inquit, dico in Chriſto, non mentior, conteſtante mi- Roma.9.
hi conſcientia mea in ſpiritu ſancto, quia triſticia eſt
mihi magna, & continuus dolor cordi meo. Optabam
enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus
meis, cognatis ſecundum carnem, qui ſunt Iſraëlitæ,
quorum eſt adoptio & gloria & teſtamenta & legis cõ
ſtitutio & obſequium & promiſſiones: quorum patres,
& ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper
omnia deus benedictus in ſecula. Quid poteſt abun-
dantius

A dantius dici, quid expreſsius declarari, quid ſanctius
commendari? Quæ eſt enim adoptio Iſraëlitarum, niſi
Gala.4. per filium dei? Vnde ad Galatas dicit, Cum autem ve-
nit plenitudo temporis, miſit deus filium ſuum factum
ex muliere, factum ſub lege: vt eos qui ſub lege erant,
redimeret, vt adoptionē filiorum reciperemus. Et quæ
gloria eorum niſi præcipua illa, de qua idem Apoſto-
Roma.3. lus ad eoſdem Romanos dicit, Quid ergo amplius eſt
Iudæo, aut quæ vtilitas circũciſionis? Multum per om-
nem modum. Primum quidem, quia credita ſunt illis
eloquia dei. Quærant iſti quæ ſint eloquia dei credi-
ta Iudæis, & oſtendant nobis alia præter Hebræorum
Prophetarum. Iam vero teſtamenta cur dixit ad Iſraë-
litas præcipue pertinere, niſi quia & vetus teſtamẽtum
illis datum eſt, & nouum in vetere figuratum: legis au-
tem conſtitutionem, quæ Iſraëlitis data eſt, non intel-
ligentes eius diſpenſationem, quia iam non vult nos
deus eſſe ſub lege, ſed ſub gratia, reprehendere iſti ſo-
lent imperitia furioſa. Cedant ergo authoritati Apoſto
licæ, quæ laudans atque commendans Iſraëlitarum ex-
cellẽtiam, etiam hoc enumerauit, quòd eorum ſit legis
conſtitutio. Quæ ſi mala eſſet, nõ vtique in eorum lau-
B de poneretur. Si autem Chriſtum non prædicaret, non
Ioan.5. ipſe domin⁹ diceret, Si crederetis Moyſi, crederetis &
mihi: de me enim ille ſcripſit. Nec poſt reſurrectionem
Lucæ.24. ſic eis atteſtaretur, dicens, Oportebat impleri omnia
quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi & Prophetis & Pſalmis
Cap.IIII. de me. Sed quia Manichæi alium Chriſtum præ-
dicant, non eum quem prædicauerunt Apoſtoli, ſed
ſuum proprium fallacem, fallaciter huius falſitatis ſe-
ctatores congruenter & ipſi mẽtiuntur, niſi quòd im-
pudenter ſibi credi volunt, cum ſe mentientis diſcipu-
los eſſe profiteantur: cõtigit eis quod de ipſis infideli-
2.Cor.3. bus Iudæis dicit Apoſtolus, Cum legitur Moyſes, vela-
men eſt ſuper cor eorum: neque enim aufertur hoc ve-
lamen, per quod non intelligunt Moyſem, niſi tranſie-
rint ad Chriſtum: nõ qualem ipſi finxerunt, ſed qualem
patres Hebræi prophetauerũt. Sic enim idem Apoſto-
Ibidem. lus ait, Cum autem tranſieris ad dominũ, auferetur ve-
lamen. Neque enim mirum eſt, quòd reſurgenti Chri-
Lucæ.24. ſto, & dicenti, Oportebat impleri omnia, quæ ſcripta
ſunt in lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis de me no-
lunt iſti credere: quãdoquidem Chriſtus ipſe narrauit,
C quid Abrahã dixerit immiſericordi cuidam diuiti, cũ
apud inferos torqueretur, & peteret inde mitti aliquẽ
ad fratres ſuos, à quo docerentur ne & ipſi venirent in
illum locum tormentorum, Hoc enim ei dictum eſt,
Lucæ.16. Habent ibi Moyſem & Prophetas. Et cum ille dixiſſet,
non eos credituros, niſi aliquis reſurrexiſſet à mortuis:
veriſsime reſponſum eſt, Si Moyſem & Prophetas nõ
audiunt, neque ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.
Quapropter iſti non audientes Moyſem & Prophetas,
non ſolum à mortuis reſurgenti Chriſto, ſed omnino
Chriſtum à mortuis reſurrexiſſe nõ credunt. Quo mo-
do enim reſurrexiſſe credunt, quẽ mortuum fuiſſe non
credunt? Nã quo modo mortuum fuiſſe credunt, quem
Cap.V. mortale corpus habuiſſe non credunt? Nos autem
illis non tanquam eius Chriſti, qui fallax fuit, ſed eius
qui omnino nõ fuit, fallacibus pręedicatoribus non cre
dimus. Habemus enim Chriſtum verum atque vera-
cem, prædictum à Prophetis, prædicatum ab Apoſto-
lis, prædicationis ſuæ teſtimonia ex lege & Prophetis
adhibentibus, ſicut innumerabilibus locis oſtendunt.
Quod Paulus breuiſsime veriſsimeque complexus eſt,
Roma.3. dicens, Nunc autem ſine lege iuſticia dei manifeſtata
eſt, teſtificata per legẽ & Prophetas. Quos Prophetas, D
niſi Iſraëlitas? Quorum eſſe apertiſsime dixit, & teſta-
menta & legis cõſtitutionem & promiſsiones. De quo Roma.9.
promiſsiones, niſi de Chriſto? Quod breuiter alio loco
determinat, cum de Chriſto loquitur, dicẽs, Quotquot 2.Cor.1.
enim ſunt promiſsiones dei, in illo etiam. Dicit mihi
Paulus, Iſraëlitarũ eſſe legis conſtitutionem. Dicit etiã,
Finis enim legis Chriſtus, ad iuſticiam omni credenti. Roma.10.
Dicit etiam de Chriſto loquens, Quotquot enim ſunt
promiſsiones dei, in illo ſunt etiam. Et tu mihi dicis,
Iſraëlitas de Chriſto nihil prædixiſſe Prophetas? Quid
igitur reſtat, niſi vt eligam vtrum Manichæo credam,
fabulam vanam & longam contra Paulum narrãti, an
Paulo præmonenti, Si quis vobis euangelizauerit præ- Gala.1.
ter quàm quod euangelizauimus vobis, anathema ſit.
Hic forte dicant, Oſtende nobis vbi ſit Chriſtus Cap.VI.
ab Iſraëlitis Prophetis prænunciatus: quaſi parua ſit iſta
authoritas, qua dicunt Apoſtoli ea quæ in Hebræorum
Prophetarum literis legimus, in Chriſto eſſe completa:
vel quod dicit ipſe dominus de ſe, illa eſſe conſcripta:
proinde quiſquis hoc oſtendere non potuerit, ipſe non
intelligit, non Apoſtoli aut Chriſtus aut ſancti codices E
mentiuntur: veruntamen vt multa nõ colligam, & hoc
vnum cõmemorem, quod eodem loco Apoſtolus con
ſequenter dicit, Non poteſt autẽ excidere verbum dei: Roma.9.
non enim omnes qui ex Iſraël, hi ſunt Iſraëlitæ: neque
qui ſunt ſemen Abrahæ, omnes filij, ſed in Iſaac voca-
bitur tibi ſemen: hoc eſt, non hi qui filij carnis, hi filij
dei, ſed filij promiſsionis deputantur in ſemẽ. Quid ad
hæc reſponſuri ſunt, cũ aperte alio loco de hoc ſemine
ad Abraham dicatur, In ſemine tuo benedicentur om- Gene.26.
nes gentes terræ? Nã ſi eo tempore hinc diſputaremus,
quo tempore hoc exponebat Apoſtolus dicẽs, Abrahæ Galat.3.
dictę ſunt promiſsiones & ſemini eius, non dicit & ſe-
minibus, tanquam in multis, ſed tãquam in vno, & ſe-
mini tuo, quod eſt Chriſtus: fortaſſe aliquis non tã im-
pudenter nollet hoc credere antequam videret omnes
gentes credere in Chriſtum, qui prædicatur ex ſemine
Abraham. Nũc vero cum hoc impleri videamus, quod
tanto ante pręnunciatum legimus, cum omnes gentes
iam benedicantur in ſemine Abrahæ, cui dictum eſt
ante annorum milia, In ſemine tuo benedicentur om-
nes gentes, quis tam pertinaciter inſaniat, vt vel alium
Chriſtum, qui non ſit ex ſemine Abrahæ, conetur in- F
ducere: vel de iſto vero Chriſto prophetias Hebræas,
cuius gentis pater eſt Abraham, nihil exiſtimet præ-
nunciaſſe? Quis autem poteſt, non dico vna breui Cap.VII.
reſpõſione, quales in hoc opere habere coarctamur, ſed
quolibet ingẽti volumine omnia commemorare præ-
conia Prophetarum Hebræorum, de domino & ſalua-
tore noſtro Ieſu Chriſto: quandoquidẽ omnia quæ illis
continẽtur libris, vel de ipſo dicta ſunt, vel propter ip-
ſum: ſed propter exercitationẽ quærentis, & delectatio-
nem inuenietis, multo plura ibi per allegorias & ænig-
mata, partim verbis ſolis inſinuantur, partim etiam fa-
cta narrantur. Veruntamen niſi aliqua ibi manifeſta eſ-
ſent, non cõprehenderetur ſenſus, quo etiã obſcura cla
reſcerent: quanquã & ex illis quæ figuris inuoluta ſunt,
ſi quædam velut ſub vno aſpectu quaſi contexta ponã-
tur, ita coniungunt in conteſtatione Chriſti voces ſuas,
vt cuiuſuis obtuſi ſurditas erubeſcat. Sex diebus in Cap. VIII.
Geneſi cõſummauit deus omnia opera ſua, & ſeptimo
requieuit. Sex ętatibus humanum genus hoc ſeculo per
ſucceſsiones temporũ dei opera inſigniũt: quarum pri-
ma eſt ab Adam vſque ad Noë, ſecũda à Noë vſque ad
Abraham,

G Abraham,tertia ab Abraham vſque ad Dauid, quarta à
Dauid vſq; ad traſmigrationem in Babyloniam,quin-
ta inde vſque ad humilem aduẽtum domini noſtri Ie-
ſu Chriſti: ſexta,quæ nũc agitur, donec excelſus veniat
ad iudicium: ſeptima vero intelligitur in requie ſan-
Luca.16. ctorum,nõ in hac vita,ſed in alia, vbi vidit requieſcẽ-
tem pauperem diues ille, cum apud inferos torquere-
tur: vbi non fit veſpera, quia nullus ibi rerum defectus
Gene.1. eſt. Sexto die in Geneſi formatur homo ad imaginem
dei, ſexta ætate ſeculi manifeſtatur reformatio noſtra
Coloſſ.3. in nouitate mentis,ſecundum imaginem eius qui crea-
Gene.2. uit nos,ſicut dicit Apoſtolus. Fit viro dormiẽti cõiunx
de latere, fit Chriſto moriente Eccleſia de ſacramento
ſanguinis,qui de latere mortui profluxit. Vocatur Eua
vita & mater viuorum, quæ de viri ſui latere facta eſt.
Ioan.6. Et dicit dominus in Euangelio,Si quis non manduca-
uerit carnem meam,& biberit ſanguinem meũ, nõ ha-
bebit in ſe vitam. Et omnia quæ illic intelligũtur,enu-
cleate minutatimq; tractanda, Chriſtum & Eccleſiam
præloquuntur, ſiue in bonis Chriſtianis, ſiue in malis.
Roma.5. Neque enim fruſtra dixit Apoſtolus,Adam qui eſt for-
Ephe.5. ma futuri:& illud, Relinquet homo patrem & matrẽ,
H & adhærebit vxori ſuæ,& erunt duo in carne vna. Sa-
Gene.2. cramẽtum,inquit,hoc magnum eſt, ego autem dico in
**al.qui.* Chriſto & in eccleſia.Quis enim nõ agnoſcat Chriſtũ
Philip.2. eo modo reliquiſſe patrẽ,quo * cum in forma dei eſſet,
non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis deo,ſed ſemet-
ipſum exinaniuit,formã ſerui accipiẽs: reliquiſſe etiam
matrem ſynagogam Iudæorum, veteri teſtamento car
naliter inhærentẽ, & adhæſiſſe vxori ſuæ ſanctæ eccle-
ſiæ,vt pace noui teſtamẽti eſſent duo in carne vna:quia
cum ſit deus apud patrem,per quem facti ſumus,factus
eſt per carnem particeps noſtri, vt illius capitis corpus
Cap.IX. eſſe poſſemus. Sicut Cain ſacrificium ex terræ fru-
Gene.4. ctibus reprobatur,Abel autem ſacrificium ex ouibus &
earum adipe ſuſcipitur,ita noui teſtamenti fides ex in-
nocentia gratiæ deum laudans, veteris teſtamenti ter-
renis operib9 anteponitur:quia etſi Iudæi ante recte illa
fecerunt,in eo tamẽ infidelitatis rei ſunt, quia Chriſto
veniente iam tempus noui teſtamenti, à tempore vete-
ris teſtamenti non diſtinxerunt. Dixit enim deus ad
Cain,Si recte offeras,recte autem nõ diuidas, peccaſti:
Qui ſi obtemperaſſet deo dicenti, Quieſce,ad te enim
conuerſio eius,& tu dominaberis illius: ad ſe cõuertiſ-
ſet peccatum ſuum,ſibi hoc tribuens, & confitens deo:
I ac ſi adiutus indulgẽtiæ gratia,ipſe peccato ſuo domi-
naretur:nõ illo ſibi dominante ſeruus peccati, fratrem
De Ciuita. occideret innocentem.Sic & Iudæi,in quorum hæc fi-
dei li.15.c. gura gerebantur, ſi quieſcerent à ſua perturbatione, &
7.in fine. tempus ſalutis per gratiam in peccatorum remiſſione
Matt.9. agnoſcentes,audirent Chriſtũ dicentem,Non eſt opus
Ioan.8. ſanis medicus,ſed male habentibus: Non veni vocare
iuſtos,ſed peccatores in pœnitentiam: Et omnis qui fa
cit peccatum,ſeruus eſt peccati: Et ſi vos filius liberaue-
rit,tunc vere liberi eritis: ad ſe conuertiſſent peccatum
ſuum in confeſſione,ſicut in Pſalmo ſcriptum eſt, me-
Pſal.40. dico dicẽtes, Ego dixi domine miſerere mei, ſana ani-
mam meam,quoniã peccaui tibi: Eidem peccato,quã-
diu eſſet adhuc in eorũ mortali corpore,per ſpem gra-
Roma.10. tiæ liberi dominarẽtur.Nunc autem ignorantes dei iu
ſticiam,& ſuam volentes cõſtituere,elati deo operibus
legis,non humiliati de peccatis ſuis,non quieuerunt:&
Roma.6. regnante peccato in eorũ mortali corpore ad obediẽ-
& 9. dum deſideriis eius, offenderunt in lapidem offenſio-
nis,& exarſerunt odio aduerſus eũ,cuius opera viden-
tes deo accepta eſſe,doluerunt,illo,qui cæcus natus vi- K
debat,ſibi dicente,Scimus quia peccatores deus nõ ex- *Ioan.9.*
audit,ſed qui eum coluerit, & voluntatem eius fecerit,
hunc exaudit. Tanquam hoc eis diceret, Super ſacrifi-
cium Cain non reſpicit, ſed ſuper ſacrificium Abel re-
ſpicit. Itaq; occiditur Abel minor natu à fratre maiore *Gene.4.*
natu. Occiditur Chriſtus caput populi minoris natu à *Mat.27.*
popolo Iudæorum maiore natu.Ille in cãpo,iſte in Cal
uariæ loco. Interrogat deus Cain,non tanquã igna- *Cap.X.*
rus eum à quo diſcat,ſed tãquam iudex reum quem pu
niat,vbi ſit frater eius. Reſpõdit ille neſcire ſe, nec eius *Gene.4.*
ſe eſſe cuſtodem. Vſq; adhuc quid nobis reſpõdent Iu-
dæi,cum eos dei voce,hoc eſt, ſanctarum ſcripturarum
voce interrogamus de Chriſto, niſi neſcire ſe Chriſtũ
quem dicimus? Fallax enim Cain ignoratio,Iudæorum
eſt falſa negatio. Eſſent autẽ quodam modo Chriſti cu
ſtodes, ſi Chriſtianam fidem accipere & cuſtodire vo-
luiſſent.Nam qui cuſtodit in corde ſuo Chriſtum,non
dicit quod Cain,Nunquid ego cuſtos ſum fratris mei?
Dicit deus ad Cain,Quid feciſti? Vox ſanguinis fratris
tui clamat ad me de terra. Sic arguit in ſcripturis ſan-
ctis vox diuina Iudæos. Habet enim magnam vocem
Chriſti ſanguis in terra, cũ eo accepto ab omnibus gen
tibus reſpondetur, amen. Hæc eſt clara vox ſanguinis, L
quam ſanguis ipſe exprimit ex ore fidelium eodẽ ſan-
guine redemptorum. Dicit deus ad Cain, Et nunc *Cap.XI.*
maledictus tu à terra,quæ aperuit os ſuum accipere ſan *Gene.4.*
guinem fratris tui de manu tua, quoniã operaberis ter-
ram,& non adiiciet virtutẽ ſuam dare tibi: Gemens &
tremens eris in terra. Non dixit, Maledicta terra:ſed,
Maledictus tu à terra,quæ aperuit os ſuum accipere ſan
guinẽ fratris tui de manu tua. Maledictus eſt enim po-
pulus Iudaic9 infidelis à terra:id eſt,ab eccleſia:quæ ape
ruit os ſuum in confeſſione peccatorũ accipere ſangui
nem Chriſti,qui fuſus eſt in remiſſionem peccatorum,
de manu peccatoris nolẽtis eſſe ſub gratia,ſed ſub lege,
vt eſſet ab eccleſia maledictus: id eſt, vt eum intellige-
ret & oſtẽderet eccleſia maledictum, dicẽte Apoſtolo,
Quicunque enim ex operibus legis ſunt,ſub maledicto *Galat.3.*
ſunt legis. Deinde cũ dixiſſet,Maledictus tu à terra,quæ
aperuit os ſuum accipere ſanguinem fratris tui de ma-
nu tua, Non dixit, Quoniam operaberis eam: ſed ait,
Quoniam operaberis terram,& non adiiciet virtutem
ſuam dare tibi. Vnde neceſſe eſt eandem † terrã intelli- *† al.Vnde*
gere operari Cain, quæ aperuit os accipere ſanguinem *non eſt ne-*
fratris de manu eius: ſed ideo maledictus intelligit ab *ceſſe ean-*
hac terra,quoniã operatur terram,quæ nõdum adiiciet *dem &c.*
virtutem ſuam dare illi:id eſt,ideo populum Iudæorum M
maledictum agnoſcit & oſtẽdit eccleſia, quoniam oc-
ciſo Chriſto adhuc operatur terrenam circũciſionem,
terrenum ſabbatum,terrenum azymum, terrenum Pa-
ſcha: quæ omnis terrena operatio habet occultã virtu-
tem intelligendæ gratiæ Chriſti:quæ non datur Iudæis
in impietate & infidelitate perſeuerantibus, quia nouo
teſtamento reuelata eſt: Et nõ tranſeuntibus ad domi-
num,non eis auferetur velamen,quod in lectione vete- *2.Cor.3.*
ris teſtamẽti manet:quia in ſolo Chriſto euacuatur, nõ
ipſa lectio veteris teſtamenti, quæ habet abſconditam
virtutem, ſed velamen quo abſcõditur. Vnde Chriſto
in cruce paſſo,velum templi cõſciſſum eſt,vt per Chri- *Matt.27.*
ſti paſſionem reuelentur ſecreta ſacramentorum fide-
libus,ad bibendum eius ſanguinem ore aperto in con-
feſſione tranſeũtibus.Propterea populus ille ſicut Cain
adhuc operatur terram, adhuc exercet operationem le
gis carnaliter,quæ non ei dat virtutem ſuam, quia in ea

non

A non intelligit gratiā Chriſti. Propterea & in ipſa terra,
quam Chriſtus portauit, id eſt, in eius carne, ipſi operati
Roma. 4. ſunt ſalutē noſtram crucifigendo Chriſtū, qui mortuus
eſt propter delicta noſtra. Nec eis dedit eadē terra vir-
tutē ſuam: quia non iuſtificati ſunt virtute reſurrectio-
nis eius, qui reſurrexit propter iuſtificationem noſtrā:
†in. quia etſi crucifixus eſt ex infirmitate, ſed viuit ex† virtu-
2. Cor. 13. te dei, ſicut dicit Apoſtolus. Hæc ergo eſt virtus terræ
illius, quā non oſtendit impiis & incredulis, Vnde nec
reſurgens eis, à quibus erat crucifixus, apparuit tāquam
Gene. 4. Cain operanti terrā: vt granum illud ſeminaretur, non
oſtendens eadem terra fructum virtutis ſuæ: quoniam
operaberis, inquit, terrā, & nō adiiciet virtutē ſuā dare
Cap. XII. tibi, Gemens & tremens eris in terra. Nunc ecce quis
non videat, quis non agnoſcat in tota terra, quacunq;
diſperſus eſt ille populus, quo modo gemat mœrore a-
miſſi regni, & tremat timore ſub innumerabilibus po-
Gene. 4. pulis Chriſtianis. Ideoq; reſpondit Cain & dixit, Maior
eſt cauſa mea, ſi eiicis me hodie à facie terrę, & à facie
tua abſcondar, & ero gemens & tremēs ſuper terrā, &
B erit, omnis qui inuenerit me, occidet me. Vere inde ge-
mit & tremit, ne regno etiam terreno perdito, iſta vi-
ſibili morte occidatur. Hanc dicit maiorem cauſam q̃
illam, ꝙ ei terra non dat virtutem ſuam, ne ſpiritaliter
moriatur. Carnaliter enim ſapit & abſcondi à facie dei:
id eſt, iratum habere deum graue non putat, niſi ne in-
ueniatur & occidatur. Carnaliter ſapit tanquā operans
Roma. 8. terrā, cuius virtutē nō accipit. Sapere autem ſecundum
carnem, mors eſt. Quam ille non intelligēs, amiſſo reg-
no gemit, & corporalem mortem tremit. Sed quid ei
Gene. 4. reſpondit deus? Non ſic, inquit. Omnis qui occiderit
Cain, ſeptem vindictas exoluet: id eſt, nō ſic quo modo
dicis, non corporali morte interibit genus impium car
nalium Iudæorū. Quicūq; enim eos ita perdiderit, ſep-
tem vindictas exoluet: id eſt, auferet ab eis ſeptem vin-
dictas, quibus alligati ſunt propter reatum occiſi Chri-
ſti: vt hoc toto tempore quod ſeptenario dierū numero
voluitur, magis quia non interit gens Iudæa ſatis appa-
reat fidelibus Chriſtianis, quam ſubiectionem merue-
Cap. XIII. rint, qui ſuperbo regno dominum interfecerunt. Et
In expoſitione Pſalmi. 39. poſuit dominus deus in Cain ſignum, ne eum occidat
omnis qui inuenerit. Hoc reuera multum mirabile eſt,
quēadmodū omnes gentes, quę à Romanis ſubiectæ*†
†*al. ſubingatæ. ſunt, in ritum Romanorū ſacrorum tranſierint, eaq; ſa-
crilegia obſeruanda & celebranda ſuſceperint: gens au
C tem Iudæa, ſiue ſub Paganis regibus, ſiue ſub Chriſtianis
non amiſerit ſignum legis ſuæ, quò à cæteris gentibus
populisq; diſtinguitur, & omnis imperator vel rex qui
eos in regno ſuo inuenit, cū ipſo ſigno eos inuenit, nec
occidit: id eſt, non efficit vt non ſint Iudęi, certo quodā
& proprio ſuæ obſeruationis ſigno à cæterarū gentium
communione diſcreti: niſi quicūq; eorum ad Chriſtum
tranſierit, vt iam non inueniatur Cain, nec exeat à facie
dei, nec habitet in terra Naid, quod dicitur interpreta-
ri commotio. Contra quod malū, deus rogatur in Pſal
Pſal. 35. mo, Ne dederis in motū pedes meos, & manus pecca-
& 65. torū non moueant me: & qui tribulant me exultabunt
Pſal. 12. ſi motus fuero, & dominus à dextris eſt mihi ne cōmo
& 15. uear, & innumera talia, quod patiūtur omnes qui exeūt
à facie dei, id eſt, à miſericordia dilectionis eius. Vnde
Pſalm. 29. dicitur in quodā Pſalmo, Ego dixi in abundantia mea,
non mouebor in ęternum. Sed vide quid ſequitur, Do-
mine in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem,
auertiſti autē faciē tuā à me, & factus ſum conturbatus.
Vnde intelligitur omnē animam participatione lucis

dei, non per ſeipſam eſſe pulchrā & decoram & virtute D
pollētem. Quod & iſti Manichæi ſi cōſiderarent & in-
telligerent, non in tantam blaſphemiam caderent, pu-
tando ſe eſſe natura ſubſtātiā dei. Sed ideo nō poſſunt,
quia non quieſcūt. Sabbatū enim cordis nō intelligūt:
nā ſi quieſcerēt, ſicut dictū eſt ad Cain, peccatum ſuum
ad ſe conuerterent, id eſt, ſibi tribuerent, non genti neſ
cio cui tenebrarū, atq; ita per gratiā dei eidem peccato
dominarentur. Nunc vero & ipſi & omnes qui diuerſis
erroribus cōtumaces reſiſtēdo veritati exeūt à facie dei,
ſicut Cain, ſicut Iudęi perditi, habitāt in terra cōmotio-
nis, id eſt, in perturbatione carnali, cōtra iucunditatem
dei, hoc eſt, cōtra Edē, quod interpretatur epulatio, vbi
eſt plantatus paradiſus. Iam cętera pauca de multis bre-
uiterq; perſtringā, ne propoſitū operis huius & reſpon-
ſionis meæ, nimia longitudine ſermonis impediam.
Quem enim non moueat ad quęrendū & intelligen Ca. XIIII.
dum Chriſtum in illis libris, vt ea omittam, quæ quam-
uis tanto ſuauius contēplātur, quāto ex abditioribus lo
cis enucleantur, tamen exigunt prolixitatem diſſerta- E
tionis, quia pluribus atteſtationibus indigent. Vt omit-
tam ergo talia, quem non moueant ad ſalubrē fidem, ꝙ
Enoch ſeptimus ad Adam deo placuit, & translatus eſt: Gene. 5.
& ſeptima requies prædicatur, ad quam transfertur om
nis qui tanquam ſexto die ſexta ætate ſeculi Chriſti ad- Gene. 6.
uentu formatur? Quòd Noë cum ſuis per aquam & lig
num liberatur, ſicut familia Chriſti per baptiſmum cru-
cis paſſione ſignatur. Quòd de lignis quadratis eadem
arca fabricatur, ſicut eccleſia de ſanctis conſtruitur, ad
omne opus bonum ſemper paratis. Quadratum enim 2. Timo. 2.
quacūq; verteris firmiter ſtat. Quòd ſexies longa ad la- De ci. dei.
titudinem ſuam, & decies ad altitudinē ſuam, humani li. 15. c. 26.
corporis inſtar oſtēdit, quia in corpore humano Chri-
ſtus apparuit. Quòd cubitis quinquaginta latitudo eius Gene. 6.
expanditur, ſicut dicit Apoſtolus, Cor noſtrū dilatatum 2. Cor. 6.
eſt. Vnde? niſi charitate ſpiritali, propter quod ipſe itē
dicit, Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpi Roma. 5.
ritum ſanctū qui datus eſt nobis. Quinquageſimo enim Acto. 2.
die poſt reſurrectionē ſuam, Chriſtus ſanctum ſpiritū
miſit, quo corda credentium dilatauit. Quòd trecentis
cubitis longa eſt, vt ſexies quinquaginta compleantur,
ſicut ſex ętatibus omne huius ſeculi tempus extenditur,
in quibus omnibus Chriſtus nunquam deſtitit prædi- F
cari, in quinta per Prophetiam prænunciatus: in ſexta
per Euangeliū diffamatus? Quòd eius altitudo triginta
cubitis ſurgit, quem numerum decies habet in trecentis
cubitis longitudo, quia Chriſtus eſt altitudo noſtra, qui
triginta annorū ętatē gerens, doctrinā Euangelicā con
ſecrauit, conteſtans legē non ſe veniſſe ſoluere, ſed im- Matt. 5.
plere. Legis autē cor in decē pręceptis agnoſcitur. Vn- Exo. 24.
de decies tricenis arcę lōgitudo perficitur, vnde & ipſe
Noë ab Adam decimus computatur. Quòd bitumine Gene. 5.
glutinantur arcę ligna intrinſecus & extrinſecus, vt in
compage vnitatis ſignificetur tolerantia charitatis, ne
ſcandalis eccleſiam tentantibus, ſiue ab eis qui intus, ſi-
ue ab eis qui foris ſunt, cedat fraterna iunctura, & ſol-
uatur vinculum pacis. Eſt enim bitumen feruentiſſimū
& violentiſſimum gluten, ſignificans dilectionis ardo †al. vi magna fortitudinis.
rem, in magna fortitudine† ad tenendum ſocietatem
ſpiritalem omnia tolerantem. Quòd cuncta anima-
lium genera in arca claudunt, ſicut omnes gentes quas Cap. XV.
etiam Petro demonſtratus diſcus ille ſignificat, eccle- Acto. 10.
ſia continet. Quòd & munda & immunda ibi ſunt ani-
malia, ſicut in eccleſię ſacramentis & boni & mali ver-
ſantur. Quòd ſeptena ſunt mūda & bina immunda, nō Gene. 7.

G quia pauciores ſunt mali q̃ boni, ſed quia boni ſeruant
Eſa. 11. vnitatem ſpiritus in vinculo pacis, Sanctum autem ſpi-
ritum diuina ſcriptura in ſeptiformi operatione com-
mẽdat: ſapiẽtię & intellectus, conſilij & fortitudinis, ſci
entiæ & pietatis, & timoris dei. Vnde & ille numerus
quinquaginta dierum ad aduentum ſancti ſpiritus per-
tinens, in ſepties ſeptenis, qui fiunt quadragintanouem,
vno addito conſummatur, propter quod dictum eſt,
Ephe. 4. Studentes ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.
Mali autem in binario numero ad ſchiſmata faciles, &
quodã modo diuiſibiles oſtẽduntur. Quòd ipſe Noë cũ
ſuis octauus enumeratur, quia in Chriſto ſpes reſurre-
Marci. 16. ctionis noſtrę apparuit, qui octauo die, id eſt, poſt ſab-
bati ſeptimum primo à mortuis reſurrexit. Qui dies à
paſſione tertius, in numero autẽ dierum, qui per omne
Cap. XVI. tẽpus voluuntur, & octauus & primus eſt. Quòd arca
Gene. 6. collecta ad vnum cubitum deſuper cõſummatur, ſicut
Eccleſia corpus Chriſti in vnitatem collecta ſublima-
Matt. 12. tur, & perficit. Vnde dicit in Euãgelio, Qui mecum nõ
colligit, ſpargit. Quòd aditus ei fit à latere, nemo quip-
H pe intrat in Eccleſiã, niſi per ſacramentum remiſſionis
peccatorũ: hoc autem de Chriſti latere aperto manauit.
Ioan. 19. Quòd inferiora arcæ bicamerata, & tricamerata con-
Gene. 6. ſtruuntur, ſicut ex omnibus gentibus, vel bipartitã mul
titudinẽ congregat eccleſia propter circunciſionem &
prępuciũ: vel tripartitã propter tres filios Noë, quorum
progenie repletus eſt orbis. Et ideo arcæ inferiora iſta
dicta ſunt, quia in hac terrena vita eſt diuerſitas gẽtiũ,
in ſummo autẽ omnes in vnũ cõſummamur. Et non eſt
Coloſſ. 3. iſta varietas, quia omnia & in omnibus Chriſtus eſt, tã-
quã nos vno cubito deſuper cœleſti vnitate cõſũmãs.
Cap. XVII. Quòd poſt ſeptem dies ex quo ingreſſus eſt Noë in
arcam, factum eſt diluuium, quia ſpe futuræ quietis, quæ
ſeptimo die ſignificata eſt, baptizamur. Quòd præter ar
cam omnis caro quam terra ſuſtentabat diluuio con-
ſummata eſt: quia pręter Eccleſię ſocietatem, aqua bap-
tiſmi quãuis eadem ſit, non ſolum non valet ad ſalutẽ,
Gene. 7. ſed valet potius ad perniciẽ. Quòd quadraginta dieb*
& quadraginta noctibus pluit: quia omnis reatus pecca
torum, qui decem pręceptis legis, admittitur per vni-
uerſum orbem terrarũ, qui quatuor partibus cõtinetur,
I Decem quippe quater ducta, quadraginta fiunt, ſiue ille
reatus quod ad dies pertinet, ex rerũ proſperitate: ſiue
quod ad noctes, ex rerũ aduerſitate cõtractus ſit, ſacra-
Cap. XVIII mento baptiſmi cœleſtis abluitur. Quòd Noë quin-
Ge. 6. & 7. gentorũ erat annorum cum ei locutus eſt dominus vt
arcam ſibi faceret, & ſexcentos agebat annos cum in eã
eſſet ingreſſus, vnde intelligitur per centum annos ar-
ca fabricata, quid aliud hic videntur cẽtum anni ſigni-
ficare, niſi ętates ſingulas ſeculi? Vnde iſta ſexta ætas,
quæ cõpletis quingentis vſq; ad ſexcentos ſignificatur,
in manifeſtatione euangelica Eccleſiã cõſtruit: & ideo
qui ſibi ad vitam cõſulit, ſi velut quadratum lignum, pa
ratum ad omne opus bonum, & intret in fabricam ſan-
ctã: quia & ſecundus menſis anni ſexcenteſimi, quo in-
trat Noë in arcam, eandẽ ſenariam ætatem ſignificat.
Duo enim menſes ſexagenario numero concludũtur,
à ſenario autẽ numero & ſexaginta cognominãtur, &
ſexcenti & ſex milia & ſexaginta milia & ſexcenta mi-
lia & ſexcẽties, & quicquid deinceps in maioribus ſum
mis per eundẽ articulis numerus in infinita incremen-
ta conſurgit. Et q viceſimus & ſeptimus dies menſis
Cap. XIX. commemoratur, ad eiuſdem quadraturæ ſignificatio-
nem pertinet, quæ iam in quadratis lignis expoſita eſt.
Sed hic euidentius, quia nos ad omne opus bonũ para-
tos: id eſt, quodã modo cõquadratos trinitas perficit, in K
memoria qua deũ recolimus: in intelligentia qua cog-
noſcimus: in voluntate qua diligimus. Tria enim ter, &
hoc ter, fiunt vigintiſeptẽ, qui eſt numeri ternarij qua-
dratus. Quod ſeptimo menſe arca ſedit, hoc eſt, requie- *Gene. 8.*
uit, ad illã ſeptimã requiẽ ſignificatio recurrit. Et quia
perfecti requieſcunt, ibi quoq; illius quadraturæ nume-
rus iteratur: nam viceſima ſeptima die ſecundi menſis
cõmendatum eſt hoc ſacramentũ, & rurſus viceſima &
ſeptima die ſeptimi menſis, eadẽ cõmẽdatio cõfirmata
eſt cum arca requieuit: quod enim promittitur in ſpe,
hoc exhibetur in re. Porrò quia ipſa ſeptima requies cũ
octaua reſurrectione cõiũgitur: neq; enim reddito cor-
pore finitur requies, quæ poſt hanc vitam excipit ſan-
ctos, ſed potius totum hominem non ad ſpem, ſed iam
rem ipſam, omni ex parte, & ſpiritus & corporis perfe-
cta immortalitatis ſalute renouatũ, in æternæ vitæ mu-
nus aſſumit. Quia ergo ſeptima requies cum octaua re-
ſurrectione coniungitur, & hoc in ſacramento regene-
rationis noſtræ, id eſt, in baptiſmo, altum profundũq;
myſteriũ eſt. Quindecim cubitis ſupercreuit aqua exce- L
dẽs altitudinẽ mõtiũ: id eſt, hoc ſacramẽtũ tranſcendit
omnẽ ſapiẽtiã ſuperborũ. Septẽ quippe & octo cõiũcti *Gene. 7.*
quindecim fiũt. Et quia ſeptuaginta à ſeptẽ, & octogin-
ta ab octo denominantur, cõiũcto vtroq; numero, cẽtũ
quinquaginta diebus exaltata eſt aqua, eandem cõmen
dans nobis atq; confirmans altitudinẽ baptiſmi, in con
ſecrando nouo homine ad tenendã quietis & reſurre-
ctionis fidem. Quòd poſt dies quadraginta emiſſus *Cap. XX.*
coruus, non eſt reuerſus, aut aquis vtiq; interceptus, aut *Gene. 8.*
aliquo ſupernatante cadauere illectus: ſignificat homi- *Super Ioã.*
nes in immundicia cupiditatis teterrimos, & ob hoc ad *Tracta. 2.*
ea quę foris ſunt in hoc mundo nimis intentos, aut re- *& 6.*
baptizari, aut ab his quos pręter arcam: id eſt, præter ec-
cleſiã baptiſmus occidit, ſeduci & teneri. Quòd colum *Gene. 8.*
ba [emiſſa] nõ inuẽta requie reuerſa eſt, oſtendit per no-
uum teſtamentũ requiẽ ſanctis in hoc mundo non eſſe
promiſſam: poſt quadraginta enim dies emiſſa eſt, qui
numerus vitam quæ in hoc mundo agitur ſignificat.
Deniq; poſt ſeptẽ dies dimiſſa, propter illam ſeptenariã
operationẽ ſpiritalẽ, oliuę fructuoſum ſurculum retulit:
quo ſignificaret nõnullos etiã extra eccleſiã baptizatos,
ſi eis pinguedo nõ defuerit charitatis, poſteriore tẽpore M
quaſi veſpere, in ore colũbæ tanquã in oſculo pacis, ad
vnitatis ſocietatẽ poſſe perduci. Quòd poſt alios ſeptẽ
dies dimiſſa, reuerſa non eſt, ſignificat finẽ ſeculi, quãdo
erit ſanctorum requies: non adhuc in ſacramento ſpei,
quo in hoc tẽpore cõſociatur eccleſia, quamdiu bibitur
quod de Chriſti latere manauit: ſed iam in ipſa perfe-
ctione ſalutis æternę, cũ traditur regnum deo & patri, *1. Cor. 15.*
vt in illa perſpicua contẽplatione incommutabilis ve-
ritatis, nullis myſteriis corporalibus egeamus. Nimis *Cap. XXI.*
longum eſt, vt vel tam breuiter quàm hæc cucurri,
cuncta contingam, cur ſexcenteſimo & vno anno vitæ
Noë, id eſt, peractis ſexcentis annis aperitur arcę tectũ, *Gene. 8.*
& tanquam reuelatur quod erat abſconditum ſacramẽ
tum. Cur viceſima ſeptima die ſecundi menſis dicitur
ſiccaſſe terram, tanquam finita eſſet iam baptizandi ne
ceſſitas in numero dierum quinquageſimo & ſeptimo.
Ipſe eſt enim dies ſecundi menſis viceſimus ſeptimus,
qui numerus ex illa coniunctione ſpiritus & corporis,
ſepties octonos habet, vno addito propter vnitatis vin
culum. Cur de arca cõiuncti exeant, qui diſiuncti intra- *Gene. 7.*
uerant: ſic enim dictum erat, quòd intrauerit in arcam
Noë, & filij eius, & vxor eius, & vxores filiorum eius.

A Seorſum viri,ſeorſum fœminę commemoratæ ſunt:In
Gala. 5. hoc enim tempore huius ſacramenti,caro concupiſcit
aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. Exeunt
Gene. 11. autem Noë & vxor eius,& filij eius, & vxores filiorum
eius, nunc coniunctè cômemorati maſculi & fœminæ:
quia in fine ſeculi atq; in reſurrectione iuſtorum,omni-
moda & perfecta pace ſpiritui corpus adhærebit, nulla
mortalitatis indigentia, vel concupiſcentia reſiſtente.
Cur animalia quamuis & munda & immunda in arca
fuerint,tamen poſt egreſſum de arca non offerũtur deo
Cap.XXII. in ſacrificio niſi munda. Quid deinde ſibi velit deo
Gene. 9. loquente ad Noë, & tanquam rurſus ab exordio, quia
multis modis eadem ſignificari oportebat,figuram Ec-
cleſiæ commendante, ꝙ progenies eius benedicitur ad
implendam terram, ꝙ dantur eis in eſcam cuncta ani-
Acto.10. malia: ſicut in illo diſco Petro dicitur, Macta & mãdu-
Gene.9. ca. Quòd eiecto ſanguine iubentur manducare,ne vita
priſtina quaſi ſuffocata in côſciẽtia teneatur,ſed habeat
tanquã effuſionem per confeſſionem: Quod teſtamen-
tum poſuit deus inter ſe & homines, atq; omnem ani-
B mam viuam,ne perdat eam diluuio,arcum qui apparet
in nubibus, qui nunquam niſi de ſole reſplendet:illi e-
nim non pereunt diluuio ſeparati ab Eccleſia, qui in
Prophetis, & in omnibus diuinis ſcripturis tãquam in
dei nubibus agnoſcunt Chriſti gloriam, non quærunt
ſuam: Verùm ne adoratores huius ſolis amplius tumeſ-
cant, ſciant ita ſignificari Chriſtum aliquando per ſo-
Apoca.5. lem, ſicut per leonem,per agnum,per lapidem cuiuſdã
Ephe. 2. ſimilitudinis cauſa, non proprietatis ſubſtantia. Iam
Cap.XXIII vero illud, quod de vinea, quam plantauit inebriatus
Gene.9. Noë, nudatus eſt in domo ſua, cui non appareat Chri-
ſtus paſſus in gente ſua? Tunc enim nudata eſt morta-
1.Cor.1. litas carnis eius, Iudęis ſcandalum, gentibus ſtulticia:
ipſis autem [vocatis] Iudęis & gentibus tanquã Sem &
Iaphet,dei virtus & dei ſapientia:quia quod ſtultum eſt
dei,ſapientius eſt q̃ homines:& quod infirmum eſt dei,
fortius eſt q̃ homines. Proinde in duob⁹ filiis, maximo
& minimo, duo populi figurati, vnam veſtem à tergo
portantes,ſacramentum ſcilicet iam pręteritæ atq; trãſ-
actę dominicę paſſionis, nuditatem patris neq; intuen-
tur, quia in Chriſti necem non conſentiunt, & tamen
C honorant velamento, tanquam ſcientes vnde ſint na-
ti. Medius autem filius, id eſt,populus Iudęorum, ideo
Gene. 9. medius,quia nec primatũ apoſtolorũ tenuit,nec vltim⁹
in gẽtibus credidit,vidit nuditatem patris,quia côſen-
ſit in necẽ Chriſti,& nunciauit foras fratribus.Per eum
quippe manifeſtatum eſt, & quodã modo publicatum,
quod erat in prophetia ſecretũ,ideoq; fit ſeruus fratrum
ſuorum. Quid eſt enim aliud hodieq; gẽs ipſa,niſi quę-
dam ſcriniaria chriſtianorũ, baiulans legem & Prophe
tas ad teſtimonium aſſertionis eccleſię, vt nos honore-
mus per ſacramentum, quod nunciat illa per literam?
Ca.XXIIII Quem autem non excitet, quem non vel informet,
vel confirmet in fide, quòd ita benedicuntur duo illi,
qui nuditatem patris honorauerunt,quamuis auerſi, ve-
lut quibus factum ſceleratæ vineæ diſplicuerit? Benedi-
Gene.9. ctus,inquit, dominus deus Sem. Quamquam enim ſit
deus omnium gentium, quodam modo tamẽ proprio
vocabulo,& in ipſis iam gentibus dicitur deus Iſraël.Et
vnde hoc factum eſt,niſi ex benedictione Iaphet?In po
pulo enim gentium totum orbem terrarum occupauit
eccleſia.Hoc prorſus hoc pręnunciabatur,cum dicere-
†al.Læti- tur: Lætificet †deus Iaphet,& habitet in domibus Sem.
ficet. Videte Manichæi,videte, ecce in conſpectu veſtro eſt
orbis terrarum:hoc ſtupetis,hoc doletis in populis no-

ſtris, quia lætificat† deus Iaphet:videte ſi non habitet in D
domibus Sem, id eſt, in eccleſiis,quas filij Prophetarũ † lætificat.
Apoſtoli conſtruxerunt. Audite quid dicat Paulus iam
fidelibus gentibus, Qui eratis, inquit, illo in tempore
ſine Chriſto, alienati à ſocietate Iſraël & peregrini te- Ephe.2.
ſtamentorũ, & promiſſionis ſpem non habentes, & ſi-
ne deo in hoc mundo. Per hæc verba oſtenditur quod
nondum habitabat Iaphet in domibus Sem. Sed pau-
lopoſt quemadmodum concludat aduertite. Igitur iã,
inquit, non eſtis peregrini & inquilini, ſed eſtis ciues
ſanctorum, & domeſtici dei, ſuperędificati ſuper fun-
damentum Apoſtolorum & Prophetarũ, ipſo ſummo
angulari lapide exiſtente Chriſto Ieſu. Ecce quo modo
dilatatur Iaphet, & habitat in domibus Sem:& tamen
epiſtolas Apoſtolorum, quibus hæc omnia conteſtan-
tur,tenetis, legitis,prædicatis. Vbi & vosipſos deputa-
uerim,niſi in illa maledicta medietate,cui non eſt lapis
angularis Chriſtus: quia nec in illo pariete vos agnoſ-
cimus,qui ex circumciſione credidit in Chriſtum,vnde
erant & Apoſtoli: nec in iſto qui eſt ex præputio,vnde
ſunt omnes ex cæteris gentibus in eandẽ vnitatẽ fidei, E
tanquã in pace anguli concurrentes: ſed & omnes,qui
quoslibet noſtri canonis libros accipiunt & legunt,vbi
Chriſtus mortaliter natus & paſſus oſtenditur: nec ta-
men eãdẽ mortalitatẽ in paſſione nudatã, conſociato
vnitatis ſacramento honorifice velãt, ſed ſine ſcientia
pietatis & charitatis nunciant illud, vnde omnes nati
ſumus: quãuis inter ſe diſſentiãt, & Iudæi ab hæreticis,
& ipſi hæretici alij ab aliis: vna tamẽ conditione ſerui-
tutis: vel ad aliquã atteſtationem, vel ad aliquam proba
tionẽ vtiles ſunt Eccleſiæ. Nam & de hęreticis dictum
eſt, Oportet hæreſes eſſe, vt probati manifeſti fiãt inter 1.Cor. 11.
vos. Ite nunc,& obiectate calũnias veteribus literis ſa- 1.Retr.c.7.
cris,hoc agite ſerui Cham, ite quibus viluit nudata ca-
ro, ex qua nati eſtis: neq; enim eſſet vnde vos quoquo
modo Chriſtianos appellare poſſetis, niſi Chriſtus,ſic-
ut à Prophetis prænunciatus eſt,veniſſet in mundũ, bi-
biſſet de vinea ſua calicẽ illum,qui tranſire non potuit,
dormiſſet in paſſione ſua,tanquã in ebrietate ſtulticię,
quæ ſapientior eſt hominibus:atq; ita nudaretur morta
lis carnis infirmitas per occultũ Dei conſilium fortior
hominibus, quam niſi dei verbum ſuſcepiſſet, nomen
omnino Chriſtianũ,quo & vos gloriamini, nõ eſſet in F
terris. Verũ hoc agite,irridenter prodite,quod nos re-
uerenter honoremus: vtatur vobis eccleſia tanquã ſub-
ditis ſibi,vt probati manifeſti fiant in ea. Vſqueadeo ni-
hil,quod vel habitura vel paſſura erat,Prophetæ illi ta-
cuerunt,vt & vos ibi locis veſtris inueniamus, in vani-
tate pernicioſa ad reprobos capiẽdos, vtiles autem ad
probatos manifeſtandos, Chriſtũ ab Iſraëlitis Prophe-
tis non eſſe prędictum, cui prædicendo omnes illæ pa-
ginę vigilant,ſi eas perſcrutari pietate,q̃ exagitare leui-
tate malletis. Quis alius in Abrahã exit de terra ſua, Cap. XXV.
& de cognatione ſua, vt apud exteros ditetur & locu- Gene. 12.
pletetur,niſi qui relicta terra & cognatione Iudæorum,
vnde ſecundum carnem natus eſt,apud gentes ita præ-
pollet & pręualet,vt videmus?Quis alius in Iſaac lignũ Gene. 22.
ſibi portabat ad victimã,niſi qui crucem ſibi ad paſſio-
nem ipſe portabat? Quis alius aries immolandus in ve-
pre cornibus adhęrebat,niſi qui crucis patibulo pro no Ca. XXVI.
bis offerendus affigebatur? Quis alius in angelo cum Gene. 32.
Iacob luctatus, cum ſibi præualentem,quaſi fortiorem
infirmior, victuſq; victorem partim benedicit, partim
latitudinem femoris eius claudam reddit, niſi qui præ-
ualere aduerſus ſe paſſus populum Iſraël, quoſdam qui

G crediderunt, benedixit in eis? Latitudo autem femoris
Gene. 28. Iacob,in multitudine carnalis populi claudicauit. Quis
alius lapis poſitus ad caput Iacob, vt nominatim quodam modo exprimeretur, etiam vnctus,niſi caput viri Chriſtus? Quis enim Chriſtū neſcit ab vnctione appellari? Qui etiā hoc ipſum in euangelio commemorans,
Ioan. 1. & ſe figuratū apertiſſime teſtificans, cum quendam Nathanaëlem dixiſſet vere Iſraëlitam, in quo dolus non eſſet: & cum ille tanquam lapidem illum habens ad caput,confeſſus eum eſſet filiū dei, & regem Iſraël iſta cōfeſſione quodam modo vngens lapidem, id eſt, ipſum eſſe confitens Chriſtum,ibi opportune dominus etiam illud cōmemorauit, quod tunc vidit Iacob,qui per be-
Vbi ſupra. nedictionem appellatus eſt Iſraël, Amē dico vobis,inquit,videbitis cœlum apertum, & angelos dei aſcēden
Gene. 28. tes & deſcendētes ſuper filiū hominis. Hoc enim Iſraël viderat, cum illum lapidem ad caput habebat, á terra in cœlū ſcalas, per quas aſcendebāt & deſcendebāt angeli dei. In quibus ſignificati ſunt euangeliſtæ prædicatores Chriſti: aſcendentes vtiq;,cum ad intelligendam eius ſupereminentiſſimā diuinitatem excedunt vniuer
H ſam creaturam, vt eum inueniant in principio Deum
Ioan. 1. apud deum, per quem facta ſunt omnia: deſcendentes
Gala. 4. autem,vt eum inueniant factum ex muliere,factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret. In illo enim
Gene. 28. ſcalæ à terra vſq; ad cœlum,à carne vſq; ad ſpiritū. quia in illo carnales proficiendo velut aſcēdendo ſpiritales fiunt,ad quos lacte nutriēdos, etiā ipſi ſpiritales deſcen
1.Cor.3. dunt quodā modo,cum eis non poſſunt loqui quaſi ſpiritalibus,ſed quaſi carnalibus. Sic & aſcendit & deſcenditur ſuper filium hominis: filius enim hominis ſurſum in capite noſtro, quod eſt ipſe Saluator: & filius hominis deorſum in corpore ſuo,quod eſt eccleſia. Ipſum &
Ioan. 14. ſcalas intelligimus, quia ipſe dixit, Ego ſum via. Ad ipſum ergo aſcenditur,vt in excelſis intelligatur: & ad ipſum deſcenditur, vt in mēbris ſuis paruuli nutriantur. Et per illum aſcenditur & deſcenditur: exemplū quippe eius ſequētes prędicatores eius, non ſolum ſe erigūt
†* al. ſpectent. vt eam ſublimiter expectent †*,ſed etiam humiliant,vt eū temperanter annuncient. Videte Apoſtolū aſcendētem, Siue, inquit,mente exceſſimus,deo. Videte & deſ-
2.Cor.5. cendentem, Siue,inquit,temperantes ſumus, vobis. Di-
I cat & per quē aſcēderit & deſcenderit. Charitas enim, inquit,Chriſti cōpellit nos,iudicantes hoc, quoniam ſi vnus pro omnib' mortuus eſt,ergo omnes mortui ſūt: & pro omnibus mortuus eſt, vt qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt,& reſurrexit.
Ca. XXVII Hęc in ſcripturis ſanctis ſancta ſpectacula quem nō
2.Timo.4. delectant,ſanam doctrinam non ſuſtinens, ad fabulas conuertitur. Et illæ quidem fabulæ animas in qualibet corporis ætate pueriles, varia quadam delectatione ſo-
Pſal. 118. licitant. Sed nos iā corpus Chriſti, agnoſcamus in Pſalmo vocem noſtram, & dicamus ei, Narrauerunt mihi iniuſti delectationes,ſed nō ſicut lex tua domine. Chriſtus mihi vbiq; illorū librorū, vbiq; illarum ſcripturarū peragranti & anhelanti, in ſudore illo damnationis humanæ,ſiue ex aperto, ſiue ex occulto occurrit & reficit ipſe mihi & ex nōnulla difficultate inuētionis ſuæ deſideriū inflammat, quo id quod inuenero, auide ſorbeā, medulliſq; reconditum ſalubriter teneam. Ipſe mi-
Caput XXVIII. hi in Ioſeph innuit,qui perſequentibus & vendentibus
Gene. 37. fratribus in Aegypto poſt labores honoratur. Didici-
& 41. mus enim labores Chriſti in orbe gentiū,quem ſignificabat Aegyptus,per varias paſſiones martyrum: & nūc videmus honorē Chriſti in eodem orbe terrarum,erogatione frumēti ſui ſibi omnia ſubiugātis. Ipſe mihi in- K
nuit in virga Moyſi, quæ in terra ſerpens effecta, eius Exodi.4.
mortē figurauit à ſerpente venientē: ſed quod apprehēſa cauda [eius rurſus virga redditur,] ſignificat poſteri' peractis iā omnibus in fine actionis,ad id quod fuerat, reſurgēdo reuertitur, vbi per vitæ reparationem morte cōſumpta,nihil ſerpētis apparet. Nos quoq; corpus eius in eadē mortalitate per lubrica temporum voluimur: ſed fine nouiſſimo velut cauda ſeculi, per manū, id eſt, per poteſtatem iudicij, ne vltra prolabatur,apprehenſa reparabimur,& nouiſſima inimica morte deſtructa,re- 1.Cor.15.
ſurgentes in dextera dei, virga regni erimus. Iam de Cap. XXIX
exitu Iſraël ex Aegypto non ego, ſed Apoſtolus loquitur, Nolo autem vos ignorare fratres,quia patres noſtri 1.Cor.10.
omnes ſub nube fuerūt,& omnes per mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari: & omnes eandē eſcam ſpiritalē manducauerūt, & omnes eūdē potū ſpiritalē biberūt. Bibebant enim de ſpiritali,conſequēte eos petra: petra autē erat Chriſtus. Exponendo vnū,in cętera introduxit intellectū. Si enim pe- L
tra Chriſtus propter firmitatem,cur nō & manna Chri Ioan.6.
ſtus,tanquā panis viuus,qui de cœlo deſcēdit? Quo vere qui veſcūtur, ſpiritaliter viuūt. Nā illi veterem figurā carnaliter accipientes, mortui ſunt. Sed cum dicit Apoſtolus, Eundē cibū ſpiritalem manducauerunt: oſtendit & illud ſpiritaliter intelligi in Chriſto,ſicut & potū cur ſpiritalē dixiſſet,aperuit cū ſubiunxit, Petra autem erat Chriſtus. Quo aperto cuncta fulſerunt. Cur ergo non
& nubes Chriſtus & colūna,quia rectus & firmus,& ful Exodi.14.
ciens infirmitatē noſtrā: per noctē lucens,per diem nō lucens: vt qui non vident,videant: & qui vident, cæci
fiant? Nubes & mare rubrū,baptiſmus vtiq; Chriſti ſan- Ioan.9.
guine conſecratus: hoſtes ſequentes à tergo moriuntur
peccata præterita. Ducitur populus per deſertū,bap- Cap. XXX.
tizati omnes, nondum perfruentes promiſſa patria,ſed
quod nō vident, ſperando & per patientiā expectādo, Exodi.15.
tanquā in deſerto ſunt. Et illic laborioſę & periculoſæ Roma.8.
tentationes,ne reuertantur corde in Aegyptum: nec ibi tamen Chriſtus deſerit, nam & illa columna non rece
dit: & amarę aquæ ligno dulceſcunt,quoniam inimici Exo.15.
populi ſigno crucis Chriſti honorificato manſueſcunt: & duodecim fontes, ſeptuaginta palmæ arbores irrigantes, Apoſtolicam gratiam præfigurant, populos in
ſeptenario numero decuplato rigantē, vt per ſeptifor- M
me ſpiritus donum legis decalogus impleatur: & hoſtis Exo.17.
intercludere molitus viā, extēſis Moyſi manibus ſigno Nume.21.
crucis dominicę ſuperatur: & morſus mortiferi ſerpentum exaltato & reſpecto æneo ſerpente ſanantur: quod
verbis ipſius domini declaratur, Sicut exaltauit, inquit, Ioan.3.
Moyſes ſerpentē in eremo, ſic oportet exaltari filiū hominis, vt omnis qui crediderit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam. Itáne etiam iſta non clamant?
Tantáne eſt ſurditas in cordibus duris? Fit Paſcha in Exod.12.
occiſione ouis, Occiditur Chriſtus,de quo in euangelio
dicitur, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ioan.1.
Prohibentur qui paſcha faciunt,oſſa frangere: non fran Exo.12.
guntur in cruce oſſa domini: Atteſtatur Euangeliſta
hinc eſſe dictum, Os eius non comminuetis. Sanguine Ioan.19.
illiniuntur poſtes,vt pernicies depellatur: ſignantur ſig- Exo.12.
no dominicæ paſſionis in frontibus populi ad tute-
lā ſalutis. Datur ibi lex quinquageſimo die poſt actū paſ Exo.20.
cha: venit ſpiritus ſanctus quinquageſimo die poſt do- Acto.2.
mini paſſionē. Dicit illic ſcripta lex digito dei: dicit do Exo.31.
minus de ſpiritu ſancto, In digito dei eiicio dæmonia. Luce.11.
Et clamat Fauſtus oculis clauſis, nihil ſe in literis illis
inueniſſe

A inueniſſe, quod ad prænúciationem Chriſti pertineat.
Quid autē mirum, ſi oculos habet ad legendum, & cor
ad intelligendum non habet, qui poſitus ante oſtium
Mat. 7. clauſum diuini ſecreti, non fide pietatis pulſat, ſed ela-
tione impietatis inſultat? Planè ita ſit, ita fiat. Iuſtū enim
Pſalm. 24. eſt, claudatur ſuperbis ianua ſalutis, veniat manſuetus,
quem docet dominus vias ſuas, videat & hæc in illis li-
bris, & cætera, vel omnia, vel quędam, qualia credat in
Ca. XXXI. omnibus. Videat Ieſum introducentem populum in
terram promiſſionis: neque enim hoc temere ab initio
vocabatur, ſed ex ipſa diſpenſatione nomine mutato
Nume. 13. Ieſus appellatus eſt. Videat botrum de terra promiſſio-
Ioſue. 2. nis in ligno pendentem. Videat in Hiericho tanquam
in hoc mortali ſeculo meretricem, de qualibus ait do-
Matth. 21. minus, ꝙ præcedant ſuperbos in regnum cœlorum, per
feneſtram domus ſuæ tanquam per os corporis ſui coc-
cum mittentē: quod eſt vtiq; ſanguinis ſignum, propter
Ioſue. 6. remiſſionem peccatorum confiteri ad ſalutem. Videat
muros ipſius ciuitatis, tanquam munitiones mortales
ſeculi, ſepties circumacta teſtamenti arca cecidiſſe: ſic-
ut nunc per tempora, quæ ſeptem dierum viciſſitudine
dilabuntur, teſtamentum dei circumit toto orbe terra-
B rum, vt in fine temporum mors nouiſsima inimica de-
ſtruatur, & ex impiorum perditione vnica domus tan-
1. Cor. 15. quam vnica eccleſia liberetur, mundata à turpitudine
fornicationis, per feneſtram confeſsionis in ſanguine
Ca. XXXII. remiſſionis. Videat tempora, primo iudicum, poſtea
regū: ſicut erit primo iudicium, deinde poſtea regnum:
inq; ipſis temporibus iudicum, & regum iterum atque
iterum multis & varijs modis Chriſtum & Eccleſiam
Iudicū. 14. figurari. Quis erat in Sampſon obuium leonem necās,
cum petendę vxoris cauſa ad alienigenas tenderet, niſi
Ioan. 16. qui eccleſiam vocaturus ex gētibus dixit: Gaudete, quia
ego vici ſeculum? Quid ſibi vult in ore ipſius leonis oc
ciſi fauus extructus, niſi quia ecce conſpicimus leges ip
ſas regni terreni, quæ aduerſus Chriſtum ante fremue-
rant: nunc iam perempta feritate dulcedini euangelicæ
Iudicum. 4 prędicandę etiam munimenta prębere? Quæ eſt illa mu
lier plena fiduciæ, hoſtis tempora ligno transfigens, ni-
ſi fides Eccleſię cruce Chriſti regna diaboli perimens?
Iudicū. 6. Quid vellus compluto area ſicca, & poſtea complu-
C ta area ſicco vellere, niſi primo vna gens Hebræorum,
habens occulte in ſanctis myſterium dei, quod eſt Chri
ſtus, quo myſterio totus orbis vacuus erat: nunc autem
in manifeſtatione totus orbis id habet, illa vacuata eſt?
Caput XXXIII. Quid iam regum temporibus, vt & inde pauca com-
memorem, nónne ab ipſo exordio cōmutatū ſacerdo-
1. Reg. 2. & 16. tium in Samuëlem, reprobato Heli, & cōmutatum reg-
num in Dauid, reprobato Saüle, clamat pręnūciari no-
uum ſacerdotium, nouumq; regnum, reprobato vetere
quod vmbra erat futuri, in domino noſtro Ieſu Chri-
1. Reg. 21. ſto venturum? Nónne ipſe Dauid, cum panes propoſi-
tionis mādueauit, quos non licebat manducare, niſi ſo
lis ſacerdotibus, in vna perſona vtrunq; futurum: id eſt,
in vno domino Ieſu Chriſto regnum & ſacerdotium
3. Regū. 12. figurauit? Nónne cum decem tribus à templo ſeparatæ
ſunt, & duę derelictę, ſatis indicat quod de tota ipſa gē
Roma. 11. te Apoſtolus ait, Reliquiæ per electionem gratiæ ſaluæ
Caput XXXIIII. factę ſunt? Paſcitur Helias tēpore famis, coruis mane
afferētibus panem, & ad veſperam carnes: & Manichæi
3. Regū. 17. non intelligunt in illis libris Chriſtum, cui quodam
modo ſalutem noſtram eſurienti confitentur peccato-
res fidem, primicias ſpiritus nunc habentes, in fine au-
tē, velut ad veſperā ſeculi, etiam carnis reſurrectionē?
3. Regū. 17. Mittitur Helias paſcendus ad alienigenā viduam, quæ
Tomus ſextus.

volebat duo ligna colligere, priuſquam moreretur: non D
hic ſolo ligni nomine, ſed etiam numero lignorum ſig
nū crucis exprimitur. Benedicitur farina eius & oleum,
fructus & hilaritas charitatis, quę cum impenditur, non *2. Cor. 9.*
deficit. Hilarem enim datorem diligit deus. Heliſęo *Ca. XXXV.*
pueros inſultantes & clamantes, Calue, calue, beſtiæ co- *4. Reg. 2.*
medunt: pueruli ſtulticia deridentes Chriſtum, in loco
Caluarię crucifixum, inuaſi à dęmonibus pereunt. Mit-
tit Heliſæus per ſeruum baculum ſuper mortuum, &
non reuiuiſcit: venit ipſe, coniungit & coaptat ſe morti
eius, & reuiuiſcit. Miſit ſermo dei legē per ſeruum ſuū, *4. Regū. 4.*
nec profuit in peccatis mortuo generi humano, quæ ta
men non ſine cauſa miſſa eſt: ille enim miſit, qui ſciret
eā prius eſſe mittendam, venit ipſe, conformauit ſe no-
bis, factus particeps mortis noſtræ, & viuificati ſumus.
Cùm ſecuribus ligna cæderentur, de ligno ferrum exi- *4. Regū. 6.*
liens, in profundū fluminis merſum eſt, atq; in lignum
deſuper ab Heliſęo proiectum, reuerſum eſt: Ita cū im-
pios Iudęos per corpus operata præſentia Chriſti, tan-
quā infructuoſas arbores cæderet, quia de illo Ioannes
dixerat, Ecce ſecuris ad radices arborū poſita eſt: ab eis *Matth 3.*
interueniente paſſione, corpus ipſum deſeruit in infer- E
ni profunda deſcendens: quo in ſepultura deſuper poſi
to, tanquā ad manubriū ſuum ſpiritu redeunte reſurre-
xit. Quàm multa prætercam breuitatis neceſſitate con-
ſtrictus, norunt qui legunt. Iam ipſa in Babyloniam *Caput*
tranſmigratio, quò etiā ſpiritus dei per Hieremiā Pro- *XXXVI.*
phetā iubet vt pergant, & orent pro eiſipſis, in quorum *Hiere. 29.*
regno peregrinantur, quod in illorum pace etiam pax
eſſet iſtorū: & ædificarent domos, & nouellarēt vineas,
& plātarēt hortos, quis nō agnoſcat quid præfigurauc-
rit, qui attēderit veros Iſraëlitas, in quibus dolus nō eſt,
per Apoſtolicā diſpenſationē cum Euangelico ſacra- *Ioan. 1.*
mento ad regnum gentium tranſmigraſſe? Vnde nobis
Apoſtolus, tanquam Hieremias replicans, dicit, Volo *1. Timo. 2.*
ergo primo omnium fieri deprecationes, adorationes,
interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus ho-
minibus, pro regibus, & his qui in ſublimitate ſunt, vt
quietam & tranquillam vitam agamus, in omni pieta-
te & charitate: hoc enim bonum & acceptum eſt corā
ſaluatore noſtro deo, qui omnes homines vult ſaluos
fieri, & in agnitionem veritatis venire. Ex hoc quippe F
etiā illis credentibus conſtructa ſunt domicilia pacis,
baſilicę chriſtianorum congregationū, nouellatę vineæ *Mat. 13.*
populi fidelium, & plantati horti, vbi etiam inter om-
nia olera granū illud ſinapis regnat, ſub cuius vmbracu
lis, longe lateq; porrectis, etiam altipetax ſuperbia gen-
tium tanquam in cœli volatilibus confugiendo requieſ
cit. Nā ꝙ etiam poſt ſeptuaginta annos, ſecundū eiuſdē *Hiere. 29.*
Hieremię prophetiā, reditur ex captiuitate, & templum *1. Eſdra. 1.*
renouatur: quis fidelis Chriſti non intelligat, poſt euo-
luta tēpora, quę ſeptenarij dierum numeri repetitione
tranſcurrūt, etiā nobis, id eſt, eccleſię dei, ad illam cœle-
ſtē Hieruſalem ex huius ſeculi peregrinatione redeun-
dū? Per quem niſi per Ieſum Chriſtum vere ſacerdotem
magnum, cuius figuram gerebat ille Ieſus ſacerdos mag *Zacha. 3.*
nus illius temporis, quo templum ædificatum eſt poſt
captiuitatē, quem Propheta Zacharias vidit in ſordido
habitu, deuictoq; diabolo, qui ad eius accuſationem ſta
bat, ablatam illi ſordidam veſtem, & datum indumen-
tum honoris & gloriæ: ſicut corpus Ieſu Chriſti, quod
eſt Eccleſia, aduerſario in fine temporum per iudicium
ſuperato, à luctu peregrinationis in gloriā ſempiternæ
ſalutis aſſumitur. Quod etiam in Pſalmo dedicationis *† planctum*
domus apertiſſime canitur, Conuertiſti luctum † in gau- *Pſal. 29.*
h iij dium

G dium mihi, concidiſti ſaccum meum, & accinxiſti me
lætitia, vt cantet tibi gloria mea, & non compungar.

Caput XXXVII. Quis poteſt ex occaſione alterius operis, omnia quæ
in illis veteribus legis & Prophetarum libris figurate
Chriſtum annunciant, quantalibet breuitate perſtrin-
gere, niſi forte quis putat ingenio fieri, vt ea quæ rerum
ordine per ſua tempora cucurrerunt, ad Chriſti ſignifi-
cationes interpretando vertantur? Hoc forte Iudæi poſ
ſunt dicere, ſiue Pagani, eis autem qui ſe Chriſtianos pu
tari volunt, premit ceruicem Apoſtolica authoritas, di-
1. Cor. 10. cens, Omnia hæc in figura contingebant illis, & hæc
Gala. 4. omnia figuræ noſtri fuerunt. Nã ſi Hiſmaël & Iſaac ho
mines nati, duo teſtamenta ſignificant, quid credẽdum
eſt de tot factis, quæ nullo naturali vſu, nulla negocij
neceſſitate facta ſunt? Nihilne ſignificãt? Si quis noſtrũ,
qui Hebræas literas ignoramus, id eſt, ipſos vocum cha
racteres, videret eas in pariete cõſcriptas, honorato ali-
quo loco: quis eſſet tam excors, vt eo modo pictum pa-
rietem putaret, ac non potius intelligeret ſcriptum: vt ſi
legere nõ valeret, nõ tamen illos apices aliquid ſignifi-
H care dubitaret? Ita prius illa omnia, quæ ſunt in vetere
inſtrumento ſcripturarum ſanctarum, quiſquis nõ per-
uerſo animo legerit, ſic oportet moueatur, vt aliquid ea
Caput XXXVIII. ſignificare non ambigat. Verbi enim gratia, nũquid
ſi oportebat adiutorium viro fœminam fieri, etiã hoc
Gene. 2. neceſſitas vlla cogebat, vel vlla ſuadebat vtilitas, vt de
Gene. 6. dormientis latere fieret? Si cauſa euadendi diluuij opus
De ci. dei. li. 15. c. 26. erat fabricari arcam, quid opus erat menſuras eius, aut
ipſas potiſsimum fieri, aut etiam ſcriptis ad religionem
poſteritati propagandus cõmemorari? Si propter genus
reparandum animalia includi oportebat, quid opus e-
rat illo potiſſimum numero ſeptena de mũdis, bina de
immundis? Aditũ ad arcam fieri neceſſitas vtiq; coge-
Gene. 7. bat. In latere autem fieri, vel etiam memoriæ commen-
Gene. 22. dari per literas, quid cogebat? Immolari filium iubetur
Abraham, iuſſus hoc fuerit, vt eius obedientia tali etiam
examine probata, poſteris innoteſceret: conuenientius
ligna portauerit filius, ne pater ſenexq; portaret. Nõ ſit
poſtea filium ferire permiſſus, ne orbitate grauiſſima ſe
feriret: nunquid etiam ſi nullo effuſo ſanguine redire-
tur, minus eſſet probatus Abraham? Aut ſi iam opus erat
perfici ſacrificium, etiám ne vt ille aries in vepre adhæ-
I rens cornibus appareret, ad vllum augmẽtum victimæ
pertinebat? Sic omnia cum conſiderantur, & quaſi ſu-
perflua neceſſariis cõtexta inueniuntur, admonent hu-
manum animum: id eſt, animum rationalem, prius ali-
quid ſignificare, deinde quid ſignificent quærere.

Caput XXXIX. Itaq; etiam ipſi Iudæi, qui Chriſtum, cuius paſſionem
nos agnouimus, illi derident, nolunt talibus rerum, non
tantum dictarum, ſed etiam geſtarum figuris prænun-
ciatum videri, coguntur à nobis diſcere quid illa ſigni-
ficent, quæ nobis aliquid ſignificare concedunt: tamen
Philo. diuinæ authoritatis libros ab ineptarũ fabularum igno
minia non defendunt. Vidit hoc Philo quidã, vir libe-
raliter eruditus, vnus eorum, cuius eloquium Græci Pla-
toni æquare nõ dubitant: & conatus eſt aliqua interpre-
tari, non ad Chriſtum intelligendum, in quem non cre
diderat, ſed vt inde magis appareret quantum interſit,
vtrũ ad Chriſtum referas omnia, propter quem vere ſic
dicta ſunt, an præter illum quaslibet coniecturas quoli-
2. Cor. 3. bet mentis acumine perſequaris: quãtumq; valeat quod
Apoſtolus ait, Cum tranſieris ad dominum, auferetur
velamen. Vt enim quidam eiuſdem Philonis comme-
morẽ, arcam diluuij ſecundum rationem humani cor-
poris fabricatam volẽs intelligi, tanquam membratim
omnia pertractabat. Cui ſubtiliſſime numerorum etiã K
regulas cõſulenti, congruenter occurrebãt omnia, quæ
ad intelligendum Chriſtum nihil impedirent: quoniá
in corpore humano etiam ille humani generis Salua-
tor apparuit: nec tamen cogerent, quia corpus humanũ
eſt vtiq; & hominum cæterorum. At vbi ventum eſt ad
oſtium, quod in arcæ latere factum eſt, omnis humani
ingenij cõiectura defecit. Vt tamen aliquid diceret, in-
feriores corporis partes, quibus vrina & fimus egerun-
tur, illo oſtio ſignificari auſus eſt credere, auſus & dice-
re, auſus & ſcribere. Non mirum, ſi oſtio non inuẽto ſic
errauit. Quòd ſi ad Chriſtũ tranſiſſet ablato velamine, *2. Cor. 3.*
ſacramenta Eccleſiæ manantia ex latere hominis illius *Ioan. 19.*
inueniſſet: nam quia prædictũ eſt, Erunt duo in carne *Gene. 2.*
vna, propterea in arca quædã ibi ad Chriſtũ, quædã ve-
ro ad Eccleſiam referuntur, quod totum Chriſtus eſt.
Sic & in cæteris interpretationibus figurarum per vni-
uerſum textũ diuinæ ſcripturæ licet conſiderare, & cõ-
parare ſenſus eorum, qui Chriſtũ ibi intelligunt: & corũ
qui præter Chriſtum ad alia quælibet ea detorquere co
nantur. Nec Pagani nobis in hoc obſtrepunt: neque *Cap. XL.*
enim audent contradicere, ne illa non ſolum dicta, ſed L
etiam facta figurate accepta interpretemur ad Chriſtũ
intelligendum: præſertim quia ea quæ prænunciata in-
telligimus, etiam demonſtramus impleta: cum fabulas
ſuas vt aliquo modo cõmendent, ad neſcio quas phy-
ſiologias vel theologias, id eſt, rationes naturales, vel
diuinas, interpretando referre conentur: ex parte planè
ſatis indicantes qualia ſint, ex parte autem diſſimulan-
tes, dum ea rident in theatris, quæ venerantur in tem-
plis, in turpitudine nimium liberi, in ſuperſtitione ni-
mium ſerui. Nobis autem quiſquis dixerit, non ideo *Cap. XLI.*
illa vel geſta, vel ſcripta, vt Chriſtus in eis intelligatur:
excepta ipſa tanta conſonantia rerum præfiguratarum,
& nunc impletarum, aliis præſagiis Propheticis apertis
manifeſtisq; ferietur: ſicuti eſt illud, In ſemine tuo bene- *Gene. 22. 26. & 28.*
dicentur omnes gentes. Hoc dictum eſt ad Abraham,
hoc ad Iſaac, hoc ad Iacob. Vnde non immerito dicit,
Ego ſum deus Abrahã, & deus Iſaac, & deus Iacob: cõ- *Exo. 3.*
pleturus vtiq; in benedictione omnium gẽtium, quod
ex eorũ ſemine promiſit. Nec immerito ipſe Abraham, *Gene. 24.*
cum eius ſeruus ei iuraſſet, ſub femore ſuo iuſſit eum po
nere manũ, ſciens inde venturam carnẽ Chriſti, in quo M
benedici omnes gentes, non nunc prænunciamus, ſed
quod tunc prænunciatum eſt, nunc videmus. Vellem *Cap. XLII.*
ſcire, imò melius neſcierim qua cæcitate animæ legerit
Fauſtus, vbi vocauit Iacob filios ſuos, & dixit, Congre- *Gene. 49.*
gamini vt annunciem vobis quæ occurſura ſunt vobis
in nouiſſimis diebus: congregamini & audite filij Ia-
cob, audite Iſraël patrem veſtrum. Hic certe nemo du-
bitat prophetãtis perſonam eſſe dilucidatã. Audiamus
ergo quid dicat filio ſuo Iudæ, de cuius tribu Chriſtus
venit ex ſemine Dauid ſecundum carnem, ſicut Apo-
ſtolica doctrina teſtatur. Iuda, inquit, te laudabunt fra-
tres tui, manus tuæ ſuper dorſa inimicorum tuorũ, ado
rabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda de germi-
natione filius meus * aſcendiſti, recumbens dormiſti vt **al. fili mi.*
leo, & vt catulus leonis, quis ſuſcitabit eum? Non deerit
princeps ex Iuda, & dux de femoribus eius, donec ve-
niant quæ repoſita ſunt ei: & ipſe expectatio gentium,
alligans ad vineam pullum ſuum, & cilicio * pullum aſi **al. funiculo.*
næ: lauabit in vino ſtolã ſuam, & in ſanguine vuæ ami-
ctum ſuum: fulgentes oculi eius à vino, & dentes candi
diores lacte. Falſa ſint iſta, obſcura ſint iſta, ſi nõ in Chri *De ci. dei. li. 16. c. 41.*
ſto euidentiſſima luce claruerunt: ſi non eũ laudant fra

tres

A tres eius Apoſtoli,& omnes cohæredes eius ,non ſuam
gloriam quærentes,ſed ipſius: ſi non ſunt manus eius ſu
per dorſa inimicorum eius : ſi non deprimuntur atque
curuantur ad terram creſcentibus populis Chriſtianis,
quicũq; illi adhuc aduerſantur : ſi non eum adorauerũt
filij Iacob in reliquiis, quæ per electionem gratiæ ſaluæ
factæ ſunt : ſi non ipſe catulus eſt leonis , qui naſcendo
paruulus factus eſt , propter hoc additum,de germina-
tione filius meus, Cauſa quippe reddita eſt quare catu-
Prouer.30. lus,in cuius laude alibi ſcriptum eſt,Catulus leonis for-
tior iumẽtis: hoc eſt,etiam paruulus fortior maioribus:
Ioan. 19. ſi non aſcendit in crucerecumbens, cùm inclinato ca-
pite reddidit ſpiritum : ſi non dormiuit vt leo , quia &
in ipſa morte non eſt victus, ſed vicit:& vt catulus leo-
nis, inde enim mortuus, vnde & natus: ſi non ille eum
ſuſcitauit à mortuis , quem nemo hominum vidit, nec
1.Timo. 6. videre poteſt.Eo enĩ quod dictũ eſt,Quis ſuſcitabit eũ?
ſatis expreſſa eſt tãquã ignoti ſignificatio.Si defuit pri-
ceps ex Iuda,& dux de femoribus eius, donec venirent
B opportuno tẽpore,quę promiſſa tanquam repoſita fue-
rant. Sũt enim literæ certiſsimæ hiſtorię ipſorũ quoque
Matth.2. Iudęorũ, quibus oſtẽditur primũ alienigenã Herodem
regem fuiſſe in gẽte Iudęorũ,quo tempore natus Chri-
ſtus eſt. Ita non defuit rex de ſemine Iuda, donec veni-
rent quæ repoſita erant illi.Sed quia non ſolis Iudæis fi-
delibus profuit quod promiſſum eſt , vide quid ſequa-
tur,Et ipſe expectatio gẽtium. Ipſe alligauit ad vineam
pullum ſuum,id eſt,populum ſuum in cilicio prædicãs
Matth. 4. & clamans, Agite pœnitentiam, appropinquauit enim
regnum cœlorum. Populum autem gentium illi ſubdi-
tum cognoſcimus, pullo aſinæ comparatum,in quo et-
Mat.21. iam ſedit ducẽs eum in Hieruſalem, id eſt,in viſionem
pacis, docens manſuetos vias ſuas.Si non lauit in vino
Ephe. 5. ſtolam ſuam, ipſa eſt enim glorioſa Eccleſia, quam ſibi
exhibet , non habentem maculam aut rugam.Cui dici-
Eſa.1. tur etiam per Eſaiã, Si fuerint peccata veſtra ſicut phœ-
nicium,tanquam niuem dealbabo. Vnde niſi de dimiſ
ſis peccatis ? In quo ergo vino niſi illo de quo dicitur,
quod pro multis effundetur in remiſſionem peccato-
Matth.26. rum ? Ipſe eſt enim botrus ille qui pependit in ligno.
Nume.13. Propterea & hic vide quid adiũgat,Et in ſanguine vuę
C amictum ſuũ . Iam vero fulgere oculos eius à vino, illa
in corpore eius mẽbra cognoſcunt , quibus donatũ eſt
ſancta quadam ebrietate alienatæ mentis ab infra labẽ-
tibus temporalibus , æternam lucem ſapientiæ contue-
ri . Vnde quiddam pauloante cõmemorauimus dicẽte
2.Cor.5. Paulo,Siue enim mente exceſsimus, deo.Hi ſunt fulgẽ-
tes oculi à vino . Sed tamen quia ſequitur, Siue tempe-
1.Cor.3. rantes ſumus, vobis:nec paruuli relinquuntur adhuc la
Heb. 5. cte nutriendi , quia & hic ſequitur,Et dentes candidio-
Ca. XLIII. res lacte. Quid ad hæc reſpondetis inſani ? Nempe
iſta manifeſta ſunt,nempe omnes,non dico calumnias
contradictionis,ſed etiam nebulas dubitationis expel-
lunt . Talia quęrite primo in illis libris , talibus primo
credite,quæ nũc à me nec omnia cũmemorari poſſunt,
quia nimium eſt:nec multa,quia longum eſt:nec pauca
vellem,ne ſola exiſtimentur ab eis qui illa non legunt.
Et ne fidelis ac diligens lector me reprehẽdat, cũ plura
euidentiora repererit,ꝙ iſta potiſſimum poſuerim quæ
mihi occurrere in pręſentia potuerunt:inuenietis enim
multa quæ omnino nec tali ſaltem indigeant admoni-
tione,quali modo vſus ſum in verbis Iacob.Quis enim
iam quærat expoſitorem dũ legit , Velut ouis ad victi-
Eſa.53. mam ductus eſt:& omnia quæ illic multipliciter & eui-
denter dicuntur, Quia liuore eius ſanati ſumus: & pec-

cata noſtra ipſe portauit ? Quis non quaſi Euangelium D
cantari arbitretur, Foderũt manus meas & pedes, di- Pſal.21.
numerauerũt omnia oſſa mea.Ipſi vero cõſiderauerunt
& conſpexerunt me, diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, &
ſuper veſtimentũ meum miſerunt ſortem?Quis niſi ni-
mium cęcus iam impleri non cernat , Cõmemorabun-
tur & conuertentur ad dominum vniuerſi fines terræ,
& adorabũt in conſpectu eius vniuerſæ patrię gentiũ?
Quid illud in Euangelio , Triſtis eſt anima mea vſque Mat. 26.
ad mortẽ: &, Nũc anima mea turbata eſt? Nonne prius Ioan. 12.
in Pſalmo ſonuit,Dormiui conturbatus?Et vnde factũ Pſalm. 56.
eſt vt dormiret?Quorũ vocibus acclamatum eſt, Cruci Luc. 23.
fige,crucifige?Nonne & in Pſalmo ſecutus pręnunciat, Pſal. 56.
Filij hominũ dentes eorum arma & ſagittæ , & lingua
eorũ gladius acutus?Quid autem fecerunt, quid nocue-
runt reſurrecturo,& ſuper cœlos aſcenſuro,& totũ orbẽ
terrarũ gloria ſui nominis poſſeſſuro? Vide vtrum hoc
Pſalmus tacuerit : ſequitur enim , Exaltare ſuper cœlos
deus,& ſuper omnem terram gloria tua. Quis vnquam Pſalm.2.
de Chriſto dictũ dubitauit,Dominus dixit ad me,filius
meus es tu,ego hodie genui te: poſtula à me,& dabo ti- E
bi gentes hęreditatem tuam,& poſſeſsionem tuã termi
nos terræ?Quis aliũ intelligere permiſſus eſt,vbi Hiere-
mias dicit,nimirum de ſapientia,Tradidit illam Iacob Baruch.3.
puero ſuo , & Iſraël electo ſuo : Poſt hæc in terris viſus
eſt,& cum hominibus conuerſatus eſt? Quis non eun Ca. XLIIII
dem ſaluatorem agnoſcat apud Danielẽ, cum antiquo Danie.7.
dierũ offertur filius hominis, & accipit regnũ ſine fine,
vt ſeruiant ei omnes gentes? Iam vero ſi locũ illũ quem
cõmemorauit dominus ex eiuſdẽ Danielis prophetia, Daniel.9.
Cũ videritis abominationẽ vaſtationis † quę dicta eſt à Mat.24.
Daniele, ſtantem in loco ſancto,qui legit intelligat, & †deſolatio-
ſi ſupputatis etiam temporibus hebdomadum , ille nu- nis.
merus pertractetur,non ſolum Chriſtus,ſed etiam tem-
pus reperitur, quo eum oportuit venire paſſurum.Quã-
quam & ſine computatione temporum,manifeſtis rerũ
effectibus Iudęos vrgere ſoleamus, cũ quibus nobis,nõ
vtrum in Chriſto ſit ſalus noſtra : ſed vtrum iam vene-
rit paſſusq; fuerit diſceptatio eſt . Conuincuntur autem
rebus ipſis apertiſſimis, non ſolum de fide omniũ gen-
tiũ,quas ei ſeruituras eadem cui cedere†coguntur,ſcrip †al.crede-
tura prædixit , quæ ita clareſcit toto orbe terrarum , vt re.
omnium tergiuerſantium oculos feriat : verumetiã de F
his quę in ipſa Iudęorum gente iam facta ſunt,ꝙ ſacra-
riũ euerſum eſt, ꝙ ceſſauit hoſtia,& ſacerdos,& vnctio
priſtina , quę omnia Daniel tunc pręnunciauit futura, Danie.9.
quando vngi ſanctum ſanctorum liquide prophetauit.
Cum igitur illa omnia iam facta ſint,exigitur ab eis et-
iam vnctus ſanctus ſanctorum , & quid reſpondeant
non inueniunt . Quo modo autem nobiſcum , non de
Chriſto, ſed tantum de aduentu eius diſceptarent, niſi
bene noſſent eum in ſuis libris prophetatũ?Cur à Ioan-
ne quærunt , vtrum ipſe ſit Chriſtus ? Cur ipſi domino Ioan. 1.
dicunt,Quamdiu animam noſtram tollis,ſi tu es Chri- Ioan. 10.
ſtus dic nobis palàm ? Cur Petrus & Andreas & Phi-
lippus dicunt Nathanaëli, Inuenimus Meſsiam : quod Ioan. 1.
interpretatur Chriſtus, niſi quia hoc nomen in illa gen
tè per illas literas , & ſciebatur , & expectabatur ? Nam
nulla alia gens reges & ſacerdotes ſuos Chriſtos habuit
& vocauit , quorum ſignificatiuam vnctionem ceſſare 1.Reg. 10.
fas non fuit,niſi cum ille veniſſet, qui in eis prænuncia- Exo.29.
batur . Sic enim Iudæi nouerant illos Chriſtos ſuos, vt
tamen vnũ ſperarent , per quem demum liberarentur:
ſed excęcati occulta iuſticia dei,dũ ſolam eius virtutem
cogitant , infirmitatem , in qua pro nobis mortuus eſt,

G non intellexerunt. Hinc illa verba in libro Sapiẽtiæ de
Sapien. 2. illis prædicta cognoſcimus, Morte turpiſſima condem
nemus illum: erit enim reſpectus in ſermonibus illius,
ſi vere filius dei eſt, ſuſcipiet illum, & liberabit illum de
manibus contrariorũ. Hæc cogitauerunt & errauerunt,
excęcauit enim illos malicia illorũ. Quod etiã de iſtis
veriſſime dici poteſt, qui in tanta multitudine teſtimo-
niorum, in tanta diſpoſitione prænunciatarum rerum,
in tanta manifeſtatione completarum, adhuc dicunt
ſcripturis illis Chriſtum non eſſe prophetatum, Quod
ſi iterum atq; iterum dicant, nos iterum atq; iterum poſ
ſumus documenta proferre, adiuuante illo qui tanta[in
copiam] præbuit aduerſus calumnias erroris humani,
Cap. XLV. vt ea quę iam commemorauimus, non repetamus. Iã
porrò aliam Fauſti tergiuerſationem quam credo cũ &
ipſe pręclariſſima prophetię luce percuteretur, callidiſ-
ſimam ſe inueniſſe arbitratus eſt, etiam refellere piget,
ne propterea putetur aliquid dixiſſe, quia ei reſponderi
dignum habitum eſt. Quis enim dementiſſimus dice-
†cœternis. ret, inertis† eſſe fidei, de Chriſto ſine teſte non credere?
H Vellem mihi iſti reſponderent, cui nam de Chriſto ipſi
Matth. 3. credidiſſent, an illam vocem de cœlo audierunt, Hic
& 17. eſt filius meus: Ei quippe voci potius Fauſtus nos iubet
credere, qui de Chriſto nõ vult teſtibus hominibus cre
di, quaſi ad nos etiã eiuſdem vocis noticia ſine homine
teſte peruenerit, cum & manifeſtum ſit ſic eam perue-
Roma. 10. niſſe, & Apoſtolus dicat, Quo modo autẽ inuocabunt,
in quẽ non crediderunt? Aut quo modo credẽt ei quẽ
nõ audierunt, Quo modo autẽ audient ſine prædican-
te? Aut quo modo prædicabunt, ſi non mittantur? Sicut
ſcriptũ eſt: Quàm ſpecioſi eorum pedes qui annunciãt
pacẽ, qui annunciãt bona. Videtis certe quemadmodũ
prędicationẽ doctrinæ Apoſtolicæ, propheticum teſti-
monium comitetur. Vt enim non cõtemnerẽtur, neq;
fabuloſa ducerentur quę apoſtoli annunciabãt, demon
ſtrabantur hęc à Prophetis ante fuiſſe prędicta: quia etſi
atteſtabãtur miracula, non defuiſſent, ſicut etiam nunc
adhuc quidam muſsitant, qui magicę potentiæ cuncta
illa tribuerent, niſi talis eorum cogitatio, conteſtatione
I prophetica vinceretur. Magicis enim artibus longe an-
tequam naſceretur, Prophetas ſibi conſtituere à quibus
prænunciaretur, nemo vtique diceret. Sed videlicet
vetat nos Fauſtus de vero Chriſto Hebræis Prophetis
teſtibus credere, qui de falſo Chriſto Perſarum errori-
Caput bus credidit. Verum diſciplina catholica propterea
XLVI. ſimplici fide prius nutriri oportere docet mentem chri
ſtianam, vt eam capacem faciat ad intelligenda ſuper-
Eſa. 7. na & æterna. Sic etenim & Propheta dicit, Niſi credi-
deritis, non intelligetis. At ea ipſa eſt ſimplex fides, qua
Ephe. 3. credimus antequam cognoſcamus ſupereminentem
ſcientiam charitatis Chriſti, vt impleamur in omnem
plenitudinẽ dei, non ſine cauſa diſpenſationem humi-
litatis eius, qua humanitus natus & paſſus eſt, à Prophe-
tis per propheticã gentem, per propheticum populum,
per propheticum regnum tanto ante prædictam: niſi
1. Cor. 1. quia in illa ſtulticia quę ſapientior eſt hominibus, & in
illa infirmitate, quę fortior eſt hominibus, magnum ali-
quid latet ad iuſtificationẽ & glorificationem noſtrã.
Coloſſ. 2. Et ibi ſunt omnes theſauri ſapientię & ſcientię abſcon
diti, qui nulli aperiuntur, ſi ſibi per maternam carnem
traiectũ cibũ: id eſt, per Apoſtolica & prophetica vbera
lactis alimenta contempſerit: & tanquam infantilem
victum quaſi prægrandi ętate faſtidiens, prius in vene-
na hęreticorum, q̃ in ſapientiæ cibum, cui ſe idoneum
temere arbitrabatur, irruerit: Non ergo quod dicimus
neceſſariam ſimplicem fidem, contrarium eſt ei quod K
dicimus, vt Prophetis credatur: magis enim ad hoc per
tinet, vt Prophetis credatur, priuſquam purgata & ro-
borata mente poſſit intelligi, qui per Prophetas ſic lo-
quebatur. At enim ſi Chriſtum prophetauerunt, non *Caput*
digne, neq; congruenter ſua prophetatione vixerunt. *XLVII.*
Vnde hoc ſcitis? An quid ſit vel bene, vel male viuere,
iudicare vos poteſtis, quorum iuſticia eſt, potius ſuccur
rendum eſſe meloni non ſentienti, vt eum vos mandu-
cetis, q̃ mendico eſurienti, vt manducandum aliquid
detis? Catholicis autem paruulis, antequam ſciant quæ
ſit animę humanæ perfecta iuſticia, & quantum interſit
inter ipſam, cui ſuſpiratur & iſtam qua hic viuitur, ſuffi-
cit de illis viris hoc exiſtimare, quod commendat Apo
ſtolicæ doctrinę ſanitas, quia iuſtus ex fide viuit. Credi- *Roma. 1.*
dit autem Abraham deo, & deputatum eſt illi ad iuſti- *Gene. 15.*
ciam. Præuidens enim ſcriptura, quia ex fide iuſtificat *Gene. 3.*
gentes deus, prænunciauit Abrahę, dicens, Quia in ſe- *Gene. 26.*
mine tuo benedicentur omnes gentes. Apoſtoli verba
ſunt. Ad cuius tam claram, tamq; omnibus notiſſimam
vocem, ſi à veſtris fallaciſsimis ſomniis euigilaretis, ſe- L
queremini veſtigia patris veſtri† Abraham, & in eius ſe- *†al. noſtri.*
mine benediceremini cum omnibus gẽtibus. Ipſe enim
accepit, ſicut dicit Apoſtolus, ſignum circuncиſionis, ſig *Roma. 4.*
naculum iuſticię fidei, quę eſt in prępucio, vt ſit pater
omnium credentium per prępucium, vt deputetur illis
ad iuſticiam: vt ſit pater circunciſionis, non his ſolum
qui ex circunciſione ſunt, ſed & iis qui ſequuntur veſti-
gia, quę eſt in prępucio fidei patris noſtri Abraham. Cu
ius ergo iuſticia fidei nobis ad exẽplum imitanda pro-
poſita eſt, vt & nos iuſtificati ex fide, pacem habeamus
ad deum, intelligere debemus quemadmodum vixerit,
non reprehendere: ne ante per abortum labamur ex v-
tero matris Eccleſię, q̃ per ſtabilem conceptum forma-
ti perfecti naſcamur. Hoc Fauſto pro moribus Patri- *Caput*
archarum & Prophetarum ex voce paruulorũ noſtro- *XLVIII.*
rum breuiter reſponderim: inter quos & meipſum de-
putauerim, dum tamen non reprehendam vitam ſan-
ctorum antiquorum, etiam ſi non intelligam q̃ myſtice
vixerint: quorum vitam nobis laudabiliter Apoſtoli
Euangelio ſuo prędicarunt, ſicut illi ſua prophetia futu
ros Apoſtolos prædixerunt, vt clament ad ſe inuicem
duo teſtamenta, ſicut duo Seraphin, Sanctus, ſanctus, M
ſanctus dominus deus ſabaoth. Cum vero cœperit Fau *Eſa. 6.*
ſtus Patriarchas & Prophetas non generali atque inde-
finita reprehẽſione, ſicut hic fecit, ſed proprie facta eo- *Infra li. 22*
rum commemorando criminari, adiuuabit me domi-
nus deus eorum, qui eſt etiam noſter, vt ad ſingula con-
gruenter apteq; reſpondeam. Nunc vero illos homines
Fauſtus Manichęus vituperat, Paulus autem Apoſtolus
laudat, eligat quiſq; cui credat.

Libri duodecimi finis.

LIBER DECIMVSTERTIVS.

FAuſtus dixit, Quo modo Chriſtum *Cap. I.*
colitis, Prophetas repudiantes, quo-
rum ex præſagiis accipitur fuiſſe
venturus? Chriſtum quidem no-
ſtrum, id eſt, filium dei, Hebręorum
aliquos annũciaſſe Prophetas, neſ-
cio an probare quis poſſit, cum res
cœperit examinari. Veruntamen etiam ſi hoc ita ſe ha-
beat, quid ad nos? Illos manet hæc reprehenſio, qui ex
Iudaiſmo forte ad chriſtianiſmũ conuerſi ſub teſtimo-
niis

A niis, vt perhibes Prophetarum, poſtea neglexerint eos,
vt beneficiorum ingrati. Porrò autem nos natura gen-
Ephe.2. tiles ſumus,id eſt quod Paulus præpuciũ vocat, ſub alia
nati lege,& prefatoribus aliis, quos grntilitas vates ap-
pellas:atq; ex his poſtea ſumus ad Chriſtianiſmum con
uerſi: non ante effecti Iudæi, vt merito Hebraicorum
Prophetarum ſequeremur fidem, eũtes ad Chriſtianiſ-
mum,ſed ſola exciti fama, & virtutum opinione,atque
ſapientia liberatoris noſtri Ieſu. Vnde ſi mihi adhuc in
paterna religione moranti,prędicatnr aduenieus,Chri
ſtum vellet ex Prophetis inſinuare,hunc ergo protinus
dementem putarem,qui gentili mihi, & longe alterius
religionis homini de magis dubiis dubia conaretur a-
ſtruere. Quid ergo opus erat,niſi vt ante Prophetis mi-
hi credendum eſſe perſuaderet, & tunc per Prophetas
Chriſto: Quod ipſum vt fieret, opus item erat alis Pro-
phetis,qui pro iſtis facerent fidẽ,Quapropter ſi tu Chri
ſtum per Prophetas accipiendum putas, Prophetas per
quem accipies? An dicturus eris per Chriſtum,vt viciſ-
ſim, id eſt,vt alter alterum commendet,Chriſtus Pro-
phetas, & Prophetæ Chriſtum? Sed Paganus vtriuſque
B eorum conditione liber, nec Prophetis de Chriſto di-
centibus crederet,nec Chriſto de Prophetis. Ita totum
nulli alij,q̃ ſuæ fidei debet,quicũq; fit ex gentibus Chri-
ſtianus. Atq; vt exemplo fiat id,quod dicimus, apertius,
ponamus aliquem nunc à nobis catechizari gentilem,
cui aſſidentes dicamus, Crede Chriſto,quia deus eſt. Il-
le vero, Vnde hoc mihi probatis dicat: & nos reſpon-
dentes dicamus, ex Prophetis. Rurſum illo quærente,
quibus Prophetis: nos reſpondeamus, Hebræis. Atq; ille
ſubridens dicat, Sed his minime credo. Nos autem reſ
pondeamus, Quid q eos Chriſtus confirmat? Idem ve-
rò multo magis ridens, dicat, quid quod ego nec ipſi
credo? Quid fiet,his ita tranſactis,nonne hærebimus,&
ille riſis nobis tanquã imprudentibus,remeabit ad ſua?
Ita nihil,vt dixi, Eccleſię Chriſtianę Hebræorum teſti-
monia conferunt, quæ magis conſtat ex gentibus q̃ ex
Iudæis. Sanè ſi ſunt aliqua, vt fama eſt, Sibyllę de Chri-
ſto præſagia, aut Hermetis, quem dicunt trimegiſtum,
aut Orphei,aliorumq; in gentilitate vatum, hæc nos ali
quanto ad fidem iuuare poterunt, qui ex gentibus effi-
cimur Chriſtiani. Hebræorum vero teſtimonia nobis
etiam ſi ſint vera,ante fidem inutilia ſunt,poſt fidem ſu
peruacua: quia ante quidem eis credere nõ poteramus,
C nunc vero ex ſuperfluo credimus. Auguſtinus reſpõ-
Cap. II. dit, Proſit hoc nobis loco ad breuitatem reſpondendi
ſuperior tam prolixa reſponſio. Puto enim iam qui il-
lam legerit,ridet iſtum talia delirantem,& adhuc dicẽ-
tem, Chriſtum filium Dei Hebræos non prænunciaſſe
Exo.29. Prophetas: in qua ſola gẽte nomen ipſum quod dicitur
1.Regũ.10. Chriſtus, & in rege,& in ſacerdote ſacratiſſimum fuit:
Daniel.9. nec inde ſublatum, antequam ipſe veniſſet, qui in illis
figurabatur. Reſpondeant autẽ ipſi, Chriſti nomen vn-
de didicerint? Si à Manichæo, quæro,ipſi Manichæo
quo modo crediderint,vt alios taceam, homines Afri,
homini Perſę: cum Fauſtus reprehendat Romanos, &
Græcos, vel alias gentes, ſi Hebræis Prophetis tãquam
alienigenis de Chriſto crediderint: dicatq; illis accom
modatiora eſſe vaticinia Sibyllæ & Orphei, vel ſi qua
forte alia ſunt vatum gẽtilium, vt credatur in Chriſtũ:
nec attendat in nullis Eccleſiis illa recitari,cum Hebręi
Prophetæ in omnibus gentibus clareant, atq; ad Chri-
ſtianam ſalutem tanta fidelium examina adducant. Di
cere autem non eſſe aptam gẽtibus Hebræam prophe-
tiam, vt credant in Chriſtum, cum videat omnes gen-
tes per Hebræam prophetiam credere in Chriſtum, ri- D
dicula inſania eſt. Diſplicet vobis talis Chriſtus,qua- *Cap. III.*
lis per Hebręos prænunciatus eſt: & tamen omnes po-
puli gẽtium, apud quos Hebræam prophetiam nullum
pondus authoritatis habere arbitramini,in talem Chri
ſtum credunt, qualis per Hebręos prænunciatus eſt: ac-
cipiendo ſcilicet Euangelium, quod deus ante promi-
ſerat,ſicut apoſtolus cõmemorat,per Prophetas ſuos in
ſcripturis ſanctis de filio ſuo,qui factus eſt ei ex ſemine *Roma. 1.*
Dauid ſecũdum carnem. Vnde Propheta Eſaias dixit,
Erit radix Ieſſe,qui exurget regnare in gentibus: in eum
gentes ſperabunt: &, Ecce virgo concipiet, & pariet fi- *Eſa.11.*
lium,& vocabunt nomen eius Emmanuel,quod inter- *Roma.15.*
pretatur, nobiſcum deus: ne putent iſti hominem tan- *Eſa. 7.*
tummodo Chriſtum ab Hebręis Prophetis pręnuncia- *Matth.1.*
tum: hoc enim videtur tetigiſſe Fauſtus, cum ait Chri-
ſtũ quidem noſtrum filium dei,quaſi Hebræi Chriſtum
ſuũ non filium dei dicerent. Ecce nos oſtendimus deũ
Chriſtũ virginis filium ex Hebręa prophetia: nam vtiq;
& Iudæi carnales, ne hoc ſolum putarẽt eſſe Chriſtum,
quod propter nos factus eſt homo ex ſemine Dauid,
admonet eos ipſe dominus ex prophetia eiuſdẽ Dauid, E
quęrens ab eis,quid eis videretur de Chriſto,cuius eum *Mat. 22.*
eſſe dicerent filium, Qui cum reſpondiſſent, Dauid: ne
hoc ſolum,vt dixi,putaretur,& non reſpicerent ad Em
manuel,quod eſt interpretatũ,nobiſcũ deus: Et quo mo
do,inquit,ipſe Dauid,in ſpiritu dicit eum dominũ,Di- *Pſal. 109.*
xit dominus domino meo,ſede ad dexterã meam,do-
nec ponam inimicos tuos (ſub pedibus tuis) ſcabellum
pedum tuorum? Ecce,inquam,nos oſtendimus Hebręa
prophetia Chriſtum Deum, vos oſtẽdite aliquam pro-
phetiam veſtram, vnde nomen Chriſti didiceritis.

Manichæus enim veſter non fuit Propheta venturi *Cap. IIII.*
Chriſti, Apoſtolum quippe eius ſe dicit, impudentiſſi-
ma quidem fallacia: nam conſtat non ſolum poſt Ter-
tullianum, verumetiam poſt Cyprianum hãc hæreſim
exortam. Omnes tamen eius Epiſtolę ita exordiuntur,
Manichęus Apoſtolus Ieſu Chriſti. Huic vos de Chri-
ſto quare credidiſtis? Quẽm nã teſtẽ vobis ſui apoſto- *Contra epi-*
latus adduxit,nomenq; ipſum Chriſti, quod nõ ſcimus *ſtolam Ma-*
niſi in regno Iudæorum in ſacerdotibus & regibus in- *nicha. c.5.*
ſtitutum: vt non ſolum ille aut ille homo,ſed vniuerſa
ipſa gens,totũq; regnum Propheta fieret Chriſti, Chri-
ſtianiq; regni: cur iſte inuaſit, cur vſurpauit,qui Prophe- F
tis Hebræis vos vetat credere, vt vos falſi Chriſti falla-
ces diſcipulos, falſus & fallax Apoſtolus faciat? Poſtre-
mo ne diceretur ei, Mẽtiris: protulerit vobis aliquos &
Prophetas,ſecundum aſſertionem ſuam Chriſtum prę-
nunciantes: quid facietis ei,qualem Fauſtus catechizan-
dum ſub exemplo propoſuit, qui neque ipſis neque illis
credere voluerit? An Apoſtolos noſtros pro ſe teſtes vo
cabit? Nõ opinor homines producet,ſed libros aperiet:
quos nõ pro ſe, ſed contra ſe apertos reperiet. Ibi enim
Chriſtum natum ex Maria virgine, ibi filium dei factũ
ex ſemine Dauid ſecundum carnem legimus & doce-
mus. Quod ſi eos infalſatos dixerit, ipſe teſtium ſuorũ
fidem oppugnabit: ſi autem alios,quos dicat Apoſtolo-
rum noſtrorum, codices protulerit, quo modo eis ipſe
authoritatem dabit,quam per Eccleſias Chriſti ab ipſis
Apoſtolis conſtitutas non accepit, vt inde ad poſteros
firmata commendatione tranſcurreret? Quo modo il-
le,cui non credo,profert mihi ſcripturas,quibus de illo
credam: & eis ipſe conatur dare authoritatem,cum ego
ipſi non credam? Si autem famę de Chriſto credidi- *Caput V.*
ſtis, hoc enim & Fauſtus magnis anguſtiis coarctatus,
tranſeun-

G trãſeunter attigit: ne ſcilicet aut eos libros profrrre co-
geretur, quorum authoritas nulla eſt: aut ad eos ligare-
tur, quorum authoritas ei conttaria eſt, ergo ſi de Chri-
ſto famæ credidiſtis, videte vtrum fama idonea teſtis
ſit, diligenter conſiderate quò vos præcipitetis. Mala e-
nim multa de vobis fama diſſemioat, cui nos credere
non vultis. Quæ igitur ratio eſt, hanc de Chriſto velle
veracem, quam de vobis vultis eſſe mendacem? Quid
quòd etiam famæ Chriſti contradicitis? Ea quippe cla-
rior, ea præpollentior aures & mentes & linguas om-
Roma. 1. nium gentium tenet, quæ Chriſto ex ſemine Dauid ſe-
cundum ſcripturas Hebræas diſſeminato implet: quod
2.Timo. 2. ibi ſcriptum eſt, promiſſum Abrahæ, & Iſaac, & Iacob,
Gene. 12. In ſemioe tuo brnedicentur omnes gentes? Quid ergo
26. & 28. reſpondetis? Cui nam de Chriſto credideritis, quibus
teſtes alienigenæ non placent? Noſtrorum porrò libro-
rum authoritas, tot gentium cõſenſione, per ſucceſſio-
nes Apoſtolorum, Epiſcoporum, conciliorumq́; robo-
rata, vobis aduerſa eſt: veſtrorum autem nulla eſt, quæ
& à tam paucis profertur, & ab iis qui deũ & Chriſtum
H mẽdacem colunt. Vnde contra eorum mendacem do
ctrinam fit, niſi & ipſi tanquam imitatores dei & Chri-
ſti ſui mendaces habeantur. Fama vero, etiam ipſa con-
Matt.3. & ſulta, & vos peſsimos iactat, & Chriſtum ex ſemine Da
17. uid contra vos prædicare non ceſſat. Vocem patris de
cœlo oõ auditis, opera Chriſti, quibus de ipſo teſtifica-
batur, non vidiſtis: codices, in quibus hæc ſcripta ſunt,
vt ſpecie Chriſtiana fallatis, velut accipitis: ne tamen
contra vos legantur, infalſatos dicitis: profertis inde
Ioan. 10. Chriſtum diceotem, Si mihi non creditis, operibus cre
Ioan. 8. dite: &, Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de me, &
teſtimonium perhibet de me qui miſit me pater: & non
Ioan. 5. vultis contra vos inde proferri, Scrutamini ſcripturas,
in quibus putatis vos vitam æternam habere, ipſæ teſti-
monium perhibeot de me: &, Si crederetis Moyſi, cre-
deretis & mihi: de me enim ille ſcripſit: &, Habent ibi
Luca. 16. Moyſem & Prophetas, audiãt eos: &, Si Moyſẽ & Pro-
phetas non audiunt, nec ſi quis à mortuis reſurrexerit,
credent ei. Vnde huc exiſtis, vnde cõfiditis? Scripturas
tanta authoritate firmatas, cõmendatasq́; reſpuitis, mi-
racula non facitis: quæ ſi faceretis, etiam ipſa in vobis
caueremus per inſtruentem nos dominũ, & dicentem,
Mat. 24. Exurgent multi pſeudochriſti & pſeudoprophetæ, &
I facient ſigna & prodigia multa, vt fallaot, ſi fieri poteſt,
etiam electos: ecce prædixi vobis. Vſque adeo nihil cre
di voluit aduerſus confirmatam ſcripturarum authori-
tatẽ, quę fidem ſuam in rebus ipſis probat, quę per tem-
porum ſucceſſiones hæc impleri & effici oſtendit, quæ
Cap. VI. tanto antequam fierent, pręnunciauit. Reſtat vt ra-
tionẽ à vobis exhiberi dicatis, tam certam & inuictam,
vt per ſe ipſam declarata veritate, nullam teſtis autho-
ritatem, oullam miraculi veritatem requirat. Quid di-
citis, quid profertis, quam rationem, quam veritatem?
Fabula illa eſt longa & vana, puerile ludibrium, & mu-
†al. aucu-pamentum. liebre iocamentum†, & aniculare deliramentum conti
nens: initium truncum, & medium putridum, & finem
ruinoſum. Cum enim vobis ex eius initio dictum fue-
1.Timo.1. rit, Immortali, inuiſibili, incorruptibili deo: quid factu-
ra erat gens tenebrarum, ſi cum ea pugnare noluiſſet?
Et de medio eius, quo modo eſt incorruptibilis & in-
cootaminabilis deus, cuius membra in pomis & oleri-
bus mandocando & digerendo conteritis vt purgetis?
Et de fine eius, quid fecit anima miſera, vt in globo te-
nebrarum perpetuo vinculo puniatur: quæ oon ſuo vi-
cio, ſed alieno maculata, deo ſuo deficiẽte mundari nõ
potuit, quo mitteote polluta eſt? hæſitantibus vobis, & K
quid reſpondeatis noo iouenientibus, conſpuuntur† tã †al. conſpiciuntur.
multi, & tam grandes, & tam precioſi codices veſtri: &
multum dolent labores antiquariorum, & ſacelli mi-
ſerorum, & panis deceptorũ. Si ergo nec ſcripturarum
authoritatis antiquitas, nec miraculorum poteſtas, nec
morum ſanitas, nec rationis veritas, vos aſſerit: abite cõ
fuſi, & redite confeſſi, ipſum eſſe Chriſtum omoium in
ſe credentium ſaluatorem: cuius nomen & cuius Eccle
ſiã ita exhibent prę̨ſeotia tempora, ſicut præterita nun-
ciarunt: non per quemlibet de cauernoſis latebris pro-
cedentem, ſed quadam gẽte, & quodam regno ad hoc
propagato & inſtituto, vt ibi de illo cuncta figuris præ-
notareotur, quę nunc expreſſa rebus agnoſcerentur: &
ibi per Prophetias prædicta ſcriberentur, quæ nuoc per
Apoſtolos prædicta præſtarentur. Proinde conſti- Cap. VII.
tuite nobis aliquem catechizandum gentilem, in quo
Fauſtus defeciſſe nos riſit, vbi oon ridentes, ſed plan-
geodus ipſe defecit. Si enim dixerimus homini gentili,
Crede Chriſto, quia deus eſt: & reſponderit, vnde cre-
do? prolataq́; authoritate Prophetarum, eis ſe non cre-
dere dixerit, eo ꝙ illi Hebræi ſint, ipſe Paganus: oſten- L
dimus fidem Prophetarum, ex iis quæ ventura cecine-
runt, & veniſſe cernuntur. Credo enim ꝙ eum non la-
teret, quantas à regibus huius ſeculi perſecutiones prius
pertulerit Chriſtiana religio: aut ſi lateret, per ipſam
hiſtoriam gentium, & imperiales leges literis memo-
rięq́; mãdatas, facile probaretur: quod cum tanto ante
prædictum ex Propheta cogooſceret, dicente, Vt quid Pſal. 2.
fremuerũt gentes, & populi meditati ſunt inania: Aſti-
terunt reges terræ & principes, conuenerunt in vnum,
aduerſus dominum & aduerſum Chriſtum eius. Quod
non de ipſo Dauid fuiſſe dictum, in eodem ipſo Pſal-
mo facile apparet: ibi enim dicitur etiam illud, ꝙ homi
nes quamlibet pertinaciſsimos, ipſa rerum manifeſta-
tione confundit, Dominos dixit ad me, filius meus es
tu, ego hodie genui te: poſtula à me, & dabo tibi gentes
hęreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos ter-
rę. Quod genti Iudęorum, in qua regnauit Dauid, non
eſſe conceſſum: Chriſti autem nomine longe lateq́; om
nes gentes occupante, nemo dubitat eſſe completũ. Cre
do moueretur, cum hinc & alia multa ex Prophetis au M
diret, quę nunc perſequi longum eſt. Videret etiam ip-
ſos reges terrę Chriſti imperio iam ſalubriter ſubiuga-
tos, omnesq́; gentes eidem ſeruientes: & legeretur ei de
Pſalmo tanto ante prædictum, Adorabunt eum omnes Pſal. 71.
reges terrę, omnes gẽtes ſeruient ei: totumq́; Pſalmum
ipſum, qui figurate tanquam in Salomonem dicitur, ſi
legere vellet, inueniret Chriſtum vere regem pacificũ:
hoc enim Salomonis oomen interpretatur: in quo cog
noſceret completa omnia quæ ibi dicuntur, longe re-
motiſſima ab illo homine Salomone rege Iſraël. Illum
itidem Pſalmum, vbi deus vnctus à deo dicitur, & vtiq́;
Chriſtus ipſa vnctione declaratur: ideq́; Chriſtus Deus
apertiſſime oſtenditur, cum deus vnctus inſinuatur: ſi
conſiderare vellet quæ ibi de Chriſto, quæ de ipſa Ec-
cleſia dicta ſunt: quę ibi quidem prędicta legeret, in or-
be autem terrarum impleta conſpiceret: videret quoq́;
ipſa ſimulachra gentium per Chriſti nomen ſic perire
de orbe terrarũ: idq́; ipſum à Prophetis prędictum eſſe
diſceret, audiret Hieremiam dicẽtem, Sic dicetis illis, Hiere. 10.
Dij, qui cœlum & terram non fecerunt, pereant à terra,
& de ſub cœlo. Item alio loco, cum eundem Prophetã
dicẽtem audiret, Domine fortitudo mea, & adiutoriũ Hiere. 16.
meum, & rrfugium meum in die malorum, Ad te gẽtes
venient

A venient ab extremo terræ,& dicent, Quàm falſa poſſe-
derunt patres noſtri ſimulachra, & non eſt in eis vtili-
tas:ſi faciet homo deos, & ipſi nõ ſunt dij. Propterea ec
ce ego oſtendam illis io tempore illo, manum meam
oſtendam illis,& ſcient:& virtutem meam,quoniã ego
dominus. Hæc audiens de ſcriptura prophetica,& cer-
nens in vniuerſa terra, quid dicam quẽadmodum mo-
ueretur ad fidem,quando & hoc rebus ipſis probamus,
cum per prophetiam ante tempora conſcriptam & his
temporibus impletam corda fideliũ ſic firmari cognoſ
Cap. VIII. cimus? Iam vero ne hominem, ſicut magni quidam
homines fuerũt, Chriſtum putaret,idem Propheta hoc
illi de cogitatione excuteret. Ibi enim ſequitur & dicit,
Hiere. 17. Maledictus homo,qui ſpem habet in homine,& firmat
carnẽ brachij ſui, & à domino diſcedit cor eius:& erit
ſicut tamarix quæ in deſerto eſt, noo videbit cum ve-
nient bona, & habitabit inter iniquos in terra deſerta,
in terra ſalſa, quę noo inhabitabitur, Et benedictus ho-
mo qui confidit in domino, & erit dominus ſpes eius:
eritq; tanquam lignum fructiferum ſecus aquam, & in
homore mittet radices ſuas: non timebit cum venerit
B æſtus,& erunt in eo propagines nemoroſę:in anno ſic-
citatis non timebit, & non deficiet faciendo fructum.
Hic certe cum maledictum diceret eum, qui ſpem po-
nit in homine,eãq; maledictionem Propheticis ſimili-
tudinibus explicaret: & benedictum qui in domino cõ
fideret,eamq; benedictionem congruis itidem ſimilitu
dinibus texeret, turbaretur fortaſſe ille, quo modo ei
ne ſpem ſuam io hominem poneret, deum Chriſtum
annunciaremus:& rurſum eum non ex propria natura,
ſed ex noſtra mortalitate ſuſcepta hominẽ diceremus.
Sic enim quidam deum credendo Chriſtum,& homi-
nem negaodo errauerunt,& rurſus,quidam hominem
putaodo,& deum negando,aut contempſerunt,aut in
homine ſpem ſuam ponentes, in illud maledictum in-
ciderunt. Hic ergo iſte gentilis ſi turbaretur,& diceret,
contra fidem noſtram iſtum Prophetam locutum fuiſ
ſe,quia nos ſecuodum Apoſtolicã doctrinam non tan
1. Timo. 2. tummodo deum Chriſtum diceremus,vt in eo ſpes ſe-
curiſsime ponatur,ſed etiam mediatorem dei & homi-
num,hominẽ Ieſum Chriſtum: iſtum autem deum tan-
tum dixiſſe,de natura vero humana oullam feciſſe men
C tionem, ibidem eiuſdẽ Prophetę vocem audiret ſe ad-
Hiere. 17. monẽtis & corrigentis, Graue cor per omnia, & homo
eſt, & quis agnoſcet eum? Ideo quippe homo,vt graues
corde per formam ſerui ex fide ſanarentur: & eum ag-
noſcerent deum,qui propter eos factus eſt homo,ne in
homine ſpes eorum eſſet,ſed in homine deo: & tamen
graue cor per omnia,& homo eſt,formã ſerui accipiẽs,
Philip. 2. & quis agnoſcit eum? Qui cum in forma dei eſſet, non
rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis Deo. Et homo eſt,
Ioan. 1. quia verbũ caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Et quis
agnoſcet eum? Quia in principio erat verbum,& ver-
bum erat apud deum, & deus erat verbum. Et vere gra-
ue cor per omnia, nam & io diſcipulis eius ipſum gra-
Ioan. 14. ue cor fuit, cum eis dicebat, Tanto tempore vobiſcum
ſum,& non cognouiſtis me? Quid enim eſt, Tanto tem
pore vobiſcum ſum: niſi quod hic dicitur,& homo eſt?
Quid eſt autem illud, Et non cognouiſtis me: niſi quod
hic dicitur, Et quis agnoſcet eum? Quem,niſi eum qui
dicit, Qui me videt, videt & patrem? Vt ſpes noſtra nõ
ſit in homine, propter illud per Prophetam edictum,
maledictũ: ſed ſit io homine deo, id eſt, in filio dei ſal-
uatore Ieſu Chriſto,mediatore dei & hominum:& quo
patet maior eſt propter formam ſerui,& qui patri ęqua-
lis eſt propter formam dei. Dicit & Eſaias, Humilia- D
bitur, & cadet contumelia † hominum, & exaltabitur Cap. IX.
deus † ſolus in illa die: & manibus fabricata omoia abſ- Eſa. 2.
condent in ſpeluocis,& in ſciſſuris petrarom, & in ca- † contumacia.
uerois terrę à facie timoris domini,& à maieſtate virtu
tis eius, cum ſurrexerit cõfringere terram: illa enim die † domini,
proiiciet homo abominationes aureas & argẽteas, quæ
fecerunt vt adorareot ſuperuacanea & noxia. Et forte
iſte gentilis,quem catechizamus,quem dixit Fauſtus cũ
riſu dicturum, Non credo Prophetis Hebræis, aliqua
manu fabricata idola abſcoodit in ſpelunca, aut in ſciſ
ſura petrę,aut in cauerna terrę,aut aliquem amicum ſuũ
ſcit hoc feciſſe,aut in ciuitate,vel in fundo ſuo ſcit hoc
factum eſſe à facie timoris domini: qui per reges terræ
ſecundum eaodem prophetiam, iam ſibi ſeruientes,ſe-
que adorantes,veriſſimis † legibus terram confringit,id † ſeueriſſimis.
eſt, terreni cordis frangit audaciam. Quo modo ergo
dicat, noo credo Prophetis Hebręis, cum & in ſeipſo
completum forte cognoſcat,quod olim prædictum eſt
à Prophetis Hebræis? Magis verendum erat, ne tan- Cap. X.
ta rerum euidentia circunfuſus,fortaſſe diceret, Poſtea-
quam iſta per muodum fieri cœperunt, Chriſtianos has E
literas compoſuiſſe, vt ante diuinitus prędicta putaren
tur, oe quaſi temere humanitus facta contemoerentur.
Hoc verẽdum erat,niſi eſſet late ſparſus, latéque notus
populus Iudæorum, Cain illo ſigno accepto, ne ab ali- Gene. 4.
quo ioterficiatur, & ille Cham ſeruus fratrum ſuorum Gene. 9.
portando libros, quibus illi erudiantur, ipſe oneretur: 2. Retract.
per eorum quippe codices probamus,non à nobis,tan- cap. 7.
quam de rerum euentu commonitis, iſta eſſe conſcrip-
ta,ſed olim in illo regno prædicata atque ſeruata,nunc
autem manifeſtata & impleta: in quibus & ea, quæ ibi
minus perſpicua ſunt,quia in figura contingebant illis, Roma. 15.
ſcripta ſuot autem propter nos,in quos finis ſeculorum
obuenit, iam ounc illuſtrata ſoluuntur, & quæ vmbris 1. Cor. 10.
futurarum adhuc rerum opacabantur, iam factarum lu
ce manifeſtantur. Forte etiam hinc ſe diceret permo Cap. XI.
ueri, ꝙ ipſi,in quorum libris hæc inueniuntur eſſe præ-
nunciata,quæ nunc cernuntur impleta,non nobiſcum
tenent eiuſdem euangelij ſocietatem. Cum vero doce-
retur etiam hoc ab eiſdem Prophetis eſſe prædictum,
quantum moueretur ad fidem, quis tam demens eſt, vt
non videat? quis tam impudẽs, vt ſe videre diſſimulet? F
quis enim dubitet hoc de Iudęis fuiſſe prophetatum,cũ
Eſaias dicat, Agnouit bos poſſeſſorem ſuũ,& aſinus prę Eſa. 1.
ſepe domini ſui: Iſraël autem me ooo cognouit,& po-
pulus meus me non intellexit. Aut illud quod Apoſto- Roma. 10.
lus commemorat, Tota die expandi manus meas ad po Eſa. 65.
pulum ooo credentem & contradicentem. Et maxime
illud, Dedit illis deus ſpiritum compunctionis, oculos Eſa. 6.
vt non videant,aures vt non audiant,& non intelligãt: Roma. 11.
& multa huiuſmodi. Quòd ſi diceret,quid ergo pecca-
uerũt Iudæi, ſi deus illos excęcauit ne agnoſcerẽt Chri-
ſtum? qoantum poſſemus imbuendo, rudi homini oſtẽ-
deremus, ex aliis occultis peccatis deo cognitis, venire
iuſtam pœnam huius cęcitatis: quod oon ſolum dixiſſe
Apoſtolũ de quibuſdã, Propter hoc tradidit illos deus Roma. 1.
in concupiſcentiam cordis eorum, vel io reprobũ ſen-
ſum, vt faciant quę non conueniunt: volentem oſten-
dere quędam peccata manifeſta, ex pœna venire quo-
rũdam occultorum,ſed nec ipſos hoc tacuiſſe Prophe-
tas demõſtraremus. Nam ne pergam longius,idem Hie Hiere. 17.
remias eo ipſo loco, vbi ait, Et homo eſt,& quis agnoſ-
cet eum? ne quaſi hoc ipſo excuſati eſſeot Iudęi, quia nõ
cognouerũt: Si enim cognouiſſent, ſicut apoſtol⁹ dicit, 1. Cor. 2.
nunquam

G nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Sequitur,&
oſtendit occulti eorum meriti fuiſſe, vt non cognoſce-
Hiere.17. rent. Ait enim, Ego dominus, interrogãs corda,& pro-
bans renes: vt dem vnicuique ſecundum vias eius,& ſe-
Cap.XII. cundum fructum ſtudiorum eius. Porrò ſi hoc gen-
tilis ille moneretur, cur etiam ipſi, qui appellantur Chri
ſtiani, in multas hæreſes, variasq; diſcedunt: neque hoc
à Prophetis Hebræis prętermiſſum eſſe doceremus, tan
quã enim eſſet conſequens, vt Iudęis in ſua cęcitate de-
monſtratis, hoc illi veniret in mentem, ꝙ etiam multi
ſub nomine Chriſtiano ab ipſa Chriſtiana ſocietate de
Hiere.17. uiarent, ipſe Hieremias velut catechizandi ordinem
nobis inſinuãs, continuo ſubiecit, Clamauit perdix, cõ-
gregauit quæ nõ peperit: faciens diuitias ſuas non cum
iudicio. Perdix enim nimis contẽtioſum animal, notũ
eſt quanta auiditate ipſius cõtentionis currat in laqueũ.
Non enim diſputare amant hęretici, ſed quoquo mo-
do ſuperare impudentiſſima peruicacia, vt cõgregent,
ſicut hic dixit, quæ non pepererunt. Chriſtianos enim,
quos maxime Chriſti nomine ſeducunt, iam per ipſius
Chriſti euangelium natos inueniunt, & faciunt illos di
uitias ſuas: non ſanè cũ iudicio, ſed cum temeritate in-
conſiderata. Non enim intelligunt ibi eſſe veram & ſa
H lubrem, & quodam modo germanam atque radicalem
Chriſtianam ſocietatem, vnde iſtas ſeparauerunt, quos
ad ſuas diuitias congregarunt. Et quia de talibus dicit
2.Timo.3. Apoſtolus, Sicut enim Iamnes & Mambres reſtiterunt
Moyſi, ſic & iſti reſiſtunt veritati: homines mente cor-
rupti, reprobi circa fidem, ſed vltra non proficient: de-
mentia enim eorum manifeſta erit omnibus, ſicut & il-
lorum fuit: ſequitur & hic propheta, & dicit, de perdice
Hiere.17. quia congregauit, quę non peperit, In dimidio dierum
eius derelinquent eũ, & in nouiſſimis ſuis erit inſipiens,
id eſt, qui primo tanquam per pollicitationem & oſten
tationem excellentis ſapientiæ ſeducebat, erit inſipiẽs:
id eſt, apparebit inſipiens. Eis quippe, quibus primo ſa-
piens erat, tunc erit inſipiens, cum apparebit, quia de-
Cap.XIII. mentia eius nota erit omnibus. Et tãquam ille, quem
catechizamus, quereret & diceret, Quo ergo ſigno ma
nifeſto adhuc paruulus, & nondum valens liquidã diſ-
cernere à tot erroribus veritatem: quo manifeſto indi-
I cio tenebo eccleſiã Chriſti, in quem iam credere tanta
rerum antea prædictarum manifeſtatione compellor?
ſequitur idem Propheta, & tanquam motus animi eius
ordinatiſſime excipiens, docet eum Eccleſiam Chriſti
ipſam eſſe pręd ictam, quæ omnibus eminet & apparet.
1.Cor.3. Ipſa eſt enim ſedes glorię, de qua dicit apoſtolus: Tem-
plũ enim dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Vnde iſte di-
Hiere.17. cit, Sedes autem glorię exaltata eſt, ſanctificatio noſtra.
Propter hos enim motus paruulorũ, qui poſſunt ſeduci
ab hominibus à manifeſtatione claritatis Eccleſiæ, do-
Mat.5. minus quoq; prouidens, ait, Non poteſt ciuitas abſcon-
di ſupra montem conſtituta: quia vtique ſedes gloriæ
exaltata eſt ſanctificatio noſtra, vt nõ audiantur illi, qui
Matth.24. ad religionum ſciſſuras traducũt, dicentes, Ecce hic eſt
Chriſtus, ecce illic. Partes enim oſtendunt, dicentes, Ec
ce hic, ecce illic: Cum illa ciuitas ſuper montẽ ſit, quem
Daniel.2. montem, niſi eum qui ſecundum prophetiam Danie-
lis ex paruulo lapide creuit, & factus eſt mons magnus,
ita vt impleret vniuerſam terrã? Nec illi audiantur, qui
nomine quaſi ſecretæ & apocryphæ veritatis, & homi-
num paucitatis dicunt, Ecce in cubiculis, ecce in deſer
to: quia non poteſt abſcondi ciuitas ſuper montem cõ
ſtituta, qa ſedes gloriæ exaltata eſt ſanctificatio noſtra.
Cap.XIIII. Cum ergo gentilis iſte his atque huiuſmodi aliis te-
ſtimoniis Prophetarum de perſecutione regum & po- K
pulorum, de fide regum & populorum, de abolitione
idolorum, de cęcitate Iudæorũ, de probatione codicũ
ab ipſis cuſtoditorum, de amentia hæreticorum, de ex-
cellentia ſanctę eccleſiæ verorum & germanorum chri
ſtianorum, ante pręd icta, & nunc impleta conſpiceret:
quid inueniret fide dignius, q̃ illos Prophetas, quibus
de diuinitate Chriſti eligeret credere? Etenim ſi ante-
quam iſta fierent, ingererem gentili Prophetas Hebræ-
os, quibus ea futura crederet, quæ facta nondum vide-
ret: merito fortaſſe diceret, quid mihi eſt cum iſtis Pro-
phetis, quos vnde veraces probem, non mihi oſtendi-
tur: cum vero tam magna & tam multa quę prædixe-
runt, iam ad effectum manifeſtationẽmque perducta
ſunt, planè ille, ſi peruerſus eſſe nollet, nec iſta vllo mo-
do contemneret, quæ tanto ante, & tãto apparatu pręe-
uidendo & pręnunciando cõmendari meruerunt, nec
illos à quibus præuideri & prænunciari potuerunt. Nul
lis enim prudentius credimus, vel de pręteritis, quæ o-
lim facta ſunt: vel de futuris, quę nondum facta ſunt, q̃
eis qui nobis fidem verborum ſuorum in tam multis
tamq; magnis, quę ab eis prædicta iam facta ſunt, pro-
bauerunt. Sibylla porrò, vel Sibyllæ & Orpheus, & L
neſcio quis Hermes, & ſi qui alij vates vel theologi vel Cap.XV.
ſapientes, vel philoſophi gẽtium de filio dei, aut de pa- De Ci. dei.
tre deo vera prędixiſſe ſeu dixiſſe perhibẽtur: valet qui- li.18.c.23.
dẽ aliquid ad paganorum vanitatem reuincendam, nõ Et lib.8.
tamen ad iſtorum authoritatem amplectẽdam, cum il- cap.23.
lum deum nos colere oſtẽdimus, de quo nec illi tacere Di.37.c. Si
potuerunt, qui ſuos congẽtiles populos, ad idola & dę- quid veri.
monia colenda, partim docere auſi ſunt, partim prohi-
bere auſi non ſunt. At illi ſancti authores noſtri eum po
pulum, eam rempublicam, tale regnum imperante &
adiuuante deo, propagauerunt atq; rexerunt, vbi ſacri-
legium eſſet, quod iſtis religio fuit. Itaque ſi qui illic in
cultum ſimulachrorũ & dæmonum laberentur, aut pœ
na plectebantur, ipſis ſuæ reipublicæ legibus, aut liberri-
me coërcebantur † Propheticis vocibus. Vnus enim ab † al. liber-
eiſdem colebatur deus, qui fecit cœlum & terram, Pro- rimo toni-
phetico ſanè ritu, hoc eſt, ſignificatiuo futurorum: qui truo coerce-
ritus aboleretur, cum illa veniſſent, quę per eum ſignifi- bantur.
cabantur eſſe ventura: quandoquidẽ ipſum regnũ mag M
nus quidam Propheta fuit, vbi rex & ſacerdos myſtica Danie.9.
ſignificatione vngebantur: quòd non ante ipſis quoq; Exo.29.
Iudæis ignorantibus; ac per hoc inuitis ablatum eſt, niſi 1.Reg.10.
cum veniſſet ille gratia ſpiritali vnctus deus præ parti- Pſalm.44.
cipibus ſuis ille ſanctus ſanctorum: idem verus rex con
ſulendo nobis, & idem verus ſacerdos ſeipſum offerẽ-
do pro nobis. Quam ob rem quantum diſtat de Chriſti
aduentu inter pręd icationem angelorum, & confeſſio-
nẽ dæmoniorum: tantum inter authoritatem Prophe-
tarum, & curioſitatem ſacrilegorum. His & talibus
quæ nunc breuiter tangimus, tunc forte pro neceſſitate Diſt.37.c.
depellendi veternoſi erroris aliquando latius diſputa- Si qd veri.
tis, & robore vberioris probationis aſſertis, ille gentilis, Luc.2.
quem nobis catechizãdum Fauſtus propoſuit, ſi ſalutẽ Marci.1.
ſuam peccatis ſuis pręponeret, profecto moneretur ad Cap.XVI.
fidem: qua imbutus & in Eccleſiæ catholicæ gremio fo
uẽdus collocatus, conſequenter etiam moneretur, quos
mores tenere deberet: neq; perturbaretur eorum mul-
titudine, in quibus ea non inueniret, quæ obſeruare iu-
beretur: quãuis cum eo corporaliter congregarentur in
eccleſiam, & eadem ſacramenta perciperẽt: ſciret cum
paucis hæreditatem dei, cum multis autem ſignacula
eius participanda. Cũ paucis communicare ſanctitatẽ
vitę

A vitæ,& donum charitatis diffuſum in cordibus noſtris
per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis:ad quem fon
1.Cor. 11. tem interiorem nullus alienus accedit. Cum multis au-
tem ſanctitatem ſacramenti, quod qui manducat & bi-
bit indigne,iudicium ſibi manducat & bibit: qui autem
manducare contemnit, nõ habebit in ſe vitam,& ideo
non perueniet ad vitam æternam. Eoſdemq; paucos in
comparatione multitudinis malorum,paucos dici: eſſe
autem per ſeipſos conſideratos in magno numero, dif-
Matth. 3. fuſo toto orbe terrarum, creſcentes inter zizania,& cũ
& 13. palea vſq; ad diem meſſis & ventilationis: hoc in Euan
gelio dictum,hoc à Prophetis ante prędictum. Ante e-
Canti. 2. nim prędictum eſt,Sicut lilium in medio ſpinarum,ita
proxima mea in medio filiarum. Ante prædictum eſt,
Pſal. 119. Inhabitaui cum tabernaculis Cedar , cum his qui ode-
runt pacem, eram pacificus. Ante prædictum eſt,Signa
Ezech. 9. in fronte eos, qui gemunt & mœrent ob iniquitates po
puli mei, quæ fiunt in medio eorum. Itaq; iſte gentilis,
quem tali alloquio firmaremus, iã factus ciuis ſancto-
Ephe. 2. rum, & domeſticus dei: nec iam alienus ab Iſraël, ſed
Ioan. 1. verus Iſraëlita, in quo dolus nõ eſſet:diſceret etiam iſta
B verba ex corde ſimplici dicere, quæ ſubſequenter con-
Hiere. 17. texit idẽ ipſe Hieremias, Patientia Iſraël, domine, vni-
uerſi qui te derelinquunt,terreantur. Cum enim de per-
dice dixiſſet, quia clamat & congregat quę nõ peperit,
cõmendauit excellentiam ciuitatis ſuper montem poſi
tę,quæ abſcondi non poteſt,vt ab Eccleſia catholica hę
reticum hominem (nõ) ſepararet, dicens, Sedes autem
gloriæ exaltata eſt ſanctificatio noſtra. Deinde quaſi ve
niret in mentem, quid ergo facimus de tam multis ma-
lis, qui tanto amplius vbique permixti ſunt, quanto ex-
cellentior eſt Chriſti gloria in vnitate omnium gen-
tium,ſubiecit ſtatim,Patientia Iſraël,domine. Patienter
Matt. 13. enim ferendum eſt quod ait, Sinite vtraq; creſcere vſq;
ad meſſem,ne impatientia tolerandi malos,relinquan-
tur boni, qui proprie ſunt corpus Chriſti: & ideo cum
ipſi relinquuntur, ille relinquitur. Vnde ſubiecit, atque
Hiere.17. addidit, Vniuerſi qui te derelinquunt,terreantur: con-
fundantur qui receſſerunt in terram. Terra eſt enim ho
mo de ſe pręſumens, atque alios vt de ſeipſo præſuma-
tur inducẽs:& ideo ſequitur, Euertentur, quoniam de-
reliquerunt fontem vitæ dominum. Quid enim aliud
clamat perdix,niſi apud ſe eſſe,& à ſe dari fontem vitę,
C ad quem congregati recedant à Chriſto, Chriſti pro-
miſſione decepti, cuius nomine iam tenebantur imbu-
ti? Non enim quos peperit,congregat:ſed vt congreget
quos non peperit, dicit,Salus quam Chriſtus promiſit,
Ibidem. apud me eſt, ego dabo. Sed vide quid iſte dicat, Sana
me domine,& ſanabor:ſaluũ me fac,& ſaluus ero. Vn-
1. Cor. 1. de Apoſtolus dicit, Nemo glorietur in homine: & iſte
ſubiungit, Quoniã gloriatio mea tu es. His modis nos
inſtruimus hominem ex Apoſtolica Propheticaq; do-
Ephe. 2. ctrina, vt ædificetur ſuper fundamenta Apoſtolorum
Cap. XVII. & Prophetarum. Fauſtus autem quo modo perſua-
deret diuinitatem Chriſti homini gentili, quem con-
ſtituit dicentem, Nec Prophetis credo de Chriſto,nec
Chriſto de Prophetis. An Chriſto crederet de ſeipſo di
centi,cui non crederet de aliis teſtificanti? Vere ridicu
lum eſt hoc putare. Quem ſemel enim dignum fide nõ
duceret, aut omnino nihil ei crederet, aut potius pro
aliis q̃ pro ſeipſo teſtificanti crederet. Hic forte Fauſtus
De ci. dei. irriſus,Sibyllas homini legeret,& Orpheum,& cęteros
lib 8 c. 23. huiuſmodi, ſi quos alios gentilium reperiret de Chri-
& lib. 18. ſto aliquid prænunciaſſe:ſed non faceret,eos quippe ſi-
cap. 23. bi incognitos falſus eſt,dicens,Sanè ſi ſunt aliqua, vt fa

ma eſt, Sibyllæ de Chriſto pręſagia,aut Hermetis,quem D
dicunt Trimegiſtum,aut Orphei,aliorumq; in gẽtilita-
te vatum:horum ergo iſtas literas neſciens,quandoqui
dem per famam putat eſſe aliquos tales, non eas vtique
legeret, illi dicenti, Nec Prophetis credo, nec Chriſto.
Quid igitur faceret? An proferret Manichęum,& ex il-
lo commendaret Chriſtum? Nunquid hoc fecerũt, ſed
potius de Chriſto, cuius iam nomen vbique dulciter
clarum eſt, Manichæum ſemper commendare conati
ſũt, vt hoc melle ſcilicet venenati ſui poculi labra per-
ungerent. Cum enim Chriſtus promiſerit ſuis, miſſu- Ioan. 15.
rum ſe paracletum,id eſt, cõſolatorem vel aduocatum
ſpiritum veritatis: per hanc promiſſionis occaſionem,
hunc paracletum dicentes eſſe Manichęum vel in Ma-
nichæo, ſurrepunt in hominum mentes ignorantes, il-
le à Chriſto promiſſus quando ſit miſſus. Qui autem le
gerunt canonicum librum,qui Actus Apoſtolorum in- Acto. 2.
ſcribitur, vident illam Chriſti profeſſionem† illic rur- † promiſ-
ſus commemoratam,& illic manifeſtiſſime impletam. ſionem.
Sed modo quærimus,vnde illi gentili fidem faceret de
Chriſto? Puto enim neminem eſſe tam cęcum,qui velit
dicere,Manichæo credo:cum dicat,Chriſto nõ credo. E
Deinde ſi non ridens,ſaltem ſtomachans diceret,Itáne
Perſicis libris me iubes credere, qui Hebræis me dixi
non credere? Quo modo ergo capturus es hęretice iſtũ
hominem, niſi iam nomine Chriſti aliquo modo ſub-
ditũ inueneris:vt quia ille iam Chriſto credendum eſſe
non dubitat, tanquam melius prædicanti Chriſtũ, Ma-
nichæo deceptus acquieſcat. Ecce ille perdix congre- Hiere. 17.
gans,quę non peperit. Itá ne eum nondum derelinqui-
tis vos,quos congregat:& nondum vobis apparet inſi-
piens, qui dicit Hebręorum teſtimonia vobis, etiam ſi
vera ſint, ante fidem inutilia eſſe, poſt fidẽ ſuperuacua?

Abiiciant ergo omnes qui crediderunt, omnes li- Ca. XVIII.
bros per quos factũ eſt vt crederẽt. Nam ſi hoc verum
eſt,cur vel ipſum Euangelium Chriſti à fidelibus lega-
tur non video. Ante fidem quippe inutile eſt, quia ille
gentilis, quẽ ridentẽ ridendus, vel potius flendus Fau-
ſtus inducit, non credit Chriſto. Poſt fidem autem ſu-
peruacuum, ſi etiam veris de Chriſto pręconiis iam ſu-
perfluo creditur,cum in eum creditum fuerit. Hic forte
dicetis, Sed Euãgelium debet legere iam fidelis,ne ob- F
liuiſcatur quod credidit. Sic ergo inſani,etiam Prophe
tarum vera teſtimonia, ne obliuiſcatur quare credide-
rit. Quod ſi oblitus fuerit, firmum apud eum non po-
terit eſſe quod credidit. Aut proiicite iam libros Ma-
nichæi,quibus teſtibus credidiſtis lucem pugnaſſe cum
tenebris,quę lux ipſe deus erat:& vt poſſet ligare lux te-
nebras, prius eſſe lucem à tenebris deuoratã, & ligatã,
& inquinatam, & dilaniatam: quam vos manducando
recreatis & ſoluitis, & purgatis,& ſanatis:vt vobis mer
ces retribuatur, ne cum illa quæ liberari non potuerit,
in globo ęterno damnemini. Hanc fabellam quotidie
& moribus & vocibus cantatis,cur adhuc in eam quæ-
ritis teſtimonia librorum,vt in rebus ſuperfluis, & con
ficiendis codicibus veſtris aliena ſubſtantia conſuma-
tur, & dei veſtri ligata teneatur. Incendite omnes illas
membranas,elegãteſq; tecturas decoris pellibus exqui-
ſitas, vt nec res ſuperflua vos oneret,& deus veſter inde
ſoluatur, qui tanquam pœna ſeruili etiam in codice li-
gatus tenetur. Nam ſi poſſetis libros veſtros,vel elixa-
tos comedere, q̃ntum membris dei veſtri beneficium
pręſtaretis? An etſi fieri poſſet, carnis immundicia pro-
hiberet paginas ab epulis veſtris? Imputet ergo ſibi in-
cauſti immũdicia,quę corio inhęſit agnino. Sed & hoc
vos

G vos feciſtis, qui tanquam primo bello veſtro, id quod
mundum erat in calamo, immundicię membranarum
ſcribendo affixiſtis, niſi quod colores cōtrario teſtimo-
nio vos arguunt. Vos enim potius ad lucem candida-
rum paginarum, cum tenebris atramenti veniſtis. No-
bis debetis iraſci talia dicentibus, an vobis talia creden
tibus, vt velitis nolitis, iſta conſequantur? Nos autem &
ad commemorationem fidei noſtrę, & ad conſolatio-
nem ſpei noſtræ, & ad exhortationē charitatis noſtræ,
libros Propheticos & Apoſtolicos legimus alterutris
vocibus ſibimet concinentes: & ea concinētia, tanquā
cœleſti tuba, & à torpore mortalis vitæ nos excitantes,
& ad palmam ſupernæ vocationis extendentes. De li-
bris enim Propheticis quiddam cum commemoraſſet
Pſal. 68. Apoſtolus, ſicut ſcriptum eſt, Opprobria opprobrantiū
tibi ceciderunt ſuper me: continuo ſubiūgit vtilitatem
Roma. 15. diuinæ lectionis. Quæcumque enim ante ſcripta ſunt,
inquit, vt nos doceremur ſcripta ſunt: vt per patiētiam
& conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus ad
deum. Sed contradicit Fauſtus. Fiat ergo illi quod di-
Gala. 1. cit Paulus, Si quis vobis euangelizauerit præter quàm
H quod accepiſtis, anathema ſit.

Libri Tertiidecimi finis.

LIBER QVARTVSDECIMVS.

Cap. I. FAuſtus dixit, Quare Moyſem nō
accipitis? Amoris pietatisq; cauſa
qua colimus Chriſtū. Quis enim
irreligioſus adeo eſt, vt eum li-
benter aſpiciat, qui ſuo maledi-
xerit patri? Quapropter & nos
Moyſem, quamquam humano-
rum nulli vnquam, diuinorumq;
pepercerit blaſphemando: plus
tamen hinc execramur, ꝙ Chriſtum filium dei, qui no-
ſtrę ſalutis cauſa pependit in ligno, diro deuotionis cō
nicio laceſſiuit: vtrum volēs, an caſu, tu videris. Neutro
enim horum excuſatus erit, vt cōmendatus debeat acci
Deute. 21. pi. Ait enim maledictum eſſe omnem, qui pependit in
ligno. Hūc ergo tu vis vt accipiam, huic vt credam: cū
I ſi diuinus fuit, conſtet eum ſcientem volentemq; male-
dixiſſe Chriſto: ſi vero nolens neſciensq; maledixerit,
conſtet eum non fuiſſe diuinum. Tu ergo elige vtrum
vis, aut Moyſem Prophetam non fuiſſe, & imprudētia
peccaſſe, vt dum aliis ex more ſuo maledicit, neſciens
blaſphemauerit & deum: aut fuiſſe quidem diuinū, nec
futura hæc ignorauiſſe, ſed inuidentem tamen noſtræ
ſaluti, quæ futura erat ex ligno, in eius authorem male-
dici oris ſui venena prōpſiſſe. Et quis ergo credat hunc
vidiſſe aut cognouiſſe patrem, qui ſic lacerauerit filiū:
hunc aduentum filij potuiſſe prędicere, qui aſcenſionis
eius ignorauerit exitum? Huc accedit, quòd illud etiam
conſidero, quàm late hoc ſit ſparſum cōuicium, quamq;
multa comprehendat & violet: vt omnes etiam tangat
iuſtos & martyres, quotquot ſimili paſſionis exitu de-
functi ſunt vita, vt Petrus, & Andreas, ac reliqui eiuſdē
ſortis. Quos niſi Moyſes aut vt non Propheta neſciiſſet,
aut vt malignus odiſſet, ſi fuit Propheta, non tam cru-
† al. crudelis deuotationis. dæ deuotionis† contumelia laceraſſet. Neque enim vul
go ſaltē eos maledictos dicit, id eſt, apud homines tan
tum, ſed maledictos deo. Quod ſi ita eſt, vnde iam be-
nedictionis relinquetur ſpes, vel Chriſto, vel apoſtolis,
vel ipſis nobis, ſi nominis eius cauſa crucifigi cōtingat?
Quàm denique imprudens erat, & vacans inſpiratio- K
ne diuina, vt cogitare nequiuerit diuerſis ex cauſis ho-
mines in ligno ſuſpendi: alios quidem ob iniquum fa-
cinus, quoſdam vero iuſticię cauſa: & propter deū: id-
circoq; confuſe omnes, & ſine diſcretione vlla ſub idē
coniecit maledictum: cum eſſet dicendum, ſi ei pruden
tia ineſſet vlla, non dicam diuinatio, & ſi adeo crux of
fenderat eum, vt ſola excepta abdicataq; eſſet, ex omni
genere punitionum, maledictum eſſe ſceleratum & im
pium omnem qui pependiſſet in ligno, vt eſſet diſcre-
tio aliqua inter iuſtos & iniuſtos: quamquam ne ſic qui-
dem vera dixiſſet, cum latronem Chriſtus de ligno ſe- *Luca. 23.*
cum introduxerit in paradiſum patris ſui. Vbi eſt ergo
maledictus omnis qui pendet in ligno? An Barrabas la *Deute. 21.*
tro ille inſignis, qui non ſolum in ligno ſuſpenſus mi- *Matth. 27.*
nime eſt, ſed etiam Iudęorum rogatu emiſſus è carcere,
magis fuit benedictus, q̃ ille qui cum Chriſto de cruce
aſcendit in cœlum? Quid deniq;, ꝙ etiam eum maledi-
ctum vocat, qui Solem adorauerit, aut Lunam? Si ergo *Deute. 17.*
ſub gentili poſitus rege, Solem adorare cogar, & cum
reſtitero, maledictum hoc metuens, iubeat crucifigi, in
aliud eius incurram maledictum, quod aduerſus eum L
deprompſit qui pendet in ligno? An ipſi quidem bonis
omnibus maledicere conſuetum eſt? Nos vero tanti
deuotiones† eius æſtimare debemus, quanti ſunt ſtoma- *† al. deuotationes.*
chantium vetularum. Sic enim & dei omnes pueros ac
virgines pari deuotione† proſequitur, dicēs maledictū *† deuotatione.*
eſſe omnem, qui non ſuſcitauerit ſemē in Iſraël. Quod
æque cōuicium principaliter quidem Ieſum tangit, qui *Exo. 23.*
ortus & ipſe, vt dicitis, ex Iudæis, nullā tamen inter eos *Deute. 7.*
ſeruandę poſteritatis cauſa ſobolem ſuſcitauit. Deinde
& diſcipulos eius, quorum nonnullos quidem ab vxo-
ribus ſeiūxit, quos copulatos inuenerat: quoſdam vero
& coniungi vetuit, quos deprehendit intactos. Qua de
re Moſeos impunitā hanc linguam, maledictorum ia-
culis Chriſtum lumē, ſanctimoniam, diuina omnia pe-
tentem, iure nos cognoueris execratos. Ac ne forte mul
tum intereſſe putes inter ſuſpēſum & crucifixum, nam
& hoc in pręſidium vobis defenſionis ſoletis aſſumere,
commentis hiſce veſtris Paulum audias præſcribentē, *Gala. 3.*
Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro no
bis maledictum: quia ſcriptum eſt, Maledictus omnis
qui pendet in ligno. Auguſtinus reſpondit, Pius ho- *Cap. II.*
mo Fauſtus dolet Chriſtum eſſe maledictum à Moyſe, M
& ob hoc odit Moyſem, quia diligit Chriſtū. Interim
antequam aperiam in q̃ magno ſacramento, & quàm
pie dictum ſit, Maledictus omnis qui in ligno pepen- *Deute. 21.*
derit: iſtos pios homines interrogo, cur iraſcātur Moy-
ſi, quandoquidem maledictū eius ad Chriſtum iſtorum
non peruenerit: Si enim Chriſtus pependit in ligno, cla
uis vtique affixus eſt. Vnde etiam ipſas cicatrices poſt
reſurrectionem diſcipulo minus credulo demonſtra- *Ioan. 20.*
uit. Quòd ſi ita eſt, vtiq; vulnerabile atq; mortale cor-
pus habuit, quod iſti nolunt fateri. Si ergo & illa vulne-
ra, & illæ cicatrices falſæ erant, falſum eſt quòd pepen-
dit in ligno. Non itaque potuit ad eum illa maledictio
peruenire, non eſt ꝙ ſuccenſeant ei, à cuius ore proceſ-
ſit. Itaque ſi ipſi iraſci ſe fingunt ei, qui maledixerit fal-
ſæ morti Chriſti, quod ſecundum ipſos dixerim, quo
modo fugiendi ſunt qui nō maledicunt Chriſtum, ſed
quod eſt execrabilius, criminantur: Si enim non eſt ac-
cipiendus, qui maledictum ingerit mortalitati, quo
modo eſt deteſtandus qui fallaciā obiicit veritati? Sed
iam videamus ex occaſione calumniantium hæretico-
rū, quo modo illud ſacramentum fidelibus exponatur.

Mors

A Mors hominis ex pœna peccati eſt, vnde & ipſa pec
Cap. III. catum dicitur: non quia peccat homo dum moritur,
Roma. 5. ſed quia ex peccato factum eſt vt moriatur. Sicut alio
modo dicitur lingua proprie caro, quę intra dentes ſub
palato mouetur: & alio modo dicitur lingua, quod per
linguam fit: ſecuodum quem modum dicitur, Lingua
Gręca, alia Latioa: & maous alio modo dicitur, ipſum
proprie corporis mēbrum, quod mouemus ad operao-
dum: & alio modo manus dicitur ſcriptura, quæ fit per
manum. Dicimus enim, Prolata eſt manus eius: Lecta
eſt aduerſus eum maous eius: Habeo manum tuā: Reci-
pe maoum tuam. Manus vtique proprie membrum eſt
hominis: non autē opioor illam ſcripturam membrum
eſſe hominis, & tamen dicitur maous, eo ꝙ manu facta
ſit. Sic & peccatū, ooo tantū ipſum opus malū, quod pœ
na digoū eſt, ſed etiam ipſa mors, quæ peccato facta eſt,
peccatū appellatum ſit. Illud itaq; peccatū, quo reus eſ-
ſet mortis, oon cōmiſit Chriſtus, illud autem alterum,
id eſt, mortem, quę peccato inflicta eſt humanę oaturę,
ſuſcepit pro oobis. Hoc ſuſpeodit in ligno, hoc maledi
ctum eſt per Moyſem: ibi mors damnata eſt oe regna-
ret, & maledicta eſt vt periret. Quapropter per Chriſti
B tale peccatum damnatum eſt & ooſtrum peccatum, vt
oos liberaremur, ne regnaote peccato oos damoati re-
Cap. IIII. maneremus. Quid ergo miratur Fauſtus maledictū
eſſe peccatum, maledictam eſſe mortem, maledictam
eſſe mortalitatem carnis ſioe peccato Chriſti, ex pecca
to tamen hominis etiam in Chriſto factam? ex Adam
quippe corpus aſſumpſit, quia ex Adā virgo Maria, quæ
Gene. 2. peperit Chriſtū. Dixerat autem deus in paradiſo, Qua
& 3. die tetigeritis, morte moriemini: hoc eſt maledictum,
quod pependit in ligno. Ille neget Chriſtum maledi-
ctū, qui oegat & mortuum: qui autem confitetur mor-
tuum, & negare non poteſt mortem de peccato eſſe: &
ob hoc etiā ipſum peccatum vocari, audiat apoſtolum
Roma. 6. dicētem, Quoniam vetus homo noſter ſimul cum illo
crucifixus eſt: & intelligat quem maledictū Moyſes di-
Gala. 3. xerit. Ideoq; ſecutus apoſtolus ait de Chriſto, Factus eſt
2. Cor. 5. pro oobis maledictū: ſicut non timuit dicere, Pro om-
nibus mortuus eſt: hoc eſt enim, mortuus eſt, quod ma-
ledictus: quooiam mors ipſa ex maledicto eſt, & male-
dictū eſt omne peccatum: ſiue ipſum quod fit, vt ſequa-
tur ſupplicium, ſiue ipſum ſupplicium, quod alio modo
C vocatur peccatū, quia fit ex peccato. Suſcepit autē Chri
ſtus ſine reatu ſuppliciū noſtrū, vt inde ſolueret reatum
ooſtrum, & finiret etiam ſupplicium noſtrum. Ex inge-
oio meo iſta dixerim, ſi noo apoſtolus toties hoc incul-
cat, vt & dormieotes excitet, & calumniaotes ſuffocet.
Cap. V. Miſit, inquit, deus filium ſuum in ſimilitudinem car-
Roma. 8. nis peccati, vt de peccato damnaret peccatum in car-
ne. Nō erat ergo illa caro peccati, quia noo de traduce
mortalitatis io Maria per maſculum venerat: ſed tamē
quia de peccato eſt mors, illa autē caro quamuis ex vir-
gine, tamen mortalis fuit, eo ipſo quo mortalis erat, ſimi
litudinem habebat carnis peccati. Hoc appellat etiam
peccatum, conſequeoter dicēs, Vt de peccato damna-
1. Cor. 5. ret peccatum io carne. Item alio loco, Eum, ioquit, qui
nō nouerat peccatum, peccatum pro oobis fecit, vt nos
Deute. 21. ſimus iuſticia dei in ipſo. Cur ergo timeret Moyſes di-
cere, maledictum, quod Paulus oon timuit dicere, pec-
catum? Plaoè hoc Propheta & præuidere debuit, & prę-
dicere, paratus ab hæreticis cum Apoſtolo reprehendi.
Quiſquis enim reprehenderit Prophetam dixiſſe, ma-
ledictum: cogitur reprehendere Apoſtolum dixiſſe, pec
catum: nam vtique maledictum comes peccati eſt.

Nec ideo maior inuidia eſt, ꝙ addiderit, deo: vt di- D
ceret, Maledictus deo omnis qui pependerit io ligno. Cap. VI.
Niſi enim deus odiſſet peccatum, & mortem noſtram, Deute. 21.
noo ad eam ſuſcipiendam atq; delendam filium ſuum
mitteret. Quid ergo mirū, ſi maledictum eſt deo, quod
odit deus? Tanto enim libeorius nobis dooat immor-
talitatem, quę futura eſt Chriſto veoiente, quanto mi-
ſericordius odit mortem noſtram, quæ in ligno pepen
dit Chriſto morieote. Quòd autem additum eſt, Om- Ibidem.
nis: vt diceretur, Maledictus omnis qui io ligoo pepen
derit: ooo ſaoè Moyſes minus præuidit etiam iuſtos io Gala. 3.
cruce futuros, ſed bene præuidit hæreticos veram mor
tem domini negaturos: & ideo voleotes ab hoc male-
dicto Chriſtum ſeiungere, vt à mortis etiā veritate ſe-
iuogereot. Si eoim vera illa mors ooo erat, oullum ma
ledictum Chriſto crucifixo pepēdit in ligoo, quia nec
vere crucifixus eſt. Sed contra longe futuros hęreticos,
q̃ de longe clamat Moyſes: ſine cauſa tergiuerſamioi,
quibus diſplicet veritas mortis Chriſti, Maledictus om
ois qui pendet in ligno: ooo ille aut ille, ſed omnis om
nino. Etiám ne & filius dei? Etiam prorſus. Nam hoc
eſt quod oō vultis. Inde ſatagitis, inde ſeducitis. Diſpli-
cet enim vobis maledictus ꝑ nobis, quia diſplicet mor
tuus pro nobis. Tuoc enim extra maledictum illius A- E
dā, ſi extra illius mortem. Cum vero ex homine, & pro
homine mortem ſuſcepit, ex illo & pro illo, etiam ma-
ledictum, quod mortem comitatur, ſuſcipere non de-
digoatus eſt etiā ille: prorſus etiam ille filius dei ſemper Roma. 4.
viuus in ſua iuſticia, mortuus autem propter delicta no
ſtra, in carne ſuſcepta ex pœoa noſtra. Sic & ſemper be-
nedictus in ſua iuſticia, maledictus autem propter de-
licta noſtra, in morte ſuſcepta ex pœoa ooſtra: ac per
hoc additum eſt, omnis: ne Chriſtus ad veram mortem
oon pertinere diceretur, ſi à maledicto, quod morti cō
iunctum eſt, inſipienti honorificentia ſepararetur.
Qui autem ex veritate Euangelica fidelis eſt, iotelli- Cap. VII.
git tam oon eſſe cootumeliam Chriſti ex ore Moyſi,
cum eum dixit maledictum, non ex diuioitate maieſta-
tis ſuę, ſed ex conditiooe pœoæ ooſtræ, ex qua io ligoo
ſuſpenſus eſt: q̃ non eſt laus Chriſti ex ore Maoichæo-
rum, cum eum negant caroem habuiſſe mortalem, in
qua veram mortem pateretur: quia ex illo prophetico
maledicto, laus iotelligitur humilitatis: ex iſto hæreti-
co quaſi honore, crimen obiicitur falſitatis. Si ergo ne- F
gas maledictum, nega mortuum: ſi negas mortuum, oō
iam cootra Moyſem, ſed contra Apoſtolos dimicas. Si
autem cōfiteris mortuum, confitere ſuſcepiſſe pœnam
peccati noſtri ſioe peccato noſtro. Iam vero vbi audis
pœnam peccati, aut ex benedictione crede venientem,
aut ex maledictione. Si ex beoedictione veoit pœoa pec
cati, opta eſſe ſemper in pœna peccati. Si autē optas in-
de liberari, crede per diuinæ ſenteotię iuſticiam ex ma-
ledictione veniſſe. Cōfitere ergo maledictum ſuſcepiſ-
ſe pro nobis, quem confiteris mortuum eſſe pro oobis:
nec aliud ſignificare voluiſſe Moyſem, cū diceret, Ma-
ledictus omnis qui in ligno pependerit: oiſi mortalis
omnis, & moriens omnis qui in ligno pepeoderit. Po-
terat enim dicere, Maledictus omnis qui mortalis: aut,
maledictꝰ omnis moriēs. Sed hoc eſt quod aſſerit Pro-
pheta, quia ſciebat Chriſti mortem in cruce penſuram,
& futuros hęreticos, qui dicerent, Pependit quidem in
ligoo, ſed ſpecie quadam, non vt vere moreretur. Cla-
maodo ergo, maledictus: nihil aliud clamauit, niſi quia
vere mortuus, ſciēs mortem hominis peccatoris, quam
ſine peccato ipſe ſuſcepit, de illo maledicto venientem, Ge. 2. & 3.

G quo dictũ eſt, Si tetigeritis, morte moriemini. Ad hoc
Nume.21. pertinet, & ſerpens ille in ligno ſuſpenſus, quo ſignifi-
caretur nō falſam mortem Chriſtum finxiſſe, ſed illam
Ioan.3. veram in ligno paſſionis ſuæ ſuſpendiſſe, in quam ſer-
pens ille hominem male ſuadendo deiecit. Quam verã
mortem nolunt iſti conſpicere, & ideo non ſanantur à
veneno ſerpentis: ſicut in eremo, quicunq; illam atten-
Cap. VIII. derent, ſanabantur. Itaque fatemur ab imperitis dici,
aliud eſſe affigi ligno, aliud in ligno pendere. Sic enim
quidam putant ſoluendam eſſe iſtam quæſtionem, vt
Iudam dicant à Moyſe maledictum, qui laqueo ſe ſuſ-
pendit, quaſi primum nouerint vtrum ex ligno an ex la
pide ſe illi ſuſpenderit. Sed verum eſt, quod & Fauſtus
commemorauit, Apoſtolum non ſinere aliud intelli-
gere, quàm de Chriſto eſſe prædictum. Sed talis impe-
ritia non nullorum catholicorum, venatio Manichæo-
li.3. Cōfeß. rum eſt. Tales enim ſolent inſectari, tales ſuis fallaciis
cap.6. irretire, tales in eos cecideramus, tales hęſeramus, tales
non viribus noſtris, ſed dei miſericordia eruti ſumus.

Cap.IX. Quæ autem diuina Moyſes laceſſiuit, ſicut Fauſtus
criminatur, dicens, ꝙ humanorum nulli vnquam diui-
H norúmque pepercerit. Dixit enim, & abiit: nihil ſategit
probare, nihil curauit oſtendere. Nos autẽ ſcimus Moy
ſem omnia vera diuina pie laudaſſe, & pro ſui tẽporis
congruentia, ſuęq; diſpenſationis gratia, iuſte humana
rexiſſe. Exigant iſti vt hoc doceam, cum & ipſi docere
conati fuerint, quod Fauſtus obiicit, caute quidem, vt
erat acutus, ſed hoc incautus, quia ſuo acumine ſe peri-
mebat. Felix enim cor acutum ad veritatẽ, infœlix con
tra veritatem. Nō dixit, hominum nulli vnquam deo-
rũq; pepercerit: ſed humanorum, inquit, & diuinorum.
Si enim diceret eum deo non pepercíſſe, facile conuin-
ceretur falſæ criminationis, cum Moyſes inueniretur
vbique honorare ac prædicare deum verum, qui fecit
cœlũ & terram. Si autem diceret, nulli deorum peper-
ciſſe, proderet ſe Chriſtianis illos deos colere, à quibus
adorandis Moyſes prohibet: atq; ita ſub alas catholicæ
matris pullis fugientibus non congregaret quę non pe
perit. Vt ergo inſidias tenderet paruulis, dixit, diuinorũ
nulli pepercíſſe Moyſem, quo poſſent neque Chriſtiani
aperto deorum cultu fugere impietatẽ iſtorum nimis
abhorrentem à religione chriſtiana, & Pagani eis fauе-
re aduerſum nos, qui Moyſem ſcirent contra idola, &
I contra deos gentium, quæ ſunt dęmonia, multa vera &
Cap. X. digna dixiſſe. Quod ſi iſtis diſplicet, aperte ſe fate-
antur idolorum, vel dæmoniorum eſſe cultores, quod
quidem ignoranter eſſent, eo ipſo ſolo quod eſſent hę-
1.Timo.4. retici. De talibus enim dixit Apoſtolus, Quia in nouiſ-
ſimis temporibus recedent quidam à fide, intendentes
ſpiritibus ſeductoribus, doctrinis dæmoniorum in hy-
pocriſi mendaciloquorum. Qui enim niſi dæmones
Ioan.20. quibus eſt amica fallacia, iſtis perſuaderent, quòd Chri-
Luca.24. ſtus fallaciter paſſus, fallaciter mortuus ſit, fallaciter ci-
catrices oſtẽderit: id eſt, non vere paſſus, nec vere mor-
tuus ſit, nec illę verę fuerint ex veris vulneribus cica-
trices? Quæ ſunt euidentiores doctrinæ mendacilo-
quorum dęmoniorum, quàm iſtæ, quibus perſuadetur
filium dei: id eſt, ipſam veritatem eſſe mendacem? Sed
iſti in doctrina ſua habent & apertam, non quidem dæ
moniorum, ſed tamen creaturę culturam, quam dam-
Roma.1. nat Apoſtolus dicens, Et coluerunt & ſeruierunt crea-
Cap.XI. turæ potius q̃ creatori. Proinde iſti in phantaſmati-
bus fabularum ſuarum idola, & dæmonia neſcientes
colunt: in ſole autem & luna nouerunt ſe ſeruire crea-
turę, & quòd putant ſe etiam creatori ſeruire, multum
falluntur: phantaſmati enim ſuo ſeruiunt, creatori autẽ K
nullo modo ſeruiunt, quando ea negant deum creaſſe,
quæ aperte Apoſtolus ad Dei creaturam pertinere de-
monſtrat, dicens, cum de cibis & carnibus ageret, Om 1.Timo. 4.
nis enim creatura dei bona eſt, & nihil abiiciendum
quod cũ gratiarum actione percipitur. Videte quid ſit
ſana doctrina, quã non ferentes vos, ad fabulas conuer
tiſtis. Quo modo Apoſtolus & creaturã dei laudat, &
ei tamen cultũ religionis exhiberi vetat: Sic & Moyſes,
qui vobis videtur nulli diuinorum pepercíſſe, non ob
aliud ſuſpicor, niſi quia ſolem & lunam vetuit adorari, Deute.17.
ad quorum circumitum vos per omnes angulos verti-
tis, vt eos adoretis, ſolem & lunam vera laude laudauit,
cum eos factos à deo, & in cœleſti ordine ad peragen-
da ſua opera collocatos, ſicut eſt, ita narrauit, Solem in Pſalm.135.
poteſtate diei, lunã in poteſtate noctis. Falſis autem ve-
ſtris laudibus ſol & luna non gaudent. Diabolus nouit
falſa laude gaudere, præuaricatrix creatura. Poteſtates
vero cœlorum, quę peccato nō lapſæ ſunt, artificẽ ſuũ
in ſe laudari volunt: quarum illa vera laus eſt, qua crea-
tori illarum nō fit iniuria. Fit autem cum dicitur, ꝙ par
tes eius ſint, aut membra eius, aut aliquid ſubſtantiæ ip- L
ſius. Ille enim perfectus, & nullius indigẽs, & nuſquam
defluens, neq; diſcuſſus, neque per loca diſtentus, apud
ſe totus incommutabilis, ſibiq; ſufficiens, ſeipſo beatus,
propter abundantiam bonitatis per verbum ſuum di-
xit, & facta ſunt: mãdauit, & creata ſunt. Proinde ſi ter- Pſal. 132.
reſtria corpora, de quibus loquebatur apoſtolus, cum ci & 148.
bum nullum immundum diceret, bona ſunt, quia om- 1.Timo. 4.
nis creatura dei bona eſt: quanto magis cœleſtia, in qui-
bus excellunt ſol & luna: cum ipſe Apoſtolus dicat cor- 1.Cor.15.
pora cœleſtia & corpora terreſtria: ſed alia eſt cœleſtiũ
gloria, alia terreſtrium. Non ergo conuiciatur Moyſes
ſoli & lunę, cum eos vetat adorari, ſed eos laudat tãquã
creaturã cœleſtem: deum autem laudat tanquam crea-
torem cœleſtium & terreſtrium: nec vult offendi deum,
cum illi pro illo adorantur, qui propter illum & ex illo
laudantur. At quàm ſibi Fauſtus argute reprehende- Cap. XII.
re viſus eſt, quòd etiam maledictum vocat Moyſes, qui
ſolem adorauerit ac lunam. Si ergo, inquit, ſub gentili
poſitus rege, ſolem cogar adorare, & cum reſtitero, ma
ledictum hoc metuens, iubeat crucifigi, in aliud eius
incurram maledictum, quod aduerſus eum deprõpſit, Deute.21.
qui pendet in ligno. Vos quidem nullus rex gentilis co M
git adorare ſolem, quod nec ipſe ſol cogeret, ſi in terra 2. Retract.
regnaret, quia nec nunc à vobis hoc vult fieri: ſed ſicut 7.cap.
creator ipſe impios blaſphematores ſuos vſque ad iu-
dicium ſuſtinet, ſic & ipſa cœleſtia tolerant vanos ado
ratores ſuos vſq; ad iudicium creatoris ſui. Tamen me-
mentote Chriſtianum regem non poſſe cogere, vt ſol
adoretur: de gentili enim rege exemplum Fauſtus pro-
poſuit, ſciens profecto ad gentiles pertinere, quod faci-
tis cum ſolem adoratis. Non eſt hoc ergo chriſtianum,
ſed vbiq; iam perdix nomen Chriſti ponit, vt congre- Hiere.17.
get quę non peperit. Videte tamen quàm facilè reſpon
deat veritas, & ſana doctrina q̃ facile dirumpat hunc
veſtræ quæſtionis tanquam ineuitabilem & bicipitem
laqueum. Ecce faciamus aliquem armatum regia pote-
ſtate comminari homini Chriſtiano, vt ſi ſolem adora-
re noluerit, ſuſpendat̃ in ligno. Si declinauero, inquis,
maledictum, quod lex prompſit in ſolis adoratorem,
incidam in illud, quod eadem lex prompſit in eum, qui
pepẽderit in ligno. Ita vero turbaberis. Sed tu, Imò nec Deute.21.
tu, qui & nullo cogente adoras ſolem. At vero Chriſtia-
nus ędificatus ſuper fundamentũ Apoſtolorum & Pro- Ephe.2.
phetarum

A phetarum, attendit ſingulas cauſas, & ſingula maledi-
cta: videt vnum pertinere ad corpos mortale, quod li-
gno ſuſpenditur: alterum ad animam, quo ſol adora-
tur: etſi enim corpus inclinatur in adorando, animus
tamē aut colit quod adorat, aut fingit: vtrunque autem
perniciosum eſt. Quapropter quoniam maledictum in
vtroque mors meruit, ſicut mors eſt corporis in ligno
pendere, ita mors animi eſt ſolem adorare. Eligēdum
eſt igitur maledictum in corporis morte, quo maledi-
cto & ipſum corpus in reſurrectione liberabitur: deui-
tandum autem maledictum in animæ morte, ne cū ſuo
corpore in æterno igne damnetur. Hāc enim quæſtio-
Matth. 10. nem nobis dominus ſoluit, dicens, Nolite timere eos
qui corpus occidunt, animam autem non poſſunt occi
dere: ſed eum timete, qui habet poteſtatem & animam
& corpus occidere in gehennam ignis. Tanquā dice-
ret, Nolite timere maledictum corporalis mortis, quod
temporaliter ſoluitur: ſed timete maledictum ſpiritalis
mortis, per quod anima in æternum cum ſuo corpore
B cruciatur. Ecce non eſt anicularis maledictio, ſed pro-
Deute. 21. phetica prædictio, Maledictus omnis qui pendet in li-
gno. Sic enim auferet Christus de maledicto maledi-
ctum, quo modo de morte mortem, de peccato pecca-
† al. Sic er tum. Si ergo blaſphemauit † Moyſes dicendo, Maledi-
go nō blaſ- ctus omnis qui pēdet in ligno, quo modo nō blaſphe-
phemauit. mauerunt Apoſtoli dicendo, Mortuus eſt, & vetus ho-
Roma. 6. mo noſter confixus cruci cum illo, Et de peccato dam-
Roma. 8. nauit peccatum, Et eum qui nō nouerat peccatum, pec-
2. Corin. 5. catum pro nobis fecit: & multa huiuſmodi? Vos autem
cum horretis maledictum Chriſtum, fatemini vos hor
rere mortem Chriſti. Vbi apparet veſtra non anicula-
ris maledictio, ſed diabolica ſimulatio, qui mortē Chri
ſti corporis, animæ veſtræ mortem non creditis. Quā
tamen mortem Chriſti nō veram ſed ſimulatam ſua-
detis: quaſi non audeatis per nomen Chriſtianum ho-
mines fallere, niſi ipſum Chriſtum magiſtrum fallaciæ
Cap. XIII. faciatis. Quòd autem inuidus continentiæ vel vir-
Exod. 23. ginitati Fauſto viſus eſt, quia dixit, Maledictus omnis
Deute. 25. qui non ſuſcitauerit ſemen in Iſraël: legant Eſaiam cla-
Eſaiæ 56. mantē, Hæc dicit dominus ſpadonibus omnibus, qui
C obſeruauerit præcepta mea, & elegerint quę ego volo,
& cuſtodierint teſtamentum meum: dabo illis in do-
mo mea & in muro meo locum nominatum, meliorē
filiorum & filiarum: nomen æternum dabo illis, & non
deerit illis. Aut ſi contrarium putant Eſaiam Moyſi, is
eis placeat, ſi ille diſplicet: nō eſt parum aduerſus iſtos,
nobis enim ſufficit ſcire vnum deum locutum & per
Moyſem & per Eſaiam: & maledictum eſſe omnē, qui
non ſuſcitauerit ſemen in Iſraël: ſiue tunc cum populo
ſecundum carnem propagando, etiam carnalis prolis
operatio in cōiugali caſtitate ad officium ciuium per-
tinebat: ſiue nunc, ne quiſquam ſpiritaliter natus, putet
ſibi debere ſufficere, nec inſtet dominicis lucris, quibus
quiſque pro modulo ſuo prædicando Chriſtum, de-
bet generare Chriſtianos. Ita illa diuina ſententia, tem-
pora vtriuſque teſtamenti mira breuitate complecti-
tur, Maledictus omnis, qui non ſuſcitauerit ſemen in
Iſraël.

Libri Quartidecimi finis.

LIBER QVINTVS DECIMVS.

Tomus ſextus.

FAuſtus dixit, Quare non accipitis teſta D
mentum vetus? Quia & omne vas ple Cap. I.
num ſuperfuſa nō recipit, ſed effundit:
& ſtomachus ſaturus reiicit ingeſta.
Proinde & Iudæi ex præoccupatione
Moſeos teſtamento veteri ſatiati, reſ-
puerunt nouum: & nos ex Chriſti prę-
uentione nouo referti, reſpuimus vetus. Vos ideo vtrū-
que accipitis, quia in neutro eſtis pleni, ſed ſemi: alte-
rúmque ex altero in vobis nō tam repletur, quàm cor-
rumpitur: quia & ſemia vaſa nunquam de diſsimili im-
plentur materia, ſed de eadem ac ſibi ſimili: vt vini vi-
no, mellis melle, & aceti aceto: quibus ſi diſsimilia, &
non ſui generis ſuperfundas, vt melli fel, & aquam vi-
no, & aceto garos, non repletio vocabitur hæc, ſed ad-
ulterium. Hæc ergo cauſa eſt, vnde nos parum accipi-
mus teſtamentum vetus: & quia Eccleſia noſtra, ſponſa
Chriſti, pauperior quidem ei nupta, ſed diuiti, contenta
ſit bonis mariti ſui, humilium amatorum dedignatur
opes, ſordent ei teſtamenti veteris, & eius authoris mu E
nera, famæq; ſuæ cuſtos diligentiſsima, niſi ſponſi ſui
non accipit literas. Veſtra ſanè Eccleſia vſurpet teſta-
mentum vetus, quæ vt laſciua virgo immemor pudo-
ris, alieni viri & munerib⁹ gaudet & literis. Amator de-
nique ille veſter, & pudoris corruptor Hebræorum de-
us, diptychio lapideo ſuo, aurū vobis promittit & ar-
gentum, ventris ſaturitatem, & terram Chananęorum. Exod. 31.
Hi vos delectauerūt tam ſordidi quæſtus, vt libeat pec- Deute. 8.
care poſt Chriſtum, vt ſitis ingrati tam immenſis doti-
bus eius. Hæc vos illiciunt, vt in Hebræorum deperea-
tis deo poſt nuptias Chriſti. Diſcite ergo iam nunc etiā
falli vos, & decipi falſis promiſsionibus eius. Pauper &
egenus eſt, nec ea quidem præſtare poteſt quæ promit-
tit: nam ſi ſuæ propriæ coniugi, dico autem ſynagogæ,
nihil horum præſtat quæ pollicetur, & quidē morē ge-
renti ſibi per omnia, & ſeruienti ſummiſsius q̄ ancilla:
vobis præſtare quid poterit alienis ab ſe, & mandatorū
ſuorum detrectātibus iugum ſuperba ceruice? Sed vos
quidē pergite agere vt cœpiſtis, rudem pannū veteri te- Matth. 9.
ſtamento † cōmittite, nouū vinū veternoſis vtribus cre † veſtimēto.
dite, duobus maritis nulli placituri ſeruite, Chriſtianā F
deniq; fidem Hippocentaurū facite, nec equū perfectū
nec hominē, nobis ſoli Chriſto ſeruire permittite: eius
tantum immortali dote contentis, & imitātibus Apo-
ſtolū qui dicit, Sufficiētia noſtra ex deo eſt, qui nos ido 2. Corin. 3.
neos probauit miniſtros noui teſtamenti. Hebræorum
dei & noſtra admodū diuerſa conditio eſt, quia nec ip-
ſe quæ promittit implere poteſt, & nos ea faſtidim⁹ ac-
cipere. Superbos nos aduerſus blādities eius, Chriſti li-
beralitas fecit. Ac ne incōgrue me hæc cōparaſſe exiſti-
mes, Paulus in nos hāc cōiugalis diſciplinæ ſimilitudi-
nem prior contulit, dicens, Quæ ſub viro eſt mulier, vi Roma. 7.
uēte viro alligata eſt legi viri: ſi autē mortuus fuerit vir 1. Corin. 7.
eius, ſoluta eſt à lege viri. Ergo viuente viro vocabitur,
inquit, adultera, ſi iūcta fuerit alteri viro. Quòd ſi mor-
tuus fuerit vir eius, non erit adultera alij coniuncta: per
hoc oſtendens, ſpiritu mœchari eos, qui non ante repu
diantes, & in mortuis quodā modo ponentes legis au-
thorē, tum demū ſe copulauerint Chriſto. Quod dictū
ad eos præcipue ſpectat, qui crediderīt ex Iudęis, vide-
licet, vt ipſi ſint primę ſuperſtitionis obliti. Nobis vero
in hoc quid opus eſt vel præcepto, quibus ex gentilitate
cōuerſis ad Chriſtum, Hebræorum deus non mortuos
debet videri, ſed nec natus? Sanè Iudæo, ſi credat, A-
doneus debet videri defunctus, gentili vero idolum: &

G vnicuique quod eſt veneratus ante cognitum Chriſtũ.
Nam ſi poſt idololatriæ diuortia Hebræorũ quis deũ
& Chriſtum pariter colat, nihil ille quidẽ à detriti pu-
doris fœmina diſcrepauit,quæ poſt vnius mariti obitũ
Cap. II. duobus nupſerit. Auguſtinus reſpondit,Audite hęc,
quorum corda poſsidet Chriſtus, & videte ſi toleratis,
niſi quia ipſe eſt veſtra patiẽtia. Fauſtus nouo melle ple
nus,reſpuit acetum vetus:& Paulus aceto vetere plen⁹,
effudit dimidiũ,quo caperet infuſum mel nouum:non
ſeruandum,ſed corrumpendum. Vides enim,quod ait
Roma.1. Apoſtolus Paulus,Seruus Chriſti Ieſu, vocatus Apoſto-
lus,ſegregatus in Euangelium dei:ex melle nouo eſt.Il-
lud autẽ quod ſequitur, Quod ante ꝓmiſerat per Pro-
phetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo, qui factus
eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem: ex aceto ve-
tere. Quis hoc ſuſtineret audire, niſi nos conſolaretur
1.Corin. 11. idem dicens, Oportet & hæreſes eſſe, vt probati mani-
feſti fiãt in vobis? Sed quid opus eſt eadẽ iam ſuperius
ſatis dicta repetere? Nam pannum nouum & veſtimen
Math.9. tum vetus, & vinum nouũ & vtres veteres, nõ duo te-
H ſtamẽta ſignificare,ſed duas vitas,& ſpes duas: ad duo
vero teſtamẽta intelligenda, illam datã eſſe à domino
Math. 13. ſimilitudinem,Propterea ſcriba eruditus, in regno dei
ſimilis eſt patrifamiliâs proferenti de theſauro ſuo no-
ua & vetera:ex his quæ ante dixim⁹, recordetur qui po
tuerit,vel certe recenſeat qui voluerit: Duas enim ſpes
ſi quis habendas putauerit, vt & propter fœlicitatẽ ter-
renam,& propter regnum cœlorũ deo ſeruiat, hæc il-
lam non capit,& cũ hæc aliqua tribulatione fuerit per-
turbata,deficiens homo amittit etiam illam.Inde eſt &
illud,Nemo poteſt duobus dominis ſeruire: quod ex-
Math.6. poſuit dicens,Non poteſtis deo ſeruire & mammonę.
Vetus autem teſtamentum recte intelligentibus Pro-
phetia eſt noui teſtamenti. Itaque & in illo primo po-
pulo ſancti Patriarchæ & Prophetæ, qui intelligebant
quod agebant,vel quod per eos agebatur,in nouo teſta
† al. habe- mento habẽtes iam ſpem † ſalutis æternæ,ad illud per-
bãt iſtã ſpẽ tinebãt,quod intelligebãt & diligebãt:quia etſi nondũ
reuelabantur,iam tamen figurabãtur. Ad vetus autẽ illi
pertinebant,qui nõ illic amplius,quàm promiſſa tẽpo-
ralia cogitata concupiſcebãt,in quibus æterna figurata
& prophetata,non intelligebant. Sed hæc iam ſatis ſu-
I perq; prioribus reſponſionibus noſtris dicta ſunt.
Cap.III. Illa vero eſt mirabilis impudentia, cũ Manichæorũ
ſacrilega & immunda ſocietas, etiam caſtam ſponſam
Chriſti ſe iactare non dubitat: in quo aduerſus ſanctæ
Eccleſię vere caſta membra quid proficit,niſi vt veniat
in mentem aduerſus tales Apoſtolica illa admonitio,
2.Corin. 11. Aptaui vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chri-
ſto. Timeo autem,ne ſicut ſerpens Euam fefellit aſtutia
ſua, ſic & veſtræ mentes corrumpantur à caſtitate,quæ
eſt in Chriſto. Quid enim agunt iſti euangelizãtes no-
Gala.1. bis præter quod accepimus, niſi vt nos à caſtitate cor-
rumpant, quam Chriſto ſeruamus, quando legem dei
culpant nomine vetuſtatis,& errorem ſuum laudãt no
mine nouitatis, quaſi omnis vetuſtas fugienda ſit, aut
omnis nouitas appetenda:cum & mandatum vetus in
1.Ioan.2. laude ponat Apoſtolus Ioãnes, & profanas verborum
1.Timo.6. nouitates euitari iubeat Apoſtolus Paul⁹? Te ergo vera
ſpõſa veri Chriſti Eccleſia catholica,alloquar & ego te
pro modulo meo,qualiſcunq; filius & ſeruus tuus,poſi-
tus in te diſpẽſare cibaria conſeruis meis: caue ſemper
vt caues Manichæorum impiam vanitatem, iam tuorũ
periculo expertã & liberatione conuictã. Ille me quon-
dã de gremio tuo error excuſſerat,expertus fugi, quod
experiri non debui. Sed tibi profecerint etiam pericula K
mea,cui nunc ſeruit liberatio mea. Quia niſi mihi ve- Ioan.19.
rus & verax ſponſus tuus,de cuius latere facta es, in ve-
ro ſanguine ſuo remiſsionẽ peccatorum poſuiſſet,ab-
ſorbuiſſet me vorago fallaciæ,& terram factum ſerpẽs
irreparabiliter deuoraſſet. Noli decipi nomine verita- Gene.3.
tis,hanc ſola tu habes & in lacte tuo & in pane tuo: in
hac autem tantum nomen eius eſt,ipſa nõ eſt. Et in tuis
quidem grãdibus ſecura es. Sed appello interim paruu-
los tuos,fratres filios dominos meos, quos vel tanquã
oua ſolicitis alis foues, vel tanquam infantes lacte nu-
tris,ſine corruptione fœcũda virgo mater. Hos in te ap
pello teneros fœtus tuos,ne garrula curioſitate ſeducã-
tur abs te:ſed potius anathement, ſi quis eis euãgeliza- Gala.1.
uerit præter id, quod acceperunt in te. Nec relinquant
verum veracẽmque Chriſtum, in quo ſunt omnes the- Coloſ.2.
ſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi:& magnam mul Pſal.30.
titudinem dulcedinis eius,quam abſcondit metuenti-
bus ſe,perfecit autem ſperãtibus in ſe. Ibi vero quo mo
do poſſũt eſſe verba veracis,in prædicatore Chriſti fal-
lacis? Contemne inſultationes eorum,quia bene tibi es L
conſcia,promiſsionem vitæ æternæ te adamaſſe in mu
neribus ſponſi tui,id eſt,ipſum ſponſum tuum: quia ip-
ſe eſt vita æterna. Non autem, ſicut illi decipiunt, † Cap.IIII.
ad alienum deum ſeducta es, promittentem ſaturitatẽ † deſipiunt
ventris,& terram Chananæorum. Intelligis quippe, in
ipſis etiã promiſsionibus te iam tunc figuratã & pro-
phetatã, præſcientiam parturiſſe ſanctorum. Nec la-
pideo diptychio miſerabili dicacitate reprehenſo mo
uearis:quia nõ habes lapideum cor,quod illę tabulæ in
populo priore ſignificabant. Es enim Epiſtola Apoſto- 2.Corin.3.
lorum,ſcripta non atramento,ſed ſpiritu dei viui:non
in tabulis lapideis,ſed in tabulis cordis carnalibus. Ad
quæ verba illi vani gaudent, putantes Apoſtolũm re-
prehendiſſe diſpenſationem illi tempori congruã ve-
teris teſtamenti,non intelligẽtes hoc eum ex Propheta
dixiſſe. Hæc enim verba, quæ imperite amplectuntur,
longe antequam per Apoſtolos dicerẽtur & impleren-
tur, à Prophetis,quos reſpuunt,prænunciata ſunt. Pro-
pheta enim dixerat: Auferam eis cor lapideum, & da-
bo eis cor carneum. Videant ſi nõ hoc eſt,non in tabu Ezech.11. & 36.
lis lapideis,ſed in tabulis cordis carnalibus. Nam neq;
ibi,quod dictum eſt cor carneum, neque hic tabulæ car M
nales, hoc volunt vt carnaliter ſapiamus: ſed quia in
comparatione lapidis,qui ſine ſenſu eſt,caro ſentit,per
lapidis inſenſualitatem ſignificatum eſt cor non intel-
ligens, & per carnis ſenſualitatẽ ſignificatũ eſt cor in-
telligens. Tu potius iſtos irride,qui dicũt, & terram &
ligna & lapides habere ſenſum, & intelligentiore vita
viuere,carnes autẽ ſtolidiore & obtuſiore. Vnde non à
veritate,ſed à ſua vanitate coguntur fateri,mũdius eſſe
legem conſcriptam in tabulis lapideis, quàm ſuũ the-
ſaurum in pellibus morticinis. An forte quia in fabella
ſua etiã lapides dicunt eſſe oſſa principum,non eis du-
bitant coria præponere agnorum? Nempe ergo illa te-
ſtamenti arca mundius tegebat lapideas tabulas,quàm
caprina pellis codicem iſtorum. Hęc tu miſericorditer
irride,vt eis irridenda & fugienda commendes: nam
in illo diptychio lapideo, iam tu nõ corde lapideo in-
telligis, quid duro illi populo congruebat: & in eo ta-
men agnoſcis petram, ipſum ſponſum tuum, illum
quem Petrus loquitur, lapidem viuum ab hominibus
reprobatum, à deo autem electum & honorificatũ. Il- 1.Pet.2.
lis ergo erat lapis offenſionis,& petra ſcandali: tibi au-
tem lapis,quem reprobauerunt ædificãtes, factus eſt in Pſal.117.
caput

A caput anguli. Quod totum idem Petrus Apoſtolus ex-
plicat,& totum à Prophetis, à quibus iſti damnati alie-
nantur,prædictum eſſe commemorat. Lege ſanè etiam
illud diptychium,ne timeas,planè ſpõſi tui eſt. Aliis la-
pis ille ſignificauit duram ſtoliditatem, tibi autem fir-
Exo.31. mam ſtabilitatem. Digito enim dei ſcriptæ ſunt tabulę
Lucæ 11. illæ,digito dei ſponſus tuus eiicit dæmonia:digito dei
1.Timo. 4. expelle tu doctrinas dęmoniorum mendaciloquorum
cauterrantium conſcientiã. Ex hoc diptychio repellis
adulterum,qui ſe paracletũ dicit, vt ſancto nomine te
Exod. 19. ſeducat. Quinquageſimo enĩ die poſt Paſcha datæ ſunt
& 20. illæ tabulæ:& quinquageſimo die poſt paſsionem ſpon
ſi tui,quod Paſcha illud præfigurabat,datus eſt digitus
Acto.2. dei,ſpiritus ſanctus promiſſus paraclet⁹. Noli ergo for-
midare diptychium,quo tibi ſcripta olim, quæ nunc a-
gnoſceres,mittebantur:tantum noli eſſe ſub lege,ne il-
lam timore non impleas,ſed ſub gratia, vt ſit in te ple-
Roma.13. nitudo legis charitas. Non enim aliud diptychium re-
cenſebat ſponſi tui amicus,cum diceret, Nam nõ adul
terabis,non homicidium facies, non concupiſces, & ſi
B quod eſt aliud mandatum,in hoc ſermone recapitula-
Exo. 20. tur,&, Diliges proximum tuum tanquam teipſum. Di-
Roma.13. lectio proximi malum non operatur, Plenitudo enim
legis eſt charitas. Ibi enim ſunt duo illa præcepta, dile-
ctionis dei, & dilectionis proximi, ſingulis tabulis ex-
plicata. Hoc ergo diptychiũ ille promiſit, qui tibi hæc
duo præcepta veniens commẽdauit, in quibus tota lex
Matth. 22. pẽdet & Prophetæ. In primo præcepto eſt caſtitas nup-
tiarum tuarum,in ſecundo vnitas membrorũ tuorum:
illo amplecteris diuinitatem,iſto cõgregas ſocietatem.
Quæ duo præcepta,ipſa ſunt decẽ:tria pertinẽt ad deũ,
& ſeptem ad proximũ. O pudicum diptychiũ, in quo
veteris figuræ ille dilector & dilectus tuus prænuncia-
uit tibi canticum nouum,in decachordo pſalterio: tã-
Pſal.91. quam pro te etiam neruos ſuos extenſurus in ligno, vt
de peccato peccatum damnaret in carne, & iuſticia le-
Roma.8. gis impleretur in te. O diptychium cõiugale,quod non
Cap. V. ſine cauſa odit adultera. Iam enim mihi ad te eſt ſer-
mo, Manichæa congregatio,fallax,& fallaciis inuolu-
ta. Itáne multinuba tot elementis, vel potius meretrix
C proſtituta, dæmoniis & ſacrilegis vanitatibus impræ-
gnata,audes matrimonium catholicum domini tui,cri
mine ipudiciciæ lacerare? Oſtẽde nobis mœchos tuos,
† al. ſplen- ſplendide tenentẽ † ponderatorem, & Atlantem latu-
ditenentẽ. rarium. Illum enim dicis capita elementorum tenere,
† fixo. mundumq; ſuſpendere:iſtum autẽ genu flexo, † ſcapu-
lis validis ſubbaiulare tantã molem,vtique ne ille defi-
ciat. Vbi ſunt iſti? Qui ſi vere eſſent,quando ad te veni-
rent occupati tanto negocio,quando ad te intrarẽt, vt
blanda manu tua,& ocioſo pane delicata,poſt tantũ la
borẽ,alteri digitos,alteri humeros confricares? Sed fal
lunt te mala dæmonia, quæ tecum ſcortantur, vt cõci-
pias mendacia,& parias phantaſmata. Cur ergo nõ reſ
puas diptychium veri dei, tuis membranis inimicum,
quibus tot falſos deos adamaſti mente vagabunda per
figmẽta cogitationum tuarum, quibus omnia poëtica
mendacia grauiora & honeſtiora reperirẽtur? vel hoc
certe,quod apud poëtas neminẽ decipit ipſa profeſsio
falſitatis:in libris autẽ tuis tanta fallaciarũ turba, pueri-
les & in ſenibus animas,nomine veritatis illectas,miſe-
rabilibus corrumpit erroribus,cum prurientes auribus,
ſicut Apoſtolus dicit,& à veritate auditum ſuum auer-
2.Timo.4. tentes,ad fabulas conuertũtur. Quo modo ergo ſanam
doctrinam ferres illarum tabularum,vbi primum præ-
Deute.6. ceptũ eſt,Audi Iſraël,dominus deus tuus deus vnus eſt,

cum tot deorũ nominibus delectata turpiſsimi cordis D
fornicatione voluteris? An nõ recordaris amatorium
canticum tuum,vbi deſcribis maximum regnantiũ re-
gem,ſceptrigerum perennẽ,floreis coronis cinctum,&
facie rutilantẽ? Quem ſi ſolũ talem amares, erubeſcen-
dum tibi eſſet:nam etiã vir vnus floreis coronis cinct⁹,
pudicę cõiugi diſpliceret. Neq; enim potes dicere hoc
aliqua myſtica ſignificatione ita dictum,vel ita demõ-
ſtratum,cum tibi præcipue laudari Manichęus non ob
aliud ſoleat,niſi quod remotis figurarum integumẽtis,
ipſe tibi veritatem nudã & propriam loqueretur. Pro-
prie igitur cantas deum regem ſceptrigerum, floribus
coronatum. Ponat ſaltem ſceptrum,quãdo coronis flo
reis cingitur: nõ decet regiæ virgæ ſeueritatẽ illa luxu-
riæ mollitudo. Huc accedit,quia nõ à te ſolus adama-
tus eſt:ſequeris enim cantando, & adiungis duodecim
ſecula floribus cõueſtita,& canoribus plena,& in faciẽ
patris flores ſuos iactantia. Vbi & ipſos duodecim ma
gnos quoſdã deos profiteris,ternos per quatuor tract⁹,
quibus ille vnus circuncingitur. Quẽ quo modo immẽ E
ſum faciatis,quem ſic circundatum dicitis,nunquã in-
uenire potuiſtis. Adiungis etiam innumerabiles regni-
colas,& deorum agmina,& angelorum cohortes, quæ
omnia non condidiſſe dicis deũ, ſed de ſua ſubſtantia
genuiſſe. Ita conuinceris innumerabiles deos cole- Cap. VI.
re,non ferẽdo ſanam doctrinam, qua docetur vnus de
vno deo natus filius,& vtriuſque ſpiritus ſanctus. Quos
tamen non ſolum innumerabiles, ſed nec tres deos fas
eſt dicere:quorum eſt nõ ſolum vna eademq; ſubſtan-
tia,ſed etiam vna eademq; operatio,per ipſam propriã
vnam eandemq; ſubſtantiã:per creaturam vero corpo-
ralem etiã demonſtratio ſingulorum. Hæc tu non in-
telligis,nõ capis:noui plena es, inebriata es, ingurgita-
ta es fabuloſo ſacrilegio. Digeras aliquãdo quod exha-
las,& te iam obruere talibus deſinas:interim cãta quod
cãtas,& inſpice,ſi potes,dedecus fornicationis tuæ. In-
uitauit enim te doctrina dæmoniorũ mendaciloquo-
rum ad fictas domos angelorum,vbi flat aura ſalubris:
& ad cãpos vbi ſcatent aromata:cuius arbores & mon
tes,maria & flumina dulce nectar fluunt per cuncta ſe-
cula. Et credidiſti & finxiſti hęc in corde tuo,vbi vanis F
recordationibus luxuriata & diſſoluta iacteris. Cũ enĩ
quædam talia dicũtur de ineffabili affluentia ſpiritaliũ
deliciarum,vtique in ænigmate dicũtur, ita vt nouerit
animus,qui talibus exercetur,eſſe aliud quod ibi quærẽ
dum & intelligendum ſit:ſiue corporeis ſenſibus in ve
ritate corporali tale quid demonſtretur: ſicut ignis in
rubo,& de virga ſerpens,& de ſerpente virga:& tunica Exod. 3.
domini à perſecutoribus non diuiſa,& obſequium mu & 4.
lieris,vnctio pedũ aut capitis eius,& frõdes multitudi- Ioan.19.
nis præcedẽtis & conſequentis aſellũ eius: ſiue in ſpiri- Matth. 26.
tu per imagines corporum,vel in ſomnio,vel in ecſtaſi Matth. 21.
figuratæ oſtendantur:ſicut Iacob ſcalę,& Daniëli lapis Gene.28.
præciſus ſine manibus,& auctus in montẽ, & Petro ille Danie.2.
diſcus,& Ioãni tam multa:ſiue ſola locutione ad eũdẽ Acto.10.
modum figurẽtur,ſicut Canticacanticorum,& cum in Cant.1.
Euãgelio fecit paterfamiliàs nuptias filio ſuo:& homo Matth. 22.
quidã duos filios habuit,frugi & luxurioſum:& homo Lucæ 15.
quidã nouellauit vineam,& locauit agricolis. Tu vero Matth. 21.
præcipue Manichęũ ob hoc prædicas,quòd non ad ta-
lia dicenda,ſed potius ad ſoluenda vltimus venerit:vt
& figuris antiquorum apertis, & ſuis narrationibus ac
diſputationibus, euidenti luce prolatis, nullo ſe occul-
taret ænigmate. Addis, eam præſumptionis huius cau-
ſam, quòd videlicet antiqui, vt figuras huiuſmodi vel

G viderent,vel agerẽt,vel dicerẽt, ſciebant iſtum poſtea
venturum,per quẽ cuncta manifeſtarentur: iſte autem,
qui ſciret poſt ſe neminem affuturum, ſententias ſuas
nullis allegoricis ambagibus texeret. Quid ergo facit
affectus tuus deſideriis carnalibus ſordidus, in campis
& montibus nemoroſis,& coronis floreis, & ſcatenti-
bus aromatibus? Si non ſunt ænigmata rationis, phan-
taſmata ſunt cogitationis, aut vecordia furoris. Si vero
ęnigmata eſſe dicuntur, cur non fugis adulterum, aper-
tam veritatem vt illiciat promittentẽ, & fabuloſa fal-
lacia quos illexerit illudentem? Nónne miniſtri eius,&
ipſi miſeri talibus vanitatibus venerati, in hamo ſuo ſo-
1.Corin.13. lent hanc eſcam de Paulo Apoſtolo ponere, vbi ait, Ex
parte enim ſcimus, & ex parte prophetamus: cum autẽ
venerit quod perfectum eſt, quod ex parte eſt, aufere-
tur: & videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc
autem facie ad faciem? Vt ſcilicet Apoſtolus Paulus ex
parte ſcierit,& ex parte prophetauerit, per ſpeculum &
in ænigmate videns, quod totum auferendum eſt ve-
niente Manichæo,& adferẽte quod perfectum eſt, vbi
facie ad faciem veritas videatur. O laſciua, immunda,
H ſine fronte adhuc iſta garris, adhuc paſcis vẽtos, adhuc
amplecteris idola cordis tui? Itá ne tu facie ad faciem
vidiſti regnãtẽ regẽ ſceptrigerũ, floreis coronis cinctũ,
& deorum agmina,& ſplendentem agnum, ſex vultus
& ora ferentem, micantemq; lumine: & alterum regem
honoris, angelorum exercitibus circundatum: & alterũ
adamantem heroem belligerum, dextra haſtam tenen-
tem,& ſiniſtra clypeum: & alterum glorioſum regem
† impellẽtẽ. tres rotas implentem, † ignis, aquæ & venti: & maximũ
Atlantem mundum ferentem humeris, & cũ genu fle-
† al. fixo. xo † brachiis vtrinque ſecus † fulcientem? Hæc & alia
† al. flexis. mille portẽta tu facie ad faciem vidiſti, an hæc tibi do-
ctrina dęmoniorum mendaciloquorum, per ora dece-
ptorum cantat, & neſcis? Væ tibi infœlix, ecce quibus
phantaſmatibus conſtupraris, ecce quas vanitates pro
veritate lambis,& ſerpẽtini poculi ebria, de diptychio
lapideo audes inſultare matronali verecundiæ coniu-
Galat.3. gis vnici filij dei: quia illa iam nõ ſub pędagogo legis,
ſed ſub magiſterio gratię, nec ſuperba operibus, nec fra-
cta terroribus, viuit ex fide & ſpe & charitate, facta Iſ-
Ioan.1. raël, in quo dolus nõ eſt, & audiens quod ibi ſcriptum
Deute.6. eſt, Dominus deus tuus, dominus † vnus eſt: quod tu nõ
† deus. audiẽs, in tam multos fictos deos fornicationem tuam
I diffudiſti. Quo modo non ſint tibi inimicæ illæ ta-
Cap.VII. bulæ, in quibus ſecundum præceptum eſt, Nõ accipies
Exod.20. in vanum nomen domini dei tui: quandoquidẽ tu et-
Deute.5. iam ipſum Chriſtum, qui propter carnales à carnali va-
nitate mundandos, etiam carneis oculis verus in veri-
tate carnis exortus eſt, in fallaciæ vanitate poſuiſti?
Quo modo tibi non ſit aduerſum tertium pręceptũ de
ſabbati requie, quæ tot figmentorũ illuſionibus inquie-
ta anima ventilaris? Hæc tria præcepta quo modo per-
tineant ad dilectionem dei, quando capies, quando ſa-
pies, quando amabis? Immoderata es & fœda & contẽ-
tioſa: tumuiſti, euanuiſti, viluiſti, exceſsiſti modum tuũ,
turpaſti decorem tuum, turbaſti ordinem tuum. Talis
apud te fui, noui te. Quo pacto ergo te nunc doceam,
hæc tria pręcepta ad dilectionem dei pertinere, ex quo
& per quẽ & in quo ſunt omnia? Vnde hæc intelligis,
Roma.11. quando nec illa ſeptem, quæ ad dilectionem proximi
pertinent, qua humanæ vitæ ſocietas continetur, erro-
ris tui deteſtanda peruerſitate noſſe atq; obſeruare per-
Exo.20. mitteris? In quibus mandatum primum eſt, Honora pa-
Deute.5. trem tuum & matrem tuam: quod & Paulus comme-
morat mandatum primum in promiſsione, eadem at- K
que itidem etiam ipſe præcipiens. Tu autem doctrina *Matth.15.*
dæmoniaca didiciſti, inimicos deputare parentes tuos, *Ephe.6.*
quod te per concubitũ in carne ligauerint,& hoc mo-
do vtique deo tuo immũdas compedes impoſuerint.
Hinc etiã conſiderandum eſt, quia conſequens præce-
ptum, quod eſt, Nõ mœchaberis: ita violatis, vt hoc ma-
xime in coniugio deteſtemini, quòd filij procreantur:
ac ſic auditores veſtros, dum cauent ne fœminæ quibus
miſcentur concipiãt, etiam vxorum adulteros faciatis.
Ducunt enim eas ex lege matrimonij, tabulis procla-
mantibus, liberorum procreandorum cauſa: ex veſtra
lege metuentes, ne particulam dei ſui ſordibus carnis
afficiant, ad explendã tantum libidinem fœminis im-
pudica coniunctione miſcentur. Filios autem inuiti ſu-
ſcipiunt, propter quod ſolum coniugia copulãda ſunt.
Quo modo ergo nõ prohibes nubere, quod de te tãto
ante prædixit Apoſtolus, quando id conaris auferre de *1.Timo.4.*
nuptiis, vnde ſunt nuptiæ? Quo ablato, mariti erũt tur-
piter amatores, meretrices vxores, thalami fornices, ſo-
ceri lenones. Ac per hoc etiam illud præceptum, quod
eſt, Non occides: ex eiuſdem erroris peruerſitate non L
ſeruas. Dum enim times, ne dei tui membrum ligetur
in carnem, nõ das eſurienti panem. Hic formidans ho-
micidium falſum, illic perpetras verum. Itaq; ſi incur-
ras in eum famelicum, qui mori poſsit, niſi cibum por-
rigendo ſubuenias, iam tu homicida teneberis: aut lege
dei, ſi non dederis: aut lege Manichæi, ſi dederis. Quid
cætera decalogi pręcepta, quo modo ſeruabis? An à fur-
to abſtineas, vt neſcio quis panem, ſeu quamlibet eſcã
in ſuis viſceribus trucidandam, deuoret potius, quàm
tu, ſi poſsis, ei ſurripias, atque ad officinam ventris ele-
ctorum tuorũ curras, vt furto tuo deus tuus nec in gra-
uius incidat vinculũ,& quò inciderat, eruatur? Porrò,
ſi in eodem furto comprehendaris, non per ipſum deũ
tuum, nõ te abſtuliſſe iurabis? Quid enim tibi facturus
eſt talis deus, cui dicis, falſum iuraui per te, ſed pro te,
niſi velles vt exitium tibi inferrem, dum honorem de-
ferrem? Ita & illud mandatum legis, Ne falſum teſti- *Exod.20.*
monium dicas, propter membra dei tui ſic contemnis, *Deute.5.*
vt ea non ſolum teſtimonio, ſed & iuramento falſo de
compedibus liberes. Iam vero quod ſequitur, Non con-
cupiſces vxorem proximi tui, debet apud te impleri: &
hoc vnũ video, quod nulla tui erroris neceſsitate vio- M
lare cogaris. Sed ſi nefas eſt coniugem concupiſcere a-
lienam, conſidera quid ſit concupiſcendum ſe præpo-
nere alienis: & recordare deos tuos formoſos & deas
formoſas, præbentes ſe vt ardenter concupiſcantur: illi
à fœminis principibus tenebrarum, & illæ à maſculis:
quibus excæcatis, in fruendã libidinem, & in ſuos am-
plexus inhianter æſtuantibus, ſeruant † ab eis illum deũ *† al. eruãt.*
tuum vbique compeditũ,& tanta ſuorum turpitudine,
vt ſolui valeat, indigentẽ. Nam rem proximi non con-
cupiſcere, quod eſt vltimum decalogi mandatũ, vnde *Exod.20.*
potes miſera? nónne tibi deus ipſe tuus in terra aliena *Deute.5.*
ſe fabricare mẽtitur ſecula noua, vbi poſt falſam victo-
riam falſo triumpho tumeſcas? Quod cum modo inſa-
na vanitate deſideras, & eandem terram gentis tene-
brarum ſumma vicinitate ſubſtãtiæ tuæ coniungi cre-
dis, vtique rem proximi cõcupiſcis. Merito tibi eſt ini-
micum diptychiũ, continens tam bona mandata, mul-
tum errori tuo contraria: Nã illa tria, quę ad dilectionẽ
dei pertinent, omnino ignoras, omnino nõ ſeruas: hæc
autẽ ſeptem, quibus ſocietas humana nõ læditur, ſi quã-
do cuſtodis, aut pudore reprimeris, ne inter homines
confun-

A confundaris: aut timore frangeris, ne publicis legibus
puoiaris:aut malum factum bona aliqua conſuetudine
horreſcis:aut ipſa naturali lege, quàm iniuſte alteri fa-
Tobie.4. cias,quod tibi ab altero fieri nõ vis,aduertis:error tamẽ
Matth.7. tuus,quàm te in contrarium ire compellat, & dum ſe-
queris,& dum nõ ſequeris,ſentis:cũ vel hoc facis quod
pati non vis,vel ideo noo facis, quia pati oon vis.

Cap. VIII. At iſta vera ſpõſa Christi,cui de diptychio lapiden
ſi õte impudentiſsima inſultas, intelligit quid diſtet in-
ter literam & ſpiritũ, quæ dun dicuotur alio modn lex
2.Corin.3. & gratia:& nõ iam in vetuſtate literæ, ſed in nouitate
Roma.7. ſpiritus deo ſeruiens,nõ eſt iam ſub lege,ſed ſub gratia.
Neque enim litigioſa cæcatur,ſed mitis intẽdit verbis
Apoſtoli,vt iotelligat quid appellet legem,ſub qua nos
Gala.3. iam non vult eſſe,quia trãſgreſsionis gratia poſita eſt,
donec veniret ſemen, cui promiſſum eſt. Et quia ideo
Roma.5. ſubiotrauit,vt abuodaret delictum,vbi autẽ abundauit
delictũ,ſuperabuodauit gratia: oec ideo tamẽ eandem
legẽ peccatum vocat,quia ſioe gratia non viuificat: au-
B get enim potius reatũ prçuaricatione addita,Vbi enim
lex oõ eſt,nec præuaricatio:& ideo per ſeipſam cũ ſola
Roma.4. litera eſt,ſine ſpiritu,id eſt, lex ſine gratia tantummodo
reos facit:ſed propooit ſibi quod putare minus intelli-
Roma.7. gẽtes poſſent,& aperit quid dicat,cum ait, Quid ergo
dicemus?Lex peccatum eſt?Abſit. Sed peccatum nõ co
gnoui niſi per legem:nam concupiſcentiã neſciebam,
niſi lex diceret,Non cõcupiſces . Occaſiooe itaq; acce-
pta,peccatũ per mandatũ fefellit me, & per illud occi-
dit.Itaque lex quidẽ ſancta, & maodatum ſanctũ & iu-
ſtum & bonũ.Quod ergo booum eſt, factum eſt mihi
mors?Abſit.Sed peccatũ vt appareat peccatum,per bo-
num mihi operatum eſt mortem.Hæc iſta, cui tu inſul-
Matth.7. tas,intelligit,quia gemẽs petit,quia humilis quęrit,quia
mitis pulſat:& ſic videt non reprehendi legẽ, cum di-
2.Corin.3. citur,Litera occidit,ſpiritus autẽ viuificat:ſicut non re-
1.Corin.8. prehenditur ſcientia, cum dicitur, Scieotia inflat, cha-
ritas vero ædificat.Nam vtiq; ipſe dixerat, Scimus quia
omoes ſcieotiam habemus: & tunc adiungit, Scientia
ioflat,charitas vero ędificat.Vt quid ergo habebat ipſe
quo inflaretur,niſi quia cũ charitate non ſolum nõ io-
flat ſcientia,ſed etiã firmat?Ita litera cum ſpiritu, & lex
cum gratia,iam nõ eo modo litera & lex appellatur,ſi-
C cut per ſeipſam cũ occidit abundaote delicto. Ita enim
lex & virtus peccati dicta eſt,cum auget eius noxiã de-
lectatiõnẽ,per ſeueram prohibitiõnẽ. Nec tamen etiã
Roma.7. ſic mala eſt,ſed peccatum vt appareat peccatũ, per bo-
num operatum eſt mortem: ita multa quibuſdam ſunt
noxia, quamuis non ſint mala.Nam & vos cum oculos
doletis,etiam cootra deum veſtrũ ſolem feneſtras clau
ditis.Hæc igitur ſponſa Chriſti,iam mortua legi,id eſt,
peccato quod legis prohibitiõne fit abundantius, cum
lex ſine gratia iubet,non iuuat. Tali ergo legi mortua,
vt ſit alterius, qui ex mortuis reſurrexit, diſcernit iſta
ſioe legis iniuria,ne ſacrilegium committat in eius au-
thorem:quod tu facis in eum, quem non intelligis au-
thorem booi, cum audias Apoſtolum dicentem, Itaq;
lex quidem ſancta,& mandatum ſanctum,& iuſtum &
bonum.Ecce author boni eſt, qui tibi videtur vnus ex
priocipibus teoebrarum. Attende veritatem, ferit tibi
Roma.7. oculos.Ecce Paulus Apoſtolus dicit, Lex quidẽ ſancta,
& mandatum ſanctum,& iuſtum & bonũ. Ecce cuius
author eſt,qui diptychium illud,quod ſtulta irrides,in
magni ſacramenti diſpeoſationẽ præmiſit. Eadẽ quip-
Ioan.1. pe lex,quæ per Moyſem data eſt,gratia & veritas per Ie
ſum Chriſtum facta eſt, cum acceſsit literæ ſpiritus, vt
inciperet impleri iuſticia legis, quæ non impleta, reos D
etiam præuaricatione faciebat. Neque enim alia lex eſt
ſancta & ioſta & bona,& alia,per quã peccatum mor-
tem operatur, cui mori nos oportet, vt ſimus alterius,
qui ex mortuis reſurrexit,ſed eadẽ ipſa eſt. Ecce ſeque-
re:lege,Sed peccatum,inquit, vt appareat peccatũ, per *Roma.7.*
bonum mihi eſt operatum mortem,vt fiat ſupra modũ
peccator,aut peccatum per maodatum.Surda,cęca,au
di,vide.Per bonum, inquit, mihi operatum eſt mortẽ.
Ergo lex ſemper eſt bona, ſiue obſit inaoibus gratia, ſiue
proſit plenis gratia,ſemper eſt bona:ſicut ſol ſemper eſt
bonus,quia omnis creatura dei booa eſt,ſiue dolẽtibus
oculis noceat,ſiue ſanos mulceat. Proinde quod eſt o-
culis ſanitas ad videndum ſolẽ,hoc eſt gratia mẽtibus *1.Timo. 4.*
ad implendam legem.Et ſicut oculi ſani non ſolis de-
lectationi moriuntur, ſed illis ictibus aſperis radiorũ,
quibus reuerberati in denſiores teoebras pellebantur:
ſic anima,quæ per charitatẽ ſpiritus ſalua facta eſt,non
iuſticiæ legis mortua dicitur, ſed illi reatui & præuari-
cationi,quam lex per literam,cum gratia defuit,facie-
bat.Itaq; de illa vtrunque dicitur,Et bona eſt lex,ſi quis *1.Timo.1.*
ea legitime vtatur,& quod ſequitur,Sciens hoc quia,iu E
ſto lex non eſt poſita, quia non opus habet terrente li-
tera,quem delectat ipſa iuſticia. Hæc ſponſa Chriſti *Cap. IX.*
gaudens in ſpe plenæ ſalutis ſuæ, & tibi optat bonam
conuerſationem † à fabulis ad veritatem,ne adonai †* *† conuerſionem.*
quaſi adulterum reformidans, cum verſutiſsimo adul-
tero ſerpente remaoeas.Adonai enim verbum Hebręũ *†* aliàs adoneum.*
eſt,& interpretatur domious, eo modo quo ſolus deus
dicitur dominus:ſicut latria, quod verbum Græcũ eſt,
& interpretatur ſeruitus, noo quæcunque, ſed illa, qua
tantummodo deo ſeruitur: ſicut amẽ interpretatur ve-
rum,non vbicuoque,& quomodocunque,ſed myſtica
religione.Quòd ſi à te quæratur, vnde tu quoq; habeas,
præter Hebræas literas,vel quæ ex Hebræo ſuot,nõ in-
uenis.Non ergo timet Eccleſia Chriſti iſtorum oomi-
num obiectionem,intelligit & amat,nec curat imperi-
tum ioſultatorem:& quę nondum intelligit,credit eſſe
talia,qualia nõnulla experta eſt, quæ oondum intelle-
cta ſic erant.Obiiciat ei quiſque,quòd Emanuel adama
uerit,irridet inſcitiam illius hominis, amplectitur ve-
ritatẽ huius nomiois. Obiiciat quòd amauerit Meſsiã,
repellit extinctum aduerſarium, teoet vnctum magi- F
ſtrum.Ita te quoq; cupit ſanari à vanis erroribus, & æ-
dificari ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophe- *Ephe.2.*
tarum.Quem dicis Hippocentaurum, neſciẽs quid lo-
quaris,nec attẽdis quid tibi tua fabula confecerit, cum
ex parte dei tui, & ex parte terræ tenebrarum falſum
muodum fabricat in corde tuo. Itáne ille non eſt Hip-
pocẽtaurus,ſemiferus & ſemideus?Vere, quia nec Hip-
poceotaurus dicẽdus eſt. Quid autem ſit,tu attende,&
erubeſce & miteſce, vt corruptionem tuam à ſerpente
adultero perhorreſcas: cuius aſtutiam ſi apud Moyſem
credendam non putaſti, apud Paulum cauere debuiſti:
qui veram Eccleſiam volens virginem caſtam exhibe-
re Chriſto, Timeo, inquit, ne ſicut ſerpens Euam fe- *2.Corin.11.*
fellit in verſutia ſua, ita corrumpantur mentes veſtræ
à ſimplicitate & caſtitate, quæ eſt in Chriſto. Hoc tu
cum audires, vſqueadeo tamen deſipuiſti, & venenatis
incantationibus eius amens facta es,vt aliis multis hæ-
reſibus aliud atque aliud idem ſerpẽs, tibi autem etiam
ſe Chriſtum eſſe perſuaſerit. Porrò ſi errant multæ fal-
laciis eius variis & multiformibus irretitæ, quæ tamen
hanc admonitionem Apoſtoli veram fatentur, tu quã-
tum adulterata es,quàm in longinquo proſtituta, quæ

G ipſum pro Chriſto habes, à quo Apoſtolus Chriſti ſe-
ductam Euam atque corruptam clamat, vt ab eo virgi-
nem ſponſam Chriſti tali admonitione cuſtodiat? Te-
nebrauit cor tuum, qui tecum in phantaſmatibus luci-
dorum nemorum volutatur. Quæ ſunt, vbi ſunt, vnde
Cap. X. ſunt fidelia promiſſa eius? O ebria, nõ à vino. Nempe
conuiciata es impudentia ſacrilega deo Prophetarum,
quòd ipſis Iudæis ſibi deſeruiẽtib⁹ nõ exhibuerit quod
promiſit. Nec ſanè dixiſti quid promiſerit, & non ex-
hibuerit, ne ibi cõuincereris, aut iam exhibitũ quod nõ
intelligis, aut adhuc futurũ quod non credis. Tibi quid
promiſſum eſt & præſentatum, vnde tibi fides fieret te
accepturam triumphos nouorum ſeculorum ſuper ter
ram tenebrarũ? Si aliquos Prophetas protuleris, in qui-
bus legamus cum laude prædictos futuros Manichęos,
vnde iam tibi aliquid exhibitũ putes, hoc ipſo, quia eſſe
vos videmus: prius probatura es quòd non ipſe Mani-
chæus tibi Prophetas finxerit: qui ſibi vt crederes vo-
luit. Neque enim putat turpe mendacium, aut vero po-
Matth. 7. teſt dubitare falſos Prophetas oſtendere in pellibus o-
Ioan. 20. uinis, qui Chriſtum laudans, aſſeuerat falſas cicatrices
H oſtendiſſe in membris ſuis. At ego vos planè prędictos
lego, non ſolum à Prophetis aliquanto obſcurius, ve-
rùm & ab Apoſtolo expreſsius. Sed videte quẽadmo-
dum, Spiritus, inquit, manifeſte dicit, quia in nouiſsi-
1. Timo. 4. mis temporibus recedent quidam à fide, intendentes
ſpiritibus ſeductoribus, & doctrinis dæmoniorum in
hypocriſi mendaciloquorum, cauteriatam habentium
conſcientiam ſuam, prohibentium nubere, abſtinentes
à cibis, quos deus creauit ad percipiẽdum cum gratia-
rum actione fidelibus, & iis qui cognouerunt veritatẽ:
quia omnis creatura dei bona eſt, & nihil abiiciendum
quod cum gratiarum actione percipitur. Hæc quemad-
modum in vobis impleta ſint, & luce clarius omnium
qui vos nouerunt, oculos tangit, & ſupra pro tempore
oſtendimus. Iſta autem, quam doctrina Apoſtolica
Cap. XI. virginem caſtam vni viro exhibens Chriſto à fallacia
2. Corin. 11. ſerpentis, qua tu corrupta es, monet vt caueat: agnoſcit
I deum Prophetarum, deum verum, deum ſuum: huius
vltimæ pollicitationi ſecura credit, cuius tanta promiſ
ſa completa iam tenet: nec quiſquam dicit, ad præſens
tempus ei confictos eſſe Prophetas, quos in Iudæorum
codicibus aſſerit. Quid enim incredibilius promitte-
Gene. 22. batur, quàm id quod Abrahę dictum eſt, In ſemine tuo
benedicentur omnes gentes? Et quid certius iam tene-
mus exhibitum? Illa certe eſt vltima eius promiſsio, quã
Pſal. 83. Propheta breuiter ita commemorat, Beati qui habitãt
in domo tua, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Finita
1. Corin. 15. quippe omni indigentia, & nouiſsima inimica morte
deſtructa, perpetua dei laus erit ocioſorum negocium,
quò iam nemo accedet, vnde iã nemo diſcedet. Quod
Pſal. 147. alibi Propheta ita commemorat, Collauda Hieruſalẽ
dominum, lauda deum tuum Sion, quoniam cõfirmat
ſeras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te. Clau-
ſis portis nullus intrabit, null⁹ exibit. Quod & ipſe ſpõ-
ſus in Euangelio dicit fatuis virginibus, etiam pulſan-
Matth. 25. tibus ſe non aperturum. Hęc Hieruſalem, ſancta Eccle-
Apoca. 21. ſia, ſponſa Chriſti, in Apocalypſi Ioannis copioſius v-
beriuſq; deſcribitur. Non credat huic propheticæ pro-
miſsioni virgo caſta, ſi non iam tenet quod ei per ean-
dem prophetiam hoc tẽpore futurum promiſſum eſt,
Pſal. 44. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſce-
re populum tuum, & domum patris tui: quoniam con-
cupiuit rex ſpeciem tuã, quia ipſe eſt deus tuus, & ado-
rabunt eum filiæ Tyri in muneribus: vultum tuum de-
precabuntur omnes diuites plebis, omnis gloria eius K
filiæ regis intrinſecus in fimbriis aureis, circumamicta
varietatibus: afferẽtur regi virgines poſt eam, proximæ
eius afferentur tibi: in lætitia & exultatione adducẽtur
in templum regis: pro patribus tuis nati ſunt tibi filij,
conſtitues eos principes ſuper omnem terram: memo-
res erunt nominis tui in omni progenie & generatio-
ne, propterea populi confitebuntur tibi in æternum &
in ſeculum ſeculi. Sed tu infœlix à ſerpente corrupta,
quando vel cogitare conaris quæ ſit pulchritudo filiæ
regis intrinſecus? Ipſa eſt enim caſtitas mẽtis, vbi tu vi-
ciata es, vt aperirentur tibi oculi ad amandum & ado-
randum ſolem & lunam, ac ſi per iuſtum iudicium dei
te alienares à ligno vitæ, quod eſt æterna & interna ſa-
pientia: nihilq; aliud vocares putareſq; veritatem atq;
ſapientiam, niſi lucem iſtam, quam per male apertos o-
culos tractam, & in immenſum auctam, multipliciterq;
variatã, per imagines fabuloſas impudica mente con-
uolueres. Hæ ſunt fornicationes tuæ nimis abominan-
dæ. Et tamen patiẽter cogita eas, & reuertere ad me di L
cit veritas. Reuertere ad me & mũdaberis, reparaberis: Hiere. 3.
ſi cõfundaris tibi, & refundaris mihi. Hoc audi, hoc di
cit vera veritas, quę nec fallacibus formis cũ tenebrarũ
gente pugnauit, nec fallaci ſanguine te redemit.

Libri quintidecimi finis.

LIBER SEXTVS-DECIMVS.

FAuſtus dixit, Quare Moyſem non Cap. I.
accipitis, cum Chriſtus dicat, Moyſes Ioan. 5.
de me ſcripſit, & ſi crederetis Moyſi,
crederetis & mihi? Ego vero non ſo-
lum Moyſem de Chriſto ſcripſiſſe ve
lim, ſed omnes etiã Prophetas Iudęo-
rum & Gẽtiũ. Quid enim hoc noſtræ fidei noceret, aut
quid non potius prodeſſet, ſi congrua & conuenientia
vndiq; in deũ noſtrũ teſtimonia caperemus? Siquidem
eſſet etiã tum liberũ nobis, odio manẽte, atq; execratio- M
ne ſuperſtitionis eorũ, ſolas ab hiſdẽ de Chriſto excer
pere prophetias: adeo mihi contrariũ non poteſt eſſe, ſi
& Moyſes, quãuis ſit alienus à Chriſto, nõnihil tamen
videatur ſcripſiſſe de Chriſto. An quiſquã hominum
non optauerit de ſpinis omnibus florẽ legere, de omni
herba frugem, de muſcis omnibus mel: quãuis nec mu-
ſcas, nec gramen in cibũ, nec ſpinas in coronæ vſurpe-
mus ornatũ? An quiſquã nollet in omni ꝓfundo mar-
garitã naſci, in omnibus terris gẽmas, in ſyluis omnib⁹
poma? At ſi piſcẽ de mari edere nõ nocet, aquã bibere
nocet, ſciũtq; homines vtilib⁹ ſumptis inimica reſpue-
re: nobis liberum nõ eſſet religionis cuiuſq; ritu dãna-
to, ſi eſſet inutilis nobis, ſolas inde de Chriſto ꝓphetias
accipere: neq; hoc prodeſſet errorib⁹ ad capiẽdos noſ-
met, ac redigendos in propriam ſeruitutẽ, quia nec ſpi
ritibus immundis, cum iidem Ieſum eſſe filiũ dei exer- Marci 1.
te indiſsimulanterq; confiterentur, profuit, vt minime
ſint nobis exoſi. Quare ſi & Moyſes ſecundum hoc te-
ſtimonium de Chriſto aliquid ſcripſit, accipiam: ita ta-
men, vt ipſi hoc minime proſit ad captiuandum me in
propriã legem, quam nihil videã à paganiſmo diſtare.
Quapropter nihil omnino eſt quod arbitreris, ſi pro-
batum hoc fuerit, me minime gauiſurum, ſpiritum om
nem propheta ſſe de Chriſto. Tibi ſanè inſufficiẽtes Cap. II.
referam gratias, ſi quemadmodũ oſtẽdis, quia Chriſtus
Moyſem

A Moyſem de ſe ſcripſiſſe teſtat⁹ ſit,ita etiã illud *doceas,
quænam ſint ea quæ ſcripſit. Nam ego quidem ſcriptu
ras eius perſcrutatus, vt iuſtum eſt, nullas ibidem de
Chriſto prophetias iueni:ſiue quia nullę ſunt,ſiue quia
intelligere ipſe non potui. Vnde in ingẽti poſitus æſtu,
ratione cogebar in alterũ è duobus: vt aut falſum pro-
nunciarem capitulum hoc,aut mendacem Ieſum. Sed
id quidẽ alienum pietatis erat, deum exiſtimare men-
titum. Rectius ergo viſum eſt ſcriptoribus aſcribere fal
Ioan.10. ſitatem,quàm veritatis authori mendaciũ, Quippe cũ
& ipſum dicentem audirẽ, fures fuiſſe & latrones om-
nes qui venerunt ante ſe:qua ſententia primo omnium
video feriri Moyſem. Ad hæc,& cum maieſtatem ſuã
loquenti eidem,vbi ſe mundi lumẽ appellat, Iudæi in-
dignantes reclamarent, Quia tu de te teſtificaris, teſti-
Ioan.8. monium tuum non eſt verum : non eum video proſe-
cutum,vbi maxime locus exigebat,vt diceret de ſe pro-
phetaſſe Moyſem:ſed tanquã reuera alienus, & nullius
habens ex eorũ patribus teſtimonium,reſpondit, Nem-
Ioan.8. pe in lege veſtra ſcriptum eſt, quia duorum hominum
Deute.17. teſtimonium verum eſt. Ego ſum qui teſtificor de me,
B & teſtificatur de me qui me miſit pater. Illud eis cõme-
Matth.3. morans, quod de cœlo dictum omnes audierant, Hic
& 17. eſt filius meus dilectiſsimus,credite illi. Nec non & il-
lud mihi veriſimile non videtur,Iudæos potuiſſe tace-
Ioan.5. re,cum Chriſtus diceret de ſe ſcripſiſſe Moyſem, quin
ſtatim,vtpote maligni & aſtuti,quærerent quidnam il-
lud eſſet, quod de ſe à Moyſe ſcriptum putaret. Sed &
hæc eorũ omnifaria taciturnitas non minus Ieſum ni-
Cap.III. hil tale dixiſſe ſignificat. Quanuis ergo & hæc non
parua videantur ad confirmandam ſuſpicionẽ falſi de
capitulo iſto,plus tamen illo teneor,quia omnem,vt di
xi,Moſeos ſcripturam ſcrutatus , nullas ibi de Chriſto
prophetias inueni. Nunc tamen te compertus melioris
intelligentiæ lectorem,conſecuturum me aliquid cre-
do,acturumq́; fateor gratias, ſi ſpem profectus ac do-
ctrinæ, quam mihi obiurgationis tuæ fiducia promit-
tit,nulla fruſtreris inuidia : ſed doceas ſi quid eſt quod
me forte legentẽ prætierit de deo, ac de domino no
ſtro memoratum in ſcriptura Moyſi. Nec dixeris quæ-
ſo,vt imperiti ſolẽt,hoc ipſum ſatis eſſe debere ad fidẽ,
C quia Chriſtus dixerit de ſe ſcripſiſſe Moyſem:nolo enĩ
nũc ad me reſpicias,quem ad credendũ profeſsio mea
fecit obnoxium,vt non poſsim nõ credere ei quem ſe-
quor:ſed puta nos cum Iudæo tractare,puta cum gẽti-
li:cum eis dixerimus,Moyſes de Chriſto ſcripſit:quęſi-
turi erant probationes,quid offeremus? Nunquid num
dicere poterimus,Chriſtus hoc dixit,cui adhuc illi mi-
nime credunt? Nẽpe opus erit nos ipſis oſtendere quid
Ca. IIII. ſcripſerit. Quid ergo oſtendemus? An illud, quod
vos ſoletis,vbi deus ſuus loquitur, ad Moyſem dicens,
Deute.18. Suſcitabo illis Prophetam de fratribus ipſorum ſimilẽ
tibi? Sed hoc quidem ad Chriſtum minime ſpectare,
nec Iudæũ latet,nec nobis ſic credere conducibile eſt:
quia nõ Propheta Chriſtus,nec Moyſi ſimilis Prophe-
ta:ſiquidem ille fuerit homo,hic deus:ille peccator,hic
Lucæ.1. ſanctus:ille ex coitu natus,hic ſecundum te ex virgine,
Nume.20. ſecundum me verò nec ex virgine:ille offenſo deo ſuo
Deute.34. occiditur in monte, hic patri perplacens patitur pro-
pria voluntate:quo modo ergo ipſe erit Propheta ſimi
lis Moyſi? Nempe ſtatim nos Iudæus aut vt imperitos
ridebit, aut coarguet vt mendaces. An illud offe-
Cap.V. remus ei,quod perinde ſoleris inducere,Videbunt vitã
Deute.28. ſuam pendentem,& non credent? Cui vos quidem ad-
iicitis in ligno,nam nõ habet. Sed hoc quoque proba-

re,quòd ad Chriſtũ minime pertineat, nihil tã in prõ- D
ptu eſt. Inter maledictorum enim ſcua,quę promſit in
populum ſuum,ſi à lege ſua deſciſcerent,etiam hoc ad-
iecit,futuros eoſdem dicẽs in captiuitate hoſtium ſuo-
rum,finemq́; ſui meditaturos diebus ac noctib⁹,vt nec
vitæ ipſius ſuæ fiduciam gererẽt, quæ ſibi eſſet à victo-
ribus condonata: quia eadẽ ex incerto penderet pauẽs
ac ſolicita ſemper ſub imminentia gladiorum. Ne hoc
quidem ergo ad Chriſtum pertinet,quærẽda ſunt alia: *Deute.21.*
nam illud quidem vix crediderim de Chriſto vos di-
ctum putare,maledictum eſſe omnem qui pẽdet in li-
gno:aut illud aliud,interficiendum eſſe Prophetam ſi- *Deute.13.*
ue principem populi,qui eos à deo ſuo vellet auertere,
aliquidve infringere mandatorum. Quod ego quidem
Chriſtum feciſſe planè negare non poſſum. Sed tu con
tra de ipſo hæc eſſe ſcripta planè fateri non poteris, ne
ſi hoc ſit,quærere rurſus incipiamus,etiam in quô nam
ſpiritu Moyſes prophetauerit,vt aut malediceret Chri
ſto,aut eum iuberet occidi. Si enim ſpiritũ dei habuit,
hæc de Chriſto non dixit : ſi hæc de Chriſto dixit, ſpi-
ritum dei non habuit. Neque enim diuinus ſpiritus aut
malediceret Chriſto,aut eum iuberet interfici. Vt ergo E
Moyſem ab hoc crimine vindicetis, fateamini neceſſe
eſt,ne hæc quidem eum ſcripſiſſe de Chriſto. Quòd ſi
hæc de Chriſto minime ſcripſit,aut alia dabitis,aut nul
la erunt:Si nulla fuerint,nec Chriſtus potuit aſſeuerare
quod nuſquam eſt. Ita ſi Chriſtus hoc minime aſſeue-
ranit,capitulum illud falſum eſſe conſtiterit. Sed ne *Cap. VI.*
illud quidem veriſimile eſt,quod proſequitur, Si crede *Ioan.5.*
retis Moyſi,crederetis & mihi:quia diſsimilis admodũ
traditio eſt,& lõge altera Moſeos & Chriſti, vt ſi eorũ
alteri Iudæi crederent , alteri neceſſario repugnarent.
Nam Moyſes quidem præ cæteris ab omni opere ab- *Exo.31.*
ſtinendum docet in ſabbato,cauſamq́; inducit religio-
nis huius hanc eſſe: quia deus cum mundum & quę in
eo ſunt omnia fabricaret , ſex diebus indulſerit operi: *Gene.2.*
ſeptima vero ceſſauerit,quod eſt ſabbatum:idcirco be-
nedixerit:id eſt, ſanctificauerit, tanquam ſuæ tranquil-
litatis portũ,legemq́; dederit inſuper, vt qui idem ſol-
ueret,occideretur. Hoc igitur Iudæi vehementer crede
bant,docẽte Moyſe,idcirco Chriſto ne aures quidem
accõmodandas putabant, aſſeueranti deũ ſemper ope- F
rari,nec vllum ſibi ceſſationis ſtatuiſſe diem, quia ſit in
gis & infatigabilis virtus:ſeq́; adeo idcirco nũquã de-
bere ceſſare,ne ſabbatis quidẽ. Pater enim,inquit, meus *Io.5. & 9.*
ſemper operatur, & me oportet operari . Item Moyſes
carnis perii omen in ſacris & deo amabilibus numerat,
iubetq́; circuncidi maſculinum, omnem carnem præ- *Gene.17.*
pucij ipſorum : eſſeq́; hoc docet neceſſariũ ſignum te-
ſtamenti illius, quod deus ſuus diſpoſuerit ad Abrahã,
affirmatq́; quòd virorũ virorum * quiſquis non hoc ge **Hebraicè*
ſtauerit,exterminabitur ille de tribu ſua:& hæreditatis, *ꝑ quorũcũ-*
quæ Abrahæ repromiſſa ſit ac ſemini eius, nõ veniet in *que virorũ.*
conſortium. Et hoc ergo Iudæi valde crediderãt, aſſe-
uerante Moyſe:idcircoq́; fidem Chriſto habere nõ po
terant,infirmanti ea,& inſuper aſſeueranti quòd dupli-
citer gehennæ filius fieret , qui eſſet circunciſus . Item *Matth. 23.*
Moyſes carnalium ciborum ſolicitam facit diſcretio-
nem,& inter piſces ac volucres & quadrupedia helluo- *Deute.14.*
nis in modum diſceptator ſedet : iubetq́; alia quidẽ ab-
liguriri pro mundis, alia vero pro immundis ne con-
tingi quidem : quorum in parte porcum taxat & lepo-
rẽ,& ſi quid in piſcibus caret ſquama,aut in quadrupe-
dib⁹ vngulã fiſſam nõ habet nec ruminat. Hæc ergo Iu
dæi fortiter crediderũt,ſcribẽte Moyſe:idcirco Chriſto

G iam credere non poterant, indifferentiam docenti ciborum,& à ſuis quidem diſcipulis omnia penit* remouēti:ſecularibus vero vulgo concedēti omnia quæ poſ
Matth.15. ſent edi,atque aſſeueranti quòd eos nihil in os intrans,
†aliàs,imprudenter. pollueret:quia quę de ore impudenter *† procedant,ea ſola ſint quæ polluant hominē. Hæc atque alia multa, Moyſi cōtraria,Ieſum dogmatizare,nemo qui neſciat.

Cap. VII. Quæ quia ſingula percurrere longum eſt,vnum pro multis oſtendam: id eſt, quia Chriſtianarum hæreſum pars maxima,& quod eſt in prōptu,catholici nihil eorum ſeruare curāt,quæ Moyſes ſcribit. Quod ipſum, ſi non de errore deſcendit aliquo,ſed ex vera illa Chriſti & diſcipulorū eius traditione, vos omnino fateamini neceſſe eſt,contraria inuicem ſibi Ieſum docuiſſe atque Moyſem:idcircoq; nec creditū Chriſtū à Iudæis, quia fidem vellent exhibere Moyſi. Quare ergo falſum non
Ioan.5. erit illud Ieſum dixiſſe ad eos,Si crederetis Moyſi, crederetis & mihi:cum ſit lōge manifeſtū, idcirco magis eos nō crediſiſſe Ieſu,quia Moyſi crederēt:potuiſſe autem fidē Chriſto habere, ſi Moyſi credere deſtitiſſent.
H Tu tamen,vt dixi,vbi nam Moyſes de Chriſto aliquid
Cap. VIII. ſcripſerit,quæſo nos doceas. Aliàs,inquit, Si Chriſtianus es,crede dicēti Chriſto, quia de ſe ſcripſit Moyſes,
Ioan.5. Quòd ſi nō credis,Chriſtianus nō es. Inepta hæc ſemper & imbecilla reſpōſio eſt,nihil habentiū quod oſtēdant. Quanto igitur melius feciſſes, ſi idem cōfiereris ſimpliciter:& tamen hoc mihi quidem dicere potuiſti, quē ſcias neceſſe habere, vt credā cauſa religionis, qua famulor Chriſto,licet hoc ipſum adhuc quæratur,vtrū ſit & hoc Chriſti teſtimoniū,vt credi debeat abſolute, an ſcriptoris,vt examinari ſolicite:nec ſi nos credim*†
† al. nec ſi nos non credimus. falſis,Chriſtum hinc offendimus,ſed falſatores: tamen vtcunq; hoc fieri † poterit Chriſtianis oppoſitū, Quid
† ferri. autem de illis agemus,quos retuli,Iudæo ſcilicet atque Gentili,quibus dicere non poſſumus, ſi Chriſtianus es, crede:ſi non credis, Chriſtianus non es: quanquam ne Chriſtiano quidē hoc rectiſsime dixeris,cum Chriſtus
Ioan.20. Thomam Apoſtolum dubitantem de ſe aſpernatus nō ſit,ſed quò animi eius vulneribus mederetur, corporis ſui cicatrices oſtēdit:nec dixit,ſi diſcipulus es,crede: ſi non credis,diſcipulus non es. Tu mihi hoc dicas, non de Chriſto dubitanti, ſed de ſententia, vtrum ſit eius,an ſubinducta. At,inquis,beatiores appellat,qui non vide-
I runt & crediderunt. Hoc ſi ideo dictum putas, vt ſine ratione & iudicio quicquam credamus,eſto tu beatior ſine ſenſu, ego mihi contentus ero cum ratione beatus
Cap. IX. audiſſe. Auguſtinus reſpondit, Aſtute quidem paratum te dicis, ſi quas in libris Moyſi de Chriſto prophetias inueneris, ita percipere, ac ſi piſcem de mari, cum aquā ipſam,vnde piſcis capitur,reſpuas. Sed quia Moyſes omne quod ſcripſit de Chriſto eſt,id eſt, ad Chriſtū omnino pertinet: ſiue quòd eum figuris rerum vel geſtarum vel dictarum prænunciet: ſiue quòd eius gratiā gloriamq; commēdet: tu qui commentitium fallacēq; Chriſtum de Manichæi literis credidiſti, ita Moyſi nō vis credere,ſicut nec piſcem vis edere. Verum hoc intereſt,quòd Moyſem hoſtiliter inſectaris, piſcem autē fallaciter laudas. Si enim piſcem de mari edere nō nocet,ſicut ipſe dixiſti, cur ita eum vos noxium prædicatis,vt ſi alia eſca non occurrat,prius fame conſumamini,quàm piſce veſcamini? Quid quòd ſi omnis caro immunda eſt,vt dicitis,& in omni aqua omniq; herba vita illa miſera dei veſtri retinetur, quæ per veſtra alimēta purganda eſt,deteſtabilis ſuperſtitio tua & piſcem te cogit proiicere, quem laudaſti:& aquā marinā bibere, ac ſpinas edere,quas vituperaſti. Quod vero etiam dæ- K
monibus dei famulum cōparaſti,vt quales illi fuerunt, cum Chriſtum confiterentur, talis & iſte accipiatur, ſi *Marc.1.*
aliquid in eius libris reperiri potuerit, quod prædicet Chriſtum, ille quidem non dedignatur opprobriū domini ſui. Si enī paterfamiliâs Beelzebub appellatus eſt, *Matth.10.*
quanto magis domeſtici eius? Sed vos videte à quibus iſta didiceritis, profecto ſceleratiores, quàm illi qui domino ita conuiciati ſunt. Illi enim non eum Chriſtum eſſe credebant,& ideo fallacem putabāt, vos autem doctrinam non putatis eſſe veracem, niſi quæ Chriſtū audet prædicare fallacem. Vnde autem tibi videtur le- *Cap. X.*
gem Moyſi nihil à Paganiſmo diſtare? An quia templū, ſacrificium,altare,ſacerdotemq; cōmendat? At hæc omnia nomina & in nouo teſtamento reperiuntur. Soluite,inquit,templum hoc, & in triduo reſuſcitabo illud: *Ioan.2.*
&,Cum offers munus tuum ad altare:&,Vade oſtende *Matth.5.*
te ſacerdoti, & offer pro te ſacrificium, quod præcepit *Matth.8.*
Moyſes in teſtimonium illis. Quorum autem figuræ fuerint iſtæ partim dominus ipſe demonſtrat, cū templum corporis ſui templo illi comparat: partim Apo- L
ſtolica doctrina cognoſcimus, Templū enim dei ſan- *1.Corin.3.*
ctum eſt,ait Apoſtolus,quod eſtis vos:&, Obſecro itaq; *Roma.12.*
vos per miſericordiā dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuam,ſanctam,deo placentem: & cætera huiuſmodi. Proinde illa omnia figurę noſtri fuerunt:ſicut *1.Corin.10.*
idem dicit. Et ſæpe commemorandum eſt,quia nō dæmoniis exhibebātur,ſed vni vero deo,qui fecit cœlum & terram:non tanquam indigenti talibus,ſed tempora diſtinguenti, & iubenti præſentia, per quæ ſignificaret futura. Vos autē, qui vt ſeducatis & decipiatis idiotas, imperfectosq; Chriſtianos, Paganiſmum vos fingitis deteſtari, edite nobis authoritatem Chriſtianorum librorum, in quibus vobis ſolem ac lunam colere atq; adorare præceptum ſit. Veſter ergo potius error Paganiſmo ſimilis eſt:quādoquidem nec Chriſtum colitis, ſed Chriſti nomine neſcio quid, quod vobis mentiendo finxiſtis:& deos vel in iſto cōſpicuo cœlo viſibiles, vel alios innumerabiles commentitios adoratis. Quibus phantaſmatibus quaſi vanis atque inanibus ſimulachris,non ædiculas fabricatis,ſed corda veſtra, templa feciſtis. Exigis à me,vt oſtendam quę nam ſcripſerit *Cap. XI.*
de Chriſto Moyſes. Iam quidem ſuperius multa demō-
ſtrata ſunt,ſed quis poſsit omnia demonſtrare? Præſer- M
tim,quia ſi quædam commemorē, paratus videtur iſte peruerſus,vel in alium ſenſum ea conari peruertere:vel ſi fuerit euidētia clarioris veritatis oppreſſus,dicere ſe illa tanquam de mari ſalſo ſuauem piſcem capere: nec ideo ſe ad totam ſcripturam Moſeos, velut ad aquam marinam bibendam cogi oportere. Quapropter ſufficere arbitror huic operi, vt ea ipſa, quæ reprehendenda decerpſit de ſcriptura legis Hebræorum, ad Chriſtum prædicandum pertinere, ſi recte intelligantur oſtendam:ex quo ſatis appareat multo magis cætera,vel ſtatim pronunciata,vel diligenter ac veraciter perſcrutata,Chriſtianę fidei conuenire:ſi ea quæ deridenda atque damnanda obiicit inimicus, eiſipſis conuincatur, Chriſtiana veritate damnandus. Quapropter, ô plene omni fallacia, cum dominus in Euangelio dixerit,
Si crederetis Moyſi, crederetis & mihi: de me enim il- *Ioan.5.*
le ſcripſit:nihil eſt,quòd te in ingenti æſtu poſitum fingas,& cogi videaris in alterum è duobus,vt aut falſum pronūcies capitulum hoc,aut mendacem Ieſum. Sicut enim hoc capitulum verū eſt,ita & verax eſt Ieſus. Rectius viſum eſt,inquit, ſcriptoribus adſcribere falſitatē,

quàm

A quàm veritatis authori mendacium. Itáne tu Chriſtum
credis veritatis authorē, quem prędicas carnis & mor-
tis, & vulnerum & cicatricum ſimulatorem? Volo mihi
oſtendas, vnde authorem veritatis didiceris Chriſtū, ſi
ex eis, qui de illo ſcripſerunt, quorū authoritas recenti me-
moria cōmendata atque firmata in poſteros emanauit,
audes adſcribere falſitatem. Nō enim vidiſti Chriſtum,
aut quemadmodū cum Apoſtolis, locutus eſt tecū, aut
Act. 9. de cœlo te, Sicut Saulum vocauit. Quid de illo ſentire,
quid credere poſſum⁹, niſi quod ſcriptura teſtatur? Por-
rò, ſi mendax eſt Euangelium diſſeminatum & notum
omnibus gentibus, & ab initio prædicationis nominis
Chriſti in eccleſiis omnibus in tāta ſanctitatis culmine
collocatum, quæ ſcriptura proferre poteſt: cui de Chri-
ſto fides habenda ſit? Quid poteris proferri ſcriptum,
quod nō ille, qui hoc nō vult credere, dicat eſſe confi-
ctum, ſi tanta Euangelium noticia venit in dubium.

Caput XII. Deinde ſubiungis, ipſum te audiſſe dicentem, fures
Ioan. 10. fuiſſe & latrones omnes, qui venerunt ante ſe. Vnde il-
lum audiſti hoc dicentem, niſi ex Euāgelio? At ſi hoc,
quod ita credis, ex Euāgelio, vt tanquā ex ore domini
B audiſſe te dicas, alius falſum eſſe contendat, atque hoc
dixiſſe Chriſtū neget, quò ibis, quid facies? Nónne Euā-
gelicam authoritatem quātis potueris viribus prędica-
bis? Miſer, illic ſcriptum eſt, quod nō vis credere, vbi di-
diciſti ꝙ ita credis, vt hoc te ab ipſo Chriſto dicas au-
diſſe. Ecce nos vtrunq; credimus, quia Euāgelio ſancto
credimus, vbi vtrunq; ſcriptum eſt, & de Chriſto ſcrip-
Ioan. 5. & 10. ſiſſe Moyſem, & omnes qui ante Chriſtum venerūt, fu-
res fuiſſe & latrones. Veniſſe quippe ita vult intelligi,
quia miſſi non ſunt: nam qui miſſi ſunt, ſicut Moyſes &
ſancti Prophetæ, nō ante ipſum, ſed cum ipſo venerūt:
quia non eum per ſuperbiam præcedere voluerunt, ſed
eum per ipſos loquentē humiliter portauerunt. Vos au-
tem, qui hæc verba domini ſic intelligitis, ſecūdum ve-
ſtrum intellectum ſatis confitemini nullos vos habere
Prophetas, qui venturum Chriſtum prophetauerunt: &
ideo vobis eum ſicut voluiſtis, ita finxiſtis. Nam ſi aliqui
ſunt veſtrum, quibus quidem propterea fides habenda
nō eſt, quia nō niſi à vobis proferuntur: tamen ſi aliqui
Ioan. 20. ſunt, quos dicere audeatis prophetaſſe Chriſtum falſa
carne venturum, falſa morte paſſurum, falſas cicatrices
dubitātibus diſcipulis oblaturum, nō dico, ex hoc ipſo
C quàm ſint deteſtandi atque fugiendi, quamq; non poſ-
ſint eſſe veraces, quibus de mendacio Chriſtus placet:
vt hoc nō dicam, certe vt dicere cœperam, ſecundum
iſtum intellectū veſtrum fures fuerunt & latrones, quo-
niam ante Chriſtum venerunt, qui eum vēturum quo-
quo modo prædicauerunt. Porrò ſi ille intellectus eſt
verus, vt ipſi ante Chriſtum veniſſe dicantur, qui cum
Chriſto, id eſt, cū verbo dei venire noluerunt, ſed cum
eos nō miſerit deus, mēdacia ſua hominibus attulerunt:
vos quoque ipſi, quamuis poſt Chriſti paſſionem & re-
ſurrectionem in hoc mūdo nati fueritis, fures & latro-
nes eſtis: quia priuſquam vos ipſe illuminaret, vt verita-
tem ipſius prædicaretis, eum anteuenire voluiſtis, vt ve-
Cap. XIII. ſtram fallaciam iactaretis. Illic autem, vbi ei dictum
Ioan. 8. eſt à Iudæis, Tu de te teſtificaris, teſtimonium tuum nō
eſt verum: nō mirum eſt, nō te videre proſecutum eum,
vt diceret de ſe prophetaſſe Moyſem: non enim habes
pium oculum, quo id poſſis videre: nam ecce idipſum
quod eis reſpondit, Nempe in lege veſtra ſcriptum eſt,
quia duorum teſtimonium verum eſt: ego ſum qui teſti-
ficor de me, & teſtificatur de me qui me miſit pater:
quid aliud ſonat rectè intelligētibus, niſi illum teſtium
numerum in lege prophetico ſpiritu conſecratum & D
commendatum, vt etiam ſic prænunciaretur futura re-
uelatio patris & filij, quorum ſpiritus eſt in illa inſepa-
rabili trinitate ſpiritus ſanctus? Ideo ſcriptū eſt, In ore *Deut. 17.*
duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbum. Alio-
quin & vnus teſtis plerunq; verum dicit, & plures ple-
runque mētiuntur, potiuſq; creditum eſt in exordio fi-
dei gentium vni Apoſtolo euangelizanti, quàm popu-
lis errantibus, à quibus perſecutionem patiebatur. Non
igitur fruſtra quodam modo conſecratus eſt iſte nume
rus teſtium, & cum hoc dominus reſpondit, eo quoque
ipſo intelligi voluit de ſe ꝓphetaſſe Moyſem. An forte
inde calumniamini, quia non ait, In lege dei: ſed, in le- *Ioan. 8.*
ge veſtra ſcriptum eſt: vbi vſitatam locutionem ſcriptu-
rarum quis non agnoſcat? In lege enim veſtra dixit, vo-
bis data, ſicut dicit Apoſtolus, Euangelium ſuum: quod
ſe tamen accepiſſe teſtatur, nō ab homine, ſed per reue-
lationem Ieſu Chriſti. An & Chriſtū dicitis negaſſe ha- *Galat. 1.*
bere patrem deum, vbicunque nō ait, Pater noſter: ſed,
Pater veſter? Iam vero vocē illam, quam cōmemoraſti
cœlo delatam, Hic eſt filius meus dilectiſſimus, credite *Matt. 3. & 17.*
illi: quia vos nō audiſtis, nolite illi credere. Si autē ideo
creditis, quia eam in ſcripturis ſanctis inueniſtis, ibi eſt E
& iſta, cui credere nō vultis, de Chriſto ſcripſiſſe Moy-
ſem, ibi aliæ multæ, quibus pariter fidem derogatis: nec
timetis miſeri, ne ita prophanus aliquis dicat, iſtam vo-
cem omnino non ſonuiſſe de cœlo, & ſicut vos contra
ſalutem generis humani, quæ omnibus gentibus Euan-
geliſta authoritate confertur, etiam in veſtram perni-
ciem argumentamini, cum dicitis, propterea non eſſe
credēdum, quod dixerit Chriſtus de ſe ſcripſiſſe Moy-
ſem, quia ſi hoc ille dixiſſet, nec Iudęi tacere potuiſſent,
quin ſtatim vtpote maligni & aſtuti quærerent, quid
nam illud eſſet, quod de ſe à Moyſe ſcriptū putaret: ſic
& ille vanus & perditus dicat, Si de cœlo vox illa ſo-
nuiſſet, omnes Iudæi, qui audierāt, credidiſſent. Cur er-
go non cōſideratis inſani, ſicut fieri potuit, vt & poſt il-
lam cœleſtem vocē dura Iudæorum infidelitas perma-
neret: ita fieri potuiſſe, vt cū Chriſt⁹ diceret de ſe ſcrip-
ſiſſe Moyſem, hoc magis maligna aſtutia timentes vn-
de conuincerentur, audire omnino nō quęrerent quid
de illo ſcripſerit Moyſes. Sed hanc non ſolum ſacri- *Cap. XIIII*
legam aduerſus euangelicam ſanctitatem, verumetiam
F eneruem ac debilem eſſe argumētationē ſentit & Fau-
ſtus: atq; intentionem ſuam in illud potius confert, eoq;
ſe plus teneri dicit, quia omnē Moſeos ſcripturā ſcru-
tatus, nullas ibi de Chriſto prophetias inuenit. Cui cito
reſpondeo, quia non intelligit: & ſi cur non intelligat
quiſquā quæſierit, reſpondebo, quia inimico, quia auer-
ſo † animo legit, quia non ideo ſcrutatur vt ſciat, ſed *aliàs, aduerſo.*
quod neſcit, ſcire ſe putat. Hæc præſumptio tumidæ ar-
rogantiæ, oculū cordis vel claudit, vt omnino non vi-
deat: vel diſtorquet, vt peruerſe videat, & aliud pro
alio probet aut improbet. Tu me, inquit, doce, quid eſt
quod me forte legentem prętererit de deo ac domino
noſtro memoratum in ſcriptura Moyſi, & hic cito re-
ſpondeam, totum te præterit, quia totū illud de Chri-
ſto ſcripſit. Sed quia totum diſcutere & pertractare nō
poſſumus, hoc tibi in iſto opere, ſi potero domino ad-
iuuante, ſeruabo, quod ſuperius dixi: vt ea ipſa, quæ ad
reprehendendum eligis, oſtendam de Chriſto eſſe cō-
ſcripta. Quinetiam petis, ne dixerim, vt imperiti ſolent,
hoc ipſum ſatis eſſe debere ad fidē, quia Chriſtus dixe-
rit de ſe ſcripſiſſe Moyſem. Quod quidem ſi dico, non
vt imperitus, ſed vt fidelis dico: non valere autem hoc *Ioan. 5.*
ad con-

G ad conuincēdum gentilem vel Iudæum, & ego fateor:
ſed aduerſus vos, qui quoquo modo nomine Chriſtia-
no gloriamini, ſatis eſſe idoneū ac prævalidum, tu quo-
que etſi diu tergiuerſatus, tamen coactus es cōfiteri, di-
cens, Nolo enim nūc ad me reſpicias, quem ad creden-
dum profeſsio mea fecit obnoxium, vt nō poſsim non
credere ei quem ſequor, Sed puta nos cum Iudæo tra-
ctare, puta cum gentili. Quibus verbis oſtendiſti, te in-
terim, cum quo mihi nūc res eſt, quia te ad credendum
profeſsio tua fecit obnoxium, ſatis eſſe conuictum de
Chriſto ſcripſiſſe Moyſem: quia ipſum Chriſtum hoc
dixiſſe in Euangelio ſcriptum eſt, cuius tam præclaram
ſanctamq; authoritatem labefactare non audes: quia &
cum id ex obliquo audes, difficultatis tuæ preſſus angu-
ſtiis: & cernens quāta ruina te obruat, cum tibi dicitur,
nullam eſſe ſcripturā, cui de factis & dictis Chriſti fla-
gites eſſe credendum, ſi Euāgelio tam ſancte lateq; no-
tiſsimo credendum eſſe non putas: & timens ne amiſſo
Chriſtiani nominis pallio, nuda vanitas veſtra omni-
bus conſpuenda & deteſtanda remaneat: rurſus te ſau-
cium colligere conaris, & dicis φ iſtis Euangelij verbis
H iam te ad credēdum profeſsio tua fecit obnoxium. Sic
ergo te interim, cum quo nūc ago, teneo, ferio, perimo:
id eſt, errorē tuum atq; fallaciā, & cogo fateri de Chri-
ſto ſcripſiſſe Moyſem: quia hoc Chriſtū dixiſſe in Euā-
gelio legitur, cui te ad credendū profeſsio tua fecit ob-
noxium. Cū Iudæo vero, vel gentili, ſi mihi neceſſe fue-
rit diſputare, iam ſupra oſtendi, quibus modis pro meis
Caput XV. paruulis viribus me agere oportere exiſtimem. Nec
illud nego de Chriſto eſſe prædictum, quod tu tāquam
Deut. 18. facile refellendum elegiſti, vbi deus loquitur ad Moy-
ſem, dicens, Suſcitabo illis Prophetam de fratribus ip-
ſorum ſimilem tibi. Nec me tua lauta & lepida antithe-
ta, quibus luteum ſermonem quaſi colorare ac pingere
voluiſti, vllo modo ab hac fidei veritate deterrent. Cō-
parans enim Chriſtum atque Moyſem, & cupiens de-
mōſtrare diſsimiles, vt ob hoc nō de Chriſto videatur
intelligēdum eſſe, quod ſcriptū eſt, Suſcitabo illis Pro-
phetā ſimilem tibi: oppoſuiſti tibimet ex aduerſo mul-
ta cōtraria, φ ille homo, hic deus: ille peccator, hic ſan-
ctus: ille ex coitu natus, hic ſecundū nos ex virgine, ſe-
cundum vos vero nec ex virgine: ille offenſo deo occi-
I ditur in mōte: hic patri perplacens, patitur propria vo-
luntate: quaſi vero cum ſimile aliquid dicitur, ex omni
parte atq; ex omni modo ſimile intelligatur: quia nō ea
tantum, quæ vnius eiuſdemq; naturæ ſunt, dicūtur inter
ſe eſſe ſimilia: ſicut gemini homines, vel filij parentibus,
vel omnes homines omnibus hominibus, inquantū ho
mines ſunt, ſimiles vtique ſunt: quod & in cæteris ani-
malibus intueri facillimū eſt, vel arboribus, velut olea
oleæ, laurus lauro ſimilis dicitur: verumetiā naturę diſ-
paris ſunt & dicuntur multa ſimilia, vt oliuę oleaſter, &
far tritico. De rebus adhuc proximis & atiogentibus
Ioan. 1. loquor: nā quid tam longe diſtans à filio dei, per quem
Ioan. 1. facta ſunt omnia, quàm pecus & lapis: & tamen in Euā-
1. Cor. 10. gelio legitur, Ecce agnus dei. Et in Apoſtolo, Petra au-
tem erat Chriſtus: quæ nullo modo quiſquā recte dice-
ret, ſi eorum aliquā ſimilitudinem nullo modo ille ſu-
ſciperet. Quid ergo mirum, ſi nō eſt dedignatus Chri-
†agno, quē. ſtus fieri ſimilis ipſi Moyſi, qui ſimilis factus eſt oui, quā†
in eius prænunciatione per ipſum Moyſem præcepit
deus manducari à populo ſuo, eiuſq; ſanguinem ad tu-
telam ſalutis adhiberi, & Paſcha appellari, quod nūc in
Chriſto eſſe cōpletum, nemo diſsimulare permittitur?
Quapropter de ſcripturis agnoſco diſsimilē, de ſcrip-
turis mecū agnoſce & tu ſimilem: non inde diſsimilem K
vnde ſimilem, ſed alia cauſa illud, alia illud, dum tamē
vtrunque demōſtrem? Diſsimilis homini Chriſtus, quia
deus: ſcriptū eſt enim de illo, Qui eſt ſuper omnia deus *Roma 9.*
benedictus in ſecula. Et ſimilis homini Chriſtus, quia
homo, quia de illo itidem ſcriptum eſt, Mediator dei & *1. Timo. 2.*
hominum, homo Chriſtus Ieſus. Diſsimilis peccatori
Chriſtus, quia ſemper ſanctus: & ſimilis peccatori Chri
ſtus, quia deus filium ſuum miſit in ſimilitudinem car- *Roma. 8.*
nis peccati, vt de peccato damnaret peccatum in car-
ne. Homini ex coitu nato diſsimilis Chriſtus, inquan-
tum ex virgine natus eſt: ſed homini nato ſimilis Chri-
ſtus, inquantum & ipſe ex fœmina natus eſt, cui dictum
eſt, Quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius dei. *Luca. 1.*
Homini propter peccatū ſuum mortuo diſsimilis Chri
ſtus, inquantum ſine peccato & propria poteſtate mor-
tuus eſt: ſed rurſus homini mortuo ſimilis Chriſtus, in-
quantum & ipſe vera morte corporis mortuus eſt. *Cap. XVI.*
Nec ideo Moyſi famulo dei derogaueris, quia eum *Deut. 32.*
peccatorem fuiſſe, & offenſo deo ſuo in mōte occiſum
eſſe dixiſti. Nouerat enim & ipſe in domino gloriari, vt
ab eo ſaluus fieret, à quo & ille qui dicit, Chriſtus Ieſus L
venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, quo- *1. Timo. 1.*
rum primus ego ſum. Arguitur enim Moyſes voce di- *Nume. 20.*
uina, φ eius fides ad aquam de petra eliciendā aliquan-
tulum titubauerit, quod ei cū peccato Petri poteſt eſſe *Matth. 14.*
cōmune, qui in medijs fluctibus ſimili fidei defectu du-
bitauit. Verum abſit vt credamus hinc eum eſſe aliena-
tum ab ęterna ſocietate ſanctorum, qui cum ſancto He- *Matth. 17.*
lia, ſicut Euāgelium loquitur, meruit clarificato in mō-
te domino aſsiſtere. Nam & in veteribus legis libris, e-
tiam poſt ipſum peccatū, quantum ſit apud deum meri-
tum eius, apparet. Sed quid cauſæ fuerit, vt de peccato
eius tali morte vindicādo deus loqueretur? Quoniam
pollicitus ſum ea ipſa demōſtrare ad prænunciandum
Chriſtum pertinere, quæ tu reprehendēda delegeris: fa-
ciam ſicut poſſum, domino adiuuāte, vt hoc etiā, quod
in Moyſi morte reprehēdiſti prophetiā fuiſſe de Chri-
ſto recte intelligentibus, doceam. Sicut enim mos *Cap. XVII.*
eſt diuinorū in ſcripturis ſanctis myſteriorum, vt idem
homo aliam atq; aliam pro re aliqua ſignificanda per-
ſonam gerat: tunc Moyſes populi Iudæorum ſub lege
poſiti perſonam gerebat, eumq; in prophetica prænun- M
ciatione figurabat. Sicut ergo Moyſes petrā virga per- *Nume. 20.*
cutiens de dei virtute dubitauit: ita ille populus, qui ſub
lege per Moyſem data tenebatur, Chriſtum ligno cru-
cis affigens, eum virtutem dei eſſe non credidit. Sed ſi-
cut percuſſa petra manauit aqua ſitiētibus, ſic plaga do
minicæ paſsionis effecta eſt vita credentibus. Habemus
enim de hac re pręclariſsimam & fideliſsimam vocem
Apoſtoli, cum inde loqueretur, dicentis, Petra autē erat *1. Corin. 10.*
Chriſtus. Hāc ergo carnalem de Chriſti diuinitate de-
ſperationē in ipſius Chriſti altitudine deus mori iubet,
cū mortē carnis Moyſi in monte imperat fieri. Sicut e- *Deut. 34.*
nim Petra Chriſtus, ita & mons Chriſtus: petra humilis
fortitudo, mōs eminens magnitudo: quia ſicut Apoſto-
lus ait, Petra erat Chriſtus: ita ipſe dominus, Nō poteſt *1. Cor. 10.*
ciuitas abſcōdi ſupra mōtē cōſtituta: ſe ſcilicet montē, *Matth. 5.*
fideles autem ſuos in ſui nominis gloria fundatos aſſe-
rens ciuitatem. Prudentia carnis viuit, cum tanquā pe-
tra percuſſa Chriſti humilitas in cruce cōtēnitur. Chri- *1. Cor. 1.*
ſtus enim crucifixus, Iudæis ſcandalū eſt, gētibus autem
ſtulticia. Et prudentia carnis moritur, cum tanquā mō-
tis eminentia Chriſtus excelſus agnoſcitur. Ipſis enim
vocatis Iudæis & Græcis, Chriſtus dei virtus & dei ſa-
pientia

A pientia eſt. Aſcendit itaque Moyſes in mõtem, vt carne
mortua viuo ſpiritu reciperetur: quò Fauſtus nõ aſcen-
derat, vt carnales calumnias mente mortua loqueretur.
Nónne ipſam petram Petrus per prudentiã carnis per-
cuti exhorruit, cùm domino paſsionem ſuam prænun-
ciãti ait, Abſit domine, nõ fiet iſtud, propicius eſto tibi.
Neque enim pepercit huic peccato dominus, cũ ei re-
Matth.16. tulit, Redi retro Satanas, ſcandalum mihi es: non enim
ſapis quæ dei ſunt, ſed quæ ſunt hominũ. Aut vbi mor-
tua eſt illa carnalis diffidentia, niſi in Chriſti glorifica-
tione, tanquã in montis altitudine? Nam vtiq; viuebat,
cum eum timide negaret: & vtique mortua erat, cum
Actu.8. eum libere prædicaret. Hæc viuebat in Saulo, cum ſcã-
dalo crucis deteſtans, vaſtabat chriſtianã fidem: & vbi
niſi in illo mònte mortua erat, cum iam Paulus diceret,
Galat.2. Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Chriſtus?
Ca. XVIII. Quid habes igitur hæretica vanitas, vnde putes poſ-
ſe conuincere, non de Chriſto eſſe prædictum, Suſcita-
bo illis Prophetam de fratribus ipſorum ſimilem tibi:
quando ne hinc quidem potes, quòd diſsimilem oſten-
dis? Aliis enim cauſis nos ſimilem oſtendimus. An quia
B Propheta dictus eſt, qui & homo eſſe dignatus eſt, & tã
multa futura prędixit: niſi forte aliud eſt Propheta, q̃ ho
Matth.13. mo, vltra humanas coniecturas futura prænũcians? Vn-
de & ipſe de ſeipſo ait, Non eſt Propheta ſine honore,
niſi in patria ſua. Sed de te videro, qui te cõuictum pau-
loante confeſſus es, cum dixiſti, ꝙ te ad credendũ Euã-
gelio profeſsio tua fecit obnoxium: Iudæus ipſe pro-
cedat in medium, qui ceruicem à iugo Chriſti male li-
beram tollit: & ideo ſibi adhuc fas putat dicere, Menti-
tus eſt Chriſtus veſter, nihil de illo ſcripſit Moyſes.
Cap. XIX. Dicat mihi quem Prophetam promiſerit deus, cum
Deute.8. ait Moyſi, Suſcitabo illis Prophetã de fratribus eorũ, ſi-
cut te vel ſimilẽ tibi? Multi enim Prophetæ poſtea fue-
runt, ſed vtique vnum quendam intelligi voluit. Hic ei
credo, facillime occurreret ſucceſſor ille Moyſi, qui po-
pulum ex Aegypto liberatum, in terrã promiſsionis in-
duxit. Quẽ cogitans, me adhuc fortaſſe ridebit quęren-
tem de quo dictum ſit, Suſcitabo illis Prophetam ſimi-
lem tibi: cum legã quis in eodem munere populi illius
regendi atque ducendi Moyſi defuncto ſucceſſerit: qui
cum me velut imperitum riſerit, talis enim & à Fauſto
C deſcribitur, nõ deſinam hominem adhuc etiã compel-
† cõpellare. lere, † & à ſecuro riſu ad curam reſpondendi reuocare,
quærendo atque flagitando: cur eidem ipſi futuro ſuo
ſucceſſori, in cuius cõparatione improbatus eſt, v non
ipſe introduceret populum in terram promiſsionis: ne
videlicet lex per Moyſem nõ ad ſaluandũ, ſed ad con-
uincendum peccatorem data, in regnum cœlorum in-
troducere putaretur, ſed gratia & veritas per Ieſum
Ioan.1. Chriſtum facta: quæram ergo à Iudæo, cur eidẽ ipſi fu-
turo ſuo ſucceſſori Moyſes nomen mutauerit, Vocaba-
• † aliâs, tur enim Oſee, • † & appellauit eum Ieſum. Cur deniq;
Auſe. tunc appellauerit, quando ex cõualle Pharan præmiſit
Nume.13. ad eandẽ terram, quò erat populus ipſo duce venturus?
Ioan.14. Dicit enim verus ipſe Ieſus, Etſi iero, & præparauero vo
bis locum iterum veniam, & aſſumã vos ad me. Quæ-
ram etiam, vtrum non huic figuræ atteſtetur Propheta,
Abacu.3. dicens: Deus ex † Africo veniet, & ſanctus de Pharan:
† ab. tanquam diceret, Eius nominis veniet deus ſanctus, cu-
ius nominis erat ille, qui venit ab Africo de Pharan, id
eſt, Ieſus. Huc accedit, quod idem ipſum dei verbũ in-
telligitur loqui, vbi promittit eundẽ ipſi Moyſi ſucceſ-
ſorem, per quem populus in terram promiſsionis mit-
teretur, nomine angeli eum appellans: ſicut etiam ho-
mines aliquid nunciãtes, in ſcriptura diuina ſolent ap- D
pellari: & ita dicit, Ecce ego mitto angelum meum an- Exod.13.
te faciẽ tuam, vt ſeruet te in via, & inducat te in terram,
quam iuraui tibi: attende tibi, & obaudi eum, ne nõ cre-
das illi: nihil enim ſubtrahet tibi, nomẽ enim meum eſt
in eo. Quid eſt hoc? Perſcrutetur ſcripturas illas, nõ iam
Manichæus, ſed ipſe etiam Iudæus, & videat vtrum de
aliquo angelo deus dixerit, Nomen meum eſt in illo:
niſi de hoc, quem introductòrem in promiſsionis ter-
rã pollicetur. Deinde quærat in hominibus quis Moyſi
ſucceſſor introduxerit populum, & inueniet Ieſum, nõ
hoc ab initio vitæ ſuæ, ſed nomine mutato appella-
tum. Qui ergo dixit, Nomen meum eſt in illo Ieſu: Ipſe
eſt verus Ieſus, rector & ductor populi in hæreditatem
vitæ æternæ, ſecundum teſtamentum nouum, cuius fi-
gura erat teſtamentum vetus: ita quantũ attinet ad pro-
pheticum apparatum, nec geri, nec dici aliquid poſſet
inſignius, quandoquidem res perducta eſt vſque ad no-
minis expreſsionem. Supereſt vt Iudæus ille, ſi vult Caput XX.
& in abſcòdito Iudæus eſſe, non litera, ſed ſpiritu: ſi vult Roma.2.
reputari verus Iſraëlita, in quo dolus non eſt, recorde- Ioan.1.
tur in figura illum mortuum Ieſum, qui introduxit in E
terram morientium: & agnoſcat in veritate viuum Ie-
ſum, quo duce intret in terram viuentium. Talis enim
iam nõ acerbus reſiſtet tam perſpicuę prophetiæ, ſed ex
cõmemoratione Ieſu, qui introduxit in illam promiſ-
ſionis terrã mitis effectus: audiet iam ipſum, cuius no-
men ille habebat, verius introducentem & dicentem,
Beati mites, quoniam ipſi hæreditate poſsidebunt ter- Matth.5.
ram. Hic etiam ille gentilis, ſi non nimis lapideum cor
haberet, aut ſi ex illis eſſet lapidibus, de quibus ſuſcitat
deus filios Abrahæ, nónne miraretur in libris antiquis Matth.3.
einſdẽ gentis, ex qua natus perhiberetur Ieſus, tam eui-
dentem de illo conſcriptam eſſe prophetiam, vt etiam
nomen eius exprimeretur, ſimúlque ibi aduerteret, non
quemlibet hominem prædictum fuiſſe Ieſum, ſed vtiq;
deum, cum in homine illo, qui regendo & introducen-
do in regnum populo cõſtitutus, mutato nomine Ieſus
appellatus eſt, ſuum nomen ineſſe deus diceret, eumq;
angelum nominaret, eo ipſo ꝙ mutato nomine mitte-
batur, magnum aliquid diuinumq; nunciantem? Nun-
cium quippe Græce angelũ dici, quis illa lingua vel te-
nuiter tinctus ignoret? Quamobrem quilibet gentilis, ſi F
peruerſus & peruicax eſſe nollet, non ideo libros illos
contẽneret, quia eſſent Hebręi, cuius gentis lege non te-
neretur: ſed cuiuſlibet gentis libros ideo magnipende-
ret, quia in eis tanto antè conſcripta inueniret, quæ ſuis
iam temporibus impleta cognoſceret: ipſumq; Chriſtũ
Ieſum non propterea ſperneret, quia Hebraicis literis
prænunciatum videret, ſed potius eum, qui literis qui-
buſlibet, antequã inter homines naſceretur per tot vo-
lumina ſeculorũ, partim apertioribus teſtimoniis, par-
tim rerum geſtarum & ſermonum figuris & ſacramen-
tis ita prænunciari cõmendariq; meruiſſet, cum ingenti
admiratione & deuota • † religione ſectãdum veneran- • † aliâs, debita.
dumq; cẽſeret. Ita illi ex rerum Chriſtianarum iam prę-
ſentatis effectibus librorum prophetia vera probaretur,
ex librorum vero prophetia Chriſtus colendus agno-
ſceretur. Vana loqui me putet, † ſi non ita factum eſt, ſi † aliâs, loqui deputer.
non ita fit, ſi non in eam fidem per vniuerſum orbem
terrarum, eorumdem librorum recitatiòne cõcurritur.
Vnde mirabiliter iſtorum eſt ridẽda vecordia, qui Cap. XXI.
tanquam impoſsibile à nobis quærunt, quo modo per
Iudæorum libros fidem Chriſtianam velit diſcere ho-
mo gentilis, cùm tanta deuotione & tanta celebritate
omnes

G omnes gentes iſtorum librorũ fieri diſcipulas cernant:
eo ipſo nimirũ fortius atque firmius, quod ex manibus
inimicorum tanta de Chriſto teſtimonia proferuntur:
in quibus ideo gentes quę credũt, nihil de illo ad tem-
pus poſſunt putare confictũ: quia in eis libris inueniunt
Chriſtum, quibus à tot ſeculis ſeruiunt, qui crucifixerũt
Chriſtum, & quos in tanto apice authoritatis habent,
qui quotidie blaſphemant Chriſtũ. Si enim ab eis pro-
ferrentur prophetię de Chriſto, qui prędicãt Chriſtum,
ab eis ipſis cõfictæ putarentur: nũc vero idẽ exponit qui
prædicat, quod recitat qui blaſphemat. Ad aliquem nã-
que vſum ſanctorũ ordinatur omnis cęcitas impiorum
à ſummo deo, qui pro ſui regiminis æquitate, bene vti-
tur etiã malis: vt qui ſuo arbitrio iniuſte viuũt, illius iu-
dicio iuſte diſponantur. Ergo ne teſtimonia prophetiæ
Chriſti naſciturı, mira facturi, indigna paſſuri, moritu-
ri, reſurrecturi, aſcenſuri, per omnes gentes Euãgelium
vitæ æternæ diſſeminaturi, illi finxiſſe crederentur, qui
eum populis annunciarent, magnum aliquid actum eſt
in vſum noſtrũ de infidelitate Iudæorum: vt idem ipſi,
qui hæc propter ſe non haberent in cordibus, propter
H nos haberent in codicibus. Nec inde authoritas illis li-
bris minuitur, ꝙ à Iudæis non intelliguntur, imò & au-
getur: nam & ipſa eorum cæcitas ibi prædicta eſt. Vnde
magis non intelligendo veritatem, perhibent teſtimo-
nium veritati: quia cum eos libros nõ intelligunt, à qui-
bus non intellecturi prædicti ſunt, etiam hinc eos vera-
Cap. XXII. ces oſtendunt. Hinc eſt & illud, cuius ambiguitate
Deute. 28. Fauſtus fallitur. Videbis vitam tuam pendẽtem, & non
credes vitæ tuæ. Quæ verba & aliter poſſe intelligi po-
teſt aliquis dicere, de Chriſto autem non poſſe intelligi,
nec Fauſtus auſus eſt dicere, nec quiſquam prorſus au-
debit, niſi qui negauerit aut Chriſtũ eſſe vitã, aut Iudæis
viſum non eſſe pendentem, aut eos illi non credidiſſe.
Ioan. 14. Cum vero & ipſe dicat, Ego ſum vita: & eum pepẽdiſſe
conſtet ante oculos nõ ei credentiũ Iudæorum, nõ vi-
deo cur dubitare debeamus id etiã de Chriſto ſcripſiſſe
Ioan 5. illũ, de quo Chriſtus ait, Ille enim de me ſcripſit. Proïn-
Deute. 18. de ſi quod ſcriptum eſt, Suſcitabo eis Prophetã de fra-
tribus illorũ ſimilem tibi: oſtendere conatus eſt Fauſtus,
nõ poſſe de Chriſto intelligi, quia Chriſtus Moyſi ſimi-
lis non eſt, & tamen ex omni parte conuictus eſt, quid
I opus eſt in hoc teſtimonio laborare? Aut certe ſicut di-
xit Chriſtum ſimilem non eſſe Moyſi, vt illã refelleret
prophetiã, ſicut etiam vt hanc refellat, dicat Chriſtum
non eſſe vitã, vel in conſpectu Iudæorũ non ei credẽn-
tium non pependiſſe. Cũ autẽ hoc ille non dixerit, nec
hodie quiſquam eorum audeat dicere, nihil eſt, cur mo-
remur hanc quoq; de domino & ſaluatore noſtro Ieſu
Chriſto, famuli eius amplecti prophetiã. At enim inter
cætera maledicta & hoc poſitum eſt. Num ideo nõ eſt
prophetia, cũ & cætera, inter quæ poſitum eſt, nihil ſint
aliud quàm prophetiæ? Aut ideo nõ eſt de Chriſto pro-
phetia, quia illa, quæ in ea lectione vel præcedentia vel
conſequentia cõſequuntur, nihil pertinere videntur ad
Chriſtum? quaſi vero quicquã ſit peius inter maledicta,
quæ Iudæis pro merito ſuperbiæ & impietatis accide-
runt, quàm videre vitam ſuam: id eſt, filium dei pẽden-
tem, & nõ credere vitæ ſuæ. Maledicta enim, cũ ex pro-
phetia dicuntur, non ſunt de malo voto imprecãtis, ſed
de præſcio ſpiritu denunciantis. Nam illa, quę de malo
Rom. 12. voto ſunt, prohibentur, cum dicitur, Benedicite, & no-
lite maledicere. Hæc autem ſæpe inueniũtur in ſermo-
2. Timo. 4. ne ſanctorum, ſicut Apoſtolus Paulus, Alexãder, inquit,
ærarius multa mala mihi oſtendit, reddet illi dominus

ſecũdum opera ſua. Nam illud tanquã ſtomachatus & K
indignatus, etiã male optaſſe videtur Apoſtolus. Vtinã *Galat. 5.*
& abſcindãtur qui vos cõturbãt: Quod vtiq; ſi conſide-
res perſonã ſcribentis, magis eum elegantiſsimo ambi-
guo bene optaſſe intelliges, Sũt enim ſpadones, qui ſe- *Matth. 19.*
ipſos abſciderunt propter regnũ cœlorum. Quod in his
quoq; verbis Fauſtus ſapuiſſet, ſi pium palatum ad eſcas
dominicas attuliſſet. Sic enim ſonuit fortaſſe Iudæis, *Deute. 28.*
quod dictum eſt, Videbis vitã tuam pendẽtem, & non
credes vitæ tuæ: vt inter minas & dolos hoſtiũ ſuorum
vitam ſuã videntes ex incerto pendere, victuros ſe eſſe
non crederẽt. Sed filius Euangelij cum audit, Ille enim *Ioan. 5.*
de me ſcripſit: in hac ipſa ambiguitate ſententiæ videt,
quid Prophetæ porcis proiiciant, quid hominibus in-
nuant: ſtatimq; illi occurrit vita hominũ Chriſtus pen-
dens, eiq; non credentes Iudæi, ob hoc ipſum quia pen-
dentem vident. Et alius quidẽ aliquis cito diceret, inter
cætera maledicta, quia in illa lectione ad aliquid de
Chriſto intelligendũ non pertinent, hoc ſolum ibi eſſe
de Chriſto, quod ſcriptum eſt, Videbis vitam tuam pẽ-
dentem, & non credes vitæ tuæ. Neque enim fieri non
poſſet, vt inter diuerſa maledicta, quæ impio populo L
prophetice pręnunciabantur, hoc quoq; poneretur. Sed
ego, & qui mecum aliquanto attentius cogitant euãge-
licam illam, dominicamq; ſententiam, qua non ait, Ille
enim & de me ſcripſit: vt & alia, quæ ad Chriſtum non
pertinent, ſcripſiſſe crederetur: ſed ait, De me enim ille
ſcripſit, vt omnẽ ſcripturæ illius intentionẽ non niſi ad
intelligendã Chriſti gratiã perſcrutãdo cõſuleremus,
etiam cętera in illa lectione maledicta propter Chriſtũ
prædicta cognoſcimus: quod nunc oſtendere ſi velim,
nimis longum erit. Vnde tantũ abeſt, vt hoc quod *Ca. XXIII.*
Fauſtus cõmemorauit, propterea nõ pertineat ad Chri-
ſtum, quia inter cætera maledicta poſitũ eſt, vt nec ipſa
cętera rectum habeãt intellectũ, niſi ad Chriſti gloriã,
qua generi humano conſulitur, prophetata referantur,
quanto magis hoc? Quod & ſi talis fuiſſet Moyſes, vt a-
liud corde intuens, id ore funderet, facilius eũ dicerem
prophetaſſe neſcientem, q̃ cum audirẽ populo Iudęorũ
dictum, Videbis vitã tuam pendẽtem, & nõ credes vi- *Deute. 28.*
tæ tuæ: de Chriſto prophetatũ negarẽ. Neq; enim hoc
intuebatur animo Caiphas, quod ex verbis eius intelle-
ctum eſt, cum Chriſtũ vt inimicũ perſequens, ait expe- M
dire, vt vnus homo moreretur, ne periret tota gẽs. Vbi *Ioan. 11.*
Euãgeliſta ſubiecit, hoc eũ nõ à ſe dixiſſe, ſed cum eſſet
põtifex, prophetaſſe. Sed Moyſes nõ erat Caiphas, qua-
re illud quod populo Hebræo dixit, Videbis vitã tuam
pendentẽ, & nõ credes vitę tuę: non ſolũ de Chriſto di-
xit, quod etſi neſciens dixiſſet, de nullo alio dixiſſe de-
beret intelligi, verũetiã ſciens dixit. Erat enim fideliſsi-
mus diſpẽſator prophetici ſacramẽti: id eſt, illius ſacer-
dotalis chriſmatis, vnde Chriſti nomen agnoſcimus: in
quo ſacramẽto quamuis homo peſsimus Caiphas, etiam
neſciens potuit prophetare. Hoc quippe in eo egit pro-
pheticũ chriſma, vt prophetaret: hoc autẽ vita impia, vt
neſciens prophetaret. Quo itaque ore dicitur nihil de
Chriſto ꝓphetaſſe Moyſes, à quo illud chriſma cœpit,
vnde Chriſti nomen innotuit: & vnde Chriſtũ etiam
perſecutor Chriſti vel neſciens prophetauit? Nã de *Ca. XXIIII.*
maledicto pendẽtis in ligno, iam quantum ſatis viſum
eſt ſupra diximus. Interficiendũ autẽ eſſe Prophetã ſiue
principẽ populi, qui filios Iſraël à deo ſuo vellet auer-
tere, aliquódve infringere mandatorum, non aduerſus
Chriſtum pręcepiſſe Moyſem: & ex his, quæ iam multa
egimus, ſatis clarum eſt: & magis magiſq; conſideranti

dicta

A dicta & facta domini Ieſu Chriſti, magis magiſq; clare-
bit, quia nec à ſuo deo voluit quenquã eorum Chriſtus
Exod. 3. auertere. Deus quippe, quem illis Moyſes diligendũ co-
lendumq; pręceperat, ipſe eſt certe deus Abrahã & deus
Iſaac & deus Iacob, quẽ dominus Ieſus Chriſtus eadem
cõmendatione cõmemorat, eiuſdemq; authoritate Sa-
ducæorum refellit errorem reſurrectionẽ negantium,
Matth. 22. vbi ait, De reſurrectione autẽ mortuorum non legiſtis,
quid deus locut⁹ ſit de rubo ad Moyſem, Ego ſum deus
Abrahã & deus Iſaac & deus Iacob. Non eſt deus mor-
tuorum, ſed viuorum. Omnes enim illi viuunt. Oppor-
tune itaque eadẽ voce nunc conuincuntur Manichæi,
qua tunc conuicti ſunt Saducæi: nam & ipſam reſurre-
ctionem alio quidẽ modo, ſed tamen etiam iſti negãt.
Matth. 8. Ille cũ fidem Centurionis laudans diceret, Amen dico
vobis, nõ inueni tantam fidẽ in Iſraël: adiecit & ait, di-
co autem vobis, quoniam multi ab Oriẽte & occiden-
te venient & recumbent cum Abrahã & Iſaac & Iacob
in regno cœlorum: filij autẽ regni ibunt in tenebras ex-
teriores. Si ergo quod negare Fauſtus nõ poteſt, nũ cõ-
mẽdauit Moyſes populo Iſraël deũ niſi deũ Abrahã &
B Iſaac & Iacob, eumq; ipſum Chriſtum ex his & aliis te-
ſtimoniis ſine dubitatione cõmendat, non eſt conatus
illum populũ auertere à deo ſuo: ſed ideo minatus eſt
eos ituros in tenebras exteriores, quòd auerſos videret
à deo ſuo, in cuius regno gentes vocatas ex toto orbe
terrarum, recubituras dicit cum Abrahã & Iſaac & Ia-
cob: non ob aliud, quàm ꝙ fidem tenuiſſent dei Abra-
Galat. 3. ham & Iſaac & Iacob. Vnde & Apoſtolus dicit, Proui-
dens autem ſcriptura, quia ex fide iuſtificat gẽtes deus,
prænunciauit Abrahæ dicẽs, In ſemine tuo benedicen-
tur omnes gentes, vt illi ſcilicet in ſemine Abrahæ be-
nedicerentur, qui Abrahæ fidem imitarentur. Nõ igitur
Chriſtus Iſraëlitas à deo ſuo volebat auertere, ſed eos
potius, ꝙ ab illo auerterentur, arguebat. Mandatorum
autẽ aliquod eorum, quæ per Moyſem data ſunt, infre-
giſſe dominum, qui arbitrabatur, non mirum ſi hoc pu-
tat quod Iudæi: ſed ideo errat, quia in hoc errauerũt &
Iudæi. Vbi autẽ Fauſtus cõmemorat ipſum mandatum,
quod dominũ infregiſſe vult credi, ibi opus eſt vt oſtẽ-
damus quo modo fallatur: ſicut iam ſupra, vbi oporte-
bat, oſtendimus. Nunc illud dico, quia ſi aliquod illorũ
mandatorũ dominus infregiſſet, non etiam de hocipſo
C Iudæos arguiſſet, quibus calumniantibus, ꝙ diſcipuli e-
ius illotis manibus manducarent, & ob hoc excederent
noo mandatum dei, ſed traditiones ſeniorum, ait illis,
Matth. 15. Vt quid & vos tranſgredimini mãdatum dei, vt tradi-
tiones veſtras ſtatuatis: ipſumq; dei mãdatũ cõmemo-
rat, quod per Moyſem mandatum eſſe nouimos. Secu-
tus quippe ait, Deus enim dixit, Honora patrem & ma-
trẽ: & qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur:
Matth. 15. Vos autẽ dicitis, Quicunq; dixerit patri vel matri, mu-
Exod. 20. nus, quod eſt ex me, tibi proſit, nõ honorauerit patrem
Deute. 5. ſuum: & irritum feciſtis verbum dei propter veſtrã tra-
ditionem. Qua in re videte quàm multa nos doceat, &
Iudæos à deo ſuo ſe non auertere, & eius mandata non
tantum ſe nõ infringere, verumetiam illos à quibus in-
fringerentur, arguere, & non niſi deũ per Moyſem iſta
Cap. XXV. mandaſſe. Quamobrem quoniã nos credimus om-
nia, quæ ſcripſit Moyſes, ad Chriſti cõmendationẽ per-
tinere, quod iſto opere, quia demõſtrare nõ poſſumus,
polliciti ſumus in iis hoc oſtendere, quæ Fauſtus de illa
ſcriptura refellenda vel vituperanda delegerit: rectè à
nobis debitum exigitur, vt hoc etiam, quod præcepit
Moyſes interficiẽdum eſſe Prophetam ſiue principem,
qui eos à deo ſuo vellet auertere, aliquódve infringere D
mandatorum, oſtẽdamus ad cuſtodiendam fidem, quę
in eccleſia Chriſti dicitur pertinere. Videbat quippe il-
le ſpiritu prophetico, & deo ſibi loquente, multos exur-
recturos hęreticos diuerſorum errorum magiſtros ad-
uerſum doctrinam Chriſti, qui nõ eum Chriſtum præ-
dicarent, qui verus eſt Chriſtus. Ille enim verus eſt, qui
per prophetias, per eundem Moyſem, cęteroſq; ſanctos
eius gentis editas, prænũciatus eſt. Quiſquis itaq; alium
docere vellet, ipſum interficieodum Moyſes præcipie-
bat. Quid autem nunc aliud agit lingua catholica, niſi
vt ſpiritali gladio, vtriuſq; teſtamenti acie bis acuto, in-
terficiantur omnes, qui nos à deo noſtro volũt auertere
aliquódve infringete mandatorum? Inter quos præci-
pue cadit ipſe Manichæus, cum eius error aſſerta legis
& Prophetarum veritate, perimitur, volentis nos auer-
tere à deo noſtro, deo Abrahã & Iſaac, & Iacob, quem
Chriſtus commendat: & volentis infringere mandata
legis, in quorum etiam figuris Chriſtum prophetatum
eſſe cognoſcimus. Iam vero illam complexionem, *Ca. XXVI.*
vtrum obtuſiſsimam an fraudulẽtiſsimam dicã, neſcio:
erat enim Fauſto ingenium, vnde magis arbitror eum E
nebulam inijcere voluiſſe minus attento lectori, quàm
non vidiſſe quod dicã: ait enim, Quod ſi hæc de Chri-
ſto minimè ſcripſit, aut alia dabitis, aut nulla erunt. Hęc
propoſitio vera eſt, ſed cũſequens erat, vt oſtenderet &
hęc de Chriſto minimè ſcripta eſſe, & alia dari nõ poſ-
ſe. Nihil autẽ horum fecit, quia & hæc nos oſtendimus,
quo modo de Chriſto accipi poſsint: & ſuperius alia
multa dedimus, quę niſi de Chriſto intellectum habere
non poſsint. Nõ eſt ergo, cur cõcludas Fauſte, nulla eſſe
à Moyſe ſcripta de Chriſto. Attende enim quid dicas,
Quòd ſi hęc, inquis, minime de Chriſto ſcripſit, aut alia
dabitis, aut nulla erunt. Verum dicis. Proinde, quia &
hæc de Chriſto, vel propter Chriſtũ ſcripta docuimus,
& alia multa dedimus, argumentatio tua potius nulla
erit. Et hæc quidem, quæ commemoraſti, quanuis non
obtinueris, ſaltem conatus es oſtendere nõ eſſe ſcripta
de Chriſto. Quòd autem ſubdidiſti, Aut alia dabitis, aut
nulla erunt: prius demũſtrare debuiſti, alia nos dare nõ
poſſe, vt ſecurus inferres, nulla eſſe. Nũc vero tanquam
libellus tuus tã ſurdos auditores, vel cæcos lectores eſ-
ſet habiturus, vt nullus aduerteret quod prætermiſeris,
cucurriſti dicere, Si nulla fuerint, nec Chriſtus potuit F
aſſeuerare quod nuſquam eſt: ita ſi Chriſtus hoc mini-
me aſſeuerauit, capitulum hoc falſum eſſe conſtiterit. O
hominem cogitantem dictorem, & alium non cogita-
re *† contradictorem. Vbi eſt acumen tuũ? An in mala
cauſa nõ poſſes aliter? Sed mala cauſa te vana loqui co- **† aliàs, co-*
ẽgit, malã vero habere cauſam nemo te cogit. Quid ſi *gitantem.*
enim alia dabimus? Certe vtiq; nõ erũt nulla, quia erunt
aliqua. Et ſi erũt aliqua, potuit Chriſtus aſſeuerare quod
eſt. Ita ſi Chriſtus hoc aſſeuerare potuit, capitulum illud
Euãgelicũ falſum eſſe nõ cõſtat. Redi ergo ad propoſi-
tionem tuã, qua dixiſti, Aut alia dabitis, aut nulla erunt:
& vide non te oſtendiſſe nulla nos alia daturos: vide
etiã nos quàm multa alia iam ſupra dixerimus, † & quid *† dederim⁹*
hinc conficiatur aduerte, ſcilicet non eſſe falſum, quod *Ioan. 5.*
in Euangelio Chriſtum dixiſſe legimus, Si crederetis
Moyſi, crederetis & mihi: de me enim ille ſcripſit. Et
Euangelij quidem tam eminens eſt authoritas, & tam
fundata veritas, vt etiam ſi nos propter tarditatem in-
telligentiæ noſtræ nulla inueniremus à Moyſe ſcripta
de Chriſto, nõ ſolũ eſſe aliqua, ſed ad Chriſtum omnia
pertinere quę ſcripſit, quia nõ ait, Et de me ſcripſit: ſed,
De me

G De me ille ſcripſit: credere deberemus. Nunc autem &
ſi de iſto Euangelij capitulo,quod abſit, dubitãdũ eſſet,
cõpertis tam multis in ſcriptura Moyſi de Chriſto te-
ſtimonijs,omnis illa dubitatio tolleretur:& quia de ca-
pitulo Euãgelij dubitandũ non eſt, etiam ſi illa cõperta
Ca.XXVII. non eſſent, eſſe tamen credi oporteret. Nam illud
quod adiungis, diſsimilem fuiſſe traditionem Chriſti
atq; Moſeos,& ideo non fuiſſe veriſimile,vt ſi crederẽt
Moyſi,crederent & Chriſto:imò illud potius eſſe con-
ſequens,vt ſi alteri Iudæi crederent,alteri neceſſario re-
pugnarent:non vtique diceres, ſi conſiderationis ocu-
lum paululum attolleres, orbemq; terrarum ſine cõten-
tionis cæcitate cõſpiceres in hominibus doctis atq; in-
doctis,Græcis & Barbaris,ſapientibus & inſipientibus,
Roma.1. quibus ſe debitorẽ dicebat Apoſtolus & Moyſi & Chri
ſto ſimul credentem.Si ergo non erat veriſimile,vt Iu-
dæi Moyſi & Chriſto pariter crederent, multominus
veriſimile eſt, vt orbis terrarũ Moyſi & Chriſto pariter
credat. Cum vero videamus omnes gẽtes vtriq; crede-
re, & illius prophetiã cum Euangelio huius cõuenien-
H tem,fide robuſtiſsima & celeberrima retinere, non ad
aliquid impoſsibile gens vna vocabatur,cum ei dicere-
Ioan.5. tur,Si crederetis Moyſi, crederetis & mihi: potiuſq; eſt
miranda & vehementius arguenda duricia Iudęorum,
qui hoc non fecerũt, quod totũ mundum feciſſe cõſpi-
Caput XXVIII. cimus. Nam quicquid dicis de ſabbato & de circũ-
ciſione carnis, & de differentia ciborũ,aliam fuiſſe tra-
ditionẽ Moyſi,aliud per Chriſtũ didiciſſe Chriſtianos,
1.Corin.10. iam ſupra oſtendimus: quia ſicut dicit Apoſtolus, Hæc
omnia figuræ noſtræ fuerũt. Nõ ergo diuerſa doctrina
eſt,ſed diuerſum tẽpus.Aliud enim erat, quo hæc opor-
tebat per figuratas prophetias prænunciari:& aliud eſt,
quo hæc iam oportet per manifeſtam veritatem reddi-
tamq; impleri. Sed quid mirũ, ſi Iudæi carnaliter intel-
ligentes ſabbatum,Chriſto,qui iam hoc ſpiritaliter inſi-
nuabat,repugnauerunt? Tu Apoſtolo reſpõde,ſi potes,
qui vacationem ipſius diei vmbram futuri eſſe teſtatur.
Coloſſ.2. Sed ſi illi reſtiterunt Chriſto, non intelligentes verum
ſabbatũ,vos ei nolite reſiſtere, & intelligite verã inno-
centiam. Nã eoipſo loco, vbi pręcipue deſtructor ſab-
bati putatur Ieſus, cũ diſcipuli eius per ſegetẽ tranſeun-
tes,& eſurientes vellerent ſpicas & ederent,innocentes
Matt.12. eos dixit,reſpondens Iudęis, Si ſciretis quid ſit,miſeri-
I cordiam volo,quàm ſacrificium: nunquam condẽnaſ-
ſetis innocentes. Magis enim eſurientium miſereri de-
buerunt,quia hoc illi coacti fame fecerunt. A vobis au-
tem quiſquis vulſerit ſpicas, non ex traditione Chriſti,
qui hãc innocentiã vocat, ſed ex traditione Manichæi
1.An. homicida deputatur. Hanc forte miſericordiã eiſdem
ſpicis exhibuerũt Apoſtoli,vt inde membra dei mãdu-
cando purgarent,ſicut veſtra fabula eſt? Vos ergo cru-
deles,qui hoc nõ facitis. Sed videlicet nouit Fauſt' de-
ſtruere ſabbatum, quia ſcit virtutẽ dei ſemper atq; infa-
tigabiliter operari. Illi hoc dicant,qui intelligũt deum
ſine temporali voluntate vniuerſa tempora facientem.
Hoc ad vos multũ eſt,qui dei veſtri requiẽ rebellatione
gentis tenebrarum perhibetis excuſſam, & hoſtium re-
pentino impetu perturbatam. An ex ęterno præuidens
hoc futuram, nunquam habuit requiem, quia nũquam
ſecurus fuit, qui ſe cogitabat tã graue bellũ tanta mem-
Cap.XXIX. brorum ſuorum labe damnoq; geſturum? Cæterum
illud ſabbatũ,quod imperite atque impie deridetis, niſi
& ipſum inter prophetias, quę de Chriſto ſcriptæ ſunt,
haberet intellectũ, nõ ei Chriſtus ſic atteſtaretur:qui cũ
propria voluntate,ſicut ipſe in eius laude poſuiſti,pate-
retur, ideoq; tẽpora paſsionis & reſurrectionis ſuæ ha- K
beret in poteſtate, id egit, vt caro eius in ſepultura ſab-
bato requieſceret ab omnibus operib' ſuis.vt tertio die
reſurgens,quem dominicũ dicimus,qui poſt ſabbatum
numeratur octauus, etiã circunciſionem octaui diei ad
ſe prophetandũ pertinere declararet. Quid enim ſigni-
ficat circũciſio carnis? quid niſi expoliationem morta-
litatis,quam de carnali generatione portamus? Propter Coloſſ.2.
quod dicit Apoſtolus, Exuẽs ſe carnem,principatus &
poteſtates exemplauit, fiducialiter triumphãs eos in ſe-
metipſo.Quòd enim dicit exuiſſe ſe carnẽ: eo loco car-
nem, mortalitatem carnis intelligimus, ſecundũ quam
proprie corpus hoc caro nominatur,quæ mortalitas p-
prie caro appellata eſt, quia in illa reſurrectionis im-
mortalitate non erit.Propterea ſcriptũ eſt,Caro & ſan- 1.Cor.15.
guis regnum dei nõ poſsidebunt. De quibus verbis ſo-
letis calumniari fidei noſtræ, qua credimus huius cor-
poris futurã reſurrectionẽ,quę in ipſo deo iam præceſ-
ſit,diſsimulãtes ea quæ ſequũtur, in quibus aperte Apo-
ſtolus quid dicat,exponit.Volens enim oſtendere quid L
eo loco dixerit,carnem: continuo ſubiecit, Neque cor-
ruptio incorruptionem poſsidebit. Hoc enim corpus, 1.Retra.ca.16.
quod propter mortalitatẽ proprie caro nominatur,mu
tari dicit in reſurrectione,vt iam nõ ſit corruptibile at-
que mortale. Quod ne putetur noſtra ſuſpicione dici,
ipſa eius quæ ſequũtur,verba cõſulite. Ecce,inquit,my- 1.Cor.15.
ſteriũ dico,omnes quidẽ reſurgemus,nõ tamen omnes
immutabimur.In atomo,in ictu oculi,in nouiſsima tu-
ba:canet enim tuba,& mortui reſurgent incorrupti, &
nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc in-
duere incorruptionẽ, & mortale hoc induere immor-
talitatẽ. Vt ergo induatur immortalitate, exuitur mor- Gene.17.
talitate:hoc eſt circunciſionis myſteriũ,quæ octauo die
fieri iuſſa eſt:& octauo die,id eſt, dominica poſt ſabba-
tum iam in veritate à domino impleta. Vnde dicitur,
Exuens ſe carnẽ principatus & poteſtates exẽplauit.Per Coloſſ.2.
hãc enim mortalitatẽ nobis inuidæ diabolicæ poteſta-
tes dominabantur,quas exẽplaſſe dictus eſt: quia in ſe-
ipſo capite noſtro præbuit exemplũ, quod in toto eius
corpore:id eſt, eccleſia ex diaboli poteſtate liberãda,in
vltima reſurrectione cõplebitur: hæc eſt fides noſtra. Et Abacuc.3.
quoniã ſicut teſtimonium propheticum Paulus com-
memorat,Iuſtus ex fide viuit,hæc eſt iuſtificatio noſtra. Roma.1.
Mortuum quippe Chriſtum, & Pagani credunt, reſur- M
rexiſſe autẽ Chriſtum,propria fides eſt Chriſtianorum.
Si enim confitearis, ait Apoſtolus, in ore tuo, quia do- Roma.10.
minus eſt Ieſus,& credideris in corde tuo, quia deus il-
lum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris. Quia ergo ex iſta
reſurrectionis fide iuſtificamur, ideo & illud de Chri-
ſto Apoſtolicum eſt, Quia mortuus eſt propter delicta Roma.4.
noſtra,& reſurrexit propter iuſtificationẽ noſtram. Et
quia iſta reſurrectio,quæ credita nos iuſtificat,illa octa-
uę diei circũciſione figurata eſt:propterea de ipſo Abra-
ham,cui primũ tradita eſt, dicit Apoſtolus, Et ſignũ ac- Roma.4.
cepit circunciſionis ſignaculum iuſticiæ fidei. Ergo &
iſtam circunciſionem inter alias figuras propheticas de
Chriſto ſcripſit Moyſes. De quo ipſe dicit, De me enim Ioan.5.
ille ſcripſit. Quòd autem dicit dominus, Vę vobis ſcri- Matth.23.
bæ & Phariſæi hypocritæ,qui circumitis mare & aridã
facere vnum proſelytum: & cum feceritis eum, facitis
eum filium gehennæ duplo, quàm vos eſtis, Non quia
circunciditur,dixit, ſed quòd eorum mores imitatur, à
quibus imitandis cohibet ſuos, dicens, Super cathe-
dram Moyſi ſedent Scribę & Phariſæi,quę dicunt faci-
te:quę autem faciunt,facere nolite:dicunt enim & non
faciunt.

A faciunt. In quibus dominicis verbis vtrunq; debetis ad-
uertere, & quãtus honor delatus ſit doctrinæ Moyſi, in
cuius cathedra etiã mali ſedẽtes, bona docere cogebã-
tur: & vnde fieret proſelytus filius gehennæ, nũ ſcilicet
à Phariſęis verba legis audiendo, ſed eorũ facta ſectan-
do. Hoc ergo dici poſſet tũc proſelyto circũciſo, quod
Rom. 2. Paulus dicit, Circuncíſio quidẽ prodeſt, ſi legem cuſto-
dias. Quia vero ille in non cuſtodienda lege Phariſęos
imitabatur, fiebat filius gehennæ. Propterea quantũ ar-
bitror, duplo q̃ illi, quia hoc negligebat implere, quod
Cap. XXX. propria voluntate ſuſceperat: non ex Iudæis natus, ſed
Deute. 14. ſponte Iudæus factus. Quid autẽ dicere voluiſti, ſiue
reſpectu iniurioſe, ꝙ Moyſes helluonis in modũ diſcep
tator ſedet: iubetq; alia quidẽ abliguriri pro mũdis, alia
vero pro immundis ne contingi quidem, cũ ad helluo-
nem hoc magis pertineat, vt aut nulla diſcernat, aut ſi
diſcernit, ſuauiora eligat. An hoc ideo dicis, vt imperi-
tis cõtinẽtia tua velut ab ineunte ætate mirãda videa-
tur, quaſi neſcientis, vel iam obliti, quãto iucundius ſa-
piat porcina, q̃ veruecina? Sed quia & iſta Moyſes figu-
ris propheticis de Chriſto ſcripſit, in animalium carni-
bus ſignificatis homines, vel in cõparãdos Chriſti cor-
B pori, quod eſt eccleſia, vel reſpuendos, vos quoq; inter
immunda figurauit: qui propterea fidei catholicæ non
conuenitis, quia nec ruminatis verbum ſapiẽtiæ, & duo
teſtamẽta vetus & nouum non cõcorditer diſtinguen-
tes, tanquam geminam vngulam non habetis. Quis au-
tem ferat te quoq; Adimanti veſtri fallaciã nõ puduiſſe
Ca. XXXI. ſectari? Dicis enim & tu Chriſtũ ſic docuiſſe ciborũ
indifferentiã, vt à ſuis diſcipulis quidem omnes carnes
penitus remoueret, ſecularibus vero vulgo concederet,
omnia quæ poſſent edi, atque aſſeueraret ꝙ eos nihil in
Matth. 15. os intrans pollueret, quia quæ de ore impudenter pro-
cedunt, ea ſola ſunt, quæ polluãt hominem. Hæc verba
tua ſunt, tanto impudentiore, quãto apertiore menda-
cio deprompta: vt expreſſa primo, quia ſecundũ Chriſti
ſententiã, ſi ea ſola polluunt hominem, quę mala ex ore
procedunt, cur & & diſcipulos Chriſti non ea ſola pol-
luerunt, vt eos tanquam ab immũdis carnibus eſſet ne-
ceſſe prohibere? An ſeculares homines non polluuntur
his quæ in os intrant, ſed his quæ ex ore exeunt? Ergo
mũdiores ſunt aduerſus immundiciam quàm ſancti, ſi
ſanctos & ea quæ intrant, & ea quæ exeunt, poſſunt in-
C quinare. Vellem autem mihi iſti dicerent, quid mandu-
cabat & bibebat Chriſtus, qui in comparatione Ioannis
non manducantis neq; bibentis, ſe dixit mãducantem
& bibentem? Cũ enim argueret peruerſitatẽ hominum,
Matth. 11. vtrobiq; calumnias inquirentiũ, Venit, inquit, Ioannes,
non manducans, neq; bibens, & dicunt, Dæmoniũ ha-
bet: venit filius hominis, manducãs & bibens, & dicũt,
**†aliàs, vi* Ecce homo vorax, & vinauria, *† amicus publicanorũ
narius. & peccatorum. Et Ioannis quidẽ eſcam & potum noui-
mus: nõ enim dictũ eſt, ꝙ omnino nõ biberet, ſed ꝙ vi-
Luca. 1. num & ſicerã nõ biberet, bibebat ergo aquã. Cibus au-
tem eius nõ omnino nullus erat, ſed locuſtæ & mel ſyl-
Matth. 3. ueſtre. Vnde ergo dictus eſt, nõ manducans neq; bibẽs,
niſi quia illo victu, quo Iudæi vtebãtur, ille nõ vtebatur?
Hoc ergo dominus niſi vteretur, nõ in eius cõparatio-
ne mãducãs bibenſq; diceretur. An forte ideo, quia pa-
ne & oleribus dominus veſcebatur, quibus Ioãnes non
veſcebatur? Mirũ ſi nõ manducans dicitur, qui locuſtas
& mel comedit: & mãducãs dicitur, qui pane atq; olere
cõtentus eſt. Sed de cibis ſuſpicamini quicquid vultis,
**†aliàs, vi* certe bibẽs & vinauria *† non diceretur, niſi vinum bi-
narius. beret: cur ergo & hoc vos immundũ putatis? Neq; enim
hæc propter cõtinentiam diſciplinamq; domãdi cor- D
poris tangere prohibetis, ſed ꝙ immunda ſint: nam ea
ſordes & fel gentis tenebrarũ eſſe perhibetis contra A-
poſtolũ dicentẽ, Omnia munda mũdis, Ecce qui audẽt *Titum. 1.*
dicere Chriſtũ indifferẽtię ciborũ magiſtrum, diſcipu-
los tamen ſuos ab iis prohibuiſſe, quę immũda ipſi pu-
tant. Oſtendite vbi iſta diſcipulis ſuis remouerit, falla-
ces, improbi: veruntamen dei vindicis prouidentia ita
cæcati, vt etiam cõmoneatis nos vnde conuincamini.
Nam vim patior ab animo meo, niſi totũ ipſum Euan-
gelij capitulũ, quod iſte aduerſum Moyſem opponere
voluit, inſpiciendũ inſeruero: vt ibi videamus q̃ falſum
ſit, ꝙ prior Adimantus, & modo Fauſtus dixit, dominũ
Ieſum à diſcipulis ſuis carnes veſcẽdas remouiſſe, eaſq;
vulgo ſecularibus cõceſſiſſe. Nẽpe cũ reſpondiſſet calũ- *Matth. 15.*
niantibus, ꝙ non lotis manibus manducarent, ita ſequi-
tur Euangeliũ, Et cõuocatis turbis, ait illis, Audite & in-
telligite, Nõ quod intrat in os, cõmunicat hominẽ: ſed
quod procedit de ore cõmunicat hominem. Tunc ac-
cedentes diſcipuli, dixerũt ad eum, Scis ꝙ Phariſæi au-
dito verbo, ſcandalizati ſunt? Hic certe à diſcipulis cõ-
pellatus, debuit eos, ſicut iſti volunt, proprie docere ab
omnibus carnibus abſtinẽdum, vt illud quod ſupra di- E
xit, Non quod intrat in os, communicat hominem, ſed
quod procedit de ore, turbis dixiſſe videretur. Sequa-
tur ergo Euãgeliſta & dicat, quid iam nõ turbis, ſed di-
ſcipulis reſpõderit dominus, At ille reſpõdens ait, Om-
nis plãtatio quam nõ plantauit pater meus cœleſtis era-
dicabitur. Sinite illos, cæci ſunt duces cæcorum. Cæcus
autem ſi cęcũ ducat, ambo in foueam cadunt. Hoc vtiq;
ideo, quia traditiones ſuas volentes ſtatuere, mandata
dei non intelligebant. Sed nõdum quęſierant diſcipuli
à magiſtro, quo modo ipſi, quod turbis dixerat, accipe-
re deberent. Ecce & hoc fit, nam cõtexit Euangeliſta, &
dicit: Reſpõdens autem Petrus, ait illi, Narra nobis pa-
rabolã iſtam. Hinc intelligimus Petrũ putaſſe, nõ pro-
prie nec aperte dominũ locutum fuiſſe cũ diceret, Non
quod intrat in os, cõmunicat hominẽ, ſed quod proce-
dit de ore: ſed vt ſolet obſcuritate parabolæ aliquid ſi-
gnificare voluiſſe. Videamus ergo vtrum iam ſecretius
diſcipulis interrogantibus hoc dicat, quod Manichæi
volũt, immundas eſſe omnes carnes, nec eos aliquid ea-
rum debere cõtingere. Quid quod exprobrat, ꝙ aper-
tam ſuã locutionem nondum intellexerint, & proprie F
dictum, parabolã putẽt? Sic enim ſequitur, At ille dixit,
Adhuc & vos inſipiẽtes eſtis, & nõ intelligitis, quia om- *Matth. 15.*
ne quod in os intrat in ventrem vadit, & in latrinam
emittitur: quæ autem procedũt ex ore, de corde exeunt,
& illa cõmunicant hominem. Nã de corde exeunt co-
gitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes,
furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ, hęc ſunt quæ cõmu-
nicant homines: nõ lotis autẽ manibus manducare, nõ
communicat hominem. Certe iam manifeſtata fal- *Ca. XXXII.*
lacia cõuicta diſcedit, certe iam clarum eſt, nõ aliud de
hac re turbas, aliud ſecreto diſcipulos dominũ docuiſ-
ſe: certe ſine dubitatione perſpicitur Manichæos potius
eſſe mendaces atq; fallaces, non Moyſem, non Chriſtũ,
non teſtamẽti vtriuſq; doctrinam: ibi figuratam, hîc re-
uelatam: ibi prophetatam, hîc præſentatã. Quo modo
ergo nihil eorum catholicos ſeruare putant, quæ Moy-
ſes ſcripſit, cum omnia prorſus obſeruent: nõ iam in fi-
guris, ſed in eis rebus, quas illæ figuræ ſignificando prę-
nunciarunt? Neque enim, ſi aliud tẽpus eſſet ſcribendi,
aliud legendi, recte diceremus ſcripturã illam non ob-
ſeruare lectorem, quia & ipſe characteres illos non fa-
ceret:

G ceret:cum ille fuiſſent figuræ ſonorum, ille autem iam
ſonos ipſos expromeret,illarum tamen figurarum non
formatione occupatus, ſed inſpectione commonitus.
Ideo autem Iudæi Chriſto non credebant,quia nec illa
quæ Moyſes non figurate,ſed aperte præceperat,obſer-
Matth.23. uabant. Vnde illis dicit, Decimatis mentham & cymi-
num,& relinquitis grauiora legis,miſericordiam & iu-
dicium:liquantes culicem, camelum autem glutientes:
Matth.15. hæc oportebat facere,illa autem nõ omittere. Vnde eſt
& illud,ꝙ traditionibus ſuis docebãt,quo modo infir-
maretur præceptũ dei, quo deferri honorẽ parentibus
iuſſerat, propter quam ſuperbiam & iniquitatem excæ-
cari meruerunt,vt cætera non intelligerent:quia ea quę
Caput intelligebant,impie contemnebant. Vides, nequa-
XXXIII. quam tibi nunc dicam, ſi Chriſtianus es,crede dicenti
Ioan.5. Chriſto,quia de ſe ſcripſit Moyſes, Quod ſi nõ credis,
Chriſtianus non es. Ipſe quippe videris quid de te ſen-
tias,qui te vt gentilẽ vel Iudæum doceri de Chriſto ex-
petis:ego tamẽ neq; hoc defugi,& omnes tibi aditus er-
roris quantum potui clauſi. Nec illud ſiui patere præci-
pitium,qua vos cæci mittitis,dicentes falſa eſſe in Euã-
H gelio,ſicubi veſtra hæreſis exitũ non inuenerit:vt vobis
nihil remaneat,quò redire poſsitis, vnde Chriſto cre-
datis,vbi vobis hæc vox peſtilentię non poſsit opponi:
Ioan.20. quinetiam ſic te doceri cupis, vt Chriſtianũ Thomam,
quem Chriſtus de ſe dubitantem nõ eſt aſpernatus,ſed
quo animi eius vulneribus mederetur, corporis ſui ci-
catrices oſtendit. Hæc verba tua ſunt. Bene ꝙ ſic te do-
ceri exigis. Quàm enim verebar,ne hoc quoq; in Euan-
gelio falſum eſſe contenderes. Crede ergo cicatricibus
Chriſti,quia ſi cicatrices illæ veræ erant, vera etiam illa
vulnera fuerant:nec vera vulnera,niſi vera caro habere
potuiſſet,hoc verũ totum veſtrum euertit errorẽ. Porrò
ſi Chriſtus falſas cicatrices dubitanti diſcipulo demon-
ſtrauit,& ipſum fallacem dicis ita docentem, & te falli
cupis ita diſcẽtem. Sed quia falli nemo eſt qui velit, fal-
lere autem multi volunt, magis te velle intelligo, quaſi
exemplo Chriſti fallaciter docere, quàm exẽplo Tho-
mæ fallaciter diſcere. Proinde ſi credis ꝙ falſis cicatrici-
bus Chriſtus fefellerit dubitantem, te quis velit credere
docentem,ac non potius cauere fallentem? At ſi ille di-
ſcipulus veras cicatrices tetigit Chriſti,veram confiteri
I cogeris & carnem Chriſti. Ita Manichæus non perma-
nebis,ſi ſic credis vt Thomas: infidelis autem remane-
bis,ſi nec ſic credis vt Thomas.

Libri Sextidecimi finis.

LIBER DECIMVSSEPTIMVS.

Caput I. FAuſtus dixit, Cur legem non accipitis
Matth.5. & Prophetas,cum Chriſtus eos non ſe
veniſſe ſoluere dixerit, ſed adimplere?
Quis hoc teſtatur dixiſſe Ieſum? Mat-
Matth.17. thæus. Vbi dixiſſe? In monte. Quibus
præſentibus? Petro, Andrea,Iacobo &
Ioanne,quatuor his tantum:cæteros enim necdum ele-
gerat,nec ipſum Matthæum. Ex his ergo quatuor vnus,
id eſt,Ioannes Euangelium ſcripſit? Ita. Alicubi hoc ipſe
commemorat? Nuſquam. Quo modo ergo ꝙ Ioannes
non teſtatur, qui fuit in monte, Matthæus hoc ſcripſit,
qui longo interuallo,poſtquàm Ieſus de mõte deſcen-
dit,ſecutus eſt eum? Ac per hoc de hoc ipſo primo am-
bigitur,vtrum Ieſus tale aliquid dixerit; quia teſtis ido-
neus tacet, loquitur autem minus idoneus: vt interim
permiſerimus nobis iniuriã feciſſe Matthæo, donec &
ipſum probemus hæc non ſcripſiſſe, ſed aliũ neſcio quẽ
ſub nomine eius: quòdque docet & ipſa lectionis eiuſ- K
dem Matthæi obliqua narratio. Quid enim dicit? Et cũ *Matth.9.*
tranſiret Ieſus, vidit hominem ſedentem ad telonium,
nomine Matthæũ,& vocauit eum. At ille cõfeſtim ſur-
gens,ſecutus eſt eum. Et quis ergo de ſe ſcribens,dicat,
Vidit hominẽ,& vocauit eum,& ſecutus eſt eum:ac nõ
potius dicat, Vidit me,& vocauit me,& ſecutus ſum eũ:
niſi quia cõſtat hæc Matthæum nõ ſcripſiſſe, ſed alium
neſcio quem ſub eius nomine? Cum ergo ne quidẽ ſi &
Matthæus hoc ſcriberet,verum foret: quia præſens non
erat,cum Ieſus hęc loquebatur in monte: quanto magis
credendũ non erit,quia nec Matthęus eadẽ ſcripſit,ſed
alius ſub nominibus & Ieſu & Matthæi? Quid ꝙ etiã *Caput II.*
ex ipſo ſermone,quo pręcepit non putare,quia venerit
legem ſoluere,magis intelligi detur quia ſoluerit? Neq;
enim nihil eo tale faciente,Iudæi ſuſpicari hoc poſſent,
Sed nolite,inquit,putare,quia veni ſoluere legem. Age- *Gene.17.*
dum ergo,ſi ei & Iudæi dixiſſent, quid porrò tu tale a- *Exod.31.*
gis,vnde hoc ſuſpicari poſsimus? An quia circuncißio- *Deute.14.*
nem derides,ſabbatum violas,ſacrificia reſpuis, cõfun-
dis cibos? Hoc eſt ergo, Nolite putare. Et quid hoc am-
plius,quidvè manifeſtius fieri potuit in deſtructionẽ le- L
gis ac Prophetarum? Aut ſi hoc adimplere eſt legẽ,quid
erit ſoluere? Quid ꝙ etiam lex & Prophetę ne adimple-
tione quidem gaudent,adeo ſibi pleni videtur & con-
ſummati,quorum author ac pater non minus eis adiici
indignatur, q̃ detrahi, vt ſcribẽs in Deuteronomio di- *Deute.5.*
cat, Hæc præcepta,quæ mãdo tibi hodie Iſraël obſerua-
bis,& caue ne declines ab iiſdem,neq; in ſiniſtram,neq;
in dexteram:nec addas quicquã eis, nec minuas,ſed in
eiſdẽ perſeuerabis,vt benedicat te dominus deus tuus?
Quapropter ſiue adimplẽdi cauſa Ieſus legi aliquid &
Prophetis adiecit,in dexterã videtur lapſus: ſiue dẽpſit
vt deſtrueret,in ſiniſtrã,vtrunq; certe offendit legis au-
thorem: idcircoq; aut aliud aliquid ſignificat iſtud, aut
falſum eſt. Auguſtinus reſpondit. O mirabilem inſa- *Cap. III.*
niam de Chriſto aliquid narrãti,nolle credi Matthęo,
& velle credi Manichæo. Si Matthæus nõ interfuit, cũ
Chriſtus dixiſſet, Non veni ſoluere legem aut Prophe- *Matth.5.*
tas,ſed adimplere:& propterea nõ eſt ei credẽdũ, nun-
quid Manichæus interfuit, aut iam vel natus fuit, cum
Chriſtus inter homines appareret? Secũdũ hãc ergo fi-
dei veſtræ legem, nihil ei de Chriſto teſtificanti crede- M
re debuiſtis. Nos autẽ non propterea dicimus,non cre-
dendum eſſe Manichæo, quia dictis factiſq; Chriſti nõ
interfuit, & lõge poſt natus eſt: ſed quia de Chriſto cõ-
tra Chriſti diſcipulos loquitur, & contra Euangelium,
quod illorum authoritate firmatum eſt. Habemus enim
Apoſtoli vocem,qui in ſpiritu ſancto tales vẽturos eſſe
cernebat. Vnde fidelibus dicebat, Si quis vobis euãge-
lizauerit,præterquã quod accepiſtis,anathema ſit. Nam *Galat.1.*
ſi nemo de Chriſto vera dicit, niſi qui eum præſens vi-
dit & audiuit, hodie de illo nemo vera dicit. Porrò ſi
hodie ꝑpterea de illo fidelibus eius vera dicuntur, quia
illi qui viderũt & audierũt, vel prædicãdo vel ſcriben-
do ea diſſeminauerũt, cur ex ore Ioannis condiſcipuli
ſui nõ poſſet vera Matthæus audire de Chriſto, vbi ille
affuit,& ipſe non affuit,ſi ex libro Ioãnis poſſumus vera
loqui de Chriſto,non ſolum nos tanto pòſt nati, ſed e-
tiam poſt nos alij naſcituri? Hinc enim non ſolũ Mat-
thæi, verũetiã Lucæ ac Marci Euangeliũ, qui eoſdẽ di-
ſcipulos ſecuti ſunt, in nõ imparem authoritatẽ recep-
tum eſt. Huc accedit,quia & ipſe dominꝰ potuit narra-
re Matthæo,quod antequã eum vocaſſet,cum iis egerat
quos prius vocauerat. At enim hoc ipſe Ioãnes in Euã-
gelio

A gelio ſuo ponere debuit, ſi hoc dictũ à domino audie-
rat, qui cum diceretur, pręſens erat: quaſi fieri nõ potue-
rit, vt cum omnia quæ à domino audierat, ſcribere non
poſſet, inter alia quæ prætermiſit, & hoc prætermiſerit,
cum in alia ſcribẽda eſſet intẽtus. Nõnne Euangelium
Ioan.21. ſuum ita ipſe concluſit, dicens, Et alia quidem multa fe
cit Ieſus, quæ ſi ſcriberentur ſingula, nec ipſum exiſtimo
capere mundũ, qui ſcriberentur libros? Hic vtiq; oſten-
dit ſe ſcientẽ multa prætermiſiſſe. Sed ſi de lege & Pro-
phetis vos delectat Ioannis authoritas, Ioanni credite
Ioan.12. atteſtanti legi & Prophetis: ipſe ſcripſit quòd Eſaias vi-
derit Chriſti gloriã, in eius habetis Euãgelio, vnde iam
Ioan.5. pauloante tractauimus, Si crederetis Moyſi, crederetis
& mihi: de me enim ille ſcripſit. Vndique tergiuerſatio
veſtra cõtunditur, aperte dicite nõ vos credere Chriſti
Euangelio: nam qui in Euangelio quod vultis creditis,
quod vultis nõ creditis, vobis potius quàm Euangelio
Caput IIII. creditis. At quàm elegantem rem ſibi viſus eſt Fau-
ſtus dicere, vbi propterea voluit nõ credi hæc ſcripſiſſe
Matthæum, quia cum de ſua electione diceret, non ait,
Matth.9. Vidit me, & dixit mihi, ſequere me: ſed, Vidit Matthæũ,
B & dixit ei, ſequere me: quod neſcio vtrũ de errore im-
De conſen. peritiæ dixerit, an de more fallaciæ: ſed non vſqueadeo
Euãge.li.2. imperitum putauerim, vt nec legerit, nec audierit, ſole-
ca.12. in fi- re ſcriptores rerum geſtarum, cum in ſuam perſonã ve-
ne. Et 28. nerint, ita ſe contexere, tanquam de alio narrent, quod
de ſe narrant. Magis ergo hunc arbitror non vt impe-
ritum, ſed vt imperitis nebulas obtendere voluiſſe, ſpe-
rantem ſe plures eſſe capturum, qui iſtum non noſſent.
Et in hiſtoria quidem rerũ ſecularium talis narrationis
reperiuntur exempla: ſed non opus eſt, vt ex alio gene-
re literarũ vel noſtros admoneam, vel iſtum refellam:
ipſe certe pauloante de libris Moyſi quædam teſtimo-
nia ita proferebat, vt nõ ea negaret ſcripſiſſe Moyſem,
imò & affirmaret, ſed ad Chriſtum non pertinere con-
tenderet. Legat ergo in eiſdem libris, quæ de ſe ſcripſit
Moyſes, vtrum ita ſcripſerit, Dixi aut feci hoc vel il-
lud: & non potius, Dixit Moyſes, & fecit Moyſes: aut,
Vocauit me dominus: vel, Dixit ad me dominus: &
non potius, Vocauit dominus Moyſem: &, Dixit do-
minus ad Moyſem: & omnia cætera in eundem mo-
dum. Ita ergo & Matthæus de ſe tanquam de alio ſcri-
pſit, quod & Ioannes fecit: nam circa finem libri ſui e-
Ioan.21. tiam ipſe ſic loquitur, Conuerſus Petrus, vidit diſcipu-
C lum quem diligebat Ieſus, qui & recumbebat in cœna
ſuper pectus eius, & dixerat domino, Quis eſt qui te tra
det? Nunquid & hic dixit, Conuerſus Petrus vidit me?
an forte propterea nec iſtum putant hoc Euangelium
ſcripſiſſe? Sed paulopoſt dicit, Hic eſt diſcipulus qui te-
ſtificatur de Ieſu, & qui hæc ſcripſit: & ſcimus quia ve-
rum eſt teſtimonium eius. Nunquid ait, Ego ſum diſci-
pulus, qui teſtificor de Ieſu, & qui hæc ſcripſi, & ſcimus
quia verum eſt teſtimonium meum? Certe manifeſtum
eſt hunc morem fuiſſe ſcriptorum, cum geſta narrarẽt:
quàm multa & ipſe dominus eadem locutione de ſe di
cit, quis enumerare ſufficiat? Cum venerit, inquit, filius
Luca.18. hominis, putas inueniet fidem in terra? non dixit, Cum
venero, putas inueniam? &, Venit filius hominis man-
Matth.11. ducans & bibens: non dixit, Veni: &, Veniet hora, &
Ioan.5. nunc eſt, cum mortui audient vocem filij dei, & qui au-
dierint, viuent: non dixit, vocem meam: & multa hu-
iuſmodi. Vnde iam puto ſufficere, quæ dicta ſunt, & ad
ſtudioſos commonendos, & ad calumnioſos conuin-
Caput V. cendos. Iam illud quàm ſit infirmum, quis non vi-
Matth.5. det, quod ait, non eũ dicere potuiſſe, Nolite putare, quia

veni ſoluere legem aut Prophetas, nõ veni ſoluere, ſed D
adimplere: niſi aliquid tale iam feciſſet, vt in hãc ſuſpi-
cionem poſſet venire: quaſi nos negemus Iudæis nõ in-
telligentibus videri potuiſſe Chriſtum deſtructorem le
gis & Prophetarum: ſed hocipſum eſt, cur ille verax &
veritas nõ potuerit de alia lege & de aliis Prophetis di-
cere, quòd eos nõ ſolueret, niſi de iis, quos illi eum ſol-
uere ſuſpicabantur. Quod hinc etiam ſatis confirmatur,
quia ibi ſequitur & dicit, Amen amẽ dico vobis, donec
tranſeat cœlum & terra, iota vnum, aut vnus apex non Matth.5.
tranſiet de lege, donec omnia fiant. Quicunque ergo
ſoluerit vnum ex mandatis iſtis minimis, & docuerit
ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum:
quicunque autem fecerit, & ſic docuerit, magnus voca-
bitur in regno cœlorũ. Phariſæos enim cogitabat, cum
iſta diceret: qui ſoluebant legem factis, & docebant ver
bis. De quibus alio loco dicit, Quæ dicunt, facite, quæ Matth.23.
autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, & non faci-
unt. Propterea & hic ita ſequitur, Dico enim vobis, niſi Matth.5.
abundauerit iuſticia veſtra plus quàm Scribarũ & Pha-
riſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum: id eſt, ni-
ſi vos feceritis, & ita docueritis, quod illi non faciunt, E
& ſic docent, non intrabitis in regnũ cœlorum. Quam
ergo legem docebant Phariſæi, & non faciebant, ipſam
dicit Chriſtus non ſe veniſſe ſoluere, ſed adimplere:
quia ipſa pertinet ad cathedram Moyſi, in qua ſeden-
tes Phariſæi, & dicentes, nec facientes, audiendi ſunt,
non imitandi. Nec intelligit Fauſtus, aut forte ſe Caput VI.
fingit non intelligere quid ſit implere legem, cum hoc
de verborũ adiectione putat accipiendum, quia ſcri-
ptum eſt, ne quid addatur ſcripturæ dei, vel detraha- Deute.5.
tur: vnde dicit non debuiſſe adimpleri, quod ita per- & 12.
fectum commendatur, vt nihil addendum minuen-
dúmque ſit. Neſciunt ergo iſti quo modo adimpleat le
gem, qui ſic viuit vt lex præcepit. Plenitudo enim legis Roma.13.
charitas, ſicut dicit Apoſtolus. Iſtam charitatem domi-
nus exhibere & donare dignatus eſt, mittendo fideli-
bus ſuis ſpiritum ſanctum. Vnde item dicit idem Apo-
ſtolus, Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Roma.5.
ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Et ipſe dominus,
In hoc ſcient omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi vos in- Ioan.13.
uicem diligatis. Impletur ergo lex, vel cum fiunt quæ
ibi præcepta ſunt, vel cum exhibentur quæ ibi prophe-
tata ſunt. Lex enim per Moyſem data eſt, gratia & veri- Ioan.1.
tas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Ipſa lex cum impleta F
eſt, gratia & veritas facta eſt. Gratia pertinet ad cha-
ritatis plenitudinem, veritas ad prophetiarum imple-
tionem. Et quia vtrunque per Chriſtum, ideo non ve-
nit ſoluere legem aut Prophetas, ſed adimplere: non vt
legi adderentur quæ deerant, ſed vt fierent quæ ſcripta
erant: quod ipſa eius verba teſtantur. Non enim ait,
Iota vnum, aut vnus apex non tranſiet à lege, donec ad-
dantur quæ deſunt: ſed, donec omnia fiant.

Libri ſeptimidecimi finis.

LIBER DECIMVSOCTAVVS.

FAVSTVS dixit, Non veni legem Caput I.
ſoluere, ſed adimplere. Sed enim Matth.5.
hoc, niſi aliud forte ſignificat, à
Chriſto dictum credere, non mi-
nus tibi cõtrarium ſcias eſſe, quàm
mihi: vterque enim noſtrum ſub
hac opinione Chriſtianus eſt, quia

G Chriſtum in deſtructionem legis ac Prophetarum ve-
niſſe putauimus. Quod ſi tu verbo interim fateri nóvis,
attamen id operibus indicas. Inde enim eſt, quòd legis
ac Prophetarū præcepta & ipſe contemnis, inde ꝙ no-
uum teſtamētum Ieſum cōdidiſſe vtrique fatemur: quo
quid aliud, quàm deſtructionem fatemur veteris teſta-
menti? Quæ cum ita ſint, quo modo Chriſtum illud di-
xiſſe credemus, niſi ante noſmetipſos damnemus ſtultę
in præteritum opinionis, & ad pœnitudinem recurra-
mus, obſequamúrque legi de integro ac Prophetis, atq;
eorum curemus qualiacunque ſunt obſeruare manda-
ta? Quod cum fecerimus, tunc denique vere crediderí-
mus dixiſſe Ieſum, quia non venerit legem ſoluere, ſed
adimplere. Nunc autem falſum eſt, quia nec tu id cre-
dis, de quo me ſolum incuſas. Sed eſto, licuerit in
Caput II. præteritum erraſſe, Quid nunc tandem, placét ne ire
ſub legem, ſi eam Chriſtus nō tam ſoluit, ſed adimple-
Lucæ.12. uit? Placet circuncidi, id eſt, pudendis inſignire puden-
da, & deum credere ſacramentis talibus delectari? Pla-
Exod.31. cet ſuſcipere ſabbatorum ocium, & Saturniacis manus
H inſertare catenis? Placet ingluuiem Iudæorum dæmo-
niis: neque enim deo, nunc tauros, nunc arietes, nunc
etiam hircos, vt non & homines dicam, cultris ſter-
nere: ac propter quod idola ſumus exorſi, id nunc exer-
Lucæ.11. cere crudelius ſub Prophetis ac lege? Placet denique ſe
Deute.14. ralium ciborum quædam exiſtimare munda, quædam
in immundis & contaminatis habere? ex quibus inqui-
Eſaiæ.65. natiorem porcinam lex aſſerunt & Prophetæ. Negabis
profecto horum quicquam faciendum nobis volētibus
perſeuerare eſſe quod ſumus: quoniam quidē Chriſtum
dicentem audias: dupliciter filium gehennæ fieri eum,
qui fuerit circūciſus. Sabbatum vero nec ipſum ſeruaſſe
videas, nec vſquam mandaſſe ſeruādum. De cibis item
Matth.15. ipſum aſſeuerantem audias, nullo eorum inquinari ho-
minē, quæ in os ingrediuntur, ſed ea potius, quæ de ore
procedūt, polluere. De ſacrificiis item frequentē ipſius
Oſee.6. eſſe ſermonem, deum miſericordiam velle, non ſacri-
Mat.6.et 12 ficium. Hæc igitur ſi ita ſunt, vbi illud erit, non eum ve-
Matth.5. niſſe ſoluere legē & Prophetas, ſed adimplere? Quòd
ſi dixit, aut aliud ſignificans dixit, aut, quod abſit, men-
tiens dixit, aut omnino nec dixit. Sed Ieſum quidem
mentitum eſſe nullus dicat, duntaxat Chriſtianus: ac
per hoc aut aliter dictum eſt, aut omnino nec dictum.
Caput III. Et tamen me quidem iam aduerſus capituli huius
I neceſſitudinem Manichæa fides reddidit tutum, quæ
principio mihi, non cunctis quæ ex Saluatoris nomine
ſcripta leguntur, paſſim credere perſuaſit: ſed probare ſi
ſint eadem vera, ſi ſana, ſi incorrupta: eſſe enim permi-
Matth.13. xta zizania, quæ in contagium boni ſeminis ſcripturis
pené omnibus noctiuagus quidam ſeminator inſperſe-
rit: idcircoq; me ne hic quidem terruerit ſermo, quan-
tis reuerendi nominis præ ſe ferat inſcriptionem, quia
probare mihi adhuc ex propoſito licet, vtrúmne & hic,
† alids, in- tritici† ſatoris & boni ſit, an nocturni illius, & peſſimi:
terdiani. tu vero qui temere omnia credis, qui naturæ beneficiū
rationem ex hominibus damnas, cui inter verum fal-
ſumq; iudicare religio eſt, cuiq; bonum à contrario ſe-
parare, non minus formidini eſt, quàm infantibus La-
miæ: quid facturus eris, cum te in capituli huius angu-
ſtiam neceſſitas coget? Dico autem, cum te Iudæus, ſeu
quis alter ſermonis iſtius nō inſcius interpellabit, quid
ita legis & Prophetarum præcepta non ſerues, cū Chri
ſtus eadem non ſe veniſſe ſoluere dicat, ſed adimplere?
Nempe cogeris aut vanæ ſuperſtitioni ſuccumbere, aut
capitulum profiteri falſum, aut te Chriſti negare diſci-
pulum. Auguſtinus reſpondit, Iam toties exploſa *Cap. IIII.*
atque conuicta quia repetis, nos quoque, quibus ea con- K
uincimus, repetere non pigebit: ea Chriſtiani ex lege &
Prophetis non faciunt, quibus ſignificata ſunt iſta quæ
faciunt. Illæ quippe erant figuræ futurorum, quas rebus
iſtis per Chriſtum reuelatis & præſentatis auferri opor-
tebat, vt eo quoq; ipſo, quòd hæc ablata ſunt, lex & Pro
phetæ implerentur. Ibi quippe & hoc ſcriptum eſt, datu
rum deum teſtamentū nouum, non quale dedi, inquit, *Hiere.31.*
patribus eorum. Populus enim ille pro ſuo corde lapi- *Hebræ.8.*
deo, multa præcepta magis ſibi cōgrua quàm bona ac-
ceperat, quibus tamē figurarentur & prophetarentur fu
tura: ſed à non intelligentibus celebrabantur. Cum au-
tem venerunt, & patefacta ſunt, quę illis ſignificabātur,
nō iam illa iubentur facienda, ſed leguntur intelligen-
da. Vnde ibi de hac etiam re futura dicitur, Auferā eis *Ezech.11.*
cor lapideū, & dabo eis cor carneum: id eſt, nō cor ſine
ſenſu, ſed cor cū ſenſu. Vnde traxit Apoſtolus cum ait,
Nō in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. *2.Cor.3.*
Quid enim aliud dixit, quàm cor carneū? Quia ergo
& hoc prædictum erat, magis ſi iſta de noſtra celebra- L
tione non auferrentur, non implerentur lex & Prophe-
tæ, quia non fieret quod prædixerant. Cum vero & hoc
fit, inde potius intelliguntur adimpleri, vnde vobis vi-
dentur nō adimpleri. Nec nos terret inſultatio tua, *Cap. V.*
quòd ſabbatorum ocium, catenas Saturniacas appellas.
Vana eſt enim & inepta, nec tibi hoc dicere veniſſet in
mētem, niſi quia vos in die, quem dicunt Solis, Solem
colitis. Sicut autem nos eundem diem dominicum di-
cimus, in eo quòd non iſtum ſolem, ſed reſurrectionem
domini veneramur: ſic ocium ſabbatorum ſine Saturni
veneratione à patribus obſeruatum eſt, cū ſic illud ob-
ſeruari oportebat. Erat enim vmbra futurorū, ſicut Apo *Coloſſ.2.*
ſtolus teſtis eſt. Diebus quippe iſtis, quorum ſeptenarius
numerus in orbem redit, deorum ſuorum nomina gen
tes impoſuerunt. De quibus ait Apoſtolus, quòd colue- *Roma.1.*
runt & ſeruierunt creaturæ potius quàm creatori: quos
in hac parte etiam vos imitamini, niſi quòd cum eis lu-
cidiora duo lumina, cætera vero ſydera non cum eis a-
doratis: ſed & menſibus impoſuerunt nomina deorum
ſuorum. Propter honorem quippe Romuli, quia eum
Martis filium crediderunt, primum menſem Marti di-
cantes, Martium vocauerūt. Et inde Aprilem nullo dei
ſui nomine, ſed à re ipſa, quaſi aperilem, quòd tunc pri-
mum germen aperiatur in florem. Inde tertium men- M
ſem Maium, quòd Maiam Mercurij matrem deam co-
lant. Inde quartum Iunium à Iunone. Inde cæteros vſq;
ad Decembrē à numeris nominarunt. Sed ex eis Quin-
tilis atq; Sextilis nominibus hominum, quibus diuinos
honores decreuerant, appellati ſunt, Iulius & Auguſtus:
nam ſeptimus September & cæteri, vt dixi, vſq; ad De-
cembrem numerorū ex ordine nominibus enuncian-
tur. Porrò Ianuarius à Iano appellatus eſt, Februarius à
Februis ſacris Lupercorū. Vultis ergo vt vos dicamini
in menſe Martio Martem colere? Illo enim menſe be-
ma veſtrum cum magna feſtiuitate celebratis. Si autem
vobis in menſe Martio licere arbitramini, aliud conſi-
derare nō Martem, cur ex die ſeptimo, quod ſabbatum
à requie nominatum eſt diuinis ſcripturis, Saturnum
importare conamini, quia eum diem Saturni gētes ap-
pellauerunt: nempe iam videtis cum quanta impietate
deliretis. De ſacrificiis autem animalium quis no- *Cap. VI.*
ſtrum neſciat, magis ea peruerſo populo congruenter
impoſita, quàm deo deſideranti oblata? Sed tamen etiā
in his figuræ noſtræ fuerunt, quia noſtra mundatio, &
dei pro-

A dei propiciatio nobis ſine ſanguine nulla eſt: ſed illarũ
figurarum veritas Chriſtus eſt, cuius ſanguine redem-
pti & mundati ſumus: nam in figuris eloquiorum diui-
norum, & taurus dictus eſt propter virtutem crucis, cu-
ius cornibus impios ventilauit: & aries, propter inno-
centiæ principatum: & hircus, propter ſimilitudinem
Roma.8. carnis peccati, ve de peccato damnaret peccatum: & ſi
quod aliud ſacrificij genus expreſſius commemoraue-
ris, in eo quoque tibi Chriſtum prophetatum eſſe mon-
ſtrabo. Quocirca ſiue circuncisio, ſiue ſabbatũ, ſiue dif-
ferentia ciborum, ſiue immolatio ſacrificiorum, omnia
hæc figuræ noſtri fuerunt & prophetiæ: quas Chriſtus
Math.5. non ſoluere, ſed adimplere venit, cum ea quæ his præ-
nunciabantur, impleuit: attende cui contradicas, cum
1.Corin.10. Apoſtolo ex Apoſtolo dico, Omnia hæc figuræ noſtræ
Caput VII. fuerunt. Nam ſicut te Manichæus impiam docuit
peruerſitatem, vt ex Euangelio, quod hæreſim tuã non
impedit, hoc accipias: hoc autem impedit, non acci-
Gala.1. pias: ſic nos Apoſtolus docuit piam prouiſionẽ, vt quiſ-
Math.13. quis nobis annunciauerit præter id quod accepimus, a-
nathema ſit. Vnde Chriſtiani catholici & vos inter zi-
B zania numerant, quia dominus expoſuit quid ſit ziza-
nia, non aliqua falſa veris ſcripturis immiſſa, ſicut tu
interpretaris, ſed homines filios maligni, id eſt, imitato-
res diabolicæ falſitatis. Nec omnia temere credunt, &
ideo Manichæo, cæterisque hæreticis non vtique cre-
dunt. Nec rationem ex hominibus damnant, ſed quam
vos dicitis eſſe rationem, errorem eſſe conuincunt. Nec
verum falſumq; iudicare impium putant: ideo veſtram
ſectam falſiſſimam, fidem autẽ catholicam veriſſimam
indicant. Nec bonum à contrario ſeparare formidant,
ſed malum non eſſe naturam, quia contra naturam eſt,
intelligunt: non gentem neſcio quam tenebrarum, ad-
uerſum diuina regna à ſuo principio naſcentem & re-
bellantem, quæ vere ampliorem formidinẽ intulit deo
veſtro, quàm infantibus Lamiæ: quippe quem dicitis, ne
ſua membra illius impetu capta & vaſtata conſpiciat,
velum contra ſe poſuiſſe. Proinde nullas ex hoc capi-
tulo patiuntur anguſtias, quòd quaſi legis & Propheta-
rum præcepta non ſeruent: quia & ex gratia Chriſti ha
Math.22. bent legitimam charitatem dei & proximi, in quibus
duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ: & quæ-
C cunque ibi vel rebus geſtis, vel ſacramentorum cele-
brationibus, vel locutionum modis figurate propheta-
ta ſunt, in Chriſto & in Eccleſia impleri cognoſcunt.
Vnde nec vanæ ſuperſtitioni ſuccumbimus, nec illud
Euangelij capitulum falſum eſſe dicimus, nec Chriſti
diſcipulos nos negamus: quia ea ratione veritatis, quã
pro meis viribus toties expoſui, non aliam legem, nec
alios Prophetas, quàm eos, quos catholica tenet autho-
ritas, non venit ſoluere, ſed adimplere.

Libri decimioctaui finis.

LIBER DECIMVSNONVS.

Caput I.
Math.5. FAVSTVS dixit, Non veni ſolue-
re legẽ & Prophetas, ſed adimple-
re. Ecce iam conſentio dictũ. Quæ-
rendum tamen eſt, cur hoc dixerit
Ieſus, vtrùm ne cõpalpandi Iudæo-
rũ furoris cauſa, quia iidem ſacro-
ſancta ſua ab eodem conculcari vi-
dentes, indignarentur: eúmque ac ſi impium ac male
ſanum, nec audiendum quidem exiſtimarent, nedum

ſequendum: an vt nos, qui ei credebamus ex gentibus, D
inſtitueret atq; informaret, patienter ac morigere man-
datorum ſubire iugum, quod ceruicibus noſtris Iudæo-
rum lex imponeret ac Prophetæ. Sed hoc quidem nec
teipſum putare credo, quòd Ieſus hoc verbum protule-
rit, vt nos Hebræorũ legi addiceret, aut Prophetis. Ac
per hoc, ſi hæc nõ fuit cauſa dicẽdi, illa alia debet eſſe,
quam dixi. Iudæos enim verbis ſemper, atque operibus
Chriſti vehementer inſidiatos eſſe, nemo qui neſciat.
Ex quibus cum idem colligerent legem ac Prophetas
ſuos ab eodem ſolui, indignarentur neceſſe eſt, ac per
hoc reprimendi furoris eorum gratia non ab re fuerit
dixiſſe, vt reputarent quia non veniſſet legem ſoluere,
ſed adimplere. Nec hoc ipſum mentitus eſt, nec fefellit:
indifferenter enim & abſolute nominauit legẽ. Sunt
autem legum genera tria: vnum quidem Hebræorum, Caput II.
quod peccati & mortis Paulus appellat: aliud vero gen
tium, quod naturale vocat. Gentes enim, inquit, natura- Roma.2.
liter quæ legis ſunt, faciunt: & eiuſmodi legem non ha-
bẽtes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptũ
in cordibus ſuis. Tertium vero genus legis eſt veritas,
quod perinde ſignificans Apoſtolus dicit, Lex enim ſpi
ritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati & Roma.8.
mortis. Tribus ergo exiſtentibus legibus, & Ieſu aſſeue- E
rante nobis, quia nõ venit ſoluere legem, ſed adimple-
re: non parua cura ac diligentia opus eſt, de qua earum Math.5.
dixerit intelligere. Item Prophetæ, alij ſunt Iudæorum,
alij gentium, alij veritatis. Sed de Iudæorũ quidem nul-
lus quæſiuerit, notum eſt enim. De gentium vero ſi quis
ambigit, audiat Paulum, qui ſcribens ad Titum de Cre-
tẽſibus, dicit, Dixit quidam proprius eorum Propheta. Titum.1.
Cretenſes ſemper mẽdaces, malæ beſtiæ, ventres pigri:
ac per hoc dubitandum non eſt & gentes ſuos habere
Prophetas. Necnon & veritatẽ habere Prophetas ſuos,
tam idem Paulus ſignificat, quàm etiam Ieſus. Et Ieſus
quidem, vbi dicit, Ecce mitto ad vos ſapientes & Pro- Math.23.
phetas, & ex ipſis interficietis in ſingulis locis. Paulus
vero cum dicit, Ipſe dominus conſtituit primum Apo- 1.Corin.12.
ſtolos, deinde Prophetas. Lege ergo tripartita, & tri- Caput III.
pertitis Prophetis, de quó nam eorum Ieſus dixerit, nõ
ſatis liquet, eſt tamen conijcere ex conſequentibus. Et-
enim ſi circuncisionem ſtatim nominaret, & ſabbata
& ſacrificia & obſeruationes Hebraicas, inq; eas aliquid Leuiti.12.
adimpletionis gratia protuliſſet, dubium non erat quin Exod.31.
de Iudæorũ lege dixiſſet & Prophetis, quia eos non ſol F
uere venerit, ſed adimplere. Vbi vero horum quidem
nihil memorat, ſola vero recenſet antiquiora præcepta:
id eſt, Non occides, nõ mœchaberis, non peierabis: hæc Exod.10.
autem erant antiquitus in nationibus, vt eſt in promptu
probare, olim promulgata per Enoch & Seth & cæte-
ros eorũ ſimiles iuſtos, quibus eadẽ illuſtres tradiderint
angeli temperandæ in hominibus gratia veritatis, cui
non videatur hoc eum de veritatis dixiſſe lege, & eius
Prophetis. Deniq; etiam adimpletio probatur eius circa
hæc eadem, quæ promiſit. Quid enim dicit? Audiſtis di- Exod.20.
ctum eſſe antiquis, Non occides: ego autem dico vobis, Math.5.
ne iraſcamini quidem: adimpletio eſt. Audiſtis dictum
eſſe, Non mœchaberis: ego autem dico vobis, ne cõcu-
piſcatis quidem: adimpletio eſt. Dictum eſt, Non peie-
rabis: ego autem dico, ne iuretis quidem: æque adimple
tio eſt. In his enim & priora roborat, & quod defuit,
adiicit. Vbi vero Iudæorũ quædam viſus eſt nominaſ-
ſe, illa quidem nec adimpleuit, ſed etiã penitus eradi-
cauit præceptione contrariorum. Quid enim ſequitur? Exod.21.
Audiſtis dictũ eſſe, oculum pro oculo, dentẽ pro dente: Math.5.

G ego autem dico vobis, qui te percuſſerit in maxillam,
præbe illi & alterã: hoc iam deſtructio eſt. Dictum eſt,
Leuiti.19. inquit, Amabis amicum t[illegible]m, & oderis inimicũ tuum,
Matth.5. ego autem dico vobis, a[illegible]te inimicos veſtros, & pro
perſecutoribus veſtris orate: æquè deſtructio eſt. Dictũ
Deute.24. eſt, Qui voluerit vxorem dimittere, det ei repudium: e-
Matth.5. go autem dico, quicunq; vxorem ſuã dimiſerit, excepta
cauſa fornicationis, & ipſam mœchari faciet, & is erit
mœchus, ſi poſtea alterã duxerit. Hæc igitur ſunt de ma
nifeſto Moſeos præcepta, idcircoq; deſtructa illa vete-
rum iuſtorum, & ob hoc adimpleta. Quod ſi & tibi ita
intelligere placet, non ab re erit & illud dixiſſe Ieſum,
quia non venit ſoluere legẽ, ſed adimplere. Sin hæc no
ſtra tibi diſplicet expoſitio, aliam quære: tantũ ne Ieſum
mentitum dicere cogaris, aut te neceſſe ſit Iudæum fie-
ri: ne etiam nunc legẽ ſoluere perſeueres, quam ipſe nõ
Caput IIII. ſoluit. Et tamen hoc ſi mihi Nazaræorum obiice-
ret quiſquã, quos alij Simmacianos appellãt, quòd Ieſus
dixerit, non ſe veniſſe ſoluere legẽ: aliquantiſper hæſiſ-
ſem incertus quid ei reſponderẽ. Nec immerito, venie-
H bat enim corpore atq; animo ſimul, lege obſitus ac Pro-
Leuiti.12. phetis: nam huiuſmodi, quos aio, & circuncisionẽ por-
Exod.31. tant, & obſeruant ſabbatum, & porcina ac reliquis abſti
Deute.14. nent huiuſmodi, quæ præcepit lex, ſub Chriſtiani quan-
uis nominis profeſſione, decepti etiam ipſi, vt intelligi
datur, hoc ipſo capitulo, quo & tu, quia Chriſtus nõ ad
ſoluendam legem ſe veniſſe dixerit, ſed adimplendam.
Quare cum talibus eſſet mihi non puſillum, vt dixi, cer
tamen, donec capituli huius à me moleſtiam demoli-
rer: tibi vero nequaquam congredi metuã, nullis confi-
ſo viribus, & impudẽtia potius laceſſenti, vt facilius ten
tari me putem abs te, quàm cogi, vt credam dixiſſe Chri
ſtum, quod nec te videã crediddiſſe. Nec enim quicquã
eorum præferens, quibus lex & Prophetæ non ſolui vi-
deantur, ſed adimpleri, me tanquam deſidem abiurgas
ad præuaricatorem, ex huius obiectione capituli. An &
tu iam detruncatorum inguinum obſcœno illo ſigna-
culo gloriaris, tanquam Iudæus aut Nazaræus? An ſu-
percilium de obſeruatione erigis ſabbatorum? An de
porcinæ abſtinentia tibi conſcius gaudes? An denique
de victimarum ſanguine, & holocauſtorum nidoribus
Iudæorum te exaturaſſe deum exultas? Quòd ſi horum
feciſti nihil, quid ita Chriſtum non veniſſe legem ſol-
Caput V. uere, ſed adimplere contendis? Quare indeficientes
I ego præceptori meo refero gratias, qui me ſimiliter la-
bantem retinuit, vt eſſem vel hodie Chriſtianus. Nam
ego quoq;, cũ capitulum hoc imprudens legerẽ, quem-
admodum tu, penè ieram in conſiliũ Iudæus fieri. Nec
immerito. Etenim ſi Chriſtus legem non venit ſolue-
re, ſed adimplere: adimpletio autem nunquam in vaſe
inani dicitur, ſed in ſemo, ſolus mihi videbatur Iſraëli-
ta poſſe Chriſtianus fieri, qui refertus maxima ex parte
lege ac Prophetis, ad Chriſtum veniret, replendus eo,
cuius adhuc videretur eſſe capacior, ſi tamen & ipſe
priora non ſolueret: alioquin nec circa eum adimpletio
hæc eſſet, ſed exhauſtio. At ego ex gentibus veniens, in-
caſſum me acceſſiſſe putabam ad Chriſtum, quia nihil
tale afferrem, quod in me de ſuis poſſet adiectionibus
Exod.31. adimpleri. Quærens ergo quænam eſſet prior illa men-
Gene.17. ſura, inuenio ſabbata, peritomen, ſacrificia, neomenias,
Leuiti.12. ac baptiſmata, azymophagias, ciborũ diſcretiones, po-
Deute.14. tuum, veſtimentorũ, & alia quæ percurrere longum eſt.
Arbitratus ergo ſum hoc eſſe, nec aliud quicquã, quòd
ſe Chriſtus non veniſſe ſoluere dixerit, ſed adimplere.
Nec immerito. Quid enim lex ſine mandatis? quid
Prophetæ ſine præfatibus? Adhæc inuenio etiam ama- K
rum illic indictum maledictum aduerſus eos, qui non *Deute.27.*
permanſerint in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro le-
gis illius, vt faciant ea. Et illinc ergo maledictum me-
tuens tanquam dei, & hinc Chriſtum tanquam eius fi-
lium dicentem, audiens, quòd nõ venerit eadem ſolue-
re, ſed adimplere: vide ſi quid impedire iam poterat,
quin factus eſſem Iudæus. Sed huic periculo me Mani-
chæi veneranda fides eripuit. Tu tamen quid fidu- *Caput VI.*
ciæ gerens, hæc obiicias quæro, aut quare contra me id
eſſe putes ſolum, quòd tibi non minus videatur eſſe cõ-
trarium. Si Chriſti non eſt legem ſoluere & Prophetas,
vtiq; nec Chriſtianorum. Cur ergo eadem vos ſoluitis?
An ſenſim fatemini vos non eſſe Chriſtianos? Quid le
gi & Prophetis omnibus ſacroſanctum illum ſabbato-
rum diem, in quo & mundi ipſum opificem deum re-
quieuiſſe teſtantur, vos omni opere profanatis, nec pœ-
nã mortis, quam aduerſum violatores eius ſtatuit, nec
maledicti pertimeſcẽtes infamiam? Quid & à circũci-
ſionis dedecoroſo illo ſignaculo, legi ac Prophetis om L
nibus honorato, & maxime Abrahę, poſt opinatã ſuam
fidem ſinus defenditis veſtros: præſertim cum & peri-
turum omnem de plebe ſua perhibeat Iudæorum deus,
quicunque non hac fuerit ignominia præſignatus? Cur
& ſacrificiorum legitima, quæ nec Moyſes ac Prophe-
tæ ſub lege, nec ſub fide ſua in ſecundis habuit Abrahã, *Deute.14.*
vos ſpernitis? Cur vero & ciborum indifferẽtia animas
polluitis veſtras, ſi hæc, vt creditis, omnia Chriſtus non *Matth.5.*
venit ſoluere, ſed adimplere? Cur & azymorum anni- *Exod.12.*
uerſale ius, & mactationis agninæ ſacrũ, quod in æter-
num ſeruare lex & Prophetæ præcipiunt, vos impiatis? *Leuiti.23.*
Cur denique neomenias, & baptiſmata, & ſcenopegia,
ac reliqua huiuſmodi legis atque Prophetarum ſacra-
menta carnalia, parum deuitatis irrumpere, ſi eadem
Chriſtus minime deſtruxit? Quare non immerito dixe-
rim, quia ſi vultis vt ratio vobis contemptus iſtius con-
ſtet, oportet aut vos negare Chriſti eſſe diſcipulos, aut
tandem fateri ipſum omnia hæc deſtruxiſſe priorem.
Quod cum fueritis confeſſi, tunc & illud cõſequitur, vt
aut falſo fateamini ſcriptum eſſe, tanquam idem dixe- *Matth.5.*
rit, non ſe veniſſe ſoluere legem, ſed adimplere: aut ne-
ſcio quid hoc lõge aliud, quàm vos putatis ſignificaſſe. *Cap.VII.*
Auguſtinus reſpondit, Quia iam conſentis dixiſſe
Chriſtum, Non veni ſoluere legem vel Prophetas, ſed M
adimplere: durum enim tibi videtur aduerſus Euange-
licam authoritatem venire: durum etiam tibi videatur *1.Cor.10.*
venire aduerſus Apoſtolum, dicentẽ, Omnia hæc figu- *2.Cor.1.*
ræ noſtræ fuerunt. Item dicentẽ de Chriſto, Quia non
fuit etiam & non, ſed etiam in illo erat. Quotquot enim
promiſſiones dei ſunt, in illo etiã: id eſt in illo exhibi-
tæ, in illo adimpletæ: & ſine caligine videbis, & quã le-
gem adimplere venerit, & eã quo pacto adimplere ve-
nit. Nec perges extendi per tria genera legis, & tria ge-
nera Prophetarũ, quærens quà exeas, & non inueniens.
Manifeſtum eſt enim, & luce clarius hoc etiam noui
teſtamenti ſcriptura ſæpe teſtatur, quam legem & quos
Prophetas Chriſtus nõ venerit ſoluere, ſed adimplere. *Ioan.1.*
Ipſa eſt enim lex, quæ per Moyſem data, gratia & veri-
tas per Ieſum Chriſtũ facta eſt. Ipſa eſt inquam lex per *Ioan.5.*
Moyſem data, de quo Chriſtus ait, De me enim ille ſcri *Roma.5.*
pſit. Certe enim ipſa eſt lex quę ſubintrauit, vt abũdaret
delictũ, quod ad eius reprehenſionẽ, nihil intelligẽtes,
in ore habere cõſueuiſtis. Ibi ergo lege & vide, quia ip- *Roma.7.*
ſa eſt de qua dicitur, Itaq; lex quidẽ ſancta, & mandatũ
ſanctum, & iuſtum & bonum. Quod ergo bonum eſt,
mihi

A mihi factum eſt mors? Abſit. Sed peccatum vt appareat
peccatũ, per bonum mihi operatum eſt mortem. Neq;
enim lex iubebat delictum, vt illa ſubintrãte, abundaret
delictum: ſed ſuperbos multum ſibi tribuẽtes, mandati
ſancti & iuſti & boni adiectio reos etiam prçuaricatio-
nis effecerat: vt eo modo humiliati, diſcerent, ad gra-
tiam pertinere per fidem, vt iam non eſſent legi ſubdi-
ti per reatũ, ſed legi ſociati per iuſticiam. Idem quippe
Gala.3. Apoſtolus dicit, Quia priuſquam veniret fides, ſub le-
ge cuſtudiebamur cõcluſi in eam fidem, quæ poſtea re-
uelata eſt. Itaque lex, inquit, pædagogus noſter erat in
Chriſto Ieſu: ſed poſteaquam venit fides, iam non ſu-
mus ſub pædagogo: quia nos reatus legis non obligat,
iam per gratiam liberatos. Nanque antequam ſpirita-
lem gratiam humiliati reciperemus, nihil niſi mortifi-
cabat nos litera, iubens quod non poſſemus implere.
2.Cor.3. Vnde idem dicit, Litera occidit, ſpiritus autem viuifi-
Gala.3. cat. Rurſus eiuſdem Apoſtoli verba ſunt, Si enim data
eſt lex, quæ poſſet viuificare, omnino ex lege eſſet iuſti-
cia: ſed concluſit ſcriptura omnia ſub peccato, vt pro-
miſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus. Item
ipſius verba ſunt, Quod enim impoſſibile erat legis, in
Roma.8. quo infirmabatur per carnem, deus filium ſuum miſit
B in ſimilitudinem carnis peccati, vt de peccato damna-
ret peccatũ in carne, vt iuſticia legis impleretur in no-
bis, qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecun-
Matth.5. dum ſpiritum. Ecce quod eſt, Non veni legem ſoluere,
ſed adimplere. Quia lex enim ſuperbos etiam præuari-
cationis reatu deuinxit augendo peccatum, cum iubet
quod implere nõ poſſunt: ipſius legis impletur iuſticia
per gratiam ſpiritus in eis qui diſcunt à Chriſto mites
eſſe, atque humiles corde: qui venit non legem ſoluere,
ſed adimplere. Deinde quia etiam ſub gratia poſitis, in
hac mortali vita difficile eſt omnimodu implere quod
in lege ſcriptum eſt, Non cõcupiſces: ille per carnis ſuæ
ſacrificium ſacerdos effectus, impetrat nobis indulgen
tiam, etiã hinc adimplens legem: vt quod per noſtram
infirmitatem minus poſſumus, per illius perfectionem
recuperetur, cuius capitis membra effecti ſumus. Vnde
1.Ioan.2. Ioannes dicit, Filioli, hęc ſcribo vobis, vt non peccetis:
& ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem
Ieſum Chriſtum iuſtum: ipſe eſt exoratio pro peccatis
Cap.VIII. noſtris. Prophetias autem ſic adimpleuit, cum in
C eo veritas facta eſt promiſſio dei. Hoc pauloante ex A-
2.Cor.1. poſtolo commemoraui, dicente, Quotquot enim pro-
*†*al. etiam* miſſiones dei, in illo eſt. * † Idem rurſus dicit, Dico e-
Roma.15. nim Chriſtum miniſtrum fuiſſe circunciſionis propter
veritatem dei, ad confirmandas promiſſiones patrum.
Quod ergo in Prophetis, ſiue aperte ſiue per figuras, vel
locutionum vel actionũ promittebatur, in illo adim-
Matth.5. pletum eſt, qui non venit ſoluere legem & Prophetas,
ſed adimplere. Hoc autem vos non intelligitis, quia ſi
quædam facta & celebrationes, quæ figurę erant ventu
ra prænunciantes, adhuc à Chriſtianis fierent, nihil ſi-
† aliàs, quæ gnificaretur, niſi nondũ veniſſe, quæ tunc figuris † præ-
dudũ illis nunciabantur. Quod enim adhuc venturum prænun-
figuris. ciatur, aut nondum venit, aut ſi iam venit, ſuperfluo vel
fallaciter prænunciatur. Quapropter vnde nobis vi-
detur Chriſtus non impleſſe Prophetas, quia non fiunt
à Chriſtianis quædam, quæ per prophetas ab Hebræis
vt fierent, inſtituta ſunt, inde potius probatur impleſſe.
Vſqueadeo enim, quicquid per huiuſmodi figuras pro-
phetabatur, impletum eſt, vt iam per illas non prophe-
Matth.11. tetur. Ad huc pertinet etiã quod ipſe dominus ait, Lex
Gala.3. & Prophetæ vſque ad Ioannẽ. Lex enim, quæ præuari-

catores abundanti reatu cõcludebat in eam fidem, quæ D
poſtea reuelata eſt, gratia facta eſt per Ieſum Chriſtum,
per quem ſuperabundauit gratia: ac per hoc impleta eſt
per gratiam liberantem, quæ non implebatur per lite-
ram iubentem. Item in ipſa lege vniuerſa Prophetia,
quæ non tantum verbis, ſed etiam quarundam actio-
num figuris, ſaluatoris promittebat aduentum, veritas
facta eſt per Ieſum Chriſtũ. Lex enim per Moyſem da- *Ioan.1.*
ta eſt, gratia autem & veritas per Ieſum Chriſtum facta
eſt. Ex cuius aduentu iam regnum dei cœpit annuncia-
ri, quia lex & Prophetæ vſque ad Ioannem, Lex vt reos
faceret, qui deſiderarent ſalutem: Prophetæ, vt promit-
terent ſaluatorem. Cæterum Prophetas alios extitiſſe
iam in Eccleſia poſt aſcenſionem Chriſti, quis neſciat?
De quibus Paulus dicit, Et quoſdam cõſtituit in Eccle- *1.Corin. 12.*
ſia, primum Apoſtolos, deinde Prophetas, tertio do-
ctores: & cætera. Non itaque de illis dictum eſt, Lex &
Prophetę vſq; ad Ioannem: ſed de iis qui primum Chri-
ſti aduentum prophetauerũt. Quia aduentus impletus,
non vtique adhuc poſſet prophetari. Proinde cum *Cap. IX.*
quæris, cur iam non circuncidatur carne Chriſtianus, *Leuit. 12.*
ſi Chriſtus nõ venit legem ſoluere, ſed adimplere? Re- *Matth.5.*
ſpondeo, imò ideo iam non circunciditur Chriſtianus, E
quia id quod eadem circunciſione prophetabatur, iam
Chriſtus adimpleuit. Expoliatio enim carnalis gene-
rationis, quæ in illo facto figurabatur, iam Chriſti re-
ſurrectione adimpleta eſt: & quod in noſtra reſurre-
ctione futurum eſt, ſacramento baptiſmi commenda-
tur. Nam neque penitus auferri debuit nouæ vitæ ſacra-
mentum, quia reſtat adhuc in nobis futura reſurrectio
mortuorum: & in melius tamen, id eſt, ſuccedente ba-
ptiſmo, debuit commutari: quia iam factum eſt, quod
nunquam factum erat, vt futuræ vitæ æternæ in reſur-
rectione Chriſti nobis præberetur exemplũ. Cum quæ- *Exod.31.*
ris, ſabbati ocium cur non obſeruat Chriſtianus, ſi Chri
ſtus non venit legem ſoluere, ſed adimplere? Reſpon-
deo, imò id propterea non obſeruat Chriſtianus, quia
quod ea figura profitebatur, † iam Chriſtus impleuit. In *† propheta-*
illo quippe habemus ſabbatum, qui dixit, Venite ad me *batur.*
omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego vos refi- *Matth.11.*
ciam: tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me,
quoniam mitis ſum & humilis corde, & inuenietis re-
quiem animabus veſtris. Cum quæris, quare Chri- *Caput X.*
ſtianus non obſeruat differentiam ciborum, quæ in le- F
ge præcipitur, ſi Chriſtus non venit legem ſoluere ſed *Deute.14.*
adimplere? Reſpondeo, imò propterea id nõ obſeruat
Chriſtianus, quia quod illis figuris prophetabatur, iam
Chriſtus impleuit, nõ admittens ad corpus ſuum, quod
corpus in ſanctis ſuis ad vitam æternam prçdeſtinauit,
quicquid per illa animalia in moribus hominum ſigni-
ficatum eſt. Cum quæris, quare Chriſtianus non ani-
malibus immolatis, carnis & ſanguinis ſacrificia offe-
rat deo, ſi Chriſtus non venit legem ſoluere, ſed adim-
plere: Reſpondeo, imò propterea magis hæc Chriſtia-
nus iam offerre non debet, quia ea quæ talibus rerum fi-
guris illi prophetabant, immolatione carnis & ſangui-
nis ſui Chriſtus impleuit. Cum quæris, cur azyma ſicut *Exod.12.*
Iudæi non obſeruet Chriſtianus, ſi Chriſtus non venit *Matth.5.*
legem ſoluere, ſed adimplere: Reſpondeo, imo pro-
pterea magis hoc non obſeruat Chriſtianus, quia quod
illa figura prophetabatur, expurgato veteris vitæ fer- *1.Cor.5.*
mento, nouam vitam demonſtrans, Chriſtus impleuit.
Cum quæris, cur de carne agni Chriſtianus Paſcha non
celebret, ſi Chriſtus non venit legem ſoluere, ſed ad-
implere: Reſpondeo, imo propterea Chriſtianus iam

G ſic Paſcha non celebrat, quia id, quod illa figura præ-
†immol.eſt. nunciabatur, agnus immaculatus† ſua paſſione Chriſtus
impleuit. Cum quæris, quam ob cauſam neomenias in
Leuiti.23. lege mandatas non celebret Chriſtianus, ſi Chriſtus nõ
Matth.5. venit legẽ ſoluere, ſed adimplere: Reſpõdeo, imò pro-
pterea iam Chriſtianus iſta non celebrat, quia propter
quod prænunciandum celebrabantur, iam Chriſtus im
pleuit. Celebratio enim nouæ lunæ prænunciabat no-
2.Cor.5. uam creaturam: de qua dicit Apoſtolus, Si qua igitur in
Chriſto noua creatura, vetera tranſierunt, ecce facta
ſunt noua. Cum quæris, cur illa ſingularum quarúmque
Leuiti.23. immũdiciarum baptiſmata, quæ in lege præcipiuntur,
Matth.5. non obſeruet Chriſtianus, ſi Chriſtus non venit legem
ſoluere, ſed adimplere: Reſpondeo, inde potius hæc nõ
obſeruare Chriſtianum, quia figuræ futurorum erant
Roma.26. quas Chriſtus impleuit. Venit enim cõſepelire nos ſibi
per baptiſmum in mortem, vt quemadmodum Chri-
ſtus reſurrexit à mortuis, ſic & nos in nouitate vitæ am-
bulemus. Cum quæris, quid cauſæ eſt, vt ſcenopegia nõ
ſit ſolennitas Chriſtianorum, ſi lex à Chriſto adimple-
ta eſt non ſoluta: Reſpondeo, tabernaculum dei fide-
les eius eſſe, in quibus charitate ſociatis, & quodam mo
H do compactis habitare dignatur: & ideo magis illud nõ
obſeruari à Chriſtianis, quia iam Chriſtus in eccleſia
ſua, quod illa figura Prophetice promittebat, impleuit.
Caput XI. Et nunc quidem iſta pro ſuſcepto negocio, ne ſi-
lentio præterirentur, quãta potuimus breuitate perſtrin
ximus. Cæterum membratim articulatímque diſcuſ-
ſa, libros magnos multóſque fecerunt, nihil aliud in eis
quàm Chriſtum prophetatũ oſtendentes: ita fit vt om-
nia, quæ ex illa ſcriptura propterea putatis non obſer-
uari à Chriſtianis, quòd ea Chriſtus ſoluerit: propterea
potius reperiantur non obſeruari à Chriſtianis, quòd ea
Chriſtus impleuerit. Ipſa quippe talium figurarum ob-
ſeruatio, prænunciatio Chriſti fuit. Vnde quid mirum
eſt, quid abſurdum, imò quid nõ congruum & conſen
taneum, ſi poſt eius ceſſauit aduentum, quicquid ideo
fiebat, vt eius prænunciaret aduentum? figuræ igitur re-
rum, quæ ad hoc obſeruabantur, vt ipſa earum obſerua-
tione venturus Chriſtus prophetaretur, vſqueadeo non
debent propterea putari per Chriſti aduentum nõ im-
pletæ, quia illo veniente, non obſeruabantur, vt niſi iam
per aduentum Chriſti implerentur, adhuc obſeruaren-
I tur. In nullum autem nomen religionis ſeu verũ ſeu fal-
ſum coagulari homines poſſunt, niſi aliquo ſignaculo-
rũ vel ſacramentorũ viſibilium conſortio colligentur:
quorum ſacramẽtorum vis inenarrabiliter valet pluri-
mum, & ideo contempta ſacrilegos facit. Impie quippe
Cap. XII. contemnitur, ſine qua non poteſt perfici pietas. Ve-
runtamen quia viſibilia ſacramenta pietatis ineſſe poſ-
ſunt etiam impiis, ſicut habuiſſe ſanctum baptiſmum
Acto.8. etiam magum Simonem legimus, fiunt tales, quales A-
2.Timo.3. poſtolus ait, Habentes formam pietatis, virtutem au-
1.Timo.1. tem eius abnegãtes. Virtus autem pietatis eſt finis præ-
cepti: id eſt, charitatis, de corde puro, & conſcientia bo
na, & fide non ficta. Vnde Apoſtolus Petrus, cum de ſa
cramento arcæ, in qua Noë domus à diluuio liberata
1.Petri.3. eſt, loqueretur, Sic & vos, inquit, ſimili forma baptiſ-
ma ſaluos facit. Et ne ſibi ſufficere putarent viſibile ſa-
cramentum, per quod habebant formam pietatis: & per
malos mores perditè viuendo, virtutem eius abnega-
rent, cõtinuo ſubiecit, Non carnis depoſitio ſordium,
Cap.XIII. ſed conſcientiæ bonæ interrogatio[in deum.] Pro-
inde prima ſacramenta, quæ obſeruabantur & celebra-
bantur ex lege, prænunciatiua erant Chriſti venturi:
quæ cùm ſuo aduentu Chriſtus impleuiſſet, ablata ſunt, K
& ideo ablata, quia impleta: non enim venit ſoluere le- Matth.5.
gem, ſed adimplere: & alia ſunt inſtituta virtute maio-
ra, vtilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora,
tanquam iuſticia fidei reuelata, & in libertatem vocatis
filiis dei, iugo ſeruitutis ablato, quod duro & carni de-
dito populo congruebat. Veruntamen ſi antiqui iu- Cap. XIIII.
ſti, qui ſacramentis illis intelligebant venturam præ-
nunciari reuelationem fidei, ex qua licet adhuc operta
& abſcondita, munere tamen pietatis intellecta, etiam
tunc ipſi viuebant: quia in hac vita nemo eſſe poteſt iu-
ſtus, niſi qui ex fide viuit. Si ergo antiqui iuſti pro illis Roma.1.
prænunciatiuis ſacramentis, & rerum nondum imple-
tarum figuris, omnia dura & horrenda perpeti parati
fuerunt, & plerique perpeſſi ſunt. Si tres pueros, Danie- Danie.1.
lémque prædicamus, quia de menſa regis contamina-
ri noluerunt, quod erat contra illius temporis ſacra-
mentum. Si Maccabæos cum ingẽti admiratione præ- 2.Macc. 7.
ferimus, quia eſcas, quibus nunc Chriſtiani licite vtun-
tur, attingere noluerunt, quia tunc pro tempore Pro-
phetico non licebat: quanto magis nunc pro baptiſmo
Chriſti, pro euchariſtia Chriſti, pro ſigno Chriſti ad om L
nia perferenda paratior debet eſſe Chriſtianus, cum
illæ fuerint promiſſiones rerum complendarum, hæc
ſint indicia completarum? Quod enim adhuc promit-
titur eccleſiæ, id eſt, corpori Chriſti, & in manifeſta-
tione prædicatur, & in ipſo capite corporis ſaluatore:
id eſt, in ipſo mediatore dei & hominum, homine Chri
ſto Ieſu, iam vtique completum eſt. Quid enim pro- 1.Timo.2.
mittitur, niſi vita æterna ex reſurrectione à mortuis?
Hoc iam completum eſt in illa carne, quod verbum ca- Ioan.1.
ro factum eſt, & habitauit in nobis. Tunc ergo & oc-
culta erat fides, nam eadem credebant, eadémque ſpe-
rabant omnes iuſti & ſancti etiam temporum illorum,
& promiſſiua erant illa omnia ſacramenta, omniſque
ritus ille ſacrorum: nunc autem reuelata eſt fides, in
quam concluſus erat populus, quando ſub lege cuſto- Galat.3.
diebatur: & quod fidelibus promittitur in iudicio, iam
completum eſt in exemplo, per eum qui legem & Pro- Matth.5.
phetas non venit ſoluere, ſed adimplere. Quapro- Caput XV.
pter quæritur quidem inter ſcrutatores ſanctarum ſcri-
pturarum, vtrum tantum profuerit antiquis iuſtis fides
paſſuri & reſurrecturi Chriſti, quam vel reuelationibus
diſcebant, vel in Prophetis intelligebant, quantum nũc M
prodeſt fides paſſi & reſuſcitati: an ipſa effuſio ſangui- Exod.21.
nis agni dei, quæ facta eſt, ſicut ipſe dicit, pro multis in Matth.27.
remiſſionem peccatorum, aliquid vtilitatis & purga-
tionis vel dederit vel addiderit, etiam iis, qui hoc futu-
rum credentes, antequam fieret ex hac vita emigraue-
rant: & vtrum mors eius ad liberationem etiam mor-
tuos viſitauerit. Sed nunc iſtam quæſtionem vel pertra-
ctando diſcutere, vel aliquid in ea repertum, etiam cõ-
firmando definire, & longum eſt, & huic operi non ne-
ceſſarium. Interim aduerſus calumnioſam imperi- Cap. XVI.
tiam Fauſti demonſtrare ſuffecerit, quanto errore deli-
rent, qui putant ſignis ſacramentiſq; mutatis, etiam res
ipſas eſſe diuerſas, quas ritus Propheticus prænunciauit
promiſſas, & quas ritus Euangelicus annunciauit imple-
tas: aut qui cenſent, cum res eædem ſint: non eas aliis ſa-
cramẽtis annunciari debuiſſe completas, quàm iis, qui-
bus adhuc complendæ prænunciabantur. Si enim ſoni
verborum, quibus loquimur, pro tempore commutan-
tur, eademq; res aliter enunciatur facienda, aliter facta:
ſicut iſta ipſa duo verba quæ dixi, Faciẽda & Facta, nec
paribus morarum interuallis, nec iiſdem vel totidem
literis

A literis ſyllabisve ſonuerunt:quid mirũ ſi aliis myſterio-
rum ſignaculis paſſio & reſurrectio Chriſti futura pro-
miſſa eſt,aliis iam facta annunciatur,quandoquidẽ ipſa
verba,futurum & factum,paſſurus & paſſus, reſurrectu-
rus & reſurrexit,nec tẽdi æqualiter, nec ſimiliter ſona-
re potuerũt. Quid enim ſunt aliud quæque corporalia
ſacramenta, niſi quædam quaſi verba viſibilia, ſacro-
ſancta quidem, veruntamen mutabilia & temporalia:
Deus enim æternus eſt, nec tamen aqua & omnis illa
actio corporalis, quæ agitur cum baptizamus & fit, &
tranſit,æterna eſt:vbi rurſus etiam illę ſyllabæ celeriter
ſonantes & tranſeuntes, cum dicitur deus,niſi dicãtur,
non conſecratur.Hæc omnia fiunt & tranſeunt,ſonant
& tranſeunt: virtus tamẽ,quæ per iſta operatur, iugiter
manet: & donum ſpiritale,quod per iſta inſinuatur, æ-
ternum eſt. Qui ergo dicit, Si Chriſtus legem & Pro-
phetas non ſoluiſſet,illa ſacramenta legis & Propheta-
rũ in Chriſtianorum cõgregationibus & celebrationi-
bus permanerent:poteſt dicere,Si Chriſtus legẽ & Pro-
phetas non ſoluiſſet,adhuc promeretur naſciturus,paſ-
ſurus,& reſurrecturus: cum ideo magis hæc non ſolue-
rit,ſed adimpleuerit,quia iam non promittitur naſcitu-
B rus,paſſurus, & reſurrecturus,quod illa ſacramẽta quo-
† quondam dam modo † perſonabant:ſed annunciatur quòd natus
ſit, paſſus ſit, reſurrexerit, quod hæc ſacramenta quæ à
Chriſtianis aguntur iam perſonant. Qui ergo venit le-
gem & Prophetas non ſoluere, ſed adimplere,ipſa ad-
impletione abſtulit ea, per quæ adhuc promittebatur
implendum, quod iam conſtat impletum:tanquã ſi ver
ba iſta tolleret, naſciturus, paſſurus, reſurrecturus, quæ
cum adhuc futura eſſet, recte dicebantur: & inſtitueret
dici, natus eſt,paſſus eſt,reſurrexit, quæ illis completis,
Cap. XVII. & ob hoc ablatis,recte dicuntur. Sicut ergo iſta ver-
ba, ita illa prioris populi ſacramenta, quia per eum qui
non venit legem & Prophetas ſoluere, ſed adimplere,
iam impleta ſunt, ideo tolli mutarique debuerũt: quod
primis Chriſtianis, qui ex Iudæis crediderant, donec
contra tam diuturnam conſuetudinem paulatim per-
ſuaderetur, atq; ad intellectum perfectum perduceren-
tur, & quia ita nati erant atq; inſtituti,ſiuerunt eos Apo
ſtoli patrium ritum traditionẽmque ſeruare:& eos qui-
bus hoc opus erat,vt congruerẽt illorum tarditati mo-
Actor. 16. ribúſque,monuerũt.Inde eſt quòd Timotheum Iudæa
matre & Græco patre natum,propter illos, ad quos ta-
C les cum eo venerat,etiam circuncidit Apoſtolus: atque
ipſe inter eos morem huiuſmodi cuſtodiuit,non ſimu-
latione fallaci,ſed cõſilio prudenti. Neq; enim ita natis
& ita inſtitutis noxia erant iſta, quamuis iam non eſſent
ſignificandis futuris neceſſaria : magis quippe noxium
erat ea tanquã noxia prohibere in his hominibus,vſque
ad quos durare debuerũt: quoniã Chriſtus, qui omnes
Matth. 5. illas prophetias implere venerat, ſic eos initiatos inue-
nerat: vt iam de cætero, qui nulla tali neceſſitudine te-
nerentur, ſed ex diuerſo veluti pariete,id eſt,ex præpu-
Ephe. 2. cio,ad illum angularem lapidem, qui eſt Chriſtus,con-
uenirent,ad nulla talia cogerentur. Si autem iis, qui ex
circunciſione venerant, talibusq; ſacramẽtis adhuc de-
diti erant,vltro vellent, ſicut Timotheus,conferre con
gruentiam,non prohiberentur: verum ſi in huiuſmodi
legis operibus putarent ſuam ſpem ſalutemq; cõtineri,
tanquã à certa pernicie vetarentur. Vnde eſt illud Apo
Gala. 5. ſtoli, Ecce ego Paulus dico vobis,quia ſi circuncidami-
ni, Chriſtus vobis nihil proderit. Circuncidamini ſci-
Actor. 15. licet ſicut ipſi volebant,ſicut eis à quibuſdam deprauа-
tis perſuaſum erat,quòd ſine his legis operibus ſalui eſſe

non poſſent.Nam cum gentes ad Chriſti fidem ita ve- D
nirent, maxime per Pauli Apoſtoli prædicationẽ, ſicut
venire debuerunt, vt nullis eiuſmodi obſeruationibus
onerarentur : quia & inſolita iſtà circunciſione, maxi-
me grandes ætate,reformidantes deterrerẽtur à fide,&
non ita nati,vt talibus ſacramẽtis imbuerentur,ſi more
priſtino proſelyti fierent,tanquã Chriſtus per illa my-
ſteria venturus adhuc promitteretur. Cum ergo ſic ve-
nirent ad fidẽ,vt iam ex gentibus venire oportebat,nõ
intelligẽtes qui ex circunciſione venerant, cur ſibi illa
permiſſa eſſent,& cur gentibus imponenda non eſſent,
quibuſdam carnalibus ſeditionibus cœperant eccleſiã
perturbare,quòd Gentiles ad dei populum accedentes,
nõ ſolenniter proſelyti fierent in carnis circunciſione,
& cæteris huiuſcemodi obſeruationibus legis:atque in
his erãt,qui hoc ideo fieri magnopere inſiſtebant: quia
timebãt Iudæos,inter quos verſabantur. Contra hos A-
poſtolus Paulus multa ſcripſit : nam in horũ ſimulatio- Gala. 2.
nem etiã Petrum adductũ, fraterna obiurgatione cor-
rexit. Sed poſteaquam in vnũ Apoſtoli congregati,etiã Actor. 15.
cõcilio ſuo cenſuerunt gentes ad huiuſmodi opera le-
gis non eſſe cogendas,diſplicuit quibuſdam ex circun- E
ciſione Chriſtianis,non valentibus mente diſcernere,il
los ſolos ab huiuſmodi obſeruationibus nõ fuiſſe pro-
hibendos,quos fides,quæ reuelata eſt his, iam imbutos
inuenerat:vt in eis iam conſummaretur ipſa actio pro-
phetica,quos ante adimpletionẽ prophetiæ iam tenue-
rat:ne ſi & ab ipſis remoueretur,improbata potius quàm
terminata viderentur: Si autẽ & gentibus imponeretur,
aut nõ Chriſti promittendi cauſa inſtituta eſſe, aut ad-
huc Chriſtum promittere putaretur. Primus itaq; popu-
lus dei, antequam Chriſtus veniret legem Prophetasq; Matth. 5.
adimplere,illa omnia,quæ hunc promittebãt,obſerua-
re iubebatur: liber in eis,qui hæc quò pertinerẽt,intelli-
gebant:ſeruus autẽ in eis,qui hoc non intelligebant. Po
ſterior vero populus accedens ad fidem,qua iam Chri-
ſtus veniſſe, paſſus eſſe, ac reſurrexiſſe prædicabatur, in
his quidem hominibus,quos iam talibus ſacramẽtis in-
ſtitutos eadẽ fides inuenerat,nec cogebatur iſta obſer-
uare,nec prohibebatur.In iis autẽ,qui talibus vacui,nul-
la generis,nulla conſuetudinis vel congruentiæ neceſ-
ſitudine retenti crediderant,etiam prohibebatur: vt per
eos iam inciperet apparere,illa omnia propter promit-
tendum Chriſtum fuiſſe inſtituta, quo veniente, atque
hæc promiſſa adimplente, iam oportere ceſſare. F

Hoc igitur temperamentum moderamenq; ſpiritus Ca. XVIII.
ſancti per Apoſtolos operantis, cum diſplicuiſſet qui- Actor. 15.
buſdam ex circunciſione credentibus,qui hæc nõ intel-
ligebant, in ea peruerſitate manſerunt, vt & gentes co-
gerent iudaizare. Ij ſunt quos Fauſtus Symmachiano-
rum vel Nazarenorum nomine cõmemorauit, qui vſ-
que ad noſtra tempora iam quidem in exigua, ſed ad-
huc tamen vel in ipſa paucitate perdurant. Quid ha-
bẽt ergo iſti, vnde legi & Prophetis calumniẽtur,quòd
eos Chriſtus ſoluere venerit potius, quàm adimplere,
quia Chriſtiani non obſeruant quæ ibi præcepta ſunt,
cum ea ſola non obſeruent,per quæ Chriſtus promitte-
batur:& ideo non obſeruent magis,quia eadẽ promiſſa
iam Chriſtus impleuit : nec adhuc promittuntur, quia
iam impleta ſunt:eorũmque promiſſiua ſigna in eis ter-
minari debuerunt,quos fides Chriſti hæc adimplendis
iam talibus imbutos inuenerat? Nunquid enim non ob-
ſeruant Chriſtiani, quod in illa ſcriptura eſt, Audi Iſ-
raël, dominus deus tuus deus vnus eſt, Non facies tibi Deute. 6.
idolum:& cætera huiuſmodi? Nunquid non obſeruant

Exod.20. Chriſtiani, quod ibi dicitur, Non accipies nomē domi-
G ni dei in vanū? Nunquid ipſum ſabbatū, quod ad intel-
Deut.5. ligendam verā requiem pertinet, non obſeruant Chri-
ſtiani? Nunquid honorē parentibus Chriſtiani non de-
ferunt, quod ibi præceptum eſt? Nunquid à fornicatio-
nibus, aut homicidiis, aut furtis, aut falſis teſtimoniis,
aut à concupiſcenda vxore proximi, non ſe temperant
Chriſtiani: quæ omnia in illa lege cōſcripta ſunt? Hæc
præcepta ſunt morum, illa ſacramēta ſunt promiſſorū:
hęc implentur per adiuuantem gratiam, illa per reddi-
tam veritatem: vtraque per Chriſtum & illam ſemper
gratiam donantem, nunc etiam reuelantem, & hanc ve
ritatem tunc promittentem, nūc exhibentem, quia lex
Ioan.1. per Moyſem data eſt, gratia autē & veritas per Ieſum
Chriſtum facta eſt. Deniq; iſta, quæ in rectè viuēte con-
Gala.5. ſcientia conſeruantur, fide per dilectionē operante cō-
plentur: illa vero, quæ in promittēta ſignificatione ver-
ſata ſunt, rebus redditis tranſierunt. Ita & ipſa nō ſoluta,
ſed adimpleta ſunt: quia ea non irrita, nec fallaciā Chri
ſtus oſtendit, cum id, quod eorū ſignificatione promit-
Cap. XIX. tebatur, exhibuit. Non itaq; ſicut Fauſtus opinatur,
Matth.5. quædā dominus Ieſus Chriſtus adimpleuit, quæ ab an-
H tiquis iuſtis iam dicta erant ante legem Moſeos, ſicuti
Exod.20. eſt, Non occides: quod nō contrario redarguit, ſed ma-
gis firmauit, cum & ab ira & à conuicio reuocauit: quę-
dam vero ſoluit, quæ propria videbātur legis Hebræo-
Exod.21. rū, ſicuti eſt, Oculum pro oculo, dentē pro dente: quod
videtur potius abſtuliſſe quàm cōfirmaſſe, cum ait, Ego
Matth.5. autem dico vobis, non reſiſtere malo, ſed ſi quis te per-
cuſſerit in maxillam tuā dexteram, præbe illi & alterā:
& cætera. Nos enim dicimus etiam hæc, quæ iſti putāt
ſoluiſſe Chriſtum, velut contraria referendo, & tūc pro
tempore bene fuiſſe inſtituta, & nunc à Chriſto non ſo-
Capit. XX. luta, ſed adimpleta. Proinde primum ab his quæro,
vtrum illi antiqui iuſti, Enoch & Seth, hos enim potiſ-
ſimum Fauſtus commemorat, & ſi qui alij, non ſolum
ante Moyſem, ſed & ſi qui ante Abraham fuerunt, irati
ſint fratri ſine cauſa, aut dixerunt fratri, fatue. Si enim
nō dixerunt, cur non & talia docuerūt? Quòd ſi & talia
docuerunt, quæro quemadmodum vel eorū iuſticiam
Matth.5. doctrinamq; Chriſtus adimpleuerit, addendo, Ego au-
tem dico vobis, ſi quis iraſcitur fratri ſuo, aut ſi quis di-
cit racha, aut ſi quis dicit fatue, reus erit vel iudicij, vel
concilij, vel gehennæ ignis, quandoquidem & illi eo-
I dem modo viuebant, eodem modo viuendum mone-
bant? An ignorabāt illi iuſti fręnandam eſſe iracundiā,
nec petulanti conuicio fratrem laceſſendum: aut noue-
rant quidem, ſed ab his ſe abſtinere non poterant? Er-
go rei erant gehennæ: quo modo igitur iuſti? Profectò
enim nec imperitiam rerū ad ſuum officium pertinen-
tium, nec intemperantem audes dicere eorum fuiſſe iu-
ſticiam, intantum vt eos faceret reos gehennæ. Cur er-
go illam legē, ſecundum quā viuebant antiqui iuſti, hęc
addendo Chriſtus impleret, cum eorum quoq; iuſticia
ſine iſtis eſſe non poſſet? An dicturus es, quòd præceps
iracūdia, & lingua improba, ex quo venit Chriſtus, cœ-
pit ad iniquitatē pertinere, antea vero nō erat iniquum
vel corde vel ore iſta cōmittere? Sicut in quibuſdam re-
bus pro temporum proprietatibus inſtitutis, inuenimus
nunc aliquid non licere, quod antè licuerit: vel quod
antè non licuerit, nunc licere. Non vſqueadeo deſipis
vt hoc dicas, ſed etiam ſi dicas, reſpōdebitur tibi, quòd
ſecundum iſtum intellectum Chriſtus non adimplere
venerit, quod legi antiquæ defuit, ſed legem inſtituere
quæ nō fuit: ſi dicere fratri fatue, cum apud antiquos iu-
ſtos nō fuiſſet iniuſtum, nunc ita iniuſtum eſſe Chriſtus K
voluit, vt quiſquis hoc dixerit, reus ſit gehennæ. Proin-
de nondum inueniſti, cui nam legi hæc aliquando de-
fuerunt, quibus nunc additis, eam Chriſtus impleret.

An forte lex non mœchandi apud illos iuſtos anti- *Cap. XXI.*
quos ſemiplena erat, donec à domino impleretur: ad-
dente, ne quis ad concupiſcendum videat mulierem?
Sic enim cōmemoraſti ipſam ſententiam, Audiſtis di- *Matth.5.*
ctum eſſe, Non mœchaberis: ego autem dico vobis, ne *Exod.20.*
concupiſcatis quidem. Adimpletio eſt, inquis. Explica
planè ipſa verba Euangelica, noli tuis extenuare, quod
dictum eſt, & vide quid de illis antiquiſſimis iuſtis ſen-
ſeris. Audiſtis, inquit, quia dictū eſt, Non mœchaberis;
Ego autem dico vobis, ſi quis viderit mulierem ad con
cupiſcēdum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.
Itáne vero illi iuſti, Seth vel Enoch, vel ſi qui eis ſimiles
fuerunt, mœchabantur in cordibus ſuis: & aut non erat
cor eorum templum dei, aut mœchabantur in templo
dei? Quod ſi non audes dicere, quo modo etiam de hac
re legem illorum, quæ apud illos iam tunc plena erat,
modo veniens Chriſtus impleuit? De non iurando *Cap. XXII.*
autem, quia & hic illorū legem à Chriſto adimpletam *Leuiti.19.*
eſſe dixiſti, non poſſum affirmare antiquos iuſtos non L
iuraſſe: nam & Paulum Apoſtolum iuraſſe inuenimus. *Matth.5.*
De veſtro autē ore non tollitur crebra iuratio, cum iu- *Roma.1.*
retis per lumen, quod amatis cum muſcis: neque enim *Philip.1.*
lumen illud mentium ab iſtis oculis penitus alienum,
quod illuminat omnem hominem venientem in hunc *Ioan 1.*
mundum, noſtis aliqua ex parte cogitare: & per domi-
num veſtrum Manichæū, qui Manes lingua patria vo-
cabatur: ſed vos vt apud Græcos nomē inſaniæ vitare-
tis, velut declinato & prolōgato nomine, quaſi fuſionē
addidiſtis, vbi amplius laberemini. Sic enim mihi qui-
dam veſtrûm expoſuit, cur appellatus ſit Manichęus, vt
ſcilicet in Græca lingua tanquā māna fundere videre-
tur: quia Græce, fundit, χεῖ dicitur: vbi quid egeritis ne-
ſcio, niſi vt expreſſius nobis ſomniare videremini inſa-
niā. Neq; enim addidiſtis in parte priore nominis vnā
literā, vt agnoſceretur manna: ſed addidiſtis in poſte-
riore duas ſyllabas, non appellantes Mannichæum, ſed
Manichæum, vt nihil aliud vobis tam prolixis & vanis
ſermonibus ſuis, niſi inſaniā fundere ſonaret. Sæpiſſi-
me iuratis & per paracletū, non ſanè illum, quē Chriſtus *Ioan.14.*
diſcipulis promiſit & miſit: ſed per eum ipſum, vt Latine
nomen eius interpreter, inſanifuſorē. Cum ergo iurare M
nunquam deſinatis, vellem ſcire quo modo intelligatis
hanc quoque legis partem, quam vultis antiquiſſimam
intelligi, quòd vobis dominus adimpleuerit, & magis
propter iurationes Apoſtoli. Nā veſtra quæ authoritas
eſt vel vobiſipſis, nedum mihi aut cuiquā homini: vnde
puto iam clarere, quàm ſit aliter accipiendum, quod ait
Chriſtus, Non veni legē ſoluere, ſed adimplere, non his *Matth.5.*
videlicet additamētis, quæ vel ad expoſitionem perti-
nent propoſitarū antiquarum ſententiarum, vel ad cō-
uerſationē, non adimpletionem. Quia enim nō in- *Ca. XXIII.*
telligebant homicidium, niſi peremptionem corporis *Exod.20.*
humani, per quā vita priuaretur, aperuit dominus om- *Matth.5.*
nem iniquum motū ad nocendum fratri in homicidij
genere deputari. Vnde & Ioannes dicit, Qui odit fra-
trem ſuum, homicida eſt. Et quoniam putabāt tantum- *1.Ioan.3.*
modo corporalem cum fœmina illicitam commixtio-
nem vocari mœchiam, demonſtrauit magiſter etiā ta- *Concor. 22,*
lem cōcupiſcentiam nihil eſſe aliud. Item quia peierare *quæſt. 1.ca.*
graue peccatum eſt, non iurare autem, ſicut verum iura- *In nouo. &*
re, nullum peccatum eſt: ſed longius remotus eſt à fal- *cap. Ita.*
ſum iu-

A ſum iurando, qui nec iurare conſueuit, quàm qui † ve-
† *al. verũ* rum iurare procliuis eſt, maluerit nos dominus & non
iurare. Nã iurantes non recedere à vero, quàm verũ iurantes pro-
iurare pcli pinquare periurio. Itaque & Apoſtolus in ſermonibus,
ue eſt ad p- quos habuiſſe narratur, nunquã iurauit, ne iurandi cõ-
iuriũ, ma- ſuetudine aliquãdo vel neſcius in periurium laberetur.
luit nos In ſcripturis autem, vbi eſt conſideratio maior atq; per-
&c. penſior, pluribus locis iuraſſe inuenitur, ne quiſquã pu-
Roma.1. taret etiam verum iurando peccari, ſed potius intelli-
Philip.1. geret, humanæ fragilitatis corda, non iurando tutius à
periurio conſeruari. Quibus perſpectis, inuenimus nec
illa eſſe deſtructa, ſicut Fauſtus putat, quæ velut proprie
Ca. XXIIII vult ad Moyſem pertinere. Nam & hic quæro ab
iſtis, cur proprium velint eſſe legis Moyſi, quod dictũ
Leuit.19. eſt antiquis, Diliges proximum tuum, & oderis inimi-
Deut.23. cum tuum. An & Apoſtolus Paulus non dixit homines
Roma.1. quoſdam deo odibiles? Et vtique in hac admonitione
ipſe dominus ad hoc nos hortatur, vt imitemur deum,
Matt.5. Vt ſitis, inquit, filij patris veſtri qui in cœlis eſt, qui fa-
cit ſolẽ ſuum oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper
iuſtos & iniuſtos. Quærendum itaq; eſt, quo modo in-
telligatur, exemplo dei, cui dixit quoſdam odibiles Pau
B lus, odio habendos inimicos: & rurſus exemplo dei, qui
facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſu
per iuſtos & iniuſtos, diligendos inimicos: ſic appare-
bit, dominum male intelligẽtibus id quod dictum eſt,
oderis inimicum tuum, inferre voluiſſe, quod omnino
non norant, vt diligerent inimicos ſuos, Vtrunque au-
tem quo modo ſeruandũ ſit, longum eſt diſputare. Sed
ad iſtos interim, quibus generaliter diſplicet, ſi quis o-
derit inimicum ſuum, eſt nobis ſermo, qui eorum frõ-
tem premat, cum eos interrogamus, vtrum diligat deus
eorum gentem tenebrarum: aut ſi propterea nunc ini-
mici diligendi ſunt, quòd habeant partem boni, cur nõ
ob hoc eos & odiſſe debemus, quòd habeant partem
mali? Ea quippe regula & hoc ſoluitur, doceturq; non
eſſe contrarium, quod in antiqua ſcriptura dictum eſt,
Deut.23. Oderis inimicum tuum: & in Euangelio, Diligite ini-
Matt.5. micos veſtros: quòd vnuſquiſq; iniquus homo, inquan-
tum iniquus eſt, odio habendus eſt: inquantum autem
homo eſt, diligendus eſt: vt illud quod in eo recte odi-
mus, arguamus, id eſt, vicium, quo poſsit illud, quod in
eo recte diligimus, id eſt, humana natura ipſa emenda-
to vicio liberari. Hæc inquam regula eſt, qua & oderi-
C mus inimicum propter id, quod in eo malum eſt, id eſt,
iniquitatem: & diligamus inimicum propter id, quod
in eo bonũ eſt, id eſt, ſocialem rationalemq; creaturam:
niſi quòd nos non eum per naturam vel ſuam vel alie-
nam, ſed per propriã voluntatem malum eſſe conuin-
cimus. Illi autem per naturam gentis tenebrarũ putant
eſſe hominem malum, quam ſecundum ipſos deus to-
tus timuit, antequam in parte vinceretur: & in parte ab
ea ſic victus eſt, vt nec totus liberaretur. Audito igitur,
Deut.23. & nõ intellecto, quòd antiquis dictum erat, Oderis ini-
micum tuum, ferebantur homines in hominis odium,
cum deberent non odiſſe niſi vicium. Hos corrigit do-
Matth.5. minus, dicendo, Diligite inimicos veſtros, vt qui iam
dixerat, Non veni legem ſoluere, ſed adimplere: ideoq;
de odio inimici quod ſcriptũ eſt in lege, non ſoluerat,
præcipiẽdo vtique vt diligamus inimicos, cogeret nos
intelligere, quo nam modo poſſemus vnum eundemq;
hominẽ & odiſſe propter culpam, & diligere propter
naturam. Sed hoc ad peruerſas eorũ mentes intelligere
multum eſt. Vrgendi ſunt tantum, vt ſecũdum calum-
niæ ſuæ perditam rationem, vel potius amentiam de-
fendant deum ſuum, quem nõ poſſunt dicere dilecto- D
rem gentis tenebrarum: ideoq; ad eius exemplum non
habent quemadmodum hortentur, vt ſuum quiſque di
ligat inimicum. Potius enim genti ipſi tenebrarum di-
lectionem inimici tribuere potuerunt, quàm deo ſuo.
Illa quippe, ſicut delirant, vicinam ſibi lucem atque cõ-
tiguam concupiuit, eaq; frui voluit, atque vt frueretur
inuadere cogitauit. Neque iſta culpa eſt, cum verum &
beatificum bonum appetitur. Vnde & dominus dicit,
Regnum cœlorum vim patitur, & qui vim fecerint, di- *Matt.11.*
ripiunt illud. Ecce gens tenebrarum ſecundum eorum
vanitatem, vim facere ac diripere voluit bonum quod
amauerat, eius claritate & ſpecie delectata: nec eam vi-
ciſsim deus dilexit, ſed odio deteſtans, frui ſe volẽtem,
funditus eradicare molitus eſt. Si ergo mali amant bo-
num quo fruantur, boni autem oderũt malum ne pol-
luantur, reſpõdete Manichæi, qui nam eorum impleãt,
quod domin⁹ ait, Diligite inimicos veſtros. Ecce ſi has
ſingulas repugnanteſq; ſentẽtias eſſe vultis, deus veſter
fecit quod ſcriptũ eſt in lege Moyſi, Oderis inimicum *Deut.23.*
tuum, & gens tenebrarum quod ſcriptum eſt in Euan-
gelio, Diligite inimicos veſtros: quanquam nec fingen- *Matt.5.*
do inuenire potuiſtis, quo pacto dirimatis quęſtionem E
inter muſcas lucipetas, & blattas lucifugas: vtramque
enim prolem gentis tenebrarum eſſe cõtenditis. Vnde
ergo illæ amant à ſe alienam lucem, illæ autem hanc
auerſando, ſua potius origine delectãtur. An mundius
naſcũtur muſcæ in fœtidis cloacis, quàm blattæ in ob-
ſcuris cubiculis? Iam vero illud, quod antiquis di- *Cap.XXV.*
ctum eſt, Oculũ pro oculo, dẽtem pro dẽte: quo modo *Exo.21.*
contrarium habet quod ait dominus, Ego autem dico *Matt.5.*
vobis, nõ reſiſtere malo, ſed ſi quis percuſſerit te in ma-
xillam tuam dexteram, præbe illi & alteram &c. Quan-
doquidem & illud antiquum ad reprimẽdas flammas
odiorum, ſęuientiumq; immoderatos animos refrę nan-
dos, à præcepto eſt, † Quis enim tandem † facile con- *† ita præcep*
tentus eſt ‡ tantum ‡ reponere vindictę, quantum acce- *tum eſt.*
pit iniuriæ? Nonne videmus homines leuiter læſos mo *† tantundẽ.*
liri cædem, ſitire ſanguinẽ: vixq; inuenire in malis ini-
mici vnde ſatientur? Quis pugno percuſſus, non aut iu
dicia cõcitat in damnationem eius qui percuſſerit, aut
ſi ipſe repercutere velit, totum hominem, ſi non etiam
telo aliquo arrepto, pugnis calcibuſq; contundit? Huic
igitur immoderatæ, ac per hoc iniuſtæ vltioni, lex iuſtũ
modum figẽs, pœnam talionis inſtituit: hoc eſt, vt qua- F
lem quiſq; intulit iniuriam, tale ſupplicium pẽdat. Pro-
inde oculum pro oculo, dentem pro dente, nõ fomes,
ſed limes furoris eſt, nõ vt id quod ſopitũ erat, hinc ac-
cenderetur, ſed ne id quod ardebat, vltra extenderetur,
impoſitus. Eſt enim quædã iuſta vindicta, iuſteq; debe-
tur ei, qui fuerit paſſus iniuriam: vnde vtiq; cum igno-
ſcimus, de noſtro quodam modo iure largimur. Vnde
etiam debita dicuntur, quæ in oratione dominica hu- *Matt.6.*
manitus dimittere monemur, vt nobis & noſtra diui-
nitus dimittãtur. Quod autem debetur, etſi benigne di *14. quæſt. 1.*
mittitur, non tamen inique repetitur: ſed ſicut in iuran- *cap. Quod*
do, etiã qui verum iurat, propinquat periurio, vnde lõ- *debetur.*
ge abeſt, qui omnino non iurat: & quanuis non peccet
qui verum iurat, remotior tamen à peccato eſt qui non
iurat: vnde admonitio nõ iurandi, cõſeruatio eſt à pec-
cato periurij. Ita cum peccet, qui per immoderationem
iniuſte vult vindicari, non peccet autẽ, qui modum ad-
hibens, iuſte vult vindicari, remotior eſt à peccato in-
iuſtæ vindictæ, qui non vult omnino vindicari. Peccat
enim, qui exigit vltra debitum, non peccat autem qui
exigit

G exigit debitum: ſed tutior lõge eſt à peccato iniuſti ex-
actoris, qui omnino non exigit debitum, præſertim na
cogatur & ipſe reddere debitum ab eo, qui nullum ha-
bet debitum. Poſſem ergo & ego ſic iſta ponere, Dictũ
eſt antiquis, Nõ iniuſte vindicabis: ego autem dico, ne
vindicetis quidem: adimpletio eſt: ſicut de iurãdo Fau-
ſtus ait, Dictum eſt, Non peierabis: ego autem dico, ne
iuretis quidẽ: æque adimpletio eſt. Poterã ergo & ego
ita dicere, ſi mihi per hæc adiecta verba, quod legi de-
fuit, à Chriſto additum videretur: ac nõ potius id, quod
lex volebat efficere, ne iniuſte ſe quiſquam vindicando
peccaret, conſeruari tutius, ſi omnino ſe non vindica-
ret: ſicut id quod volebat efficere, ne quiſquam peieran-
do peccaret, conſeruari tutius ſi non iuraret. Nã ſi cõ-
trarium eſt, Oculum pro oculo: &, Qui te percuſſerit in
maxillam, præbe illi & alteram: cur nõ ſit contrarium,
Reddes domino iuſiurãdum tuum: &, Noli iurare om-
nino? Et tamen illam nõ deſtructionem, ſed adimple-
tionem Fauſtus arbitratur, quod & hic debuit arbitrari.
Nam ſi verum iurat, adimpletur dicendo, Ne iures: cur
non & inſte vindica, adimpletur dicẽdo, Ne vindices?
H Sicut ego in vtroq; cõſeruationem eſſe arbitror à pec-
cato, quo vel falſum iuratur, vel iniuſte vindicatur: quã-
quam huc te donanda omnino vindicta valeat, etiã ad
illud vt dimittendo huiuſmodi debita, etiam nobis di-
mitti mereamur. Sed duro populo modus prius adhi-
bendus fuit, quo diſcerent non egredi debitum: vt edo-
mita ira, quæ ad immoderatã vindictam rapit, iam qui
vellet, trãquillus attẽderet quid ipſe deberet, quod ſibi
relaxari à domino cuperet, vt hac conſideratione con-
Ca. XXVI. ſeruo debitum relaxaret. Nam & illud de vxore nõ
dimittenda, quod dominus præcepit, cum antiquis di-
Deut. 24. ctum ſit, Quicũque dimiſerit vxorem ſuam, det illi li-
Matt. 5. bellum repudij: ſi diligenter intueamur, videbimus nõ
Infra ca. 29 eſſe contrarium. Expoſuit enim dominus quid lex vo-
luerit, cum paſsim dimittenti vxorem, iuſſerit libellum
repudij dare. Neq; enim ait, Qui voluerit, dimittat vxo-
rem ſuam: cui eſſet contrarium non dimittere: ſed vtiq;
nolebat dimitti vxorẽ à viro, qui hanc interpoſuit mo
ram, vt in diſsidiũ animus præceps, libelli conſcriptio-
ne refractus abſiſteret, & quid mali eſſet vxorem dimit-
tere, cogitaret: præſertim quia, vt perhibent, apud He-
bræos ſcribere literas Hebræas, nulli fas erat niſi ſcribis
I ſolis, cum & excellentiorem profiterentur ſapientiam,
& ſi qui eorum eſſent æquitate ac pietate præditi, non
tantum profiterentur, verum etiam ſectarentur. Ad hos
igitur, quos oporteret eſſe prudentes legis interpretes,
& iuſtos diſsidij diſſuaſores, lex mittere voluit eũ, quẽ
iuſsit libellum repudij dare, ſi dimiſiſſet vxorem. Non
enim ei poterat ſcribi libellus, niſi ab ipſis, qui per hãc
occaſionem & neceſsitatem venientem quodam modo
in manus ſuas bono conſilio regerent: atq; inter ipſum
& vxorem pacifice agendo, dilectionem cõcordiamq;
ſuaderent. Quod ſi tantum intercederet odium, vt ex-
tingui emendarique nõ poſſet, tunc vtique ſcriberetur
libellus: quia fruſtra non dimitteret quam ſic odiſſet, vt
ad debitam cõiugij charitatem nulla prudentium per-
ſuaſione reuocaretur. Si enim nõ diligitur vxor, dimit-
tenda eſt. Quia ergo dimittenda non eſt, diligenda eſt.
Dilectio autem monendo atq; ſuadendo componi, nõ
autẽ inuitum cogendo imponi poteſt. Hoc facere ſcri-
ba debebat, iuſtus & ſapiens, qualem in illa profeſsione
eſſe oportebat. Ad quem vt veniret diſcordia, marito li
bellus conſcribendus præceptus eſt. Quẽ vir bonus pru
densq; non ſcriberet, niſi in animo nimis auerſo atque
peruerſo conſiliũ concordiæ non valeret. Veruntamẽ K
à vobis ex veſtri erroris ſacrilega vanitate, quæro, cur
diſpliceat dimittere vxorem, quam nõ ad matrimonij
fidem, ſed ad concupiſcentiæ crimen habendam eſſe
cenſetis? Matrimonium quippe ex hoc appellatum eſt,
quòd nõ ob aliud debeat fœmina nubere, quàm vt ma
ter fiat, quod vobis odioſum eſt. Eo modo eni putatis
partem dei veſtri, gentis tenebrarum prælio deuictam
& ſubactam, etiam carneis cõpedibus colligari. Sed vt
potius quod nũc agitur explicem, Si Chriſtus, vbi qui-
buſdam antiquis ſentẽtiis propoſitis adiunxit, Ego au-
tem dico vobis, neq; primorum hominum legem hoc
verborum additamẽto adimpleuit, neq; illam, quæ per
Moyſem data eſt, quaſi contrariorũ oppoſitione deſtru
xit: ſed potius omnia ex Hebræorum lege commemo-
rata, ita commẽdauit, vt quicquid ex perſona ſua inſu-
per loqueretur, vel ad expoſitionem requirẽdam vale-
ret, ſi quid illa obſcure poſuiſſet, vel ad tutius cõſeruan
dum, quod illa voluiſſet. Vides quàm ſit aliter in- Ca. XXVII.
telligendum, quod ait, Non ſe veniſſe legem ſoluere,
ſed adimplere: ſcilicet vt non quaſi ſemiplena iſtis ver-
bis integraretur, ſed vt quod litera iubente propter ſu- L
perborum præſumptionem non poterat, ſuadente gra-
tia propter humilium confeſsionem impleretur, opere
factorum, non adiectione verborum. Fides enim, ſicut Galat. 5.
Apoſtolus ait, per dilectionem operatur. Vnde idem di
cit, Qui enim diligit alterũ, legem impleuit. Iſtam cha- Roma. 13.
ritatem quia veniens Chriſtus, per ſpiritum ſanctum,
quem promiſſum miſit, in manifeſtatione donauit, qua
ſola charitate iuſticia legis poſſet impleri: propterea di
xit, Nõ veni ſoluere legem, ſed adimplere. Hoc eſt no- Matt. 5.
uum teſtamentum, quòd huic dilectioni hæreditas re-
gni cœlorum promittitur, quod in figuris veteris teſta-
menti pro temporũ diſtributione tegebatur, Vnde idẽ
dicit, Mãdatum nouum do vobis, vt vos inuicem dili- Ioan. 13.
gatis. Itaque vel omnia, vel penè omnia, quæ mo- Caput XX-
nuit ſeu præcepit, vbi adiungebat, Ego autem dico vo- VIII.
bis, inueniũtur & in illis veteribus libris. Ibi contra irã
dictũ eſt, Turbatus eſt præ ira oculus meus: &, Melior Pſal. 6.
eſt qui vincit iram, quàm qui capit ciuitatem. Ibi cõtra Prouer. 16.
verbum durum in Ieſu filij Sirach, Plaga flagelli liuo- Eccli. 28.
rem faciet, plaga autem linguæ confringet oſſa. Ibi cõ-
tra mœchiam cordis, Ne cõcupiſcas vxorem proximi Exo. 20.
tui. Nõ enim ait, Ne adulteres: ſed, Ne cõcupiſcas. Vnde M
Apoſtolus hoc ex lege commemorat, dicens, Nam cõ- Roma. 7.
cupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, Non concu-
piſces. Ibi de patientia non reſiſtendi laudatur vir, præ-
bens percutiẽti ſe maxillam & ſaturatus opprobriis. Ibi Threno. 3.
de inimico diligẽdo dicitur, Si eſurierit inimicus tuus, Prouer. 25.
ciba illum: ſi ſitit, potum da illi. Hinc enim hoc com-
memorauit Apoſtolus. Et illud in Pſalmo, Cum iis qui Roma. 12.
oderant pacem, eram pacificus. Et alia multa. Quod au Pſal. 119.
tem temperando à vindicta, & diligẽdo etiam malos,
deum imitemur, habes ibi de ipſo deo id agẽte copio-
ſum locum: ibi nanque ſcriptum eſt, Multum enim va- Sapien. 11.
lere tibi ſoli ſupererat ſemper, & virtuti brachij tui quis
contrà ſtabit? quoniã tanquam momentum ſtateræ, ſic
ante te eſt orbis terrarum: & tanquam gutta roris ante-
lucani, quæ deſcendit in terrã: ſed miſereris omnium,
quoniã omnia potes, & diſsimulas peccata hominum,
propter pœnitentiam. Diligis enim omnia quæ ſunt, &
nihil odiſti horum quæ feciſti: nec enim odio habens
aliquid cõſtituiſſes. Quo modo ergo poſſet aliquid per-
manere, niſi tu voluiſſes, aut quod à te vocatũ nõ eſſet,
conſeruaretur? Parcis autẽ omnibus, quoniam tua ſunt
domine,

A domine,qui animas amas. Bonus enim ſpiritus tuus eſt
in omnibus, propter quod eos qui exerraot partibus
corripis:& de quibus peccant admonens,alloqueris,vt
relicta malicia, credant in te domine. Ad haoc beni-
Matth.5. gnam patientiam dei, qui facit ſolem ſuum oriri ſuper
bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, nos
imitandã Chriſtus hortatur: vt viodicare noſtras iniu-
rias oeg ligamus,& benefaciamus his, qui nos oderunt,
vt ſimus perfecti, ſicut pater noſter cœleſtis perfectus
eſt. Valere autem nobis & ad remittenda debita pecca-
torum noſtrorum, quod aliis iſta vltionum debita re-
laxamus: & cauendum eſſe, ne ſi hoc non fecerimus,
nec nobis deprecantibus peccati obligatio remittatur,
Eccli.28. ſic in illis libris veteribus ſcriptum eſt, Qui viodicari
vult, inueniet vindictam à deo, & peccata illius con-
firmans confirmabit. Relinque proximo tuo nocenti
te,& tunc deprecanti tibi,peccata ſoluentur. Homo ho
mini reſeruat iram, & à domino quærit medelam car-
nis? in hominem ſimilem ſibi non habet miſericor-
diam,& pro peccatis ſuis deprecatur dominum:& ipſe
dum caro ſit, reſeruat iram, & repropiciationem petit
Ca. XXIX. à domino, & quis exorabit pro peccatis illius? Iam
B vero de vxore oõ dimittenda,quid aliud, vel quid op-
portunius ex illis libris commemorem, quàm id, vnde
Iudæis de hac re interrogantibus dominus ipſe reſpon
dit. Cum enim quærerent, vtrum liceret quacunque ex
Matt.19. cauſa dimittere vxorem,ait illis, Non legiſtis,quia qui
fecit hominem ab initio, maſculum & fœmioam fecit
Gene.2. eos,& dixit,Propter hoc dimittet homo patrem & ma
trem,& adhærebit vxori ſuæ,& erũt duo in carne vna.
Contra Adimantũ Manichæũ c.3. Itaque iam nõ ſunt duo,ſed vna caro. Quod ergo deus
cõiunxit,homo nõ ſeparet. Ecce Iudæi ex libris Moyſi
conuincuntur non eſſe vxorem dimittendam, qui ſe-
cundum volũtatem legis Moyſi arbitrabãtur ſe facere,
cum dimitterent. Simul & illud hic, ipſo Chriſto atte-
ſtante, cogooſcimus, deum feciſſe & coniunxiſſe ma-
ſculom & fœminam: quod Manichæi negando dam-
nant nõ iam Moſeos libro, ſed Chriſti Euangelio reſi-
ſtentes. Porrò autẽ,ſi quod ipſi opinantur & prędicant,
verum eſt, diabolum feciſſe atq; iunxiſſe maſculum &
fœminã, qua calliditate diabolica Fauſtus reprehendit
Moyſem, tanquam coniugia dirimeotem per libellum
repudij:& laudat Chriſtum,tanquã illud eiuſmodi vin
culum confirmantem ex præcepto Euaogelij:cum vti-
C que ſecundum ſuam ſtultam ſacrilegámque ſeotẽtiam
Moyſem laudare debuerit ſeparãtem, quod fecerat &
coniunxerat diabolus:& Chriſtum vituperare, diaboli
figmentum & ligamentum ſolidantem? Iam illud quo
modo aperit magiſter bonus,cur ipſe Moyſes,ex cuius
libro prolata eſt,de prima coniunctione maſculi & fœ
minæ, tam ſancta & oulla ſeparatione violãda caſtitas
coniugalis,poſtea permiſerit dimittere vxorem? Nam
Matt.19. cũ illi reſpõdiſſent, Quid ergo Moyſes mandauit dari
Deut.24. libellum repudij & dimittere? Ait illis,Quoniam Moy-
ſes ad duriciam cordis veſtri,permiſit vobis dimittere
vxores veſtras. Hoc eſt, quod pauloante expoſoimus.
Supra c.26 Quãta enim duricia erat, quæ nec per libelli interpoſi-
tiooẽ,vbi diſſuadendi locus iuſtis & prudẽtibus tribue-
batur, ſolui & flecti poſſet ad recipiendam vel reuocã-
dam cõiugij charitatem:ita domious,quid lex & bonis
præciperet,& duris permitteret, eiuſdem legis teſtimo-
nio declarauit,cum & noo dimittendã vxorem, ex ea-
dem ſcriptura commemorata cõiunctione maſculi &
fœminæ,monuit,diuioamq; authoritatem eiuſdẽ con-
iunctionis expoſuit:& dandũ libellum repudij propter
duriciam, vel domandi vel indomiti cordis oſtendit. D
Quapropter cum omnia illa excellentia præcepta *Cap. XXX.*
domini,quæ veteribus Hebræorũ libris contraria Fau-
ſtus volebat oſtendere, in eiſdem quoq; libris inueniã-
tur,vnde venit dominus legem oon ſoluere,ſed adim- *Matt.5.*
plere:niſi vt perceptis promiſſorũ figuris, quæ reddita
veritate adimpletæ atque ſublatæ ſunt, ipſa quoq; præ-
cepta,per quæ lex illa ſancta & iuſta & bona eſt, oõ per
vetuſtatem literæ iubentis,& delicta ſuperborum,reatu
etiam præuaricationis augentis, ſed per nouitatem ſpi-
ritus adiuoantis,& humilium confeſsionem ſalutis gra *Roma.7.*
tia liberantis, implerentur io nobis? Quia reuera ſicut
omnia iſta præcepta ſublimia, nec in illis libris veteri-
bos deſuot,ita illic finis quò referantur,occultus eſt: q̃-
uis ſecundum eum viuerẽt ſancti, qui futuram eius re-
uelationem videbãt,& pro temporum proprietate vel
prophetice tegebant, vel prophetice tectum ſapienter
intelligebant. Denique quòd noo temere dixerim, *Ca. XXXI.*
neſcio vtrum quiſquam in illis libris inuenit nomẽ re-
gni cœlorum,quod tam crebro nominat dominus. Di-
citur quidem ibi, Diligite ſapiẽtiam,vt in æternum re- *Sapien.6.*
gnetis. Et ipſa vita æterna,ſi ooo illic in maoifeſto prę- E
dicaretur,nõ diceret dominus etiã malis Iudæis, Scru- *Ioan.5.*
tamioi ſcripturas,in quibus putatis vos vitam æteroam
habere, ipſæ teſtimonium perhibent de me: quò enim
niſi ad hoc pertinet,quod ibi ſcriptum eſt, Nõ moriar, *Pſal 117.*
ſed viuam,& enarrabo opera domini:&,Illumina ocu- *Pſal.12.*
los meos,ne voquam obdormiam in morte:† &,Iuſto- *Sapien.3.*
rum animæ in manu dei ſunt, & non taoget illos tor- *† al.obdormiam in mortem.*
mentum maliciæ? Et paulopoſt,Illi autem ſunt io pace,
etſi coram hominibus tormẽta paſsi ſunt, ſpes illorum
immortalitate plena eſt:& in paucis vexati,in multis be
ne diſponentur. Et alio loco,Iuſti autem in perpetuum
viueot,& apud dominum eſt merces eorum,& cogita-
tio eorum apud altiſsimum: ideo accipiẽt regoum de- *Sapien.5.*
coris,& diadema ſpeciei de manu domini. Hæc & alia
multa,ſiue apertiſsima, ſiue obſcura inueniũtur illic te-
ſtimonia vitæ æternæ. Et de ipſa corporũ reſurrectio-
ne oon tacueruot Prophetæ. Vnde Phariſæi aduerſum
Saducæos eam non credentes, acerrime confligebant:
quod non ſolum in Actibus Apoſtolorum canonicis, *Acto.23.*
quos iſti non accipiuot, oe de aduẽotu veri paracleti,
quem promiſit domious,conuiocantur,euidẽter appa-
ret:verumetiam in Euaogelio,vbi ei proponunt Sadu-
cæi quæſtionem de muliere, quæ ſeptẽ fratribus ſingil-
latim nupſerat, cum in eius cooiugium alter alteri mo- F
rienti ſuccederet, cuius nam eorum io reſurrectione *Matt.22.*
vxor eſſet futura. Proinde teſtimooiis vitæ æteroæ, &
reſurrectionis mortuorum abundat illa ſcriptura, ſed
hoc nomen:id eſt,regnum cœlorum,de nullo inde lo-
co mihi occurrit:hoc eoim proprie pertioet ad reuela-
tionẽ noui teſtamenti,quia ea corpora quæ terrena fue-
rant,mutatione illa, quam Paulus apertius commemo- *1.Cor.15.*
rat,in reſorrectione fient ſpiritalia,ac per hoc cœleſtia,
in quibus poſsideamus regnũ cœlorum, Quod ori eius
etiam nominandum ſeruabatur, quem regem ad regen
dos, & ſacerdotem ad ſanctificandos fideles ſuos vni-
uerſus ille apparatus veteris inſtrumẽti io generatiooi-
bus,factis,dictis,ſacrificiis,obſeruationibus, feſtiuitati-
bus,omnibusq; eloquiorum præconiis, & rebus geſtis,
& rerum figuris parturiebat eſſe venturum: qui plenus *Ioan.1.*
gratia & veritate,& ad præcepta facienda, adiuuando
per gratiam,& promiſſa implenda curando per verita-
tem,venit legem ooo ſoluere,ſed adimplere. *Matt.5.*

Libri decimінoni finis.

Liber

G ## LIBER VICESIMVS.

Caput I. FAVSTVS dixit, Cur ſolem colitis, niſi quia eſtis Pagani, & gētium ſchiſma, non ſecta? Igiuur non ab re fuerit & hoc ipſum quęrere, quo manifeſtius videre poſsimus, vter noſtrum hoc nomine debeat appellari. Et quidem ſi tibi fidem meam nunc ſimpliciter, vt in amicis referam, videar fortaſſe excuſationis cauſa id fingere, aut diuinorum, quod abſit, luminum erubeſcere culturam. Sed tu quidem vtcunque volueris accipe, me tamen dixiſſe non pœnitebit, vel propter aliquos, qui hactenus ſcire habebunt, religionem noſtram nihil cum gentibus ha-

Cap. II. bere commune. Igitur nos patris quidem dei omnipotentis, & Chriſti filij eius, & ſpiritus ſancti vnum idemq; ſub triplici appellatione colimus numen: ſed patrem quidem ipſum lucem incolere credimus ſum-

1. Timo. 6. mam ac principalem, quam Paulus aliàs inacceſsibi-

H lem vocat, filium vero in hac ſecunda ac viſibili luce

1. Cor. 1. conſiſtere: qui quoniam ſit & ipſe geminus, vt eum Apoſtolus nouit Chriſtum dicēs eſſe dei virtutem & dei ſapientiam, virtutem quidem eius in ſole habitare credimus, ſapientiam vero in luna: necnon & ſpiritus ſancti, qui eſt maieſtas tertia, aëris hunc omnem ambitum ſedem fatemur ac diuerſorium: cuius ex viribus ac ſpiritali profuſione, terram quoque concipientem, gignere patibilem Ieſum, qui eſt vita ac ſalus hominum, omni ſuſpenſus ex ligno. Quapropter & nobis circa vniuerſa, & vobis ſimiliter erga panem & calicem par religio eſt, quanuis eorum acerrime oderitis authores. Hæc noſtra fides eſt, de qua ſi quærendum aliàs putaueris audies: quanuis nec illud ad præſens minus firmū ſit argumentum, quod vel tu, vel quilibet alius rogatus, vbi nam deum ſuum credat habitare, reſpondere non dubitabit, in lumine: ex quo cultus hic meus omnium

Cap. III. penè teſtimonio confirmatur. Sed nunc ad illud, quia nos non ſectam, ſed ſchiſma gentium nuncupaſti. Schiſma, niſi fallor, eſt eadem opinantem, atque eodem ritu colentem, quo cæteri, ſolo cōgregationis delectari diſsidio. Secta vero, eſt longe alia opinantem quàm cæteri, alio etiam ſibi ac longe diſsimili ritu, diuinitatis inſtituiſſe culturam. Quę ſi ita ſunt, mea interim & opinio & cultus longe alia ſunt, quàm Pagano-

I rum. De his poſtea videbimus. Pagani bona & mala, tetra & ſplendida, perpetua & caduca, mutabilia & certa, corporalia & diuina vnum habere principiū dogmatizant. His ego valde cōtraria ſentio, qui bonis omnibus principium fateor deum, contrariis vero Hylen: ſic enim mali principium ac naturam theologus noſter appellat. Itē Pagani, aris, delubris, ſimulachris, victimis, atq; incenſo deum colendum putant. Ego ab his in hoc quoq; multum diuerſus incedo, qui ipſum me, ſi modo ſim dignus, rationabile dei templum puto viuum viuę maieſtatis ſimulachrum, Chriſtum filium eius accipio: aram, mentē bonis artibus & diſciplinis imbutam: honores quoque diuinos ac ſacrificia in ſolis orationib⁹, & ipſis puris ac ſimplicib⁹ pono: quo modo ergo ſchiſ

Cap. IIII. ma ſum Paganorum? Hactenus enim & Iudæorum me poteras dicere ſchiſma, quia & omnipotentē deum colam, quod ſibi & Iudæus omnis audaciter aſſumit, cū non cōſiderares rituum diuerſitatem, qua à me coleretur omnipotens & à Iudæis, ſi tamen omnipotentē Iudæi colunt. Sed interim de opinione tractamus, quę ſic & Paganos de ſolis cultura feſellit, vt de omnipotētis Iudæos. Sed nec veſtrū quidem ſchiſma, ſi me dixeris, K
verum eſt, quanuis Chriſtum venerer & colā, quia alio eum ritu colo, & alia fide quàm vos. Schiſma vero aut nihil immutari debet ab eo, vnde factum eſt, aut non multum: vtputa vos, qui deſciſcētes à gentibus, monarchiæ opinionem primo vobiſcum diuulſiſtis: id eſt, vt omnia credatis ex deo: ſacrificia vero eorum vertiſtis in agapas, idola in martyres, quos votis ſimilibus colitis: defunctorū vmbras vino placatis & dapibus: ſolennes gentium dies cū ipſis celebratis, vt calendas, & ſolſticia: de vita certe mutaſtis nihil: eſtis ſanè ſchiſma, à matrice ſua diuerſum nihil habēs niſi cōuentum. Necnon & priores veſtri Iudæi, ſegregati etiam ipſi à gētibus ſculpturas ſolū dimiſerunt: templa vero, & immolationes, & aras, & ſacerdotia, atq; omne ſacrorum miniſterium eodē ritu exercuerunt, ac multo ſuperſtitioſius quàm gentes. De opinione vero monarchiæ in nullo etiā ipſi diſſentiunt à Paganis: quare conſtat vos atq; Iudæos ſchiſmata eſſe gentilitatis: cuius fidem tenētes & ritus, modice quāuis immutatos, de ſola conuentuū diuiſione putatis vos eſſe ſectas. Porrò autem ſectas ſi L
quęras, non plus erunt q̄ duæ: id eſt, gentium & noſtra, qui eis longe diuerſa ſentimus. Ita quidem oppoſiti inuicem nobis, vt eſt veritas & mendaciū, vt dies & nox, vt egeſtas & copia, vt morbus & ſanitas: vos vero nec erroris ſecta eſtis, nec veritatis, ſed ſchiſma tātum: nec ipſum veritatis ſaltem, ſed erroris. Auguſtinus re- Cap. V.
ſpōdit, O imperita peſtis, & vanitas verſipellis, vt quid tibi obiicis, quod ſi quis tibi obiicit, neſcit cū quo agat? Neque enim vos Paganos dicimus, aut ſchiſma Paganorum, ſed habere cum eis quādam ſimilitudinem, eo quòd multos colatis deos. Verum vos eis eſſe lōge deteriores, quòd illi ea colunt quæ ſunt, ſed pro diis colēda nō ſunt: ſunt enim & idola, ſed ad ſalutē nihil ſunt. Et qui colit arborem, non quidē arando, ſed adorādo, non id colit quod nuſquam eſt, ſed quod ita colēdum nō eſt. Ipſa etiam dæmonia, vnde dicit Apoſtolus, Quę 1. Cor. 10.
immolāt gentes, dæmoniis immolant, & nō deo: vtiq; ſunt quibus illos immolare dicit, & quorū nos ſocios eſſe non vult. Iā vero cœlum & terra & mare & aër, ſol & luna & cætera ſydera, omnia hæc manifeſta oculis apparent, atque ipſis ſenſibus præſto ſunt. Quæ cum Pagani tanquam deos colunt, vel tanquā partes vnius magni dei, nam vniuerſum mundum quidam eorum putant maximum deum, ea colunt quæ ſunt. Cum quibus M
quando agimus, vt ea non colant, nō eis dicimus quòd nulla ſint, ſed q̄ colenda nō ſint: eiſq; colendum horū omnium cōditorem, deum inuiſibilem ſuademus, cuius ſolius participatione beatus homo fieri poteſt quod omnes velle nemo ambigit. Sed quia nonnulli eorum inuiſibilem & incorpoream creaturam colūt, quod eſt anima, menſq; humana, tamē quia nec eiuſmodi creaturæ participatione fit homo beatus, ille nō ſolum inuiſibilis, verumetiam incommutabilis deus: id eſt, deus verus colendus eſt: quia ſolus ille colēdus eſt, quo ſolo fruēs, beatus fit cultor eius: & quo ſolo nō fruens, omnis mens miſera eſt, qualibet re alia perfruatur. Vos autem cum ea colatis, quæ omnino non ſunt, ſed veſtrarū fallacium fabularum vanitate fingūtur, propinquiores eſſetis verę pietati ac religioni, ſi ſaltem Pagani eſſetis, vel in eorum genere qui corpora colunt: etſi nō colenda, ſed tamē vera. Vnde vos verius dixerim nec ſolem Cap. VI.
iſtum colere, ad cuius gyrū veſtra oratio circūuoluitur. Quid de ſo
Nam & de ipſo tam falſa, & tam deteſtāda iactatis, le ſentiant
vt ſi ſuas vindicaret iniurias, iam flammis eius viui ar- Manichæi.
deretis.

A deretis. Nam primo cum nauim quandã eſſe dicitis: ita nõ tantum, vt dicitur, toto cœlo erratis, ſed & natatis. Deinde, cum omnium oculis rotundus effulgeat, eiq; illi figura pro ſui ordinis poſitione perfecta ſit, vos eũ triangulum perhibetis: id eſt, per quandam triangulam cœli feneſtram lucem iſtam mundo terriſq; radiare. Ita fit, vt ad iſtum quidẽ ſolem dorſum ceruicemq; curuetis: non autẽ ipſum tam clara rotunditate conſpicuum, ſed neſcio quam nauim per foramen triangulũ micantem atq; lucentem, quam confictam cogitatis, adoretis. Quam profecto faber ille non faceret, ſi quẽadmodum emuntur ligna, quibus nauigiorum tabulæ compingũtur, ſic emerentur & verba, quibus hæreticorum fabulæ confinguntur. Verum hæc tolerabilius vel ridentur vel flentur in vobis, illud eſt intolerabiliter ſceleratũ, quòd de ipſa naui puellas pulchras & pueros ꝓponi dicitis: quorum formoſiſsimis corporibus inardeſcant principes tenebrarũ, ad fœminas maſculi, & ad maſculos fœminæ: vt in ipſa flagranti libidine, & inhianti concupiſcentia de membris eorum tãquam de tetris ſordidiſq; compedibus dei veſtri membra ſoluãtur: & his obſcœniſsimis pannis veſtris conamini aſſuere ineffabilẽ tri- *De natura boni. c. 24.*
B nitatem, dicẽtes patrem in ſecreto quodam lumine habitare: filij autem in ſole virtutem, in luna ſapientiam, ſpiritum vero ſanctum in aëre.

Cap. VII. In qua tripertita veſtra, vel potius iã quadripertita fabula de patris quidẽ ſecreto lumine, quid vobis dicam, niſi quia lumẽ cogitare nõ poteſtis, niſi quale videre conſueſtis? Hoc enim conſpicuum & omni carni, nõ tantum hominum, verumetiam beſtiarum & vermiculorum notiſsimum lumen intuentes: ex illo cóceptam corde phantaſiam, in immenſum ſoletis augere, & eam lucẽ dicere, vbi deus pater habitat cũ regnicolis ſuis. Quando enim diſcreuiſtis lucẽ quam cernimus, ab ea luce qua intelligimus, cum aliud nihil vnquam putaueritis eſſe, intelligere veritatem, niſi formas corporeas cogitare: ſiue finitas, ſiue ex aliquibus partibus infinitas? Quę inania phãtaſmata eſſe neſcitis. Proinde cum tantum interſit inter cogitationem, qua cogito terram luminis veſtri, quę omnino nuſquam eſt: & cogitationem, qua cogito Alexãdriam, quam nũquam vidi, ſed tamen eſt: rurſuſq; tantum interſit inter iſtam, qua cogito Alexãdriam incognitam, & eam, qua cogito Carthaginẽ cognitam: ab hac quoq; cogitatione, qua certa & nota corpora cogito, lõge in-
C comparabiliter diſtat cogitatio, qua intelligo iuſticiã, caſtitatem, fidem, veritatem, charitatem, bonitatem, & quicquid eiuſmodi eſt: quæ cogitatio dicite, ſi poteſtis, quale lumẽ ſit, quo illa omnia, quæ hoc non ſunt, & inter ſe diſcernuntur, & quantum ab hoc diſtẽt, fida manifeſtatione cognoſcitur: & tamen etiã hoc lumen, nõ eſt lumẽ illud quod deus eſt: hoc enĩ creatura eſt, creator eſt ille: hoc factum, ille qui fecit, hoc deniq; mutabile, dũ vult quod nolebat, & ſcit quod neſciebat, & reminiſcitur quod oblitum erat: illud autẽ incõmutabili volũtate, veritate, æternitate perſiſtit: & inde nobis eſt initium exiſtendi, ratio cognoſcendi, lex amandi: inde omnibus & irrationabilib⁹ animãtibus natura, qua viuunt: vigor, quo ſentiunt: motus, quo appetũt: inde etiã omnibus corporibus mẽſura, vt ſubſiſtant: numerus, vt ornentur: põdus, vt ordinentur. Itaq; lumẽ illud trinitas inſeparabilis, vnus deus eſt, cuius vos nullo corpore adiuncto, per ſeipſam incorpoream, ſpiritalem, incommutabilemq; ſubſtantiam etiam locis diuiditis. Nec ſaltem trinitati loca tria datis, ſed quatuor: patri vnum: id eſt, lumẽ inacceſsibile, quod prorſus nõ intelligitis: filio duo, ſolem ſcilicet atq; lunã: ſpiritui ſancto rurſus vnũ: D
id eſt, aëris hunc omnem ambitum. De patris ergo inacceſsibili lumine, quia verã fidem tenentibus non inde ſeparatur filius & ſpiritus ſanctus, hacten⁹ in pręſentia dixerim.

Veſtræ autem vanitati quid placuit in *Cap. VIII.* ſole ponere virtutem filij, & in luna ſapientiam? Cum enim in ipſo patre filius inſeparabilis maneat, quo modo poteſt ſapientia eius ab eius virtute ſeparari, vt illa ſit in ſole, hæc in luna, cũ per eiuſmodi loca niſi corpora diuidi ſeparariq; nõ poſsint? Quod ſi ſciretis, nũquam ſtulto inſanoq; phantaſmate tantas fabulas texeretis. At in eaipſa falſitate atque fallacia, q̃ incongrue, q̃ peruerſe ſedem ſapiẽtiæ minus lucere dicitis, quàm ſedem virtutis, cum ad virtutem pertinere videatur operari & efficere, ad ſapientiam vero docere & oſtẽdere: ac per hoc ſi calor in ſole, lux autẽ præpolleret in luna, vtcunq; inueniſſent iſta figmẽta veriſimilitudinis nebulã, hominibus carnalibus & animalibus decipiẽdis, qui nihil putant eſſe, niſi quod corporale cogitauerint. Caloris enim violẽtia, operatio eſt ad mouendum, vnde virtuti tribueretur: lucis autem clarus fulgor ad demonſtrandum, vnde hanc ſapientię darent. Cum vero lux longe in ſole præcellat, quo modo ibi virtus, hic au- E
tẽ quod tanto minus lucet, ſapientia eſt? O ſacrilega in- *1. Cor. 1.* eptia, & cũ ſit vnus Chriſtus dei virtus, & dei ſapientia, ſpiritus autẽ ſanctus nõ ipſe ſit Chriſtus, quo modo ſeparatur à ſe ipſe Chriſtus, cum ab eo non ſeparetur ſpiritus ſanctus? Aërem quippe, quem ſedẽ ſpiritui ſancto veſtra fabula tribuit, totam mũdi fabricã implere perhibetis. Vnde ſol & luna circũitus ſuos peragẽtes, ſemper cum illo ſunt: à ſole autem luna diſcedit, & ad ſolẽ rurſus accedit. Ita vobis authorib⁹, vel potius deceptoribus, per dimidiam partem circuli recedit à virtute ſapiẽtia, & ad eam per aliam dimidiam rurſus accedit & cũ plena eſt, tum longe eſt à virtute ſapiẽtia: tunc enim tam longo interuallo à ſe diſiuncta ſunt hęc duo lumina, vt cum ſol vergit ad Occidentẽ, tunc luna ſurgat ab Oriente: ex quo fit, vt quoniam infirmãtur omnia quæ virtute deſeruntur, eo ſapientia ſit infirmior, quo eſt luna plenior. Si autem, quod veritas habet, & ſapiẽtia dei ſemper tantũdem valet, & virtus dei ſemper tãtundem ſapit, cur hæc ſic duo dicitis, vt ea locorum ſedibus interualliſq; ſeparetis, cum & ipſas ſedes eiuſdem ſubſtãtiæ dicatis, homines cęca & inſana mente, nõ recedentes à phantaſmate corporum: & virtute ac ſapientia ita F
carẽtes, vt nec ſapere poſsitis aliquid fortiter, nec valere ſapienter. Itáne vero deteſtanda & anathematizãda ſtulticia, Chriſtus per ſolem lunamq; diſtentus: hic virtute habitans, hic ſapientia: nec hic perfectus & plenus, nec in ſole ſapiens, nec in luna præpotens, vtrobiq; pulchros pueros ſubornat cócupiſcendos fœminis principibus tenebrarum, & maſculis puellas? Hæc legitis, hæc creditis, hæc docetis, ex hac fide doctrináque viuitis, & miramini, quia ſic abominamini?

Cap. IX. Verum ſi in iſtis tã eminentibus notiſsimiſq; luminibus ſic erratis, vt in eis nõ quod ſunt, ſed quod vobis demẽtiſsime fingitis, adoretis, quid de cęteris veſtris fabulis dicã? Quis enim ſplenditenens ſuſpendit mundũ, & quis Atlas cum illo ſupportat? Hæc & innumerabilia, quæ ſimiliter deliratis, omnino non ſunt, & colitis ea. Hinc vos Paganis dicimus deteriores, eo tantum ſimiles, ꝙ multos deos colitis: eo vero in peiorem partẽ diſsimiles, quòd illi pro diis ea colunt quæ ſunt, ſed dij nõ ſunt: vos autẽ colitis ea, quę nec dij, nec aliquid ſunt, quoniam prorſus nulla ſunt. Habent quidẽ & illi quędã fabuloſa figmenta, ſed *De Ciui. dei li. 4. ca. 10. Et li. 5. c. 1.*

eſſe

G eſſe illas fabulas norunt: & vel à poëtis delectãdi cauſa
fictas eſſe aſſerunt, vel eas ad naturam rerum vel mo-
res hominum interpretari conantur: ſicut Vulcanum
claudum, quia ignis terreni motus eiuſmodi eſt: & For
tunam cæcam, quòd ex incerto accidant, quæ fortuita
dicuntur: & tria fata in colo & fuſo digitiſq; filum ex
lana torquentibus, propter tria tempora: præteritum,
quod in fuſo iam netum atque inuolutum eſt: præſens,
quod inter digitos nentis traiicitur: futurũ in lana, quæ
colo implicata eſt, quod adhuc per digitos nentis ad fu
ſum, tanquam per præſens ad præteritum traiiciẽdum
eſt: & Venerem Vulcani vxorẽ, quia ex calore volup-
tas naturaliter naſcitur: & Martis adulteram, quia bel-
ligerantibus incongrua eſt: & Cupidinem puerum vo-
litantem ac ſagittãtem, quòd irrationabilis & inſtabi-
lis amor corda vulneret miſerorũ: & alia permulta in
hũc modum. Quocirca hoc in eis irridemus, quod in-
terpretata ſic adorant, quæ non intellecta, quãuis dam-
nabiliter, tamen excuſabiliter adorarẽt. Ipſis quippe in-
terpretationibus conuincuntur, non ſe illum deum co-
H lere, cuius ſolius participatione mens beata fit, ſed ab il
De Ciuit. lo conditam creaturam. Nec ſolas virtutes ipſius crea-
dei, lib. 4. turæ, ſicut Mineruam, cuius fabulam, quòd de Iouis ca-
cap. 10. pite nata ſit, ad prudentiã conſiliorum interpretantur,
quæ rationis eſt propria, cui ſedem capitis etiam Plato
dedit: ſed etiam vicia, ſicut de cupidine diximus. Vnde
“ quidam eorũ Tragicus ait, Deum eſſe amorem turpis
“ & vicio fauẽs finxit libido. Nam & corporalium vicio-
rum ſimulachra Romani cõſecrauerunt, ſicut palloris
& febris. Vt ergo omittam quòd ſimulachrorũ adora-
tores circa ipſas corporum figuras habent affectum, vt
eaſipſas formas in locis honorabilibus ſublim..t is, qui-
bus tantum obſequium exhiberi vident, tanquam deos
timeant, illæ ipſæ interpretationes, quibus hæc muta &
ſurda & cæca & exanima defenduntur, dignius accu-
ſantur: verũtamen & iſta quoquo modo ſunt, quamuis,
vt iam dixi, ad ſalutẽ vel aliquam vtilitatem nihil ſint,
& quæ ex his interpretantur, in rebus inueniuntur. Vos
autem primum hominem cum quinque elementis bel-
ligerantem, & ſpiritum potentem de captiuis corpori-
bus gentis tenebrarum, aut potius de membris dei ve-
ſtri victis atq; ſubiectis, mundum fabricantem: & ſplẽ-
ditenentem reliquias eorundem membrorum dei ve-
I ſtri habẽtem in manu, & cætera omnia capta, oppreſſa,
† ſubter. inquinata plangentem: & Atlantem maximum ſuper †
humeris ſuis cum eo ferentem, ne totum ille fatigatus
abiiciat, atq; ita tabula veſtra velut in tapete theatrico
ad illius vltimi globi cataſtolium peruenire nõ poſſit:
& alia innumerabilia pariter inepta & inſana, nec pin-
gendo aut ſculpendo, nec interpretando demõſtratis:
& ea cũ omnino nulla ſint, creditis & colitis: & inſu-
per Chriſtianis fide nõ ficta pias mẽtes mundantibus,
tanquã temere credulis inſultatis. Vt enim multa non
quæram, quibus hæc oſtẽdantur omnino non eſſe, quia
ſubtilius ſublimiuſq; tractare de mũdi fabrica, & ſi mi-
hi difficile non eſſet, certe nimis longũ eſt: hoc dico, ſi
iſta vera ſunt, dei ſubſtantia cõmutabilis eſt, corruptibi
lis, coinquinabilis. Hoc autẽ credere, plenũ eſt ſacrile-
gæ inſaniæ. Illa igitur omnia vana ſunt, falſa ſunt, nulla
ſunt. Proinde vos Paganis iſtis, qui vulgo noti ſunt, &
antiquitus fuerũt, & in reliquiis ſuis iã nunc erubeſcũt,
prorſus deteriores eſtis, quòd illi colunt ea quæ dij nõ
Caput X. ſunt, vos autem omnino quæ non ſunt. Itaq; ſi prop-
terea vos putatis tenere veritatem, quia & errori Paga-
norum longe diſſimiles eſtis: nos autẽ propterea eſſe in
errore, quia lõgius à vobis, quàm à Paganis forte diſta- K
mus: dicatur & mortuus ideo ſanus, quia iam nec ægro-
tus eſt: & ideo reprehẽdatur qui ſanus eſt, quia vicinior
eſt ægroto, quàm mortuus. Aut ſi plerique Pagani non
velut ægri, ſed velut mortui deputãdi ſunt, laudetur in
ſepulchro cinis informis, quia iam nec formam cada-
ueris tenet: & mẽbra viua culpentur, quia cadaueri ſunt
ſimiliora, quàm cineri. Sic & nos ideo iſti culpãdos pu
tant, quia nos ſimiliores eſſe dicũt funeri Paganorum,
quàm fauillæ † Manichæorum: quanquam per multas *† cineri.*
differentias aliter atque aliter quæque res ad diſcernen-
dum diuidi ſoleant, vt quod in hac erat parte, per alias
differentias in alia parte inueniatur vbi ante non erat.
Velut, verbi gratia, ſi quis omnẽ carnem diuidat in vo-
latilia, & ea quæ volare non poſſunt: per hanc differen-
tiã quadrupedia hominibus ſunt ſimiliora, quàm aui-
bus: pariter enim volare nõ poſſunt. Rurſus ſi quis per
aliam differẽtiam diuidat, vt dicat alia eſſe rationalia,
alia irrationalia, iam quadrupedes auibus ſunt ſimilio-
res, quàm hominibus: pariter enim ſunt rationis exper-
tes. Hoc Fauſtus nõ cogitans, ait, Porro autem ſectas ſi L
quæras, nõ plus erunt quàm duæ: id eſt, gentium & no-
ſtra, qui eis longe diuerſa ſentimus. Videlicet quoniam
dixerat eo maxime diſtare gẽtes à Manichæis, quòd ab
vno principio dicunt eſſe omnia, quod Manichæi ne-
gant, addentes principium gentis tenebrarum. In hac
differẽtia, quod fatendum eſt, pleriq; Pagani nobiſcum
ſentiunt: ſed non vidit, quia item ſi quis ita diuidat, vt
dicat eorum qui aliqua religione detinentur, alius pla-
cere vnum deum colendum, aliis multos: per hanc dif-
ferentiam & Pagani à nobis remoti ſunt, & iſti cum Pa
ganis deputantur, nos autẽ cum Iudæis. Poteſt ergo ali-
quis ſecundum hanc differentiã hoc etiam modo duas
ſolas ſectas putare. Hic forte ſi dicatis, quòd vos multos
deos veſtros ex vna ſubſtantia perhibetis, quaſi Pagani
multos ſuos non ex vna aſſerant, quamuis diuerſa illis
officia & opera & poteſtates attribuãt: ſicut etiam apud
vos alius expugnat gẽtem tenebrarum, alius ex ea cap-
ta fabricat mundum, alius deſuper ſuſpendit, alius ſub-
ter portat: alius rotas ignium, ventorum, & aquarum in
imo verſat: alius in cœlo circumiens radiis ſuis, etiam
de cloacis membra dei veſtri colligit. Et quis nume-
ret omnia omnium deorum veſtrorum officia fabulo-
ſa, nulla veritate manifeſta, nullis ænigmatibus figura- M
ta? Porrò ſi alius ita diuidat omnes homines, vt alios
eſſe dicat, qui credunt deum humana curare, alios qui
hoc omnino non credunt: in hac parte & Pagani no-
biſcum ſentiunt & Iudæi, & vos & omnes hæretici, qui
quoquo modo Chriſtiani appellantur: in illa vero Epi-
curei reperiuntur, & ſi qui alij ſunt qui ita ſenſerunt.
Paruá ne iſta differentia eſt? Cur ergo non & ſecũdum
iſtam duæ ſolæ ſectæ eſſe dicantur, vt in vna earum no
biſcum ſitis? An audebitis in hac differentia diſcedere
à nobis, qui deum prædicamus humana curare, & eſſe
cum Epicureis qui hoc negant? Hi profecto illos repu-
diantes ad nos curritis. Sic per alias & alias differẽtias,
nunc hic, nunc illic reperiuntur, aliunde iuncti, aliunde
disiuncti, viciſſim omnes nobiſcũ, & nos cũ omnibus:
& rurſus nulli eorũ nobiſcum, nec nos cũ aliquibus eo-
rũ. Quod ſi Fauſtus cogitaret, nõ tam diſerte deliraret.
Quid autem hinc dicam, quod ait ex viribus ſancti ſpi- *Cap. XI.*
ritus, ac ſpiritali profuſione terrã quoq; concipientẽ gi-
gnere patibilẽ Ieſum, qui eſt vita ac ſalus hominũ omni
ſuſpẽſus ex ligno? O demẽs, vt interim non diſcutiã de
hac re veſtra vaniloquia, poteſt ne terra de ſpiritu ſancto
concipere

A concipere patibilem Ieſum,& Maria virgo non potuit? Cópara,ſi audes,virginalia viſcera, tanta caſtitate ſanctificata,cum omnibus terræ locis,vbi arbores herbæq; gignuntur. Itá ne in illa fœmina exhorreſcis, aut horreſcere te fingis vterum pudiciciæ dedicatum: & in hortis omnibus circum quaſq; vrbes ex cloacinis aquis Ieſum gigni non exhorreſcis? Quis enim quamlibet cœnulentus humor non innumerabilia germina edit & nutrit? Sic prædicatis naſci patibilem Ieſum,quem credere natum eſſe de virgine clamatis indignum. Si carnem putatis immundã, cur vobis non videtur immundius,quòd à ſuæ ſalutis temperamento, ipſa natura carnis expurgat? An caro immunda eſt, & fimus, qui carne egeritur,mundus eſt? Non ergo attenditis, non videtis ſtercoribus lætari agros, quo fertilius fœcundentur? Nẽpe ad id redit veſtra dementia, vt de ſpiritu ſancto,quem carnem Mariæ dicitis dedignatum, tanto vberius & lætius terra cõcipiat, quanto ſtudioſius fuerit carnis ſordibus & ſqualoribus pinguefacta. An vt hoc defendatis, dicitis ſpiritum ſanctum incontaminabili vbique pollere præſentia? Reſpondetur vobis,Cur non ergo & in vtero virginali? Sed vt de conceptu iam ta-
B ceam,partum ipſum deinde reſpicite. Cõcipientem de ſpiritu ſancto dicitis terram gignere patibilem Ieſum, quem tamen ita contaminatum omni ex ligoo pendere perhibetis in frugibus & pomis, vt innumerabilibus animalium veſcentium carnibus amplius contaminetur, ex ea ſola parte purgandus cui fames veſtra ſubuenerit. Itaq; nos Chriſtum filium dei,verbum dei, incõtamiuabiliter carne indutum,corde credimus, ore cõfitemur: quia illa ſubſtantia contaminari nec carne poteſt,quæ nulla re poteſt: vos autem ſecundum veſtram fabulam,adhuc in arbore pendentem Ieſum iam contaminatum dicitis, antequã carnem ingrediatur cuiuſq; veſcentis: aut ſi non eſt cõtaminatus,quo modo vos eũ manducando purgatis? Deinde cũ omnes arbores crucem ipſius eſſe dicatis, vnde à Fauſto prædicatur omni ſuſpenſus ex ligno,cur nõ ſicut illum verum Ieſum,bo-
Ioan.19. num opus faciẽs Ioſeph ille ab Arimathia de cruce depoſuit,vt ſepeliret: ita & vos poma decerpitis, vt Ieſum de ligni ſuſpenſione depoſitum, veſtro ventre ſepeliatis? Aut vnde pium eſt, Chriſtũ ſepulchro condere,impium autem de ligno deponere? An vt de vobis etiam
Roma.3. cõcinat,quod de propheta ponit Apoſtolus, Sepulchrũ
Pſal.5.& 13. patẽs & guttur eorum: ore aperto expectatis quis inferat Chriſtum,tanquam optimæ ſepulturæ, faucibus ve-
C ſtris? Poſtremo dicite nobis,quot Chriſtos eſſe dicatis. Aliús ne eſt,quem de ſpiritu ſancto cõcipiens terra,patibilem gignit, omni nõ ſolum ſuſpenſus ex ligno,ſed etiam iacens in herba: & ille alius, quem Iudæi crucifi-
Luca.23. xerunt ſub Pontio Pilato: & tertius ille per ſolem lunámque diſtentus? An vnus atque idem, ex quadam ſui parte ligatus in arboribus, ex quadam vero parte liber, eidem ligatæ captæq; ſubueniẽs? Quod ſi ita eſt,ille quẽ ſub Pontio Pilato paſſum eſſe conceditis,cum eum ſine carne fuiſſe narretis, nondum dico quemadmodum talem mortem ſine carne perpeti potuerit,ſed quæro cui naues illas reliquerit,vt inde deſcendens, talia pateret̃, qualia ſine quocunq; corpore fieri non poſſent. Secundum præſentiam quippe ſpiritalẽ nullo modo illa pati poſſet: ſecũdum præſentiam vero corporalem ſimul & in ſole,& in luna,& in cruce eſſe non poſſet. Proinde ſi corpus non habuit,non eſt crucifixus: ſi autem habuit, quæro vnde habuerit, cum omnia corpora ex tenebrarum gente eſſe dicatis, quanuis ſubſtantiã diuinam cogitare,niſi corpoream nũquam valueritis. Vnde cogi- D
mini aut ſine corpore dicere crucifixum,quo abſurdius & dementius dici nihil poteſt: aut in phantaſmate potius,quàm in veritate viſum fuiſſe crucifigi, qua rurſus impietate quid peius eſt? Aut nõ omnia corpora de gẽte eſſe tenebrarũ, ſed eſſe etiã corpus diuinæ ſubſtantię: quod tamẽ immortale non ſit,ſed poſsit ligno affigi & occidi, quod nihilominus plenum eſt dementiæ: aut ex gente tenebrarum mortale corpus habuiſſe Chriſtum, atque ita qui eius corporis matrem Mariam virginem credere timetis,gentẽ dæmonum non timetis. Poſtremo cum ſecũdum ſententiam Fauſti, quam quidem ex illa longiſsima fabula veſtra decerptam, quanta potuit breuitate perſtrinxit, de ſpiritu ſancto terra cõcipiens, gignat patibilem Ieſum, qui eſt vita & ſalus hominum, omni ſuſpenſus ex ligno: cur ille ſaluator pendenti pẽdendo congruit,& naſcenti naſcendo non cõgruit? Si autẽ propterea Ieſum dicitis eſſe in arboribus, & Ieſum crucifixum ſub Põtio Pilato,& Ieſum per ſole lunamq; diſtentum, quia totũ hoc ex vna eademq; ſubſtãtia eſt, cur non & cætera milia numinũ veſtrorum hac appellatione cõcluditis? Cur enim non ſit Ieſus,& ille ſplen-
ditenens,& ille Atlas,& ille rex honoris, & ille ſpiritus E
potẽs,& ille primus homo, & quicquid aliud innumerabiliter per diuerſa nomina, & diuerſa officia prædi-
catis? Ipſe deniq; ſpiritus ſanctus,cur in tertia perſo- *Cap.XII.*
na ponitur,cum ſit inter numerabiles?† Aut cur non ſit *† innumerabiles.*
etiam ipſe Ieſus? Et quid ſibi iam vult in ſcriptis Fauſti fallax textura verborũ,vbi conatus velut congruere veris Chriſtianis, à quibus lõge nimiumq; ſecluditur? Ait igitur, Nos patris quidem dei omnipotentis,& Chriſti filij eius,& ſpiritus ſancti,vnũ idemq; ſub triplici appellatione colimus numẽ. Cur enim ſub triplici,ac nõ potius ſub multiplici,nõ appellatione tantum, ſed etiã re, ſi quot nomina,tot perſonæ ſunt? Neque enim ſicut in armis vna res eſt ſub triplici appellatione, enſis, mucro, gladius: ſicut vnam rem dicitis,& lunam,& nauem minorem,& luminatorẽ nocturnum, & ſi quid aliud vocabuli eidem rei tribuitis: ita poteſtis dicere eundẽ primum hominem,quẽ ſpiritum potentẽ, & quem ſplenditenentem,& quem Atlantem maximum: ſed alius eſt ille,alius atq; alius ille & ille, & neminem iſtorũ Chri-
ſtum dicere ſoletis,aut quomodo vnum nomen,† ſi di- *† al. nomẽ.*
uerſa opera? Aut cur non totum ſimul vnus Chriſtus, ſi propter vnam ſubſtantiã & in arborib⁹ Chriſtus, & in
perſecutione Iudæorũ Chriſtus,& in ſole ac luna Chri F
ſtus? Nempe vias omnes veſtra phantaſmata perdide-
runt,nempe nihil aliud ſunt, q̃ viſa furentium. Cur *Cap.XIII.*
autem arbitretur Fauſtus parem nobis eſſe religionem circa panem & calicem,neſcio,cum Manichęis vinum guſtare nõ religio,ſed ſacrilegiũ ſit. In vua enim agnoſcunt deum ſuum,in cupa nolunt,quaſi aliquid eos calcatus & incluſus offenderit. Noſter autẽ panis & calix, non quilibet quaſi propter Chriſtum in ſpicis & in ſarmentis ligatum,ſicut illi deſipiunt, ſed certa conſecratione myſticus fit nobis,nõ naſcitur. Proinde quod nõ ita fit,quãuis ſit panis & calix, alimentum eſt refectionis,nõ ſacramentũ religionis, niſi quòd benedicimus, gratiasq; agimus domino in omni eius munere: non ſolum ſpiritali,verũetiam corporali. Vobis autẽ per fabulam veſtrã in eſcis omnib⁹ Chriſtus ligatus apponitur: adhuc ligãdus veſtris viſceribus,ſoluẽduſq; ructatibus. Nam & cũ manducatis,dei veſtri defectione vos reficitis: & cũ digeritis,illius refectione deficitis. Cum enim vos plenos reddit,reſumptio veſtra ipſũ premit. Quod

quidem

G quidem miſericordiæ deputaretur, quãdo aliquid pro
vobis patitur in vobis: niſi vos rurſus inanes relinque-
ret, vt à vobis liberatus effugeret. Quo modo ergo cõ-
paras panem & calicem noſtrum, & parem religionem
dicis, errorẽ longe à veritate diſcretum: peius deſipiens
quàm nonnulli, qui nos propter panem & calicem Ce
rerem ac Liberum colere exiſtimant? Quod ideo com-
memorãdum putaui, vt aduertatis ex qua vanitate ve-
niat etiam illud veſtrum, quod propter ſabbatum, Sa-
turno dicatos fuiſſe patres noſtros putatis. Sicut enim à
Cerere & Libero Paganorũ diis longe abſumus, quan-
uis panis & calicis ſacramentum, quod ita laudaſtis, vt
in eo nobis pares eſſe volueritis, noſtro ritu amplecta-
mur: ita patres noſtri longe fuerunt à Saturniacis cate-
nis, quanuis pro tempore prophetiæ ſabbati vocationẽ
Cap. XIIII. obſeruauerint. Sed cur non etiam propter Hylen,
quæ in nõnullis libris Paganorum freqoentatur, parem
vos cum Paganis religionem habere dixiſtis? Quinim-
mo propter hoc imparem longèque diſsimilem volui-
ſtis intelligi, quia hoc nomine, mali principium ac na-
turam theologus veſter appellat. In quo quidem impe-
H ritia veſtra magna deprehẽditur: quia nec quid ſit Hy-
le ſcitis, & hoc rei vocabulo, quã penitus ignoratis, etiã
De natura inflari velut docti affectatis. Hylen nãque Græci, cum
boni.ca.18. de natura diſſeront, materiem quandã rerum definiũt,
nullo prorſus modo formatam, ſed omnium corpora-
lium formarum capacem: quæ quidẽ in corporum mu
tabilitate vtcunque cognoſcitur, nam per ſeipſam nec
ſentiri nec intelligi poteſt. Verum in hoc errant quidã
gentilium, quòd eam tanquam coæternam deo cõiun-
gunt: vt hæc ab illo non ſit, quanuis ab illo formetur.
Quod alienum eſſe à veritate, ipſa veritas docet. Ecce
tamẽ quibus Paganis de hac ipſa Hyle inuenimini eſſe
conſimiles, quod eam vos quoque ſuum habere princi
pium, nec ex deo eſſe perhibetis: & in hoc vos diſpares
eſſe dicebatis, neſciẽtes quid dicatis: in illo vero, quòd
nulla eſt huic Hyle forma propria, nec niſi à deo for-
mari poteſt: noſtræ illi veritati conſentiunt, à veſtra au
tem falſitate diſſentiunt: qui neſciẽtes quid ſit Hyle: id
eſt, quid ſit rerum materies, gentem tenebrarum eam
dicitis, vbi nõ ſolum diſtinctas quinque generibus in-
numerabiles corporum ſormas, verumetiam mentem
conſtituitis horum corporum formatricem: & quod
eſt imperitius, vel potius dementius, ipſam magis men-
I tem dicitis Hylen, quam nõ formari ſed formare per-
hibetis: nam ſi eſſet ibi mens quædam formans, & ele-
menta corporea quæ formarentur, illa elementa dicẽ-
da eſſet Hyle, id eſt, materies, quam formaret eadem
mens, quam mentem principium mali eſſe vultis. Hoc
ſi diceretis, non quidẽ multum erraretis in eo, quod eſt
Hyle, niſi quòd ipſa quoque elementa, quanuis in alias
formas formanda, tamen quia iam elementa eſſent, &
ſpeciebus propriis diſtinguerentur, Hyle nõ eſſent, quia
eſt illa prorſus informis. Veruntamen tolerabilis eſſet
imperitia veſtra, quia eam quæ formaretur, nõ eam quæ
formaret, Hylen diceretis: ſed tamẽ etiam ſic eo tene-
remini vani atq; ſacrilegi, quia neſcientes omnem mo-
dum naturarum, numerumq; formarum, & ordinem
ponderum non eſſe poſſe, niſi à patre & filio & ſpiritu
ſancto, principio mali tantum bonum tribueretis. Nũc
vero cum & quid ſit Hyle, & quid ſit malum ignoretis,
ô ſi poſſem vobis perſuadere, vt à ſeducẽdis imperitio-
Cap. XV. ribus vos compeſceretis. Iam vero quòd etiam in do
vos Paganis vultis eſſe meliores, quòd illi aris, delubris,
ſimulachris, victimis, atq; incenſo deum colendum pu
tant, vos autem nihil horum facitis, quis non irrideat: K
quaſi vero non ſatius ſit vel lapidi, qui quoquo modo
eſt, aram conſtituere, & victimã offerre, quam id quod
omnino nõ eſt, in deliramento phantaſmatis adorare?
Verum tu, qui rationabile dei tẽplum te eſſe dixiſti, quo
modo hoc explicabis? Placet ne tibi, vt templum deus
habeat, cuius aliquã partem diabolus fabricauerit? An
vos nõ eſtis, qui dicitis omnia membra veſtra, totumq;
corpus à maligna mente, quam Hylen dicitis, ſabrica-
tum, eiusq; ipſius fabricatricis partem illic habitare ſi-
mul cum parte dei veſtri? Quę cum ibi teneatur, vt per-
hibetis, concatenata, & incluſa, vtrum dei templum, an
dei carcerem te dicere debuiſti, niſi forte animã tuam
templum dei dicis, quam ex terra luminis habes? At il-
lam partem dei, vel membrum dei ſoletis dicere, non
templum dei. Reſtat ergo, vt templum dei non te dixe-
ris, niſi ex corpore, quod ſecũdum te diabolus ſabrica-
uit. Ecce quo modo templum dei blaſphematis, vt nõ
ſolum ſanctum nõ eſſe dicatis, verumetiam machina-
mẽtum diaboli, & ergaſtulum dei. At vero Apoſtolus,
Templum enim dei ſanctum eſt, inquit, quod eſtis vos. 1. Cor. 3.
Et ne putes tantummodo ad animam pertinere, quod L
dictũ eſt, audi expreſsius, Neſcitis, inquit, quia corpora 1. Cor. 6.
veſtra tẽplom eſt in vobis ſpiritus ſancti, quem habetis
à deo? Vos autem fabricam dęmonum dei templum di
citis, & ibi viuum, ſicut Fauſtus ait, viuæ maieſtatis ſimu
lachrũ, Chriſtum filium dei collocatis. Planè Chriſtus
veſter phãtaſmaticus habitet in tali tẽplo ſacrilegæ va-
nitatis. Ille quippe nõ à ſimilitudine, ſed à ſimulatione
ſimulachrum vocari poteſt. Ita & mentem tuam Cap. XVI.
aram feciſti, ſed vide cuius. Ex ipſis enim artibus & di-
ſciplinis tuis apparet, quibus eam imbutam eſſe dixiſti.
Illæ artes & diſciplinæ vetant panem porrigere mẽdi-
canti homini, vt in ara veſtra cũ ſacrificio crudelitatis
ardeatis: talem aram domino deſtruẽte, qui ex lege cõ-
memorat quali odore delectatur deus, dicẽs, Miſericor Oſee. 6.
diam volo quam ſacrificium. Vbi autem hoc dominus
commemorauerit, attendite, cum ſcilicet tranſiret per
ſegetẽ, & eſurientes diſcipuli eius vellerẽt ſpicas: quod Matt. 12.
homicidiũ eſſe vos dicitis, ex diſciplina veſtra, qua im-
buiſtis mentem veſtram: aram ſanè non dei, ſed dęmo- 1. Timo. 4.
niorum mendaciloquorũ, ex quorum doctrinis inuſta
cauteriatur maligna conſcientia, homicidiũ appellans,
quam veritas innocẽtiam dicit. Ita enim Iudæis ait, vbi Matt. 12.
vos quoque ſuturos percuſsit atque deſtruxit. Si ſcire- M
tis quid ſit, Miſericordiã volo quàm ſacrificium, nun-
quam condemnaſſetis innocentes. Quas autem ha- Cap. XVII.
bere ſimplices & puras orationes, tanquam diuinos ho
nores ac ſacrificia poteritis, cũ de ipſa natura atq; ſub-
ſtantia diuina tanta indigna & turpia ſentiatis, vt non
ſolum veſtris ſacrificiis deus verus nõ propicietur, ſed
in ſacrificiis Paganorum deus veſter immoletur? Neq;
enim in lignis ſolũ, & in herbis, aut in membris huma-
nis, ſed etiam in pecorum carnibus eum cũtaminanti-
bus & polluẽtibus, vinculis colligatũ eſſe cenſetis. Ipſa
vero anima veſtra, cui deo laudẽ dicat, cuius particulã
ſeipſam in tenebrarũ gente captam teneri cõclamans,
quid aliud quàm vituperat deũ, quẽ ſibi alio pacto ad-
uerſus hoſtes ſuos conſulere non potuiſſe teſtatur, niſi
partium ſuarum tanta corruptione, & tã turpi captiui-
tate? Vnde veſtræ etiã preces ad deum veſtrũ non poſ-
ſunt eſſe religioſę ſed inuidioſę. Quid enim mali apud
illum cõmiſeratis, vt in pœna iſta nunc ad eum gema-
tis, quẽ non propria voluntate peccãdo deſeruiſtis, ſed
ab illo dati eſtis hoſtibus ipſius, vt pax regno eius com-
pararetur?

A pararetur?Nec ſaltem ſicut obſides dari ſolent, cũ honore cuſtodiẽdi, nec ſicut paſtor ad capiendã beſtiam tẽdit inſidias. Pecus enim ſuũ ſolet ponere in illa captoria tendicula, non membrũ ſuum: & plerunq; ita, vt antè beſtia capiatur, quàm pecus lædatur. Vos autẽ membra dei dati eſtis hoſtibus, non valentes eorũ à deo... ſtro cũpeſcere feritatem, niſi eorum contaminati fœditate, non habentes peccatum proprium, ſed hoſtili veneno tabefacti. Vnde nõ poteſtis dicere in precibus ve-
Pſal.78. ſtris, Propter gloriam nominis tui domine libera nos, & propicius eſto peccatis noſtris propter nomen tuũ: ſed dicitis, Libera nos arte tua, quia vt modo in regno tuo ſecurus lugeas, nos hîc premimur, dilaniamur, inquinamur. Hæc vox accuſatoria eſt, non deprecatoria. Nec illud poteſtis dicere, quod magiſter veritatis do-
Matth.6. cuit, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Qui ſunt enim debitores veſtri, qui in vos peccauerunt? Si gens tenebrarũ, nunquid ei dimittitis debita, quam vſque in finem eradicatam, ęterno carcere includitis? Quę autẽ debita vobis poteſt
B ille dimittere, quando ille potius in vos peccauit, cũ ad iſta vos miſit, q̃ vos in illũ, qui mittenti obtemperaſtis? Aut ſi propterea ille non peccauit, quia hoc neceſsitate fecit: maior eſt veſtra neceſsitas, cũ iam in pugna proſtrati iaceatis, q̃ fuit illius antequã pugnaretis. Iã enim vos patimini cõmixtũ malum, nihil tale ille patiebatur, cũ tamen neceſsitatem, vt vos mitteret, pateretur. Itaq; aut ipſe poti⁹ vobis debet, quod ei dimittatis: aut ſi nec ipſe vobis, multo magis nec vos illi. Vbi ſunt ergo ſacrificia veſtra, ſimplices ac puræ orationes veſtræ, cum ſint fallaces & impuræ blaſphemiæ? Et tamen volo
Ca.XVIII. mihi dicatis, vnde iſta omnia, quę laudatis in vobis, his nominibus appelletis, vt dicatis templum, aram, ſacrificium. Si enim vero deo iſta vera non debentur, cur laudabiliter in vera religione prędicãtur? Si autẽ deo vero verum ſacrificiũ rite debetur, vnde etiã diuini honores recte appellantur: cætera quæ dicuntur ſacrificia, ad ſimilitudinẽ fiũt cuiuſdã veri ſacrificij. Hæc autẽ partim ſunt imitamẽta falſorũ & fallaciũ deorũ, hoc eſt dęmoniorũ, ſuperbe ſibi ab eis quos deceperint, diuinos honores exigentium, ſicut ſunt vel erant omnia in tẽplis idoliſq; gentiliũ: partim prædicamenta venturi vnius veriſsimi ſacrificij, quod pro peccatis omniũ credentiũ offerri oporteret: qualia erant præcepta diuinitus antiquis patrib⁹ noſtris, vbi erat & illa myſtica vnctio, qua
C Chriſtus præfigurabatur: vnde & ipſum nomẽ à chriſmate ducitur. Proinde verũ ſacrificium, quod vni vero debetur deo, quo eius altare ſolus Chriſtus impleuit, in victimis pecorũ imitata dæmonia ſibi arrogãter expo-
1.Corin.10. ſcũt. Vnde dicit Apoſtolus, Quæ immolant gentes, dæmoniis immolant, & nõ deo: nõ ꝙ offerebatur culpãs, ſed quia illis offerebatur. Hebræi autẽ in victimis pecorum, quas offerebant deo, multis & variis modis, ſicut re tanta dignũ erat, Prophetiã celebrabãt futuræ victimæ, quam Chriſtus obtulit. Vnde iã Chriſtiani, peracti eiuſdẽ ſacrificij memoriam celebrãt, ſacroſancta oblatione & participatione corporis & ſanguinis Chriſti. Manichæi vero neſciẽtes quid damnãdũ ſit in ſacrificiis gentiũ, & quid intelligendũ in ſacrificiis Hebræorum, & quid tenẽdũ vel obſeruandũ in ſacrificio Chri-
1.Timo.4. ſtianorum, vanitatem ſuã ſacrum offerunt diabolo, qui eos decepit, recedentes à fide, intendẽtes ſpiritibus ſeductoribus, & doctrinis dæmoniorũ in hypocriſi mẽ-
Cap.XIX. daciloquorum. Diſcat ergo Fauſtus, vel potius illi, qui eius literis delectantur, monarchiæ opinionem nõ ex gentibus nos habere: ſed gentes non vſqueadeo ad D
falſos deos eſſe delapſas, vt opinionem amitterẽt vnius veri dei, ex quo eſt omnis qualiſcunque natura. Sapientes enim eorum, quia, ſicut dicit Apoſtolus, inuiſibilia dei à conſtitutione mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque virtus eius ac diuinitas, vt ſint inexcuſabiles, cognoſcẽtes dominũ,† *† deum.* non ſicut deum honorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratũ eſt inſipiens cor eorũ: dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, & immutauerunt gloriã incorruptibilis dei in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentiũ. Hæc ſunt enim ſimulachra gentium, in quibus interpretandis non habent exitum, niſi ad creaturam, quã cõdidit deus: vt in ipſa quoque interpretatione ſimulachrorum, de qua ſa peritiores eorũ iactare atque inflare cõſueuerunt, hoc in eis fiat, quod paulopoſt idẽ Apoſtol⁹ dicit, Coluerũt & ſeruierũt creaturæ potius, q̃ creatori, qui eſt benedictus in ſecula. Vos autem & in eo ꝙ eis ſimiles eſtis, va- E
ni eſtis: & in eo ꝙ eis ſimiles non eſtis, peiores eſtis. Ad hoc enim nõ cum ipſis creditis monarchiam, quòd illi verum credunt, vt ipſius vnius dei ſubſtantiam expugnabilem corruptibilemq; credatis, quod eſt impię vanitatis: in pluribus autẽ diis colendis, doctrina dæmoniorum mendaciloquorum in illis perſuaſit multa idola, vobis multa phantaſmata. Nec ſacrificia eorum ver- *Cap.XX.*
timus in agapes, ſed ſacrificium illud, quod pauloante commemoraui, intelleximus, dicente domino, Miſeri- *Matth. 12.*
cordiam volo quàm ſacrificium. Agapes enim noſtræ *Oſee.6.*
pauperes paſcunt, ſiue frugibus, ſiue carnibus. Paſcitur enim creatura dei de creatura dei quæ hominis dapib⁹ congrua eſt. Vobis autem quia dæmonia mẽdaciloqua perſuaſerunt, non ad tegendã carnem, ſed ad exercen- *1.Timo. 4.*
dam blaſphemiam, abſtinere à cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerũt veritatem: quoniam omnis creatura dei bona eſt, & nihil abiiciẽdum, quod cum gratiarum actione percipitur: ingrati creatori, & pro largis eius beneficiis ſacrilegas retribuentes iniurias, quoniã *Quom ἀγάπη*
plerunq; in agapibus etiam carnes pauperibus eroganturt, miſericordiam Chriſtianorum ſimilem dicitis ſacrificiis Paganorum, quorum nõnullis in hoc quoque ſimiles eſtis. Propterea enim nefas habetis pecora occidi, quia humanas animas in ea reuolui arbitramini, quod in quorundam gentilium philoſophorum libris *dicatur cõuiuiũ, Auguſtin⁹ dixit, agapibus.*
F inuenitur: quanquã à poſterioribus aliter intellectum eſſe dicatur. Verum in hoc etiam multo deterius erratis, illi enim in pecore timuerunt trucidare proximum ſuum: vos autem deum veſtrum, cuius membra eſſe etiam pecorum animas arbitramini. Nam quod e- *Cap.XXI.*
tiam hinc nobis calumniatur Fauſtus, quod martyrum memorias honoramus, in hoc dicẽs nos idola conuertiſſe, non tam me mouet, vt huic calumniæ reſpondeã, quàm vt ipſum Fauſtum oſtendam ſtudio calumniãdi, etiam ab ipſius Manichæi vanitatibus exorbitare voluiſſe: & in vulgarem atque poëticam Paganorum opinionem, à quibus ſe alieniſsimum cupit videri, neſcio quo modo incautum incidiſſe. Cum enim dixiſſet nos vertiſſe idola in martyres, quos votis, inquit, ſimilibus colitis, defunctorum vmbras vino placatis & dapibus: ſunt ergo vmbræ defunctorũ? Nunq̃ hoc in veſtris ſermonibus audiuim⁹, nunq̃ in literis legimus: imò cõtradicere ſoletis talibus opinionibus, aſſerentes animas mortuorũ magis minúſve purgatas, aut in reuolutiones

G ire,ant in graniores aliquas pœoas:bonas autem in na-
ues impooi, & io cœlo naugaotes trāſire hinc in illud
phaotaſma terræ luminis,pro qua pugnando perierāt:
ita nullas animas circa ſuorum corporū ſepulchra de-
tineri:vnde igitur vmbræ defunctorum?quę ſubſtantia
earum, qui locus? Sed maledicendi cupiditate Fauſtus
quid profiteretur, oblitus eſt:aut forte dormitans, vm-
bras ſomniādo dictauit:nec cum verba ſua legeret,eui-
gilauit. Populus autem Chriſtianus memorias martyrū
religioſa ſolennitate concelebrat,& ad excitandā imi-
tationem,& vt meritis eorū conſocietur, atque oratio-
nibus adiuuetur:ita tamen vt nulli martyrum, ſed ipſi
deo martyrum, quanuis in memorias martyrum con-
ſtituamus altaria. Quis enim antiſtitū in locis ſancto-
rum corporum aſsiſtens altari,aliquando dixit, Offeri-
mus tibi Petre,aut Paule,aut Cypriane:ſed quod offer-
tur,offertur deo,qui martyres coronauit, apud memo-
rias eorum quos corouauit:vt ex ipſorum locorum ad-
monitione maior affectus exurgat, ad acuendā chari-
tatem,& in illos quos imitari poſſumus,& in illum quo
H adiuuante poſſumus. Colimus ergo martyres eo cultu
dilectionis & ſocietatis, quo & in hac vita colūtur ſan-
cti homines dei,quorum cor ad talem pro Euangelica
veritate paſsionē paratum eſſe ſentimus. Sed illos tan-
to deuotius, quanto ſecurius poſt incerta omnia ſupe-
rata:quantò etiam fidētiore laude prædicamus, iam in
vita fœliciore victores, quàm in iſta adhuc vſque pu-
gnantes. At illo cultu, quæ Græce latria dicitur, Latine
vno verbo dici non poteſt,cum ſit quędam proprie di-
uinitati debita ſeruitus,nec colimus, nec colēdum do-
ceous, oiſi vnum deum. Cum autem ad hunc cultum
pertineat oblatio ſacrificij,vnde idololatria dicitur eo
rum,qui hoc etiam idolis exhibent:nullo modo tale a-
liquid offerimus,aut offerendum præcipimus, vel cuiq̃
martyri,vel cuiquam ſanctæ animę,vel cuiquam ange-
lo:& quiſquis in hunc errorem delabitur, corripitur
per ſanam doctrinam, ſiue vt corrigatur, ſiue vt cauea-
tur. Ipſi enim ſancti, vel homioes, vel aogeli exhiberi
ſibi nolunt,quod vni deo deberi norunt. Apparuit hoc
Acto.14. in Paulo & Barnaba,cum commoti miraculis, quæ per
eos facta ſunt, Lycaonij tāquam diis immolare volue-
I runt:cōſciſsis enim veſtimentis ſuis,confitentes & per-
ſuadentes ſe deos non eſſe, iſta ſibi fieri vetuerunt. Ap-
Apoca.19. paruit & in angelis,ſicut in Apocalypſi legim⁹, angelū
& 22. ſe adorari prohibentem,ac dicētem adoratori ſuo,Cō-
ſeruus tuus ſum,& fratrum tuorū. Iſta ſibi planè ſuperbi
ſpiritus exigūt, diabolus & angeli eius, ſicut per omnia
templa & ſacra gentilium. Quorum ſimilitudo in qui-
buſdam etiam ſuperbis hominibus expreſſa eſt:ſicut de
Babyloniæ quibuſdam regibus memoriæ cōmendatū
Danie.3. tenemus. Vnde ſanctus Daniel accuſatores ac perſecu-
tores pertulit, quod regis edicto propoſito, vt nihil à
quoquam deo peteretur,niſi à rege ſolo,deū ſuum, hoc
eſt vnum & verum deum adorare, deprecariq; depre-
henſus eſt. Qui autem ſe in memoriis martyrum ine-
briaot,quo modo à nobis approbari poſſont,cum eos,
etiā ſi in domibus ſuis id faciāt, ſana doctrioa cōdem-
net? Sed aliud eſt quod docem⁹, aliud quod ſuſtinem⁹:
aliud quod præcipere iubemur, aliud quod emendare
præcipimur,& donec emēdemus,tolerare cōpellimur.
Alia eſt diſciplina Chriſtianorū, alia luxuria vioolēto-
rum,vel error infirmorū. Verūtamen & in hoc ipſo di-
ſtant plurimū culpæ vinolentorū & ſacrilegorū. Lōge
quippe minoris peccati eſt, ebriū derideri † à martyri-
† redire. bus, quàm vel ieiunum ſacrificare martyribus. Sacrifi-
care martyribus dixi,nō dixi ſacrificare deo in memo- K
riis martyrum:quod frequētiſsime facimus, illo dūta-
xat ritu, quo ſibi ſacrificari noui teſtamenti manifeſta-
tione præcepit:quod pertinet ad illum cultū,quæ latria
dicitur,& vni deo debetur. Sed quid agam,& tātæ cæ-
citati iſtorū hęreticorū quaodo demooſtrabo,quā vim
habeat quod in Pſalmis canitur,Sacrificiū laudis glori- *Pſal.49.*
ficabit me,& illic via eſt, vbi oſtendā illi ſalutare meū?
huius ſacrificij caro & ſanguis ante aduētū Chriſti per
victimas ſimilitudinū promittebatur:in paſsione Chri
ſti per ipſam veritatē reddebatur:poſt aſcēſum Chriſti
per ſacramentū memoriæ celebratur:ac per hoc tantō
intereſt inter ſacrificia Pagaoorum & Hebræorū, quā-
tum inter imitationē errantem,& præfigurationē præ-
nunciantem. Sicut autē non ideo cōtemnēda vel dete- *De ciuitate*
ſtāda eſt virginitas ſanctimonialiū,quia & veſtales vir- *Dei.li.4.c.*
gioes fuerunt:ſic non ideo reprehendēda ſacrificia pa- *10.ãte finē.*
trum,quia ſunt & ſacrificia gentiū:quia ſicut inter illas
virginitates multū diſtat,quanuis nihil aliud diſtet, ni-
ſi quæ cui voueatur atque reddatur: ſic inter ſacrificia
Paganorum & Hebręorū multum diſtat,eoipſo,q̄ hoc
ſolum diſtat,quæ cui ſint immolata & oblata: illa ſcili-
cet ſuperbæ impietati dæmoniorū,idipſum ſibi ob hoc L
arrogantiū,quo haberentur dij,quia diuinus honor eſt
ſacrificium:illa vero vni deo,vt ei offerretur ſimilitudo
promittens veritatem ſacrificij, cui erat offerenda ipſa
reddita veritas in paſsione corporis & ſanguinis Chri-
ſti. Neque enim, ſicut Fauſtus dixit, priores noſtri *Cap. XXII.*
Iudæi ſegregati à gentibus,cum templū dei haberēt, &
immolationes,& aras,& ſacerdotia,ſculpturas ſolū di-
miſerunt,id eſt, idola:poterant enim ſicut nōnulli etiā
ſine idolorū ſculpturis,arboribus, & mōtib⁹, poſtremo
etiā ſoli,ac lunæ,cæteriſq; ſyderib⁹ immolare. Quod ſi
facerent per illū cultū, quæ latria dicitur, creaturæ po-
tius q̄ creatori ſeruientibus,& ob hoc non paruo malo
impiæ ſuperſtitionis errantibus,nihilominus dæmonia
ſe præberent ad eos illudēdos,& ab eis ſumēda quæ ſic
obtuliſſent. Illi quippe ſuperbi & impij ſpiritus,non ni-
dore ac fumo,ſicut nonnulli vani opinātur, ſed homi-
num paſcūtur erroribus:nō ſui corporis refectione,ſed
maleuola dilectiooe †,cū quoquo modo decipiunt,vel *† delecta-*
arrogāti faſtu ſimulatæ maieſtatis,cum diuinos ſibi ho- *tione.*
nores exhiberi gloriātur. Non ergo illi patres noſtri ſo M
la gentium ſimulachra dimiſerūt,ſed neque terræ,neq;
cuiquam terrenæ rei,neq; mari, neqoe cœlo, neque mi-
litiæ cœli aliquid immolantes, vni deo creatori omniū
victimas obtulerunt:quas ſibi offerri voluit, per earū ſi-
militudinē, promittens victimā verā, per quā nos ſibi
peccatorū remiſsione reconciliauit in Chriſto Ieſu do-
mioo noſtro,cuius capitis corpus effectos fideles, Pau-
lus alloquitur dicēs,Obſecro autē vos fratres per miſe- *Roma.12.*
ricordiā dei,vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiā viuen-
tem,ſanctam,deo placentē. Sed Manichęi corpora hu-
mana opificiū dicunt eſſe gētis tenebrarū:& carceres,
quibus victus incluſus eſt deus. Vnde lōge aliud annū-
ciat Fauſtus,aliud Paulus. Sed quoniam quiſquis vobis *Galat.1.*
euāgelizauerit præter quàm quod accepiſtis,anathema
ſit:verū dicit Chriſtus in Paulo,anathema ſit Manichę⁹
in Fauſto. Qui etiā dicit, nihil nos mutaſſe de mo- *Ca. XXIII.*
ribus gentiū,neſciens quid loquatur. Cum enim iuſtus
ex fide viuat,finiſq; pręcepti ſit charitas de corde puro, *Roma.1.*
& conſcientia bona,& fide non ficta:maneantq; ad cō *1.Timo.1.*
firmandam vitam fidelium tria hæc, fides, ſpes, chari- *1.Corin.13.*
tas,vnde fieri poteſt, vt pares cū aliquo mores habeat,
qui hæc tria cum illo paria non habet? Qui enim aliud
credit,

A credit, aliud ſperat, aliud amat, neceſſe eſt vt aliter viuat. Et ſi vſus quarũdã rerum ſimilis videtur nobis eſſe cum gentibus, ſicut cibi & potus, tectorum, veſtimẽtorum, lauacrorum: & qui ex noſtris coniugalem vitam gerunt, vxorum ducendarum & habẽdarum, filiorum gignendorum, nutriendorum, hæreditandorum: lõge tamen aliter his rebus vtitur, qui ad alium finem vſum earũ refert: & aliter qui ex his deo gratias agit, de quo praua & falſa non credit. Sicut enim in ipſo errore veſtro, cũ eo pane veſcamini quo cæteri homines, & fructibus viuatis & fontibus: lana & lino ſimiliter texto amiciamini, nec in his tamen parem ducitis vitam, nõ aliud edendo aut bibendo aut induẽdo, ſed aliud ſentiendo & credendo, & ad alium finem iſta omnia referendo, finem ſcilicet veſtri erroris atque vanitatis: ita nos & in his & in aliis, quæ ſimiliter ſumimus, non ſimiliter cum gentibus viuimus, eaſdem res non ad eundem finem referẽdo, ſed ad finẽ legitimi diuiniq; præcepti, charitatem de corde puro, & conſciẽtia bona, & fide non ficta, à quibus quidam aberrantes, cõuerſi ſunt

1. Timo. 1.

B in vaniloquium. In quo ſanè principatum tenetis, non intuentes, non conſiderantes in eiſdem habendis agendiſq; rebus tantum ad diuerſam vitam valere, ſi diuerſa ſit fides, vt cum auditores veſtri & vxores habeant, & filios, quamuis inuiti ſuſcipiant, eiſq; patrimonia congerant vel cuſtodiant, carne veſcantur, vinum bibant, lauent, metant, vindemient, negocientur, honores publicos adminiſtrent, vobiſcum eos tamen, non cũ gentibus computetis, cum facta eorum gentibus videãtur ſimiliora, quàm vobis. Nam & quorundam facta gentilium, cum magis vobis propinquent, quàm quibuſdã auditoribus veſtris, nõnulli quippe in ſacrilegis ſacris ſuis & à vino, & à carnibus, & à cõcubitu tẽperant, potius auditores veſtros his omnibus vtentes, & in eo vobis diſsimiles, in Manichæi grege numeratis, q̃ iſtos eadem quæ facitis facientes: potiusq; fœminam, quæ in Manichæum crediderit, veſtram dicitis, etiam pariẽtẽ, quàm Sibyllam nec ſaltem nubentem. At enim multi Chriſtiani catholici vocãtur, & ſunt adulteri, raptores, auari, ebrioſi, & quicquid aliud ſanæ doctrinæ aduerſa-

C tur. Quid autem inter vos in tam exiguo, ac penè nullo numero veſtro? nõnne pleriq; ſunt tales, & quidam in paganis non ſunt tales? Num ideo paganos, qui tales non ſunt, dicitis meliores vobis, cum tamẽ propter ſacrilegam vanitatem ſectæ veſtræ, etiã qui in vobis tales non ſunt, paganis etiã talibus deteriores ſint? Vnde manifeſtum eſt, non ideo derogari ſanæ doctrinę, quę ſola catholica eſt: quia multi eius nomine cenſeri volunt, & per illam ſanari nolunt. Agnoſcenda eſt enim paucitas illa, quam dominus præcipue commendat in ingenti atq; innumerabili multitudine toto orbe diffuſa: quæ tamen paucitas ſanctorum atq; fideliũ, quod ſæpe commendandum eſt, tanquam granorũ in comparatione multitudinis palearum paucitas dicitur: per ſe autem ipſam tantam maſſam frumenti facit, vt omnes probos & reprobos veſtros, quos pariter veritas reprobat, incomparabili multitudine ſuperet. Ecce non ſumus gentium ſchiſma, à quibus plurimum diſtamus in melius: ſed nec vos hoc eſtis, quia plurimũ ab eis diſtatis in peius.

Matth. 20.

Libri viceſimi finis.

LIBER VICESIMVSPRIMVS. D

FAuſtus dixit, Vnus deus eſt, an duo? Planè vnus. Quo modo ergo vos duos aſſeritis? Nunq̃ in noſtris quidẽ aſſertionibus duorum deorũ auditũ eſt nomen. Sed tu vnde hoc ſuſpicaris, cupio ſcire. Quia bonorũ & malorũ duo principia traditis. Eſt quidẽ q̃ duo principia cõfitemur, ſed vnũ ex his deum vocamus, alterũ Hylen: aut vt cõmuniter & vſitate dixerim, dæmonẽ. Quòd ſi tu hoc putas duos ſignificare deos, poteris & medico diſputãte de infirmitate atque ſanitate, duas eaſdẽ putare ſanitates: & cum quis bonũ nominat & malũ, tu poteris eadem duo putare bona: & copiã audiens atq; egeſtatẽ, duas eaſdẽ putabis copias. Quod ſi & de albo & nigro diſputãte me, & frigido & calido, & dulci & amaro, dicas quia duo alba, & duo calida, & duo dulcia oſtẽderim? Nõnne videberis mentis impos, & cerebri minime ſani? Sic & cũ duo principia doceo, deũ & Hylen, nõ idcirco videri iam debeo tibi duos oſtẽdere deos. An quia vim omnẽ maleficã Hylæ aſſignamus, & beneficam deo vt cõgruit, idcirco nihil intereſſe putas, an vtrũq; eorum vocemus deũ? Quod ſi ita eſt, poteris & venenũ audiens & antidotũ, nihil intereſſe putare, an vtrunq; vocetur antidotũ, quia vtrũq; eorũ vim ſuam habeat, vtrũq; agat aliquid & operetur: necnon & medicum audiens ac venenariũ, vtroſq; vocabis medicos. Et iuſtum audiens atq; iniuſtum, poteris vtroſq; vocare iuſtos, quia vterq; eorum aliquid agat. Quòd ſi hoc facere abſurdũ eſt, quanto abſurdius deũ & Hylẽ idcirco duos putare deos, quia eorũ quiſq; aliquid operetur? Quapropter inepta hæc, & viribus ſatis effœta argumentatio eſt, vt quia de re mihi reſpondere nõ poſſis, de ſolis nominibus cõfles inuidiã. Nã nec diffiteor, etiã interdũ nos aduerſam naturã nũcupare deũ, ſed non hoc ſecundũ noſtrã fidẽ, verum iuxta præſumptum iã in eam nomẽ à cultoribus ſuis, qui eã imprudẽter exiſtimãt deũ: quemadmodum & Apoſtolus, Deus, inquit, ſeculi huius excæcauit mẽtes infideliũ, Deũ quidem nominãs, quia ſic iã vocaretur à ſuis ſed adiiciẽs, q̃ mentes excæcet, vt ex hoc intelligatur non eſſe verus deus. Auguſtinus reſpondit, Duos quidem deos in veſtris diſputationibus ſolemus audire, quod etſi primo negaſti, tamen paulopoſt etiã ipſe cõfeſſus es, quaſi rationẽ reddẽs, cur hoc dicatis: quia & Apoſtolus ait, Deus ſeculi huius excęcauit mentes infideliũ. Quam quidem ſententiam pleriq; noſtrũm ita diſtinguunt, vt deũ verum dicant excæcaſſe infidelium mẽtes. Cum enim legerint, in quibus deus, ſuſpendunt pronũciationem, ac tunc inferunt, Seculi huius excæcauit mentes infideliũ: quia etſi ita nõ diſtinguas, ſed exponẽdi gratia ita verborum ordinem mutes, In quibus deus excęcauit mentes infideliũ ſeculi huius: idem qui in illa diſtinctione ſenſus elucet. Poteſt enim etiã talis operatio, qua excæcantur mentes infideliũ, ſecundum quendam modum pertinere ad verum deum, quod non facit malicia, ſed iuſticia: ſicut idem Paulus alibi dicit, Nunquid iniquus deus, qui infert iram? Item alibi, Quid ergo dicimus, inquit, nunquid iniquitas eſt apud deum? Abſit. Moyſi enim dicit, Miſerebor cui miſertus ero, & miſericordiam pręſtabo cui miſericors fuero. Cũ ergo præmiſiſſet, quod inconcuſſe eſt retinendum, non eſſe iniquitatem apud deum, & paulopoſt attẽde quid dicat, Si autẽ volens deus oſtendere iram, & demonſtrare potẽtiam

Caput I. E *2. Corin. 4.* F *Caput II.* *Roma. 3.* *Roma. 9.* *Exod. 33.* *Roma. 9.*

G ſuam,attulit in multa patientia vaſa iræ, quæ perfecta
ſunt in perditionem:& vt notas faceret diuitias gloriæ
ſuæ in vaſa miſericordiæ,quæ præparauit in gloriã &c.
Certe hîc nullo modo dici poteſt alium deum eſſe,qui
oſtendit iram,& demonſtrat potentiam ſuam in vaſis,
quæ perfecta ſunt ad perditionem, & alium qui oſtẽdit
Roma.1. diuitias in vaſis miſericordiæ. Nam vnum eundemq;
deum facere vtrũq;,Apoſtolica doctrina teſtatur.Hinc
eſt & illud,Propter hoc tradidit illos deus in concupi
ſcentias cordis eorum,in immundiciam, vt contume-
liis afficiant corpora ſua in ſemetipſis. Et paulopoſt,
Propterea tradidit illos deus in paſsiones ignominiæ.
Item paulopoſt, Et quoniam non probauerunt deũ ha
bere in noticia,tradidit illos deus in reprobũ ſenſum.
Ecce quo modo verus deus & iuſtus excæcat mẽtes in-
fidelium. Neque enim vnquam in his Apoſtoli verbis,
quæ commemoraui,alius deus intellectus eſt, quàm il-
Ioan.9. le,qui filium ſuum miſit dicentem,In iudicium veni in
hunc mundũ,vt qui non vident,videãt: & qui vident,
cęci fiant. Nam & hîc ſatis apparet mentibus fidelium,
H quo modo deus excæcet mentes infidelium. Præcedit
enim aliquid occultum in occultis, vbi deus agat iuſtiſ
ſimum examen iudicij ſui, vt quorundam mentes ex-
† Illuminẽ-tur. cęcentur,quorundã intelligant:† cui veriſsime dictum
eſt,Iudicia tua abyſſus multa. Cuius profunditatis im-
Pſal.35. penetrabilem altitudinẽ Apoſtolus admiratus, excla-
Roma.11. mat,O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei, q̃
Cap.III. inſcrutabilia ſunt iudicia eius &c. Vos autem nõ va-
lentes diſcernere quid faciat deus beneficio, quid iudi
cio,quia & à corde & ab ore veſtro longe eſt Pſalteriũ
Pſal.100. noſtrum,vbi dicitur, Miſericordiã & iudicium canta-
bo tibi domine,quicquid vos pro infirmitate humanæ
mortalitatis offenderit, alienatis omnino ab arbitrio
& iudicio dei veri: videlicet habẽtes paratum alterum
deum malũ, quem vobis non veritas oſtendit, ſed va-
nitas fingit, cui tribuatis non ſolũ quicquid facitis in-
iuſte,verumetiã quicquid patimini iuſte: ita deo tribuẽ
tes beneficia donorum, & ei auferẽtes iudicia pœnarũ,
Matth.25. quaſi de alio dixerit Chriſtus, ꝙ præparauit ignẽ æter-
Matth.5. num malis, q̃ de illo, qui facit Solem ſuum oriri ſuper
bonos & malos,& pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Vnde
I hîc tantã bonitatẽ,& ibi tantam ſeueritatẽ ad vnũ per-
tinere deũ non intelligitis, niſi quia miſericordiam &
iudiciũ cãtare nõ noſtis? Nónne idẽipſe, qui facit Solẽ
ſuum oriri ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos
Roma.11. & iniuſtos,frangit tamen ramos naturales,& cõtra na-
turam inſerit oleaſtrum? Nónne de vno ipſo illic dicit
Apoſtolus, Vides ergo bonitatẽ & ſeueritatẽ dei,in eos
quidem qui fracti ſunt ſeueritatem: in te autẽ bonitatẽ,
ſi permãſeris in bonitate? Nempe audiſtis, nẽpe aduer-
tiſtis, quemadmodũ nec deo auferat iudiciariã ſeueri-
tatem,nec homini liberã voluntatem. Occultũ eſt, altũ
eſt,inacceſsibili ſecreto ab humana cogitatione ſeclu-
ſum eſt,quemadmodũ deus & dãnet impium,& iuſtifi-
cet impiũ: vtrunq; enim de illo ſcripturarum ſanctarũ
veritas loquitur. Num igitur ideo aduerſus diuina iu-
dicia garrire delectat,quia ſunt inſcrutabilia? Quanto
conuenięntius,quãto accommodatius eſt modulo no
ſtro,expaueſcere illic vbi Paulus expauit, & exclamare,
Roma.11. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei, quàm
inſcrutabilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles viæ ei⁹?
Quanto melius eſt ita mirari,quod veſtigare non ſuffi-
cis,quàm propterea velle alterũ deum malum fingere,
quia vnum bonũ non potuiſti cõprehendere? Nõ enim
Cap.IIII. de nomine agitur, ſed de opere. Nam cito videtur
Fauſtus ſe defendiſſe,cum ait, Nõ dicimus duos deos, K
ſed deũ & Hylen. Porrò autem cũ quæſieris quid dicat
Hylen,audies planè deſcribi alterum deũ. Si enim ma-
teries informis corporalium formarũ capax,ab eis hy- *De natura boni.ca.18.*
le appellaretur,quæ appellata eſt ab antiquis,nemo eam
noſtrũ enargueret dici deum. Nũc vero quantus error
eſt,quãta dementia, vel materiem corporũ dicere opi-
ficem corporũ,vel opificẽ corporum negare deũ. Quia
ergo ꝙ deus verus facit, id eſt, corporum, elementorũ,
animaliũ qualitates & formas,vt corpora,vt elementa,
vt animalia ſint,hoc vos dicitis neſcio quem alterũ fa-
cere,quolibet eum nomine vocitetis, recte dicemini er
rore veſtro deum alterum inducere. In hac enim vna re
bis erratis errore ſacrilego: ſemel quidem, quòd ea quæ
deus fecit,eũ facere dicitis,quem deũ fateri erubeſcitis.
Sed nullo modo efficietis vt nõ ſit deus, niſi eum talia
facere negaueritis,qualia non facit niſi deus: Iterũ autẽ,
quia ea quæ bonis de⁹ bona facit,vos & à malo fieri, &
mala eſſe opinamini, puerili ſenſu horrẽtes quæ pœna-
lis mortalitatis imbecillitati nõ congruũt, & amantes
quæ congruunt. Proinde malum dicitis, qui fecit colu L
brũ: iſtum autẽ Solem tam magnum bonum putatis, vt
nec factum à deo,ſed prolatũ vel miſſum eſſe credatis.
Deus autẽ verus,in quem nondũ à vobis credi nimium
doleo,& colubrum fecit inter alia inferiora,& ſolẽ in-
ter alia ſuperiora: & adhuc in ſublimioribus, nõ corpo
ralibus cœleſtibus,ſed iam in ſpiritalibus multa iſta lu-
ce longè meliora, quæ carnalis homo quilibet nõ per-
cipit,quanto magis vos,qui cum carnẽ deteſtamini,ni-
hil aliud q̃ veſtram regulam deteſtamini, qua bona &
mala metimini. Neque enim poteſt in vobis eſſe cogi-
tatio vel malorũ, niſi qualibus carnalis ſenſus offendi-
tur: vel bonorũ,niſi qualibus carnalis acies oblectatur.

Vt ergo iſta in imo rerum opera dei terrena, infir- *Cap.V.*
ma,mortalia,ſed tamen opera dei,qualia poſſumus vi-
dere,conſiderem, ineffabiliter moueor laude creatoris
illorum,qui prorſus ita magnus eſt in operibus magnis,
vt minor non ſit in minimis. Ars enim diuina, qua &
cœleſtia & terrena opera fiunt, cũ ea ſint inter ſe diſsi-
milia,ipſa in omnibus ſui ſimilis eſt, quia in ſuo quæq;
genere perficiẽdo vbiq; perfecta eſt. Neque enim vni-
uerſum cõdit in ſingulis,ſed ad vniuerſi complexũ cõ- M
dens ſingula,vniuerſam ſe condendis præbet & ſingu
lis,omnia congruẽter locis ſuis & ordinibus faciẽs atq;
diſponens,& omnibus particulariter atque vniuerſali-
ter congrua tribuens. Ecce hîc in iſto quaſi fundo infi-
mo vniuerſæ creaturæ aſpicite animalia,quę volant,&
natant,& gradiuntur,& repunt. Nempe mortalia ſunt,
nempe vita eorum,ſicut ſcriptum eſt, Vapor eſt ad mo- *Iacobi.4.*
dicum apparens. Hunc enim modulũ ab optimo con-
ditore perceptum, tanquã in commune conferũt vni-
uerſo pro ſui generis portione cõplẽdo,vt cũ iſtis imis
ſint omnia bona, in quibus ſunt eis ſuperna meliora.
Veruntamen attendite,& date mihi vnũ quãlibet abie-
ctiſsimum animal, cuius anima oderit carnem ſuã, ac
non potius nutriat & foueat eã, motuq; vitali vegetet,
& regat,& quodam modo adminiſtret pro ſui generis
exiguitate quoddam vniuerſum ſuum, ad incolumita-
tem tuendam ſibi conciliatum. Quod enim rationalis *1.Corin.9.*
anima caſtigat corpus ſuum,& ſeruituti ſubiicit, ne im
moderato appetitu terrenorũ impediatur à perceptio-
ne ſapiẽtiæ,etiã ſic vtiq; diligit carnẽ ſuã,quã ſibi ad o-
bediendum legitime ſubdit atque ordinat. Poſtremo
voſipſi,quãuis carnali errore carnem deteſtemini,non
poteſtis niſi diligere carnem veſtram, eiuſq; ſaluti &
incolumi-

A incolumitati conſulere,omnes ictus,& caſus, & intem-
periem qua læditur deuitare, munimenta vero & ſalu-
britatem qua conſeruatur appetere: ita oſtenditis præ-
ualere naturæ legem contra erroris veſtri opinionem.
Cap.VI. Quid in ipſa carne vitalia viſcera, totius formæ cō-
uenientia,membra operandi, vaſa ſentiendi, locis atq;
officiis ſuis cuncta diſtincta,& cōcordi vnitate contex
ta,moderatione menſurarū,parilitate numerorum,or-
dine ponderum:nōnne indicant artificem ſuum deum
Sapien.11. verum,cui vere dictū eſt,Omnia in menſura & nume-
ro & pondere diſpoſuiſti? Si ergo cor non peruerſum
Roma.1. atque corruptū vanis fabulis haberetis, inuiſibilia eius
etiā per iſta,quæ in hac infima & carnali creatura facta
ſunt,intellecta conſpiceretis. Vnde enim iſtis hæc quæ
commemoraui,niſi ab illo,cuius vnitate omnis modus
ſiſtitur:cuius ſapiētia omnis pulchritudo formatur: cu-
ius lege omnis ordo diſponitur? Quod ſi ad iſta intuē-
da oculū non habetis,Apoſtolica vos ducat authoritas.
Cap.7. Apoſtolus enim,cum de ſancta dilectione præcipe-
Ephe.5. ret,qualis eſſe debeat virorum in vxores,ex anima ani-
mantis ſumpſit exemplum. Qui diligit,inquit,vxorem
B ſuam,ſeipſum diligit. Nemo enim vnquam carnē ſuā
odio habet,ſed nutrit & fouet eam, tanquam Chriſtus
Eccleſiā. Ecce in conſpectu veſtro eſt carnalis vniuerſa
ſubſtātia,videte quemadmodū in omne animal,ſibi ad
ſalutem conciliatum,pertēdat naturæ iſta cōmunio, vt
diligat carnē ſuā. Neque enim hoc in hominibus tan-
tum eſt,qui cum recte viuunt,non ſolum conſulunt ſa-
luti carnis ſuæ,verūetiā carnales motus ad vſum ratio-
nis edomant & refrænāt:ſed etiā beſtiæ fugiūt dolorē,
formidant interitū: & quicquid illā membrorū cōpa-
gem copulamq; carnis & ſpiritus à cōcordiæ iunctura
diſcindere ac dirimere poteſt, quāta valēt agilitate de-
uitant, nutrientes etiā ipſæ ac fouētes carnem ſuā. Ne-
mo enim vnquam carnē ſuam odio habet, ſed nutrit,
inquit,ac fouet eā,ſicut & Chriſt[9] Eccleſiā. Videte vn-
de quò aſcenderit:intuemini,ſi poteſtis,quā vim ducat
à creatore creatura,ab ipſis cœleſtibus apparatibus vſq;
ad carnē & ſanguinē, vniuerſitatis plenitudine termi-
nata,formarum varietate decorata, rerum gradibus or
Cap. VIII. dinata. Rurſus idem Apoſtolus, cum de ſpiritalibus
C diuerſis muneribus,& tamen ad vnitatē conſonis, rem
planè magnam, & diuinam, & abditam nos doceret,
de iſta ipſa carne noſtra ſimilitudinem dedit: cuius ar-
tificem deum,cum hæc loqueretur,omnino nō tacuit.
Quod etſi longū eſt,tamen quia valde neceſſarium,to-
tum ipſum locum ex eius ad Corinthios Epiſtola huic
1.Corin.12. operi me inſerere nō pigebit. De ſpiritalibus autē nolo
vos ignorare fratres, ſcitis quando gentes eratis, ad ſi-
mulachra ſine voce quo modo aſcendebatis inducti:
ꝓpter quod notū facio vobis, quia nemo in ſpiritu dei
loquēs,dicit anathema Ieſu: & nemo poteſt dicere, Do
minus Ieſus,niſi in ſpiritu ſancto. Diuiſiones autem do
nationum ſunt,idem autē ſpiritus : & diuiſiones mini-
ſtrationū ſunt,idem autē domin[9]: & diuiſiones opera-
tionum ſunt, idē vero deus,qui omnia operatur in om
nibus. Vnicuique autem datur manifeſtatio ſpiritus ad
vtilitatē:alij quidē datur per ſpiritum ſermo ſapientiæ:
alij ſermo ſcientiæ ſecundum eundē ſpiritum: alteri au
tem fides in eodem ſpiritu:alij donatio curationum in
vno ſpiritu:alij operationes virtutum:alij Prophetia:a-
lij diiudicatio ſpirituum:alij genera linguarū:alij inter-
pretatio linguarū : omnia autē hæc operatur vnus atq;
idē ſpiritus,diuidēs propria vnicuiq; pro vt vult. Sicut
enim corpus vnum eſt,& membra habet multa,omnia

autem mēbra corporis cū ſint multa vnū eſt corpus, ita D
& Chriſtus. Etenim in vno ſpiritu nos omnes in vnū
corpus baptizati ſumus,ſiue Iudæi,ſiue Græci,ſiue ſerui,
ſiue liberi:& omnes vnum ſpiritū potauimus. Etenim
corpus non eſt vnū membrū,ſed multa. Si dixerit pes,
quia nō ſum manus,nō ſum de corpore, nō ideo nō eſt
de corpore:vel ſi dixerit auricula, quia nō ſum oculus,
nō ſum de corpore,num ideo non eſt de corpore? Et ſi
totū corpus oculus,vbi auditus? Si totū auditus,vbi odo
ratus? Nunc autē poſuit deus mēbra ſingula vnūquodq;
eorū in corpore pro vt voluit. Si autem fuiſſent omnia
vnum membrū,vbi corpus? Nunc autē multa membra, *2.Retra. 5.*
vnum autē corpus. Non poteſt autē dicere oculus ma-
nui,opus te nō habeo:aut iterū caput pedibus, opus vo-
bis nō habeo : ſed multo magis quæ videntur membra
corporis infirmiora eſſe,neceſſaria ſunt: & quæ vidētur
viliora eſſe corporis, his abundantiorē honorē circū-
ponimus,& quæ inhoneſta ſunt noſtra,abundātiorem
honeſtatē habent:quæ autē honeſta ſunt noſtra,non o- *1.Corin. 12.*
pus habent,ſed deus tēperauit corpus,ei cui deerat ma-
iorem honorē dans,vt nō eſſet ſciſſura in corpore, ſed
idē ipſum,vt pro inuicē ſolicita ſint : & ſiue patiatꝰ vnū E
membrū,cōpatiuntur omnia membra: ſiue glorificatur
vnum membrum,congaudent omnia membra. Si vlla,
nō dico fides Chriſtiana,vt credatis Apoſtolo, ſed vll[9]
ſenſus human[9] in vobis eſt,vt manifeſta cernatis,vnuſ-
quiſq; in ſemetipſo iſta videat atq; conſideret,q̄ vera,q̄
certa ſint, quàm in paruo magna, & in extremo q̄ bo-
na: quandoquidē iſta in laude ponit Apoſtolus, vt per *2.Corin. 4.*
hæc infirma † corporalia,quæ videntur,poſsint facilius *† infima.*
illa ſublimia ſpiritalia,quæ non videntur intelligi. *Cap.IX.*
Horum ergo membrorū & corporis noſtri,quæ ſic *Gala.1.*
cōmendat,ſic laudat Apoſtolus,quiſquis artificem deū
negat, videtis cui cōtradicat, annūcians vobis præter id
quod accepimus. Quid igitur corpus eſt,vt à me redar-
guatur potius, q̄ ab omnibus Chriſtianis anathemati-
zetur? Dicit Apoſtolus,Deus temperauit corpus : & di- *1.Corin.12.*
cit iſte,Hyle,nō deus. Quid apertius his inimicicūs an-
te anathematizandis, q̄ refellēdis? Nunquid & hic A-
poſtol[9],cū diceret,Deus, addidit, huius ſeculi? Vbi etiā
ſi quis diabolū intellexerit excæcare mentes infideliū,
nō negamus,malis ſuaſionibus: quibus qui conſentiūt, F
iuſticiæ lumen amittūt,deo retribuente quod iuſtū eſt.
Hæc omnia legimus in ſcripturis ſanctis:nā & illud di
ctum eſt de ſeductione extrinſecus veniēte, Timeo ne *2.Corin.11.*
ſicut ſerpens Euā ſeduxit in verſutia † ſua, ita corrum- *† aſtutia.*
pantur mētes veſtræ à ſimplicitate & caſtitate, quæ eſt
in Chriſto Ieſu. Cui ſimile eſt, Corrūpūt mores bonos *1.Corin.15.*
colloquia mala. Et illud quòd & ſibi quiſq; ſeductor ſit,
Qui autē putat ſe eſſe aliquid, cū nihil ſit, ſeipſum ſe-
ducit. Et illud de dei vindicta,quod ſupra commemo- *Gala.6.*
raui,Tradidit illos deus in reprobum ſenſum,vt faciāt *Roma.1.*
quæ non conueniunt. Ita & in veteribus libris, cū præ-
dixiſſet,Deus mortem non fecit, nec lætatur in perdi- *Sapien.1.*
tione viuorū : Paulopoſt,Inuidia,inquit, diaboli mors *Sapien.2.*
introiuit in orbem terrarum. Et rurſus de ipſa morte,
ne ſe homines extra culpā ponerent, Impij autem ma-
nibus & verbis,inquit,accerſierunt illā:& exiſtimantes *Sapien.1.*
illā amicam,defluxerunt. Alibi autē,bona & mala, vita
& mors, diuitiæ & paupertas à domino deo ſunt. Hic *Eccli.11.*
perturbati homines non intelligunt in vno eodemq;
opere malo,non poſtea conſequente alia,quæ manife-
ſta erit,ſed quadā cōtinuo comitāte vindicta,aliud ve
nire de aſtutia ſuadētis,aliud de nequicia volētis, aliud
de iuſticia punientis : cū diabolus ſuggerit,homo con-

G ſentit, deus deſerit. Quocirca in opere malo, id eſt, ex-
cæcatione infidelũ, ſi intelligatur & diabolus propter
2.Corin. 4. ſuadẽdi malignitatẽ, vt ſic diſtinguatur, deus huius ſe-
culi, nõ mihi videtur abſurdũ. Neque enim ſine addi-
tamento dicitur, Deus: cum adiungitur, huius ſeculi: id
eſt, hominum impiorum, nõ niſi in hoc ſeculo florere
volentium: ſecundũ quod dicitur, & malum ſeculũ, ſi-
Galat.1. cut ſcriptũ eſt, Vt eximeret nos de præſenti ſeculo ma-
Philip.3. ligno. Tale eſt enim & illud, Quorum deus venter: niſi
eſſet ibi, quorũ nullo modo diceret, deus vẽter. Nec in
Pſalmo dæmonia poſſent dij appellari, niſi adderetur,
Pſal.95. gentium. Sic enim ſcriptum eſt, Quoniam dij gentium
dæmonia. Hic autem, nec deus huius ſeculi, nec quorũ
deus vẽter, nec dij gentiũ dæmonia: ſed ſimpliciter po-
1.Corin.12. ſitum eſt, Deus temperauit corpus: qui non poteſt in-
telligi, niſi deus verus omnium creator. Illa enim cum
vituperatione dicuntur, hoc autẽ cum laude dictũ eſt.
Niſi forte deum tẽperaſſe corpus, non diſpoſitione mẽ
brorũ, hoc eſt, fabricãdo & conſtruẽdo, ſed admixtio-
ne lucis ſuæ Fauſtus intelligit: vt ſcilicet hæc membra
H ita diſtincta & locata ſuis ſedibꝰ alter poſuerit, qui hoc
fabricauit: deus autem miſcẽdo bonitatem ſuam, huius
fabricæ maliciam temperauerit. Talibus enim fabulis
pueriles animas hebetant. Sed neque hoc eos poſſe di-
cere, permiſit ſubueniens deus paruulis per ora ſancto-
Ibidem. rum. Habes enim & paulò ſuperius, Deus poſuit mem-
bra ſingula vnũquodq; eorũ in corpore pro vt voluit.
Quis iam nõ intelligat ſecundũ hoc deum dictũ tem-
peratorem corporis, quod ex multis membris corpus
fabricauit, officia diuerſorum operum in vnitatis com
Cap.X. page ſeruantibus? Dicant ergo Manichæi, vtrũ ani-
malia, quæ ſecundũ deliramenta eorum Hyle fabrica-
uerat in gente tenebrarum, anteq̃ illis deus lucẽ ſuam
miſcuiſſet, non habebant iſtam membrorũ concordiã,
quam ſic laudat Apoſtolus. Vtrum ibi diceret caput pe-
dibus, aut oculus manui, opus te nõ habeo? Nũquã hoc
dixerunt, nec dicere potuerunt: tales enim eis actus &
opera tribuunt, repebant, ambulabant, natabãt, volabãt
quæq; pro ſuo genere: videbãt quoque, & audiebãt, cæ-
teriſq; ſenſibus ſentiebant, alimentis & temperamentis
congruis nutriebant & fouebant corpora ſua. Hinc e-
I tiam prolis fœcunditas ſuppetebat, nam & cõiugia tri-
buunt eis: hæc certe omnia, quæ tanquam Hyles opera
vituperat Manichęus, fieri non poſſunt ſine membrorũ
concordia, quã laudat & deo aſsignat Apoſtolus: dubi
tatis adhuc, quiſnam ſectandus & quiſnã anathemati-
zandus ſit? Quid ꝙ erant ibi quædam, quæ etiã loque-
bantur, vt eis concionãtibus omnia ſerpentia, quadru-
pedia, volatilia, natatilia, audirẽt, intelligerent, conſen-
tirent? Miranda hæc & omnino diuina eloquentia, &
neminem Grammaticũ aut Rhetorem audierant, nec
inter lachrymas ferularum atque virgarũ iſta didice-
rant. Nempe iſte Fauſtus, vt has vanitates diſerte garri-
ret, ad diſciplinã faciendi ſermonis etiam ſerius acceſ-
ſit: & quãuis eſſet acer ingenio, tamen legendo ſtoma-
chum rupit, vt ei loquenti tam pauci aſſentirentur. O
miſerum qui in iſta luce, ac non in illis tenebris natus
eſt: illic enim eum contra lucẽ concionantẽ, omnis bi-
pes, omnis multipes, omnis etiã ſerpens à dracone vſq;
ad cochleam libẽter audiret, alacriter obediret: hic au-
tem cõtra tenebras diſputantẽ, plures eloquentẽ quàm
doctum, multi autem ſeductorem peruerſiſsimũ nomi
nabãt. Inter paucos vero Manichęos, tanquam magno
magiſtro plaudẽtes, nullũ ei pecus annuebat, nec ex illa
doctrina ſaltem caballus eius aliquid ſciebat, tanquam

omnibus animalibus ad hoc pars diuina cõcreta ſit, vt K
ſtolida fierẽt. Quid eſt hoc rogo? euigilate aliquãdo mi
ſeri, & cõparate in fabula veſtra omnium animantium
prius tẽpus & præſens: tunc in terra ſua, nũc in hoc mũ-
do: tunc firma erant corpora, nunc infirma ſunt: tũc
acris acies oculorũ ad videndũ cum delectatione inua
dendi regionẽ dei, nũc ita obtuſa, vt à ſolis radiis auer
tatur: tunc acutæ mentes animaliũ ad intelligendũ cõ-
cionantis ſermonem, nunc hebetes, & ab eiuſmodi ca-
pacitate penitus alienæ: tũc naturalis tam magna & tã
potens eloquẽtia, nunc tanto ſtudio ac labore vix par-
ua & exigua. O quàm magna bona commixtione boni
perdidit gens tenebrarum. Iſte ipſe Fauſtus in hoc ip- Cap. XI.
ſo ſermone, cui nunc reſpondeo, multa ſibimet cõtra-
ria elegãter opponere viſus eſt: ſanitatẽ & infirmitatẽ,
copiam & egeſtatem, albũ & nigrum, calidũ & frigidũ,
dulce & amarũ: in quibus omitto de albo & nigro ali-
quid dicere: aut ſi vllum momentũ boni & mali eſt in
coloribus, vt album dicãt ad deum pertinere, nigrũ au
tem ad Hylen, cum omnia genera volatilium Hylen
creaſſe perhibeãt, ſi albũ colorẽ plumis earũ deus aſper L
ſit, vbi latebãt corui, quãdo cygni cãdore perfuſi ſunt?
Item de calido & frigido diſputare nõ opus eſt: vtrũq;
enim tẽperanter adhibitum, ſalubre: intẽperanter autẽ,
pernicioſum eſt. Cætera videamus: bonũ & malũ, quod
in primis forte ponere debuit, in iiſdẽ cõtrariis ita vi-
detur poſuiſſe, vt tanquã generalia vellet intelligi, ſcili-
cet vt ad bonum pertineat ſanitas, copia, albũ, calidũ,
dulce: ad malum autẽ infirmitas, egeſtas, nigrum, frigi-
dum, amarum: quàm imperite & inconſiderate, videat
qui potuerit: Ego autẽ ne homini calumniari puter, ni-
hil obiicio de albo & nigro, calido & frigido: de dulci
& amaro, ſanitati atque infirmitati præſcribã. Si enim
album & dulce duo bona ſunt, nigrum autẽ & amarum
duo mala, quo modo plurima vua, omniſque oliua ni-
greſcẽdo dulceſcit, id eſt, mali amplius habẽdo fit me-
lior? Itẽ ſi duo bona ſunt calor & ſanitas, duo vero ma-
la frigus & infirmitas, cur caleſcẽdo corpora ægreſcũt?
An forte ſana febriunt? Nõ ergo hæc obiicio, quæ forte
non cautus, aut pro quibuſlibet contrariis potius, q̃ pro
bonis & malis cõmemorauit: præſertim quia ignẽ gen
tis tenebrarum nunquã frigidũ fuiſſe dixerunt, ſed ca- M
lorem eius vtique malum. Verum vt iſta omittamus, Cap. XII.
illa videamus, quæ ita cõmemorauit bona in his con-
trariis, vt nolit inde dubitari, ſanitatẽ, copiam, dulcedi
nem: ita ne in illa gente nõ erat ſanitas corporũ, in qua
& naſci & creſcere, gignere & ita perdurare potuerũt
illa animalia, vt quibuſdã eorũ grauidis, ſicut deſipiũt,
captis, & in cœlo colligatis, nec ſaltẽ pleni tẽporis, ſed
abortiui fœtus de tã excelſo in terrã cadentes, & viuere
potuerint & creſcere, & iſta carnium, quæ nũc ſunt in-
numerabilia genera, propagare: aut copia ibi non erat,
vbi arbores non tantum in aquis & ventis, ſed etiam in
igne & fumo & naſci potuerũt, & tãta fœcunditate di
tari, vt ex earum fructibus ſui cuiuſque generis anima-
lia gignerentur, & earum arborum feracitate nutrita
atque paſta conſeruarentur, quorũ ſaginæ læticiã, pro-
lis quoq; fœcũditas teſtaretur: maxime vbi nullus labor
agriculturæ, nec intẽperies eſſet æſtatis & hyemis: neq;
enim ſol ibi circumibat, vt alternantibus tẽporibus an-
ni tranſcurrerẽt? Proinde perpetua fertilitas erat arbo-
rum, quibus elementũ & alimentũ ſui generis, ſicut gi-
gnẽdis affuerat, ita fœtãdis perpetuo ſuppetebat, & fru-
ctus nunquam deeſſe faciebat: ſicut videmus arbores
citriorũ toto anno & flores & fructus parere, ſi iugiter
irrigentur

A irrigentur. Magna ergo illic copia, & eius habendę ma
gna ſecuritas: neq; enim vel grando timebatur, vbi nõ
erãt luminia exactores, quos tonitrua cõmouere fabu-
lamini: dulces autẽ ac ſuaues ſi nõ haberent cibos ſuos,
nunquam eos appeterent, nunq̃ eis corpora vegetarẽt.

Cap. XIII. Ita enim ſe res habet, vt pro vniuſcuiuſq; corporis
congruentia vel delectet eſca vel offendat. Si delectat,
dulcis aut ſuauis dicit̃: ſi autẽ offendit, amara, ſiue aſpe-
ra, ſiue aliqua inſuauitate reſpuẽda. Nónne ipſi nos ho-
mines ita ſumus, vt plerumq; alter appetat alimentum,
quod alter exhorreat: ſiue pro temperatione naturæ, ſi-
ue pro vſu cõſuetudinis, ſiue p affectione valetudinis:
quanto magis lõge diuerſi generis corpora beſtiarum
poſſunt illud habere iocundũ, quod nobis amarum eſt?
An aliter capræ ad rodendũ ſuſpenderentur oleaſtrũ?
Nam ſicut nónulli morbo hominum vel amarũ eſt, ita
illi naturæ pecoris ſuauis oleaſter: ſic inſinuatur prudẽ-
tibus rerum examinatoribus ordo quid valeat, cũ ſcili-
cet ſua cuique adhibentur atque reddũtur: quantumq;
hoc bonũ ſit ab imis vſq; ad ſumma, à corporalib⁹ vſq;
B ad ſpiritalia. Itaque in gente tenebrarum, cum animal
alicuius elementi eo veſcebatur cibo, qui naſcebatur in
eius elemento, proculdubio ſuauitatem ipſa congruen
tia faciebat, ſi autẽ incidiſſet in alterius elemẽti cibum,
ipſa incõgruẽtia faceret offenſionẽ ſenſui guſtãtis: quæ
offenſio vel amaritudo vel aſperitas vel inſuauitas vel
quodlibet aliud: aut ſi ita nimium eſt, vt aliena vi cõpa-
gem corporis, cõcordiamq; dirumpat, ac ſic interimat,
aut vires auferat, etiam venenũ vocatur: nõ niſi per in-
congruentiã, quod alteri generi per congruẽtiã cibus
eſt: ſicut panem, qui quotidiana eſca noſtra eſt, ſi acci-
piter ſumat, extinguitur: & nos ſi elleborũ, quo pecora

† paſcũtur. pleraq; veſcebãtur: † cuius tamen herbæ adhibẽdæ qui-
dam modus, etiã medicamentũ eſt. Quod ſi ſciret aut
cõſideraret Fauſtus, non vtiq; venenum & antidotum
pro exemplo duarum naturarũ mali & boni poneret:
tanquam deus ſit antidotum, & Hyle venenũ, cũ eadẽ
res, eademq; natura nunc congruenter, nunc incõgruẽ
ter ſumpta ſiue adhibita, vel proſit, vel noceat. Itaq; ſe-
cundum eorum fabulam poteſt dici deus eorum fuiſſe
venenum genti tenebrarum, cuius corpora tam firma
C ita corrupit, vt infirmiſsima redderet: ſed quia & lux
ipſa capta, oppreſſa, corrupta eſt, inuicem ſibi venenũ
fuerint.

Cap. XIIII. Cur non ergo hæc, aut duo bona dicitis, aut
duo mala, [vel magis & duo bona & duo mala?] duo

† aliâs, in alterutrum bona apud ſe, duo mala inter vtrunq;. † Poſtea ſi opus
fuerit, quærem⁹ quid horũ ſit melius aut peius: interim
quia duo bona erant apud ſe, ita cõſideratur, Regnabat
deus in terra ſua, regnabat & Hyle in ſua. Sanitas re-
gnantiũ & ibi & hîc, copia fructuũ & ibi & hîc. Fœcun
ditas prolis vtrobiq;, ſuauitas propriarum voluptatum
apud vtroſque. Sed illa gens, inquiunt, excepto eo ꝙ vi
cinæ luci mala erat, & apud ſeipſam mala erat. Interim
bona eius multa iam dixi, ſi & vos mala eius potueritis
oſtendere, erunt duo regna bona, ſed illud melius, vbi
nullũ erat malũ: quæ nam ergo huius mala dicitis fuiſ-
ſe? Vaſtabãt ſe, inquit, inuicem, lędebant, occidebãt, ab-
ſumebãt. Si ad hoc ſolum ibi vacaretur, quo modo ibi
tanta agmina gignerẽtur, nutrirẽtur, perficerẽtur? Erat
ibi ergo & quies & pax. Verũtamẽ fateamur illud fuiſſe
melius regnum, vbi nulla diſcordią: duo tamen bona
iſta multo accõmodatius dixerim, q̃ vnum bonũ & al-
terum malũ: vt illud ſit melius, vbi nec ſinguli ſibimet-
ipſis nocebãt, nec inuicẽ: hoc autẽ inferius bonum, vbi
quãuis inuicẽ aduerſarẽtur, vnumquodq; tamẽ animal
ſuam ſalutẽ, incolumitatem, naturamq; tuebatur. Verũ- D
tamen deo veſtro ille ſaltẽ princeps tenebrarũ non ita
lõgo interuallo cõparari poteſt, cui nemo reſiſtebat, cui
regnanti cuncta ſeruierunt, quẽ concionantem cuncta
ſecuta ſunt, quod ſine magna pace atq; concordia fieri
nõ poſſet. Ibi enim ſunt regna fœlicia, vbi omniũ pleno
conſenſu regibus obeditur. Huc accedit, quia illi prin-
cipi non tantũ ſui generis, id eſt, bipedes, quos parentes
hominum dicitis, ſed etiam cuncta animaliũ cæterorũ
genera ſubdita erant, & ad nutum eius conuertebãtur,
faciẽdo quod iuſsiſſet, credendo quod ſuaſiſſet. Hęc di
cẽtes vſqueadeo putatis ſurda hominum corda, vt ex-
pectent à vobis deũ alterum nominari, quẽ vident pla
ne aperteq; deſcribi. Si enim principis huius vires hoc
poterant, magna potẽtia: ſi honor, magna claritas: ſi a-
mor, magna concordia: ſi timor, magna diſciplina. In
his omnibus bonis ſi erant aliqua mala, num ideo iam
mali natura dicenda eſt, niſi ab eis qui neſciũt quid lo-
quãtur? Porrò ſi propterea mali naturã putatis, quia nõ
ſolum in alterã natura mala erat, ſed etiã in ſeipſa ha- E
bebat malum, nullúm ne malum eſſe arbitramini durã
neceſsitatẽ, quã patiebatur deus veſter ante cõmixtionẽ
naturæ cõtrariæ, vt cũ ea bellare, & in eius fauces ſic op
primẽda mẽbra ſua mittere cogeretur, vt nõ poſsit tota
purgari? Ecce erat & in ipſa magnũ malũ, anteq̃ ei mi-
ſceretur, quod ſolũ dicitis malũ. Aut enim lædi & cor-
rũpi nõ poterat à gẽte tenebrarum, & propria ſtulticia
patiebatur illã neceſsitatẽ: aut ſi poterat corrumpi eius
ſubſtãtia, non colitis deũ incorruptibilẽ, qualem Apo-
ſtolus prædicat. Quid ergo & ipſa corruptibilitas, quia
quidẽ nondũ corrumpebatur illa natura, ſed tamen ab
alia corrumpi poterat, non vobis in deo veſtro videtur
malũ?

Illud etiã quis nõ videat, ꝙ aut præſcientia ibi Cap. XV.
nõ erat: vbi veſtrũ eſt iã cogitare, vtrũ nullũ viciũ dei ſit
carere præſcientia, & quid immineat omnino neſcire:
aut ſi erat ibi præſcientia, ſecuritas ibi eſſe non poterat,
ſed æternus timor: & hoc quantũ malũ ſit, certe agno-
ſcitis? An non timebat, ne iam iamq; adueniret tempus,
quo mẽbra eius ira vaſtarentur, & inquinarẽtur in illo
prælio, vt vix cũ tãto labore, nec tamen tota liberentur
atque mundentur? Sed ſi ad ipſum hoc nõ pertinebat, F
quod quidẽ cernitis q̃ dure dicatur, certe ipſa membra
eius, quæ hîc tãta mala paſſura erãt, nempe metuebãt.
An hoc futurum ipſa neſciebãt? Ergo qualicunq; parti
ſubſtãtiæ dei veſtri, defuit vtiq; præſcientia. Numerate
mala in ſummo veſtro bono. An ideo non timebant,
quia ſuã conſecuturã liberationẽ ac triumphũ pariter
præuidebãt? Certe vel pro ſociis timebãt, quos æternis
in illo globo vinculis à ſuo regno nouerãt alienãdos.

An ibi charitas nõ erat, vt nulla eſſet fraterna com- Cap. XVI.
paſsio, pro his vtique, quorũ peccato nullo præcedẽte,
impendebant æterna ſupplicia? Quid illæ ipſæ animæ
in globo ligãdæ? Nónne & ipſæ mẽbra dei veſtri erãt?
Nónne vnũ genus & vna ſubſtantia eſt? Ipſæ ſaltẽ præ-
ſciẽtes futurũ ſempiternũ vinculum ſuũ, nẽpe timebãt,
nempe mœrebant. Aut ſi ipſę hoc futurum neſciebant,
pars dei veſtri prouida erat, pars ĩprouida, quo modo
ergo vna eademq; ſubſtantia? Cũ ergo tãta mala & ibi
fuerint, anteq̃ eſſet alieni mali commixtio, quid de illo
tanq̃ puro & ſimplici & ſummo bono gloriamini? Er-
go etiam apud ſemetipſas iſtas duas naturas, aut duo
bona, aut duo mala fateri cogimini. Cõcedim⁹ vobis,
ſi duo mala dixeritis, vt quod volueritis horum peius
dicatis: ſi autem duo bona, quodlibet horum melius di
cite, erit poſtea diligentior conſideratio: dũ tamen ve-

G ſter error ille tollatur, quo dicitis duo principia dua-
rum naturarum, bonę & malæ: & planè duos deos, vnũ
bonum, & alterũ malum. Iam vero ſi propterea malum
eſt aliquid, quod alteri nocet, inuicẽ ſibi iſta nocuerũt.
Fuerit vna pars improbior, quia prior appetiuit alienũ.
Vna ergo malũ inferre voluit, altera malum pro malo
Exod.21. retribuit: & non lege talionis, tanquã oculũ pro oculo,
quod imprudenter & impudenter reprehendere ſole-
tis, ſed multo grauius. Eligite ergo quã peiorẽ dicatis,
quæ prior nocere voluit, an quæ amplius nocere & vo-
luit & potuit. Iſta enĩ pro modulo ſuo luce perfrui cõ-
cupiuit, illa eam funditus eradicauit. Iſta ſi quod appe-
tiuit, impleſſet, ſibi certe nihil obfuiſſet: illa vero, vt ho-
ſtilem aduerſitatẽ penitus euerteret, etiã ſuæ parti gra-
uiter nocuit. Sicut eſt illa notiſsima, & quarũdam lite-
rarum memoriæ cõmendata furioſa ſententia, pereant
amici, dum inimici vnà intercidãt. Miſſa eſt enim ad
inexpiabilem contaminationem pars dei, vt eſſet vnde
tegeretur globus, quo in æternũ hoſtis viuus ſepeliẽdus
eſt: tantũ enim timebitur, & victus tantũ terrebit inclu-
H ſus, vt ſempiterna miſeria partis dei cætero deo tribuat
qualemcunq; ſecuritatẽ. O magna innocẽtia bonitatis,
ecce faciet & deus veſter, vnde tenebrarum gentẽ hor
ribiliter accuſatis, ꝙ & ſuis noceat & alienis. Idipſum
omnino in deo veſtro arguit ille globus extremus, quo
& hoſtis includitur, & ciuis affligitur: imò vero ſupe-
rat in amplius nocẽdo, & alienis & ſuis, pars illa, quam
dicitis deum. Hyle quippe non eradicare alienũ regnũ
voluit, ſed tenere: ſuos autem quoſdam, etſi ab aliis ſuis
quibuſdã conſumendo interimebat, in alias tamen for
mas denuo cõmutabat: vt moriendo & renaſcẽdo ſal-
tem per interualla temporum ſuæ vitæ lætitia frueren-
tur: deus autẽ qualem omnipotentẽ, optimumq; deſcri
bitis in ęternum, & alienos eradicat, & ſuos damnat: &
quod mirabiliore demẽtia creditur, Hyle animalia ſua
lædit in pugna ſua, deus membra ſua punit in victoria
ſua. Quid eſt vani homines? Nempe recordamini vẽr-
ba Fauſti de deo, tanquã de antidoto, & Hyle tanquã
veneno. Ecce plus nocet veſtrũ antidotum q̃ venenũ.
Nunquid Hyle tam horrendo globo in æternum, vel
deũ includeret, vel ſua viſcera affligeret: & quod ſcele-
I ratius eſt, calumniatur eiſdem reliquiis, ne defeciſſe vi-
deatur, quòd eas purgare nõ potuit? Dicit enim Mani-
chæus in Epiſtola fundamẽti, ideo dignas illas animas
fieri tali ſupplicio, ꝙ errare ſe à priore lucida ſua natura
paſſæ ſunt, & inimicæ lumini ſancto extiterũt, cum eas
in illum errorem, quo ita tenebrarẽtur, vt inimica luci
lux fieret, ipſe miſerit: ſi inuitas iniuſtus, vt cogeret: ſi
volẽtes, ingratus, vt damnaret: quæ ſe futuras inimicas
origini ſuæ, ſi præſcire potuerũt, & ante bellum timore
cruciatæ, & in bello inexpiabiliter maculatę, & poſt bel
lum in æternum damnatæ, nunq̃ beatæ. Si autẽ præſci-
re non potuerunt, & ante bellũ improuidæ, & in bello
inualidæ, & poſt bellum miſeræ, nunq̃ diuinæ: & vtiq;
ꝙ ipſe hoc deus ſecundũ vnitatem ſubſtantię putamus,
nec reſpicitis q̃ immaniter blaſphematis, & tamen ali-
quando volentes quaſi defendere bonitatẽ dei etiã ipſi
Hyle pręſtare dicitis aliquid boni, vt incluſa in ſemet-
ipſam nõ ſæuiat. Habebit ergo aliquid boni, cũ ei nullũ
mixtum erit bonũ? An forte ſicut deus ante bellum ſine
cõmixtione mali habebat neceſsitatis malum: ita Hyle
† ceſſatiõis poſt bellũ ſine cõmixtione boni habebit cõmixtionis †
bonũ? Dicite ergo duo mala, ſed vnum altero peius: aut
duo nõ ſumma bona, ſed vnum altero melius: ita ſanè,
vt quod eſt melius, hoc dicatis miſerius: nam ſi illius
tanti belli hic erit exitus, vt ſuperata Hyle à propria va K
ſtatione, & dei membris affixis in globo, aliquid boni
præſtetur hoſtibus, & tantum mali infligatur ciuibus,
cogitate quis vicerit. Sed videlicet venenum eſt Hyle,
quę formare, firmare, nutrire, vegetare valuit animalia
ſua: & antidotum deus, qui damnare potuit, quia ſana-
re non potuit membra ſua. Inſani, nec ille eſt Hyle, nec
ille deus. Sic delirant, qui ſanam doctrinam non ſuſti- *2.Timo. 4.*
nentes, ad fabulas conuertuntur.

Libri viceſimiprimi finis.

LIBER VICESIMVS SECVNDVS.

FAuſtus dixit, Cur legẽ blaſphe- *Cap.I.*
matis & Prophetas? Minime
quidẽ nos hoſtes ſumus aut ini-
mici legis ac Prophetarum, ſed
nec vlli' omnino: adeo vt ſi mo
do per ipſos vos liceat, ſimus pa
rati fateri, falſa illa omnia eſſe, L
quæ de eis ſcripta ſunt, & quorũ
cauſa videtur nobis exoſi: ſed enim vos repugnatis, &
ſcriptoribus aſſentiendo veſtris, in crimẽ forſitan Pro-
phetas innocẽtes abducitis, infamatis Patriarchas, de-
decoratis & legẽ, atque quod ſit ſtultius, vultis & ſcrip-
tores veſtros non eſſe mendaces, & eos tamen religio-
ſus ac ſanctos, quorum hi flagitia & turpes conſcripſe-
rint vitas. Quod quia vtrunq; pariter conſtare non po-
teſt, Oportet enim aut hos fuiſſe malos, aut illos men-
daces & falſos. Age ſi libet, aſſenſu communi ſcrip- *Cap.II.*
toribus damnatis, defenſionẽ ſuſcipiam' legis & Pro-
phetarum. Legem autem nunc dico ego, non circun-
ciſionem, nec ſabbata, & ſacrificia, cæteraq; huiuſmodi *Gene.17.*
Iudæorum, ſed eam quæ vere ſit lex, id eſt, Nõ occides, *Exo.20.*
non mœchaberis, nõ peierabis, & cætera. Cui quia olim *Deute.5.*
diffamatę in gentibus, id eſt, ex quo mundi huius crea- *Leuiti.19.*
tura conſiſtit, Hebræorum ſcriptorũ irruẽtes, tanquam
leprã ac ſcabiẽ, abominanda hęc ſua & turpiſsima pręce-
cepta cõmiſcuerunt, quæ ad peritomen ſpectant, & ſa-
crificia: age ſi es pro certo & tu amic' legis, damna eos
mecũ, qui hanc violare auſi ſunt hac cõmixtione incõ- M
uenietiũ eidẽ pręceptorũ: quę pręcepta, niſi & vos legẽ
nõ eſſe ſciretis nec legis partẽ, vtiq; aut eadem ſeruare
niteremini profeſsi iuſticiam, aut vos coram fateremi-
ni eſſe nõ iuſtos: nunc vero & de illis quæ ſcelera pro-
hibent mandatis, ſolicita vobis eſt cura recte volẽtibus
viuere: & de iis quæ pertinent ad Iudęos, nulla fit men-
tio: quod quatenus excuſatũ vobis erit, niſi eadem legẽ
nõ eſſe cõſtiterit. Deniq; ſi ſicut incenderis, intolerabi-
le conuiciũ iudicans, ſi quis te negligentẽ pręcepti hu-
ius appellet, quo dictũ eſt, Nõ occides: vel, Nõ mœcha- *Exod.20.*
beris: ita etiã exardeſceres, ſi quis te & incircũciſum vo
caret, & negligẽtẽ quod ſabbati erat, intelligis procul-
dubio quod eſſet vtrunq; lex & dei mãdatũ. Nũc vero
& de illis ſuperioribus laudẽ quęris & gloriã, ſi ea con
ſerues: & de his nullã eiuſdẽ boni iacturã metuis, quia
contemnas. Quare conſtat hæc, vt dixi, nõ eſſe legem,
ſed legis potius maculas & ſcabiem: quæ ſi damnãtur à
nobis, damnantur vt falſa, non vt legitima. Nec tangit
conuicium hoc legem, nec legis authorem deum, ſed
eos qui hunc & illã nefariis ſuis religionibus inſcrip-
ſerunt. Vt autem interdum legis nos reuerendum no-
men cum Iudaica præcepta perſequimur, laceſſamus,
veſtro fit vicio, qui inter Hebraicas inſtitutiones &
legem,

A legem,nullũ vultis eſſe diſcrimen:alioquin reddite legi
propriam dignitatem : Iſraëliticas ab eadem turpitudi-
nes tanquam verrucas incidite: deformationis eius cri-
mẽ ſcriptorib⁹ imputate, & ſtatim videbitis nos Iudaiſ
mi inimicos fuiſſe,nõ legis. Nomen eſt quod vos deci-
Cap. III. pit:quia cui iure debeat adſcribi,non noſtis. Ad hęc
& Prophetas ac Patriarchas veſtros , cur nos blaſphe-
mare exiſtimetis,ego non video: nam ſi à nobis ſcripta
hæc dictáve fuiſſent,quę iidem commiſiſſe leguntur,eſ-
ſet veſtra hęc in nos nõ irrationabilis accuſatio:vbi ve-
ro aut ab ipſis eadem ſcripta ſunt cõtra honeſtatis mo-
rem,de viciis captantibus gloriam,aut ab eorum ſociis
ac paribus,noſtra quæ iſtic culpa eſt? Damnamus enim
deteſtati actus iniquos, quos vltro de ſe nec interroga-
ti confeſſi ſunt rei: aut ſi hæc per inuidiam ſcriptorum
aduerſus eos malignitas finxit,puniãtur ſcriptores, dã-
† aliàs, ꝓphcticũ nomen. nentur eorũ libri,purgetur prophetiarum † indigna fa-
ma, grauitati atque cenſuræ ſuæ Patriarcharum redda-
tur authoritas. Et ſanè fieri potuit, vt quemadmo-
Cap. IIII. dum de deo impudenter iidem tanta finxerunt , nunc
Gene. 1. eum in tenebris ex æterno verſatum dicentes,& poſtea
B miratum cum vidiſſet lucem : nunc ignarum futuri, vt
Gen. 2. & 3 præceptum illud , quod non eſſet ſeruaturus Adam , ei
mandaret:nũc & improuidum,vt eum latentem in an-
gulo paradiſi,poſt nuditatem cognitã videre non poſ-
ſet:nunc & inuidum ac timentem, ne ſi guſtaret homo
ſuus de ligno vitæ , in æternum viueret:nunc appeten-
tem ſanguinis atque adipis ex omni genere ſacrificio-
Leuiti. 3. rum, zelantemq; ſi & aliis eadem offerrentur vt ſibi : &
Pſal. 68. nunc iraſcentem in alienos,nunc & in ſuos:nunc peri-
Exod. 32. mentem milia hominum ob leuia quidẽ aut nulla cõ-
miſſa : nunc etiam comminantem venturum ſe forte
cum gladio & parciturum nemini,non iuſto,non pec-
catori:fieri,inquam,potuit,vt & de dei hominibus mẽ-
tirentur, qui de deo ipſo tanta proteruitate mẽtiti ſunt.
Sed vos conſentite nobiſcum, vt portẽt ſcriptores cri-
Caput V. men, ſi vultis eodem liberari Prophetas. Alioquin
neque illa nos de Abraham ſcripſimus, quòd habendæ
prolis inſana flagrãs cupidine,& deo,qui id iam ſibi de
Gene. 16. & 17. Sara coniuge promiſerat,minime credens,cum pellice
volutatus ſi ſub conſcientia,quo ſit inhoneſtius,vxoris:
nec quòd matrimonij ſui infamiſsimus nundinator,
C idem auariciæ ac ventris cauſa duobus regibus, Abime-
Gene. 12. & 20. lech & Pharaoni,diuerſis temporibus,memoratam Sa-
ram coniugem ſuam ſororem mentitus , quia erat pul-
Gene. 19. cherrima,in concubitum vẽditauit.Nec quòd Loth ip-
ſius frater de Sodoma liberatus, cũ duabus filiabus ſuis
in monte concubuit, qui honeſtius arſiſſet in Sodoma
[ictu]fulminis,quàm in monte flagrauit inconceſſę flã-
ma libidinis.Sed nec quòd Iſaac eadem patri ſuo geſsit
Gene. 26. ac paria,erga Rebeccam coniugẽ ſuam, fingens & ipſe
eam ſororẽ,quo per ipſam viueret turpiter . Nec quòd
Gene. 29. & 30. Iacob filius eius inter Rachel & Liam duas germanas
ſorores,earumq; ſingulas famulas quatuor vxorum ma
ritus , tanquam hircus errauerit : vt eſſet quotidie inter
quatuor ſcorta certamen, quæ nam eum venientem de
Gene. 30. agro, prior ad concubitum raperet , interdumq; etiam
mercedibus in noctẽ ab inuicem cõducerẽt eum. Item
Gene. 38. quòd Iudas filius eius cũ Thamar nuru ſua dormierit,
poſt vnius & alterius nuptias filij,deceptus,vt aiunt,ha-
† hoc. bitu proſtitutionis,in quem ſe transformauerat eadem,
2. Reg. 11. quæ ſocerum ſuum bene noſſet, cum omni† genere fœ-
† Vriæ. minarum ſemper habuiſſe cõmercium . Nec quòd Da-
† prodiderit. uid poſt tot numero vxores,muliercula quoque vnius†
militis ſui mœchatus ſit, ipſúmque perdiderit†in bello,

Nec quòd Salomon filius eius trecentas vxores, & ſep- D
tingentas concubinas habuerit, & regum filias ſine nu- 3. Reg. 11.
mero. Nec quòd Oſee Prophetarũ primus de fornica- Cant. 6.
ria muliere filios fecerit : cui turpitudini,quod ſit dete- Oſee. 1.
rius,adſcribitur & cõſiliũ dei. Sed nec illud,quòd Moy Exod. 2. 3.
ſes homicidium fecerit,quòd ſpoliauerit Aegyptum,ꝙ & 12.
bella geſſerit , quòd crudelia multa & mandarit & fe- Exod. 32.
cerit, quòd ne ipſe quidem vno cõtentus matrimonio Nume. 12 .
fuerit. Hæc inquam, & horũ ſimilia,quæ in diuerſis eo-
rum habentur libris,nihil à nobis ſcriptum,nihil dicta-
tum eſt: ſed aut ſcriptorum veſtrorũ iſta cõmenta ſunt
falſa,aut patrum crimina vera. Vos vtrum vultis, eligi-
te : nam nos aut hos aut illos pariter deteſtari neceſſe
eſt,quia tam malos & turpes odimus, quàm mendaces.

Auguſtinus reſpondit, Nec ſacramenta legis intel- Cap. VI.
ligitis,nec facta Prophetarum, quia neque ſanctitatem,
neque iuſticiam cogitare noſtis. Sed de præceptis & ſa-
cramẽtis veteris teſtamẽti ſæpe ac multa iam diximus,
vt intelligeretur aliud ibi fuiſſe,quod per gratiam noui
teſtamenti faciẽdo donaretur implendum: aliud quod
per veritatem patefactam remouendo demonſtraretur
impletum cum dei & proximi dilectione ſuſciperetur E
legis perficienda pręceptio:circuncisionis autem,atque
aliorũ illius temporis ſacramẽtorum ceſſatione oſten-
deretur legis perſoluta promiſsio . Præceptum quippe
reos faciebat ad deſiderandam ſalutem, promiſſum au-
tem figuras celebrabat ad expectãdum Saluatorem : vt
per aduentum noui teſtamẽti illos liberaret gratia do-
nata, illas auferret veritas reddita . Ipſa enim lex , per
Moyſem data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum Ioan. 1.
facta eſt. Gratia ſcilicet,vt data indulgẽtia peccatorum,
quod pręceptum erat,ex dei dono cuſtodiretur:veritas
autem, vt ablata obſeruatione vmbrarũ, quod promiſ-
ſum erat,ex dei fide præſentaretur. Proinde iſti,qui Ca. VII.
ea quæ nõ intelligunt reprehendẽtes,leprã vel ſcabiem
ſeu verrucas legis eſſe dicũt , promiſsiuas figuras ſacra-
mentorũ,ſimiles ſunt hominibus, quibus diſplicent ea,
quorum non capiunt vtilitatem : velut ſi ſurdus, vidẽs
mouere labia loquentium,tanquam ſuperfluos oris mo
tus deformeſq; reprehenderet:vel ſi quiſquã cæcus lau-
data ſibi aliqua domo, vellet palpando probare, quod
dicitur:& parietũ læuitatem manu pertractans,in fene-
ſtras irrueret, eaſq; velut inconuenientes illi æqualitati F
redargueret,cauernaſq; ruinoſas putaret. Iam vero Cap. VIII.
facta Prophetarum etiã ipſa Prophetica & myſtica fuiſ-
ſe,quid agam vt intelligant, quorũ mentes vanitas oc-
cupauit:ita vt putent credi à nobis ipſum deum aliquã-
do in tenebris eſſe verſatum,quia ſcriptum eſt,Tenebrę Gene. 1.
erant ſuper abyſſum : tanquam nos abyſſum dicamus
deum,vbi tenebræ erant:quia lux ibi nõ erat,antequam
deus verbo faceret lucem . Sed quia nõ diſtinguunt in-
ter lucem,quod eſt ipſe deus,& lucem quam fecit deus,
ideo putant eſſe conſequens, vt in tenebris ipſe fuerit,
antequam faceret lucem : cũ tenebræ eſſent ſuper abyſ-
ſum,antequam diceret, Fiat lux,& facta eſt lux: ſicut in
nouo teſtamẽto vtrunque de illo dicitur. Nam & deus 1. Ioan 1.
lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ : ibi legimus , & 2. Cor. 4.
deus, qui dixit de tenebris lumen clareſcere , claruit in
cordibus noſtris: itidem ibi legimus: ſic & in illis vete-
ribus libris,Et candor eſt lucis ęternæ,dictum eſt de ſa- Sapien. 7.
pientia dei:quæ vtique facta nõ eſt, quia per illam facta Ioan. 1.
ſunt omnia. Et de luce quadam, quæ non niſi per illam
fieri poteſt , hoc modo ibi dicitur , Tu illuminabis lu- Pſal. 17.
cernam meã domine deus meus , illuminabis tenebras
meas.Sicut ab initio cum tenebræ eſſent ſuper abyſſum,

dixit

Gene.1. G dixit deus, Fiat lux & facta eſt lux: quam nō feciſſet, niſi
Cap. IX. lucifica lux, quod eſt deus. Sicut enim deus ſibi ſuf-
ficit ad ęternam beatitudinem, & ex hac abundat ad fa
ciendos beatos: ita ſibi ſufficit ad æternam lucem, & ex
hac abundat ad faciendos illuminatos: nullius bonum
cupiens, cum ipſo fruatur omnis volūtas bona: nullius
malum timens, cum ipſo deſeratur omnis voluntas ma
la: quia nec auget eum, qui eius dono beatus eſt: nec ter-
ret eum, qui eius iudicio miſer eſt. Talem deum Mani-
chæi non colitis, longe ab illo facti eſtis, dum phantaſ-
mata veſtra ſectamini, quę cor veſtrum vanū & vagum,
lucem iſtam cœleſtium corporū per carnis oculos hau-
riens, vobis multiplici fictione dilatauit atque variauit.
Lux iſta quamuis & ipſam deus fecerit, longe incompa-
rabilis eſt etiam illi luci, quā fecit deus in mētibus pio-
rum, quas à tenebris lucificat: ſicut ab impietate iuſtifi-
cat: quanto magis illi inacceſſibili, quę iſta omnia facit?
Matth.5. Nec omnibus inacceſſibilis eſt, Beati enim mundicor-
1.Ioan.1. des, quoniam ipſi deum videbūt. Deus autem lux eſt, &
Eſaie.26. tenebræ in eo non ſunt vllæ: impij vero non videbunt
lumen, ſicut dicit Eſaias. Talibus ergo eſt inacceſſibilis
H illa lucifica lux, quæ non ſolum illam ſpiritalem lucem
in ſanctorum mētibus, ſed etiam iſtam corporalem fe-
Matth.5. cit: non ad quam prohibeat accedere malos, ſed quam
Cap. X. fecit oriri ſuper bonos & malos. Cum ergo eſſent te-
nebræ ſuper abyſſum, ille qui erat lux, dixit, Fiat lux.
Gene.1. Quę lux lucem fecerit, manifeſtum eſt. Manifeſte enim
Concor.2. poſitum eſt, dixit deus: quam tamen lucem fecerit, non
ſen. diſt.13. ita manifeſtum eſt: verum illam, quę in mentibus ange-
ca. Si quari lorum eſt, id eſt, ipſos tunc ſpiritus rationales deus fe-
tur qualis. cerit, an corporalem quandam lucem, remotam etiam
ipſam ab aſpectibus noſtris in ſublimibus huius mundi
locis, inter ſtudioſos diuinarum ſcripturarum concor-
diter diſputatur. Quarto enim die fecit iſta conſpicua
luminaria cœli. Quæ rurſus vtrum ſimul cū ſua luce fa-
cta ſint, an ex illa, quę iam facta erat, quodam modo ac-
cenſa ſint, ſimiliter quęritur. Quęlibet ſanè lux facta ſit,
quando cum eſſent tenebræ ſuper abyſſum, dixit deus,
Fiat lux: creatam tamen lucem à creatrice luce factam
eſſe non dubitat, quiſquis ſanctas literas pie legendo fit
dignus, qui intelligat. Nec ideo putandus eſt deus,
Cap. XI. antequā faceret lucem in tenebris habitaſſe, quia ſpiri-
Gene.1. tus dei ſuperferebatur ſuper aquas, cum prędictū fuiſſet,
Tenebræ erāt ſuper abyſſum. Abyſſus nanque eſt aqua-
rum inæſtimabilis profunditas. Vnde poteſt occurrere
carnali prudentiæ, velut in iis tenebris, quæ erant ſuper
abyſſum, habitauerit is ſpiritus dei, de quo dictum eſt,
Ioan.1. Ferebatur ſuper aquas: nō intelligenti quemadmodum
lux luceat in tenebris, & tenebræ eam non comprehen-
Ephe.5. dant, niſi per dei verbum fiat lux, & dicatur eis, Fuiſtis
aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Quod
ſi rationales mentes per voluntatem impiam tenebro-
ſæ, lucem ſapiētiæ dei, nuſquàm abſentem comprehen-
dere non poſſunt, quòd ab ea longe ſint affectu, non lo-
co: quid mirum ſi ſpiritus dei, qui ſuperferebatur ſuper
aquas, ſuperferebatur etiam ſuper aquarum tenebras, in-
comparabili quidem lōginquitate, ſed ſubſtantiæ, non
Cap. XII. locorum? Scio quidē iſtis quàm ſurdis hæc cantem,
nec tamen deſpero, quòd cantici mei veritas inuentura
ſit aurem ſuam, quam dominus aperuit, à quo ſunt vera
quæ dicimus. Iſtos autem, quales diuinarum ſcriptura-
rum iudices patimur, quibus etiam diſplicet quòd deo
placuerint opera ſua: quem tanquam inſolitam lucem
Gene.1. miratum eſſe reprehendunt, quia ſcriptum eſt, Et vidit
deus lucē quia bona eſt: approbat enim opera ſua, quia
placēt ei quę fecit, & hoc eſt videre quia bona ſunt. Ne- K
que enim aliquid inuitus facere cogitur, vt quod ei nō
placet, faciat: aut in aliquid faciendum imprudēs labi-
tur, vt factum eſſe diſpliceat. Cur autem iſtis nō diſpli-
ceat, quòd deus noſter opus ſuum vidit, quia bonū eſt,
quādoquidem deus eorum cum membra ſua merſit in
tenebras, velum contra ſe poſuit? Non enim quod fecit
vidit, quia bonum eſt: ſed noluit videre, quia malū eſt.
Miratum ſanè Fauſtus deum noſtrum, dixit, quod Cap. XIII.
ſcriptum non eſt: nec omnino eſt cōſequēs, vt cum ali-
quis videt, quia bonum eſt, etiam miratus dicatur. Mul-
ta enim bona videntes, nō miramur, tanquā præter opi-
nionem ita ſint, ſed tātummodo approbamus quod ita
eſſe debuerint. Veruntamen oſtendimus eis, non in ve-
teri teſtamento, cui malicioſe calumniantur, ſed in no-
uo, quod vt imperitos fallant accipiunt, deum eſſe mira-
tum. Chriſtum enim fatetur deum, & hāc in laqueo ſuo
velut eſcam dulciſſimam ponunt, qua Chriſto deditos
capiant. Deus ergo miratus eſt, cum Chriſtus miratus
eſt: ſic enim ſcriptum eſt in Euangelio, quòd audita fi-
de cuiuſdē Cēturionis miratus eſt, & ait diſcipulis ſuis, L
Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Iſraël. Matth.8.
Ecce nos vt potuimus, expoſuimus, Vidit deus quia bo- Gene.1.
num eſt, & melius fortaſſis exponunt iſta meliores: ex-
ponant & iſti quare ſit miratus Ieſus, quod antequam
fieret, præſciebat: & antequam audiret, vtique nouerat.
Quanquam enim plurimum interſit, vtrum videat ali-
quis quia bonum eſt, an etiam miretur: in hoc tamē eſt
nonnulla ſimilitudo, quia etiam Ieſus lucem fidei mira-
tus eſt, quam in corde illius Cēturionis ipſe fecerat, qui
verum eſt lumen, quod illuminat omnē hominem ve- Ioan.1.
nientem in hunc mundum. Quem poſſet certe ali- Cap. XIIII.
quis impius Paganus ita calumniari & reprehendere in
Euangelio, ſicut deum Fauſtus in veteri teſtamento. Di-
ceret enim & ille improuidum Chriſtum, nō ſolum ex
hoc quòd miratus eſt Centurionis fidem, verumetiam Matth.8.
quòd Iudam inter diſcipulos elegit, qui mandata eius Ioan.6.
non erat ſeruaturus: ſicut reprehendit iſte, cur præcep- Gene. 2. &
tum in paradiſo datum fuerit homini nō facturo. Cul- 3.
paret etiam illud, quòd ſcire non potuerit quis eum te- Marci.5.
tigerit, quando tetigit fimbriam veſtimēti eius, quæ flu-
xum ſanguinis patiebatur: ſicut iſte culpauit deum ne-
ſciſſe vbi lateret Adam. Credo quia dixerit, Adam vbi Gene.3.
es? ſicut dixit Chriſtus, Quis me tetigit? Diceret & inui- Matth.25.
dum ac timentem, ne ſi intrarent quinque alię virgines M
in regnum eius, viuerent in æternum: contra quas ita
clauſit, vt nec miſerabiliter pulſantibus aperiret: velut
obliuiſcens quod ipſe promiſerat, dicēs, Pulſate, & ape- Matth.7.
rietur vobis: ſicut iſte inuidiæ timoriſque arguit deum,
quòd ad vitam æternam non admiſerit peccatorē. Di-
ceret & appetentem, non pecudum, ſed hominum ſan-
guinem, quia dixit, Qui perdiderit animā ſuam prop- Matth.10.
ter me, in vitam æternam inueniet eam: ſicut iſte de ſa-
crificiis animalium, quibus figuris promittebatur ſacri-
ficium ſanguinis, quo redēpti ſumus voluit calumniari.
Reprehenderet & zelantem, quia cum ementes & ven-
dentes de templo flagellādo eieciſſet, commemorauit Ioan.2.
Euangeliſta de illo eſſe ſcriptum, Zelus domus tuæ co- Pſal.68.
medit me: ſicut iſte accuſauit zelātem deum, quòd aliis
ſacrificari vetuiſſet. Diceret iraſcentem in ſuos & in a-
lienos: in ſuos quidem, quia dixit, Seruus qui ſcit volū- Lucæ.12.
tatem domini ſui, & non facit digna, plagis vapulabit
multis: in alienos autem, quia dixit, Si quis vos non re- Matth.10.
ceperit, excutite illis puluerem de calceamentis veſtris.
Amen dico vobis, quia tolerabilius erit Sodomæ in die
iudicij,

A iudicij,quàm illi ciuitati:ſicut iſte criminatur iraſcētem
deum,nunc in alienos,nunc in ſuos,quos vtroſq; Apo-
Roma.2. ſtolus commemorat,dicens, Quicunque enim ſine lege
peccauerūt,ſine lege peribunt:& quicunque in lege pec
cauerunt,per legem iudicabūtur. Diceret & trucidan-
Exod.32. tem & effundētem multorum ſanguinem ob leuia qui-
dem vel nulla commiſſa.Leue quippe aut nullum com-
miſſum Pagano videretur,vel non habere in conuiuio
Matth.22. nuptiarum veſtē nuptialem,propter quod rex noſter in
Euangelio iuſsit hominem ligatis manibus & pedibus
proiici in tenebras exteriores,vel nolle ſuper ſe Chriſtū
Luca.19. regnare,propter quod peccatum ait, Illos autē qui no-
luerunt me regnare ſibi, adducite & interficite coram
me:ſicut iſte accuſauit deum in veteri teſtamēto, qui ei
viſus eſt propter leuia vel nulla commiſſa hominū mi-
lia trucidare.Iam vero illud quod reprehendit Fauſtus,
minantem deum vētrum ſe eſſe cum gladio,quo non
parceret, nec iuſto, nec peccatori: quo modo Paganus
ille reprehenderet, audiens Apoſtolum Paulum dicere
Roma.8. de deo noſtro,Quia filio proprio ſuo non pepercit,ſed
pro nobis omnibus tradidit eum. Audiens & Petrum,
cum de magnis tribulationibus ſanctorum & interfe-
B ctionibus loqueretur, ad tolerandū exhortantem & di-
1.Petri.4. centem, Tempus eſt vt iudiciū incipiat à domo domi-
ni: & ſi initium à nobis,qualis finis erit eis,qui non cre-
dunt domini Euangelio? Et ſi iuſtus quidem vix ſaluus
erit,peccator & impius vbi parebūt? Quid enim iuſtius
vnico,cui tamen pater non pepercit? Et quid euidētius,
quòd nec iuſtis parcat, emendans eos varietate tribula-
tionum,cum de hac re aperte ſit dictum, Et ſi iuſtus vix
ſaluus erit? Nō ſolum enim in veteri teſtamento ſcrip-
Prouer.3. tum eſt,Quem enim diligit deus, corripit: flagellat au-
Hebræ.12. tem omnē filium quem recipit: &,Si bona percepimus
Iob.2. de manu domini,mala quare non ſuſtineamus? ſed etiā
Apoca.3. in nouo,Ego quem amo,arguo & caſtigo:& illud,Si e-
1.Corin.11. nim noſipſos diiudicaremus, à domino non iudicare-
mur: cum iudicamur autem à domino, corripimur ne
cum mūdo damnemur. Sed tamen ſi Paganus in nouo
teſtamento talia reprehenderet,qualia iſti reprehendūt
in veteri,nónne & ipſi ea defendēda ſuſciperēt? Quod
ſi facere poſſent, qua tandem vecordia hic talia repre-
hendunt, qualia ibi defendunt? Si autem non poſſent,
cur in vno tantum,ac non potius in vtroque teſtamen-
C to,quod non intelligentibus impiis prauum videretur,
idem intelligentibus piis rectum, ſed tectū credi opor-
Cap.XV. tere concedunt? An forte,quæ de nouo teſtamento
ſimilia protulimus,ipſa quoque audent dicere falſa eſſe
atque peruerſa, priuilegio illo ſuo diabolico? vt quic-
quid eſt in Euāgelio,vel in epiſtolis canonicis,quo ad-
iuuari hęreſim ſuam putent,id eſſe à Chriſto & Apoſto-
lis dictum teneant atque ſuadeant:Quicquid autem ex
eiſdem codicibus aduerſus eos ſonuerit, immiſſum ab
infalſatoribus ore impudenti ac ſacrilego non dubitēt
dicere. Cui furori eorum,authoritatem,omnium libro-
rum extinguere atque abolere conanti,iam ſupra,quan-
tum ſuſcepti operis ratio ſinere videbatur, non pauca
Cap.XVI. reſpondi. Nunc illud admoneo, vt cum inſanas &
ſacrilegas fabulas ſuas Chriſtiani nominis pallio velare
contendant, videant tamen quando iſta cōtra ſcriptu-
ras Chriſtianas diſputant,non à nobis contra Paganos
tantum, ſed etiam contra Manichæos veritatem codi-
cum diuinorū teſtamenti vtriuſque defendi. Et iſta qui-
dem, quæ modo Fauſtus velut indigna deo de noſtris
veteribus literis in ſermone ſuo poſuit,contra Paganū,
& in Euāgelico vel Apoſtolico ſermone talia reprehē-
dentem, ita fortaſſe defenderē, vt paria de authoribus D
eorum,ſicut Paulus noſter apud Atheniēſes fecit,com- *Act.17.*
memorarem. Inueniremus enim fortaſſe & in literis eo-
rum,deum mundi creatorem ac fabricatorem, & lucis
huius inſtitutorem:qui tamen antequam eam conderet,
nō iacebat in tenebris: & ex opere ſuo perfecto elatum
eſſe gaudio:quod certe amplius eſt quàm vidit,quia bo *Gene.1.*
num eſt:& legiſlatorem, quem ſi homo ſequeretur, ſuo
bono faceret:ſi autem ſperneret, ſuo malo. Quem non
ideo dicerent ignarū futuri,quia & futuris contempto-
ribus legem dedit. Iam vero ideo improuidū,quòd ali-
quid interroget,nec omnino dicerēt,in quorum libris
multa non ob aliud interrogantur, niſi vt ſuis quiſque
reſponſionibus conuincatur, cum ille qui interrogat,
non ſolum ſciat,quod ſibi vult ab altero reſpōderi, ſed
etiam illum hoc reſponſurum. Inuidentęm autem cui-
quam deum,quòd malos beatos fieri non ſineret,ſi vel-
let dicere,plenos inueniret ſuorum libros de hac re ad
diuinam prouidentiam pertinentes. De ſacrificiis *Cap.XVII.*
vero nihil aliud mihi Paganus obiiceret, niſi cur apud
eos illa reprehendamus, cum in noſtris veteribus libris
talia ſibi deus noſter iuſsiſſe legeretur offerri. Hic ego E
de vero ſacrificio latius fortaſſe diſſerens, demonſtra-
rem id non deberi,niſi vni vero deo, quod ei vnus ve-
rus ſacerdos obtulit,mediator dei & hominum: cuius *1.Timo.2.*
ſacrificij promiſsiuas figuras in victimis animalium ce-
lebrari oportebat,propter cōmendationem futuræ car-
nis & ſanguinis:per quam vnam victimam fieret remiſ-
ſio peccatorū de carne & ſanguine contractorum,quæ *1.Cor.15.*
regnum dei nō poſsidebunt: quia eadem ſubſtātia cor- *1.Retrac.*
poris in cœleſtem cōmutabitur qualitatem: quod ignis *cap.16.*
in ſacrificio ſignificabat, velut abſorbēs mortem in vi-
ctoriam. In eo autem populo hęc rite celebrata ſunt,cu-
ius & regnum & ſacerdotium prophetia erat vēturi re-
gis & ſacerdotis, ad regendos & conſecrandos fideles
in omnibus gentibus,& introducendos in regnum cœ-
lorum,& ſacrarium angelorum ad vitam ęternam. Hu
ius itaque veri ſacrificij ſicut religioſa prædicamenta
Hebræi celebrauerunt, ita ſacrilega imitamenta Paga-
ni:quoniam quæ immolant gentes, ait Apoſtolus, dæ- *1.Cor.10.*
moniis immolant, non deo. Antiqua enim res eſt præ-
nunciatiua immolatio ſanguinis, futuram paſsionem
mediatoris ab initio generis humani teſtificans. Hanc *Gene.4.*
enim primus Abel obtuliſſe in ſacris literis inuenitur. F
Non igitur mirum eſt,ſi pręuaricatores angeli,quorum
duo maxima vicia ſunt, ſuperbia atque fallacia, per hūc
aërem volitantes, quod vni vero deo deberi nouerant,
hoc ſibi à ſuis cultoribus exegerunt, à quibus dij putari
voluerunt,dante ſibi locū vanitate cordis humani:ma- *Sapien.14.*
xime cum ex deſiderio mortuorū conſtituerentur ima-
gines,vnde ſimulachrorum vſus exortus eſt: & maiore
adulatione diuini honores deferrētur,tanquam in cœ-
lum receptis, pro quibus ſe in terris dæmonia colenda
ſupponerent,& ſibi ſacrificari à deceptis & perditis fla-
gitarent. Sacrificium ergo nō ſolum cum iuſte imperat
verus deus,ſed etiam cum ſuperbe exigit falſus deus,ſa-
tis oſtendit cui debeatur. Hæc illi Pagano ſi eſſet diffi-
cilior ad credendum, etiam ipſa prophetia perſuade-
rem, in qua tam longe ante conſcripta ſunt, quæ nunc
impleta monſtrarem. Quòd ſi & hanc cōtemneret, hoc
quoque agnoſcerem potius,quàm mirarer:quandoqui-
dem non omnes fuiſſe credituros, in eiuſdem prophe-
tiæ veritatem recolerem. Si autem zelantem Chri- *Ca.XVIII.*
ſtum vel deum ex vtroque teſtamento mihi obiiceret,
atque ipſum verbum exagitaret, nihil aliud quàm ſe

G omnium literarum vel expertẽ vel negligentem oſten-
deret. Cum enim docti eorum diſcernãt inter volunta-
tem & cupiditatem, gaudiũ & lætíciam, cautionem &
metum, clementiam & miſericordiam, prudentiam, &
aſtutiam, fiduciam & audaciam: & multa in hunc mo-
*aliàs dictis. dum, ita vt in his diuinis * † verbis ea quæ priora poſui
†binis. virtutibus, quę autem poſteriora viciis apponant: pleni
ſunt tamen libri eorũ abuſione iſtorũ nominum, cum
quæ proprie vicia ſignificant, etiã virtutes ſic appellan-
tur: cũ vel cupiditas pro voluntate, vel lætícia pro gau-
dio, vel metus pro cautione, vel miſericordia pro cle-
mentia, vel aſtutia pro prudentia, vel audacia pro fidu-
cia ponitur. Et quis omnia cõmemorare valeat, quæ ad
ſimilem licentiam mos locutionis vſurpat? Huc acce-
dit etiam ſingularum quarũq; linguarum ſua quædam
proprietas: nam in eccleſiaſticis literis nuſquam miſeri-
cordiam in vituperationem poſitã recolo. Cui rei ſer-
πόνος. monis etiam quotidiani conſuetudo concordat. Græci
duas res vicinas quidem, ſed tamen diſtinctas, vno no-
mine appellant, laborẽ & dolorem, nos eas ſingulis no-
minibus enunciamus: ſicut à nobis vno nomine appel-
latur vita, ſiue ſecũdũ quam dicimus, viuit, quod exani-
H me nõ eſt: ſiue ſecũdũ quam dicimus, bonæ vitæ homo
ζωὴ. eſt: Græci autẽ iſta duo, duobus quoq; vocabulis ſignifi-
βίος. cant. Vnde fieri poteſt, vt excepta verborum abuſione,
quæ in omnibus linguis late patet, aliqua etiam Hebrçæ
linguæ proprietate zelus in vtroqoe ponatur: ſiue cum
coniugis adulterio turbatus animus contabeſcit, quod
in deum cadere non poteſt: ſiue cum ſeruandæ pudici-
ciæ coniugalis cuſtodia diligẽs adhibetur, quod deum
facere, cum plebem ſuam tanquam coniugem alloqui-
tur, quã per multos falſos deos fornicari non vult, non
ſolum ſine dubitatione, verumetiam cum gratiarum a-
ctione nobis vtile eſt confiteri. Hoc & de ira dei dixe-
rim. Neqoe enim perturbatur deus, cum infert iram, ſed
ira pro vindicta ponitur: ſiue abuſione, ſiue aliqua præ-
Cap. XIX. cedentis linguæ proprietate. De interfectis autem
hominum milibus non miraretur, ſi dei iudicium non
negaret: quod neque Pagani negant, qui dei prouiden-
tia iſtam vniuerſitatem regi & adminiſtrari à ſummis
vſque ad ima cõcedũt. Quod ſi & hoc negaret, vel ſuo-
rum authoritate facilius, vel aliquanto diutius certarum
rationum diſputatione conuinceretur: vel tanquam ni-
I mium durus & ſtolidus, ipſe, quod eſſe nõ crederet, di-
uino iudicio relinqueretur. Leuia porrò, ſiue nulla cõ-
miſſa, propter quæ deus interfecerit homines, ſi expreſ-
ſe commemoraret, oſtenderemus nec nulla eſſe, nec le-
Matth. 22. uia: velut quod exempli gratia poſuimus de veſte nup-
tiali, demonſtraremus quantum eſſet nefas ſacras nup-
tias adire, quærentem ibi gloriam, nõ ſponſi, ſed ſuam:
vel ſi quid forte aliud illa veſtis meliore intellectu ſi-
Lucæ. 19. gnificare inueniretur: aut quòd ante oculos regis inter-
ficiuntur, qui eum ſibi regnare noluerunt, nõ in longo
forte ſermone noſtro appareret, non quemadmodum
nulla culpa eſt hominis, ſi nollet ſibi regnare quẽquam
hominem, ita nullam vel paruam eſſe culpam eum ſibi
nolle regnare, in cuius ſoli⁹ regno recte, beate, ſemperq;
Ca. XX. viuitur. Iam illud vltimum, quod Fauſtus poſuit, in-
ſidians veteribus libris, tanquam vituperantibus deum,
quòd minetur gladium, quo nemini parcat, nec iuſto,
nec peccatori: cum Pagano exponeretur quo modo ac-
cipiendum ſit, fortaſsis nec nouo nec veteri teſtamẽto
reſiſteret, eiq; placeret ſimilitudo Euangelica, quæ iſtis,
qui ſe Chriſtianos haberi volunt, aut non apparet vt cç-
Ioan. 15. cis, aut diſplicet vt peruerſis. Summus quippe ille vitis
agricola aliter parat falcem ſarmentis fructuoſis, aliter K
infructuoſis: tamen nõ parcit nec probis nec reprobis:
illis purgandis, illis amputãdis. Nullus enim hominum
eſt tanta iuſticia præditus, cui non ſit neceſſaria tẽtatio
tribulationis, vel ad perficiendam, vel ad confirman-
dam, vel ad probãdam virtutem: niſi forte nec Paulum
iſti Apoſtolũ inter iuſtos numerant: qui quanuis humi-
liter & veraciter ſua præterita peccata fateatur, tamẽ ſe
ex fide Ieſu Chriſti iuſtificatum, gratia agit. An vero illi 1. Timo. 1.
parcebat ille, quem vani non intelligunt dicentẽ, Non
parcam, nec iuſto, nec peccatori? Audiant ergo ipſum, 2. Cor. 12.
Et ne magnitudine, inquit, reuelationum extollar, da-
tus eſt mihi ſtimulus carnis, angelus Satanæ, qui me co-
laphizet: propter quod ter dominũ rogaui, vt auferret
eum à me: & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea, nã vir-
tus in infirmitate perficitur. Ecce nec iuſto parcebat, vt
eius virtutẽ in infirmitate perficeret, qui ei dederat co-
laphizantem angelũ Satanæ, niſi dicitis quòd eum dia-
bolus dederit. Diabolus ergo agebat, ne magnitudine
reuelationum Paulus extolleretur, & vt virtus eius per-
ficeretur. Quis hoc dixerit? Ab illo igitur traditus erat
iuſtus colaphizãdus angelo Satanæ, qui per eum trade- 1. Tim. 1.
bat & iniuſtos ipſi Satanæ. De quibus idem dicit, Quos L
tradidi Satanæ, vt diſcant nõ blaſphemare. Iámne in-
telligitis quo modo ille deſuper non parcat nec iuſto
nec peccatori? An quia illic gladius nominatus eſt, am-
plius exhorreſcitis? Aliud eſt enim colaphizari, aliud
occidi, quaſi vero nõ diuerſis mortium generibus pro-
ſtrata ſint martyrum milia: aut hoc reuera perſecutores
in poteſtate haberent, niſi eis deſuper data eſſet ab illo,
qui dixit, Non parcam nec iuſto nec peccatori: cum ip- Roma. 8.
ſe dominus martyrum, qui filio proprio non pepercit,
apertiſsime Pilato dicat, Nõ haberes in me poteſtatem, Ioan. 19.
niſi data tibi eſſet deſuper. Has preſſuras perſecutionẽſ-
qoe iuſtorũ, dicit idem Paulus, exemplum eſſe iuſti iu- 2. Theſſ. 1.
dicij dei. Quæ ſentẽtia latius ab Apoſtolo Petro mani-
feſtatur, ſicut ſupra commemoraui, vbi ait, tempus eſſe,
vt iudicium incipiat à domo domini: Et ſi initium, in- 1. Petr. 4.
quit, à nobis, qualis finis erit eis, qui nõ credũt dei Euã-
gelio? Et ſi iuſtus vix ſaluus erit, peccator & impius vbi
parebunt? Hinc enim intelligitur, quo modo non par- Ioan. 15.
catur impiis, tanquam ſarmẽtis præciſis ad combuſtio-
nem: quando iuſtis non parcitur propter perficiendam
purgationem. Nã & ipſe Petrus teſtatur hæc illius vo- M
luntate fieri, qui in libris veteribus ait, Non parcam, nec
iuſto, nec peccatori. Dicit enim & ipſe, Melius eſt bene- 1. Petr. 3.
facientes, ſi velit ſpiritus dei, pati, quàm maleſacientes.
Cum ergo ex voluntate ſpiritus dei patiuntur benefa-
cientes, non parcitur iuſtis: cum autem malefacientes,
non parcitur peccatoribus: ſecundum illius tamen vo-
luntatem fit vtrunque, qui ait, Non parcam, nec iuſto,
nec peccatori: illum flagellãdo vt filium, illum punien-
do vt impium. Ecce oſtendi quãtum potui, nos non Cap. XXI.
colere verſatum ex æterno in tenebris deum, ſed eum
qui lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ, atque in ſe- 1. Ioan. 1.
ipſo habitat lucem inacceſsibilem, cuius lucis æternæ 1. Tim. 6.
candor eſt coæterna ſapientia. Nec lucis inopinatę ad- Sapien. 7.
miratorem, ſed lucis factæ creatorem, vt ſubſiſteret: ap-
probatorem, vt maneret, Nec ignarum futuri, ſed man-
datorem præcepti, & damnatorem delicti: vt aduerſus
inobediẽtiam iuſte prolata vindicta præſentes coërce-
ret, futuroſq; terreret: Nec improuidum neſciẽdo quæ-
rentem, ſed interrogando iudicãtem. Nec inuidum ac
timentem, ſed ab ęterna vita, quę iuſte obedienti datur,
præuaricatorem iuſte prohibentem. Nec ſanguinis &
adipis

A adipis appetentem, ſed carnali populo congruis ſacrifi-
ciis impoſitis, per quaſdam figuras verum ſacrificium
promittentem. Nec liuida perturbatione, ſed tranquil-
la bonitate zelantem, ne vni deo debens anima caſtita-
tem, per multos falſos corrupta & proſtituta turpetur.
Nec ita, velut humana turbide ſæuientem, ſed alia diui-
na, ſeuera, iuſta retribuentem, quæ nõ propter vlciſcen-
di libidinem, ſed propter iudicandi vigorem certo vſu
locutionis ira nominatur. Nec ob leuia vel nulla com-
miſſa hominum milia perimẽtem, ſed æquiſsimo exa-
mine per temporales mortalium mortes vtilitatem ti-
† delect*u*. moris ſui populis imponentem. Nec ſine vllo delicto†
cæca confuſione iuſtos peccatoreſq; punientem, ſed in-
ſtis ſalubrem correptionem propter perfectionem, pec
cantibus autem debitã ſeueritatem propter æquitatem
diſtribuentem. Vnde vos apparet Manichei ſuſpicioni-
bus veſtris eſſe deceptos, cum male intelligẽdo ſcriptu-
ras noſtras, vel malos intellectores experiendo falſa de
catholicis creditis: ac ſic relicta ſana doctrina, conuerſi
ad ſacrilegas fabulas, nimiumq; peruerſi & alienati à ſo
cietate ſanctorum, nec ex nouo teſtamẽto corrigi vul-
tis, vnde talia proferimus, qualia in veteri arguitis. Vn-
B de fit, vt aduerſus vos, ſicut aduerſus Paganos vtrunque
Cap. XXII. teſtamentum defendere compellamur. Sed facite
aliquem prorſus carnaliter ita deſipiẽtem, vt deum co-
lat: non qualem colimus, qui vnus & verus eſt, ſed qua-
lem nos colere dicitis, qui veſtris vel calũniis vel ſuſpi-
cionib⁹ fictus eſt: nonne etiam iſte meliorẽ colit quàm
vos: Quæſo enim aduertite & qualeſcũque oculos ape-
rite: neque enim opus eſt magno acumine ingenij, vt
hoc quod dicam, perſpici poſsit: omnes prudentes im-
prudenteſq; appello, audite, aduertite, iudicate. Quanto
enim melius deus veſter ex æternitate verſatus eſſet in
tenebris, quàm coæternam ſibi & cognatam lucẽ mer-
ſiſſet in tenebras? Quanto melius exortam ſibi nouam
lucem ad fugãdas tenebras miratus laudaret, quàm ir-
ruentes ſibi veteres tenebras, niſi ſua luce contenebrata,
euitare non poſſet? Infœlix, ſi perturbatus: crudelis, ſi ſe-
curus hoc fecit. Melius enim certe à ſe factã lucem vi-
deret, & miraretur bonam, quàm à ſe genitam faceret
malam: quæ ſic ab eo repulit tenebras inimicas, vt ei fie-
ret inimica. Hoc enim culpæ imputabitur damnandis
in globo illis reliquiis, ꝙ errare ſe à priore lucida ſua na
C tura paſſę ſunt, & inimicę lumini ſancto extiterũt: quod
antequam eis accideret ex æternitate, ſi neſciebant hoc
ſibi futurum, æternas ignorãtiæ tenebras: ſi autem ſcie-
bant, æternas timoris tenebras patiebantur. Ecce vere
pars & ſubſtantia dei veſtri, in ſuis tenebris ex ęternita-
te verſata eſt: nec poſtea lucem nouam mirata eſt, ſed
alias tenebras alienas, quas ſemper timebat, incurrit.
Porrò ipſe deus, cuius illa pars erat, ſi eidem parti ſuę fu
turum tantum malum timebat, etiam ipſum occupaue-
rant timoris tenebræ: ſi autem hoc futurum neſciebat,
De natura ignorantiæ tenebris cæcabatur. Si autem hoc parti ſuæ
boni.ca.18. futurum ſciebat, & non timebat, peiores ſunt tenebræ
tantæ crudelitatis, quàm vel ignorãtiæ vel timoris. Ne-
que enim habebat deus veſter, quod in ipſa carne, quam
non à deo, ſed ab Hyle factam dementiſsime creditis,
1.Cor.12. ſic laudat Apoſtolus, Si patitur vnum membrum, com-
patiuntur omnia membra. Sed non accuſamus: prę ſcie-
bat, timebat, dolebat, ſed quid faceret nõ habebat. In his
ergo ſuæ miſerię tenebris ex æternitate verſatus eſt: nec
poſtea nouam lucem, quæ ab illo tenebras fugaret, mi-
ratus eſt, ſed alias tenebras, quas ſemper timuit, magno
malo ſuæ lucis expertus eſt. Quanto melius, non dicam
præceptum daret ſicut deus, ſed præceptũ acciperet ſi- D
cut homo: quod bono ſuo cuſtodiret, malo ſuo cõtem-
neret, in vtroque tamen motu animi libera voluntate
vteretur, potius quàm contra voluntatem ad contene-
brandam lucem ſuam, ineuitabili neceſsitate premere-
tur. Nam illud multo vtique melius eſſet, vt pręceptum
daret humanæ naturæ, quam peccaturam eſſe neſciret,
quàm naturam ſuam diuinam neceſsitate preſſus, pec-
care compelleret. Euigilate, & dicite nobis, quo modo
vincit tenebras, quem vincit neceſsitas? Hæc iam erat
apud illum hoſtis maior, à qua victus & iuſſus cum mi-
nore pugnauit. Quanto melius neſciret, quo ab eius fa-
cie fugiſſet Adam, quàm ipſe primo à facie duræ ac di-
ræ neceſsitatis, & poſtea à facie diuerſæ atque aduerſæ
gẽtis quò fugeret nõ haberet. Quãto melius naturę hu-
manæ inuideret vitam beatam, quàm naturã diuinam
daret in miſeriam: deſideraret ſanguinem & adipẽ ſa-
crificiorum potius, quàm ipſe toties etiã idolis macta-
retur, mixtus adipi & ſanguini omnium victimarum:
perturbaretur zelo, ſi illa ſacrificia & diis aliis offerren-
tur potius, quàm ipſe ligatus, nõ ſolum in omnibus fru-
gibus, verumetiam in omnibus carnibus, per omnes a- E
ras, omnibus dæmonibus offerretur. Quãto melius vel
humana indignatione commotus ac turbidus, peccan-
tibus & ſuis & alienis iraſceretur, quàm ipſe non ſolum
in omnibus iraſcentibus, ſed etiam in omnibus timen-
tibus turbaretur: in peccantibus omnibus coinquinare-
tur: in damnatis omnibus puniretur: vbique ligatus ex
illa ſua parte, quã ad tale dedecus innocentem ipſe dã-
nauit, vt per illam vinceret, quod timebat: etiã ipſe ſub
tam exitioſa neceſsitate damnatus, vt ei damnata pars
eius poſsit ignoſcere, ſi cum iam miſer ſit, vel humilis
eſſet. Nunc autem quis ferat reprehendi à vobis deum
iraſcentem ſuis alieniſq; peccantibus, cum deus, quem
fingitis, mẽbra ſua, quę coactus coëgit ire in fauces pec-
cati, poſtea damnet in globo? Quod quidem cũ faciet,
vt dicitis, iram non habebit. Sed miror, ſi frõtem habe-
bit inferendo in eos quaſi vindictam, à quibus petere
deberet veniam, & dicere, Obſecro ignoſcite, membra
mea eſtis. Quando ego in vos iſtud, niſi victus neceſsi-
tate facere poſsim? Scitis & vos, quòd tunc, quãdo vos
huc miſi, horrendus hoſtis eruperat: quòd autem nunc
vos hic illigo, timeo ne rurſus irrumpat. Iã certe etiam F
illud fatemini, multo melius eſſe hominũ milia ob nul-
lam vel leuẽ culpam tẽporali morte interficere, quàm
membra ſua, id eſt, membra dei, ſubſtantiam dei, & pla-
nẽ deũ, & in peccati voraginem tradere, & pœnæ ſem-
piternæ colligatione damnare. Si enim eſſet illis mem-
bris peccandi vel nõ peccandi liberum arbitriũ, quan-
quam de ſubſtãtia dei, quæ vere ſubſtantia dei eſt, ac per
hoc omnino incõmutabilis, quemadmodum hoc di-
catur, non inuenitur. Deus enim omnino peccare non *2.Timo.2.*
poteſt, ſicut negare ſeipſum nõ poteſt: homo autem po-
teſt peccare, & deum negare: ſed ſi nolit, nõ facit: Si er-
go iſtis membris dei veſtri velut animæ humanæ ac ra-
tionali, eſſet, vt dixi, peccãdi vel non peccandi liberum
voluntatis arbitrium, recte fortaſſe pro grauibus crimi-
nibus in illo globo ſupplicio plecterentur: nunc autem
libertatem voluntatis illas particulas habuiſſe, dicere
non poteſtis, quam totus deus ipſe non habuit: quia ſi
eas non mitteret in peccatum, totus à tenebrarum gen-
te peruaſus, peccare cogeretur: quò ſi cogi non poſſet,
peccauit, cum eò ſe miſit, vbi cogi poſſet: & ideo magis
ipſe illo velut parricidali culeo dignus, qui hoc fecit
libero imperio, quàm illæ, quæ obtẽperando illuc ierũt,
vbi

G vbi recte viuendi arbitrium liberum perdiderũt. Si au-
tem ad peccandum & ipſe inuaſus atque poſſeſſus cogi
poſſet, niſi per ſuæ partis primò flagitium, deinde ſup-
pliciũ ſibi prouidiſſet, nullaq; fuit in deo veſtro, nec in
eius partibus libera voluntas: non ſe fingat iudicem, ſed
agnoſcat reum: non quia paſſus eſt quod nolebat, ſed
quia ſe ſimulat iuſta retribuere, damnãdo eos, quos no-
uit malum paſſos eſſe potius, quàm feciſſe: quod ad hoc
tantũ ſimulat, ne victus inueniatur: quaſi aliquid proſit
alicui miſero, ſi fœlix aut fortunatus vocetur. Nẽpe iam
& hoc melius erat, vt deus veſter ſine vllo æquitatis
examine hominibus, nec iuſtis nec peccatoribus parce-
ret: quod in reprehenſione dei noſtri Fauſtus nihil in-
telligens vltimum poſuit: quàm in membra ſua ſic ſæ-
uiret, vt parũ ſit quod ea inexpiabiliter venenanda ho-
ſtibus obtulit, niſi etiam falſo crimine iniquitatis accu-
ſet. Quæ ideo merito dicit pẽdere tam immane ac ſine
fine ſuppliciũ, quod errare ſe à priore ſua lucida natura
paſſa ſunt, & inimica lumini ſancto extiterunt: vnde,
niſi quia, vt ipſe dicit, ita erant inuiſcerata primę auidi-
tati principum tenebrarum, vt originem ſuam recole-
H re, ſeq; ab hoſtili natura diſcernere non valerent. Ergo
animæ huiuſmodi nihil mali ipſæ fecerunt, ſed inno-
centes tantum malum perpeſſæ ſunt, quo faciente, niſi
illo primitus, qui vt à ſe in tantum malum procederẽt,
imperauit? Peiorem ergo expertæ ſunt patrẽ, quàm ho-
ſtem. Pater enim eas ad tantum malum miſit: hoſtis au-
tem tanquam bonum appetiuit, cupiens perfrui, nõ no-
cere. Ille ſciens nocuit, ille neſciens. Sed deus infirmus
atque inops, aliter ſibi conſulere non valebat, prius ad-
uerſus hoſtẽ improbum, & poſt aduerſus incluſum. Sal-
tem ergo non accuſet eas, quarum obedientia tutus eſt,
quarum morte ſecurus eſt. Si enim coactus eſt præliari,
nunquid & calumniari? Nam quando ſe errare à priore
ſua lucida natura paſſæ ſunt, & inimicæ lumini ſancto
extiterunt, ad hoc vtique ab hoſte coactæ ſunt, cui ſi re-
ſiſtere non valuerunt, innocentes damnantur: ſi autem
valuerunt, nec voluerunt, quid adhuc tam fabuloſe in-
ducitis naturam mali, cum à propriora volũtate ſit ori-
go peccati? Hoc enim certe ſua culpa, non vi aliena fe-
cerũt, quòd cum poſſent malo reſiſtere, noluerũt: quod
enim ſi facerent, bene facerent: ſi autem non facerent,
grauiter immaniterq; peccarent: ſi potuerunt & non fe-
I cerunt, vtique noluerunt: ſi ergo noluerunt, voluntatis
crimen eſt, non neceſsitatis. A voluntate igitur initium
peccati: vnde autem initium peccati, inde initium ma-
li, vel faciendi contra iuſtum præceptum, vel patiendi
ſecũdum iuſtum iudicium. Proinde nulla cauſa eſt, cur
quęrentes vnde ſit malũ, irrueritis in huius erroris tam
magnum malum, vt naturam tot bonis abundantem,
naturam mali diceretis, & in natura ſummi boni ante
commixtionem naturæ mali horrendum neceſsitatis
malum poneretis. Et huius enim erroris veſtri cauſa ſu-
perbia eſt, quam non habebitis, ſi nolitis: ſed vos dum
vultis illud quò irruiſtis, quoquo modo defendere, au-
fertis originem peccati à voluntatis arbitrio, & ponitis
in vana & falſa fabula naturam mali: ac per hoc reſtat,
vt dicatis etiam illas animas in horribili globo æterna
colligatione damnandas, non voluntate, ſed neceſsi-
tate inimicas lumini ſancto extitiſſe: talemq; deum ve-
ſtrum iudicem conſtituatis, apud quem nihil prodeſſe
poſsitis eis, quarum cauſam demõſtrata neceſsitate de-
fenditis: & talem regem, à quo fratribus veſtris, filiis &
membris illius, quorum inimicicias aduerſus vos & ip-
ſum, non voluntate, ſed neceſsitate extitiſſe perhibetis,
nec indulgentiã impetrare valeatis. O immaniſsimam K
crudelitatem, niſi quod cõuertitis vos ad ipſius defen-
ſionem, vt eum quoque iſta quòd neceſsitate faciat ex-
cuſetis. Si ergo poſsitis inuenire alterũ iudicem, qui li-
ber vinculo neceſsitatis, moderator exiſteret æquitatis,
iſtũ certe in illo globo non forinſecus figeret, ſed cum
ipſo terribili hoſte intus includeret. Cur enim non iu-
ſte prior ſit ad pœnã damnationis, qui prior eſt ad cri-
men neceſsitatis? Quanto ergo melius eligeretis deum
in comparatione peioris, nõ qualem colimus, ſed qua-
lẽ nos colere vel fingitis vel putatis, qui ſine vllo æqui-
tatis examine, ſine vlla diſtinctione damnationis & di-
ſciplinæ, nõ parceret in ſeruis ſuis nec iuſto nec pecca-
tori: potius quàm non parceret membris ſuis vel inno-
centibus, ſi neceſsitas crimen non eſt: vel illi obtempe-
rando factis nocẽtibus, ſi & neceſsitas crimen eſt: vt ab
illo in æternũ damnarẽtur, cum quo vel ſimul abſolui,
ſi poſt victoriam reſpiraret libertas: vel ſimul damnari
debuerunt, ſi & poſt victoriam tantum ſaltem valeret
neceſsitas, vt aliquid valeret & æquitas. Sicut autẽ deũ,
nõ illum verum & ſummum quem colimus, ſed alium
neſcio quem falſum confingitis, quem nos colere vel L
arbitramini vel calumniamini, qui tamen etiam ipſe
multo eſt melior deo veſtro: ambo enim non ſunt, & à
vobis ambo finguntur: ſed meliorẽ fingitis eum, quem
tanquam noſtrum accuſatis, quàm eum quem veſtrum
adoratis. Sic & Patriarchas & Prophetas non tales *Ca. XXIII.*
vituperatis, quales honorantur à nobis, ſed quales libris
noſtris non intellectis, maleuola vanitate finxiſtis: quos
tamen etiam ipſos quales fuiſſe ſuſpicamini, parum eſt
ſi dicam veſtris electis omnia Manichæi mandata ſer-
uantibus, niſi etiam oſtendam ipſo deo veſtro eſſe me-
liores: quod non aggrediar demonſtrare, niſi prius ſan-
ctos patres noſtros Patriarchas & Prophetas à crimi-
nationibus veſtris adiuuãte me domino aduerſum cor-
da carnalia perſpicua oratione defendero. Et vobis
quidem Manichæi ſic reſpõdere ſufficeret, vt etiã vicia
quæ putatis noſtrorum, laudibus veſtrorũ præponenda
doceremus, addentes ad cumulum cõfuſionis veſtrę, vt
etiam deus veſter longe peior inueniretur hominibus,
quales noſtros patres fuiſſe iactatis. Sic ergo, vt dixi, vo
bis reſpondere ſufficeret: ſed quoniam nonnulli etiam
præter veſtra vaniloquia ſua ſponte commouentur, vi-
tam Propherarum in veteri teſtamento comparantes M
vitæ Apoſtolorum in nouo teſtamento, nec valẽtes di-
ſcernere cõſuetudinem temporis illius, quo promiſsio
velabatur, à conſuetudine temporis iſtius, quo promiſ-
ſio reuelatur: eis magis reſpondere compellor, qui vel
temperantiam ſuam audent pręferre Prophetis, vel ne-
quiciæ ſuæ quærunt patrocinia de Prophetis. Qua *Ca. XXIIII*
in re hoc primum dico, illorum hominum non tantum
linguam, verumetiam vitam fuiſſe propheticã: totumq;
illud regnum gentis Hebræorum magnum quendam,
quia & magni cuiuſdam fuiſſe Prophetam. Quocirca
quod ad eos quidem attinet, qui illic erant eruditi cor-
de in ſapientia dei, non ſolum in iis quæ dicebant, ſed
etiam in iis quæ faciebant: quod autem ad cæteros ac ſi-
mul omnes illius gentis homines, in iis quæ in illis, vel
de illis diuinitus fiebant: prophetia venturi Chriſti &
eccleſiæ perſcrutanda eſt: Omnia enim illa, ſicut dicit *1.Cor.10.*
Apoſtolus, figuræ noſtræ fuerunt. Sic autem iſti in *Cap. XXV.*
quibuſdam factis, à quorum altitudine longe ſunt, re-
prehendunt tanquã libidinem Prophetarum: ſicut nõ-
nulli etiam ſacrilegi Paganorũ reprehẽdunt tanquam
ſtulticiam vel potius tanquam dementiam Chriſti, quia
tempore

A tempore anni non congruo poma quæſiuit in arbore,
Marci.11. aut pueriles cuiuſdam fatuitatis affectum, quòd inclina-
Ioan.8. to capite digito ſcribebat in terra: & cùm hominibus
interrogantibus reſpondiſſet, rurſus hoc facere cœpit.
Nihil enim ſapiunt, nec intelligunt in magnis animis
quaſdã virtutes viciis paruorum animorũ eſſe ſimilli-
mas: nõnulla ſpecie, ſed nulla æquitatis comparatione.
Similes autẽ ſũt qui in magnis iſta reprehẽdunt, pue-
ris imperitis in ſchola: qui cum pro magno didicerint,
nomini numeri ſingularis verbũ numeri ſingularis eſſe
reddendum, reprehendũt Latinæ linguæ doctiſſimum
Aeneid.1. authorẽ, quia dixit, Pars in fruſta ſecant. Debuit enim,
inquiunt, dicere, ſecat. Et quia norunt religionem dici,
culpant eum, quia geminata litera dixit, relligione pa-
trum. Vnde nõ abſurde fortaſſe dicatur in genere ſuo,
quantum diſtant ſchemata & metaplaſmi doctorum à
ſolœciſmis & barbariſmis imperitorum, tantum diſta-
re figurata facta Prophetarũ à libidinoſis peccatis ini-
quorum: ac per hoc ſicut puer in barbariſmo reprehen-
ſus, ſi de Virgilij metaplaſmo ſe vellet defendere, feru-
lis cæderetur: ita quiſquis cum ancilla ſuæ coniugis vo-
lutatus, Abrahæ factum, quòd de Agar prolẽ genuerit,
B in exemplum defenſionis aſſumpſerit: vtinam non pla-
nè ferulis, ſed vel fuſtibus coërcitus emendetur, ne cum
cæteris adulteris æterno ſupplicio puniatur. Minime
quidem illæ res, iſtæ autem magnæ ſunt: nec ad hoc in-
de ducta ſimilitudo eſt, vt ſchema ſacramento, & ſolœ-
ciſmus adulterio coæquetur: veruntamen proportione
ſui cuiuſque generis, quod in illis locutionum quibuſ-
dam virtutibus, ſeu viciis peritia, vel imperitia: hoc in
his morum, quamuis longe in diuerſo genere virtutibus
Ca. XXVI. ſeu viciis ſapientia vel inſipientia valet. Quaprop-
ter ne in quæque laudanda vel vituperanda, accuſanda
vel defendenda, coërcenda vel relaxanda, damnanda
vel abſoluenda, appetenda vel vitanda, temere irrua-
mus, in quibus omnibus peccata ſeu recte facta verſan-
tur: prius quid ſit peccatum conſiderare debemus, tunc
deinde inſpicere facta ſanctorum, libris conſcripta di-
uinis: vt ſi qua & ipſorũ peccata inuenerimus, ob quam
vtilitatem ſint etiam ipſa condita literis, memoriæque
mandata, diligenti quaotum poſſumus ratione videa-
mus: Quæ autẽ repererimus ſtultis ſeu maleuolis videri
peccata eſſe quę non ſunt, nec tamen in eis eminent ali-
C qua exempla virtutũ, hæc quoque intueamur, quam ob
cauſam illis inſerta ſint literis, quas ad vtilitatem vitæ
præſentis regendę, & futuræ adipiſcendæ conditas ſa-
lubriter credimus. Porrò autẽ quæcunque in factis ſan-
ctorum elucent, documenta iuſticię, nullus vel imperi-
torũ dubitat debuiſſe cõſcribi. De illis ergo poteſt eſſe
quæſtio, quæ vel inaniter ſcripta videri poſſunt, ſi nec
recte facta apparent, nec peccata ſunt: vel etiam perni-
cioſe, ſi peccata eſſe conuincuntur: ne valeant ad imita-
tionem, ſiue in ipſis libris reprehenſa non ſint, & ideo
putari etiam poſſint non eſſe peccata: ſiue illic quoque
reprehenſa ſint, ſub facili ſpe venię committantur, quia
Ca. XXVII & in ſanctis inuenta ſunt. Ergo peccatũ eſt, factum
2. ſen. diſt. vel dictum vel concupitum aliquid contra ęternam le-
35. cap.1. gem. Lex vero æterna eſt, ratio diuina vel voluntas dei,
ordinem naturalem conſeruari iubens, perturbari ve-
tans. Quiſnam igitur ſit in homine naturalis ordo, quę-
rendum eſt. Conſtat enim homo ex anima & corpore.
Sed hoc & pecus. Nulli autẽ dubium eſt, animam cor-
pori naturali ordine præponendam. Verum animę ho-
minis ineſt ratio, quæ pecori non ineſt. Proinde ſicut
anima corpori, ita ipſius animę ratio cæteris eius parti-
bus, quas habẽt & beſtię, naturæ lege proponitur: in qua D
ipſa ratione, quæ partim contemplatiua eſt, partim acti-
ua, proculdubio contemplatio pręcellit. In hac enim &
imago dei eſt, qua per fidem ad ſpeciem reformamur. *Colo.3.*
Actio itaque rationalis contemplationi [rationali] de-
bet obedire: ſiue per fidem operanti, ſicuti eſt, quandiu
peregrinamur à domino: ſiue per ſpeciẽ, quod erit, cum *2.Cor.5.*
ſimiles ei erimus: quoniam videbimus eum ſicuti eſt, ef- *1.Ioan.3.*
fecti etiã in ſpiritali corpore ex gratia eius æquales an- *Matth.22.*
gelis eius, recepta ſtola prima immortalitatis & incor- *1.Cor.15.*
ruptionis, qua induetur hoc mortale & corruptibile no
ſtrum, vt abſorbeatur mors in victoria, iuſticia perfecta
per gratiam. Quia & ſancti ac ſublimes angeli habent
cõtemplationem & actionem ſuam, id enim ſibi agen-
dum imperant, quod ille quem contemplantur, iubet:
cuius æterno imperio liberaliter, quia ſuauiter, ſeruiunt:
nos vero, quorum corpus mortuum eſt propter pecca- *Roma.8.*
tum, antequam viuificet deus & mortalia corpora no-
ſtra per inhabitãtem ſpiritum eius in nobis, pro modu-
lo infirmitatis noſtræ ſecundum æternam legem, qua
naturalis ordo ſeruatur, iuſte viuimus, ſi viuamus ex fi-
de non ficta, quæ per dilectionem operatur: habẽtes in *Galat.5.*
conſciẽtia bona ſpem repoſitam in cœlis immortalita- E
tis & incorruptionis, & ipſius perficiẽdæ iuſticiæ vſque
ad quandam ineffabiliter ſuauiſſimã ſaturitatem, quam
in iſta peregrinatione oportet eſuriri ac ſitiri, quandiu *2.Cor.5.*
per fidem ambulamus, non per ſpeciem. Quaprop- *Caput*
ter hominis actio ſeruiens fidei ſeruienti deo, refrænat *XXVIII.*
omnes mortales delectationes, & eas coërcet ad natu-
ralem modum, meliora inferioribus ordinata dilectio-
ne pręponens. Si enim nihil delectaret illicitum, nemo
peccaret. Peccat ergo, qui delectationem illiciti relaxat
potius quàm refręnat. Eſt autem illicitum, quod lex illa
prohibet, qua naturalis ordo ſeruatur. Vtrum autem ſit
aliqua rationalis creatura, quam nihil poſſit illicitum
delectare, magna quæſtio eſt. Quod ſi eſt, nõ in eo gene-
re factus eſt homo: nec illa natura angelica, quæ in veri-
tate nõ ſtetit: ſed in eo genere iſta rationalia facta ſunt,
vt ineſſet eis poſſibilitas fręnandi delectationem ab il-
licito, quam non fręnando peccauerunt. Magna eſt ita-
que & humana creatura, quandoquidem per eam poſ-
ſibilitatem inſtauratur: per quã ſi voluiſſet, nec cecidiſ-
ſet. Magnus ergo dominus & laudabilis nimis, qui cõ- *Pſal.59.*
didit eam. Condidit enim & inferiores, quę nõ poſſunt F
peccare: condidit & meliores, quæ nolunt peccare. Be-
ſtialis enim natura non peccat, quia nihil facit contra
æternam legem, cui ſic ſubdita eſt, vt eius particeps eſſe
non poſſit. Rurſus angelica ſublimis natura nõ peccat,
quia ita particeps eſt legis æternæ, vt ſolus eam delectet
deus, cuius voluntati ſine vllo experimento tentationis
obtẽperat. Homo autem, cuius propter peccatum ten- *Iob.7.*
tatio eſt vita ſuper terram, ſubdat ſibi quod habet com-
mune cum beſtiis: ſubdat deo, quod habet cũmune cum
angelis, donec iuſticia & immortalitate perfecta atque
percepta, ab iſtis exaltetur, illis æquetur. Mortales *Cap.XXIX.*
autem delectationes vſque ad reparandam ſeu cuſto-
diendam iſtam mortalem ſalutem, ſiue vniuſcuiuſq; ho
minis, ſiue ipſius humani generis vel excitandæ vel re-
laxandæ ſunt: vltrà ſi prolapſę fuerint, & contra tempe-
rantiæ rationem hominem non ſe regentẽ arripuerint,
libidines erunt profecto illicitæ ac turpes & dignæ do-
loribus emendari. Quòd ſi etiã perturbatum rectorem
in tantam voraginem perditæ conſuetudinis mergant,
vt vel inultas fore credens, confeſſionis & pœnitentiæ
negligat medicinam, qua correctus emergat, vel peiore
morte

G morte cordis contra illam æternam prouidētiæ legem
blaſphemum eis patrocinium defenſionis adhibeat, at-
que ita diem fungatur extremum:non iam emendatio-
ne,ſed damnatione dignum , lex illa irreprehenſibilis
Cap. XXX. cenſet † æterna. Ergo lege conſulta, quæ ordinem
† al. cēſet. naturalem conſeruari iubet,perturbari vetat:videamus
Aeterna er- quid peccauerit: id eſt,quid contra iſtam legem fecerit
go &c. pater Abraham in his, quæ velut magna crimina Fau-
Gene.16. ſtus obiecit. Habendę,inquit, prolis inſana flagrans cu-
Gene.17. pidine, & deo, qui id iam ſibi de Sara coniuge promi-
ſerat,minime credens,cum pellice volutatus ſit. Inſana
vero iſte Fauſtus criminandi cupiditate cęcatus,& hæ-
reſis ſuę nefas prodidit,& Abrahæ concubitum neſciēs
erranſq; laudauit. Sicut enim lex illa æterna: id eſt, vo-
luntas dei creaturarum omnium conditoris,cōſeruan-
do naturali ordini conſulens,non vt ſatiandæ libidini
ſeruiatur, ſed vt ſaluti generis proſpiciatur, ad prolem
tantummodo propagandam, mortalis carnis delecta-
tionem dominatu rationis in concubitu relaxari ſinit:
ſic econtrario peruerſa lex Manichæorum, ne deus eo-
rum, quem ligatum in omnibus ſeminibus plangunt,
H in conceptu fœminæ arctius colligetur, prolē ante om-
nia deuitari à concumbentibus iubet, vt deus eorū tur-
pi lapſu potius effundatur, quàm crudeli nexu vincia-
tur. Non igitur Abraham prolis habendæ inſana cupi-
ditate flagrabat,ſed Manichęus prolis deuitandæ inſa-
na vanitate delirabat. Proinde ille naturę ordinem ſer-
uans,nihil humano cōcubitu agebat, niſi vt homo na-
ſceretur: iſte peruerſitatem fabulæ obſeruans, nihil in
quolibet concubitu timebat, niſi ne deus captiuaretur.

Ca. XXXI. Vbi autem Fauſtus in facto Abrahę velut cōſcien-
tiam culpat vxoris,ibi vero malo quidem animo & in-
tentione vituperādi, ſed tamen neſciēs & nolens vtrū-
De Ciuit. que collaudat. Neque enim conſciētiam ſuam flagitio
dei lib. 14. coniugis miſcuit, quò ille ſuam libidinem turpi & illi-
ca.3. Et li. cita voluptate ſatiaret: ſed etiam illa naturali ordine fi-
16. cap.25. lios volens,ſeq; ſterilem ſciens,ancillaris vteri fœcūdi-
tatem in vſum iuris ſui poteſtate licita vendicauit:non
Cō. 4. ſen. cedens viro concupiſcenti, ſed iubens obediēti. Neque
diſt. 32. ca. hoc inordinata ſuperbia: quis enim neſcit vxorem ma-
Secūdū etiā rito tanquam domino debere ſeruire? Sed quod ad mē-
eſt. bra corporis attinet, quibus ſexus ipſe diſtinguitur, A-
1.Cor.7. poſtolus dicit, Similiter & vir ſui corporis poteſtatem
I non habet,ſed mulier: vt cum in cæteris actibus ad hu-
manam pacem pertinentibus,mulier viro debeat ſerui-
tutem,huius vnius rei,qua ſexus vtriuſque carnali ſorte
diſcernitur,& carnali commixtione concernitur,ſimi-
lem in ſe habeant poteſtatem,vir in vxorem,& vxor in
virum. Prolem igitur, quam de ſe habere Sara non po-
terat,de ancilla habere voluit: ex eo tamen ſemine, ex
† deſidera- quo & de ſe,ſi poſſet,habere debebat. † Nunquā hoc fa-
bat. ceret mulier, ſi in corpore viri carnali concupiſcentia
teneretur: zelaret enim potius pellicem, nō faceret ma-
trem: nunc vero propterea ſic propagandi voluntas pia
fuit, quia concumbendi voluntas libidinoſa non fuit.

Ca. XXXII. Illud ſanè defendi nō poteſt,ſi Abraham,ſicut Fau-
ſtus obiecit,minime credēs deo,qui ſibi iam prolem de
Sara pormiſerat, de Agar ſuſcipere voluit. Sed apertiſ-
Gene.12. & ſime falſum eſt. Nondum hoc promiſerat deus. Recen-
13. ſeant ſcripturæ illius ſuperiora,qui volūt, inuenient ſe-
mini Abraham iam fuiſſe promiſſam terrā, & innume-
rabilis multitudinis abundantiam, nondū tamen fuiſſe
patefactū, quo modo illius ſeminis eſſet futura propa-
gatio, vtrū ex carne Abrahæ, ſi de ſe ipſe generaret, an
ex volūtate,ſi aliquē forte adoptaret. Deinde ſi de car-
ne ipſius,vtrum ex Sara, an ex alia prorſus, nondū ma- K
nifeſtum fuit. Legant, inquam, qui volunt,& inuenient
Fauſtum,aut falli imprudenter,aut fallere impudenter.
Itaque Abraham,cum ſibi videret nō naſci filios, & ta-
men ſemini ſuo factam promiſsionem teneret, primo
de adoptione cogitabat. Hoc indicat, quòd cum deo Gene.15.
loquens,ait de vernaculo ſuo, Hic hęres meus erit: tan-
quam diceret,quia de meipſo mihi ſemen non dediſti,
in iſto comple quod meo ſemini promiſiſti. Si enim ſe-
men cuiuſque nō appellaretur,niſi quod eius carne na-
ſceretur,nec nos appellaret Apoſtolus, Semen Abrahæ, Galat.3.
qui certe originem carnis ab illo nō ducimus, ſed imi-
tatione fidei ſemen eius facti ſumus,credentes in Chri-
ſto,cuius caro ex illius carne propagata eſt. Tunc ergo
Abrahā audiuit à domino, Non hic erit hæres tuus,ſed Gene.15.
qui exibit de vtero tuo, ipſe erit hæres tuus. Iam nunc
adoptionis cogitatione ſublata, cum de ſe ipſo ſemen
ſperaret Abraham,reſtabat incertum,vtrum ex Sara,an
ex alia,quod illi deus occultare voluit, donec prius ex
ancilla vetus teſtamentum figuraretur. Quid ergo mi-
rum,ſi videns Abraham ſterilem vxorem, cupientē ſibi Galat.4.
prolem,quam parere ipſa non potuit, ex famula ſua & L
ex marito prouenire, non ſuæ carnali cupiditati ceſsit,
ſed coniugali poteſtati obtemperauit: credens hoc Sa-
ram ex dei nutu voluiſſe,qui iam ex ſeipſo illi hæredem
promiſerat,ſed ex qua fœmina non prædixerat? Fruſtra
igitur Fauſtus ad obiiciendum hoc crimen inſanus in-
ſiluit, tanquam infidelem Abraham infideliter arguēs.
Cætera enim cæcitate non credendi nec valuit intelli-
gere,hoc autem libidine calūniandi neglexit & legere.

Quod autem iuſtum & fidelem virum matrimonij Caput
ſui infamiſsimum nundinatorem appellās, auariciæ ac XXXIII.
ventris cauſa duobus regibus, Abimelech & Pharaoni, Gene.12. &
diuerſis temporibus Saram coniugem ſuam, ſororem 20.
mentitum, quia erat pulcherrima, in concubitum aſſe-
rit venditaſſe: non ore veridico à turpitudine ſeparat
honeſtatem, ſed ore maledico totum vertit in crimen.
Hoc enim Abrahæ factū lenocinio ſimile videtur, ſed
non valentibus ex illius æternæ legis lumine à peccatis
recte facta diſcernere: quibus & conſtantia pertinacia
videri poteſt,& virtus fiduciæ vicium putatur audacię:
& quæcunque ſimiliter obiiciuntur, quaſi non recte a-
gentibus, à non recte cernentibus. Neque enim Abra-
ham flagitio cōſenſit vxoris, eiuſq; vēdidit adulterium: M
ſed ſicut illa famulam ſuam non libidini mariti permi-
ſit,ſed officio generandi vltro intulit, nequaquam tur-
bato ordine naturali, vbi eius poteſtas erat,iubēs potius
obedienti, quàm cedens concupiſcenti: ſic & ipſe con-
iugem caſtam,& caſto corde ſibi cohærentem,de cuius
animo,vbi pudiciciæ virtus habitabat,nullo modo du-
bitabat,tacuit vxorem,dixit ſororem: ne ſe occiſo,ab a-
lienigenis atque impiis captiua poſſideretur: certus de
deo ſuo,quòd nihil eam turpe ac flagitioſum perpeti ſi-
neret. Nec eum fides ac ſpes fefellit: nam Pharao terri-
tus monſtris, multiſq; propter eam malis afflictus, vbi
eius vxorem diuinitus didicit,illæſam cum honore re-
ſtituit: Abimelech autem ſomnio commonitus atque e-
doctus,ſimiliter fecit. Nonnulli quidem,non calū- Caput
nioſi & maledici,ſicut Fauſtus,ſed eiſdem libris hono- XXXIIII.
rem debitum deferentes, quos iſte vel non intelligen-
do reprehendit,vel reprehendendo nō intelligit: cum In li. quæ-
hoc Abrahæ factum cōſiderarent, viſum eſt eis quòd à ſtionū ſup.
firmitate fidei ſubdefecerit atque titubauerit,& timore Gene. quæ-
mortis,ſicut dominum Petrus, ita iſte negauerit vxorē. ſtio.26.
Quod ſi ita neceſſe eſſet intelligi, peccatum hominis Matth.26.
agnoſcerem:

A agnoſcerē: nec ideo cuncta eius merita deleta atq; obli
terata cenſerem, ſicut nec illius Apoſtoli: quāquam cul-
pa nō ſit æqualis, negare vxorem, & negare Saluatorē.
Nunc vero cum habeā quod intelligam, ne hoc intelli
gam, nulla cauſa cogor temeritate labi ad reprehenden
dum, quē nemo cōuincit timore lapſum fuiſſe ad men-
tiēdum: neq; enim vtrū eius vxor eſſet interrogatus, nō
eſſe reſpondit: ſed cū ab eo quæreretur, quid ei eſſet illa
mulier, indicauit ſororē, non negauit vxorē. Tacuit ali-
Ca.XXXV. quid veri, non dixit aliquid falſi. An vſqueadeo de-
ſipimus, vt hic Fauſtum ſequamur, qui ait ſororē men-
titum, quaſi genus Saræ aliunde didicerit, cum hic ſan-
cta ſcriptura nō aperuerit? Puto iuſtum eſſe, vt in ea re,
quā nouerat Abraham, nos autē non nouimus, Patriar-
chæ potius credamus loquenti quod ſcit, quàm Mani-
chæo criminanti quod neſcit. Cum igitur Abraham eo
tempore viueret in rebus humanis, quo quidē iam fra-
tres ex vtroq; aut ex altero vel altera parente natos, ne-
cti coniugio non licebat, filios autem fratrum, aliósque
longinquiore gradu generis cōſanguineos, nulla lege,
nulla poteſtate prohibita cōſuetudo iungebat: quid mi-
Gene.20. rum ſi ſororem ſuam: id eſt, ex patris ſui ſanguine pro-
De ciuitate creatam habebat vxorem? Nam hoc ipſe reddenti ſibi
dei. lib.16. eam regi, dixit de patre eſſe ſororem, non de matre: vbi
cap.19. certe vt ſororem mentiretur, nullo iam timore cogeba
B tur, quādo ille vxorem eius eſſe didicerat, & eam diui-
nitus territus cum honore reddebat. Fratres autem ſiue
ſorores generali nomine cōſanguineos vel conſangui
neas ſolere apud veteres appellari, ſcriptura teſtatur. Nā
Tobiæ. 6. & Tobias dicit deo cū oraret antequā miſceretur vxo-
& 8. ri, Et nūc domine, tu ſcis quoniā non luxuriæ cauſa ac-
cipio ſororem meam, cum eſſet illa non ex concubitu
eiuſdem patris, nec ex eodem matris vtero, ſed ex eadē
ſtirpe cognationis exorta. Et Loth frater Abrahæ dici-
Ge.13.et.14. tur, cum patruus eius eſſet Abraham: ex qua vi† vocabu
†conſuetu- li etiam fratres domini vocantur in Euangelio, nō vti-
dine. que quos Maria virgo pepererat, ſed ex eius cōſangui-
Matth.12. nitate omnes propinqui. Dicet aliquis, Cur nō po-
Capue tius ita de deo ſuo præſumpſit Abraham, vt fateri non ti
XXXVI. meret vxorem? Nunquid enim deus ab illo mortem nō
poterat repellere quam timebat, eúmque cum coniu-
ge ſua ab omni pernicie in illa peregrinatione tutari, vt
C nec vxor eius, quamuis eſſet pulcherrima, appeteretur
ab aliquo, nec propter illam ipſe necaretur? Poterat ſa-
nè hoc efficere deus: quis ita ſit demens vt hoc neget?
22.quæ.2.c. Sed ſi interrogatus Abraham, illam fœminam indicaſ-
Quæritur. ſet vxorem, duas res tuendas committeret deo, & ſuam
vitam, & coniugis pudiciciam. Pertinet autem ad ſanā
doctrinam, vt quando habet quod faciat homo, non
Deute.6. tentet dominum deum ſuum. Neque enim & ipſe ſal-
Matth.4. uator non poterat tueri diſcipulos ſuos, quibus tamen
Matth.10. ait, Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in a-
Ioan.10. liam. Cuius rei prior exemplum præbuit. Nam cum po-
teſtatem haberet ponendi animam ſuā, nec eam pone-
Matth.2. ret, niſi cum vellet, in Aegyptum tamen infans portan-
Ioan.7. tibus parentibus fugit: & ad diem feſtum non euiden-
ter, ſed latēter aſcendit, cum aliàs palàm loqueretur Iu-
dæis iraſcentibus, & inimiciſſimo animo audientibus,
Ibidem. nec tamen valentibus in eum mittere manus, quia non-
dum venerat hora eius: non cuius horæ neceſſitate co-
geretur mori, ſed cuius horæ opportunitate dignaretur
occidi? Qui ergo palàm docendo & arguendo, & ta-
men inimicorum rabiem valere in ſe aliquid nō ſinen-
do, dei demonſtrabat poteſtatem: idem tamen fugien-
do & latendo hominis inſtruebat infirmitatē, vt deum

tentare non audeat, quando habet quod faciat, vt quod D
cauere oportet, euadat. Neq; enim & Apoſtolus Paulus
deſperauerat adiutorium protectionemq; diuinam, fi- Acto.9.
demq; perdiderat, quādo per murū in ſporta ſubmiſſus 2.Corin.11.
eſt, vt inimicorum manus effugeret. Non ergo in deum
non credendo ſic fugit, ſed deum tentaret, ſi fugere no
luiſſet, cum ſic fugere potuiſſet. Proinde cū inter igno-
tos propter excellentiſſimam pulchritudinem Saræ, &
eius pudicicia & mariti vita eſſet in dubio, nec vtrunq;
tueri poſſet Abraham, veruntamen vnum horum poſ-
ſet: id eſt, vitam, ne deum ſuum tentaret, fecit quod po
tuit: quod autem non potuit, illi commiſit. Qui ergo ſe
hominem occultare non valuit, maritum ſe occultauit,
ne occideretur: vxorem deo credidit, ne pollueretur.
Quanquam ſcrupuloſius diſputari poſſit, vtrum il- Caput
lius mulieris pudicicia violaretur, etiam ſi quiſquā car- XXXVII.
ni eius commixtus foret, cum id in ſe fieri pro mariti
vita, nec illo neſciente, ſed iubente permitteret: nequa-
quam fidem deferens coniugalem, & poteſtatem non
abnuens maritalem: ſicut ille adulter non fuit, quando E
vxoris obtemperans poteſtati, de ancilla prolem gene-
rare conſenſit: ſed propter vim principiorum, qua non
ita duobus viris viuis ad concumbendum fœmina ſub-
ditur, ſicut duæ fœminæ vni viro, multo verius & ho-
neſtius illud accipimus, quòd pater Abraham nec tenta
uit deum, quando vitæ ſuæ quantum potuit homo con
ſuluit, & ſperauit in deū, cui pudiciciam coniugis com-
mendauit. Iam vero in hac re geſta, quæ in diuinis Caput
libris poſita, fideliterque narrata eſt, quem non delectet XXXVIII.
etiam factum propheticū perſcrutari, & ſacramenti o-
ſtium pia fide ſtudióque pulſare: vt aperiat dominus &
oſtendat quis tunc in illo figurabatur viro, & cuius ſit
vxor, quæ in hac peregrinatione atq; inter alienigenas Ephe.5.
pollui maculariq; nō ſinitur, vt ſit viro ſuo ſine macula
& ruga. In gloria quippe Chriſti recte viuit eccleſia, vt
pulchritudo eius honori ſit viro eius: ſicut Abrahā pro-
pter Saræ pulchritudinē inter alienigenas honoraba-
tur, eiq; ipſi, cui dicitur in Canticiscanticorum, O pul- Canti.1.
chra inter mulieres, ipſius pulchritudinis merito reges
offerunt munera: ſicut Saræ obtulit rex Abimelech, plus
in ea admirās formæ decus, quod amare potuit, & vio-
lare nō potuit. Eſt enim & ſancta Eccleſia domino Ieſu
Chriſto in occulto vxor. Occulte quippe atq; intus in F
abſcōdito ſecreto ſpiritali, anima humana inhæret ver- Gene.2.
bo dei, vt ſint duo in carne vna: quod magnū coniugij Ephe.5.
ſacramentū in Chriſto & in eccleſia cōmendat Apoſto
lus. Proinde regnum terrenū ſeculi huius, cuius figurā
gerebant reges, qui Saram polluere permiſſi non ſunt,
nō expertū eſt, nec inuenit eccleſiā coniugem Chriſti;
id eſt, quàm fideliter illi tanquā præcipuo viro ſuo ſub-
dita cohæreret, niſi cum violare tentauit. Diuino enim
teſtimonio per fidē martyrum ceſſit, correctumq; in po
ſterioribus regibus honorauit munere, quā corruptio-
ni ſuæ ſubdere in prioribus non eualuit. Nam quod tūc
in eodē rege prius & poſterius figuratū eſt, hoc in iſto
regno prioribus & poſterioribus regibus adimpletur.
Cum autem dicitur de patre eſſe ſororem Chriſti Caput
eccleſiam, non de matre, nō terrenæ generationis, quæ XXXIX.
euacuabitur, ſed gratiæ cœleſtis, quæ in æternum mane-
bit, cognatio commendatur. Secundum quam gratiā 1.Ioan.3.
genus mortale nō erimus, accepta poteſtate, vt filij dei
vocemur & ſimus. Neque enim hanc gratiam de ſyna-
goga matre Chriſti ſecundum carnem, ſed de deo pa-
tre percepimus. Hanc vero cognationem terrenā, quæ
ad morte temporaliter generat, vocans in aliam vitam,

G vbi nullus moritur, negare nos Chriſtus docuit, non fa- *Matth.23.* teri, cum diſcipulis ait, Ne vobis dicatis patrem in terra, vnus eſt enim pater veſter qui in cœlis eſt. Cuius *Matth.12.* rei præbuit exemplum, quando & ipſe dixit, Quæ mihi mater, aut qui fratres? Et extendens manum ſuper diſcipulos ait, Hi ſunt fratres mei. Et ne quiſquã in hoc vocabulo terrenam cognationem cogitaret, adiunxit, Et quicunq; fecerit voluntatem patris mei, ipſe mihi frater, & mater, & ſoror eſt: tanquã diceret, De deo patre hãc cognationem appello, non de ſynagoga matre. Ad æternam quippe vitam nunc voco, vbi immortaliter natus ſum: non ad temporalem, vnde vt vocarem, morta- *Cap. XL.* lis effectus ſum. Quod ergo eccleſia, cuius vxor ſit occultatur alienigenis, cuius autẽ ſoror nõ tacetur, hæc interim cauſa facile occurrit: quia occultum & difficile ad intelligendũ eſt, quo modo anima humana verbo dei copuletur ſiue miſceatur: ſiue quid melius & aptius *Eſaiæ.62.* dici poteſt, cum ſit illud deus, iſta creatura. Secundum *Ephe.5.* hoc enim ſponſus & ſponſa, vel vir & vxor, Chriſtus & Eccleſia dicuntur. Qua vero cognatione ſint fratres, Chriſtus & omnes ſancti, gratia diuina, nõ conſangui- H nitate terrena, hoc eſt, de patre, non de matre, & effabilius dicitur, & capacius auditur. Nam & inter ſe omnes ſancti per eandem gratiã fratres ſunt: ſponſus autẽ cæterorum ſocietate, nullus illorũ eſt. Proinde Chriſtum, quanquã excellentiſſimæ iuſticiæ atq; ſapientiæ, tamen hominem multo facilius & procliuius alienigenæ crediderunt, non quidem falſo, quòd homo eſſet, ſed quo modo etiã deus eſſet, ignorauerũt. Hinc & Hieremias, *Hiere.17.* Et homo, inquit, eſt, & quis cognoſcit eũ? Et homo eſt, quia proditur quòd frater eſt: & quis agnoſcit eũ, quia occultatur quòd ſponſus eſt? Hæc de patre Abrahã aduerſum impudentiſſimam & imperitiſſimam & calum- *Caput XLI.* nioſiſſimã Fauſti vocem ſatis dicta ſint. Loth autem *Gene.19.* frater eius iuſtus & hoſpitalis in Sodomis, & ab omni Sodomitarum cõtaminatione purus atque integer, ex illo incendio, quod erat ſimilitudo futuri iudicij, meruit ſaluus euadere, typũ geſtãs corporis Chriſti: quod in omnibus ſanctis, & nunc inter iniquos atque impios gemit: quorum factis non conſentit, & à quorum commixtione in ſeculi fine liberabitur, illis damnatis ſupplicio ignis æterni. Sicut autem aliud genus hominum in I eius vxore figuratum eſt, eorum ſcilicet, qui per gratiã dei vocati, retro reſpiciunt: non ſicut Paulus, qui ea quæ *Philip.3.* retro ſunt obliuiſcitur, & in ea quæ ante ſunt extẽditur. *Lucæ.9.* Vnde & ipſe dominus, Nemo, inquit, imponens manũ ſuper aratrum, & reſpiciẽs retro, aptus eſt regno cœlorum. Nec illud exemplum tacuit, quo nos tanquã ſale condiret, vt non fatui negligeremus, ſed prudentes ca- *Gene.19.* ueremus hoc malum. Vnde & illa, vt hoc admoneret, in ſtatuã ſalis conuerſa eſt: nam cũ præciperet, vt ſe quiſque perſeuerantiſſima anteriorum intẽtione ab iis quæ *Lucæ.17.* retro ſunt, eriperet, Mementote, inquit, vxoris Loth.

Cap. XLII. *Gene.19.* Sic etiam in ipſo Loth, quando cũ eo filiæ cõcubuerunt, nõ illud, quod cùm à Sodomis liberatus eſt, ſed aliud aliquid figuratum eſt. Nam tunc ille ipſe Loth futuræ legis videtur geſtaſſe perſonã, quam quidam ex illa procreati, & ſub lege poſiti, male intelligẽdo quodam *1.Timo.1.* modo inebriantes atque nõ legitime vtendo, infidelitatis opera pariunt. Bona eſt enim lex, ait Apoſtolus, ſi quis ea legitime vtatur. Nec ideo tamẽ hoc factum, vel ipſius Loth vel eius filiarum, iuſtificamus, quia ſignificauit aliquid, quod futuram quorundam peruerſitatem prænunciaret. Aliud enim illæ, vt hoc facerent, intenderunt: aliud deus, qui hoc fieri permiſit, vt etiam inde aliquid demonſtraret, manente recto iudicio ſuper pec- K catum hominum tunc præſentium, & vigilante prouidentia ſua pro ſignificatione futurorum. Proinde illud factum, cum in ſancta ſcriptura narratur, prophetia eſt: cum vero in illorum vita, qui hoc commiſerunt, conſi- *Cap. XLIII.* deratur, flagitium eſt. Nec rurſus tanta reprehenſione atque accuſatione res digna eſt, quantam in eam Fauſtus inimicus & cęcus euomuit. Conſulitur enim æterna lex illum ordinem naturalem conſeruari iubens, perturbari vetans, & non ita de hoc facto indicat, ac ſi ille in filias nefaria libidine exarſerit, vt earum inceſtato corpore frueretur, aut eas haberet vxores: ſed nec de illis fœminis, ac ſi in ſui patris carnem execrabili amore flagraſſent. Ratio quippe iuſticiæ non tantum quid factum ſit, verumetiam quare factũ ſit intuetur, vt ex cauſis ſuis facta pendentia, libramento æquitatis examinet. Cum igitur illæ ad conſeruationẽ generis prolem quærerent, qui vtique in eis humanus erat & naturalis affectus, nec ſe crederent inuenire poſſe alios viros, velut exuſto illa conflagratione orbe terrarum, neque enim diſcernere poterat, quouſque ignis ille ſæuierit, miſcere ſe patri voluerunt. Et potius quidem nunquã eſſe ma- L tres, quàm ſic vti patre debuerũt. Veruntamen multum intereſt, quòd ea cauſa vſæ ſunt, quàm ſi cõcupiſcentia tam funeſtæ voluptatis vterentur. Ab illo autem opere ita patrem abhorrere ſentiebant, vt id ſe impleturas eſſe non crederent, niſi eius ignorantiam procurarent.

Nanque, vt ſcriptum eſt, Inebriauerũt eum, & ſe ne- *Ca. XLIIII.* ſcienti miſcuerunt: quapropter culpandus eſt quidem, *15. quæſt. 1.* non tamẽ quantum ille inceſtus, ſed quantum illa me- *ca. Inebriauerunt.* retur ebrietas. Nam & hanc lex æterna condemnat, cibum quia & potũ ad ordinem naturalem, non niſi gratia conſeruandæ ſalutis admittit. Quanuis ergo inter ebrioſum & ebrium plurimũ interſit (nam nec ebrioſus ſemper eſt ebrius, nec quiſquis aliquando ebrius, conſequenter ebrioſus eſt) tamen in homine iuſto huius ipſius, & ſi non ebrioſitatis, at certe ebrietatis cauſa quærenda eſt. Quid enim tandem cogebat, vt filiabus ſuis crebra vina miſcentibus, aut fortaſſe nec mixta crebro porrigentibus, cõſentiret aut crederet? An ad hoc filias nimiam triſticiam fingentes, ita voluit cõſolari, vt illius deſtitutionis & materni luctus dolor de cogitatione mentis ebriæ fugaretur, etiam ipſas tantundem bibere exiſtimans, & aliqua fraude agentes ne biberent? Sed e- M tiam talem triſtibus ſuis adhibere conſolationem, quo modo virum iuſtum decuerit, non videmus. An aliqua Sodomitarũ arte peſſima etiam paucis poculis patrem ſic inebriare potuerunt, vt illud peccatum cum ignorante, vel potius de ignorante committerent? Sed mirum ſi hoc ſcriptura diuina tacuiſſet, vel ſeruum ſuum deus ſine aliquo voluntatis eius vicio perperi ſineret? *Cap. XLV.*

Nos tamen ſcripturas ſanctas, non hominum peccata defendimus. Non ſic autem de huius facti purgatione ſatagimus, quaſi hoc deus noſter aut fieri iuſſerit, aut factum approbauerit: aut ita iuſti homines in libris appellentur, vt ſi voluerint peccare, non poſſint. Cum ergo in literis, quas iſti reprehendunt, deus huic facto nullum iuſticiæ teſtimoniũ perhibuerit, qua dementia temeritatis hinc illas literas accuſare contendunt, cum aliis earum locis apertiſſime inueniantur diuinis præceptis iſta prohiberi? Vnde in illa re geſta de opere filiarum Loth narrata iſta ſunt, non laudata: quædam vero enunciato iudicio dei, quædam tacito narrari oportuit: vt quãdo promitur quid inde iudicauerit deus, inſtruatur noſtra imperitia: quãdo autem tacetur,

vel

A vel exerceatur peritia, vt quod alibi didicimus, recolamus: vel excutiatur pigricia, vt quod nondum nouimus, inquiramus. Deus ergo, qui nouit & de hominum opere malo facere opera bona, gentes quas voluit, ex illo ſemine propagauit: non ſcripturas ſuas ſanctas propter hominũ peccata damnauit. Prodidit quippe iſta, non fecit: & cauenda admonuit, non imitanda propoſuit.

Ca. XLVI. *Gene. 24.* Mirabili ſanè impudentia Fauſtus, Iſaac quoque filium Abrahę criminatus eſt, quod Rebeccã, quæ vxor erat, ſororem finxerit. Genus enim Rebeccæ non tacitũ eſt, & eam per notiſſimam propinquitatẽ ſororem eius *Gene. 26.* fuiſſe manifeſtum eſt. Vt autem taceret vxorem, quid mirum, aut quid prauum, ſi imitatus eſt patrem, eum eadem iuſticia defendatur, qua pater eius, de ſimili obiectu inculpatus, inuẽntus eſt? *De ciuitate dei. lib. 16. cap. 36.* Quæ igitur pro Abraham, quod ad hanc rem attinet, aduerſus criminantem Fauſtum diximus, eadem etiam pro Iſaac filio eius valent: quæ recenſere non eſt difficile, niſi forte ſtudioſorum aliquis quærat, in cuius figuræ ſacramẽto accipiendum ſit, quòd rex alienigena Rebeccam viri ſui coniugem *Gene. 26.* tunc eſſe cognouit, quando eum cum illa ludentem vi- B dit: quod non cognouiſſet, niſi cum coniuge ille ſic luderet, quo modo cum ea, quæ coniunx non eſſet, ludere non deceret. Quod cum ſancti coniugati faciunt, non inaniter faciunt, ſed prudenter: deſcẽdunt enim quodam modo ad fœmineæ ſexus infirmitatem, vt aliquid blanda hilaritate vel dicant vel faciant: non eneruantes, ſed temperantes virilem rigorem: quod tamen ei, quæ vxor non eſt, qui dixerit aut fecerit, turpis eſt. Verũ hoc quod ad mores humanitatis pertinet, dixerim: nec quiſquã durus & ſine affectu idipſum pro crimine obiiciat ſancto viro, quòd cum coniuge ſua luſerit. Tales enim homines inhumani, ſi aliquem grauem virum ludicrum aliquid garrientem pueris etiam paruulis viderint, quo eorum lacteũ ſenſum affabili & nutritoria facilitate permulceat, tanquam delirantem reprehendunt: obliti vnde creuerint, aut ingrati quòd creuerint. Quid autem ſibi velit in ſacramento Chriſti & eccleſiæ, quòd tãtis patriarcha cum coniuge ſua luſerit, coniugiumq́; illud inde ſit cognitum, videt profecto quiſquis, ne aliquid errando in eccleſiã peccet, ſecretum viri eius in ſcripturis ſanctis diligenter intuetur: & inuenit eum maieſtatem ſuam, qua in forma dei æqualis eſt patri, paulìſper abſcõdiſſe in forma ſerui, vt eius capax eſſe humana infirmitas poſſet, eóque modo ſe coniugi C congruenter aptaret. Quid enim abſurdum, imò quid non conuenienter futurorum prænunciationi accommodatum, ſi Propheta dei carnale aliquid luſit, vt eum caperet affectus vxoris, cum ipſum verbum dei caro fa- *Ioan. 1.* ctum ſit, vt habitaret in nobis?

Ca. XLVII. *Gene. 30.* *32. queſtio. 4. ca. Obiiciuntur. 4. ſen. diſt. 33. cap. Quęritur.* Iam vero filio eius Iacob, quòd pro ingenti crimine quatuor obiiciuntur vxores, generali prælocutione purgatur. Quando enim mos erat, crimen non erat: & nunc propterea crimen eſt, quia mos non eſt. Alia enim ſunt peccata contra naturã, alia contra mores, alia contra præcepta. Quæ cum ita ſint, quid tandem criminis eſt, quòd de pluribus ſimul habitis vxoribus obiicitur ſancto viro Iacob? Si naturam conſulas, non laſciuiendi, ſed gignendi cauſa illis mulieribus vtebatur. Si morem, illo tempore atque in illis terris hoc factitabatur. Si præceptum, nulla lege prohibebatur. Nunc vero cur crimen eſt, ſi quis hoc faciat, niſi quia & moribus & legibus non licet? Quæ duo quiſquis contempſerit, etiam ſi tantummodo cauſa generandi vti poſſit fœminis pluribus, peccat tamẽ, & ipſam violat humanã ſocietatem, cui neceſſaria eſt propagatio filiorum. Sed quia homines aliter ſe habenti- D bus iam moribus & legibus, non poſſunt delectari vxorum multitudine, niſi libidinis magnitudine: ideo errant, & putant haberi omnino nõ potuiſſe vxores multas, niſi flagrantia concupiſcentiæ carnalis, & ſordidæ voluptatis. Comparantes enim non alios, quorum animi virtutem prorſus noſſe nõ poſſunt, ſed, ſicut ait Apoſtolus, ſemetipſos ſibimetipſis, nõ intelligunt. *2. Cor. 10.* Et quia ipſi etiam ſi vnã habuerint, ad eandem non ſolum generandi officio ducti, viriliter accedunt, ſed ſæpe coëundi ſtimulo victi, eneruiter pertrahuntur: quaſi veraciter ſibi videntur conicere, quàm maiore huiuſmodi morbo per multas alij captiuentur, quando ſe vident in vna temperantiam non poſſe ſeruare.

Ca. XLVIII Verum nos eis, qui hãc virtutem non habent, ita de ſanctorum virorũ moribus iudicium committere non debemus, ſicut de ciborum ſuauitate ac ſalubritate iudicare febrientes nõ ſinimus: potiúsq́; illis ſanctorum ſenſu & pręcepto medicaminet†, quàm ex eorum ægritudinis affectione alimẽta præparamus. *† al. ex ſanctorũ ſenſu & præcepto medicantium.* Proinde iſti ſi volunt, non falſæ atq; adumbratæ, ſed veræ ac ſolidæ pudiciciæ capere ſanitatem, diuinæ ſcripturæ tanquam libris medicinalibus credant: non fruſtra tam magnum honorem ſanctita- E tis tributũ quibuſdam viris, etiam plures vxores habentibus, niſi quia fieri poteſt, vt imperator carnis animus tanta temperãtiæ poteſtate præpolleat, vt genitalis delectationis motum inſitum naturæ mortaliũ, ex prouidentia generãdi, leges impoſitas nõ permittat excedere. Alioquin poſſunt iſti maledici potius calumniatores, quàm veridici iudices, etiam ſanctos Apoſtolos accuſare, quòd non voluntate† generandi filios vitæ æternæ, ſed cupiditate laudis humanæ, populis tam multis Euangelium prædicauerint. *† charitate.* Neq; enim deerat illis Euãgelicis patribus per omnes Chriſti eccleſias fama præclara, tot linguis laudantibus comparata: imò verò tãta aderat, vt maior hominibus ab hominibus honor & gloria deferri non debeat. Hanc in eccleſia gloriã peruerſa voluntate Simon perditus cõcupiuit, quando ab *Actor. 8.* eis pecunia voluit cæcus emere, quod illi diuina gratia eadémque gratuita meruerunt. Huius auidus gloriæ fuiſſe intelligitur, quem ſe volentem ſequi, dominus in Euangelio reuocat dicens, Vulpes foueas habent, & vo- *Matth. 8.* lucres cœli diuerſoria†: filius autem hominis non ha- *† nidos.* bet vbi caput ſuum reclinet. Videbat enim eum dolo- F ſa ſimulatione tenebroſum, & ventoſa elatione iactatum, nõ habere fidei locum, vbi ſe inclinantem doctorem humilitatis exciperet: quia in diſcipulatu Chriſti non illius gratiam, ſed ſuam gloriam requirebat. Hoc amore gloriæ corrupti erant, quos Paulus Apoſtolus notat, quòd per inuidiam & contentionem non caſte *Philip. 1.* Chriſtum annunciarent: quibus tamen prædicantibus gaudet Apoſtolus, ſciens fieri poſſe, vt dum illi ſectantur humanæ gloriæ cupiditatem, tamen his auditis fideles naſcerentur: non ex eorum inuida cupiditate, qua ſe volebant vel æquari, vel anteponi Apoſtolicæ gloriæ: ſed per Euangelium, quod etiam ſi non caſte, tamen annunciabãt, vt de malo illorum deus operaretur bonum. Sicut fieri poteſt, vt homo ad concubitum non ingrediatur voluntate generandi, ſed luxuriandi libidine rapiatur: *Infra, c. 83.* & tamen naſcatur homo, bonũ dei opus de fœcunditate ſeminum, non de turpitudine viciorũ. Sicut ergo ſancti Apoſtoli auditoribus admirantibus doctrinã ſuã, condelectabantur, nõ auiditate conſequẽdæ laudis, ſed charitate ſeminãdæ veritatis: ita ſancti Patriarchæ coniugibus excipientibus ſemen ſuum, miſcebantur nõ *32. q. 4. ca. Obiiciũtur. 4. ſent. diſt. 33. c. Quęritur.*

G concupiſcẽtia percipiendæ voluptatis:ſed prouidentia
propagandæ ſucceſſioois:ac per hoc oec illos ambitio-
ſos multitudo populorum,nec illos libidioosos multi-
tudo faciebat vxorum.Sed quid de viris loquar,quibus
excellentiſſimum teſtimonium diuina voce perhibe-
tur,cum ipſas fœminas ſatis eluceat oihil aliud io con-
Gene.30. cubitu appetiſſe,quàm filios: quippe vbi ſe minime pa-
Gene.16. rere viderunt, famulas ſuas dederunt viro ſuo, vt illas
Ca. XLIX. matres facerent carne,ipſæ fierent voluotate. Nam
& illud, quod mendaciſſima crimioatiooe Fauſtus ob-
iecit, habuiſſe inter ſe velut quatuor ſcorta certamen,
quæ nam eum ad concubitum raperet, vbi hoc legerit
neſcio, niſi forte in corde ſuo tãquam in libro oefaria-
rum fallaciarum,vbi vere ipſe ſcortabatur:ſed cum ſer-
2.Corin.11. peote illo, de quo Apoſtolus timebat eccleſiæ, quã vir-
gioem caſtam cupiebat voi viro exhibere Chriſto, ne
ſicut Euam deceperat aſtutia ſua, ſic & illorum mẽtes à
Chriſti caſtitate auertendo corrumperet. Ita enim huic
ſerpenti amici ſuot iſti, vt eum præſtitiſſe potius, quàm
nocuiſſe contendant. Ipſe planè Fauſti perſuaſit pectori
H adulterato, falſitatis ſemioa infundens, vt has male coo
ceptas calũnias ore immundiſſimo pareret, & ſtylo au-
daciſſimo etiam memoriæ commeodaret. Nulla enim
ancillarum virum Iacob ab altera rapuit:nulla de illius
concubitu cum altera litigauit: ideo magis ordo erat,
quia libido oon erat: & tanto firmius ſeruabantur con-
iugalis poteſtatis iura, quaoto caſtius vitabatur caroalis
cupiditatis ioiuria. Quod enim & ab vxore cõducitur:
ibi vera noſtra manifeſtatur aſſertio: ibi pro ſe aduerſus
maledicta Manichæorum, ipſa veritas clamat. Quid e-
nim opus erat, vt eum altera conduceret, niſi quia ordo
alterius erat, vt ad eam maritus intraret? Neque enim
ad aliam vnquam acceſſiſſet, niſi eum conduxiſſet. Sed
vnq; iuſtis ad eam vicibus accedebat, de qua tot filios
procreauerat, & cui obedierat, vt etiam de aocilla pro-
crearet, & de qua poſtea nõ cooducẽte procreauit. Sed
tuoc Rachel ooctem habebat in ordine, vt maoeret cũ
viro: tunc penes eam poteſtas illa erat, de qua per Apo-
ſtolum vox certe oouí teſtamẽti oon tacuit, dicens, Si-
1.Cor.7. militer & vir ooo habet poteſtatẽ ſui corporis, ſed mu
lier. Ideo iam cum ſorore pacta erat, cui facta debitrix,
I eam ita legaret ad debitorem ſuum. Nam hoc oomioe
Ibidem. id appellat Apoſtolus, Vxori, inquit, vir debitum red-
dat. Cui ergo vir debitor erat, iam acceperat à ſorore,
quod elegerat volũtate, vt ei daret quod habebat io po
Caput L. teſtate. Hic vero ille, quem Fauſtus tanquam impu-
dicum clauſis vel potius extioctis oculis criminatur, ſi
concupiſceotiæ noo iuſticiæ ſeruus eſſet, nónoe per
totum diem io voluptatem illius ooctis æſtuaret, qua
erat cum pulchriore cubiturus: quam certe amplius di-
ligebat, & pro qua bis ſeptenariũ annorum laborẽ gra-
Gene.29. tuitum peoderat? Cum ergo iam die peracto io eius iret
amplexus, quãdo inde auerteretur, ſi talis eſſet, qualem
Manichæi nihil intelligentes opinantur: nónne placi-
to contempto mulierum, intraret potius ad ſpecioſam
1.Corin.7. ſuam, quæ illi noctem ipſam, noo ſolum coniugis mo-
re, verumetiam ordinis iure debebat? vtereturq; potius
ipſe poteſtate maritali, quia & vxor oon habet poteſta-
tem corporis ſui, ſed vir, & pro eo tunc ſeruitutis illarũ
viciſſitudo faciebat: cõiugali ergo poteſtate multo vin-
cibilius vteretur, ſi formæ deſiderio vinceretur: ſed eo
meliores fœmioæ iouenirentur, ſi illæ pro filiis conci-
piendis, ipſe autem pro coocubitus ſui voluptate certa-
ret. Itaq; vir temperantiſſimus, vt planè vir, quia tã viri-
liter fœminis vtebatur, vt delectatiooi carnali nũ ſubii-
ceretur, ſed domioaretur, magis quid deberet, quàm K
quid ei deberetur attẽdit: nec ad propriã voluptatẽ ſua
poteſtate abuti voluit, ſed illius debiti redditor quàm
exactor eſſe maluit. Vode conſequens erat, vt ei redde-
ret, quã pro ſe id accipere illa, cui debebatur, elegit: quo
earum placito pactoq; comperto, cum repẽte atque io-
opioate à pulcherrima cooiuge reuocaretur, & ad mi-
nus decoram vocaretur, oon ira excanduit, nõ triſticia
nubilatus eſt, nõ eoeruiter blandus, vt ſibi potius ratã † *†al. Rachel*
ooctem redderet, inter ambas ſategit. Sed maritus iu-
ſtus & prouidus pater, cum illas prolis curam gerere vi
deret, & ipſe oihil aliud de coocubitu quæreret, earum
voluotati obtemperandum iudicauit, quæ ſibi ſiogilla-
tim filios optabant, ſibi nihil mioui, cui ambæ pariebãt.
Tanquam diceret, Vobis inter vos vt vultis cedite at-
que concedite, quæ oam veſtrum fiat mater, ego quid
conteodam, quando ſiue hinc ſiue iode oaſcenti, oon
erit alius pater? Haoc profecto modeſtiam, hanc con-
cupiſcentiæ coërcitiooem, & in commixtiooe coporũ
coniugalium ſolum appetitum poſteritatis humaoæ, vt
erat acutus Fauſtus, in illis literis & iotelligeret & lau- L
daret: niſi eius iogenium deteſtabili ſecta deprauatum,
& quid repreheoderet quæreret, & voã ouptialis con-
uẽtioois hooeſtatem, qua mares & fœminæ liberorum
procreandorum cauſa copulaotur, crimen maximum
deputaret. Nuoc iam defenſis Patriarchæ moribus, *Cap. LI.*
refutatóque crimioe quod nefarius error obiecit, de li-
bero, vt poſſumus, myſteriorum ſecreta rimemur, pul-
ſemúſque fideli pietate, vt nobis aperiatur à domino,
quid rerũ figurauerint quatuor iſtæ vxores Iacob, qua-
rum duæ liberæ, & duæ ancillæ fuerunt. Videmus eoim
Apoſtolum io libera & ancilla, quas babuit Abraham, *Gal.4.*
duo teſtamẽta iotelligere: ſed ibi io vna & voa facilius
apparet quod dicitur, hic autem duę ſuot & duæ. Deio-
de ibi ancillæ filius exhæredatur, hic vero ancillarum
filij ſimul cum filiis liberarũ terrarum promiſſioois ac-
cipiuot. Vnde hic proculdubio aliquid aliud ſignifica-
tur. Quanquam enim duas liberas vxores Iacob *Cap. LII.*
ad nouum teſtamentum, quo io libertateio vocati ſu-
mus, exiſtimem pertioere, oon tamen fruſtra duæ ſuot:
niſi forte quia id, quod in ſcripturis aduerti & iouenir i
poteſt, duæ vitæ oobis io Chriſti corpore prædicantur: M
vna temporalis, io qua laboramus: alia æteroa, in qua
delectationem dei contemplabimur. Iſtam dominus
paſſiooe, illam reſurrectione declarauit. Admooẽt nos
ad hoc intelligendum illarum etiam oomina fœmina-
rum. Dicunt enim quòd Lia ioterpretatur laborans: Ra
chel autem, viſum priocipium, ſiue verbum, ex quo vi-
detur principium. Actio ergo humana mortaliſq; vitæ,
in qua viuimus ex fide multa laborioſa opera facieotes,
incerti quo exitu proueniant, ad vtilitatem eorum qui-
bus conſulere volumus, ipſa eſt Lia prior vxor Iacob, ac
per hoc & infirmis oculis fuiſſe commemoratur. Cogi-
tationes enim mortalium timidæ & incertæ prouiden- *Sapien.9.*
tiæ noſtræ. Spes vero æternæ contemplatioois dei, ha-
bens certam & delectabilem intelligentiam veritatis,
ipſa eſt Rachel: vnde etiam dicitur bona facie, & pul- *Gene.29.*
chra ſpecie. Hanc enim amat omois pie ſtudioſus, *Cap. LIII.*
& propter hãc ſeruit gratiæ dei, qua peccata noſtra, etſi
fuerint ſicut phœniciũ, tanquã nix dealbabuntur: Laban *Eſaia.1.*
quippe interpretatur dealbatio, cui ſeruiuit Iacob pro-
pter Rachel. Neq; eoim ſe quiſquã conuertit ſub gratia
remiſſionis peccatorũ ſeruire iuſticię, niſi vt quiete viuat
in verbo, ex quo videtur principiũ, quod eſt deus: ergo
propter Rachel, non propter Liam ſeruitur. Nam quis
tandem

A tandem amauerit in nperibus iuſticiæ laborem actionũ
atq; paſſionum? Quis eam vitam propter ſeipſam expe
tiuerit, ſicut nec Iacob Liam? Sed tamen ſibi nocte ſup-
poſitam in vſum generãdi amplexus & fœcunditatem
eius expertus eſt. Dominus enim eam, quia per ſeipſam
diligi nnn poterat, primo vt ad Rachel perueniretur,
tolerari fecit, deinde prnpter filios commendauit. Ita
vero vnoſquiſq; vtilis dei ſeruus, ſub dealbationis pec-
catorũ ſuorũ gratia conſtitutus, quid aliud in ſua cõuer-
ſatione meditatus eſt, quid aliud corde geſtauit, quid
aliud adamauit, niſi dnctrinam ſapientiæ? quam pleri-
que ſe adepturos & percepturos putant, ſtatim vt ſe in
ſeptem præceptis legis exercuerint, quæ ſnnt de dile-
ctione proximi, ne cuiquã homini noceatur: id eſt, Ho-
Exod.20. nora patrem & matrem: non mœchaberis: nõ occides:
non furaberis: non falſum teſtimnnium dices: non con-
cupiſces vxorem proximi: non concupiſces rem proxi-
mi tui: qnibus quãtum potuerit nbſeruatis, pnſteaquam
hnmini pro concupita & ſperata pulcherrima delecta-
tione doctrinæ, per tentationes varias, quaſi per buius
ſeculi noctes tolerantia laboris adhæſerit, velut pro Ra
chel Lia inopinata coniuncta ſit, & hanc ſuſtinet, vt ad
B illam perueniat, ſi perſeoeranter amat, acceptis aliis ſe-
ptem præceptis: ac ſi dicatur ei, Serui alios ſeptem an-
Gene.29. nos pro Racbel, vt ſis pauper ſpiritu: mitis, lugens, eſu-
riens, ſitiensq; iuſticiam, miſericors, mundicors, pacifi-
cus. Vellet enim bomo, ſi fieri poſſet, ſine vlla toleran-
tia labnris, quæ in agendo patiendoq; amplectenda eſt,
ſtatim ad pulchræ atque perfectæ ſapiẽtiæ delicias per-
uenire. Sed hoc nnn poteſt in terra mnrientium. Hoc
Ibidem. enim videtur ſignificare, quod dictum eſt ad Iacob, Nõ
eſt moris in loco noſtro, vt minor nubat priuſquã ma-
ior: quia non abſurde maior appellatur, quæ tempore
prinr eſt. Prior eſt autem in recta hnmiois eruditione
labor operandi quæ iuſta ſunt, quàm voluptas intelli-
gendi quæ vera ſnnt. Ad boc valet quod ſcriptum eſt,
Eccl.1. Concupiſti ſapientiam, ſerua mãdata, & dominus præ-
bet illam tibi. Mandata vtique ad iuſticiam pertinen-
tia: iuſticiam autem, quæ ex fide eſt, quæ inter tentatio-
num incerta verſatur, vt pie credendo quod nondum
intelligit, etiam intelligentiæ meritum conſequatur.
Quantum enim valet, quod modo commemoraui eſſe
C ſcriptum, Concupiſti ſapientiam, ſerua mandata, & do
Eſaiæ.7. minus prębet illam tibi: tantum & aliud valere arbitror,
Niſi credideritis, nnn intelligetis: vt iuſticia ad fidem,
ad ſapientiam vero intelligentia pertinere monſtre-
tur. Proinde in his qui flagrant ingenti amore perſpi-
cuæ veritatis, non eſt improbandum ſtudium, ſed ad
ordinem reuocandum, vt à fide incipiat, & bonis mo-
ribus nitatur peruenire quò tendit. In eo quippe quod
verſatur, virtus eſt laborioſa: in eo vern quod appetit,
luminoſa ſapientia. Quid opus eſt, inquit, credere, quod
non mihi oſtenditur manifeſtum, aliquod verbum pro
me, quo videam rerum omnium principium? Id enim
eſt, in quod maxime ac primitus inardeſcit, ſi vel ſtu-
dioſus eſt animus rationalis, cui reſpondeatur, Pulcbrũ
eſt quidem quod deſideras, & amari digniſſimum: ſed
prius nubit Lia, & poſtea Rachel. Ardor ergn iſte ad id
valeat, vt ordo non recuſetur, ſed potius toleretur: ſine
qno non poteſt ad id perueniri, quod tanto ardnre di-
ligitur. Cum autem peruentum fuerit, ſimul habebitur
in hoc ſeculo, nõ ſolum ſpecioſa intelligẽtia, ſed etiam
laborioſa iuſticia. Quamlibet enim acutè ſynceriterq;
Sapien.9. cernatur à mortalibus incommutabile bonum, adhuc
corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & depri-

mit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Ad D
vnum ergo tendendum, ſed propter hoc multa feren-
da ſunt. Itaque duæ ſunt vxores Iacob liberæ, ambæ Cap. LIIII.
quippe ſunt filiæ remiſſionis peccatorum, hoc eſt deal-
bationis, quod eſt Laban. Veruntamen vna amatur, &
altera toleratur: ſed quæ toleratur, ipſa prius & vberius
fœcundatur: vt ſi noo propter ſeipſam, certe propter fi-
lios diligatur. Labor enim iuſtorũ maximum fructum
habet in eis, quos regno dei generat, inter multas ten-
tationes & tribulationes prædicando Euangelium: &
eos propter quos ſunt in laboribus abundantius, in pla 2.Corin.11.
gis ſupra modum, in mnrtibus frequenter, & propter
quos habẽt foris pugnas, intus timores, gaudium & co- 2.Cor.7.
ronam ſuam vocant. Naſcunnr antem eis facilius at- Philip.4.
que copioſius ex illo ſermone fidei, quo prædicant Chri 1.Cor.1.
ſtum crucifixũ, & quicquid humanitatis eius citius hu-
mana cogitatione percipitur, & infirmos etiam Liæ o-
culos nõ perturbat. Rachel autem clara aſpectu, mente
excedit deo, & videt io principio verbũ domini apud Ioan.1.
deum, & vult parere & non poteſt, quia generatinnem Eſaia.53.
eius quis enarrabit? Proinde vita, quæ ſtudio cõtempla- Roma.1.
tionis cnmpetit, vt ea quæ carni ſunt inuiſibilia, nõ in- E
firmis oculis mẽtis, per ea quę facta ſunt, intellecta con-
ſpiciat, & ſempiternam dei virtutem ineffabiliter cer-
nat, vacare vult ab omni negocio, & ideo ſterilis. Affe-
ctando quippe ociũ, quo ſtudia cnntemplatioois igne-
ſcunt, non contemperatur infirmitati hominum, qui io
variis preſſuris ſibi deſiderant ſubueniri: ſed quia & ip-
ſa procreandi charitate inardeſcit. Vult enim docere Sapien.6.
quod nouit, neque cum inuidia tabeſcente iter habere,
videt ſororem labore agẽdi atque patiendi filiis abun-
dantem: & dnlet potius currere homines ad eam vir-
tutem, qua eorum infirmitatibus neceſſitatibusq; con-
ſulitur, quàm ad illam, vnde diuinum & incommuta-
bile aliquid diſcitur. Hic dolor figuratus videtur in eo
quod ſcriptum eſt, Et zelauit Racbel ſororẽ ſuam. Pro- Gene.30.
inde quia liquidus purusq; intellectus de illa ſubſtantia,
quæ corpus nõ eſt, ac per hoc ad carnis ſenſum nõ per-
tinet, verbis carne editis exprimi non poteſt: elegit do-
ctrina ſapiẽtiæ per quaſlibet cnrporeas imagines & ſi-
militudines, vtcunq; cogitanda inſinuare diuina, quàm
ab officio talia docendi ceſſare: ſicut elegit Rachel ex
viro ſuo & ancilla ſuſcipere liberos, quàm ſine filiis om
nino remanere. Bala quippe interpretari dicitur inue- F
terata, hanc habuit ancillam Rachel. De vetere quip-
pe vita carnalibus ſenſibus dedita, corporeæ concitan-
tur imagines, etiam cum aliquid de ſpiritali & incom-
mutabili ſubſtantia diuinitatis auditur. Suſcipit & Caput LV.
Lia de ancilla ſua filios, amore abundè numeroſiorisq;
prolis accenſa. Inuenimus autem Zelpham eius ancil-
lam interpretari os hians. Quapropter prædicatinnem
fidei Euangelicæ, quorum os hiat & cor nõ hiat, cum in
ſcripturis aduerterimus, hæc intelligitur ancilla Liæ:
ſcriptum eſt enim de quibuſdam, Populus hic labiis me Eſaiæ.29.
honorat, cor autem eorũ lnnge eſt à me. Et talibus Apo Matth.15.
ſtolus dicit, Qui prædicas non furandum furaris, qui di Roma.2.
cis nnn mœchandum mœcharis. Veruntamẽ vt etiam
per hanc cnnditionalem libera illa vxor Iacob labo-
rans, filios hæredes regni ſuſcipiat, ideo domin' dicit,
Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Matth.23.
Vnde in labnre vinculorum vita Apoſtnlica, Siue, in- Philip.1.
quit, nccaſione, ſiue veritate Cbriſtus annuncietur, &
in hoc gaudeo, ſed & gaudebo, tanqoam & ancilla pa-
riẽte de prole numeroſiore lætata. Eſt vero quidam Cap. LVI.
Liæ filius ex beneficio Rachel editus, cum virum ſuum

ſecum

Gene.30. ſecum debita nocte cubiturum,acceptis à filio Liæ mã-
G dragoricis malis, cũ ſorore cubitare permittit. De hoc
autem pomi genere opinari quoſdã ſcio,quòd acceptũ
in eſcam,ſterilibus fœminis fœcunditatem paret:ac per
hoc putant omni modo inſtitiſſe Rachel,vt hoc à filio
ſororis acciperet cupiditate pariendi: quod ego quoq;
arbitrarer,ſi tunc concepiſſet.Nunc vero,cum poſt Liæ
duos alios ab illa nocte partus,dominus eam prole do-
nauerit, nihil eſt cur de mandragora tale aliquid ſuſpi-
cemur,quale in nulla fœmina experti ſumus.Dicã ergo
quid ſentiã,dicent hinc forte meliora doctiores. Cum
enim hæc mala ipſe vidiſſem,& propter iſtum ipſum ſa
cræ lectionis locum id mihi obtigiſſe gratularer , rara
enim res eſt , naturam eorum diligenter, quantum po-
tui,perſcrutatus ſum:non aliqua à cõmuni ſenſu remo-
tiore ſcientia,quæ docet virtutes radicum,& poteſtates
herbarum: ſed quantum mihi & cuilibet homini renũ-
ciabat viſus & olfactus & guſtus.Proinde rem comperi
pulchram & ſuaue olentem, ſapore autem inſipido: &
ideo cur eam mulier tantopere concupiuerit, ignorare
me fateor, niſi forte propter pomi raritatem, & odoris
H iucunditatem. Cur vero ipſam rem geſtam ſancta ſcri-
ptura tacere noluerit,quæ non vtiq; talia deſideria mu-
liercularũ nobis pro magno inſinuare curaret, niſi ali-
quid in eis magnum quærere commoneret , nihil am-
plius coniicere valeo,quàm quòd ex illo communi ſen
ſu mihi ſuggeritur,vt illo mandragorico pomo figura-
ri intelligam famã bonam: non eã quæ confertur,cum
laudant hominẽ pauci iuſti atq; ſapientes,ſed illam po-
pularem,qua etiã maior & clarior noticia comparatur:
non ipſa per ſeſe expetenda,ſed intentioni bonorũ,qua
generi humano cõſulunt,pernecesſaria. Vnde dicit A-
1.Time.3. poſtolus, Oportet etiã teſtimonium habere bonũ ab eis
qui foris ſunt,qui licet parũ ſapiant, reddunt tamẽ ple-
runque labori eorum, per quos ſibi conſulitur,& ſplen
dorem laudis,& odorẽ bonæ opinionis. Nec ad iſtam
gloriam popularem primi perueniunt eorum, qui ſunt
in eccleſia, niſi quicunque in actionum periculis & la-
bore verſantur.Propterea Liæ filius mala mãdragorica
Gene.30. inuenit,exiens in agrum:id eſt,honeſte ambulãs ad eos
1.Theſſ.4. qui foris ſunt: doctrina vero illa ſapientiæ,quæ à vulgi
ſtrepitu remotiſſima,in contemplatione veritatis dulci
I delectatione defigitur,hanc popularem gloriã quantu-
lamcunque non aſſequeretur,niſi per eos,qui in mediis
turbis agendo ac ſuadendo,populis præſunt:nõ vt pręſ-
ſint, ſed vt proſint: quia dũ illi actuoſi & negocioſi ho-
mines, per quos multitudinis adminiſtratur vtilitas,&
quorũ authoritas populis chara eſt,teſtimonium perhi-
bent etiam vitæ propter ſtudium conquirendæ & con
tẽplandę veritatis ocioſæ,quodã modo mala mandra-
gorica per Liam perueniunt ad Rachel. Ad ipſam vero
Liam per filium primogenitũ: id eſt,per honorẽ fœcun
ditatis eius, in qua eſt omnis fructus laborioſæ, atq; in-
ter incerta tẽtationum periclitantis actionis:quã pleri-
que bono ingenio præditi, ſtudioq; flagrantes: quanuis
idonei regendis populis eſſe poſſint , tamẽ vitant pro-
pter turbulẽtas occupationes,& in doctrinæ ociũ toto
pectore tanquã in ſpecioſæ Rachel ferũtur amplexum.

Sed quia bonum eſt,vt etiam hæc vita latius innote-
Cap.LVII. ſcens,popolarem gloriam mereatur:iniuſtum eſt autem
vt eam conſequatur, ſi amatorem ſuum adminiſtrãdis
eccleſiaſticis curis aptum & idoneum,in ocio detinet,
nec gubernationi communis vtilitatis impertit : pro-
Gene.30. pterea Lia ſorori ſuæ dicit, Parum eſt tibi,quòd virum
meum accepiſti , inſuper & mandragorica filij mei vis
accipere: per vnũ virum ſignificãs eos omnes,qui cum K
ſint agendi virtute habiles,& digni quibus regimen ec-
cleſiæ committatur, ad diſpenſandum fidei ſacramen-
tum:illi accenſi ſtudio doctrinæ,atq; indagandæ & cõ-
templandæ ſapientiæ, ſe ab omnibus actionum mole-
ſtiis remouere, atque in ocio diſcendi ac docendi con-
dere volunt.Ita ergo dictum eſt,Parúmne eſt tibi,quòd
accepiſti virum meum , inſuper & mandragorica filij
mei vis accipere: ac ſi diceretur, Parum eſt,quòd homi-
nes ad laborem rerum gerandarum neceſſarios in ocio
detinet vita ſtudiorum,inſuper & popularem gloriam
requirit. Proinde vt eam iuſte comparet, imperit *Ca.LVIII.*
Rachel virũ ſorori ſuæ illa nocte: vt ſcilicet qui virtu-
te laborioſa regimini populorum accommodati ſunt,
etiam ſi ſcientiæ vacare delegerunt, ſuſcipiãt experien-
tiam tentationum, curarúmque ſarcinam pro vtilitate
communi: ne ipſa doctrina ſapiẽtiæ,cui vacare ſtatue-
runt, blaſphemetur , neque adipiſcatur ab imperitiori-
bus populis exiſtimationem bonam,quod illa poma ſi-
gnificant , & quod neceſſarium eſt ad exhortationem
diſcentium. Sed planè vt hanc curam ſuſcipiant,vi co
guntur.Satis & hoc ſignificatum eſt,quòd cum veniret
de agro Iacob,occurrit ei Liæ,eúmque detinens ait,Ad
me intrabis,conduxi enim te pro mãdragoris filij mei: L
tanquam diceret, Doctrinæ quam diligis, vis conferri
bonam opinionem,noli defugere officioſum laborem.
Hæc in eccleſia geri quiſquis aduerterit,cernit. Experi-
mur in exemplis,quod intelligamus in libris.Quis non
videat hoc geri toto orbe terrarum , venire omnes ex
operibus ſeculi, & ire in ociũ cognoſcendæ & cõtem-
plandæ veritatis,tanquam in amplexum Rachel:& ex-
cipi de tranſuerſo eccleſiaſtica neceſſitate atq; ordinari
in laborem,tanquam Lia dicente,ad me intrabis? Qui-
bus caſte myſterium dei diſpẽſantibus , vt in nocte hu-
ius ſeculi filios generent fidei, laudatur à populis etiam
illa vita,cuius amore conuerſi ſpem ſeculi reliquerunt,
& ex cuius profeſſione ad miſericordiam regendæ ple-
bis aſſumpti ſunt.Id enim agunt in omnibus laboribus
ſuis,vt illa profeſſio,quò ſe conuerterant, quia tales re-
ctores populis dedit, latius & clarius glorificetur, tan-
quam Iacob non recuſante noctem Liæ, vt Rachel po-
mis ſuaueolentibus,& clare nitentibus potiatur:quæ a-
liquando & ipſa præſtante miſericordia dei , per ſe ip- M
ſam parit , vix tandem quidem quia perrarum eſt : vt
In principio erat verbum , & verbum erat apud deum, *Ioan.1.*
& deus erat verbum, & quicquid de hac re pie ſapien-
terq; dicitur, ſine phantaſmate carnalis cogitationis &
ſalubriter vel ex parte capiatur. Hæc de tribus pa- *Cap.LIX.*
tribus,Abraham,Iſaac,& Iacob,quorum ſe deum appel
lari voluit deus,quem catholica eccleſia colit,aduerſus
Fauſti calumnias dicta ſuffecerint. De quorum trium
hominum meritis atque pietate , & longe remota à iu-
dicio carnalium altitudine prophetiæ,nõ eſt nunc diſ-
ſerendi locus:tantum ab his criminibus,quibus eos ma
ledica & veritatis inimica lingua pulſauit , defendendi
fuerant in hoc præſenti opere noſtro,ne contra ſcriptu
ras ſanctas & ſalubres aliquid ſibi dicere viderẽtur,qui
eas peruerſa & aduerſa mente legerunt , dum petulan-
tibus conuiciis inſectantur eos, qui illic cum tanto ho-
nore prædicantur. Cæterum Loth frater,id eſt,con- *Caput LX.*
ſanguineus Abrahæ,nequaquam iſtis comparandus eſt,
de quibus dominus dicit , Ego ſum deus Abraham, &
deus Iſaac, & deus Iacob: nec in eorum numero depu- *Exod.3.*
tandus , quibus illa ſcriptura vſq; in finem perhibet iu-
ſticiæ teſtimonium:quãuis inter Sodomitas pie caſteq;
verſatus,

A verſatus,hoſpitalitatis etiam meritis commendatus, ab
illius terræ incendio liberatus ſit, & eius poſteris terra
poſſeſſionis propter Abraham, qui patruus eius fuerat,
dono dei data ſit. Hæc nobis merita in illis libris lau-
danda proponnntur,non ebrietas,nõ inceſtus:ſed cum
hominis eiuſdem & recte factum & peccatum ſcriptũ
inuenimus,aliud inſinuatur imitandũ,aliud præcauen-
dum.Porrò ſi peccatum Loth, cui perhibitum eſt ante-
quam peccaret iuſticię teſtimoniũ,non modo,non de-
colorat diuinitatem dei vel ſcripturæ illius veritatem,
verumetiã laudandam diligendamq; cõmendat: quòd
tãquam ſpeculi fidelis nitor, admotarum ſibi perſooa-
rum nõ ſolum quæ polchra atque integra,verumetiam
quæ deformia vicioſaq; ſint, indicat: quanto magis fa-
ctum Iudæ,quòd cũ ſua nuru concubuit, oihil omnino
affert,vnde authoritas ſancta culpetur:quæ in illis libris
fundata perſiſtens, non tantum pauciſſimorum Mani-
chæorum calumnioſas argutias, verumetiam gẽtilinm
tot tantorumq; populorum horrendas inimicicias di-
uino iure contemnit: quos penè iam totos à oefaria ſu-
perſticione ſimulachrorũ, ad voius dei veri cultũ Chri
ſtiano imperio ſubiugaoit, edomito orbe terrarum, nõ
B violentia bellici certaminis, ſed inuictæ potentia veri-
tatis. Vbi enim literarum illarũ laudatus eſt Iudas,quid
de illo boni ſcriptura illa teſtata eſt,niſi ꝙ in prophetia
Chriſti,qui ex eius tribn prænunciabatur in carne vẽtu-
rus, benedictione patris ſui præ cæteris commendatus
Cap.LXI. eminuit? Cæterum ad id,quod eum Fauſtus fornica-
tum commemorauit,addimus nos aliud,quòd fratrem
ſuũ Ioſeph io Aegyptum vendidit:nu oquid cuiuſquam
Gene.37. membra diſtorta deprauãt lucem,qoæ cuncta demon-
ſtrat? Sic nec cuiuſpiam malefacta,malam ſcripturã fa-
ciunt,qua prodente, legentibus innoteſcunt. Conſulta
quippe æterna lex illa,quæ ordinẽ naturalem cõſeruari
iubet,perturbari vetat,ooo niſi propagationis cauſa ſta
tuit hominis concubitum fieri: & hoc non niſi ſociali-
†ordinato. ter obſtinato† connubio,quod noo peruertat vinculum
pacis: & ideo proſtitutio fœminarum,nõ ad ſubſtituen-
dam prolem,ſed ad ſatiandam libidinẽ propoſitarũ,di
uina atq; æterna lege damnatur. Omnẽ quippe dehone-
ſtat emptorem turpitudo venalis: ac per hoc Iudas & ſi
grauius peccaſſet, ſi nurum ſciens cum ea concumbere
voluiſſet. Sicut enim vir & vxor, ſicut dominus dicit,
Matth.19. nõ iam duo ſed vna caro eſt,oõ aliter nurus eſt deputan
C da quàm filia,tamen eum,quantũ in ipſo erat,deformi-
ter cum meretrice cubaſſe non dubiũ eſt.At illa quæ ſo-
cerum fefellit,non carnis eius concupiſcentia,nec me-
retriciæ mercedis cupiditate peccauit: ſed ex ipſo ſan-
guine prolem requirens, ex quo duobus iam fratribus
Gene.38. nupta, tertio quoq; denegato habere non potuit, patri
eorũ ſocero ſuo, fœtandum corpus fraude ſubiecit, pi-
gnore mercedis accepto, quod non ad ornamentum,
ſed ad teſtimonium reſeruauit. Melius quidẽ ſine filiis
remaneret,quàm ſioe iure matrimonij mater fieret. Lõ-
ge tamen alia intentiooa peccauit, quòd filiis ſuis patrẽ
prouidit ſocerũ ſuum,quàm ſi eum ſibi cõcupiſſet adul-
terum. Denique cum iuſſu eius produceretur ad mortẽ,
& virgam,monile, atq; annulum protuliſſet, dicens ab
eo ſe grauidatam, cuius pignora illa eſſent: vbi ea quæ
dederat ille cognouit, iſtam magis quàm ſe iuſtificatã
eſſe reſpondit,quòd ei filium ſuum maritũ coniungere
noluiſſet,qua deſtitutione compulſa, illo modo potius
quàm nullo modo poſteritatem,non aliunde quàm ab
eadem ſtirpe cõquireret. Io qua ſentẽtia,non eam iuſti-
ficatam,ſed eam magis quàm ſe iuſtificatam dicẽs, nec

ipſam laudauit, ſed in ſui cõparatione præpoſuit: deſi- D
derium ſcilicet habẽdæ prolis, quo ducta illa,ſe ſocero
ſuppoſuerat,minus culpans, quàm libidinoſi cõcubitus
ardorem,quo ipſe velut ad meretricem victus intraue-
rat:ſicut quibuſdam dicitur,Iuſtificaſtis Sodomã:id eſt, Ezech.16.
tantũ peccaſtis,vt vobis Sodoma cõparata,iuſta videa-
tur. Quanquam etiam ſi hæc mulier nõ in peioris facti
cõparatione minus culpata, ſed omnioo à ſocero lau-
data intelligatur: quæ tamẽ conſulta illa æterna lege iu
ſticiæ, quæ naturalem ordinẽ perturbari vetat,nõ vtiq;
tãtũmodo corporũ, ſed maxime ac primitus animorũ,
quia in procreandis filiis ordinatã ſocietatem nõ cuſto
diuit, merito culpabilis inuenitur: quid mirũ, ſi pecca-
trix à peccatore laudatur? Quod ita nobis Fauſtus,vel Cap.LXII.
ipſa Manichæa peruerſitas arbitratur aduerſum, quaſi
nobis in illius ſcripturę veneratione digooq; pręconio
vicia hominũ,quę illa cõmemorat,neceſſe ſit approba-
re:quin potius oeceſſe eſt,vt quanto illã religioſius ac ci-
pimus,tãto fidentius illa culpemus,quæ per eius verita-
tem certius culpanda didicimus. Ibi enim fornicatio &
omnis illicitus cõcubitus diuino iure damnatur: ac per Exod.20.
hoc,cũ talia quoruodã facta cõmemorat, de quibus eo Deute.5.
loco ſuã taceat ſententiã,iudicanda nobis permittit,nõ E
laudãda præſcribit. Quis enim noſtrũ in ipſo Euãgelio
nõ deteſtatur Herodis crudelitatẽ,cum de Chriſti oati-
uitate ſolicitus,tot infantes iuſſit occidi? At hoc factum Matth.2.
ibi nõ vituperatur,ſed tantũ narratur. Sed ne hoc Ma-
nichæi veſana impudentia falſum eſſe cõtendant: quia
ipſam etiã Chriſti natiuitatẽ, qua Herodes perturbatus
eſt,negant: ipſorum Iudæorũ immaoitatem & cæcitatẽ
legant,quemadmodũ illic taotũmodo narretur,nõ vi-
tuperetur,& tamen ab omnibus deteſtetur. Sed,in- Ca.LXIII.
quiunt,iſte Iudas,qui cũ ſua nuru cõcubuit,ioter duode- Gene.38.
cim patriarchas cõputatur. Quid enim & ille Iudas,qui Matth.10.
dominũ tradidit,nonoe inter duodecim Apoſtolos nu Ioan.6.
meratus eſt,& cũ eis vnus ex eis ad prædicaodũ Euan-
geliũ diabolus miſſus eſt? Sed adhuc reſpondent & di- Matth.27.
cunt,Ille poſt tale facinus laqueo ſuo peremptus,& Apo
ſtolorũ numero exẽptus eſt:iſte autẽ poſt hanc turpitu-
dinẽ inter fratres ſuos ab illo patre,cui tã magnum te- Gene.49.
ſtimoniũ deus perhibet, præcipue beoedictus, & ſuper
omnes laudatus eſt. Quinimò hinc expreſſius apparet,
non ad ipſum,ſed ad Chriſtũ,qui ex eius tribu prænun-
ciabatur io carne venturus, illã pertioere prophetiam:
& ideo magis flagitiũ eius diuina ſcriptura tacere non F
debuit, ſicut oon tacuit, vt in verbis patris eius, quibus
poſt illud dedecus ita laudatur, quia ipſe non agnoſci-
tur,alius requiratur. Quanquã Fauſtus dente maledi- Ca.LXIIII.
co hoc ipſum intelligatur mordere voluiſſe, quòd Chri
ſtus à nobis ex eius tribu veniſſe prædicatur: maxime
quia in generationibus patrũ eius,quas Matthæus Euan
geliſta cõmemorat, etiam Zara, quem Thamar ipſa ex
illo conceptu peperit,inuenitur. Nam ſi ſtirpem Iacob, Matth.1.
non Chriſti geoerationem vellet reprehendere, habe- Gene.38.
bat magis primitiuũ Ruben, qui paternum thorũ nefa- Gene.35.&
ria libidine violauit, qualem foroicationem Apoſtolus 49.
nec io gentibus dicit auditam, Quod factũ etiã ipſe pa- 1.Cor.5.
ter Iacob, cum eos benediceret, ſuper caput eius accu-
ſando & deteſtaodo nõ tacuit. Hoc ergo crimẽ potius
Fauſtus obiiceret, vbi non error ex habitu meretricio,
ſed omnino voluntaria cõtaminatio paterni lectuli ap
paret: niſi & ipſam Thamar plus odiſſet,quòd illo cõcu
bitu nihil aliud quàm parere cuperet, quàm ſi ſola libi-
dine carnalis voluptatis arſiſſet: & Chriſti progenito-
res culpãdo, incarnationi eius fidẽ derogare voluiſſet:

G ignorans miſer veriſſimum & veraciſſimũ ſaluatorem,
non ſolum loquendo, ſed etiam naſcendo magiſtrum
extitiſſe. Fideles enim eius, venturi ex omnibus genti-
bus,etiam exemplo carnis ipſius diſcere debuerunt,pa-
rentum ſuorum iniquitates ſibi obeſſe non poſſe. Pro-
inde ſponſus ille luis cógnens inuitanis,qui vocaturus
Matth.22. erat ad nuptias bonos & malos,etiã naſci voluit de bo-
nis & malis: vt prophetiam Paſchæ qua præceptus eſt
manducari agnus acceptus ex ouibus & capris,tãquam
Exod.12. iuſtis & iniuſtis,ad ſe præfigurãdum præceſſiſſe firma-
ret: documenta quippe dei & hominis vbique conſer-
uans,parentes & bonos & malos propter conuenientiã
humanitatis non ſpreuit: partum autem virginis pro-
Cap.LXV. pter miraculũ diuinitatis elegit. Inaniter ergo Fau-
ſtus in ſeipſum potius dente ſacrilego ſæuiens,ſanctam
ſcripturam, quam totus iam mũdus merito veneratur,
accuſat: quæ,vt ſupra dixi,tãquam ſpeculi fidelis nitor,
nullius accipit adulandam perſonam, ſed & laudan-
da & vituperanda hominum facta, vel ipſa iudicat,vel
legentibus iudicanda proponit:nec ſolum homines ip-
ſos vel vituperabiles vel laudabiles intimans: verum-
H etiam quædam in vituperabilibus laudanda, & in lau-
dabilibus vituperanda nô tacens. Neque enim quia vi-
1.Reg.14. tuperabilis homo erat Saül, ideo non eſt laudabile fa-
ctum eius,quòd guſtatum de anathemate tam diligen-
ter ſcrutatus, tam ſeuere vindicare conatus eſt,obediẽs
Deute.18. deo,qui hoc fieri prohibuerat: vel quòd pythones & vẽ
triloquos de regno ſuo deleuit. Aut quia laudabilis erat
1.Reg.28. Dauid, ideo peccata eius, quæ deus quoque arguit per
2.Reg.12. Prophetã,vel approbanda vel imitanda ſunt. Sicut nec
in Pontio Pilato vituperandum eſt, quòd aduerſus ac-
Matth.27. cuſationes Iudæorũ innocentem dominum iudicauit.
Matth.26. Nec in Petro laudandũ eſt, quòd eundem dominû ter
Matth.16. negauit: vel vnde ab ipſo Satanas appellatus eſt, quòd
non ſapiendo quæ dei ſunt,eum voluit à paſſione,hoc
eſt à noſtra ſalute reuocare: pauloante ergo dictus eſt
beatus,paulopoſt dictus eſt Satanas.Sed quid in illo ob-
tinuerit, Apoſtolatus eius,& martyrij corona teſtatur.
Ca. LXVI. Sic itaque & regis Dauid legimus peccata, ſed le-
gimus etiam recte facta. In quo autem prænaluerit, &
vnde quid vicerit, ſatis in promptu eſt, non maleuolæ
cæcitati,qua in ſanctos libros & viros Fauſtus irruebat,
I ſed religioſæ prudẽtiæ,qua & authoritas diuina,& me-
rita humana poſſunt cerni atque diſcerni. Nam legant
2.Reg.12. iſti & videant, in Dauid plura deum redarguiſſe quàm
Fauſtum:ſed ibi eſt & pœnitentię ſacrificium,ibi eſt illa
incomparabilis manſuetudo, vſque ad immaniſſimum
& atrociſſimum inimicum: qui quoties illi eſt in ma-
nus fortiſſimas datus,toties ab illo eſt de manibus piiſ-
1. Reg. 24. & 26. ſimis dimiſſus illæſus. Ibi memorabilis humilitas ſub
flagello dei, & ceruix regia dominico iugo ita ſubdita,
2.Reg.16. vt armatus & comitatus armatis, amara ex inimici o-
re conuicia patientiſſime ſuſtineret: ſuũmque comitem
accenſum iracundia,quòd talia rex eius audiret,& iam
iamq; in cõuiciatoris caput dexterà vltrice pergentem,
modeſtiſſime refrænaret, regali ſuæ iuſſioni diuini ti-
moris pondus adiiciens,& dicens meritis ſuis hoc red-
ditum ſuperno iudicio, quo ille iniurioſus miſſus eſſet,
vt in eum talia iacularetur opprobria. Ibi in gregem ſi-
bi commiſſum tanta dilectio paſtoralis, vt pro eis ipſa
vellet mori,quãdo populo numerato peccatum elatio-
2.Reg.24. nis eius ſic punire placuit deo, vt eundem numerũ mi-
nueret morte multorũ, cuius multitudine cor regis fue
rat ſuperbia pertentatum: in quo occulto iudicio deus,
Roma.9. apud quem non eſt iniquitas,& quos nouerat indignos
hac vita,ſubtraxit huic vitæ:& in illo,qui de hominum K
copia ſe extulerat, tumorem animi humani eiuſdem co
piæ diminutione ſanauit. Ibi tam religioſus dei timor,
ſacramentũ Chriſti in ſancta vnctione ſeruabat, vt cor
eius pia ſolicitudine trepidauerit,quando exiguam par-
ticulam de veſte ipſius Saülis latenter abſcidit, vt habe- *1.Reg.24.*
ret vnde illi fidem faceret,quòd nollet eum cum poſſet
occidere. Ibi tam prudens in filios, & tanta clementia,
vt cum innocẽtem puerum, pro quo ægrotante multis *2.Reg.12.*
lachrymis & humiliatis ſordibus ſeſe abiiciens,domi-
num fuerat deprecatus,mortuum non luxerit: idem iu-
uenem filium parricidali furore præcipitem,qui & pa-
ternum cubile ſtupris nefariis maculauerat,& cõtra pa-
trem ſceleſtum bellum gerebat, & vellet conſeruatum,
& fleret occiſum: animæ ſcilicet tantis criminibus in- *2.Reg.18.*
uolutæ,ſempiternas præuidens pœnas, quibus euaden-
dis, eum per pœnitentiam corrigendum viuere cupie-
bat humiliatum. Hæc & alia multa laudanda & imitan
da in illo ſancto reperiuntur viro,ſi non peruerſus ani-
mus eam ſcripturam,quæ de illo loquitur, perſcrutetur:
maxime ſi mente ſubdita, & pia, & plane fideli ſequa-
mur ſentẽtiam dei,qui eius nouerat occulta cordis,vbi L
in conſpectu eius,qui falli non poteſt,ita placuit,vt etiã
filiis ſuis imitandus ab illo proponeretur. Quid e- *Ca.LXVII.*
nim aliud quàm cordis eius profunda cernebat ſpiri-
tus dei,quando correptus per Prophetã dixit, Peccaui: *2.Reg.12.*
continuoq; ad hoc vnum verbum audire meruit,quod
acceperit veniam? Ad quam rem, niſi ad ſempiternam
ſalutem? Neque enim prætermiſſa eſt in illo ſecundum
dei comminationẽ flagelli paterni diſciplina,vt & con
feſſus in æternum liberaretur, & afflictus temporaliter
probaretur. Haud vero mediocre fidei robur fuit, aut
paruum mitis & obedientis animi indicium, cũ audiſ-
ſet à Propheta,quòd ſibi deus ignouiſſet, & tamen quæ
fuerat comminatus,conſequenter eueniſſent,non ſe di
cere Prophetæ deceptum eſſe mẽdacio,nec murmura-
re aduerſus deum,quaſi falſam peccatorum eius indul-
gentiã pronunciauerit. Intelligebat enim vir alte ſan-
ctus,& non contra deum,ſed ad deum leuans animam
ſuam, niſi dominus eſſet confitenti pœnitentiq; propi-
cius, quantum pœnarum æternarum eius eſſent digna
peccata: pro quibus cum temporalibus emẽdationibus
verberaretur,*†videbat ergat ſe & manere veniã,& nõ M
negligi medicinam. Cur autẽ Saül per Samuelem cor- *†al.vrgere-*
reptus,cum diceret etiã ipſe,Peccaui: nõ meruit audire *tur.*
quod Dauid,quòd ei dominus ignouiſſet? Num perſo- *1.Reg.15.*
narû acceptio eſt apud deum? Abſit. Sed in ſimili voce, *Actor.10.*
quam ſenſus humanus audiebat, diſſimile pectus erat,
quod diuinus oculus diſcernebat. Quid talibus doce-
mur exẽplis,niſi regnum cœlorũ intra nos eſſe,& de in-
timis noſtris deum colere nos debere, vt ex abundãtia *Luca.17.*
cordis os loquatur: non autẽ vt populus eum labiis ho- *Matth.12.*
noret,cor autẽ eorũ longe ſit ab eo. Neq; iudicare aliter *Matth.15.*
audeamus de hominibus, quorum interiora videre nõ
poſſumus, quàm deus qui hoc poteſt,& falli aut corrũ-
pi non poteſt: cuius euidentiſſimã ſententiã de Dauid,
cum diuinæ ſcripturę contineat tã ſublimis authoritas,
multũ ridenda vel potius dolenda eſt aliter ſentiens hu
mana temeritas? Eis quippe diuinis libris de antiquis
viris credendum eſt, qui tã longe futura dixerunt,quæ
præſentia nunc videntur. Quid aliud in Euangelio *Ca.LXVIII*
diſcimus,cum eadẽ vox Petri auditur confitentis Chri
ſtum filium dei, quæ etiam dæmoniorum paria verba, *Matth.16.*
ſed longe impari corde emittentium? Proinde in ſimi- *Marci.1.*
li voce fides Petri laudatur,dæmoniorum immundicia
cohibe-

A cohibetur. A quo niſi ab illo, qui nõ aure humana, ſed
diuina mente radices internas vocum illarũ noſſet in-
ſpicere, & ſine vlla falſitate diſcernere? Quàm multi e-
nim & alij homines dicunt Chriſtum filium dei viui,
nec tamen Petri meritis comparantur: non ſolum illi,
Matt. 7. qui dicturi ſunt in illo die, Domine domine, & auditu-
Matth. 25. ri, Diſcedite à me: ſed etiam illi, qui ſegregabuntur ad
& 26. dexteram: in quibus plurimi nec vnquã Chriſtum vel
Matt. 16. ſemel negauerũt, nec eius pro noſtra ſalute paſsionem
Galat. 2. improbauerunt, nec gentes iudaizare coëgerunt: & ta-
Matt. 19. men Petro, qui hęc fecit, ſedenti in duodecim ſedibus,
1. Cor. 16. & nõ ſolum duodecim tribus, verum & angelos iudi-
canti impares apparebunt: ita etiam multi nullius ap-
petentes vxorem, nullum maritum appetitæ, vſque ad
2. Reg. 11. mortẽ perſequentes, tamen Dauidicum meritum, cum
iſte illa feciſſet, apud deum habere non poſſunt. Tantũ
intereſt quid cuique in ſeipſo, quantumq; diſpliceat, vt
penitus extirpetur: & quid pro eo fructiferũ & opulen-
tum ingenti feracitate conſurgat: quia & agricolę plus
placent agri, qui ſpinis etiam magnis eradicatis, cente-
B num proferunt, quàm qui nullas vnquã ſpinas habue-
Cap. LXIX. runt, & vix ad tricenum perueniũt. Sic & Moyſem
Nume. 12. famulum dei fideliſsimũ in tota domo eius, miniſtrum
Hebr. 3. legis ſanctæ, & mãdati ſancti, iuſti, & boni: cui Apoſto-
Roma. 7. lus atteſtatur, nam eius hæc verba ſunt quæ cõmemo-
raui: miniſtrum etiam ſacramentorum, non iam præ-
ſtantium ſalutem, ſed adhuc promittentium ſaluatorẽ,
Ioan. 5. Quod & ſaluator ipſe confirmat, dicens, Si crederetis
Moyſi, crederetis & mihi: de me enim ille ſcripſit. Vn-
de ſuo loco, quãtum ſatis viſum eſt cõtra impudentes
Manichæorum calũnias diſſeruimus. Hunc ergo Moy-
ſem famulum dei viui, dei veri, dei ſummi, fabricatoris
cœli & terræ, nõ de alieno, ſed de nihilo: nõ premente
neceſsitate, ſed affluente bonitate: non per ſui membri
pœnam, ſed per ſui verbi potentiam: hunc, inquã Moy-
ſem, humilẽ in recuſando tam magnum miniſterium,
ſubditum in ſuſcipiendo, fidelem in ſeruãdo, ſtrenuum
in exequendo: in regendo populo vigilãtem, in corri-
gendo vehementem, in amando ardentem, in ſuſtinẽ-
C do patientem: qui pro eis, quibus præfuit, deo ſe inter-
poſuit conſulenti, oppoſuit iraſcenti. Hunc itaq; talem
ac tantum virũ, abſit à nobis, vt ex maledico Fauſti ore
pẽſemus, ſed ex ore pleno veridici dei, qui veraciter ho
minem, quem fecerat, nouerat: quãdoquidem etiã pec-
cata hominum, quæ ipſe nõ fecit, & in diffidentibus vt
iudex agnoſcit, & in cõfitentibus vt pater ignoſcit. Ex
ore omnino eius Moyſem ſeruũ eius & amamus & ad-
miramur, & quantum poſſumus imitamur, cum ſimus
longe illius meritis inferiores, etiã nullo Aegyptio vel
occiſo vel expoliato, nullo bello geſto, quorũ ille aliud
futuri indole defenſoris, alia impoſito imperio dei fe-
Cap. LXX. cit. Vt interim omittam, quod cũ percuſſiſſet Aegyp-
Exo. 2. tium, quanquam illi deus nõ præciperet, in perſona ta-
men Prophetica ad hoc diuinitus fieri permiſſum eſt,
vt futurũ aliquid præſignaret: vnde nunc non ago, ſed
omnino tãquam nihil ſignificauerint facta illa, diſcu-
tio: conſultaq; illa æterna lege reperio nõ debuiſſe ho-
minem ab illo, qui nullam ordinatam poteſtatem ge-
rebat, quanuis iniurioſum & improbum occidi. Verun-
tamen animæ virtutis capaces ac fertiles, præmittunt
ſæpe vicia, quibus hoc ipſum indicẽt, cui virtuti ſint po
tiſsimum accommodatæ, ſi fuerint præceptis excultæ.
Sic enim & agricolæ, quam terrã viderint, quanuis in-
utiles, tamen ingentes herbas progignere frumentis
aptam eſſe pronunciant, & vbi filicem aſpexerint, licet
eradicandã ſciant, validis viribus habilem intelligunt: D
& quem montem oleaſtris ſylueſcere aſpexerint, oleis
eſſe vtilem, cultura accedẽte non dubitant: ſic ille ani-
mi motus, quo Moyſes peregrinum fratrem à ciue im-
probo iniuriã perpetientem, non obſeruato ordine po
teſtatis, inultum eſſe non pertulit: non virtutum fru-
ctibus inutilis erat, ſed adhuc incultus, vicioſa quidem,
ſed magnę fertilitatis ſigna fundebat. Ipſe denique per
angelum ſuũ diuinis Moyſem vocibus euocauit in mõ
te Sina, per quẽ liberaretur ex Aegypto populus Iſraël: Exod. 3.
eumq; miraculo viſionis in rubo flammante & nõ ar-
dente, verbiſq; dominicis ad frugem obedientiæ præ-
parauit: qui etiam Saulum Eccleſiam perſequentem de Acto. 2. &
cœlo vocauit, proſtrauit, erexit, impleuit, * tanquã per- 22.
cuſsit, amputauit, inſeruit, fœcundauit. Illa namque Pauli * al. impli-
ſæuicia, cum ſecũdum æmulationem paternarum tra- cuit.
ditionum perſequebatur Eccleſiam, putans officiũ deo Gala. 1.
ſe facere, tanquam ſylueſtre erat vicium, ſed magnæ fe-
racitatis indicium. Hinc erat etiam illud Petri cũ eua- Matth. 26.
ginato gladio, volẽs defendere dominum, aurem per-
ſecutoris abſcidit, quod factum dominus ſatis minaci- E
ter cohibuit, dicens, Reconde gladiũ: qui enim gladio
vſus fuerit, gladio cadet. Ille autẽ vtitur gladio, qui nul 23. quæſt. 1.
la ſuperiori ac legitima poteſtate vel iubente vel con- cap. Ille gla
cedẽte, in ſanguinem alicuius armatur. Nam vtiq; do- dium,
minus iuſſerat vt ferrum diſcipuli eius ferrent, ſed non
iuſſerat vt ferirẽt. Quid ergo incongruũ, ſi Petrus poſt
hoc peccatũ factus eſt paſtor Eccleſię, ſicut Moyſes poſt
percuſſum Aegyptium factus eſt rector illius ſynago-
gæ? Vterq; enim nõ deteſtabili immanitate, ſed emen-
dabili animoſitate iuſticiæ regulã exceſsit: vterq; odio
improbitatis alienæ, ſed ille fraterno, iſte dominico, li-
cet adhuc carnali, tamen amore peccauit. Reſecandum
hoc vicium vel eradicãdum: ſed tamen tam magnum
cor, tanquam terra frugibus, ita ferendis virtutibus ex-
colendum. Quid ergo iam de expoliatis Aegyptiis Ca. LXXI.
Fauſtus obiicit, neſciens quid loquatur? Quod faciẽdo
Moyſes, vſqueadeo nõ peccauit, vt non faciendo pec-
caret. Deus enim iuſſerat, qui vtiq; nouit non ſolum ſe-
cundum facta, verũetiam ſecundum cor hominis, quid F
vnuſquiſque, vel per quẽ perpeti debeat. Carnalis itaq; C. cor. 3. ſen
adhuc ille populus erat, & rerum terrenarum cupidita- ten. diſt. 37.
te occupatus, Aegyptij vero ſacrilegi & iniqui: nam & circa fin. Et
auro illo, hoc eſt, dei creatura male vtentes, ad creato- 14. quæſt. 5.
ris iniuriam ſuis idolis ſeruiẽbãt: & homines peregri- cap. Dixit.
nos labore gratuito iniuſte ac vehementer afflixerant.
Digni ergo erant & iſti, quibus talia iuberentur, & illi,
qui talia paterentur: & forte ſecundum ſuas voluntates
& cogitationes Hebræi magis permiſsi ſunt facere iſta,
quàm iuſsi: ſed eis deus permiſsionem ſuã per famulũ
ſuum Moyſem innoteſcere voluit, quãdo mandauit vt
diceret. Fieri autem poteſt, vt ſint aliæ cauſæ occultiſsi-
mæ, cur hoc illi populo diuinitus dictũ ſit, ſed diuinis
imperiis cedendum obtẽperando, non reſiſtendum eſt
diſputando, Apoſtolus dixit, Quis enim cognouit ſen- Roma. 11.
ſum domini, aut quis cõſiliarius eius fuit? Siue ergo iſta
ſit cauſa, quã dixi, ſiue aliqua quælibet in ſecreta & ab-
dita diſpoſitione dei lateat, cur hoc per Moyſem illi
populo dixerit, vt ab Aegyptiis ſibi cõmodãda peterẽt
quæ auferrẽt: hoc tamen confirmo, nec fruſtra nec ini-
que dictũ eſſe, nec licuiſſe Moyſem aliter quàm deus
dixerat facere, vt penes dominũ eſſet conſilium iuben-
di, penes famulum autem obſequiũ peragendi. Sed Ca. LXXI.
deus, inquit, verus & bonus, nullo modo talia iuſsiſſe
credendus eſt: imò vero talia recte non iubet, niſi deus
verus

G verus rectus & bonus, qui & ſolus nouit quid cuiq; iubendum ſit, & ſolus neminem quicquam incongruum perpeti ſinit. Cæterũ iſta imperita & falſa bonitas cordis humani contradicit & Chriſto, ne deo booo iubẽte, impij mali aliquid patiantur, cum dicturus eſt angelis, Colligite primum zizania, & alligate faſciculos ad cõburendum. (*Matt. 13.*) Qui tamen hocipſum importune facere volentes ſeruos prohibuit, diceos, Ne forte cum vultis colligere zizaoia, eradicetis ſimul & triticum: ita ſolus deus verus & bonus nouit, quid, quãdo, quib⁹, per quos fieri aliquid vel iubeat vel permittat. Poterat etiam iſta humana, nõ bonitas, ſed planẽ vanitas eidem domino cõtradicere, cum deſiderio noxio dæmones in porcos ire volentes, petenteſq; permiſit: (*Matt. 8.*) præſertim quia Manichæi oõ ſolum porcos, verumetiam minuta & abiecta animalia, hominum animas habere crediderunt. Qua vanitate improbata & abiecta, illud tamẽ cooſtat, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum dei voicum filium, ac per hoc deum verum & booum, mortem pecorum alienorum, perniciẽ qualiumcũq; animantium, & grauẽ dãnum hominum, deſiderio dæmonum cõceſsiſſe. (H) Quis autem dementiſsimus dixerit, ꝙ eos ab hominibus noo potuiſſet excludere, etiam ſi eorum noxiæ voluntati nec porcorũ exitium præſtare voluiſſet? Porrò ſi ſpirituũ damoatorũ, & igoi æterno iã deſtinatorum, quãuis ſæua & iniqua cupiditas à creatore atque ordinatore omnium naturarum, occulto quidem, ſed vbiq; iuſto moderamine, in id quod inclinauerat, relaxata eſt: quid abſurdum eſt, ſi Aegyptij ab Hebręis, homines inique dominantes, ab hominibus liberis, quorũ etiam mercedis pro eorum tã duris & iniuſtis laboribus fuorant debitores, rebus terrenis, quibus etiam ritu ſacrilego in iniuriam creatoris vtebantur, priuari meruerunt? Quod tamen ſi Moyſes ſua ſpoote iuſsiſſet, aut hoc Hebræi ſua ſpoote feciſſent, profecto peccaſſent: quãquam illi noo quidẽ hoc facieodo, quod vel iuſſerat vel permiſerat deus, ſed tamen talia fortaſſe cupiẽdo peccauerunt. Quod autem hoc facere diuina diſpẽſatione permiſsi ſunt, illius iudicio iuſto bonoq; permiſsi ſunt, qui nouit & pœnis vel coërcere improbos, vel erudire ſubiectos: & præcepta validiora dare ſaniorib⁹, & quoſdã (I) medicinales gradus infirmioribus ordinare. Moyſes vero nec cupiditatis arguẽdus eſt in illis rebus deſideratis, nec cõtumaciæ in diuinis imperiis quibuſcunque cootemptis.

(*Caput LXXIII.*) Quædã enim facta, lex illa æterna quæ ordinem naturalem cooſernari iubet, perturbari vetat, ita medio quodã loco poſuit hominib⁹, vt in eis vſurpandis merito reprehẽdatur audacia, in exequendis autem obedientia iure laudetur. Tãtum intereſt in ordine oaturali, quid à quo agatur, & ſub quo quiſque agat. Abrahã ſi filium ſponte immolaret, (*Gene. 22.*) quid niſi horribilis & inſanus? deo autem iubẽte, quid oiſi fidelis & deuotus apparuit? Quod vſqueadeo ipſa veritas clamat, vt eius voce deterritus Fauſtus, cũ in ipſum Abraham quid diceret, vnguibus & dentibus quærens, vſq; ad calũnioſum mendacium perueniret, hoc tamen reprehẽdere noo auderet: niſi forte non ei veniret in mentem factum ita nobile, vt & non lectum, nec quæſitum animo occurreret, vt denique tot linguis cãtatum, tot locis pictũ, & aures & oculos diſsimulantes feriret. Quapropter ſi in occidẽdo filio ſpontaneus motus execrabilis, deo autẽ iubeote obſecundans famulatus, oon ſolum inculpabilis, verũetiam laudabilis iouenitur, quid Moyſem Fauſte reprehendis, ꝙ expoliarit Aegyptios? (*Exo. 3. et 12.*) Si te irritat velut humana facientis improbitas, diuina terreat iubẽtis authoritas. An talia fieri volentem, etiam (K) ipſum deum vituperare paratus es? Redi ergo retro Sataoas, (*Matt. 16.*) neque enim ſapis quæ dei ſunt, ſed quæ ſunt homioum: atq; vtinã hoc ſicut Petrus audire dignus fuiſſes, atq; id quod in deo ſeoſu infirmo reprehẽdis, poſtea prædicaſſes, quẽadmodum ille glorioſo præcooio poſtea gentibus anouociabat, quod ei primo, cũ dominus vellet fieri, diſplicebat. Quã ob rem ſi iam tandem intelligit humana duricia, atq; in rebus rectis voluntas praua atq; peruerſa, plurimum intereſſe, vtrum aliquid humana cupiditate vel temeritate admittatur, an dei pareatur imperio: qui nouit, quid, quãdo, quibus permittat aut iubeat, quid cuiq; facere patiq; cõueniat.

(*Caput LXXIIII.*) Nec bella per Moyſem geſta miretur aut horreat, quia & in illis diuina ſecutus imperia, oon ſæuiens, ſed obediens fuit: nec deus cũ iubebat iſta, ſæuiebat, ſed digna dignis retribuebat, digooſq;* terrebat. (** al. indignos.*) Quid enim culpatur io bello? An quia moriuntur quandoque morituri, vt dominentur in pace victuri? Hoc reprehendere timidorũ eſt, non religioſorum: (*23. quæſt. 1. ca. Quid culpatur.*) nocendi cupiditas, vlciſcẽdi crudelitas, impacatus atq; implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi qua ſimilia, hæc ſunt (L) quæ in bellis iure culpãtur, quę pleruncq; ita culpantur, vt etiam iure puniantur. Aduerſus violentiam reſiſtentium, ſiue deo, ſiue aliquo legitimo imperio iubente, gerenda ipſa bella ſuſcipiuntur à bonis, cum io eo rerum humaoarum ordine inueoiuntur, vbi eos vel iubere tale aliquid, vel in talibus obedire iuſte ordo ipſe cõſtringit. (*23. quæſt. 1. ca. Paratus. in fine.*) Alioquin Ioaooes, cum ad eum baptizandi milites venirent, dicentes, Et nos quid faciemus? reſponderet eis, Arma abiicite, militiam iſtam deſerite, neminem percutite, vuloerate, proſternite neminẽ. Sed quia ſciebat eos, cum hæc militando facerent, noo eſſe homicidas, ſed miniſtros legis, & non vltores iniuriarũ ſuarũ, ſed ſalutis publicæ defenſores, reſpondit eis, Nemioem cõcuſſeritis, oulli calumniã feceritis, ſufficiat vobis ſtipendium veſtrum. (*Luca. 3.*) Sed quia Manichæi Ioannẽ aperte blaſphemare cõſueuerunt, ipſum dominũ Ieſum Chriſtum audiant, hoc ſtipendium iubentem reddi Cæſari, quod Ioãnes dicit debere ſufficere militi. Reddite, inquit, Cæſari quæ Cæſaris ſunt, & deo quæ dei ſunt. (*Matth. 22.*) (M) Ad hoc enim tributa pręſtãtur, vt propter bella neceſſario militi ſtipendium præbeatur. Merito & illius centurionis dicentis, (*Matth. 8. Luca. 7.*) Et ego homo ſum ſub poteſtate cõſtitutus, habẽs ſub me milites, & dico huic vade, & vadit: & alij veni, & venit: & ſeruo meo, fac hoc, & facit, fidem laudauit, nõ illius militiæ deſertionem imperauit. Sed de iuſtis quidem iniuſtiſq; bellis nunc diſputare longũ eſt, & non neceſſarium.

(*Ca. LXXV. 23. quæſt. 1. cap. Quid culpatur.*) Iotereſt enim quibus cauſis, quibuſq; authoribus homines gerenda bella ſuſcipiãt: ordo tamen ille naturalis, mortaliũ paci accõmodatus hoc poſcit, vt ſuſcipiendi belli authoritas atq; cõſilium peoes principẽ ſit, exequendi autem iuſſa bellica miniſterium milites debeaot paci ſalutiq; cõmuni. Bellũ autẽ, quod gerẽdum deo authore ſuſcipitur, recte ſuſcipi dubitare fas non eſt: vel ad terrendam, vel ad obterendam, vel ad ſubiugandam mortaliũ ſuperbiam: quãdo ne illud quidem, quod humana cupiditate geritur, non ſolũ incorruptibili deo; ſed nec ſanctis eius obeſſe aliquid poteſt: quib⁹ potius ad exercendã patientiã, & ad humiliãdam animam, ferendamq; paternam diſciplinam etiam prodeſſe inuenitur. Neque enim habet in eos quiſquã vllam poteſtatem, niſi cui data fuerit deſuper. (*Ioan. 19.*) Nõ eſt enim poteſtas niſi à deo, ſiue iubente ſiue ſinente. (*Roma. 13.*) Cum ergo vir iuſtus, ſi forte ſub rege homine

etiam

A etiam ſacrilego militet, recte poſsit illo iubente bellare
ciuicæ pacis ordinem ſeruans: cui quod iubetur, vel nõ
eſſe cõtra dei pręceptum certũ eſt, vel vtrum ſit, certum
nõ eſt: ita vt fortaſſe reum regem faciat iniquitas impe-
randi, innocentem autem militem oſtendat ordo ſer-
uiendi: quãto magis in adminiſtratione bellorũ inno-
cẽtiſsime diuerſatur, qui deo iubente belligerat, quẽ ma
le aliquid iubere non poſſe, nemo qui ei ſeruit, ignorat.
Caput LXXVI. Si autem propterea putant non potuiſſe deum bel-
lum gerendum iubere, quia dominus poſtea Ieſus Chri
Matt. 5. ſtus, Ego, inquit, dico vobis, non reſiſtere aduerſus ma-
lum, ſed ſi quis te percuſſerit in maxillam tuam dexte-
† ſiniſtram. ram, præbe illi & aliam †: intelligant hanc præpara-
tionem non eſſe in corpore, ſed in corde: ibi eſt enim
ſanctum cubile virtutis, quæ in illis quoq; antiquis iu-
ſtis noſtris patribus habitauit: ſed eam rerum diſpenſa-
tionem ac diſtributionem temporum ordo poſcebat,
vt prius appareret etiã ipſa bona terrena, quibus & hu-
mana regna & ex hoſtibus victoriæ deputãtur, propter
quæ maxime ciuitas impiorũ diffuſa per mundum, ſup-
plicare idolis & dæmonibus ſolet, non niſi ad vnius
dei veri poteſtatem atque arbitrium pertinere. Vnde &
B vetus teſtamentum ſecretum regni cœlorum tempore
opportuno aperiendum promiſsionibus terrenis ope-
† opacauit. ruit, & quodam modo vmbroſius occupauit †. Vbi autẽ
Gala. 4. venit plenitudo temporis, vt nouum teſtamentum re-
uelaretur, quod figuris veteris velabatur, euidẽti teſtifi-
catione iam demonſtrandum erat, eſſe aliam vitam,
pro qua debet hęc vita contemni: & aliud regnum pro
quo oportet omniũ terrenorum regnorũ aduerſitatẽ
† patientiſ- ſapiẽtiſsime † ſuſtineri. Proinde per quorum cõfeſsio-
ſime. nes, paſsiones, & mortes hoc deo placuit atteſtari, mar
tyres appellantur, qui Latine teſtes interpretãtur: quo-
rum numerus tantus effloruit, vt ſi eos Chriſtus, qui de
Acto. 9. & 22. cœlo Saulum vocauit, & ex lupo factum ouem, in me-
dium luporum miſit, congregatos vellet armare atque
Matt. 10. adiuuare pugnantes, ſicut Hebræos patres adiuuit, quæ
gentes reſiſterent, quæ regna nõ cederent? Sed vt præ-
clariſsimum teſtimoniũ veritati perhiberetur, qua iam
docẽdum erat, non propter tẽporalem in hac vita, ſed
propter æternam poſt hãc vitam fœlicitatem deo eſſe
ſeruiendũ, ea quę vulgo infœlicitas dicitur, pro illa fœ-
licitate ſubeunda fuerat & ferẽda. Itaque in plenitudi-
Galat. 4. ne tẽporum filius dei factus ex muliere, factus ſub lege,
C vt eos qui ſub lege erãt, redimeret: factus ex ſemine Da
Roma. 1. uid ſecundũ carnẽ, mittit diſcipulos velut oues in me-
Matt. 10. dium luporũ, & monet ne timeant eos qui corpus occi
dunt, animã autem nõ poſſunt occidere: promittit etiã
ipſius corporis renouãdam integritatẽ vſque ad capilli
Matt. 26. reparationẽ: Petri gladium reuocat in vaginam: aurem
Luca. 22. inimici præciſam reparat ad priſtinã formã: dicit ſe le-
gionibus angelorũ imperare potuiſſe ad delendos ini-
micos, niſi calix bibendus eſſet, quem paterna voluntas
dediſſet. Bibit pręcedens, propinat ſequentibus: virtutẽ
† al. ſtim- patientiæ ſuo releuat † præcepto, ſuo cõfirmat exẽplo.
lat. Propter quod de* illũ ſuſcitauit à mortuis, & donauit
Philip. 2. ei nomen quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine
Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & in-
fernorũ: & omnis lingua cõfiteatur quia dominus Ieſus
in gloria eſt dei patris. Regnauerunt hic ergo Patriar-
chæ & Prophetæ, vt iſta regna deum dare & auferre
oſtenderetur. Nõ hic regnauerunt Apoſtoli & marty-
res, vt regnum cœlorum deſiderãdum potius pãdere-
* al. reges. tur. Illi regi* † bella geſſerunt, vt tales quoque victorias
† regum. appareret dei voluntate pręſtari: iſti non reſiſtendo in-
terfecti ſunt, vt potiorem eſſe docerent victoriam pro D
fide veritatis occidi: quãquam & illic Prophetę noue-
rant mori pro veritate, ſicut ipſe dominus dicit, A ſan- Matt. 23.
guine Abel vſq; ad ſanguinem Zachariæ. Et id poſtea
quàm cœpit impleri, quod ſub figura Salomõis, qui La-
tine interpretatur pacific*, de domino Chriſto, ipſe eſt Ephe. 2.
enim pax noſtra, in Pſalmo prophetatum eſt, Et ado- Pſal. 71.
rabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes ſeruient
illi: & Chriſtiani quoque imperatores plenam gerentes
fiduciam pietatis in Chriſto, de inimicis ſacrilegis, qui
ſpem ſuam in ſacramentis idolorum, dęmonumq; po-
ſuerant, glorioſiſsimã victoriã perceperunt: cum aper-
tiſsimis notiſsimisq; documẽtis, de quibus nonnulli iã
ſcriptum memorię commendarunt, illos fallerẽt vati-
cinia dæmoniorum, hos firmarent prædicta ſanctorũ.
Si autẽ hoc mirum iſtis vanis videtur, quòd aliud Caput
tunc deus præcepit diſpenſatoribus veteris teſtamenti, LXXVII.
vbi noui gratia velabatur, aliud prædicatorib* noui te-
ſtamenti, vbi veteris obſcuritas reuelabatur: attendant
ipſum dominum Chriſtum, mutantem quæ dixerat, &
aliud dicentẽ, Quando miſi vos, inquit, ſine ſacculo & Luca. 22.
pera & calciamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At
illi dixerunt, Nihil. Dicit ergo eis, Sed nunc qui habet E
ſacculum, tollat ſimiliter & perã: & qui non habet ven
dat tunicam ſuam, & emat gladium. Iſti certe ſi iſta di-
uerſa in teſtamẽtis ſingulis inuenirent veteri & nouo,
etiã hoc clamarent, duo ſibi teſtamenta eſſe contraria.
Quid ergo nũc reſpõdebunt, cum idẽ ipſe dicit antea,
Miſi vos ſine ſacculo & pera & calciamentis, & nihil
vobis defuit: nunc autem, Qui habet ſacculum, tollat ſi-
militer & peram: & qui habet tunicam, vendat & emat
gladium? Iam ne intelligunt quẽadmodum nulla in cõ
ſcientia pręcipientis †, ſed ratione diſpenſantis pro tẽ- † nulla in-
porum diuerſitate, præcepta, vel conſilia, vel permiſſa conſtantia
mutentur? Nam ſi dicunt certi myſterij gratia hoc de præcipiẽtis.
tollẽdo ſacculo & pera, & emẽdo gladio locutũ fuiſſe,
cur non admittunt certi myſterij gratia, eundẽ vnum
deum, tunc Prophetas gerere bella iuſsiſſe, nunc Apo-
ſtolos prohibuiſſe? Neque enim in eo, quod ex Euange-
lio cõmemorauimus, verba tãtum domini fuerunt: ſed
obtemperãtium quoq; diſcipulorum facta ſecuta ſunt.
Nam & tunc ſine ſacculo & pera ierunt, & nihil eis de- Luca. 22.
fuit: ſicut eius interrogatio & eorum reſpõſio declara-
uit. Et nunc dixerunt ei, cũ de gladio emendo iuſsiſſet,
Ecce ſunt hic duo gladij. Et ille reſpõdit, Sufficit. Hinc F
& Petrus armatus inuẽtus eſt, cum aurem perſecutoris
abſcidit, vbi ſpõtanea ei* coërcetur audacia: quia nõ vt
iuſſus fuerat ferrum tollere, ita iuſſus fuerat & ferire. La-
tebat certe domini voluntas, cur arma portare præce-
piſſet, quibus eos vti noluiſſet. Veruntamẽ ad illum cũ
ratione præcipere, ad iſtos autẽ ſine retractatione præ-
cepta facere pertinebat. Calumnioſa ergo imperitia
Moyſes reprehenditur quòd bella geſſerit, qui minus Caput LXXVIII.
reprehẽdi debuit, ſi ſua ſponte gereret, quàm ſi deo iu-
bente nõ gereret: ipſum vero deum, ꝙ talia iuſſerit, au- Exo. 32.
dere reprehẽdere: vel deum iuſtum & bonum talia iu-
bere potuiſſe, nõ credere, hominis eſt, vt mitius loquar,
cogitare non valentis diuinæ prouidentiæ, per cuncta
ſumma atque ima tendenti, nec nouum eſſe quod ori-
tur, nec perire quod moritur: ſed in ſuo ſingula quęque
ordine ſiue naturarum ſiue meritorum, vel cedere, vel
ſuccedere, vel manere: hominum autem rectam volun
tatem diuinæ legi cõiungi, inordinatam vero cupidi-
tatem diuinę legis ordine coërceri: vt nec bonus aliud
quàm præcipitur, velit: nec malus amplius quàm per-
mittitur

G mittitur, poſsit: ita ſanè, vt nõ impune poſsit quod in-
iuſte voluerit: ac per hoc in omnibus, quę humana infir
mitas horret aut timet, ſola iniquitas iure dãnatur: cæ-
tera ſunt vel tributa naturarum, vel merita culparum.
Fit autẽ homo iniquus, cum propter ſeipſas diligit res
propter aliud aſſumendas, & propter aliud appetit res
propter ſeipſas diligẽdas. Sic enim quãtum in ipſo eſt,
perturbat in ſe ordinẽ naturalem, quẽ lex æterna con-
ſeruari iubet. Fit autem homo iuſtus, cum ob aliud non
appetit rebus vti, niſi propter quod diuinitus inſtitutæ
ſunt: ipſo autem deo frui propter ipſum, ſeq; & amico
in ipſo deo propter eundẽ ipſum deum. Propter deum
enim amat amicũ, qui dei amorẽ amat in amico. Siue
autem iniquitas ſiue iuſticia, niſi eſſet in voluntate, non
eſſet in poteſtate. Porrò ſi in poteſtate nõ eſſet, nullum
præmium, nulla pœna iuſta eſſet: quod nemo ſapit, niſi
qui decipit. Ignorãtia vero & infirmitas, vt vel neſciat
homo quid velle debeat, vel non omne quod voluerit
poſsit, ex occulto pœnarũ ordine venit, & illis inſcru-
H tabilibus iudiciis dei, apud quem nõ eſt iniquitas. Pro-
Roma.9. ditum eſt enim nobis peccatum Adam fideli eloquio
Roma.4. dei, & quia in illo omnes moriuntur: & quia per illum
peccatum intrauit in hunc mundum, & per peccatum
mors, veraciter ſcriptũ eſt. Et quia ex hac pœna corpus
Sapien.9. corrumpitur, & aggrauat animã, & deprimit terrena
habitatio ſenſum multa cogitãtem, veriſsimũ, nobiſq;
notiſsimũ eſt: & quia de hac iuſta pœna non liberat niſi
dei miſericors gratia, certum eſt. Et hinc Apoſtolus ge-
Roma.7. mebundus exclamat, Infœlix ego homo, quis me libe-
rabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Ieſum
Chriſtum dominum noſtrum. Sed quæ ſit diſtributio
iudicantis & miſerẽtis dei, cur alius ſic, alius autem ſic,
occultis fit cauſis, iuſtis tamen. Non tamen ideo neſci-
Sapien.11. mus omnia iſta iudicio aut miſericordia dei fieri, licet
in abdito poſitis menſuris & numeris & ponderibus,
quibus omnia diſponuntur à deo creatore omniũ quæ
naturaliter ſunt: nec authore, ſed tamẽ ordinatore etiã
peccatorum: vt ea quæ peccata non eſſent, niſi cõtra na
turam eſſent, ſic iudicentur & ordinentur, ne vniuerſi-
tatis naturam turbare vel turpare permittantur, merito-
rum ſuorum locis & cõditionibus deputata. Quæ cum
ita ſint, & cum per hoc ſecretum iudiciorũ dei motuſq;
I humanarum volũtatum, eiſdẽ proſperitatibus alij cor-
rumpantur, alij temperanter vtantur: & eiſdem aduer-
ſitatibus alij deficiant, alij proficiant: cumq; ipſa huma-
Iob.7. na mortaliſq; vita tentatio ſit ſuper terram: quis homi-
num nouit cui proſit aut obſit in pace, regnare vel ſer-
uire, vel vacare, vel mori: in bello autem, imperare, vel
pugnare, vel vincere, vel occidi? Cum hoc tamen con-
ſtet, & cui prodeſt, nõ niſi per diuinum prodeſſe bene-
ficium: & cui obeſt, nõ niſi per diuinum obeſſe iudiciũ?

Caput LXXIX. Quid ergo inſilimus in temerarias reprehenſiones:
atque vtinam hominum & non dei? Seruierunt diſpẽ-
ſatores veteris teſtamenti, iidemq; prænunciatores no-
ui teſtamenti, peccatores occidẽdo: ſeruierunt diſpen-
ſatores noui teſtamenti, iidemq; expoſitores veteris te-
ſtamenti, à peccatoribus moriendo: deo tamẽ vni vtri-
que ſeruierunt per diuerſa & congrua tempora, docẽti
bona temporalia & à ſe petenda, & propter ſe cõtem-
nenda: moleſtias temporales & à ſe poſſe impetrari, &
23.quæſ.4. propter ſe debere tolerari. Quid ergo crudele Moyſes
cap. Quid aut mãdauit aut fecit, cum cõmiſſum ſibi populum ſan
crudele. ctè zelans, & vni vero deo ſubditum cupiens, poſteaq̃
Exo.32. cognouit ad fabricãdum & colẽdum idolũ defluxiſſe,
mentemq; impudicam proſtituiſſe dæmonibus, in pau
cos eorum vindicans gladio, quos deus ipſe, quẽ offen- K
derant, alto & ſecreto iudicio feriendos voluiſſet mox
feriri, & in præſenti ſalubriter terruit, & diſciplinam in
poſterum ſanxit? Nam eum nulla crudelitate, ſed ma-
gna dilectione feciſſe quod fecit, quis nõ in verbis eius
agnoſcat, orantis pro peccato eorum, & dicentis, Si di-
mittis illis peccatum, dimitte: ſin autem, dele me de li-
bro tuo. Comparans ergo vnuſquiſque pie prudens il-
lam cædem & hãc precẽ, videt profectò, apertiſsimeq;
videt, quãtum malum ſit animæ, per ſimulachra dęmo-
num fornicari, quando ſic ſæuit, qui ſic amat. Sic pla-
ne & Apoſtolus, non crudeliter, ſed amabiliter tradidit *1.Cor.15.*
hominem Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſal-
uus ſit in die domini Ieſu. Tradidit & alios, vt diſcerẽt *1.Timo.1.*
non blaſphemare. Legunt ſcripturas apocryphas Ma- *Diſt.15. ca.*
nichęi, à neſcio quibus ſutoribus fabularũ, ſub Apoſto- *Sancta Ro*
lorum nomine ſcriptas: quę ſuorum ſcriptorum tem- *mana.*
poribus in authoritatem ſanctæ Eccleſiæ recipi mere-
rentur, ſi ſancti & docti homines, qui tunc in hac vita
erant, & examinare talia poterant, eos vera locutos eſſe L
cognoſcerent. Ibi tamẽ legunt Apoſtolum Thomam,
cum eſſet in quodam nuptiarum conuiuio peregrinus
& prorſus incognitus, à quodam miniſtro palma per-
cuſſum, imprecatum fuiſſe homini cõtinuam ſæuámq;
vindictam. Nam cum egreſſus fuiſſet ad fontem, vnde *Cõtra Adi*
aquã conuiuantibus miniſtraret, eum leo irruens inter- *mãtũ c.17.*
emit, manúmque eius, qua caput Apoſtoli leui ictu per-
cuſſerat, à corpore auulſam, ſecũdum verbum eiuſdem
Apoſtoli id optantis atq; imprecãtis, canis intulit men-
ſis, in quib⁹ ipſe diſcumbebat Apoſtolus. Quid hoc vi-
deri crudelius poteſt? Verum quia ibi, niſi tamẽ fallor,
hoc etiam ſcriptum eſt, ꝙ ei veniã in ſeculo futuro pe-
tiuerit, facta eſt cõpenſatio beneficij maioris, vt & Apo-
ſtolus q̃ charus deo eſſet, per hunc timorem cõmenda-
retur ignotis: & illi poſt hanc vitam quandoque finiẽ-
dam, in æternum cõſuleretur. Vtrũ illa vera ſit aut cõ-
ficta narratio, nihil mea nunc intereſt. Certe enim Ma
nichęi, à quibus illæ ſcripturæ, quas Canon Eccleſiaſti-
cus reſpuit, tãquam veræ atque ſynceræ acceptãtur, ſal-
tem hinc coguntur fateri, virtutem illam patiẽtiæ, quã
docet dominus, dicẽs, Si quis te percuſſerit in maxillã *Matt.5.*
tuam dexteram, prębe illi & ſiniſtram: poſſe eſſe in prę-
paratione cordis, etiam ſi non exhibeatur geſtu corpo-
ris, & expreſsione verborum: quãdoquidem Apoſtolus M
palma percuſſus, potius deum rogauit, vt iniurioſo ho-
mini in futuro ſeculo parceretur, in pręſenti autem illa
iniuria non inulta relinqueretur, quàm vel præbuit fe-
rienti alteram partem, aut vt iterum feriret admonuit.
Tenebat certe interius dilectionis affectum, & exterius
requirebat correctionis exemplum. Siue hoc verum ſit,
ſiue cõfictum, cur nolunt credere tali animo famulum
dei Moyſem idoli fabricatores & adoratores gladio
proſtrauiſſe: cum & in eius verbis ſatis appareat, ita hu-
iuſmodi peccato eum veniam deprecatum, vt niſi im-
petraret, deleri ſe vellet de libro dei? Et quid ſimile,
ignotus homo palma percuſſus, & deus ex Aegypti ſer
uitute liberans, per diuiſum mare traiiciens, fluctibus
perſequentes inimicos operiens, idolo ſibi prælato de-
relictus atque contemptus? Si autem pœnas ipſas com-
paremus, quid ſimile ferro interimi, & à feris trucidari
atq; laniari: quandoquidem iudices publicis legibus ſer
uientes, maioris criminis reos beſtiis ſubrigi, quàm gla-
dio percuti iubent?

Reſtat in maledicis & ſacrile- *Ca. LXXX.*
gis reprehẽſionibus Fauſti, quibus nunc reſpondeo, ꝙ
locutus dominus ad Oſee Prophetã dixit, Accipe tibi *Oſee.1.*
vxorem

A vxorem furnicariam,& fac filios de fornicaria. In qua
ſcriptura ſic excæcatum eſt immundum cor eorum, vt
nec apertiſsima verba Euangelica intelligant, domini
Matt.21. dicentis ad Iudæos,Meretrices & publicani præcedent
vos in regno cœlorum. Quid enim aduerſum clemen-
tiæ veritatis, quid inimicum fidei Chriſtianæ, ſi mere-
trix relicta fornicatione, in caſtum cõiugium cũmute-
tur? Et quid tã incongruum & alienum a fide Prophe-
tæ, quàm ſi non crederet omnia peccata impudicæ di-
miſſa eſſe in melius cõmutatę? Itaque cum meretricem
Propheta fecit vxorem,& ad vitam corrigendam mu-
lieri conſultum eſt,& figuræ ſacramentũ, de quo mox
loquemur expreſſum. Sed quis nũ videat in hoc facto
quid potius Manichæorum offendat errorẽ? Scilicet,
quia ſolent dare operam meretrices, ne grauidæ fiant.
Proinde iſtis fornicaria magis permanens placebat,;vt
deum ipſorum non ligaret, quàm vnius viri facta vxor
Caput vt pareret. De Salomone autẽ quid dicam,niſi quia
LXXXI. grauius ipſius fidelis & ſanctæ ſcripturę teſtimonio re-
darguitur, quàm petulantibus & nugacibus Fauſti cõ-
B uiciis? Illa enim de illo & quid boni prius habuiſſet, &
quid mali faciẽdo,bonum in quo primum fuerat, reli-
quiſſet,veraciter fideliterq; locuta eſt: iſte autem oculis
clauſis,vel potius extinctis,non quò lumine manifeſtã-
te ducebatur,ibat:ſed quò maleuolentia præcipitãte fe-
rebatur,irruebat. Hoc ipſo enim magis inſinuauerunt
ſancti libri religioſis lectoribus & electoribꝰ ſuis,quàm
Contr. 4. caſte habuerint ſancti viri plures vxores: ꝙ Salomon,
ſent.diſ.33. qui eas non illo modo,ſed magis ad libidinẽ quàm ad
ca. Sed nũ- propaginem habuit, improbatus eſt & reprehenſus his
quid. verbis,vt appellaretur amator mulierũ: & inde ad pro-
3.Reg.11. fundum idololatriæ lapſus atq; demerſus, eadem veri-
Canti.6. tate perſonã nullius acceptante proderetur. Nunc
Caput ergo iam pertractatis perſonis omnibus, per quas Fau-
LXXXII. ſtus putauit ſcripturas veteris teſtamenti eſſe culpãdas:
redditoq; ſuo cuiq; ſermone congruo, quo vel defenſi
ſunt homines dei aduerſus hæreticorũ carnaliumq; ca-
lumnias,vel reprehẽſis hominibus,tamen ſcriptura lau
dabilis venerabiliſq; monſtrata eſt: videamus deinceps
ex ordine, quo eos homines Fauſtus accuſando cõme-
morauit,quid etiam ſignificẽt ipſa facta hominũ, quid
C Prophetiæ gerant,quæ futura prænuncient: quod iã fe-
Exo.3. cimus de Abrahã & Iſaac & Iacob, quorum ſe deus,ita
dici voluit, tanquam ſolorum eſſet deus, qui deus eſt
vniuerſæ creaturæ: non fruſtra vtiq; tantum eis tribuẽs
honorem,niſi quia nouerat in eis, quod ſolus etiã per-
fecte ſummeq; noſſe poterat, ſynceram præcipuamq;
Super Ioan. charitatem. Et quia in eis tribus patribus quodam mo-
Tract.11. do conſummauit magnum ac mirabile ſacramentum
futuri populi ſui, ꝙ per liberas genuerunt,nõ ſolum in
libertatem, ſicut per Saram & Rebeccam & Liam &
Rachel, verumetiam in ſeruitutem, ſicut per eandem
Gene.25. Rebeccã natus eſt Eſaü,cui dictum eſt, Eris ſeruus fra-
tris tui: & per ancillas nõ ſolum in ſeruitutem,ſicut per
Gene.16.& Agar,verumetiam in libertatẽ, ſicut per Balam & Zel-
30. pham. Ita & in pupulo dei & per ſpiritales liberos, na-
ſcuntur nõ ſolum in laudabilem libertatem, quemad-
1.Cor.4. modum illi,quibus dicitur, Imitatores mei eſtote,ſicut
& ego Chriſti: verumetiam in damnabilem ſeruitutẽ,
Acto.8. ſicut per Philippum Simon: & per carnales ſeruos na-
ſcuntur non ſolum in damnabilem ſeruitutem, qui eos
imitantur,verumetiam in laudabilem libertatẽ, quibus
Matt.23. dicitur, Quæ dicunt,facite:quæ autẽ faciunt,facere no-
lite. Hoc magnum ſacramentum quiſquis in dei popu-
lo prudenter agnouerit,vnitatẽ ſpiritus in vinculo pa-
cis vſq; in finem quibuſdam cohærẽdo, quoſdam tole- D
rando cuſtodit. Fecimus hoc & de Loth,quid eius lau- Gene.19.
dandum,quid culpãdum ſcriptura narrauerit,quid in-
telligendum de tota illa re geſta ſignificauerit, demon-
ſtrantes. Sequitur vt Iudæ factum conſideremus,ꝙ Caput
cum ſua nuru cõcubuit, quid ſignificauerit futurorum. LXXXIII.
Sed prius præloquẽdum eſt, ne quenquã paruæ conſi- Gene.38.
derationis offendat,ꝙ de quibuſdã malis operibus ho-
minũ in ſcripturis ſanctis, quædam nõ mala, ſed bona
futura ſignificantur: ſeruat enim vbiq; diuina prouidẽ-
tia virtutẽ bonitatis ſuæ,vt quẽadmodum ex adultero-
rum cõcubitu formatur & naſcitur homo, de hominũ
opere malo bonum opus dei,ſicut in præcedẽti ſermo- Sup.ca.48.
ne iã diximus,de fœcunditate ſeminum,non de turpi- circa finẽ.
tudine viciorum: ita in ſcripturis Propheticis,nõ tantũ
bona hominum, verumetiã & malefacta narrantibus,
quoniam Prophetica eſt ipſa narratio, ſignificetur ali-
quid de malis operibus hominum etiã futurorum bo-
norum,non peccantis opere,ſed ſcribentis. Neq; enim
Iudas, cum ad Thamar cõcupiſcentia victus intraret,
hanc ſuæ libidinis intentionẽ gerebat, vt inde aliquid E
ſignificaretur, quod ad ſalutem hominum pertineret:
ſicut nec Iudas ille,qui dominũ tradidit, hoc intendit, Matt.26.
vt aliquid inde gereretur, quod ad eandẽ ſalutẽ homi-
num pertineret. Porrò ſi de tã malo opere Iudæ illius,
tam bonum opus dominus fecit, vt eiuſdẽ ſuæ paſſio-
nis ſanguine nos redimeret: quid mirũ ſi Propheta eiꝰ,
de quo ipſe ait, De me enim ille ſcripſit, ex malo facto Ioan.5.
Iudæ iſtius boni aliquid ſignificauit, vt ſuo miniſterio
nos doceret? Ea quippe hominũ facta,ſancto ſpiritu di
ſponente atque inſpirãte, collegit Propheta narrator,
quorũ interpoſitio non vacaret ad præſignationẽ rerũ
quas intenderat prophetare: ad ſignificanda autem ali-
qua bona,nihil intereſt, facta illa quibus ea ſignifican-
tur,ſeu bona ſeu mala ſint. Quid enim mea intereſt,cũ
volo aliquid legendo cognoſcere, vtrum ex minio re-
periã ſcriptos nigros Aethiopes, & ex atramento can-
didos Gallos? Veruntamen ſi nõ ſcripturam ſed pictu-
ram talem viderem,ſine dubitatione reprehenderẽ: ita
in factis hominũ, quæ ad imitãdum vitandúmve pro-
ponũtur,magni intereſt boná ne an mala ſint. Quæ au-
tem ad ſignificãdum ſcribuntur ſiue dicuntur,nihil re- F
fert in moribus facientium, quam laudem reprehẽſio-
némve mereantur: ſi modo habent aliquam rei,de qua
agitur,neceſſariã præfigurãdi congruentiã. Sicut enim
Caiphas in Euangelio, quãtum ad eius noxium perni-
cioſumq; animum pertinebat: quantum deniq; ad ipſa
verba,ſi in eis voluntatẽ dicentis attendas, quibus age-
bat vt iuſtus iniuſte necaretur, vtiq; mala erant: tamen
magnum bonum illo neſciente ſignificabant, quando
ait, Expedit vt vnus moriatur homo, & non tota gens Ioan.11.
pereat. Dictumq; de illo eſt, Hoc autem à ſe non dixit,
ſed cũ eſſet põtifex,prophetauit: quia oportebat Ieſum
mori pro gẽte. Ita factũ Iudæ ſecundum illius libidinẽ
malum fuit,ſed illo neſciente magnũ bonum ſignifica-
uit. A ſeipſo quippe malum fecit,ſed non à ſeipſo bonũ
ſignificauit. Hoc autẽ,quod neceſſario præloquendum
putaui,nõ ad hoc tãtummodo Iudæ factum, ſed etiam
ad cætera valeat, ſi qua occurrerint mala opera homi-
num,quibus bonũ aliquid à narrante prophetatum eſt.
In Thamar ergo nuru Iudæ intelligitur plebs re- Caput
gni Iudæorum,cui de tribu Iuda reges tanquam mariti LXXXIIII.
adhibebãtur: merito nomen eius amaritudo interpre-
tatur, ipſa enim domino fellis poculũ dedit. Duo autẽ
genera principũ,qui nõ recte operabãtur in plebe: vnũ
eorum,

G eorum,qui oberant:alterum eorum,qui nihil proderãt,
ſignificabâtur in duobus filiis Iudæ: quorum vnus erat
malignus vel ſæuus ante domioũ: alter in terrã funde-
Gene.38. bat,ne ſemẽ daret ad fœcundandã Thamar. Nec ſunt
amplius q̃ duo genera hominũ ioutilia geoeri huma-
no:vnũ nocẽtium,alterum præſtare ooleutiũ,& ſiquid
boni habẽt in hac terrena vita,perdentium, tãquam in
terram fundẽtium.Et quoniã in malo prior eſt qui no-
cet,q̃ ille qui nõ prodeſt, ideo maior dicitur malignus,
ille autẽ ſequens qui fundebat in terrã. Nomen quippe
Gene.3. maioris,qui vocabatur Her,interpretatur pellici⁹: qua-
libus tunicis induti ſunt primi homines,in pœna dam-
nationis ſuæ dimiſsi ex paradiſo:ſequẽtis autẽ nomen,
qui vocabatur Onan,interpretatur mœror eorũ:quorũ
niſi quibus nihil prodeſt,cũ habeat vnde prodeſſe poſ-
ſit,atq; id perdat in terra. Maius porrò oıalum eſt abla-
tæ vitę,quod ſignificat pellicius,q̃ oõ adiutæ, quod ſi-
gnificat mœror eorum: deus tamẽ ambos occidiſſe di-
ctus eſt,vbi figuratur regnũ talibus hominib⁹ abſtuliſſe.
Gene.38. Tertius vero filius Iudæ,qꝫ illi mulieri non iungitur,ſi-
H gnificat tẽpus, ex quo reges plebi Iudæorum cœperunt
de tribu Iuda nõ fieri: & ideo erat quidem filius Iudæ,
ſed eum maritũ Thamar non accipiebat,quia erat eadẽ
tribus Iuda,ſed iã populo inde nemo regnabat. Vode
& nomen eius, id eſt,Sela, interpretatur dimiſsio eius.
Nõ pertioent ſanè ad hanc ſignificatiooem viri ſancti
& iuſti,qui licet illo tempore fuerint, ad nouum tamen
pertinent teſtamentum, cui prophetando ſcienter vti-
les fueruot,qualis Dauid fuit.Eo ſane tẽpore,quo iã Iu-
dæa cœperat reges ex tribu Iuda nõ habere,non eſt cõ-
pũtandus Herodes maior in regibus eius,taoq̃ maritus
Thamar, erat enim alienigena, nec ei ſacramento illo
myſticæ vocationis tanq̃ coniugali fœdere cohærebat:
ſed tanquã extraneus domioabatur, quam poteſtatem
à Romaois & à Cęſare acceperat.Sic & eius filij tetrar-
chæ,quorum erat vnus Herodes, patris oomine appel-
latus,qui cum Pilato in paſsiooe domini coocordauit.
Lu.3.& 23 Iſti ergo alieoigenæ vſqueadeo non deputabantur io
regno illo myſtico Iudæorum,vt ipſi Iudęi publice cla
marent,frendentes aduerſum Chriſtum, Nos oõ habe-
Ioan.19. mus regem niſi Cæſarem.Neque enim hoc verum, niſi
I illa vniuerſali dominatione Romanorum, quippe etiã
Cęſar rex erat, oõ proprie Iudæorum, ſed vt Chriſtum
nẽgarent,& huic adularẽtur, ideo ſe tali voce damna-
Caput fuot. Illo ergo tempore,quo iam de tribu Iudæ re-
LXXXV. goum defecerat,veoiẽdum erat Chriſto vero ſaluatori
domino noſtro, qui non obeſſet, multumq; prodeſſet.
Gene 49. Sic enim fuerat prophetatum, Nõ deficiet princeps ex
Iuda, neq; dux de femoribus eius, donec veniat cui re-
† repoſitũ. promiſſum † eſt: & ipſe erit expectatio gentium. Iã iſto
tempore omne quippe magiſterium Iudęorum, & my-
ſtica,vnde Chriſti vocabãtur, vnctio ipſa defecerat,ſe-
Danie.9. cuodum prophetiã Danielis, Tũc venit cui repoſitum
Pſal.44. erat expectatio gentiũ,& vnctus eſt ſanctus ſanctorum
oleo exultationis præ participibus ſuis. Natus eſt enim
Matth.2. Herodis maioris tẽpore, paſſus eſt autẽ minoris Hero-
Lucæ.23. dis tetrarchia. Huius itaq; venientis ad oues,quę perie-
Matt.15. rãt,domus Iſraël,figurã geſsit ipſe Iudas, cũ iret ad tõ-
deodas oues ſuas in Thamna,quod interpretatur defi-
ciens.Iã enim defecerat princeps ex Iuda,& omoe ma-
giſterium atq; vnctio Iudæorum,vt veniret cui repoſi-
Gene.38. tum erat. Venit autẽ cum ſuo paſtore Odollamite, cui
nomen erat Hiras, & interpretatur Odollamites, teſti-
Ioan.5. monium in aqua.Cum hoc plane teſtimonio dominus
venit,habens quidẽ teſtimoniũ maius Ioãne.Sed tamẽ
propter oues infirmas,hoc teſtimooio eſt vſus in aqua. K
Nam & ipſe Hiras,quod nomeo illius paſtoris fuit, in-
terpretatur fratris mei viſio. Vidit omnino fratrẽ ſuũ
Ioannes,fratrẽ ſecundum ſemẽ Abrahæ, ſecundũ cog-
nationem Mariæ matris eius,& Heliſabeth matris ſuæ,
eundemq; dominum & deũ ſuum:quia ſicut ipſe ait,Ex Ioan.1.
plenitudioe ei⁹ accepit. Vidit omnino & ideo in natis Matt.11.
mulierũ maior illo oõ exurrexit: quia ex omnibus prę-
nunciãtibus Chriſtũ,ipſe vidit,quod multi iuſti & pro- Matth.13.
phetæ cupieruot videre, & non viderunt. Salutauit ex Luc.1.& 3.
vtero,agnouit perfectius ex colũba: & ideo tãq̃ Odol-
lamites vere teſtimooiũ perhibuit in aqua. Venit autem
dominus ad oues tondendas,hoc eſt,exooerãdas ſarci
nis laborioſis, ex quibus Eccleſię laudatę in Canticiscã
ticorum,dentes eſſent velut grex detonſarum. Iam Canti.4.
Thamar habitum mutet,nam & cõmutans interpreta- Caput
tur Thamar,ſed in ea prorſus nomẽ amaritudinis ma- LXXXVI.
oeat: non illius amaritudinis, in qua domino fel mini- Gene.38.
ſtrauit,ſed illius in qua Petrus amare fleuit. Nam & Iu- Matth.26.
da Latine cõfeſsio eſt. Cõfeſsioni ergo amaritudo mi- & 27.
ſceatur,vt vera pœnitẽtia præſignetur.Hac pœnitentia L
fœcundatur Eccleſia, in omnibus gentibus conſtituta.
Oportebat enim Chriſtum pati, & reſurgere tertia die, Lucæ.24.
& prędicari in oomine eius pœnitẽtiam & remiſsionẽ
peccatorũ per omoes gẽtes, iocipiẽtibus ab Hieruſalẽ.
Nã & ipſe habitus meretricius, cõfeſsio peccatorũ eſt.
Typum quippe iam Eccleſię gerit Thamar, ex gẽtibus
euocatæ, ſedens cum hoc habitu ad portam Enan, vel
Enaim, quod ioterpretatur fontes. Cucurrit eoĩ velut
ceruus ad fontes aquarum, peruenire ad ſemẽ Abrahę:
illic à nõ agnoſcente fœtatur, quia de illa prędictũ eſt, Pſal.41.
Populus quẽ noo cognoui,ſeruiuit mihi.Accepit in oc- Pſal.17.
culto annulum,monile,& virgã:vocatione ſignatur, iu
ſtificatione decoratur, glorificatiooe exaltatur. Quos Roma.8.
eoim prędeſtinauit,illos & vocauit: quos autẽ vocauit,
illos & iuſtificauit:& quos iuſtificauit,illos & glorifica-
uit.Sed hęc vt dixi,adhuc ĩ occulto, vbi fit & cõceptio
ſanctę vbertatis.Mittitur autem promiſſus hædus tanq̃ Gene.38.
meretrici,hędus exprobratio peccati, per eundẽ Odol-
lamitẽ,tanq̃ increpantẽ & dicẽtem,Generatio vipera- Matt.3.
rum.Sed nõ eam iouenit peccati exprobratio, quã mu-
tauit confeſsionis amaritudo.Poſt vero iam publicatis
ſignis,anouli,monilis,& virgę,vicit temere iudicantes M
Iudęos:quorum iam perſonam Iudas ipſe geſtabat, qui
hodieq; dicunt,oõ hunc eſſe populum Chriſti,oec ha-
bere nos ſemen Abrahę: ſed prolatis certiſsimis docu-
mentis ooſtræ vocatioois,iuſtificationis, glorificatio-
nis,ſine dubio confundeotur, & oos magis q̃ ſe iuſtifi-
catos eſſe fatebuntur. Enucleatius hæc, & membratim
quodam modo articulatimq; ſcrutarer atq; diſſererem,
quãtum intentionem meã dominus adiuuaret,niſi me
ab hac laborioſiore diligẽtia,finiẽdi hui⁹ operis, quod
plus quàm vellem iam prolixum eſt,cura prohiberet.

Nunc peccatũ Dauid, quid in prophetia ſignifica- 2.Reg.11.
uerit,quãta poſſum breuitate perſtringã.Nomina quip- Caput
pe ipſa interpretata ſatis oſtendunt, quid etiã hoc factũ LXXXVII.
præfigurauerit. Dauid interpretatur manu fortis, ſiue
deſiderabilis. Et quid fortius Leone illo de tribu Iuda, Apoc.5.
qui vicit mundũ? Et quid deſiderabili⁹ illo,de quo pro-
pheta dicit, Veoiet deſideratus omnibus gentibus? Ber- Aggei.2.
ſabee, ioterpretatur puteus ſatietatis, ſiue puteus ſepti-
mus. Quãlibet autẽ harum nominis huius interpreta-
tionum io id,quod dicere intẽdimus, aſſumamus,ſatis
congruit. Nã & io Cãticiscanticorũ, ſpõſa illa Eccleſia Canti.4.
eſt,quę vocatur puteus aquæ viuę. Et huic puteo ſepte-
narij

A narij numeri nomē in ſpiritus ſancti ſigoificatione cō-
Act.2. iungitur:propter rationē Pentecoſtes, quo die de cœlo
miſſus ſpiritus ſanctus venit. De ſeptimanis eoim con-
ſtare eundem feſtum diē, Tobiæ quoq; ſcriptura teſta-
tur. Ad quadragintanouem autē, quod eſt ſepties ſeptē,
vnum additur, quo vnitas cōmendatur. In hac ratione
Ephe.4. viuit Apoſtolica illa ſenteotia, Sufferentes inuicem in
dilectiooe, ſtudentes ſeruare vnitatem ſpiritus in vin-
culo pacis. Dono itaque ſpiritali, hoc eſt, ſeptenario, fa-
Ioan.4. cta eſt Eccleſia puteus ſatietatis: quia fact⁹ eſt in ea fons
aquæ ſalientis in vitā æternā, quem qui habuerit, nō ſi-
tiet in æternum. Iā vero qui fuerit maritus eius, quid a-
liud q̄ diabolū nominis huius interpretatio ſignificat?
Huius eraot peſſimo cōiugio deligati, omnes quos gra
Ephe.5. tia dei liberat, vt Eccleſia ſine macula & ruga ſaluatori
proprio copuletur. Vrias nāque ioterpretatur lux mea
2.Reg.11. dei, Cetheus autem abſciſus: ſiue ꝙ io veritate non ſte-
Ioan.8. tit, ſed à luce ſua ſuperna, quā de deo habebat, ſuperbiæ
merito abſciſus eſt: ſiue ꝙ cadendo veris viribus perdi-
tis, transfigurat ſe tamē in angelum lucis, audēs adhuc
2.Cor.11. dicere, Lux mea dei eſt. Ergo iſte quidem Dauid graui-
B ter ſcelerateq; peccauit: quod ſcelus eius etiam per Pro-
2.Reg.12. phetam deus arguit ioerepando, & ipſe abluit pœnitē-
do. Veruntamen ille deſiderabilis omnibus gentibus,
adamauit Eccleſiā ſuper tectum ſe lauātem: id eſt, mun-
dantem ſe à ſordibus ſeculi, & domum luteam ſpiritali
cōtemplatione tranſcendentem atq; calcantem: & in-
choata cum illa primæ cōuentionis noticia, pōſt ab ea
penitus ſeparatum diabolū occidit, eamq; ſibi perpetuo
cōnubio copulauit. Oderimus ergo peccatum, ſed pro-
phetiā nō extinguamus: amemus illum Dauid, quātum
amādus eſt, qui nos à diabolo per miſericordiā libera-
uit: amemus & iſtum Dauid, qui tam graue in ſe vulnus
Ca.LXXX- iniquitatis pœoitentiæ humilitate ſanauit. Iam de
VIII. Salomone quid dicam? Quem vehemēter arguit ſan-
cta ſcriptura, atq; condēnat, nihilq; de pœnitentia eius
vel in eum indulgentiæ dei omnino cōmemorat. Nec
mihi prorſus occurrit, quid ſaltem in allegoria boni ſi-
gnificet hæc eius flenda ſubuerſio, niſi forte quis dicat
mulieres alienigenas, quarū amore exarſerat, ſignifica-
re Eccleſias electas de gentibus. Poſſet hoc fortaſſe nō
abſurde intelligi, ſi illæ propter Salomonem deſererēt
C deos ſuos, & colerēt deum eius. Cum vero ipſe propter
illas offendit deum ſuū, & coluit deos earū, nō eſt quid
inde boni cōiectare poſſimus: nec tamē nihil arbitror
Gene.19. ſignificare, ſed malū, ſicut de vxore filiabuſq; Loth di-
ximus. Apparet enim in perſooa huius Salomonis &
mira excellentia, & mira ſubuerſio. Quod igitur in illo
diuerſis tēporibus extitit, prius booū, & poſterius malū,
hoc in Eccleſia in iſto adhuc ſeculo ſimul vno tēpore
oſtēditur. Nā bono illius, bonos Eccleſiæ: malo autem
illius, malos Eccleſiæ ſignificatos puto: taoq̄ in vnitate
Mat.3.& vnius areæ, ſicut in vno illo homine bonos in granis,
13. malos in palea: vt in vnitate vnius ſegetis, bonos in tri-
tico, malos in zizaniis. Si quid hinc ſanè, his quæ de
illo ſcripta ſunt diligentius pertractatis, ſiue mihi, ſiue
hoc doctioribus atq; melioribus, aliud probabilius elu-
cere potuerit: nunc tamen oō eam rem ita dimiſimus,
vt intentionem noſtram in alia properantem, tāquam
Ca.LXXX- interrupta ſeries cootextioois impediat. De Oſee
IX. autem Propheta, nō à me opus eſt dici, quid illa iuſſio
Oſee.1. factūmve ſignificet, quod dixit domin⁹ ad Oſee, Vade
& accipe tibi vxorē fornicationis, & fac filios de forni
catione: cum ſatis hoc ipſa ſcriptura demonſtret, vnde
Ibidem. & quare ſit dictum. Sequitur enim, Quoniam fornicās
fornicabitur terra à domino. Et abiit & accepit Go- D
mer filiā Debeleim, & coocepit, & peperit ei filium. Et
dixit dominus ad eum, Voca nomē eius, Iezrahel: quo-
niam adhuc modicum, & viſitabo ſanguioē Iezrahel
ſuper domum Iudā, & quieſcere faciam, & auertam re-
gnum domus Iſraël. Et erit, in illa die conteram arcum
Iſraël in valle Iezrahel. Et concepit adhuc, & peperit fi-
liam, & dixit ei dominus, Voca nomen eius, abſq; mi-
ſericordia: quia non addā vltra miſereri domui Iſraël,
ſed obliuione obliuiſcar eorū: & domui Iuda miſere-
bor, & ſaluabo eos in domino deo ſuo, & non ſaluabo
eos in arcu & in gladio & in bello & in equis & equiti-
bus. Et ablactauit eam quæ erat abſque miſericordia, &
concepit, & peperit filium. Et dixit ei dominus, Voca
nomen eius noo populus meus, quia vos non populus
meus, & ego non ero veſter deus. Et erit numerus filio-
rum Iſraël quaſi areoa maris, quæ ſine menſura eſt, & oō
numerabitur: & erit in loco, vbi dictum eſt eis, Non po
pulus meus vos: dicetur eis, filij dei viui. Et congrega-
buntur filij Iuda & filij Iſraël, & ponent ſibimet caput
vnum, & aſcēdent de terra, quia magnus dies Iezrahel.
Dicite fratribus veſtris, populus meus: & ſorori veſtræ, E
miſericordiam cōſecuta. Cum ergo iuſſi & facti huius
figuram ipſe dominus per eandem ſcripturam euiden-
ter aperiat: cumq; Apoſtolicæ literæ hanc prophetiam
completam in noui teſtamēti prædicatiooe teſtentur,
quis eſt qui audeat dicere, non propterea iuſſum & fa-
ctum, propter quod ſe iuſſiſſe, & Prophetā feciſſe, ipſe
in ſanctis literis qui iuſſit, exponit? Ait enim Apoſtolus
Paulus, Vt notas faceret duitias gloriæ ſuæ io vaſa mi- *Roma.9.*
ſericordiæ, quæ præparauit in gloriam, quos & vocauit
nos, non ſolū ex Iudæis, verumetiā ex gentibus: ſicut &
Oſee dicit, Vocabo oō plebem meā, plebē meam: & nō
dilectam, dilectā: & erit in loco, vbi dictum eſt eis, Nō
populus meus vos, ibi vocabuntur filij dei viui. Hoc er
go de gētibus prophetatū Paulus oſtendit. Vnde & Pe
trus ſcribens ad gentes, Propheta quidē ipſo oō nomi-
nato, prophetiam tamen eius verbis ſuis inſerit, dicens,
Vos autē genus electum, regale ſacerdotium, gens ſan- *1.Pet.2.*
cta, populus acquiſitionis, vt virtutes eius annuncietis,
qui de teoebris vos vocauit in illud admirabile lumen
ſuum: qui aliquaodo nō populus, nunc autem populus F
dei: quorum aliquando non miſertus eſt, ounc autē mi
ſeretur. Hioc euidēter apparet, quod per Prophetā di-
ctum eſt, Et erit numerus filiorū Iſraël quaſi arena ma- *Oſee.1.*
ris, quæ ſine menſura eſt, & oon numerabitur: & quod *Eſa.10.*
cōſequenter adiuoctum eſt, Et erit in loco, vbi dictum *Roma.9.*
eſt eis, Non populus meus vos: dicetur eis, filij dei viui:
nō omnino de illo Iſraël eſſe dictum, qui eſt ſecundum
carnē: ſed de illo, de quo Apoſtolus gentibus dicit, Vos *Galat.3.*
ergo Abrahæ ſemen eſtis, ſecundum promiſſionē hæ-
redes. Sed quoniā & de illa Iudæa † multi crediderunt *† al. illo Iudæorum populo.*
& credituri ſunt: nam inde erant & Apoſtoli: inde tot
milia, quæ in Hieruſalem Apoſtolis ſociata ſuot: inde
Eccleſię, de quibus ad Galatas dicit, Eram autē ignotus *Act.2. et 4.*
facie Eccleſiis Iudæę, quę ſunt in Chriſto. Vnde & lapi- *Gala.1.*
dem angularē in Pſalmis appellatum dominum ſic in- *Pſal.117.*
terpretatur, ꝙ duos parietes in ſeipſo coniuoxerit, cir-
cunciſionis videlicet & præpucij vt duos cōderet in ſe *Ephe.2.*
in voum, nouum hominem, faciens pacem, & cōmuta-
ret vtroſq; in vno corpore deo, per crucem interficiēs
inimicicias in ſemetipſo, & veoiens euangelizare pacē
iis qui looge, & iis qui propè: id eſt, gentibus longe, &
Iudæis propè: ipſe eſt enim pax noſtra, qui fecit vtraq;
vnum: merito & iſte Propheta, filios Iuda ponens pro
Iudæis,

G Iudæis,& filios Iſraël pro gentibus. Et cógrégabuntur,
Oſee.1. inquit,filij Iudæ & filij Iſraël pariter, & ponent ſibimet
caput vnum,& aſcēdent de terra. Huic itaque prophe-
tiæ tã manifeſtæ,ipſo rerum effectu declaratæ,quiſquis
cõtradicit,nõ ſolum propheticis, verumetiã Apoſtoli-
cis literis:nec ſolũ quibuſlibet literis, verumetiã rebus
impletis,& clariſsima luce perfuſis,impudentiſsime cõ
tradicit. Aliquid ergo fortaſsis diligẽtioris requirebat
intentionis Iudæ factũ,vt hęc fornicaria,quæ ſignificat
Eccleſiam, de gentilium ſuperſtitionum proſtitutione
Gene.38. collectam,in habitu mulieris illius,quæ Thamar appel-
lata eſt,poſsit agnoſci: hic autem,cum ipſa ſcriptura ſe
aperiat, cumq; Apoſtolorum conſonantibus literis illu
ſtretur,quid hic vlterius immoramur,ac nõ iã videmus
quod reſtat de famulo dei Moyſe, quid etiã ipſa ſigni-
Cap.XC. ficent quæ Fauſtus obiecit? Quòd enim fratrem de-
Exo.2. fendens,occidit Aegyptium, cuiuis facillime occurrit,
iniurioſum nobis in hac peregrinatione diabolũ à do-
mino Chriſto nobis defenſis occidi. Quòd vero ĩ are-
H na obruit interemptum, manifeſtum eſt eius iã morti-
† mortifica- cinam † præſentiam in eis latere,qui non habent ſtabile
tam. fundamentũ. Vnde Eccleſiã dominus ſuper petrã ædi-
ficat:& eos qui audiunt verbum eius & faciunt,cóparat
Matt.7. prudẽti viro, qui ædificat domum ſuam ſuper petram,
ne tẽtationibus cedat & corruat.Illos autẽ qui audiunt
& non faciunt,cõparat ſtulto ædificanti ſuper arenam,
Cap.XCI. cuius tentata domo, ruina fit magna. Quòd vero
Exod.3. & expoliauit Aegyptios iuſſu domini dei ſui,nihil niſi iu-
12. ſtiſsime iubẽtis,quid præfigurauerit, iam in quibuſdam
De doctri. libris,quos de doctrina Chriſtiana prænotaui, quãtum
Chriſt.li.2. mihi tunc occurrit,me recolo poſuiſſe: ꝙ auro & argẽ
cap.40.cũ to & veſte Aegyptiorum ſignificatę ſint quędã doctri-
ſeq. næ,quę in ipſa cõſuetudine gentiũ nõ inutili ſtudio di-
ſcantur. Sed ſiue hoc ſignificet,ſiue illud, quod ex ipſis
gentibus animæ precioſæ, tanquã vaſa aurea & argen-
tea, cum ſuis vtiq; corporibus, quod veſtes ſignificant,
adiungunt ſe populo dei, vt ſimul de hóc ſeculo tanq̃
de Aegypto liberẽtur: ſiue hoc ergo, ſiue illud,ſiue ali-
quid aliud hinc fuerit figuratum, certum eſt tamen eis
qui has literas pie legunt, nõ fruſtra, neq; ſine prænun-
Cap.XCII. ciatione futurorũ eſſe illa iuſſa,facta,conſcripta. Iam
porrò de bellis,quæ per Moyſem geſta ſunt, nimis lon
I gũ eſt omnia ptractare. Satis ergo ſit,quod de illo bel-
Exo.17. lo geſto cũ Amalech,iã ſuperius in hoc ipſo opere,quo
Fauſto reſpõdeo, quantum ſatis pro ſuſcepto negocio
videbatur, quid prophetiæ præmitteret, quid myſterij
cõtineret,expoſui. Nunc illud videamus,in quo crude-
litatis vicium ſolẽt obiicere Moyſi, vel inimici harum
literarum,vel expertes omniũ literarum,quod quidem
Fauſtus nõ expreſſe poſuit,cum diceret, Crudelia mul-
ta & mandarit & fecerit. Sed quia noui quid maxime
& inuidioſe iactare conſueuerint, ideo ipſe hoc cóme-
moraui, quod ſuperius defendi, nec quicq̃ in eo facto
eſſe criminis,vel ipſi Manichæi qui corrigi vellent, vel
Exo.32. quiſquã alius imperitorũ aut impiorum putarẽt. Nunc
autẽ quid etiã ꝓpheticæ ſignificationis habuerit,requi-
rendũ eſt,ꝙ ex eis multos,qui ſibi abſente ipſo idolum
fabricauerunt, ſine vlla cuiuſquã neceſsitudinis diſtin-
ctione iuſsit interimi. Facile eſt vt intelligatur hominũ
illorum interemptionẽ, ſignificare viciorũ taliũ inſe-
cutionem,qualibus illi ad eandem idololatriã defluxe-
runt. In talia quippe vicia ſæuire nos iubet Pſalmus, cũ
Pſal.4. dicit,Iraſcimini,& nolite peccare. In talia vicia ſæuire
Coloſſ.3. nos iubet Apoſtolus,cum dicit,Mortificate mẽbra ve-
ſtra quæ ſunt ſuper terram:fornicationem, immundi-
ciam,luxuriam, cócupiſcentiam malam & auariciam, K
quæ eſt idolorum ſeruitus. Sed quid ſibi velit,quod Ca. XCIII.
prius fecit,vt ipſum vitulũ igne cóbureret,minutatimq; Exo.32.
concideret,& in aquã ſpargeret,& potũ populo daret,
maiorem intẽtionem perſcrutandæ ſignificationis in-
quirit. Si enim tabulas,quas digito dei,hoc eſt, opera-
tione ſpiritus ſancti ſcriptas acceperat,ideo fregit,quia
indignos eos,quib⁹ eas legeret,iudicauit: ſi deniq; vt ab
eis ille vitulus penitus aboleretur,incẽdit eum, contri-
uit,in aqua ſparſit atque ſubmerſit,vt quid & potũ hoc
populo dedit? Quẽ nõ excitet factũ hoc ad inquirẽdã
& intelligẽdam propheticam ſignificationẽ? Occurrat
ergo iam intentis mentibus, tanq̃ diaboli corpus in vi-
tulo:id eſt,homines in omnibus gẽtibus,quibus ad hęc
ſacrilegia caput, hoc eſt author, eſt diabolus. Aureum
propterea,quia videtur idololatriæ ritus, velut à ſapiẽ-
tibus inſtituti. De quibus dicit Apoſtolus,Quoniã cog- Roma.1.
noſcentes deum,nõ ſicut deum glorificauerũt aut gra-
tias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, &
obſcuratum eſt inſipiẽs cor eorũ:dicentes ſe eſſe ſapien
tes,ſtulti facti ſunt, & immutauerunt gloriã incorrup- L
tibilis dei,in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis homi-
nis,& volucrum,& quadrupedũ,& ſerpẽtium. Ex hac
quaſi ſapiẽtia iſte vitulus aureus, qualia ſolebãt Aegyp-
tiorum etiã ipſi primates, & tanq̃ docti homines ado-
rare figmenta. Hoc ergo vitulo ſignificatum eſt omne
corpus: id eſt,omnis ſocietas gẽtilium idololatriæ de-
ditorum. Hãc ſacrilegam ſocietatẽ dominus Chriſtus
illo igne cõburit,de quo in Euangelio dicit, Ignẽ veni Luca.12.
mittere in terrã: vt quoniã non eſt qui ſe abſcõdat à ca Pſal.18.
lore eius,dum in eum credunt gẽtes, igne virtutis eius
diabolica in eis forma ſoluatur. Totum deinde corpus
illud cõminuitur:id eſt,ab illa malæ cõſpirationis con-
flatione diſciſſum, verbo veritatis humiliatur:& cómi-
nutum in aquã mittitur, vt eos Iſraëlitæ,id eſt, Euãgelij
prædicatores ex baptiſmo in ſua mẽbra,hoc eſt,in cor-
pus dominicũ transferãt. Quorum Iſraëlitarũ Petro de
ipſis gẽtibus dictum eſt,Macta & mãduca:[Si macta & Acta.10.
mãduca,]quare non etiã,Cõcide & bibe? Ita ille vitul⁹
per ignẽ zeli,& aciẽ verbi,& aquã baptiſmi,ab eis poti⁹
quos abſorbere conabatur,abſorptus eſt. Si ergo hæc Ca.XCIIII.
quoq; loca ſcripturarũ, de quibus eiſdẽ ſcripturis calũ-
niãtur hæretici,perſcrutata & quodã modo interroga- M
ta,quãto vident obſcuriora,tãto mirabiliores in ſe my
ſteriorum theſauros latere reſpõdent: quãto magis im-
piorũ blaſphema ora obmuteſcere omnino debẽt,cum
oppilãtur apertiſsima veritate, cõtra quam prouocato
ſpiritu quid muſsitent,non inueniunt:& malunt miſeri
manifeſtatione eius ſuas fauces obturari, q̃ ſuauitate pe
ctus impleri. Chriſtum igitur ſonant hæc omnia,caput
illud,quod aſcẽdit in cœlum:& hoc corpus eius,quod
vſq; in finem laborat in terra, ſcribẽtium literas vere ſa
cras omnis parturiuit intentio:nec eſſe quicquã credẽ-
dum eſt librorum propheticorum contextione narra-
tum,quod non ſignificet aliquid futurorũ:niſi quę ideo
poſita ſunt,vt ex eis quodam modo religentur ea, quæ
illum regem populumq; eius, ſiue propriis, ſiue figura-
tis locutionibus rebúſve pronunciẽt. Sicut enim in ci-
tharis & huiuſcemodi organis muſicis,non quidẽ om-
nia quæ tanguntur,canorum aliquid reſonant,ſed tan-
tum chordæ:cætera tamẽ in toto citharę corpore,ideo
fabricata ſunt,vt eſſet vbi vincirentur, vnde & quò tẽ-
derẽtur illæ,quas ad cãtilenæ ſuauitatẽ modulaturus &
percuſſurus eſt artifex, ita in his propheticis narratio-
nibus, quæ de rebus geſtis, hominũ prophetico ſpiritu
deliguntur,

A deliguntur, aut aliquid iam ſonant ſignificatione futurorum: aut ſi nihil tale ſignificant, ad hoc interponuntur, vt ſit vnde illa ſignificantia tanquam ſonantia con-
Cap. XCV. nectantur. Has autem rerum geſtarum allegoricas narrationes, ſi nolunt hæretici, ſicut à nobis exponuntur, accipere, vel etiam nihil eas, niſi quod proprie ſonant, ſignificare contendunt, non eſt luctandum cum hominibus, qui dicunt, Non ſapit palato meo, quod ſapere dicis tuo: dum tamen ea quæ diuinitus præcipiuntur, aut mores pietatemq́; formare, aut aliquid figurate ſignificare vel credantur vel intelligantur: aut vtrumq́; potius quàm neutrum, dum tamen & ipſa, quæ figurate dicta vel facta intelliguntur, ad eoſdem mores bonos pietatemq́; referantur. Ac per hoc etiam ſi Manichæis, vel quibuſque aliis, de his figuris rerum geſtarum noſter diſplicet intellectus, vel ratio, vel opinio: illud ſufficiat, quòd patres noſtri, quibus deus perhibet bonæ vitę atque in ſuis pręceptis obedientię teſtimonium, ea veritatis regula defenduntur, quæ niſi prauis & diſtortis cordibus diſplicere non poſſit: & quòd ea ſcriptura, cui peruerſitas erroris illius inimica eſt, in quibuslibet hominum factis, quæ vel laudauit vel redarguit, vel tan-
B tum narrata nobis iudicanda propoſuit, ipſa inculpabi-
Caput XCVI. lis venerabiliſque perſiſtit. Quid vero vtilius atque ſalubrius pie legentibus, vel audientibus illas ſacras literas conſuli ac proſpici potuit, quàm vt non ſolum in eis laudabiles homines ad imitandum, & reprehenſibiles ad cauendum proponerentur, verumetiam quædã bonorum declinationes & lapſus in malum, ſiue itidẽ denuo correcti, in viam redeant, ſiue irreuocabiles maneant: & rurſus quædam malorum mutationes & prouentus in bonum, ſiue perſeueraturi, ſiue in priſtina iterum relapſuri: vt neq́; iuſti in ſuperbiam ſecuritate extollantur, nec iniqui contra medicinam deſperatione obdurentur. At illa quæ neq́; ad imitandum, neque ad cauendum facta hominum pertinẽt, & tamen in ſancta ſcriptura reperiuntur, aut ad illam cõnexionem poſita ſunt, quibus occaſionibus ad res neceſſarias veniatur: aut eoipſo, quo videntur ſuperflua, ſatis admonent, in eis quæri oportere myſticæ alicuius ſignificationis oraculum. Neque enim de his libris loquimur, in quibus nulla, vel pauca, ac non multa apertiſsima prophetico ſpiritu prænunciata, iam quoque ipſis rebus impletis, au-
C thoritatem diuinam fideliſſima & præclariſſima veritatis luce teſtantur: vt omnino deſipiat, quiſquis eos ſuperflue vel quaſi fatue locutos aliquid putat, quibus nõ ſolum omnia hominum ingeniorumq́; genera ſubdita videt, verumetiam hoc ab eis prædictum legit, perfe-
Caput XCVII. ctùmque cognoſcit. Nunquid nam ergo ſi quiſquam legens factum Dauid, cuius eum domino arguente ac
2.Reg.11. & 12. minante pœnituit, inde ſibi ad peccandũ fomitem prębeat, illa ſcriptura culpãda eſt: ac non tanto ſeuerius ille damnandus, quanto potius ad ſe vulnerandum aut occidendum, abuti voluit ea re, quæ ad ſanandum liberãdumq́; cõſcripta eſt? Quia enim homines in peccatum lapſi, vel ſuperbia negligunt pœnitentiæ medicinã, vel recipiendæ ſalutis, venięq́; promerendæ diffidentia penitus pereunt, de tanto viro exemplum propoſitum eſt, quo ſanentur ęgroti, non quo hi qui ſani ſunt, ſauciẽt. Neque enim medicinæ vicium eſt, ſi vel inſani ſeipſos, vel maligni alios ferramẽtis medicinalibus perimant.
Caput XCVIII. Sed tamen patres noſtri Patriarchę atque Prophetę, quibus tam illuſtre teſtimonium ſanctitatis atq́; pietatis ea ſcriptura perhibet: quam ſaluti generis humani diuinitus diſpenſatã nõ negat, niſi quiſquis aut eam neſcit,

Tomus ſextus.

aut omnem ſenſum rationalis conſiderationis amiſit: D
etiam ſi libidinoſi & crudeles fuiſſent, ſicut eos Manichęorum error vel potius furor accuſat: non etiam ſic nõ dico electis eorum, ſed ipſo etiam deo illorum demonſtrarentur eſſe meliores? Nònne melius eſt cũ pel- Gene. 16.
lice volutari virum cum fœmina, q̃ eſſe ſynceriſſimam lucem, & miſcendo ſe tenebris inquinari? Ecce homo
auariciæ ac ventris cauſa vxorem ſuam ſororem men- Gene. 12. & 20.
titus, in aliorũ concubitum vendidit: quanto ille peior & execrabilior eſt, qui naturam ſuam ad libidinem deſiderantium ſimulando coaptatam, gratis eis polluẽdã
corrumpendamq́; ſubiecit? Iam cum filiabus qui etiam Gene. 19.
ſciens concubuerit, nònne minus mali perpetrat, q̃ qui membra ſua omnium talium, peiorumq́; turpitudinum libidinibus miſcet? Quid enim tale ab immundis flagitioſisq́; committitur, vbi non Deus veſter Manichæi, turpitudinibus omnibus polluatur? Deniq́; ſi vere Iacob,
vt ait Fauſtus, inter quatuor vxores fœda concupiſcẽtia Gene. 30.
tanquam hircus erraret, nullam propaginis curam gerens, ſed laſciuiæ ſolius voluptatis: quanto minus miſer eſſet deo veſtro, qui nõ ſolum in ipſo, & in eius quatuor
vxoribus, omne illud dedecus luxuriæ pateretur, omni- E
bus eorum corporibus motibusq́; concretus: ſed in ipſo hirco, quem viro illi ſordidus cõparauit, omnẽ illũ genitalem motum caloremq́; perpetitur? & vbiq́; turpi conditione permixtus, in capro inflammatur, in capra
ſeminatur, in hædo generatur? Ac per hoc etſi Iudas nõ Gene. 38.
tantum fornicator, ſed etiam ſciens nurus ſuæ nefarius inceſtator exiſteret, in illius quoq́; inceſti libidine deus
veſter hęreret, ſorderet, arderet. Dauid autẽ iniquitatis 2.Reg. 11.
pœnituit, quod vxorem adamauerit alienam, virumq́; eius mandaret occidi: at vero deum veſtrum, quando pœnitebit quòd à tartareo genere maſculino ac fœminino principum tenebrarum adamatus, eorum libidini ſua mẽbra conceſſit: nec maritũ, cuius coniugem adamauerat, ſed ſuos filios in membris dæmonũ, à quibus dæmonibus ipſe fuerat adamatus, occidi? Sed etſi non pœnituiſſet Dauid, nec iuſticię ſanitatem tali medicina recepiſſet, etiam ſic iſto deo Manichęorum melior extitiſſet. Iſte quippe vno ipſo facto putemus, & aliis talibus quotlibet, quàm multa vnus homo poſſet admittere: ille autẽ in omnibus omnium talibus factis cõmixtione illa membrorum ſuorum turpari polluiq́; conuincitur.
Et Oſee Propheta accuſatur à Fauſto, qui ſe meretricẽ Oſee. 1.
turpi cõcupiſcentia captiuatus, adamaſſet atq́; duxiſſet, F
animas certe amborum, & laſciui amatoris, & obſcœnę meretricis, partes & membra naturamq́; dei veſtri eſſe prædicatis. Illa enim meretrix, quid enim ambiam verbis, & non plane dicam, illa meretrix eſſet deus veſter. Neq́; enim poteſtis dicere quod ſeruata atq́; incorrupta ſuę ſanctitate naturæ, illi meretricio corpori non ligatus, ſed præſentatus incideret: ſed inquinatiſsima eſſe iſta mẽbra dei veſtri, & ob hoc magna purgatiõe indigere fatemini. Illa ergo meretrix, de qua hominẽ dei auderis arguere, deus veſter eſſet, etiam ſi non eſſet in melius caſto coniugio commutata: aut ſi non vultis, particulam certe dei veſtri, licet minimam, non negatis illam animam meretricis. Hoc ergo iam melior deo veſtro, quoniam ipſa vna meretrix eſſet: ille autem, conditione ſuę illius cõmixtionis, vniuerſo generi tenebrarum in omnibus meretricibus proſtituitur: in omnibus deniq́; maribus ac fœminis late varieq́; fornicantibus, & ſeſe corrũpentibus, volutatur, ſoluitur, illigatur: rurſus in eorum fœtibus, voluta ndus, ſoluẽdus, ligandus: donec ad vltimum globum pars immundiſsima dei veſtri, tanquam

n · inexpiabilis

G inexpiabilis meretrix, perducatur. Hęc ſcilicet mala, has turpitudines, hæc dedecora à membris ſuis deus veſter amouere nō potuit, & hoſtis immanis neceſsitate compulſus ad iſta peruenit. Neque enim potuit interimere iniurioſum atque violentum, ſuis vel ciuibus vel partibus ſaluis. *Exodi. 2.* Quanto ergo melior, qui occiſo Aegyptio, fratrem defendit illæſum, quem mirabili vanitate Fauſtus arguit, & deum ſuum mirabiliore cæcitate non reſpicit. Quanto melius ipſe vaſa aurea & argentea abſtuliſſet de geote Aegyptiorum, quàm eius membra deprędaretur gens tenebrarū: *Exodi. 3. & 12.* & tamen cum bellum tam miſerū ipſe geſsiſſet, cultores eius famulo dei noſtri obiiciūt quòd bella geſſerit, in quibus ſemper cum ſuis omnibus victor de hoſtibus triumphauit, *Exo. 17.* qui captiui vel captiuæ Moyſe belligerante de populo Iſraël duci potuerunt: quod & deus veſter ſi potuiſſet, vtique feciſſet. Hoc ergo non eſt malos arguere, ſed fœlicioribus inuidere. Quæ autem crudelitas Moyſi, quòd in populum, qui grauiter in deum peccauerat, gladio vindicauit: cuius tamen peccati veniam, ſe pro illis etiam diuinę vindictæ offerens, deprecatus eſt. Veruntamen ſi & hoc nō H miſericorditer, ſed crudeliter feciſſet, etiam ſic melior deo veſtro eſſet. Neque enim quenquam ſuorum innocentium & obedientium, ſi ad hoſtis cuneum dirumpendū miſſus fuiſſet & captiuatus, vllo modo eum poſtca, ſi viciſſet, ipſe damnaret: quod facturus eſt deus iſte de ſua parte, quam configet in globo: quia obediuit iubenti: quia in hoſtiles cuneos pro ſalute regni eius propoſita † ſua morte proceſsit. *† poſtpoſita.* Sed in hac, inquit, ſerie ſeculorum iam malis permixta atque concreta, non obtemperauit præceptis. Quæramus, quare? Si propria voluntate, vera culpa & iuſta pœna: ſed iam ſi voluntas eſt rea, nulla eſt ad peccādum natura cōtraria: & ideo Manichæorum omnis conuicta eſt & euerſa fallacia. Si autem ab hoſte oppreſſa, quò miſſa eſt, ſi alieno malo ſuperata, cui reſiſtere non valuerat, iniqua pœna & magna crudelitas. Sed ad excuſandū profertur dei neceſsitas. Talem colant deum, qui nolūt colere deum. Sanè quod fatēdum eſt, etiam ipſi cultores eius, quanuis talē deum colēdo ſint peſsimi, meliores tamen illo ſunt, quia ſaltem ſunt: ille autem nihil eſt, niſi fictio falſitatis, & cogitatio vanitatis. Sed iam cætera Fauſti arguta deliramenta videamus. I

Libri viceſimiſecundi finis.

LIBER VICESIMVSTERTIVS.

Cap. I. FAVSTVS dixit, Diſputanti mihi aliquando, quidam ex numeroſa plebe reſpōdens ait, Accipis Ieſum de Maria natum? Cui ego, Quém nam, inquam, dicis Ieſum? Nam plures in Hebraiſmo fuerūt Ieſus: vnus quidem Naue filius, diſcipulus Moyſi: *Exo. 24.* alter vero filius Ioiadę* † ſacerdotis magni: ** † aliàs, Ioſedech. Agge. 1.* item alius, qui dictus eſt filius Dauid, alius vero filius Dei: quém nam ergo iſtorum de Maria natum quæris ex me, vtrum accipiam? Vtique, inquit, filium dei. Cui ego, Et quo authore, quòve magiſtro docente iſtud accipiam? At ille, Matthæo, inquit. Cui rurſum ego, Quid enim Matthæus ſcripſit? *Matth. 1.* Et ille, Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid filij Abraham, &c. Tum ego, Putaueram, inquam, quia eſſes dicturus, Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dei, & me putaueram ad præſcribēdum: ſed quia nunc fideliter capitulum memoraſti admonendus tantum es, vt id quod recitaſti, conſideres. K Neque enim Matthæus hic ſe dei filij generationem ſcribere fatetur inſtituiſſe, ſed filij Dauid. *Cap. II.* Vt ergo huic interim dicēti credam filius Dauid erit mihi de Maria natus, adhuc de Dei filio in hoc omni generationis textu nulla fit mētio, vſque ad baptiſmum ſcilicet, fruſtráq; calumniam vos ingeritis ſcriptori, tanquam dei ille filium in vtero mulieris incluſerit. At vero hic clamitat, vt videtur, & in ſcriptione ipſa ſua ſe prorſus ab hoc ſacrilegio vendicat, Dauid filium perhibēs ex illa ſtirpe oriūdum ſe ſcripſiſſe, non filiū dei. Nam Ieſum quidem eum, qui ſit filius dei, ſi ſic ſcriptoris huius mētem propoſitumq; conſideres, non tam ille de Maria virgine vult nos accipere procreatum, q̃ factum aliquando per baptiſmum apud fluēta Ioannis. † Illic enim dicit baptizatum à Ioanne eum, *† Iordanis.* quem Dauid in exordio filiū deſignauit, factum aliquando eſſe filium dei, poſt annos duntaxat, ſecundum Lucæ fidem, fermè triginta, vbi & vox tūc audita eſt, dicens ad eum, *Luca. 3. Matth. 3.* Filius meus es tu, ego hodie genui te. Vides ergo id quod ante annos triginta, vt huic videtur, de Maria natum eſt, non eſſe ipſum filium dei, ſed id quod de baptiſmo poſtea factū eſt ad Iordanem: L id eſt, hominem nouum, tanquam in nobis cum credimus ad deū ex gentilitatis errore conuerſi: quod ipſum tamen neſcio vtrum ſatis cum ea fide faciat, quam vos catholicā nominatis: ſed interim ſic Matthæo videtur, ſi ſunt ipſius hæc. Neque enim vſquam in parturitionibus Mariæ dictū legitur illud, *Pſal. 2.* Filius meus es tu, ego hodie genui te: aut, *Luca. 3. Matth. 3.* Hic eſt filius meus dilectiſsimus, in quo bene cōplacui: ſed in expiatione eius apud Iordanem. Quod ſi & tu credas ita vt ſcriptū eſt, eris iam quidem Matthæanus, ſic enim mihi dicēdum eſt, catholicus vero nequaquam. Nam catholicam fidem nouimus: quæ tanto longe abeſt ab hac profeſsione Matthæi, quanto procul eſt & à vero. Siquidem ſymbolum veſtrum ita ſe habet, vt credatis in Ieſum Chriſtum filium dei, qui ſit natus ex virgine Maria: veſtrum ergo eſt, de Maria accipere filium dei, Matthæi ab Iordane, noſtrum ex deo: ac per hoc tam vobis Matthæus, ſi hæc eius pro certo ſunt, contrarius eſt in profeſsione iſta ſua, quàm nobis: niſi quòd paulo prudētior vobis inuentus eſt, vt ortum ex fœmineo ſexu, Dauid filio aſcriberet magis, quàm filio dei. Quapropter de duobus vos vnū fateri oportet: aut hunc non eſſe Matthæum, qui hæc videtur aſſerere: M aut vos non tenere Apoſtolicam fidem. *Caput. III.* Nos vero quanuis de hac ſententia nemo prorſus deiiciat, ex deo accipiendi filium dei, tamen vt multum imprudentiæ concedamus, vt adigamur & falſis credere, ex Iordane nobis erit factus Ieſus dei filius, quàm natus ex vtero mulieris: quanquam nec ipſe quidem ille, quem Maria peperit, ſi vllus erat, recte Dauid filius appelletur, niſi eum cōſtet ex parte Ioſeph ſeminatum. Quod quia negatis, illud etiam fateamini neceſſe eſt, ne ipſum quidem eſſe Dauid filium: quoniamquidē generatio Abraham vſq; ad Dauid, & à Dauid Ioſeph aduſq; deducitur, per omnes ſcilicet Hebræorū patres: ex quo quia Ieſus cōceptus non eſt, vt legitur, nec filius erit Dauid: longeq; demens eſt, qui quem ſine coitu Ioſeph de Maria natum dicturus erat, hunc in principio poſuerit eſſe filium Dauid. Cum ergo ne ipſe quidē, qui ſit ex Maria genitus, Dauid recte filius appellaretur, quia non ſit natus ex Ioſeph, quanto magis filius dei. *Caput. IIII.* Proinde nec virginis ipſius origo ex hac tribu fuiſſe monſtratur, vnde conſtat eſſe Dauid: dico autē Iudam, de quo Iudęi reges: ſed ex tribu Leui, vnde ſacerdotes: quod ipſum palam eſt, quia eadē

patrem

A patrem habuerit ſacerdotẽ quẽdam, nomine Ioachim,
cuius tamen tn bac geoeratione oulla vſquam habita
mentio eſt. Quo modo ergo ad hanc Dauidicę cognationis
proſapiam Maria pertioere dicetur, in qua eam
nec patrẽ babere videas, nec maritum? Ac per hoc nec
ille Dauid filius erit, quiſquis ex eadẽ naſcitur: oiſi eius
haoc genitricem ſic admoueas Ioſeph, vt eius aut filia
Cap. V. probetur aut coniuox. Augustinus reſpondit, Fides
catholica eadẽmque apoſtolica coofitentur, dominum
noſtrum & ſaluatorem Ieſum Chriſtum, & filium dei
eſſe ſecundum diuinitatem, & filium Dauid ſecundum
carnem: quod ita probamus ex Euangelicis & Apoſtolicis
literis, vt nemo poſsit cõtradicere probationibus
noſtris, niſi qui ipſis literis contradicit: oon ſicut ſibi
Fauſtus iſte propoſuit, neſcio quem pauca verba dixiſſe,
& contra eiuſdem Fauſti verſipelles aſtutias nulla poſtea
teſtimonia protuliſſe. Quod ego cum fecero, nihil ei
quod reſpondeat, remanebit: niſi illud, quo vim manifeſtiſsimæ
veritatis in ſcripturis ſanctis expreſſe illudere
atque euitare conatur, vt falſa illa & diuinis codicibus
immiſſa reſpondeat. Quam dementiam, furioſamq;
B præſumptionem & audaciam, iam ſuperius in hoc opere,
quantum ſufficere viſum eſt, refutaui: nec eadem repetere
oportet, vt modum ſermoois etiam cogitemus.
Quid igitur opus eſt diſperſa per ſcripturas omoes quęrere
atque colligere teſtimonia, quibus contra iſtum
probemus, in libris maximæ diuinæq; authoritatis, eundem
dici filium dei vnigenitum, ſemper deum apud
deum, qui dicitur etiam filius Dauid, propter acceptam
formam ſerui ex virgine Maria coniuge Ioſeph? Nunc
interim quia de Matthæo voluit diſputare, nec à me totus
Matthæi liber huic ſermoni inſeri poteſt, legat qui
voluerit, & videat quemadmodum Matthęus eum, quẽ
pareotes eius enumeraturus dicit filium Dauid, narrando
vſque ad paſsionem reſurrectionemq; perducat: nec
alium quàm ipſum dicat à virgine Maria de ſpiritu ſan
Eſaia. 7. cto conceptum & natum. Cui rei adhibet & teſtimo-
Matth. 1. nium de Propheta, Ecce virgo accipiet in vtero, & pariet
filium, & vocabitur oomen eius Emmanuel: quod
eſt ioterpretatum, nobiſcum deus. Eũdẽmque baptizatum
Matth. 3. à Ioanne, audiſſe de cœlo, Hic eſt filius meus dilectus,
in quo mihi complacui: de quo dictum erat iam
ex partu virginis, nobiſcum deus. Niſi forte viſum ſit
Fauſto minus eſſe, quòd dictus eſt deus, quàm quòd di-
C ctus eſt filius dei. Ex hoc enim cooiicere cooatus eſt,
Matthæo non eſſe viſum, quòd filius dei factus ſit, niſi
†per baptiſmum. ex baptiſmo: †quia ibi facta eſt vox de cœlo, Hic eſt filius
meus: cum idem Euangeliſta etiam ſuperius adhibuerit
diuinum ex Propheta teſtimooium, vbi ipſe partus
Cap. VI. virgiois appellatus eſt, nobiſcum deus. Hũc ſaoè
miſerũ delire garrulum debemus iotueri atque obſeruare,
non prætermittẽtem, vbi potuerit, lectori vaniloquiorum
ſuorum etiam de ſcripturarũ teſtimoniis nebulas
offundere falſitatis: ſicut de Abraham dixit, quòd
Gene. 16. deo non crediderat de Sara ſibi filiũ promittenti, quan
& 17. do cum ancilla concubuit, cùm ſcriptura teſtetur, nondum
illi partum Saræ fuiſſe promiſſum: vel quòd vxo-
Gene. 12. rem ſuam ſororem mentitus ſit, cum genus Saræ nuſ-
& 20. quam in illis literis legerit, quibus de bac re fides baben
Gene. 26. da eſt: & de filio eius Iſaac, quòd etiã ipſe Rebeccã falſò
dixerit ſororem ſuam, cũ genus eius ibi aperte ſcrip-
Gene. 30. tum ſit: & de Iacob, quòd quotidie certamẽ eſſet inter
quatuor eius vxores, quænam illum de agro venientem
prior ad cõcubitum raperet: quod illic nuſquam legiſſe
cõuincitur. Ecce qualis homo mẽdaces diuinorum libro-
rũ ſcriptores ſe odiſſe gloriatur, qui etiam de Euan- D
gelico tanię authoritatis culmine omnibus noto, mentiri
ſic audet, vt non Matthęum, ne Apoſtolici nominis
pondere cõprimatur, ſed neſcio quem alium ſub Matthæi
nomine velit putari ſcripſiſſe de Chriſto, quod nõ
vult credere, & quod calumnioſa verſutia refutare conatur.
Sic ergo de cœlo dictum eſt ſuper aquam Ior- Cap. VII.
danis, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi compla- Matth. 3.
cui: quemadmodum dictum eſt & in mõte. Neq; enim
quia & ibi de cœlo vox ipſa ſonuit, filius dei ante non
fuit: quandoquidem ex vtero virgiois ille accepit for- Philip. 2.
mam ſerui, qui cum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus
eſt, eſſe æqualis deo. Deniq; Apoſtolus Paulus
alio loco apertiſsimè dicit, Cum autẽ venit plenitudo Gala. 4.
temporis, miſit deus filium ſuum, factum ex muliere, factum
ſub lege: mulierem ſcilicet more locutionis Hebraicæ
fœminam appellãs. Ipſe eſt ergo filius dei, qui &
dominus Dauid ſecũdum diuinitatem: & idem ipſe filius
Dauid, ex ſemine Dauid ſecũdum carnem. Quod
ſi oobis credere non prodeſſet, non hoc tam attẽte idẽ
Apoſtolus Timotheo cõmeodaret, dicẽs, Memor eſto 2. Timo. 2.
Chriſtum Ieſum reſurrexiſſe à mortuis, ex ſemine Da- E
uid ſecundum Euangelium meum: contra quod Euangeliũ
quiſquis aliud annũciauerit, vt aoathema ſit, ma- Gala. 1.
gna cura fideles admonuit. Quid ergo tam moueat Cap. VIII.
ſancti Euangelij ſectatorem, quòd ſine cõcubitu Ioſeph
Chriſtus natus ex virgine, filius tamen Dauid appellatur,
cum generatiooum ſeriem oon vſque ad Mariam,
ſed vſq; ad Ioſeph Matthæus Euãgeliſta perducat? Primo,
quia mariti eius fuerat, propter virilem ſexum potius
honorãda perſona: neq; enim quia concubitu non
permixtus, ideo nõ maritus, cum ipſe Matthæus narret
ab angelo Mariam cõiugem ipſius appellatam, qui narrat
quòd nõ ipſius cõcubitu, ſed de ſpiritu ſancto conceperit.
Quòd ſi noo Matthæus Apoſtolus iſta vera, ſed
aliquis alius ſub eius nomine, ſicut Manichæi putant, ea
falſa cõſcriberet, ità ne ſibi etiam ipſe in rebus apertiſsimis,
& tam de proximo contextis cõtraria loqueretur,
vt quem diceret Dauid filiũ de Maria virgine, ſioe cuiuſquam
viri cõcubitu natum, eiuſdem parentes gradatim
enumerans, vſq; ad eum ſine aliqua ratione perduceret,
quem non commixtum Mariæ ipſe dixiſſet? Si enim
alius enumeraret progeneratores Chriſti à Dauid
vſque ad Ioſeph, dicens eum filium Dauid: & alius eum
ſine vllius viri cõcubitu ex Maria virgine natum dice- F
ret, nec eum filiũ Dauid appellaret: nec ſic cõtinuo putare
deberemus, eos ſibi hæc cootraria locutos fuiſſe, vt
vel ambo vel vnus eorum falſitatis conuinceretur. Cogitare
enim deberemus fieri potuiſſe, vt ambo vera dicerẽt,
vt & Ioſeph maritus Mariæ diceretur, babẽs eam
cooiugem cootinenter: oon concubitu, ſed affectu: non
commixtione corporum, ſed copulatione, quod eſt carius,
animorũ: & ideo oon debuiſſe virum virginis matris
Chriſti ſeparari à ſerie pareotum Chriſti: & ipſam
Mariam aliquam de ſtirpe Dauid venam ſanguinis ducere,
vt caro Chriſti etiã ex virgioe procreata, ſine Dauid
ſemine eſſe nõ poſſet. Cum vero vnus idemq; narrator
vtrunq; dicat, vtrunq; cõmendet, & virum Marię
Ioſeph, & Chriſti virginem matrem, & Chriſtum ex ſemine
Dauid, & Ioſeph in ſerie progeneratorum Chriſti
ex Dauid: quid reſtat vt credat, qui vult diuino Euangelio,
quàm hæreticorum fabulis credere, niſi & Mariam
nõ fuiſſe extraneã à cognatione Dauid, & eam Ioſeph
coniugem oõ fruſtra appellatam, propter ordinem ſexus,
& animorũ cõfœderationem, quamuis ei non fuerit

G carne commixtus:& Ioſeph potius propter dignitatem
virilem ab ordine generationum illarum non fuiſſe ſe-
parandum, ne hoc ipſo videretur ab illa fœmina ſepa-
ratus, cui eum coniungebat mẽtis effectus: & ne homi-
nes fideles Chriſti, id quod ſibi coniuges carne miſcen-
tur, tam magnum in coniugio deputarent, vt ſine huc
coniuges eſſe non crederẽt: ſed potius dicerent fidelia
coniugia, multo familiarius ſe adhęrere membris Chri-
Cap. IX. ſti, quanto potuiſſent imitari parentes Chriſti. Nos
ergo credimus etiam Mariam fuiſſe in cognatione Da
uid, quia ſcripturis eis credimus quæ vtrunque dicunt,
& Chriſtum ex ſemine Dauid ſecũdum carnem,& eius
matrem Mariam, non cum viro cõcumbendo, ſed vir-
ginem. Quiſquis itaque dicit Mariam ad conſanguini-
tatem Dauid non pertinuiſſe, manifeſtum eſt quòd iſta-
rum ſcripturarum tam excellẽti authoritati obluctetur:
ipſe vero conuincat non eam pertinuiſſe ad ſemen Da-
uid, & hoc oſtendat, non ex quibuſcũque literis, ſed ec-
cleſiaſticis, canonicis, catholicis. Aliæ quippe apud nos
† res. non habẽt ad has tres † vllum pondus authoritatis: ipſę
ſunt enim quas recepit & tenet Eccleſia toto orbe diffu
ſa, quæ per illas eſt etiam prophetata: & quẽadmodum
H promiſſa, ſic reddita. Ac per hoc illud, quod de genera-
tiune Mariæ Fauſtus poſuit, quòd patrẽ habuerit ex tri-
bu Leui ſacerdotẽ quendam nomine Ioachim, quia ca-
nonicum non eſt, non me conſtringit: ſed etiam ſi hoc
crederem, ipſum potius Ioachim dicerẽ aliquo modo
ad Dauid ſanguinẽ pertinuiſſe, & aliquo modo ex tri-
bu Iuda in tribũ Leui fuiſſe adoptatũ, vel ipſum vel eius
aliquem progeneratorem: vel certe in tribu Leui ita na-
tum, vt de ſtirpe Dauid conſanguinitatem aliquam du-
ceret: ſicut fieri potuiſſe idem Fauſtus fatetur, vt Maria
de tribu Leui eſſet, quam tamen conſtat traditam viro,
qui fuerit de ſtirpe Dauid, id eſt de tribu Iuda: & ita di-
cit potuiſſe accipi, Chriſtũ filium Dauid fuiſſe. Proinde
ſi filia Ioſeph nupſiſſet in tribu Leui, nõ abſurde dicere-
tur etiã filius Dauid, quiſquis de illa & in tribu Leui na-
tus fuiſſet: ita ſi mater illius Ioachim, quem patrem Ma-
riæ Fauſtus cõmemorat, de tribu Iuda & genere Dauid
nupſit in tribus Leui, nõ immerito & Ioachim & Maria
& filius Mariæ, etiã ſic ex Dauid ſemine veraciter per-
hibentur. Hoc ergo potius, vel tale aliquid crederem, ſi
illius apocryphæ ſcripturę, vbi Ioachim pater Marię le-
gitur, authoritate detinerer, quàm mentiri Euãgelium,
I in quo ſcriptum eſt, & Ieſum Chriſtum filium dei, ſalua-
torem noſtrum ex ſemine Dauid ſecũdum carnem, &
per virginem Mariam procreatum. Sufficit ergo nobis,
quòd ſcripturæ quæ hoc dicunt, & quibus credimus, ab
Caput X. inimicis ſuis de nulla poſſunt falſitate cõuinci. Nun
Matth. 1. mihi ergo viciſsim dicat, Etſi ego non oſtẽdo Mariam
nõ fuiſſe de cognatione Dauid, tu quòd inde fuerit, o-
ſtende. Hoc enim oſtẽdo clariſsimo planè atq; fortiſſi-
mo documẽto, quòd ſcriptura confirmatiſsimę autho-
Roma. 1. ritatis, & Chriſtum dicit ex ſemine Dauid, & eius ma-
trem ſine vllius cõcubitu virginẽ Mariam. Quàm vero
ſibi Fauſtus cuiuſdam quaſi turpitudinis viſus eſt vere-
cũdiſsimus deteſtator, cum diceret, Fruſtra vos calum-
niã ingeritis ſcriptori, tanquã dei ille filiũ in vtero mu-
lieris incluſerit: non planè catholica fides, quæ Chriſtũ
dei filium natum ſecundum carnem credit ex virgine,
vllo modo eundem dei filium ſic in vtero mulieris in-
cludit, quaſi extra nõ ſit, quaſi cœli & terræ adminiſtra-
tionẽ deſeruerit, quaſi à patre receſſerit: ſed vos Mani-
chęi corde illo, quo nihil poteſtis niſi corporalia phan-
1. Cor. 2. taſmata cogitare, iſta omnino nõ capitis, quomodo dei
verbum, dei virtus atq; ſapiẽtia, in ſe manẽs, & apud pa- K
trem, & vniuerſam creaturã regens, pertẽdat à fine vſq; *Sapien. 8.*
ad finẽ fortiter, & diſponat omnia ſuauiter. In cuius diſ
pẽſationis admirabili & ineffabili facilitate, ſibi etiã ma
trẽ in terra diſpoſuit, & propter ſeruos ſuos de corrup-
tionis ſeruitute liberandos, in ea formam ſerui, hoc eſt *Philip. 2.*
mortale corpus accepit, acceptum mõſtrauit, monſtra-
tumq;, & morte proſtratũ, reſurrectione ſurſum erexit,
& tãquam templum ſolutum iterum ædificauit. Vos ta-
men, qui hæc credere quaſi ſacrilega formidatis, non
membra dei veſtri in vtero virginis, ſed in vteris om- *Ioan. 2.*
nium fœminarũ carnalium ab elephãtis vſque ad muſ-
cas includitis: an ideo vobis videtur vilior verus Chri-
ſtus, quia ſic verbum dicimus carnem factum in vtero *Ioan. 1.*
virginali, vt nulla ſui commutatione in natura propria
inuiolabiliter permanens, templum ſibi hominem coa-
ptarit: & ideo vobis carus eſt deus veſter, quia tot vin-
culis carnium colligatus & inquinatus in illa parte, qua
etiam in globo figendus eſt, ſine cauſa ſuppetias depre-
catur: aut etiam penitus oppreſſus, deprecari nõ ſinitur.

Libri viceſimitertij finis.

LIBER VICESIMVSQVARTVS. L

F AVSTVS dixit, Quid ita homi- *Cap. 1.*
nem negatis fieri à deo? Non qui-
dem nos omnifariam hominem à
deo fieri pernegamus, ſed quis &
quando & quemadmodũ fiat, hoc
quærimus. Quoniamquidem ſunt
ſecundum Apoſtolum homines *2. Cor. 4.*
duo, quorum alterũ quidem interdum exteriorem vo- *1. Cor. 15.*
cat, plerunque vero terrenum, nonnunquam etiam ve- *Ephe. 4.*
terem, alterum vero interiorem & cœleſtem dicit ac *Coloß. 3.*
nouum. Horum ergo vter fiat à deo, quærimus. Quo-
niamquidem & natiuitatis noſtræ tempora duo ſunt:
vnum illud, quo nos irretitos carnalibus vinculis, in
lucem hãc natura produxit. Alterum vero, cum veritas
nos ex errore conuerſus, ad ſe regenerauit initiatos ad
fidem. Quod tempus ſecundæ natiuitatis in Euangelio
Ieſus ſignificans, dicit, Niſi quis natus fuerit denuo, non *Ioan. 3.*
poteſt videre regnum dei. Quod cum Nicodemus pa-
rum intelligens hæſitaret, & qualiter id fieri poſſet, per-
contaretur: neque enim poſſe hominem ſenem in vte-
rum matris introire, & iterum naſci: Ieſus ei reſpon- M
dens, Niſi quis natus fuerit, inquit, ex aqua & ſpiritu ſan
cto, non poteſt videre regnum dei. Et ſequitur, Quod
naſcitur de carne, caro eſt: & quod naſcitur de ſpiritu,
ſpiritus eſt. Quapropter ſi & natiuitas non ea ſola eſt,
qua in corpore gignimur, ſed & illa alia qua renaſci-
mur ſpiritu, non minor æque cura eſt & hoc ipſum quę-
rere, in quã nam earum nos faciat deus. Modus quoque
naſcendi duplex eſt: vnus ille, furoris & intemperantiæ
proprius, quo ſumus à generatoribus turpiter & per li-
bidinem ſati: alter vero, honeſtatis & ſanctimonię, quo
in Chriſtum Ieſum per ſpiritum ſanctum ſub bonorum
doctrinis diſciplinati ſumus ad fidem: vnde etiam om-
nis religio, & maxime Chriſtiana, ad ſacramentum ru-
des infantes appellat. Quod & ipſum ſignificans Apo-
ſtolus ait, Filioli mei, quos iterum parturio, donec for- *Galat. 4.*
metur Chriſtus in vobis. Quare iam non quæritur, vtrũ
deus hominem faciat, ſed quando & quemadmodum
faciat: nam ſi cum in vtero fingimur, vt ferè gẽtibus pla- *Gene. 1.*
cet & Iudæis & ipſis vobis, tũc nos deus format ad ima
ginem ſuam, & veteres nos facit, & per furorem ac libi-
dinem

A dinem creat, quod haud ſcio vtrum diuinitati eius cõ-
ueniat. Si vero cum credimus, & ad meliorem vitæ con
uertimur ſtatum, tunc formamur à deo, vt ferè Chriſto
†nomos. placet & ei⁹ Apoſtolis & nobis, profectò & bonos †nos
facit deus, & honeſte facit ac pure: quo quid conſenta-
neum, quidve conueniens magis ſanctę eius eſt venera-
bili maieſtati? Quod ſi & vos authoritatem Pauli non
ſpernitis, ex ipſo vobis quêm nam & quãodo & quẽad-
modum deus hominem faciat, oſtendemus. Dicit ad
Ephe. 4. Epheſios, Vt deponatis ſecũdum priorem conuerſatio-
nem veterem hominem, qui corrumpitur per deſideria
erroris: renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & in-
duite nouum hominẽ, qui ſecundum deũ creatus eſt in
iuſticia & ſanctitate veritatis. Vides ergo quãdo crea-
tur homo ad imaginẽ dei, vides hic & hominẽ oſtendi
alterũ, & natiuitatem aliam, & alium naſcẽdi modum.
Nam cum, Exuite vos & induite dicit, tempus vtiq; cre
dulitatis ſignificat: cum vero hominem nouum à deo
creari teſtatur, tum indicat veterem nec ab ipſo eſſe, nec
ſecundum eam formatum. Et cum proſequitur, dicens
B illum quidẽ fieri in ſanctitate & iuſticia & veritate, tũc
deſignat atq; demõſtrat alterum illum natiuitatis mo-
rem, quem dixi lõge diſsimilem huic, qui corpora no-
ſtra furtiuſis genitorum complexibus ſeminauit: quemq;
etiam oſtendit ex deo non eſſe, cum illum ſolum mon-
Coloſ. 3. ſtrauit eſſe ex deo. Necnon & ad Coloſſenſes idipſum
dicit, Expoliate vos veterem hominẽ cum actibus ſuis,
& induite nouum, qui renouatur in agnitionem dei ſe-
cũdum imaginẽ eius, qui creauit eum in vobis. Et hinc
ergo non ſolum hominem nouum oſtendit eum eſſe,
quem deus faciat, ſed quãdo etiã & quibus modis for-
metur, edocuit: id eſt in agnitione dei, quod ſignificat
crudelitatis tempus. Et adhuc ſecundum imaginem, in-
quit, eius, qui creauit eum, vt ex hoc liqueat veterem ho-
minem nec imaginem eſſe dei, nec ab ipſo formatum.
Nam illud quidẽ quod ſequitur, dicẽs, Vbi non eſt ma-
ſculus & fœmina, Iudęus & Græc⁹, Barbarus & Scytha,
magis ac magis oſtendit natiuitatem hãc, quæ nos ma-
res fecit ac fœminas, Græcos & Iudęos, Scythas & Bar-
baros, num eam eſſe in qua deus operatur, cum hominẽ
format: ſed illam, quæ nos omni exutos nationum va-
rietate ſexusq; & cõditionis, vnum reddet ad inſtar eius
qui vnus eſt: id eſt, Chriſtus: ſicut idem rurſum Apoſto-
Gala. 3. lus dicit, Quotquot in Chriſto baptizati ſunt, Chriſtũ
C induerunt: non eſt Iudæus neque Græcus, non eſt ma-
ſculus neque fœmina, non eſt ſeruus & liber, ſed omnes
in Chriſto vnum ſunt. Ergo tũc fit homo à deo, cum fit
vnus ex multis: nõ cum ex vno diuiſus eſt in multa. Di-
uiſit autem nos primus ortus, id eſt, corporalis: ſecũdus
adunat intelligibilis ac diuinus: eoq; rectiſsime nos hũc
quidem corporis naturę adſcribendũ putabimus, illum
vero ſupernæ maieſtati. Quapropter idem rurſum Apo
1. Cor. 4. ſtolus ad Corinthios dicit, In Chriſto Ieſu per Euange-
Gala. 1. lium ego vos genui. Et ad Galatas de ſemetipſo, Cũ pla
cuit ei, qui me ſegregauit de vtero matris meæ, vt reue-
laret filium ſuum in me, vt eum annũciarem in gentes,
continuo non acquieui carni & ſanguini. Vides ergo
vbiq; eum in hac altera natiuitate noſtra, ſpiritali dun-
taxat, aſſeuerãtem nos à deo formari, non in priori illa
obſcœna ac propudioſa, quæ nos nihilo pręſtãtius neq;
mundius animalibus cæteris in vtero materno & con-
cepit & formauit & genuit. Qua de re animaduertere
ſi volueritis, inuenietis hac in parte nos non tam pro-
feſsione à vobis diſtare, quàm intellectu. Siquidem vo-
bis placuerit hoc veteri & exteriori homini ac terreno

tribuere, vt ſit à deo formatus: nos vero contrà cœleſti D
hoc dederim⁹, & interiori ac nouo homini deferamus:
neq; id temere aut præſumptiue, ſed à Chriſto diſcẽtes,
& eius Apoſtolis, qui priori eadem in mundo docuiſſe
monſtrantur. Auguſtinus reſpondit, Paulus quidem Cap. II.
Apoſtolus interiorem hominem per ſpiritum mentis, Ephe. 4.
exteriorem vero in corpore atque iſta mortali vita vult
intelligi: non tamen vtrunq; horũ ſimul duos homines
eum dixiſſe, aliquando in eius literis legitur, ſed vnum
quem totũ deus fecerit: id eſt, & id quod interius eſt, &
id quod exterius eſt: ſed eum ad imaginem ſuã non fe-
cit, niſi ſecũdũ id quod interius eſt: non ſolum incor-
poreum, verumetiam rationale, quod pecoribus nõ in-
eſt. Non itaq; vnũ hominem fecit ad imaginem ſuam,
& alterum fecit non ad imaginem ſuam, ſed quia hoc
vtrunque interius & exterius ſimul vnus homo eſt, hũc
vnum hominẽ ad imaginem ſuam fecit: non ſecũdum
id quod habet corpus corporalemq; vitã, ſed ſecũdum
id quod habet rationalẽ mẽtem, qua cognoſcat deum,
& omnibus irrationabilibus eadem rationis excellẽtia
præponatur. Sed illud interius concedit Fauſtus à deo E
fieri, cum renouatur, inquit, in agnitionẽ dei ſecundum Coloſ. 3.
imaginem eius qui creauit eum. Hãc Apoſtolicam pla-
ne agnoſco ſententiam, quare ipſe alterã non agnoſcit?
Deus poſuit membra, ſingulum quodque eorũ in cor- 1. Cor. 12.
pore prout voluit, Ecce deus etiam exterioris hominis
effector, ab eodẽ Apoſtolo prædicatur: quare inde ele-
git, quod pro ſe putat: & tacet aut reſpuit, quod Mani-
chæi fabulas amputat. Item cũ de terreno & cœleſti ho-
mine diſſereret idem Paulus, inter mortalem immorta-
lemq; diſcernẽs, inter id quod in Adam ſumus, & illud
quod in Chriſto erimus, ex ipſa lege, ex ipſo libro, & ex
ipſo loco adhibuit, terreni: id eſt, animalis corporis te-
ſtimonium, vbi ſcriptum eſt, quòd deus etiam terrenum
hominem fecit. Nam cum ageret quo modo reſurgunt 1. Cor. 15.
mortui, & quo corpore veniẽt, cum dediſſet ſimilitudi-
nem de ſeminibus frumentorum, quòd nuda grana ſe-
minẽtur, & deus illis det corpus quo modo voluerit, v-
nicuiq; ſeminum propriũ corpus: vbi nihilominus Ma-
nichęi euertit errorem, qui & grana & herbas & omnes
radices ac frutices gẽtem tenebrarum dicit creare, non
deum: & in eis formis atq; generibus rerum deũ potius
credit alligari, quàm horum aliquid operari. Cum ergo
contra Manichæi ſacrilegam vanitatẽ etiam iſta dixiſ-
ſet, venit ad carnium differẽtias. Non omnis, inquit, ca- F
ro eadem caro: inde ad corporum cœleſtium atq; terre-
ſtrium: inde ad mutationẽ corporis noſtri, qua fieri poſ
ſit ſpiritale atq; cœleſte. Seminatur, inquit, in contume-
lia, ſurget in gloria: ſeminatur in infirmitate, ſurget in
virtute: ſeminatur corpus animale, ſurget corpus ſpiri-
tale. Atq; inde volens oſtẽdere originem corporis ani-
malis. Si eſt, inquit, corpus animale, eſt & ſpiritale: ſicut
ſcriptũ eſt, Factus eſt primus homo Adam in animam Gene. 2.
viuentẽ. Hoc autem in Geneſi ſcriptũ eſt, vbi narratur,
quo modo deus hominẽ fecerit: & corp⁹, quod de terra
formauerat, animauerit. Veterem autem hominẽ nihil
aliud Apoſtolus quàm vitam veterem dicit, quæ in pec- Coloſ. 3.
cato eſt, in quo ſecundum Adam viuitur: de quo dicit,
Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & Roma. 5.
per peccatũ mors: & ita in omnes homines pertrãſiuit,
in quo omnes peccauerũt. Ergo totus ille homo: id eſt,
& interiore & exteriore ſui parte, inueterauit propter
peccatũ, & pœnæ mortalitatis addictus eſt. Renouatur 2. Cor. 4.
autem nunc ſecundum interiorẽ hominem, vbi ſecun- Coloſ. 3.
dum ſui creatoris imaginem reformatur, exuẽs ſe iniu-

ſticiam,

G ſticiam,hoc eſt veterem hominem:& indués iuſticiam,
hoc eſt nouum hominē. Tunc autē cum reſurget corp᷈
ſpiritale,quod ſeminatur animale,etiam exterior perci-
1.Cor.15. piet cœleſtis habitudinis dignitatē : vt totũ quod crea-
tum eſt, recreetur: & totum quod factum eſt, reficiatur:
illo recreante qui creauit , & reficiente qui fecit. Quod
Roma.8. breuiter explicat, vbi ait, Corpus quidem mortuum eſt
propter peccatum, ſpiritus autem vita eſt propter iuſti-
ciam. Si autē ſpiritus eius,qui ſuſcitauit Chriſtũ à mor-
tuis,habitat in vobis,qui ſuſcitauit Chriſtum à mortuis,
viuificabit & mortalia corpora veſtra per inhabitātem
ſpiritum eius in vobis. Nam quis catholica veritate in-
Galat.3. ſtructus, ignorat ſecũdũ corpus eſſe alios homines ma-
Ephe.4. ſculos,alios fœminas: non ſecundum ſpiritum mentis,
in quo renouamur ſecũdum imaginē dei? Veruntamen
quia vtrunque deus fecit,rurſum idem Apoſtolus teſtis
1.Cor.11. eſt,vbi dicit,Neq; mulier ſine viro,neq; vir ſine muliere
in domino:ſicut enim mulier ex viro,ita & vir per mu-
lierem,omnia autem ex deo. Quid ad hæc dicit inepta
fallacia hominum, alienatorum à vita dei per ignoran
tiam,quæ eſt in illis propter cæcitatem cordis eorũ,niſi
in Apoſtolicis literis,quod volumus,verũ eſt:quod no-
H lumus,falſum eſt? Sic delirant Manichęi, ſed reſipiſcāt,
Ephe.4. & nō ſint Manichæi. A quibus ſi quæritur quoniam in-
teriorem hominem renouari ad imaginem dei fatētur,
& hoc teſtimonium vltro etiam proferunt, tunc autem
dicit Fauſtus,quòd deus faciat hominē,quādo interior
in dei agnitionē renouatur:vtrum eum ipſe fecerit, qui
reficit:ipſe condiderit,qui renouat:reſpondebunt,Ipſe.
Cui reſponſioni eorum,ſi adiiciamus quærentes,quādo
eum formauerit,[quē nunc reformat,]q̃ quærent vbi ſe
abſcōdant,ne fabulę ſuæ dedecus aperire cogātur. Neq;
enim dicunt à deo formatum vel cōditum vel inſtitu-
tum, ſed de ſubſtātia eius, partem prorſus eius aduerſus
hoſtes miſſam: nec peccato inueteratum,ſed neceſſita-
te captiuatum & deformatũ ab inimicis, & cætera quæ
iam tædet dicere. Ibi enim & primum hominem com-
1.Cor.15. memorant , non quem dicit Apoſtolus , de terra terre-
num, ſed neſcio quem ſuum proprium ex arca menda-
ciorum proſiliētem:de quo Fauſtus tacet omnino,cum
de homine ſibi propoſuerit quæſtionem,timens ne ali-
quo modo eis,contra quos diſputat,innoteſcat.

Libri viceſimiquarti finis.

I LIBER VICESIMVSQVINTVS.

Cap. I. FAVSTVS dixit , Deus finē ha-
bet,aut infinitus eſt? Si oratio ve
ſtra non fallit , quæ dicit , Deus
Exodi.3. Abraham, & deus Iſaac,& deus
Iacob, habet finē deus,niſi forte
alter eſt hic, de quo perrogas, &
alter quem oratis : alioquin cir-
cunciſionis terminus, qui Abra-
Gene.17. ham & Iſaac & Iacob a gentium cęterarũ ſocietate de-
ſignat , etiam dei ipſius circa eos terminat poteſtatem.
Cuius autem finita poteſtas eſt , & ipſe non caret fine.
Denique & antiquorũ quidem hac ratione mētionem
Gene 5. 6. facitis,qui ante Abraham fuerũt:Enoch dico & Noē &
& 9. Sem,ac reliquos eorum ſimiles:quos fuiſſe quidē iuſtos
in pręputio non negatis:ſed quia iidem circunciſionis
inſigni carebāt,ne ipſorũ quidem vultis eſſe deum, ſed
ſolius Abrahæ & ſeminis eius. Igitur ſi eſt vnus & infi-
nitus deus , quid ſibi vult hæc inuocationis veſtræ tam
diligens & ſolicita cautio , vt non contenti nominaſſe
deum, adiiciatis & cuius, Abraham ſcilicet , & Iſaac & K
Iacob:tanquam in turba aliqua deorũ erratura aut nau-
fragium paſſura veſtra oratione,niſi ad ſignum nauiget
Abrahæ ? Et hunc quidem certa de cauſa Iudæos orare
haud abſurdum eſt,vtpote circũciſos. Sic enim circun-
ciſionis ſe inuocare deſignāt deũ , propter deos præpu-
cij: vos vero cur hoc ipſum faciatis,parũ intelligo, cum
minime geratis ſignum quod habuerit Abraham, cuius
vos inuocatis deũ. Vere enim,quod intelligi datur, co-
gnitionis mutuæ cauſa , ne à ſe ſcilicet inuicem aberra-
rēt,notas ſibimet huiuſmodi alterius impoſuiſſe viden-
tur Iudęi,ac Iudæorũ deus:atq; ipſe quidem eos circun-
ciſionis obſcœno charactere ſignauit,quo vbicunq; ter-
rarum fuerint,vbicunque gentium,per circunciſionem
tamen ipſius eſſe noſcantur. Iidem vero ſuum viciſsim
deum parentum ſuorum cognomine ſignauerunt,quo
vbicunque & ipſe fuerit, in magna quāuis deorum fre-
quētia,cũ deus Abraham audierit,& deus Iſaac & deus
Iacob , protinus ſe inuocari cognoſcat. Quod fere in
multis fieri ſolet,vnum habētibus nomē,vt eorũ nemo
appellatus reſpōdeat,niſi audito cognomine. Sic namq;
& paſtor atq; armentarius pecoribus notas inurunt , ne
eorum quiſque pro ſuo vſurpet alienũ. Quibus quia & L
vos ſimiliter facitis,deum Abraham dicentes, & deum
Iſaac & deum Iacob,non ſolum finem oſtēditis habere
deum,ſed quòd ſitis etiā vos ab eodem alieni,ſigni eius
ac ſacramenti expertes,quod eſt virilium mutilatio,per
quā idē ſuos agnoſcit. Quapropter hic ſi eſt deus quem
colitis, liquet ex hoc admodũ ꝙ habeat finem. Si vero
infinitum deum eſſe vultis, huic vos ante renũciare ne-
ceſſe eſt,& oratione mutata, erroris præteriti veſtri pœ-
nitudinem gerere:& hoc quidē dictum ita eſt,vt de ve-
ſtro vos viciſſe videamur. Alioquin ſummũ & verum
deum,vtrũ ſit idem infinitus necne,ſi quæritur , de hoc
vero vos boni & mali cōtrarietas breuiter poterit edo-
cere,quandoquidem ſi non eſt malũ,profecto infinitus
eſt deus. Habet autem finē, ſi malum eſt, conſtat autem
eſſe malum:non igitur infinitus eſt deus, illic enim eſſe
mala accipiunt , vbi bonorum eſt finis. Auguſtinus Cap. II.
reſpōdit, Abſit vt hoc vos quiſquam interroget,qui vos
nouit,aut de hac omnino re cum talibus diſputet. Priua
enim eſtis à figmēto carnaliũ corporaliumq; cogitatio-
num pia fide , & quantulacunq; veritatis ratione muo-
dandi,vt ſpiritalia quoquo modo & ex quātacunq; par
te cogitare poſsitis. Quod quādiu non poteſtis,hæreſis M
quippe veſtra nihil aliud nouit,q̃ & corpus & animam
& deum per locorũ ſpacia vel finita vel infinita diſten-
dere , cũ ſolum corp᷈ talia occupet ſpacia,vel ſpacijs ta
libus occupetur:cōſultius feceritis,ſi vos huic quęſtioni
nō cōmiſcueritis , vbi nec docere poteſtis aliquid veri,
ſicut nec in cęteris: nec diſcere eſtis idonei,quod fortaſ-
ſe poteſtis in cæteris,ſi ſuperbi litigioſiq; non ſitis. Cum
enim quæri cœperit,quo modo ſit deus finitus,quē nul-
lus locus capit:quo modo infinitus,quem totũ filius no
uit:quo modo finit᷈,immēſus:quo modo infinitus,per-
fectus:quo modo finitus,nullũ habēs modũ:quo modo
infinitus,modus omniũ, omnis cogitatio carnalis eua-
neſcit:& ſi vult ſe fieri quod nōdũ eſt, prius ex eo quod
eſt erubeſcit. Quapropter hoc quod nobis ꝓponitis de
deo finito & infinito, melius tacēdo noueritis, donec à fi-
ne legis, quod eſt Chriſtus, tam longe aberrare deſina-
tis. De deo autem Abraham & Iſaac & Iacob, cum ipſe
ſit omnis creaturæ verus deus,cur illo nomine ſe popu-
lo ſuo inſinuare voluerit,iam quātum ſat erat,diximus.
De circunciſione etiā in ſuperioribus huius operis par-
tibus

A tibus contra calumnias imperitas ſæpe reſpondimus.
Iſti autem ſignum in parte corporis congrua diuinitus
datũ, quo carnis expoliatio figurata eſt, ſi quemadmo-
Titum.1. dum dictum ſit, Omnia munda mũdis, Chriſtiana non
hęretica mente cogitarent, nullo modo irriderent. Sed
quia verum eſt & quod ſequitur, Immundis autem &
infidelibus nihil eſt mũdum, ſed polluta ſunt eorum &
mens & conſcientia, ridentes eos, & dicaciter inſultan-
tes, leniter admonemus, ſi ſecundum ipſos circuncıſio
turpis eſt, non eos habere quod ibi rideãt, ſed quod lu-
geant: quia deus eorum & illi particulæ quæ præcedi-
tur, & illi ſanguini qui diſtillat, illigatus & inquinatus
admixtus eſt.

Libri viceſimiquinti finis.

LIBER VICESIMVSSEXTVS.

Cap. I. FAVSTVS dixit, Ieſus ſi natus non
eſt, quo modo mortuus eſt? Hoc iã
ſanè cõiectura eſt. Coniecturis au-
B tem nemo, niſi quem probationes
defecerint, vtitur. Reſpondebimus
tamen etiam ad hoc, nec aliũde q̃
de his quæ credere ſoletis, afferen-
tes exempla: quæ ſi vera ſint, cõfirmabunt & nos: ſi falſa,
Matth.27. deſtruẽt & vos. Dicis ergo, Quo modo mortuus eſt Ie-
4.Reg.2. ſus, ſi homo non fuit? Et ego abs te requiro, Helias quo
modo mortuus non eſt, cũ fuerit homo? An huic mor-
tali præter cõditionem ſuam, licuit ius immortalitatis
inuadere, Chriſto non licuit immortali de morte, ſi ne-
ceſſe fuit, aliquid vſurpare? Et ſi Helias in æternũ viuit
contra naturam, Ieſum ad triduum tãtum, cur non ma-
gis contra naturam mori potuiſſe concedas: præſertim
Deute.34. cum etiam hoc non ſolum de Helia credatis, ſed & de
Gene.5. Moyſe atque Enoch, quòd ſint immortales, & ipſi rapti
cum corporibus ſuis in cœlum? Quapropter ſi hoc argu
mẽto recte colligitur Ieſum fuiſſe hominem, quia mor-
tuus eſt, poterit eodem nihilominus argumento colligi
& Heliam non fuiſſe hominem, quia mortuus non eſt.
Falſum eſt autem non fuiſſe Heliam hominem, quãuis
immortalis credatur: falſum æque erit Ieſum fuiſſe ho-
minem, quanuis æſtimetur mortuus. Et ſi mihi vera di-
centi vis credere, vterque eorum apud Hebræos falſam
traxit opinionem: Ieſus de morte, & de immortalitate
C Helias: nam nec hic mortuus eſt, nec ille non mortuus:
ſed vos quod vultis, creditis: quod non, redigitis ad na-
turam. Quapropter ſi quid naturę propriũ ſit, quæritur,
illa quidem nec immortalem mori vult, nec non mori
mortalem. Si vero poteſtatem in deo atque homine ad
efficiẽda quæ velint quærimus, magis puto Ieſum mori
potuiſſe, quàm non mori Heliam. Maior enim poteſtas
in Ieſu quàm in Helia. Et ſi tu impotentiorem cõtra na
turæ licentiam leuas in cœlum, cõſecrasq́; perpetuitati,
naturæ & conditionis eius oblitus, ego Ieſum potuiſſe
mori, ſi voluit, cur non cõcedam, etiam ſi vere mortem
illam fuiſſe, & non mortis figuram cõſentiam? Vt enim
ab initio ſumpta hominis ſimilitudine omnes humanæ
cõditionis ſimulauit affectus: ſic ab re non erat, ſi in fine
quoque conſignandæ œconomiæ gratia fuiſſet viſus &
Cap. II. mori. Præterea illud quoq́; commemorandum, quia
ſi quid cuiq́; per naturam liceat, quæritur, circa omnia
id quæri deberet, quæ Ieſus geſsit, non circa mortẽ tan-
Ioan.9. tummodo ipſius. Nam & cæcum à natiuitate lumen vi
dere natura non ſinit, quod tamen Ieſus potẽter opera-
tus videtur. Ergo huius generis cæcos illuminaſſe adeo,

vt Iudæi ipſi exclamarẽt, ab initio ſeculi nũquam fuiſſe D
viſum, vt aliquis aperuiſſet oculos cæci nati: manũ ari- *Matth.9.*
dam ſanaſſe, vocem ac verbũ priuatis his per naturam, *& 12.*
redonaſſe mortuis & in tabem iam reſolutis corporibꝰ *Ioan.11.*
cõpage reddita, vitalem redintegraſſe ſpiritum, quem
non ad ſtuporẽ adducat: & cogat quodam modo mi-
nime credere, cogitãtem quid liceat, quidve non liceat
per naturam? Quæ tamen omnia nos cõmuniter facta
ab eodem credimus Chriſtiani, non cõſideratione iam
naturæ, ſed poteſtatis tantum, & virtutis dei. Legitur id *Luc.4.*
quoque quòd de ſupercilio mõtis iactatus aliquando à
Iudæis, illæſus abierit. Qui ergo de ſublimi monte præ-
cipitatus, mortuus non eſt, quia vtique noluit, cur non
potuerit etiam mori cum voluit? Et hoc quidem nunc
à nobis ita reſponſum ſit, quia vobis placet argumẽtari,
& arma tentatis aliena, dialectice diſputare volentes: a-
lioquin nobis nec Ieſus mortuus eſt, nec eſt immortalis
Helias. Auguſtinus reſpondit, Quicquid de Enoch *Cap. III.*
& de Helia & de Moyſe ſcriptura ſancta, certis & ma- *Gene.5.*
gnis ſuæ fidei documẽtis in ſuo † culmine authoritatis *4.Regũ.2.*
locata, teſtatur, hoc credimꝰ, non quod Fauſtus nos cre *Deute.34.*
dere ſuſpicatur. Quid ſit autem ſecũdum naturam, quid *† ſumma.*
contra naturã, homines, qui ſicut vos errant, noſſe non E
poſſunt. Dici autem humano more cõtra naturam eſſe,
quod eſt contra naturæ vſum mortalibus notũ, nec nos
negamus: ſicut illud eſt quod Apoſtolus ait, Si tu ex na- *Roma.11.*
turali inciſus oleaſtro, & contra naturam inſertus es in
bonam oliuam: id eſſe contra naturam dixit, quod eſt
contra conſuetudinem naturæ, quam noticia humana
comprehendit: vt oleaſter inſertus in olea, non oleaſtri
baccas, ſed oliuæ pinguedinem ferat. Deus autem crea-
tor & conditor omnium naturarum, nihil contra na-
turam facit: id enim erit cuiq́; rei naturale, quod ille fe- *Sapien.11.*
cerit, à quo eſt omnis modus, numerꝰ, ordo naturæ. Sed
nec ipſe homo cõtra naturam quicquam facit, niſi cum
peccat, qui tamen ſupplicio redigitur ad naturã: ad na-
turalem quippe iuſticię ordinem pertinet, vt aut pecca-
ta non fiant, aut impunita eſſe non valeant: quodlibet
horum ſit, naturalis ordo ſeruatur: ſi non ab anima, cer-
te à deo. Vexant enim peccata conſcientiam, ipſiq́; ani-
mo nocent, cum luce iuſticiæ peccando priuatur, etiam
ſi non conſequantur dolores: qui vel corrigendis inge-
runtur, vel non correctis vltimi reſeruãtur. Sed contra
naturam non incõgrue dicimus aliquid deum facere,
quod facit contra id quod nouimus in natura. Hanc e- F
nim etiam appellamus naturã, cognitum nobis curſum
ſolitumq́; naturæ, contra quem deus cum aliquid facit,
magnalia vel mirabilia nominãtur. Contra illam vero
ſummam naturę legem, à noticia remotam, ſiue impio-
rum, ſiue adhuc infirmorũ, tam deus nullo modo facit,
quàm contra ſeipſum non facit. Spiritalis autẽ eademq́;
ratiõalis creatura, in quo genere & anima humana eſt,
quanto amplius illius incommutabilis legis luciſq́; fit
particeps, tãto magis videt quid fieri poſsit, quidve non
poſsit: quãto autem remotior inde fuerit, eo magis mi-
ratur inſolita, quo minus cernit futura. Ac per hoc *Caput IIII.*
quid de Helia factum ſit, neſcimus: hoc de illo tamen
credimus, quod verax ſcriptura teſtatur. Illud ſanè ſci-
mus, hoc de illo factum, quod dei voluntas habet: quod
autem dei volũtas non habet, fieri de quoquã omnino
nõ poſſe. Proinde ſi mihi dicatur poſſe fieri, vt caro, ver
bi gratia, huius vel illius hominis in corpus cœleſte mu
tetur, concedo fieri poſſe, ſed vtrum futurum ſit neſcio:
& ideo neſcio, quia quid habeat de hac re dei volũtas,
me latet: illud me tamen non latet, ſine dubio futurum,

G ſi hoc dei volũtas habet. Portò ſi audiam, quòd aliquid
futurum erat, ſed deus fecit ne fieret: fidiſsime reſpon-
debo, illud potius futurum erat quod deus fecit, non il-
lud, quod ſi futurũ eſſet, hoc nõ feciſſet: nam deus quod
facturus erat, vtique ſciebat: & ideo ſimul ſciebat illud
futurum non fuiſſe, quod ne fieret facturus erat: & pro-
culdubio potius verum eſt quod ſcit deus, quàm quod
opinatur homo: vnde tam nõ poſſunt futura non fieri,
quàm non fuiſſe facta pręterita: quoniam non eſt in dei
voluntate, vt eo ſit aliquid falſum quo verum eſt. Qua-
propter omnia quæ vere futura ſunt, ſine dubio fient: ſi
autem facta non fuerint, futura non erãt: ita omnia quæ
Cap.V. vere præterita ſunt, ſine dubio præterierunt. Quiſ-
quis itaque dicit, Si omnipotens eſt deus, faciat vt quæ
facta ſunt, facta non fuerint, non videt hoc ſe dicere, Si
omnipotens eſt, faciat vt ea quæ vera ſunt, eoipſo quo
vera ſunt, falſa ſint. Poteſt enim facere, vt aliquid non
ſit quod erat: tunc enim facit vt non ſit, quando id eſſe
inuenerit de quo fiat: veluti cum aliquem, qui cœpit eſſe
naſcẽdo, facit non eſſe moriendo: hoc enim factum in-
uenit, de quo fieret. Quis autem dicat vt id, quod iam
non eſt, faciat non eſſe? Quicquid enim præteritum eſt,
H iam nõ eſt: quod ſi & de ipſo fieri aliquid poteſt, adhuc
eſt de quo fiat. Et ſi eſt, quo modo præteritũ eſt? Non er-
go eſt, quod vere dicimus fuiſſe: ſed ideo verũ eſt illud
fuiſſe, quia in noſtra ſententia verũ eſt, non in ea re quæ
iam nõ eſt. Sentẽtia quippe, qua dicimus aliquid fuiſſe,
ideo vera eſt, quia illud de quo dicimus, iam non eſt.
Hanc ſententiã deus falſam facere non poteſt, quia non
eſt contrarium veritati. Quod ſi quęras, vbi ſit hæc vera
ſentẽtia, prius inuenitur in animo noſtro, cum id verũ
ſcimus & dicimus. Sed ſi & de animo noſtro ablata fue
rit, cum id quod ſcim⁹ obliti fuerimus, manebit in ipſa
veritate. Semper enim verũ erit fuiſſe illud quod erat,
& non eſt: & ibi verum erit iam fuiſſe quod erat, vbi ve
rum erat antequam fieret futurum eſſe quod non erat.
Huic veritati deus non poteſt aduerſari, in quo eſt ipſa
ſumma & incõmutabilis veritas, quo illuſtratur, vt ſit,
quicquid in quorumque animis & mentibus verum eſt:
omnipotẽtem autem deum non ita dicimus, ac ſi eum
etiam mori poſſe credamus: & quia hoc nõ poteſt, ideo
non ſit dicẽdus omnipotens. Ille planè omnipotẽs ve-
re ſolus dicitur, quia vere eſt, & à quo ſolo eſt, quicquid
aliquo modo eſt vel ſpiritale vel corporale: quia vniuer
I ſa creatura ſua vtitur vt ei placet. Placet autem illi ſecũ-
dum veram incõmutabilemq́; iuſticiam, quod ipſe ſibi
eſt, omnia mutabilia, cum ipſe ſit incõmutabilis, com-
mutare pro meritis ſiue naturarum ſiue factorum. Nun-
quid ergo dicturi ſum⁹, quòd Helias, cum eſſet creatu-
ra, mutari non poſſet, vel in deterius vel in melius: aut
eo modo nõ poſſet, qui eſſet humano generi inſolitus,
ſecundum dei omnipotẽtis voluntatem? Quis hoc vel
ſtultiſsimus dixerit? Cur ergo quod de illo in ſcriptura
veraciſsima poſitũ eſt, non credamus, niſi putemus hoc
ſolum poſſe facere deum, quod videre conſueuimus?

Cap.VI. Sed ſi homo fuit, inquit, Helias, & potuit non mori,
cur Chriſtus cum homo nõ fuerit, non potuerit mori?
Tale eſt, ac ſi quiſquam diceret, Si potuit natura homi-
nis in aliquid melius cõmutari, cur dei natura in dete-
rius non potuerit? Stulte, quia hominis eſt natura muta-
bilis, dei autẽ incõmutabilis. Poſsit enim & aliquis pa-
riter inſaniſsimus dicere, Si homini poteſt donare, vt
regnet in æternum, cur non & ſibi facere vt damnetur
in æternum? Non hoc, inquit, ego dico: ſed triduanam
ſaltem mortem dei, æternę vitæ hominis cõparo. Planè
ſi ſic acciperes triduanã mortem dei, vt caro in illo mo K
reretur, quam de mortalium genere aſſumpſit, verum ſa
peres: nam iſtã triduanam Chriſti mortem, propter æ-
ternam vitam hominum factã, veritas Euangelica præ-
dicat. Cum autem velis triduanã mortem, nulla mor-
tali aſſumpta creatura, in ipſa diuina natura ideo nõ ab-
ſurde credi, quia poteſt humana natura immortalitate
donari, pfecto ſic deſipis, quo modo qui nec deũ noſti,
nec dona dei. Deinde quo modo illud, quod ſupra po-
ſui, non dicis ac ſentis, deũ ſibi feciſſe vnde dãnetur in
æternum, quando pars illa dei veſtri in globo in perpe-
tuum configetur? An & hoc dicturus es, quia pars lucis
lux eſt, & pars dei deus non eſt? Poſtremo vt ſine vlla
ratiocinatione & plana fidei veritate à nobis audiatis,
cur Heliam hominem natum, raptum eſſe diuinitus de 4.Reg.2.
terra credamus: Chriſtum autem & ex virgine vere na Matth.1.
tum, & in cruce vere mortuũ? Hæc ideo credimus, quia & 27.
& illud de Helia, & hoc de Chriſto ſancta ſcriptura te-
ſtatur, cui nemo pius, niſi qui credit: impius nemo, niſi
qui non credit. Illud autem de Helia vos negatis, quia
omnia ſimulatis: De Chriſto autem quod naſci non po
tuerit & mori non potuerit, nec vos dicitis: ſed eius ex
virgine natiuitatem nullam, mortem autẽ in cruce fal- L
ſam fuiſſe contenditis: hoc eſt etiam ipſam nullam, ſed
ad ludificãdos humanos oculos ſimulatam, ad nihil a-
liud, niſi vt ab eis qui iſta crediderint, etiam vobis om-
nia mentiẽtibus ignoſcatur. Quis autem vobis pro- Cap.VII.
ponat, quod ſibi quaſi ex perſona catholica Fauſtus pro
ponit, Ieſus ſi natus non eſt, quo modo mortuus eſt, niſi
qui parum conſiderat ipſum Adam & natum non eſſe,
& tamen mortuum eſſe? Si voluiſſet ergo filius dei inde Gen.2.& 5.
ſibi humanam carnem veramq́; formare, vnde forma-
uit & illi primo homini, quoniã omnia per ipſum facta
ſunt, quis eum nõ potuiſſe audeat affirmare? Si denique Ioan.1.
de cœleſti vel aërea vel humida creatura corpus aſſum-
ptum vellet commutare in humanæ carnis veriſsimam
qualitatem, in qua & viuere vt mortalis homo poſſet &
mori, hoc eum potuiſſe facere, quis omnipotẽtem om-
nipotentis filium negare auderet? Poſtremo ſi voluiſſet
de nullis elementis corporeis, quæ per eum creata ſunt,
corp⁹ aſſumere, ſed prorſus ex nihilo ſibi creare veram
carnem, ſicut per eum creata ſunt cũcta quæ non erant,
quis noſtrum contradicere, quis noſtrum fieri non po-
tuiſſe contenderet? Non ergo ideo credimus natum ex
virgine Maria, quòd aliter in vera carne exiſtere atq; ho M
minibus apparere non poſſet, ſed quia ſic ſcriptũ eſt in
ea ſcriptura, cui niſi crediderimus, nec Chriſtiani, nec
ſalui eſſe poterimus. Credimus ergo ex Maria virgine
natum Chriſtum: quia ſic ſcriptũ eſt in Euangelio, Cre- Matth.1.
dimus crucifixum & mortuum: quia ſic ſcriptum eſt in & 27.
Euangelio, Et vere natũ & vere mortuum, quia veritas
eſt Euangelium. Cur autem illa omnia in carne ex vte-
ro fœminæ aſſumpta, pati voluerit, ſumma cõſilij penes
illum eſt. Siue quòd vtrunq; ſexũ, quem creauerat, etiam
hoc modo cõmendandũ honorãdumq́; iudicauit, aſſu-
mendo formam viri, & naſcẽdo de fœmina: ſiue aliqua
alia cauſa, quęnam illa ſit, non temere dixerim. Illud ta-
men fidẽter dicam, nec aliter factum eſſe, quàm Euan-
gelica veritas docuit: nec aliter fieri oportuiſſe, q̃ dei ſa-
pientia iudicauit. Euangelij fidem omnibus hæreticorũ
diſputationibus anteponimus, cõſilium autem ſapien-
tiæ dei, ſupra omne conſilium creaturæ cuiuſcunq; lau-
damus. Tamen Fauſtus, vt ſibi credamus, hortatur Cap.VIII.
dicens, Etſi mihi vera dicenti vis credere, vterq; eorum
apud Hebręos falſam traxit opinionem: Ieſus de morte,
& de

A & de immortalitate Helias: cum paulopoſt dicat, Vt enim ab initio ſumpta hominis ſimilitudine, omnes humanæ conditionis ſimulauit affectus, ſic ab re non erat, ſi in fine quoque conſignādæ œconomiæ gratia fuiſſet viſus & mori. Homo peſsime ac fallaciſſime, quo modo tibi ego credam, quaſi vera dicenti, cum Chriſtū dicas mortem potuiſſe mētiri? Ergo ille mētiebatur, quan-
Luc.24. & Matth.16. do dicebat, Oportet filium hominis occidi, & tertia die reſurgere: & tu non mētiris, & dicis, vt tibi vera dicenti
Ibidem. credamus? Veracior ergo Petrus, quando ei dixit, Abſit
Marci.8. domine, non fiet iſtud: & vnde meruit audire, Redi retro Satanas. Et ille quidem non hoc infructuoſe audiuit, qui eam poſtea veritatem mortis Chriſti, vſque ad ſuam mortem correctus perfectusq́; prædicauit. Verum ſi ille, quia tantum putauit Chriſtum non moriturum, audire meruit, Satanas: tu quid mereris audire, qui non ſolum negas mortuum, ſed etiam dicis mortem fuiſſe mētitum? Sed ideo, inquit, mortem quoq; ſimulaſſe credendus eſt, quia omnes humanæ conditionis ſimulauit affectus. Quis enim tibi hoc contra Euangelium conceſſurus eſt, quòd omnes humanæ conditionis ſimula-
Matt.4. 8. & 26. uit affectus? Prorſus dixit Euāgeliſta, Dormiuit Ieſus: dixit, eſuriuit, contriſtatus eſt, exhilaratus eſt, & ſi qua talia
B omnia vera ſunt, quæ ita narrata ſunt, vt nō eum ſimulaſſe, ſed planè feciſſe vel exhibuiſſe cōſcripta ſint: ſanè non neceſsitate conditionis, ſed magiſterij voluntate,
Luca.10. & diuina etiam poteſtate. Nam homo plerunq; etſi nolit, iraſcitur: etſi nolit, contriſtatur: etſi nolit, dormit: etſi nolit, eſurit ac ſitit: ille autem omnia iſta fecit, quia voluit. Sic etiam naſcuntur homines atq; patiuntur, non quia nolunt, nec quòd volūt: ille autem etiam iſta quia voluit. Tamen vera hæc & de illo fideliter veraciterq́; conſcripta ſunt, vt quiſquis Euangelio eius crediderit, veritate inſtruatur, non mendaciis illudatur.

Libri viceſimiſexti finis.

LIBER VICESIMVSSEPTIMVS.

Cap. I. FAVSTVS dixit, Si natus non eſt Ieſus, nec paſſus eſt: ſi autem paſſus eſt, ergo & natus eſt. Nō nobis expedit, mihi credite, in his rebus cōſequentiam quærere naturæ, alioquin infirmabitur omnis veſtra
Matth.1. fides. Nam & vos Ieſum ex virgi-
C ne natum, ſine virili coitu creditis: & ſi ex conſequentibus priora probāda ſunt, erit hoc falſum. Poterit enim & vobis reſpōderi in hunc modum: quia ſi natus eſt ex fœmina Ieſus, ergo & ſeminat⁹ ex viro eſt. Si vero ſeminatus ex viro non eſt, ergo nec natus ex fœmina eſt. Potuit autem, vt vos creditis, naſci non ſatus: quare ergo
Cap. II. non potuerit & pati non partus? Auguſtinus reſpondit, Nemo tibi proponit quod tibi proponis, niſi imperitus quem decipis, non inſtructus à quo conuincaris. Nam Ieſus & naſci potuit nō ſatus, & pati non partus, ſed vnum horum voluit, alterū noluit. Naſci enim non ſatus voluit, pati autem non partus noluit: quia partus eſt paſſus. Dicis mihi, Vnde ſcis? Quia hoc in Euāgelio veritatis lego. Si autem tibi dicam, vnde ſcis iſta quæ dicis, Manichæi mihi opponis authoritatē, & dicis eſſe in Euangelio falſitatem. Ego autem Manichæo iſta dicenti non crederem, nec ſi non mihi Chriſtum mentitum eſſe laudaret. Quod quidem in Chriſto non inuenit, ſed quid ipſe diligat, prodit.

Libri viceſimiſeptimi finis.

LIBER VICESIMVSOCTAVVS. D

FAVSTVS dixit, Sed non poterat mori, niſi nat⁹ eſſet. *Cap. I.* Et ego reſpondeo, Nec naſci poterat, niſi deus non eſſet: aut ſi potuit & deus eſſe & naſci, quare [non] & non naſci potuerit & mori? Vides ergo vtile ſatis non eſſe, in his conſequentiam quærere, aut argumentis inniti, cum de rebus agitur quæ pertineant ad Ieſum. Sed quærēdum potius eſt, quid ipſe de ſe, quidve Apoſtoli ſui de eodem prædicarint. Ipſaq; adeo pertractāda genealogia eſt, & vidēdum ſi ſibi conueniat, non ex coniectura paſſionis, natiuitatis eius exquirere veritatem: quia & pati non natus potuit, & natus minime pati, præſertim ipſis vobis fatētibus deo eſſe impoſsibile nihil: quod erit & ipſum falſum, ſi hoc con
ſtiterit, non potuiſſe mori non natum. Auguſtinus *Cap. II.*
reſpōdit, Iterum ac ſæpe tibi proponis, quod non audis ab eis à quibus cōfutaris. Nemo tibi dicit, Non poterat E
mori, niſi natus eſſet: quia mortuus eſt Adam, quamuis natus nō fuiſſet: ſed dicitur tibi, Natus eſt, quia hoc ſanctum Euangelium, non neſcio quis hæreticus loquitur: mortuus eſt, quia hoc in ſancto Euangelio, non in libro alicuius hæretici legitur. Sed tu qui prohibes argumentari, cum de rebus agitur, quæ pertinēt ad Ieſum: & quærendum cenſes quid ipſe de ſe, quidve Apoſtoli ſui de eodem prædicarint: cum cœpero Matthæi Euangelium recitare Apoſtoli eius, vbi narratio natiuitatis eius tota contexitur, cōtinuo dices illam narrationem non eſſe Matthæi, quam Matthæi eſſe dicit vniuerſa Eccleſia, ab Apoſtolicis ſedibus vſq; ad præſentes Epiſcopos, certa ſucceſsione perducta. Tu mihi quid contra lecturus es? Aliquem forte librum Manichæi, vbi Ieſus negatur eſſe natus ex virgine. Sicut ergo ego credo illum librū eſſe Manichæi, quoniam ex ipſo tempore, quo Manichæus viuebat in carne, per diſcipulos eius certa ſucceſsione præpoſitorum veſtrorum ad veſtra vſq; tempora cuſtoditus atque perductus eſt: ſic & iſtum librum crede eſſe Matthæi, quem ex illo tempore, quo Matthæus ipſe in carne vixit, non interrupta ſerie temporum, Eccleſia certa cōnexionis ſucceſsione vſque ad tēpora iſta perduxit. Et hic mihi, cui libro potius credere debeamus, eiúſne Apoſtoli, qui Chriſto, cum adhuc in terra eſſet,
adhæſerat: an neſcio cui Perſæ, qui tanto poſt natus eſt? F
Sed alium forte profers librum, qui nomen habeat alicuius Apoſtoli, quem à Chriſto conſtat electum, & ibi Chriſtum natum ex Maria non eſſe, lecturus es. Cum ergo neceſſe ſit alterum horum librorum eſſe mēdacem, cui nos potius cenſes fidem accōmodare debere? Ei ne, quem illa Eccleſia ab ipſo Chriſto inchoata, & per Apoſtolos prouecta certa ſucceſsionū ſerie, vſq; ad hęc tempora toto terrarum orbe dilatata, ab initio traditum & cōſeruatum agnoſcit atq; approbat: an ei, quem eadem Eccleſia incognitū reprobat, cum etiā proferatur ab hominibus ita veracibus, vt Chriſtū laudent eſſe mentitū?

Hic dicturus es, genealogia ipſa cōſideretur duorum *Cap. III.*
Euangelij librorū, vtrum ſibi cōueniat. Iam hinc alibi in *2. Retra.7.*
hoc opere diximus, quod dicēdum fuit. Neq; enim vos *Sup. lib. 3.*
monet, niſi quēadmodum duos patres potuerit habere *cap.3.*
Ioſeph. Quod ſi cogitātibus nō occurriſſet vnus qui genuit, alius qui adoptauit, nec ſic facile debuiſtis aduerſus tantam authoritatem præproperā proferre ſententiam. Nūc vero ſi vel admoniti cogitatis q̄ hoc fieri potuerit,

Euangelio

G Euãgelio ſimpliciter credite,& vos potius tam male ac
Cap.IIII. peruerſe argumentari deſiſtite. Quod autem putat quærẽdum eſſe Fauſtus,quid de ſe Ieſus ipſe prædicauerit,cui non iuſtũ videatur? Sed nũquid hoc ſciri poteſt, niſi diſcipulis eius narrantibus? Quibus ſi non creditur annũciantibus,quòd de virgine natus ſit,quo modo eis fides habebitur,annunciantibus quòd de ſe ipſe prædicauerit? Si enim prolatæ fuerint aliquę literæ,quæ nullo alio narrante,ipſius proprie Chriſti eſſe dicantur: vnde fieri potuerat,vt ſi vere ipſius eſſent, non legerẽtur,non acciperentur, non præcipuo culmine authoritatis eminerent in eius Eccleſia, quæ ab ipſo per Apoſtolos ſuccedẽtibus ſibimet Epiſcopis, vſq; ad hæc tempora propagata dilatatur: multis in ea iam completis, quæ ante prædicta ſunt,& vſque in finem quæ reſtant,ſine dubio futuris atque venturis:quia & illæ literę ſi proferrentur, vtique conſiderãdum erat à quibus proferrentur. Si ab ipſo,illis primitus ſine dubio proferri potuerũt, qui tũc eidem cohærebãt,& per illos etiam ad alios peruenire. Quod ſi factũ eſſet,per illas quas cõmemoraui præpoſitorum & populorũ ſucceſsiones cõfirmatiua authoritate clareſcerent. Quis eſt ergo tam demens, qui hodie
H credat eſſe Epiſtolam Chriſti, quam protulerit Manichęus,& nõ credat facta vel dicta eſſe Chriſti quę ſcripſit Matthæus? Aut ſi etiam de Matthæo, vtrum ipſe iſta ſcripſerit,dubitat,de ipſo quoque Matthæo non potius id credat, quod inuenit in Eccleſia, quæ ab ipſius Matthæi temporibus vſque ad hoc tempus certa ſucceſsionum ſerie declaratur: & credat neſcio cui,ex tranſuerſo de Perſide,poſt ducẽtos vel amplius annos venienti,& ſuadenti vt illi potius,quid Chriſtus dixerit feceritque,
Galat.2. credatur:cum ipſe Apoſtolus Paulus poſt Aſcenſionem domini de cœlo vocatus,ſi nõ inueniret in carne Apoſtolos,quibus cõmunicando, & cum quibus cõferendo Euangelium, eiuſdem ſocietatis eſſe appareret,Eccleſia illi omnino non crederet? Sed cũ cognouiſſet eum hoc annunciantem,quod etiam illi annunciabant,& in eorum communione atq; vnitate viuẽtem, accedentibus etiam per eum talibus ſignis,qualia & illi operabantur: ita eum domino cõmendante, meruit authoritatem,vt verba illius hodie ſic audiantur in Eccleſia,tanquam in illo Chriſtus,ſicut ipſe veriſsime dixit,locutus audiatur. Et putat Manichęus credi ſibi debere ab Eccleſia Chriſti,loquenti contra ſcripturas,tanta & tam ordinata au-
I thoritate firmatas:per quas ei pręcipue commendatum
Gala.1. eſt,vt quiſquis illi annunciauerit,præterquàm quod ac-
Caput.V. cepit,anathema ſit. Sed rationẽ, inquit,profero, qua demonſtrem ſcripturis illis non eſſe credendum. Certe non argumẽtaris, & tamen in ipſa quoq; argumẽtatione ſuperaris. Ad hoc enim redigitur omnis argumẽtatio tua,vt ad extremũ credat anima,ideo ſe in hoc mundo eſſe miſerã,quia miſeria ſua deo ſuo ſubuenit,ne ille regno priuaretur: eiuſq; naturã atq; ſubſtãtiam vſqueadeo eſſe mutabilem, corruptibilẽ,violabilem, coinquinabilem, vt pars eius quædam nec mũdari valeat,& ab ipſo, qui eam ſciens innocentem de ſuis viſceribus, nihilque apud ſe peccãtem, tantæ cõtaminationi permiſcuit,æterno globi ſupplicio puniatur. Iſte finis eſt omnium argumẽtationum, fabularumq; veſtrarũ, quarum vtinã ſit finis,ſed in corde & in ore veſtro,vt aliquãdo tam execrandas blaſphemias credere ac dicere deſinatis. Sed ex ipſis,inquit,literis probo,quàm eis non vbiq; credendum ſit, quoniam contraria ſibi loquuntur. Cur non ergo dicis potius nuſquam eis eſſe credẽdum,tanquam inconſtãtibus ſeſeq; impugnantibus teſtibus? Sed hoc,inquit,diligo quod conſentaneum video veritati. K
Cui veritati? Fabulæ ſcilicet tuæ, habente in capite bellum dei, in medio contaminationem dei, in fine damnationem dei. Et nuſquam, inquit, creditur literis ſibimet aduerſis atq; contrariis. Sed ideo tibi hoc videtur, quia non intelligis: nam & quicquid protuliſti, quod tale videretur, demonſtratum eſt quàm non intelligas: & quicquid protuleris,demonſtrabitur. Nulla ergo cauſa eſt, quare illis literis, tanta authoritate præditis, non credamus:& planè iſta maxima cauſa eſt,cur eos, qui aliud annuncient anathematizemus.

Libri viceſimioctaui finis.

LIBER VICESIMVSNONVS.

FAVSTVS dixit, Ergo magia erat, quòd viſus ac paſſus eſt, ſi natus non eſt. Eadem in te viciſsim argumentatio retorquetur, vt magia & illud fuerit, quod vtero portatus, aut quòd editus ſit, ſi ſeminatus non fuit. Extra legem naturæ eſſe conſtat virgi- L nem peperiſſe,multoq; magis inuentam etiam poſt partum virginem. Quare ergo & hoc præter naturam non vis vt contigerit,pati eam potuiſſe volentem,ſine ſorte natiuitatis? Mihi crede quantum ad rem attinet,vtrique in hoc naturæ contraria profitemur: ſed hoc intereſt, quòd nos honeſte,vos turpiter. Nos paſsionis eius rationem aliquam reddimus & probabilem, vos natiuitatis aut nullam præſtatis,aut falſam. Denique nos ſpecie tenus paſſum cõfitẽmur, nec vere mortuum: vos pro certo puerperium fuiſſe creditis, & vtero muliebri portatum. Aut ſi ita non eſt, fateamini & vos quia hoc etiam imaginarie ſit factum,vt videretur natus,& omnis nobis erit profligata contentio. Nam illud quidem,quod ſæpe affirmare ſoletis, neceſſario eum eſſe natum, quia aliâs hominibus videri aut loqui non poſſet,ridiculum eſt,cum multoties,vt iam probatum à veſtris eſt, angeli & viſi hominibus & locuti eſſe monſtrentur. Augu- Caput.II.
ſtinus reſpõdit,Non vobis dicitur magia eſſe,vt qui natus non fuerit,moriatur,nam hoc in Adam factum eſſe iam ſupra cõmemorauimus: ſed & ſi nunquam fuiſſet, & dominus Chriſtus ita venire voluiſſet,vt non ex virgine aſſumpta,ſed tamen in vera carne apparẽs,nos ve- M ra morte redimeret,quis eum non potuiſſe dicere auderet? Sed illud melius erat quod fecit, vt etiã de virgine naſceretur: & vtrunq; ſexum, pro quo liberando moriturus erat,dignaretur etiam cõmendare naſcendo,maſculino ſuo corpore ex fœmina procreato: contra voſipſos maxime facto ipſo loquens, voſq; ſubuertens, qui maſculũ & fœminam,non dei,ſed diaboli op⁹ eſſe pręd icatis. Sed illud eſt, quod magiæ ſimile dicimini aſſerere,quòd paſsionẽ mortemq; eius ſpecie tenus factam, & fallaciter dicitis adumbratam,vt mori videretur qui non moriebatur. Ex quo fit,vt eius quoq; reſurrectionẽ vmbraticã, imaginariam,fallacemq; dicatis. Neq; enim eius,qui nõ vere mortu⁹ eſt,vera eſſe reſurrectio poteſt: ita fit,vt & cicatrices diſcipulis dubitãtibus falſas oſtenderit: nec Thomas veritate cõfirmatus, ſed fallacia deceptus clamaret,Dominus meus & deus meus:& tamen Ioan.20. perſuadere conamini,lingua vos loqui verũ,cum Chriſtũ dicatis toto corpore fuiſſe mẽtitũ. Hęc ſunt quę vobis obiiciuntur, qui talẽ Chriſtum vobis finxiſtis, cuius diſcipuli veri non ſitis,niſi mẽdaces vos quoq; fueritis.

Non

A Non autẽ ideo magia videri poteſt, nata ex virgine hominis caro, quia caro Chriſti ſola ita nata eſt: ſicut nec illa magia eſt, quia ſola Chriſti caro die tertio reſurrexit, nunquã vlterius moritura. Alioquin omnia miracula dei magica erũt, quia ſingulariter facta ſunt: ſed vere facta ſunt, verumq; oſtenderunt, non oculos hominum preſtigiis fallacibus illuſerunt. Quæ quidem contra naturam plerunque appellantur: non quòd naturæ aduerſentur, ſed quòd naturæ modum, qui nobis eſt vſitatus, excedant. Repellat ergo dominus à paruulorũ ſuorum mentibus, quod quaſi admonendo Fauſtus perſuadere conatus eſt, vt etiam nos imaginariam, non veram natiuitatem Chriſti profiteamur, atque ita inter nos omnis contentio finiatur: imò vero maneat nobis aduerſus illos potius pro veritate certamen, quàm cum illis in falſitate concordia.

Cap. III. Veruntamen quæro ab eis, ſi noſtra contentio terminatur, cum hoc dixerimus, cur hoc ipſi non dicunt: cur ipſi mortem non veram, ſed imaginariam Chriſti affirmant: natiuitatem autem non ſaltem talem, ſed prorſus nullam dicere delegerunt. Si authoritatis Euangelicæ pondere erubuerunt, & ideo non auſi ſunt Chriſtum non ſaltem imaginarie paſſum B dicere, natiuitatem quoque eius eadem Euangelica teſtatur authoritas. (Mat. 1. Luca. 2.) Etſi enim duo Euãgeliſtæ ipſum partum Mariæ narrauerunt, nullus tamen Euangeliſtarum tacuit, quòd habuerit matrem Ieſus. An ideo piguit etiam huc prædicare ſimulatum, quia generationes alias Matthæus, alias Lucas exequitur, (Matth. 3. Ioan. 2.) vnde videntur non ſibi conuenire? Sed da hominem qui non intelligat, putabit etiam in multis, quæ ad Chriſti paſsionem pertinent, Euangeliſtas ſibi non cõuenire: da vero qui intelligat, & vbique conueniunt. An quia mortem ſimulare honeſtum eſt, natiuitatem autem etiam ſimulare turpe eſt? Cur ergo nos hortatur hoc cõfiteri, quo poſsit noſtra contentio profligari? Vnde ergo mihi videatur natiuitatem Chriſti, nec ſaltem ſicut mortem ſimulatam, ſed prorſus nullam prædicare voluiſſe, in conſequenti ſermone apparebit, vbi alteri reſpõdebimus quæſtioni.

Cap. IIII. Abſit autem vt ſit in membris ſanctorum etiam genitalibus aliqua turpitudo. (2. Retra. 7.) Dicũtur quidem inhoneſta, quia non habent eam ſpeciem decoris, quam membra quæ in prõptu locata ſunt. Sed videte quid dicat Apoſtulus, cum ex ipſa membrorum corporis noſtri vnitate atque compage, charitatem perſuadet eccleſiæ. (1. Cor. 12.) Multo C magis, inquit, quæ vidẽtur membra corporis infirmiora eſſe, neceſſaria ſunt: & quæ videntur viliora eſſe corporis, iis abundantiorem honorem circumponimus: & quæ inhoneſta ſunt noſtra, abundantiorem honeſtatem habent: quæ autẽ honeſta ſunt noſtra, non opus habent: ſed deus temperauit corpus, ei cui deerat maiorem honorem dans, vt non eſſent ſciſſuræ in corpore. Illicitus itaque & temperantiæ legibus non ſubiectus, membrorum illorum vſus eſt turpis: non ipſa membra, quæ non ſolum in excellenti integritate cœlibes & virgines ſeruant, ſed ipſi cõiugati ſancti patres ac matres, ſic eis generationi tantũmodo conſulentes vtebantur, vt ille naturalis motus nullo modo turpis eſſet, qui nõ libidini, ſed rationi ſeruiret. Quãto magis ergo in ſancta virgine Maria, quæ Chriſti carnem fide concepit, nihil habuerũt turpitudinis membra, quæ nec humano licitoq; conceptui, ſed diuino tantum partui ſeruierunt. Merito planè ſic honeſtata, vt nobis Chriſtum, quem cordibus integris credẽdo cõciperemus, & confitẽdo quodam modo pareremus, etiam corporaliter ſeruata integritate transfunderet. Nullo modo enim Chriſtus matrem naſcendo faceret deteriorem: vt cui munus fœcunditatis D attulerat, decus virginitatis auferret. Hæc veraciter, nõ fallaciter facta ſunt: ſed noua ſunt, ſed inſolita ſunt, ſed contra naturæ curſum notiſsimum ſunt: quia magna, quia mira, quia diuina: & eo magis vera, certa, firma. Et angeli, inquit, viſi, & locuti ſunt, quãuis nati non fuerint: quaſi nos dicamus Chriſtum, niſi naſceretur ex fœmina, nec videri nec loqui potuiſſe. Potuit, ſed noluit: & hoc melius eſt quod voluit. Hoc autem eum voluiſſe ideo certum eſt, quia hoc fecit, qui nihil neceſsitate, ſicut deus veſter faceret: ſed omnia voluntate. Hoc vero eum feciſſe, ideo non dubitamus, quia non cuiquã hæretico, ſed eius Euangelio credimus.

Libri viceſiminoni finis.

LIBER TRIGESIMVS.

FAVSTVS dixit, De vobis iamdudum Paulus ſcripſit, (Cap. I. 1. Timo. 4.) quia diſcedẽt quidam à fide, intendentes ſpiritibus ſeductoriis, doctrinis dæmoniorũ, in hypocriſi loquentes men E dacium, cauteriatam habẽtes conſciẽtiam ſuam, prohibẽtes nubere, abſtinentes a cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus. Nunquam planè tibi ego hæc ab Apoſtolo dicta eſſe conſenſerim, niſi antea cõfitearis ipſe, Moyſem & Prophetas doctrinas attuliſſe dæmoniorũ, & ſeductorij ſpirit⁹ ac maligni fuiſſe interpretes, qui à porcina & cæteris carnibus, quas immundas vocant, (Leuiti. 11. Eſa. 65.) ſolicite doceant abſtinendum. De his ergo primo deliberandũ vobis eſt, & diu multumq; cogitãdum, ecquid debeat accipi, in deo nc ipſi hæc, an in dæmonio locuti videantur. Hac enim tenus, aut Moyſes & Prophetæ nobiſcũ damnati erunt, aut & nos cũ illis abſoluti. Neq; enim iuſta hæc nunc veſtra ſententia eſt, vt nos quidem, qui ſolum in plebe ſacerdotale hominũ genus cẽſeamus à carnibus abſtinere debere dæmoniorũ doctrinæ videamur vobis aſſectatores: veſtros vero Prophetas, atq; ipſum adeo Moyſem, qui primus nõ antiſtitibus ſolum, ſed omni confuſe hominũ cœtui ſuilla interdixerit, & leporina, & hericina carne, & ſepiis ac lolliginibus, cæteriſq; generibus piſciũ carentibus ſquama, nõ in ſpiritu ſeductorio hoc, nec in doctrina dæmo F niorũ, ſed in deo potius, & in ſancto ſpiritu locutos eſſe arbitremini. Igitur vt huc tibi interim Paulũ dixiſſe cõcedã, victus tamen abs te non ante fuero, q̃ tu Moyſem damnaueris & Prophetas: vt quod ratione cõuictus & veritate, nunquã fortaſſe feciſſes, id nũc vẽtris cauſa facere videaris, blaſphemare Moyſem.

Cap. II. Eſt vero & aliud de trib⁹ pueris apud nos in Daniele, (Daniel. 1. 1. Timo. 4.) per quod vehemẽter perinde cõfundemini, ſi iſtud conſtiterit, à cibis abſtinere, dæmoniorum eſſe religio. Illi enim non tantum ab interdictis lege, ſed etiã à cõceſsis abſtinuiſſe leguntur: quos vehemẽter mirari ſoletis, & in martyribus numerare, cũ ſint & ipſi doctrinã aſſecuti dæmoniorum, ſi hoc eſſe Apoſtoli teſtimonium cõſtat. Ad hæc & Daniel ipſe trib⁹ hebdomadis dierũ ieiunaſſe ſe perhibet, (Daniel. 10.) & carnem non ediſſe nec bibiſſe vinum, dum exoraret pro populo ſuo. Quid ergo & hic in doctrina ſe dæmoniorum magnificat, & de ſeductorij ſpiritus commẽto gloriam capiat?

Cap. III. De vobis vero quid dicam, id eſt de Chriſtianioribus apud vos, quorum nonnulli quidem porcina, pleriq; vero quadrupede omni, alij etiã cũcto (Leuiti. 11.) animali

G animali penitus abſtinent, fertq; ob hoc in oculis eos omnis Eccleſia, & ſumma cum veneratione ſuſcipiens, ſolum non deos exiſtimat. Nec videtis indociles, quia ſi hoc verũ, & ab Apoſtolo dictum teſtimonium eſt, dæmoniorum & ipſi ſunt ludificati doctrinis. Quid vero & de illo dicemus, quod ſanè fruſtrari quis audeat aut negare, cum cũſtet hoc inter omnes, & ęque per orbem terrarũ quotannis omni cum ſtudio celebretur in con-
1.Timo. 4. uentu catholico, Dico autẽ quadrageſimam, quam qui inter vos rite obſeruandam putauerit, abſtineat neceſſe eſt omnibus his, quæ capitulum hoc à deo ad percipiendum nobis creata dicit, & dæmoniorũ inſuper doctrinam vocat abſtinentiam prædictorum. Quid ergo & vos chariſſimi ritúne tunc dæmoniorum viuitis, cum hæc à vobis paſsionis Chriſti celebrantur myſteria, & ſeductorij ſpiritus fraude decipimini, & in hypocriſi loquimini mendacium, & cauteriatam habetis cõſcientiam veſtram? Quod ſi horũ nihil vos, nec nos igitur. Quid ergo ſibi vult capitulum hoc, aut à quo ſcriptum putabimus, & contra quos, quod nec veteris teſtamenti traditiones, nec noui confirmet ſcita? Siquidem hoc ab omnibus, vt ex vobiſipſis apparet: illud vero quanuis à
H quibuſdam, abſtineri tamen docet: ſententia vero hæc veſtra cunctam penitus carnalium ciborum abſtinentiam, dæmoniorum vult eſſe doctrinas. Cui ſi & vos creditis, eadem ſæpius dixero, Damnate Moyſem, renunciate Prophetis, ferte parem & de vobipſis ſententiam: quia vt illi ſemper à quibuſdam ciborum, ſic vos interdum abſtinetis ab omnibus. Aut ſi Moyſes vo-
Cap.IIII. bis & Prophetæ, cum eſcas diiudicant, dei legem ſanci-
Daniel.10. re videntur, & non dæmoniorum: ſi Daniel in ſpiritu
Daniel.1. ſancto obſeruauit tres hebdomadas: ſi Ananias, Azarias, & Miſaël pueri, diuinæ mentis inſtinctu, oleribus vti maluerũt & leguminibus: ſi denique in vobis quotquot abſtinent, non à dæmonibus impulſi id faciunt: ſi quadrageſima ſine vino & carnibus non ſuperſtitioſe à vobis, ſed diuina lege ſeruatur: videte quæſo videte, ne
1.Timo. 4. ſummæ dementiæ hoc ſit à Paulo dictum putare, quòd dæmoniorum doctrina ſit abſtinentia omnis ciborum, & prohibẽtes nubere: quemadmodum nec illud, quod dicit etiam virgines dicare Chriſto, dæmoniorum eſſe doctrinas: quod vos perinde ſine conſideratione legentes, vt cætera, ad nos ſubinde reſpicitis: nec videtis hinc & virgines veſtras dæmoniorum doctrina captas no-
I tari, & vos eſſe antiſtites dæmoniorum, qui certatim ſemper ad hanc eas incitetis profeſsionem ſuaſionibus veſtris, vt penè iam maior in eccleſiis omnibus virginum apud vos, quàm mulierum numeroſitas habeatur? Quid ergo? Num & vos iam deſiſtitis à talib⁹ inceptis? Quid in fraudem miſeras inducitis filias hominum, ſi non in eis Chriſti voluntas impletur, ſed dæmoniorum? Et tamen hoc nobis primo reſpondeatis, velim, vtrum omnino virgines facere, doctrina ſit dæmoniorum, an ſolum per prohibitionem facere nubendi? Si per prohibitionem, nihil ad nos: nam & ipſi tam ſtultum iudicamus inbibere volentem, quàm nefas & impium ſatis nolẽtem cogere. Si vero fauere huic quoque propoſito, & non reluctari volenti, id quoque doctrinam putatis eſſe dęmoniorum, taceo nunc veſtrum periculum, ipſi iam timeo Apoſtolo, ne dæmoniorum doctrinam intuliſſe tunc Iconio videatur, cum Theclam oppigneratam iam thalamo, in amorem ſermone ſuo perpetuæ virginitatis incendit. Quid vero & de magiſtro ipſo dicemus, ac ſanctimoniæ totius authore Ieſu,
† cœlite. & huius ipſius profeſſionis puellarum cœlibe † ſponſo, qui in Euangelio tria genera taxans ſpadonum, vnum K
natiuum, alterum factitium, tertium voluntarium: eis Matth.19.
tamen palmam attribuit, qui ſeipſos, inquit, ſpadones fecerunt propter regnum cœlorum: ſignificans virgines & pueros, qui nubẽdi ipſa à cordibus ſuis execta cupiditate, ſpadonum vice in eius Eccleſia ſemper, tanquam in domo regia conuerſentur. Quid ergo? Et hæc vobis doctrina videtur eſſe dæmoniorum, & in ſeductorio ſpiritu dictum? Et quis erit alius in deo loquens, ſi Paulus & Chriſtus dæmoniorum probantur fuiſſe ſacerdotes? Mitto enim cæteros eiuſdem domini noſtri Apoſtolos, Petrum & Andream, Thomam, & illum inexpertem Veneris inter cæteros beatum Ioannem, qui per diuerſa profeſsionem boni iſtius inter virgines ac pueros diuino præconio cecinerunt, formam nobis atque adeo vobiſipſis faciendarum virginum relinquentes. Sed hos quidem, vt dixi, prætereo, quia eos vos excluſiſtis à canone, faciléque mente ſacrilega veſtra dæmoniorum his poteſtis importare doctrinas. Num igitur & de Chriſto eadẽ dicere poteritis, aut de Apoſtolo Paulo, quem ſimiliter vbique conſtat, & verbo ſemper prætuliſſe nuptis innuptas, & id opere quoque oſten-
diſſe erga ſanctiſsimam Theclam? Quod ſi hæc dæmo- L
niorum doctrina non fuit, quam & Theclæ Paulus, & cæteri cæteris annunciauerunt Apoſtoli, cui credi iam poterit hoc ab ipſo eſſe memoratum, tanquam ſit dæmoniorum voluntas & doctrina, etiam perſuaſio ſanctimoniæ? Non ergo eſt interim quod vos exiſtimetis ſolis hortamentis virgines facere, & non prohibitione nubendi. Nobis enim quoque hoc ipſum inſitum eſt: & demens profecto ille non tantum ſtultus putandus eſt, qui id exiſtimet lege priuata prohiberi poſſe, quod ſit publica cõceſſum: dico autem hocipſum nubere. Quapropter & nos hortamur quidem volentes vt permaneant, non tamen cogimus inuitas vt accedant. Nouimus enim quantum voluntas, quantum & naturę ipſius vis etiam cõtra legem publicam valeat, nedum aduerſus priuatam, cui reſpondere ſit liberum, nolo. Si igitur hoc modo virgines facere ſine crimine eſt, extra culpam ſumus & nos: ſin quoquo genere virgines facere crimen eſt, rei eſtis & vos. Iam qua mente aut conſilio hoc aduerſum nos capitulũ proferatis, ego non video.

Auguſtinus reſpondit, Audi ergo, quod confiteris te Cap.V.
non videre, qua mente & conſilio hoc aduerſum vos
capitulum proferamus: non quòd à carnibus abſtinea- M
tis: nam hoc à quibuſdam & primi patres noſtri fecerunt, ſicut commemoras: non tamen ea damnandi, ſed ſignificandi gratia, quod non intelligitis: & vnde iam quãtum ſufficere videbatur, in ſuperioribus partibus operis huius locutus ſum: & Chriſtiani non hæretici, ſed catholici, edomãdi corporis cauſa propter animam ab irrationalibus motibus amplius humiliandũ, non quòd illa eſſe immũda credãt, non ſolum à carnibus, verum à quibuſdam etiam terræ fructibus abſtinent: vel ſemper, ſicut pauci: vel certis diebus atque temporibus, ſicut per quadrageſimam ferè omnes, quanto magis quiſque vel minus ſeu voluerit ſeu potuerit. Vos autem ipſam creaturam negatis bonam, & immundum dicitis, quòd carnes diabolus operetur fœculentiore materia mali: ac per hoc eas, tanquam immundiora & truculentiora dei veſtri vincula, exhorrentes abiicitis. Auditoribus autem veſtris, quos tanquam diſtinctos à genere ſacerdotum dixiſti, ſecundum veniam hæc edenda conce-
ditis: ſicut quibuſdam concedit Apoſtolus ſecũdum ve 1.Cor.7.
niam, non omnem cõcubitum, cõiugalem etiam, qui ſit
ſola

A ſola cauſa generãdi, ſed eum qui fit per incõtinentiam,
ſed tamen cum coniuge. Neque enim conceditur ſe-
cundum veniam, niſi peccatum: hoc vos de omni car-
nium cibo ſentiris: hoc & ipſi ab hęreſi veſtra didiciſtis,
& veſtros auditores docetis: ſed illis quod ſit ignoſcen-
dum, propter quod vobis neceſſaria miniſtrãt, vt dixi,
conceditis, non dicẽtes non eſſe peccatum, ſed peccan
tibus veniam largientes: vos autem ab omni tali, tan-
† cõtagione quam mala & immunda cogitatione† abſtinetis: ac per
hoc illud quod ſequitur, ea verba Apoſtoli, quibus com
memorationẽ huius capituli terminaſti, ipſum eſt om-
nino, quod nos facit hoc teſtimonium vobis obiice-
re: quod & tu, puto, ſciebas, vt ea verba primo non po-
neres, & nobis in extremo diceres, qua mente aut con-
ſilio hoc aduerſum nos capitulum proferatis, ego non
video, cum hoc ipſum noſtrum conſilium tacere quàm
cõmemorare malueris. Cum enim Apoſtolus dixiſſet,
1.Timo.4. Abſtinentes à cibis quos deus creauit ad percipiendum
cum gratiarum actione fidelibus, ſecutus ait, Et iis qui
cognouerunt veritatem: quoniam omnis creatura dei
bona eſt, & nihil abiiciendum, quod cum gratiarum a-
ctione percipitur: ſanctificatur enim per verbum dei &
B orationem. Hæc ſunt quæ negatis: hoc animo, hac vo-
luntate, hac opinione ab eſcis huiuſmodi temperatis,
quòd non ſignificatione, ſed natura malæ & immundę
ſint. Qua in re creatorem earum ſine dubio blaſphema-
tis, hoc eſt quod pertinet ad doctrinam dæmoniorum.
Nolite ergo mirari hoc de vobis tãto ante à ſancto ſpi
Cap.VI. ritu prophetatum. Iterum ſi ad virginitatem ſic hor-
taremini, quemadmodum hortatur Apoſtolica doctri-
1. Cor. 7. na, Qui dat nuptum, bene facit: & qui non dat nuptum,
melius facit: vt bonum eſſe nuptias diceretis, ſed melio-
1.Timo.4. rem virginitatem: ſicut facit Eccleſia, quæ vere Chriſti
eſt Eccleſia, non vos ſpiritus ſanctus ita prænunciaret,
dicens, prohibentes nubere. Ille enim prohibet, qui hoc
malum eſſe dicit, non qui huic bono aliud melius ante-
ponit. Denique vos eum pręcipue concubitum deteſta-
mini, qui ſolus honeſtus & coniugalis eſt, & quem ma-
trimoniales quoq; tabulæ præ ſe gerunt, liberorum pro-
creandorũ cauſa, vnde viro non tam concũbere quàm
nubere prohibetis. Concumbitur enim etiam cauſa li-
bidinum, nubitur autem non niſi filiorũ. Nec ideo vos
dicatis non prohibere, quia multos veſtros auditores in
hoc obedire nolentes vel non valentes, ſalua amicicia
toleratis. Illud enim habetis in doctrina veſtri erroris,
C hoc in neceſsitate ſocietatis. Hinc eſt quod pauloante
diſtulerã dicere, cur vobis mors Chriſti viſa ſit, vel fal-
lax & ſimulata, prædicãda, & non etiam natiuitas. Mor-
tem quippe tanquam ſeparationem animæ: id eſt, natu-
ræ dei veſtri à corpore inimicorum eius, hoc eſt à fig-
mento diaboli, prædicatis atque laudatis: ac per hoc
rem dignam fuiſſe credidiſtis, quam Chriſtus & ſi non
moriens, tamen mortem ſimulans commẽdaret. In na-
tiuitate autẽ quia non ſolui, ſed ligari potius deum ve-
ſtrum creditis hanc nec ſaltem fallaciter imaginatum
Chriſtum credere voluiſtis: ita vt non ſic vobis Maria
diſpliceret, ſi concubuiſſet, & non concepiſſet: quo mo-
do diſplicet, quia non concubuit, & tamen peperit. Vi-
detis ergo multum intereſſe inter hortantes ad virgini-
tatem, bono minori bonum amplius præponẽdo: &
prohibentes nubere, concubitum propagationis, qui ſo
lus proprie nuptialis eſt, vehementius accuſando: mul-
tum intereſſe inter abſtinẽtes à cibis, propter ſacratam
ſignificationem, vel propter corporis caſtigationem:
& abſtinentes à cibis, quos deus creauit, dicendo quòd
eos deus non creauit. Proinde illa doctrina eſt Prophe- D
tarum & Apoſtolorum, hæc dæmoniorum mendaci-
loquorum.

Libri trigeſimi finis.

LIBER TRIGESIMVSPRIMVS.

FAVSTVS dixit, Omnia mũda Cap.I.
mũdis, immũdis autem & coin- Titum.1.
quinatis nihil eſt mundũ, ſed in-
quinata ſunt eorũ & mẽs & con
ſciẽtia. Hoc quoq; ipſum, verum
vobis expediat à Paulo dictũ cre
dere, conſiderandũ eſt: hactenus
enim nõ tantũ dęmoniis exagi-
tatos colitis Moyſem & Prophetas, cũ tãtas de ciborũ Leuiti.11.
differẽtiis tulerint leges: ſed etiã quòd immũdi ipſi fue-
runt, & coinquinati mẽte atq; cõſcientia ſua: vt cõgrue
in ipſos illud cadere poſsit, quod ſequitur, Deũ ſe ſcire Titum.1.
profitẽtur, operibus autem negant. Cui autẽ hoc magis
competit quàm Prophetis atque Moyſi, qui lõge aliter
vixiſſe probantur, quàm dei cognitoribus congruebat.
Ego tamen nũc vſq;, præter adulteria & fraudes & ho-
micidia, nihil aliud eſſe putaueram, vnde conſcientias E
pollutas habuiſſe viderentur Moyſes & Prophetæ: nũc
autem hoc demõſtrante capitulo, ſcire iam datur etiam
hinc eos inquinatæ mentis fuiſſe, quia aliquid putaue-
rint inquinatum. Quorſum ergo talibus etiam nũc vos
viſionem diuinæ maieſtatis cõtingere potuiſſe arbitra-
mini, cum ſit ſcriptum, Niſi eos qui corde puri fuerint, Mat. 5.
deum videre non poſſe? At vero hi, etiam ſi caſti ab illi-
citis facinoribus extitiſſent, ſola tamen hæc abſtinendi
à quibuſdam eſcis ſuperſtitio, ſi mẽtem contaminat, di-
uinitatis eius potuit negaſſe conſpectum. Euanuit ergo
iam, atq; extincta ſimul eſt Danielis quoq; & illa trium Daniel.1.
puerorum gloriatio, qui & ipſi vſque ad hanc prædica-
tionem, quæ cenſet nihil immundum, caſtiſsimi planè,
ac bonæ mentis iuuenes habiti ſunt in Iudaiſmo: quia
ſcilicet paternarum memores traditionum, à gentium
dapibus, & maxime immolatis, omni ſtudio ſe cõſerua
uerint illibatos. Nunc enim demũ apparuit & ipſos cõ-
taminatos fuiſſe mentibus & cõſcientia, tum maxime,
cum à ſanguine & cibis feralibus abſtinebant. Sed il- Cap.II.
los fortaſſe excuſet ignorantia: necdum enim apparen-
te Chriſtiana hac fide, quæ doceret omnia eſſe munda Titum.1.
mundis, quædam & ipſi putauerint eſſe non mũda: vos F
vero, qua nunc excuſatione vtimini, Paulo clamante, 1.Timo.4.
nihil eſſe non mũdum, & doctrinas dæmoniorum ap-
pellante ciborum abſtinentiam, & mente pollutos vo-
cante, qui aliquid putauerint inquinatum, nõ ſolum ab-
ſtinetis, vt diximus, ſed etiam gloriam captatis exinde:
& eo acceptiores vos creditis Chriſto, quo eritis abſti-
nentiores à cibis: id eſt, ſecundum hanc ſententiam,
quo mentibus inquinati magis & magis conſciẽtia ve-
ſtra polluti. Quid quòd etiam cum tres in mundo reli-
giones ſint, quæ mẽtis purgationem pariter in caſtimo-
niis & abſtinentia, ritu quamuis diuerſiſsimo reponunt,
dico autem Iudæos & Chriſtianos & gẽtes, ex quã nam
iſtarum religionum ſermo hic veniat, non poteſt inue-
niri, qui docet nihil eſſe non ſanctũ: certe ex Iudaiſmo
minime, itidem ex Paganiſmo, quia ipſe quoque diſcri-
minat cibos: nec quicquam intereſt, niſi quòd Hebræus
in quibuſdã animalib⁹ à Paganis diſſentit. Reſtat Chri
ſtiana fides, cuius ſi proprium hoc eſſe putas, nihil exi-
ſtimare pollutum, prius eſt vt fatearis in vobis eſſe ne-
minem Chriſtianum. Omnes etiam apud vos, vt cętera Acto. 15.
reticeam,

G reticeam, morticina tamen & immolata inquinamen-
tum exiſtimãt eiſe non paruum:aut ſi à vobis iure Chri-
ſtianitatis hoc agitur, ne huic quidem ergo religionis
ſententia eſt,quæ omnem penitus immundorum abſti-
nẽtiã tollit.Quorſum ergo à Paulo id dici potuit,quòd
nulli ſit religioni cõueniens?Etenim Apoſtolus nõ tam
religionẽ exuit, quàm ritum mutauit, cum ex Iudęo fa-
ctus eſt Chriſtianus. At vero qui hoc capitulũ ſcripſit,
videtur ille mihi nulla prorſus religiooe fuiſſe ſubni-
Cap. III. xus. Quapropter ſi quid de cætero in læſionem no-
ſtræ fidei de ſcripturis quærentes inueneritis, tunc de-
mum id nobis opponere mementote,cum vobis perui-
deritis non eiſe contrariũ:quemadmodũ & illud,quod
de Petro ſoletis afferre,tanquam idem viderit aliquan-
Act. 10. do de cœlo demiſſum vas, in quo eſſent omnia genera
animalium & ſerpentes: atq; eo attonito & admirante,
vox audita ſit,dicẽs ad eum, Petre quicquid in vaſe vi-
des,macta & manduca.Cui idem reſpõdens,Domine,
commune,inquit,& immũdum non cõtingam. Et ite-
rum vox ad eum,Quod ego ſanctificaui, immundũ ne
H vocaueris.Quod quidem ipſum licet & per allegoriam
aliud quiddam,& non indifferentiam videatur ſignifi-
care ciborũ, tamẽ quia vobis & hoc ita intelligere pla-
cet,veſcamini igitur neceſſe eſt paſsim beluis omnibus,
& echidnis & colubris,ac reliquo omni genere ſerpen-
tino iuxta horama Petri.Hactenus enim vere dicto au-
dientes vos eiſe probabitis voci,quam fertur audiſſe: &
tamen huius quoque memineritis ſemper, quia Moyſes
hinc & Prophetæ damnati ſunt, qui de iis quæ ſanctifi-
cauerit deus iuxta vocis huius ſententiam, multa puta-
Cap. IIII. uerint eſſe polluta. Auguſtinus reſpondit, Cum ait
Titum. 1. Apoſtolus, Omnia munda mundis, naturas ipſas intel-
ligi voluit,quas deus creauit,ſecundũ illud quod Moy-
Gene. 1. ſes in Geneſi ſcripſit, Et fecit deus omnia, & ecce bona
valde:non ſignificationes, ſecundũ quas deus per eun-
Leuiti. 11. dem Moyſem ab immũdis mũda diſcreuit. Vnde quia
multa, & multis locis iam diximus, nunc breuiter ad-
monuiſſe ſuffecerit. Proinde illos, qui iam tempore re-
uelationis noui teſtamenti, adhuc illas vmbras futuro-
rum ita cuſtodiendas putarent, vt ſine iis gentes ſalu-
tem,quæ in Chriſto eſt, percipere non poſſe contende-
Titum. 1. rent,immundos dicit Apoſtolus, quòd carnaliter ſape-
Act. 15. rent: & infideles, quòd tempus gratiæ à legis tempore
I non diſcernerent. Quibus ideo dicit nihil eſſe mundũ,
quia & iis quæ reſpuebant,& iis quæ ſumebãt,non ſan-
cte nec iuſte vtebantur: ſicut omnes quidem infideles,
ſed vos præcipue Manichæi, quibus omnino nihil eſt
mundum. Neque enim cibus ipſe, quem ſumitis, quan-
uis eum magna diligentia, quaſi à carnis cõtagione, ſe-
paretis,mundus eſt vobis, quem creatum niſi à diabolo
non dicitis. In illo etiam deum veſtrum ligatum atque
pollutum vos edendo purgare perhibetis. Vos ſaltem
vobis mundi videremini, quorum ventribus meretur
ille purgari. Sed & veſtra corpora naturã & opificium
generis tenebrarum eſſe contenditis,animas autem ve-
ſtras ipſis adhuc corporibus inquinatas. Quid ergo vo-
bis eſt mundum? Non quæ ſumitis, non quòd mittitis ea
quæ ſumitis, non voſipſi qui ſumpta purgatis. Videtis
ergo propter quos tunc iſtam ſententiam dixit Apoſto-
lus: talem tamen dixit,quæ omnes infideles & immun-
dos teneret, ſed vos præcipue maximèq; conuinceret.
Omnia ergo munda mundis, ſecundum naturam in
qua creata ſunt, non tamen omnia ſecundum ſignifi-
cationem munda primo populo Iudæorum: nec vobis
omnia, vel propter ſalutem corporis, vel propter con-
ſuetudinem humanæ ſocietatis, apta ſunt: ſed cum ſua K
cuique redduntur,& naturalem ordinem ſeruant, om-
nia munda ſunt mundis: immundis autem & infideli-
bus,quales præcipue vos eſtis,nihil eſt mundum. Cæte-
ra iam verba Apoſtoli, quæ ſequuntur, voſipſi vobis ſa-
lubriter diceretis,ſi cauteriatam veſtram conſcientiam
ſanari velletis. Sequitur enim, Sed polluta ſunt eorum
& mens & conſcientia.

Libri trigeſimiprimi finis.

LIBER TRIGESIMVSSECVNDVS.

FAVSTVS dixit,Si accipis Euã- *Cap. I.*
geliũ,credere omnia debes, quæ
in eodẽ ſcripta ſunt. Quid enim
tu,quia vetus accipis teſtamentũ,
idcirco ne credis omnia paſsim,
quę in eodẽ ſcripta ſunt? Nempe
ſolas indidem excerpẽs prophe-
tias,quæ regẽ Iudęis vẽturũ ſigni
ficabat,quia ipſum putatis eiſe Ieſum:& pauca quędam L
diſciplinæ ciuilis pręcepta cõmunia,vt eſt, Nõ occides, *Exod. 20.*
Non mœchaberis,cætera prætermittitis,& arbitramini *Deute. 5.*
eſſe,non minus atq; eadẽ Paulus putauit,ſtercora. Quid
ergo peregrinũ hoc,aut quid mirũ eſt,ſi & ego de teſta- *Philip. 3.*
mẽto nouo puriſsima quęque legẽs,& meę ſaluti cõue-
nientia, ea prætermitto quæ à veſtris maioribus indu-
cta fallaciter, & maieſtatem ipſius & gratiam decolo-
rant? An ſi patris teſtamentum habet aliqua, in qui- *Cap. II.*
bus parum debeat audiri: patris enim eſſe vultis Iudai-
cam legem, cuius nouimus quàm multa vobis horro-
rem,quàm multa pudorem faciant,vt quantum ad ani-
mum iamdudum ipſi indicaueritis eam non eſſe ſyn-
ceram: quanuis partim pater ipſe,vt creditis,digito ſuo
eam vobis,partim Moyſes ſcripſerit, fidelis & integer: *Exod. 31.*
ſolius filij putatis teſtamẽtum non potuiſſe corrumpi: *Deut. 9.*
ſolum non habere aliquid,quod in ſe debeat improba-
ri: præſertim quòd nec ab ipſo ſcriptum conſtat,nec ab
eius Apoſtolis: ſed lõgo pòſt tempore,à quibuſdam in-
certi nominis viris,qui ne ſibi non haberetur fides,ſcri-
bentibus quæ neſcirent, partim Apoſtolorum nomina,
partim eorum,qui Apoſtolos ſecuti viderẽtur, ſcripto-
rum ſuorum frontibus indiderunt, aſſeuerantes ſecun-
dum eos ſe ſcripſiſſe quæ ſcripſerint. Quo magis mihi M
videntur iniuria graui affeciſſe diſcipulos Chriſti: quia
quæ diſſona iidem & repugnantia ſibi ſcriberent,ea re-
ferrent ad ipſos:& ſecundum eos hæc ſcribere ſe profi-
terentur Euangelia, quæ tantis ſint referta erroribus,
tantis contrarietatibus narrationum ſimul ac ſenten-
tiarum,vt nec ſibi prorſus,nec inter ſeipſa conueniant.
Quid ergo aliud eſt, quàm calumniari bonos, & Chri-
ſti diſcipulorum concordem cœtum in crimen deuo-
care diſcordiæ? Quæ quia nos legentes animaduerti-
mus cordis obtutu ſaniſſimo,æquiſsimum iudicauimus
vtilibus acceptis ex iiſdem: id eſt iis quæ & fidem no-
ſtram ædificẽt, & Chriſti domini atque eius patris om-
nipotentis dei propagẽt gloriam,cętera repudiare,quę
nec ipſorum maieſtati,nec fidei noſtræ conueniant.
Proinde nec vos, vt dicere cœperam de teſtamento *Cap. III.*
veteri, circũciſionem creditis accipiendam carnaliter, *Gene. 17.*
quãuis ita ſit ſcriptum: neque ſub ocio ac vacatione co-
lendum ſabbatũ quanuis ita legatur: ſed nec ſacrificiis, *Exo. 31.*
vt Moyſi videtur,& immolationibus placãdum deum:
ſed hęc quidem vt aliena prorſus & procul à ritu Chri-
ſtiano poſita, ac nulla ex parte probabilia cõtempſiſtis.
Quædam

A Quædam vero eorum etiam diuiſiſtis in duo,& partim
Exod.12. quidem amplectimini,partim vero reſpuitis: vt Paſcha,
quod eſt & ipſum teſtamẽti veteris anniuerſale ſacrum:
cuius in celebratione cum ſit ſcriptum vobis : non ſo-
lum agnum mactare edẽdum ſub nocte,ſed etiam die-
bus ſeptem abſtinere fermento , & eſſe contentos azy-
mo cum picridiis: vos Paſcha quidem aſſumitis , præ-
termittitis vero ritum illum ac morem,quo cautum eſt
idem debere ſeruari. Item ſeptem dierũ hebdomadas:
Leuiti.23. id eſt Pentecoſten , quam perinde Moyſes certo quo-
dam ſacrificiorum & genere & numero imbuendam
cenſet , vos æque colitis : ſed damnata parte eius,id eſt,
litationibus ipſis & ſacrificiis,quia hæc cum Chriſtiana
Leuiti.11. fide non congruunt. De mandato vero abſtinendi à ci-
bis communibus viſum vobis eſt, & vehemẽter credi-
tum,morticina quidem & immolata eſſe ſanè immun-
Deute.14. da : de porcina vero idem credere noluiſtis, nec de le-
pore aut herinacio:neque de mullis & lolliginibus, cæ-
teriſque, quæ vobis aſſapuere generibus piſcium,quan-
uis eadem Moyſes omnia immunda eſſe teſtetur.

B Illa vero iam ne audire quidem vos velle credo ex
Cap.IIII. teſtamẽto veteri,nedum admittere:id eſt, ſoceros dor-
Gene. 38. mire cum nuribus,tanquam Iudas: patres cum filiabus,
Gene. 19. tanquam Loth : Prophetas cum fornicatricibus , tan-
Oſee. 1. quam Oſee: maritos vxorum ſuarum noctes amatori-
Gene. 12. bus vendere tanquam Abraham : duabus germanis ſo-
& 20. roribus vnum miſceri maritum,tanquam Iacob: recto-
Gene.29. res populi,& quos maxime Entheos credas,millenis &
2.Reg.11. centenis volutari cum ſcortis , tãquam Dauid & Salo-
3.Reg.12. mon : aut illud , quod lege vxoria cautum in Deutero-
Deut. 25. nomio eſt, debere vxorem defuncti fratris,ſi idem ſine
filiis obierit , ſuperſtiti fratri nubere , & eundem ſobo-
lem ex eadem in locum ſuſcitare fratris : quod facere ſi
noluerit vir, debere mulierculã apud maiores natu de-
ponere de hac impietate cognati ſui querelã , vt iidem
† aliàs per- accerſitum eum cenſoria grauitate coërceant : qui ſi †
negauerit, pernegauerit,& apud eos non fecerit, non impune,ſed
apud eos excalciatus dextri pedis calciamento, à prędicta mulie-
non ferat re cædatur in faciem: & conſputus ac maledictus rece-
impune etc. dat, habiturus hoc opprobrium ſempiternum in proge-
niem ſuam. Hęc igitur atque alia huiuſmodi ſunt teſta-
menti veteris & exempla & iura : quæ ſi bona ſunt, cur
non imitamini? ſi mala , cur non damnatis authorem:
C id eſt, teſtamentum ipſum vetus? Aut ſi falſa hæc ei, tan-
quam nos de nouo credimus, etiam vos putatis inſerta,
pares ergo ſumus. Definite iam proinde id à nobis exi-
gere in teſtamento nouo , quod vos non ſeruatis in ve-
Cap.V. teri. Equidem ego quãtum arbitror, quatenus id iam
perſuaſum eſſe voluiſtis , vt ſit ex deo etiam teſtamen-
tum vetus, commodius ſatis atque excuſatius vobis eſt,
non ſeruantibus eius mandata, ſi fateamini incongruis
eſſe adiectionibus viciatum, quàm ſi inuiolatum idem
ſpernatis & incorruptum. Proinde hanc de vobis ego
ſententiam habui ſemper, & habeo , quoties quæritur,
cur pręuaricemini teſtamẽti veteris iuſſa. quòd aut vt ſa
pientes contẽniris falſa, aut vt contumaces & indeuoti
negligitis vera. Interim quia me ad credẽda omnia, quę
noui teſtamenti monimẽtis inſerta ſunt, cogis, ſi ipſum
accipiam: ſcias & te, quantum ad animum, multa non
credere , quæ in veteri ſint teſtamento , quanuis ipſum
te profitearis accipere. Neque enim & illud in confeſ-
Deute.21. ſis ex eodem habes , & credibilibus eſſe maledictũ om-
nem qui pependerit in ligno , quia id vtique pertineat
Deute. 7. & ad Ieſum: aut eum quoque in maledictis haberi , qui
non ſuſcitauerit ſemen in Iſraël: quia id virgines quoq;
omnes comprehendat, & pueros dei: aut funditus inte- D
riturum eum de genere ſuo, qui non fuerit carnem pręputij circũciſus, *Gene. 17.*
quia hoc quoque ad omnem pertineat
Chriſtianum: aut lapidibus extinguẽdum eum, qui ſol- *Nume. 15.*
uerit ſabbatum: aut non parcẽdum ei, qui vnum quod-
libet teſtamenti veteris mandatum ruperit. Quæ om-
nia ſi tu credas, firmumq; habeas, quia ſint eadem à deo
mandata , mihi crede , manus prior inieciſſes in Chri-
ſtum : nec nunc iraſcereris Iudæis , qui hunc animis ac
viribus perſecuti, dei ſui mandata complerint. Equi- *Cap. VI.*
dem haud ignoro , quin vos hæc non audeatis dicere
falſa, ſed quia ſunt eadem, pro tempore tunc mandata
Iudæis, vſque ad aduentũ ſcilicet Ieſu: qui quoniam ve-
nerit ab eodem prænunciatus, vt vultis veteri teſtamen
to, ipſe iam doceat quid accipiendum nobis ex eodem
ſit, & quid relinquendum. Sed an Prophetæ Ieſum prę-
ſagauerint, poſtea videbimus: interim ad hæc me nunc
reſpondere oportet, quia ſi Ieſus per teſtamentum vetus
annunciatus, nunc diiudicat & carminat, docetq; pau-
ca eius accipienda eſſe, repudianda vero quamplurima: E
& nobis paracletus ex nouo teſtamento promiſſus, per-
inde docet, quid accipere ex eodem debeamus, & quid
repudiare: de quo vltro Ieſus cum eum promitteret, di-
cit in Euãgelio, Ipſe vos inducet in omnem veritatem, *Ioan. 16.*
& ipſe vobis annunciabit omnia, & cõmemorabit vos.
Quapropter liceat tantundem & nobis in teſtamento
nouo per paracletum , quantum vobis in veteri licere
oſtenditis per Ieſum : niſi forte pluris vobis teſtamen-
tum videtur filij eſſe quàm patris , ſi modo patris eſt, vt
cum ex illo reprobentur tam multa , huius ſolius nihil
non debeat approbari : præſertim quod nec à Chriſto
ſcriptum conſtat, vt diximus, nec ab eius Apoſtolis.

Quapropter vt vos ex vetere teſtamento ſolas ad- *Cap. VII.*
mittitis prophetias, & illa, quæ ſuperius diximus, ciuilia
atque ad diſciplinam vitæ communis pertinentia præ-
cepta : ſuperſediſtis vero peritomen & ſacrificia & ſab- *Gene. 17.*
batum & obſeruationem eius & azyma: quid ab re eſt, ſi *Exo.12.*
& nos de teſtamento nouo ſola accipientes ea , quæ in *& 31.*
honorem & laudẽ filij maieſtatis vel ab ipſo dicta com
perimus, vel ab eius Apoſtolis, ſed iam perfectis ac fide-
libus, diſſimulauimus cætera: quæ aut ſimpliciter tũc &
ignoranter à rudibus dicta , aut oblique & maligne ab
inimicis obiecta , aut imprudenter à ſcriptoribus affir-
mata ſunt, & poſteris tradita : dico autẽ hoc ipſum na- F
tum ex fœmina turpiter , circunciſum Iudaice , ſacrifi- *Luc. 2. 3.*
caſſe gentiliter, baptizatum humiliter, circunductum à *& 4.*
diabolo per deſerta, & ab eo tẽtatum quàm miſerrime.
His igitur exceptis, & ſi quid ei ab ſcriptoribus ex teſta-
mento veteri falſa ſub teſtificatione iniectum eſt, credi-
mus cætera , præcipue crucis eius myſticam fixionem,
qua noſtræ animæ paſſionis monſtrantur vulnera, tum
præcepta ſalutaria eius , tum parabolas, cunctumq; ſer-
monem deificum, qui maxime duarum præferens natu-
rarum diſcretionem , ipſius eſſe non venit in dubium.
Nihil ergo eſt iam, cur me omnia credere exiſtimes de-
bere, quæ continent Euangelica, cum tu, vt ſupra oſten-
ſum eſt, teſtamenti veteris ſupremum liquorẽ vix ſum-
mis, vt aiunt , labris attingas. Auguſtinus reſpondit, *Cap. VIII.*
Nos veteris teſtamenti ſcripturas omnes , vt dignum
eſt, veras diuináſque laudamus: vos ſcripturas noui te-
ſtamenti tãquam falſatas corruptáſque pulſatis. Nos ea
quæ nunc de libris teſtamenti veteris non obſeruamus,
congruẽter tamen illo tempore atque illi populo fuiſ-
ſe præcepta : nobiſque in eiſipſis quæ non obſeruamus,
ſignificata quæ intelligamus & ſpiritaliter teneamus,
non

G non ſolum dicimus, ſed in Apoſtolicis quoque literis
oſtēdimus & docemus. Vos autem omnia quæ in libris
noui teſtamenti non accipitis, omnino reprehenditis:
nec à Chriſto, nec ab apoſtolis eius dicta vel conſcrip-
ta aſſeueratis. Videtis ergo quantum inter nos & vos,
quod ad hanc rem attinet, diſtet. Cum itaque à vobis
quæritur, quare nō omnia in libris noui teſtamenti ac-
cipitis, ſed & in eis libris, in quibus approbatis aliqua,
multa reſpuitis, reprehenditis, accuſatis, à corruptori-
bus inſerta eſſe contenditis, nolite in exemplum aſſu-
mere diſtinctionem fidei vel obſeruationis noſtræ, ſed
Cap. IX. rationem reddite præſumptionis veſtræ. A nobis e-
nim ſi quæratur, cur non eo ritu colamus Deum, quo
coluerunt Hebræi patres tempore veteris teſtamenti,
Reſpondemus, aliud nobis deum præcepiſſe per patres
noui teſtamenti: neque hoc contra vetus teſtamentum,
cum & in illo id ante ſit prędictū. Sic enim hocipſum
Hiere. 31. pręnunciatum eſt per Prophetam, Ecce dies veniunt,
Hebra. 8. dicit dominus, & cōſummabo ſuper domum Iſraël, &
ſuper domum Iuda teſtamentum nouum: non ſecundū
teſtamentum, quod feci patribus eorum, in die qua ap-
H prehendi manum eorum, vt eiicerem eos de terra Ae-
gypti. Ecce quia & hoc prophetatum eſt, non perſeue-
raturum illud teſtamentum, ſed futurum nouum. Hic ſi
obiectum fuerit, non nos pertinere ad domum Iſraël &
domum Iuda, ex doctrina apoſtolica nos defendimus:
Roma. 2. quia ſemen Abrahę Chriſtum eſſe docet Apoſtolus, no
Gala. 3. biſq; ad corpus eius pertinentibus, dicit, Ergo Abrahæ
ſemen eſtis. Porrò ſi quæſitum à nobis fuerit, cur illius
teſtamenti authoritatem teneamus, cuius ritum nō ob-
ſeruamus, & ad hoc ex literis apoſtolicis reſpondemus:
Coloſ. 2. ait enim Apoſtolus, Nemo ergo vos iudicet in cibo &
potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut ſabbato-
rum, quod eſt vmbra futurorum. Ita quippe & cur ea le-
gi atque accipi oporteat, oſtendit: id eſt ne prophetiam
extinguamus, quia in vmbra facta ſunt futurorum: &
curare nos non debere eos, qui nos hinc iudicare vo-
luerint, quod corporaliter iam non obſeruemus: ſicut
1. Cor. 10. alibi tale quiddam dixit, Hæc in figura contingebant
illis, ſcripta ſunt autem propter correptionem noſtrā,
in quos finis ſeculorum obuenit. Cū ergo tale aliquid
legitur in inſtrumento veteris teſtamenti, quale à no-
bis obſeruari, vel iuſſum non eſt in nouo teſtamento,
vel etiam prohibitum, quid ſignificet quærendum eſt,
I non reprehendendum: quia eoipſo, quo iam non ob-
ſeruatur, non damnatum, ſed impletum probatur.

Caput X. Vnde multa, vt ſæpe iam diximus, velut hocipſum,
quod modo non intelligens Fauſtus, in mandatis vete-
Deute. 25. ris teſtamenti pro crimine obiecit, quòd vxorem fra-
tris ad hoc frater iuſſus eſt ducere, vt non ſibi, ſed illi ſo
bolem ſuſcitaret, eiuſq; vocaret nomine, quod inde naſ
ceretur: quid aliud in figura præmonſtrat, niſi quia v-
nuſquiſq; Euangelij prędicator ita debet in eccleſia la-
borare, vt defuncto fratri, hoc eſt Chriſto, ſuſcitet ſe-
men, qui pro nobis mortuus eſt: & quod ſuſcitatum fue
rit, eius nomen accipiat? Denique hoc implens Apoſto-
lus, non iam carnaliter in præmiſſa ſignificatione, ſed
1. Cor. 4. ſpiritaliter in completa veritate, quos in Chriſto Ieſu
per Euāgelium ſe genuiſſe commemorat, ſuccenſet eis,
1. Cor. 1. & eos increpans corrigit, volentes eſſe Pauli, Nunquid
Paulus, inquit, pro vobis crucifixus eſt, aut in nomine
Pauli baptizati eſtis? Tanquam diceret, Defuncto fra-
tri vos genui, Chriſtiani vocamini, nō Pauliani. At vero
qui electus ab Eccleſia miniſterium Euangelizandi re-
nuerit, ab ipſa Eccleſia merito dignéque contemnitur.

Hoc eſt enim quòd in eius faciem iubetur expuere, non K
ſanè ſine ſigno huius opprobrij, vt calciamento pedis *Deute. 25.*
vnius exuatur, ne ſit in eorum ſorte, quibus ipſe Apo-
ſtolus ait, Et calciati pedes in præparationem Euāgelij *Ephe. 6.*
pacis. Et de quibus commemorat propheta, Quàm ſpe- *Eſa. 25.*
cioſi pedes eorum, qui annunciant pacem, qui annun-
ciant bona. Qui enim ſic Euangelicam fidem tenet, vt
& ipſi proſit, & Eccleſię prodeſſe non renuat, bene in-
telligitur vtroque pede calciatus. Qui autem ſibi putat,
quia credit, ſatis eſſe conſultum, curam vero lucrādo-
rum refugit aliorum, decalciati illius non figuratū ſig-
nificauit, ſed in ſe impletum portabit opprobrium.

Quid quòd & Paſcha à nobis obiicit celebrari, nec *Cap. XI.*
quòd ita vt Iudæi celebramus inſultat, cum ouem ma- *Exo. 12.*
gis nos habeamus in reprę̨ſentis Euangelij, non in vm-
bra futuri, eiuſq; occiſionem cum quotidie, tum maxi-
me anniuerſaria ſolennitate non venturam præſigne-
mus, ſed factam cōmemoremus. Ideo ſanè dies Paſchæ
ſolenitatis noſtræ ad diem celebrationis vmbraticæ
Iudæorum non occurrit, vt & dominicum diem, quo
Chriſtus reſurrexit, complecteremur. Azyma vero, qui
rectę fidei Chriſtiani ſunt, non in fermento veteris vi- *1. Cor. 5.*
tæ, hoc eſt maliciæ, ſed in ipſius fidei veritate & ſynce- L
ritate cuſtodiunt: non ſeptē diebus, ſed omni die: quod
ſignificatum eſt numero dierum ſeptenario, quo quoti-
die omnis voluitur dies. Quod & ſi aliquantulum labo
rioſum eſt in hoc ſeculo, quoniam anguſta & arcta via *Matth. 7.*
eſt quæ ducit ad vitam, merces tamen certa ſeruatur:
nam ipſe labor ſignificatus eſt illis picridis, quòd ali-
quantulum ſubamara ſint. Pentecoſten etiam, id eſt, *Cap. XII.*
à paſſione & reſurrectione domini, quinquageſimum
diem celebramus, quo nobis ſanctum ſpiritum, paracle *Leuiti. 23.*
tum quem promiſerat, miſit: quod futurum etiam per
Iudęorum Paſcha ſignificatū eſt, cum quinquageſimo *Acto. 2.*
die poſt celebrationem ouis occiſæ, Moyſes digito dei *Exod. 19.*
ſcriptam legem accepit in monte: legite euangelium, & *Luca. 11.*
aduertite ibi ſpiritum ſanctum appellatum digitū Dei.
Ea quippe anniuerſarie in Eccleſia celebrantur, quæ in-
ſigniter excellentia certis diebus facta ſunt, vt eorū ne-
ceſſariam ſalubrêmque memoriam feſtiuitas concele-
brata cuſtodiat. Si vultis ergo noſſe quare celebramus
Paſcha, quia tunc pro nobis immolatus eſt Chriſtus: ſi
vultis noſſe quare non illud ritu Iudaico celebremus,
quia illa erat venturi veri præfiguratio, hæc completi M
cōmemoratio. Futurum autem & præteritum nec ipſis
verbis noſtris eodem modo enunciatur, vnde iam ſatis
in hoc opere locuti ſumus. Si autem & hoc quęritis, *Cap. XIII.*
cur ex omnibus cibis, à quibus in vmbra futurorum po *Leuiti. 11.*
pulus eſt ille prohibitus, non morticino & immolati-
cio non veſcimur: & hoc audite, & calumniis vanitatis
verum aliquando pręponite. Cur enim non expediat
immolaticio veſci Chriſtiano, Apoſtolus dicit, Nolo *1. Cor. 10.*
vos, inquit, ſocios fieri dæmoniorum. Neq; enim ipſam
immolationē reprehendit, quam faciebant patres, præ-
figurantes ſanguinem ſacrificij, quo nos Chriſtus rede-
mit: ſed quæ immolant gentes, dæmoniis, inquit, im-
molant, & non deo. Deinde adiecit quod dixi, Nolo
vos ſocios fieri dęmoniorū. Nam ſi natura ipſa immo-
laticiæ carnis eſſet immunda, vtriq; & neſcientem con-
taminaret. Neque enim eo minus ipſa eſſet, quo minus
ab ſciente acciperetur, ſed propter conſcientiam, ne dę
monibus communicaſſe videatur. Morticinum autem
puto, quòd ad eſcam vſus hominum non admiſit, eo ꝙ
non occiſorum, ſed mortuorum animalium morbida
caro eſt, nec apta ad ſalutem corporis, cuius cauſa ſumi
mus

A mus alimentū. Nā quòd de effundendo ſanguine anti-
Gene.9. quis in figura præceptū eſt, id eſt, ipſi Noë poſt diluuiū,
Acto.15. quod iam quid ſignificaret, oſteodimus, plerique iotel-
ligunt. Et in Actibus Apoſtolorum hoc lege præceptū
ab Apoſtolis, vt abſtinerent gentes taotū à fornicatio-
ne & ab immolatis & ſanguine, id eſt, nequaquam ede-
rent caroem, cuius ſanguis non eſſet effuſus. Quod alij
non ſic intelligūt, ſed à ſanguine præceptum eſſe abſti-
nēdū, ne quis homicidio ſe cōtaminet. Hoc nūc diſcu-
tere longum eſt, & non neceſſarium: quia etſi hoc tunc
Apoſtoli præceperūt, vt ab animalium ſanguine abſti-
nerent Chriſtiani, ne præfocatis carnibus veſcerentur,
elegiſſe mihi vidētur pro tempore rem facilem, & ne-
quaquam obſeruantibus oneroſam, in qua cum Iſraëli-
Ephe.2. tis etiam gentes, propter angularem illuos lapidē, duos
parietes in ſe condentem, aliquid cōmuoiter obſerua-
rent: ſimul & admonerēt, in ipſa arca Noë, quādo deus
hoc iuſsit, Eccleſiam omnium gentiū fuiſſe præfigura-
tam: cuius facti prophetia, iam geotibus ad fidem acce-
dentibus, incipiebat impleri. Tranſacto vero illo tēpo
re, quo illi duo parietes, vnus ex circuncīſione, alter ex
præpucio venientes, quanuis in angulari lapide cōcor-
darent, tamen ſuis quibuſdā proprietatibus diſtinctius
B eminebāt: & vbi Eccleſia gentium talis effecta eſt, vt in
ea nullus Iſraëlita carnalis appareat, quis iā hoc Chri-
ſtianus obſeruat, vt turdos vel minutiores auiculas nō
attingat, niſi quarum ſanguis effuſus eſt: aut leporē non
edat, ſi manu à ceruice percuſſus, nullo cruento vuloere
occiſus eſt? Et qui forte pauci adhuc tangere iſta formi
dant, à cæteris irridētur. Ita omnium aoimos in hac re
Matth.15. tenuit illa ſententia veritatis, Non quod intrat in os ve
ſtrum, vos coinquinat, ſed quod exit, nullam cibi natu-
ram, quam ſocietas admittit humana, ſed quę iniquitas
Cap.XIIII. committit, peccata condemnans. Iam vero de anti-
quorum factis, & quæ ſtultis atque ineruditis videntur
peccata, dum noo ſunt, & quæ vere peccata ſoot, quam
ob cauſam conſcripta ſint, ſeruata magisq́; commēda-
ta ſcripturæ ipſius veneratiooe, ſufficienti iam ſermo-
Supra li.22 ne monſtrauimus. Necnon de maledicto eius, qui pen-
Deute.21. det in ligno: & eius qui nō ſuſcitauerit ſemen in Iſraël,
Exo.23. iam primum ſuo loco reſpondimus, cū hęc antè dilue-
remus obiecta: & prorſus omnia, ſiue de quibus ſingil-
latim iam anterioribus huius operis partibus diſſerui-
mus, ſiue quæ in iſto, cui reſpōdemus, ſermooe ſuo Fau-
ſtus ſimilia poſuit, vna firmiſsima veritatis ratione de-
fendimus, quam de ſanctarum ſcripturarū authoritate
percipimus: & quęcūq; ſcripta ſuot in illis libris veteris
C teſtamenti, omnia veriſsime atq; vtiliſsime pro æterna
vita ſcripta eſſe laudamus, accipimus, approbamus: ſed
quæ in his mandata corporali operatione nō obſerua-
mus, & rectiſsime tunc mādata intelligimus, & vmbras
futurorū eſſe didicimus, & nūc iam impleri cognoſci-
mus: ac per hoc quiſquis illa tunc etiā opera, quæ ad ſi-
gnificandū agi iubebātur, non obſeruabat, pœnas diui-
nitus cooſtitutas, rectiſsimo iudicio perſoluebat. Sicut
nunc ſi quis ſacramēta noui teſtamenti pro tēporis ra-
tione diſtincta, fuerit auſus ſacrilega temeritate viola-
re. Quemadmodū enim tunc iuſti viri, qui pro illis ſa-
cramentis oec mortem recuſauerunt, iure laudātur, ita
nunc pro iſtis martyres Chriſti. Et ſicut æger nō debet
reprehēdere medicioalem doctrinā, ſi aliud illi hodie
præceperit, aliud cras, prohibens etiā quod aote præce-
perat, ſic enim ſe habet ſanandi eius corporis ratio, ita
geous humanū ab Adā vſq; in finē ſeculi, quandiu cor-
Sapien.9. pus quod corrūpitur, aggrauat animā, ægrū atque ſau-

ciū, non debet diuinā reprehendere medicinā, ſi in qui- D
buſdam hoc idem, io quibuſdā vero aliud prius, aliud
poſterius obſeruandū eſſe præcepit, præſertim quia ſic
aliud præcepturā eſſe promiſit. Nulla ergo cōpara- Capu.XV.
tio eſt, quā Fauſtus obieodit, ita vobis paracletū ex no-
uo teſtamēto quod credatis, elegiſſe, & quod reſpuatis
demōſtrauiſſe, cum ipſe nouo teſtamēto fuerit prophe-
tatus: ſicut nobis Chriſtus fecit ex vetere, quo ſimiliter
prophetatus eſt. Hoc enim aliqua veriſimili ratiooe di-
ceretur, ſi eſſet aliquid in veteris teſtamenti libris, quod
nos diceremus nō recte dictū, nō diuinitus iuſſum, oon
veraciter ſcriptum. Nihil horū dicimus, ſed accipimus
omnia: ſiue quæ obſeruamus, vt recte viuamus: ſiue quę
non obſeruamus, & tamē & ipſa tunc in prophetia iuſ-
ſa & obſeruata nunc cōpleri videmus. Deinde paracle-
tum ſicut promiſſum legimus in iis libris, quorum non
omnia vultis accipere, ita & miſſum legimus in eo li- E
bro, quē nominare etiā formidatis. In Actibua quippe
Apoſtolorū, ſicut ſæpe pauloante cōmemoraui, apertiſ- Acto.2.
ſime legitur miſſus die Pentecoſtes ſpiritus ſanctus, qui
etiā opere manifeſtauit quis eſſet. Linguis enim omoiū
locuti ſunt, qui eū primitus acceperūt: vt hoc etiā ſigno
promitteret in linguis omnibus, hoc eſt in omnibꝰ gē-
tibus futuram eccleſiā, quæ illum ſicut patrem & filium Cap.XVI.
veriſsimę prædicaret. Vos iam dicite, quare non ac-
cipiatis omnia ex libris noui teſtamenti, vtrum quia nō
ſunt Apoſtolorū Chriſti, an quia praui aliquid docue-
runt Apoſtoli Chriſti? Reſpōdetis, quia non ſunt Apo-
ſtolorum Chriſti. Nam illa vox altera Paganorum eſt,
qui dicūt, Apoſtolos Chriſti nō recta docuiſſe. Vos er-
go quid dicitis, vnde oſtenditis, ſcripturas illas, non ab
Apoſtolis miniſtratas? Reſpondetis, quia multa ſunt in
eis, & inter ſe, & ſibi cōtraria. Omnioo falſiſsimum eſt,
vos non intelligitis. Nā quidquid tale protulit Fauſtus,
quod ita vobis videretur, ita non eſſe monſtratum eſt:
& quicquid tale à vobis prolatū fuerit, hoc docebimus.
Quis autem ferat, lectorem vel auditorem, ſcripturam
taoitæ authoritatis, facilius quàm vicium ſuæ tarditatis,
audere culpare? An hoc dicitis vos paracletum docuiſ-
ſe, ſcripturas iſtas Apoſtolorum nō eſſe, ſed ſub eorum
nominibus ab aliis eſſe cōſcriptas? Hoc ſaltem docete, F
iſtum ipſum paracletum eſſe, à quo didiciſtis hæc Apo
ſtolorum non eſſe. An dicetis, ipſum Chriſtus promiſit
& miſit? Reſpondetur vobis, omnino iſtum Chriſtus
nec promiſit nec miſit, & ſimul oſtenditur quando mi
ſerit quem promiſit. Quòd ergo eum Chriſtus miſerit,
hoc probate: vnde aſſeritis perſonam veſtri authoris
vel potius deceptoris? Reſpondetis ex Euangelio voa
probare. Ex quo Euaogelio? Quòd non totum accipi-
tis, quod falſatum eſſe vos dicitis. Quis ergo teſtem ſuū
prius ipſe dicat falſitate eſſe corruptum, & tunc produ-
cat ad teſtimonium? Si enim quod vultis, ei credimus:
& quod non vultis, ei non credimus, iam non illi, ſed
vobis credimus. Si autem vobis credere vellemus, te-
ſtem à vobis non exigeremus. Deinde paracletus ſic
eſt promiſſus, vt diceretur, Ipſe vos inducet in omnem Ioan.16.
veritatem: quomodo autem ille inducet in veritatem,
qui vos docet Chriſtum eſſe fallacem? Huc accedit,
quia ſi omnia, quæ de promiſsione paracleti in Euan-
gelio leguotur, talia eſſe demonſtraretis, vt omnino
niſi Maoichæo veſtro non poſſent intelligi: ſicut oſtē-
duntur in Prophetis ea eſſe dicta de Chriſto, quæ in a-
lium cadere omnino non poſſunt: tamen cum ea de
iis codicibus proferretis, quos dicitis infalſatos, hoc
ipſum illic falſum, & à corruptoribus maioribus ve-

G ſtris immiſſum eſſe diceremus, quod illic de Manichęo
ſic ſcriptum legeretis, vt de alio intelligere non poſſe-
mus: quid faceretis dicite mihi, niſi clamaretis, nullo
modo vos potuiſſe falſare codices, qui iam in manibus
eſſent omnium Chriſtianorũ? Quia mox vt facere cœ-
piſſetis, vetuſtiorum exemplariũ veritate conuincere-
mini. Qua igitur cauſa à vobis corrumpi non poſſent,
hac cauſa à nemine potuerunt. Quiſquis enim hoc pri
mitus auſus eſſet, multorum codicum vetuſtiorum col-
latione confutaretur: maxime quia non vna lingua, ſed
multis eadem ſcriptura contineretur. Nam etiam nũc
nonnullæ codicum mẽdoſitates, vel de antiquioribus,
vel de lingua præcedẽte emendantur. Ita ergo aut cogi
mini veraces illos codices confiteri, & cõtinuo euertẽt
hæreſim veſtram: aut ſi fallaces eos dixeritis, eorum au-
thoritate paracletum nõ poteritis aſſerere, & vos euer-
Cap. XVII. tiſtis hæreſim veſtram. Huc accedit, quia ea dicta
ſunt in promiſsione paracleti, vt Manichęum poſt tam
multos annos veniẽtem, ab iſta ſuſpicione prorſus ex-
cludant. Quia enim poſt reſurrectionem & aſcenſionẽ
H domini continuo venturus erat ſpiritus ſanctus, aper-
Ioan. 7. tiſsime dictum eſt à Ioanne, Spiritus enim nondum e-
rat datus, quia Ieſus nondum fuerat clarificatus. Si hæc
itaque cauſa erat vt non daretur, quia nondum erat cla
rificatus Ieſus, proculdubio clarificato Ieſu, iã cauſa e-
rat vt ſtatim daretur. Nã & Cataphryges ſe promiſſum
1. Timo. 4. & 5. paracletum ſuſcepiſſe dixerũt, & hinc à fide catholica
deuiarunt, conantes prohibere quod Paulus conceſsit,
& damnare ſecundas nuptias, quas ille permiſit: ſub his
verbis inſidiantes, quia ſcriptum eſt de paracleto, Ipſe
vos inducet in omnem veritatem, quaſi videlicet non
Ioan. 16. omnem veritatẽ Paulus & cæteri Apoſtoli docuiſſent,
ac locum Cataphrygarum paracleto reſeruaſſent. Ad
1. Corin. 13. hoc & illud traxerunt, quod Paulus ait, Ex parte enim
ſcimus, & ex parte prophetamus: cum autem venerit
quod perfectũ eſt, quod ex parte eſt, euacuabitur: vt ſci-
licet ex parte ſciens & prophetans Apoſtolus dixerit,
1. Corin. 7. Quod vult faciat, non peccat ſi nubat: & imperfectum
paracleti Phrygia ex hoc euacuauerit. Ad hæc cùm eis
dictum fuerit, quòd ſint Eccleſiæ tanto ante promiſſæ,
& toto orbe diffuſæ, authoritate damnati, reſpondent:
I hinc etiam in ſe illud eſſe completum, quod de para-
Ioan. 14. cleto dictum eſt, quòd mundus eum accipere non po-
Ioan. 16. teſt. Nónne iſta ſunt, quæ etiam vos dicere ſoletis, Ipſe
1. Corin. 13. vos inducet in omnem veritatẽ: &, Cum venerit quod
perfectum eſt, quod ex parte eſt, euacuabitur: &, Mũdus
eum accipere nõ poteſt: de veſtro Manichæo eſſe præ-
dictum? Et quæ tandẽ poterit hæreſis exoriri ſub para-
cleti nomine, quæ non hæc omnia veriſimiliter ſibi au-
deat coaptare? Nunquid enim eſt hæreſis, quæ non ve-
ritatem ſe nominet, & quanto eſt ſuperbior, tanto ma-
gis ſe etiã perfectam nominet veritatem: vt & in om-
nem veritatem ſe polliceatur inducere, & doctrinam
Apoſtolorum ſuo errori contrariã, quaſi per illã vene-
rit, quod perfectũ eſt, euacuare conetur? Et quoniam te-
net eccleſia, quòd vehementius Apoſtolus commẽda-
Galat. 1. uit, Si quis vobis euãgelizauerit præter quàm quod ac-
cepiſtis, anathema ſit: cũ cœperit aliud annuncians ab
Ioan. 14. vniuerſo orbe anathemari, cõtinuo dicat, hoc eſt quod
Ca. XVIII. ſcriptum eſt, Mundus eũ accipere non poteſt. Vnde
ergo probare poteritis, ꝙ à vobis exigitur, paracletũ eſ-
ſe illum à quo didiciſtis, ꝙ euangelica ſcripta non ſunt
Apoſtolorum, quandoquidẽ etiam nos probamus non
eſſe paracletum ſpiritum ſanctum, niſi qui Ieſu clarifi-
Ioan. 7. cato mox venit? Ideo enim nondũ erat datus, quia nõ-
dum Ieſus fuerat clarificatus. Probamus etiã ipſum in- K
ducere in omnem veritatem, quia non intratur in ve- *Ioan. 16.*
ritatem, niſi per charitatem. Charitas autem dei diffuſa *Roma. 5.*
eſt, ait Apoſtolus, in cordibus noſtris per ſpiritum ſan-
ctum, qui datus eſt nobis. Docemus etiã nõ dixiſſe Pau
lum, Cum venerit quod perfectũ eſt: niſi de perfectione
illa, quæ in perceptione vitæ æternæ futura eſt. Hoc e-
nim cum loqueretur, Videmus enim, inquit, nunc per *1. Corin. 13.*
ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciẽ. Hic
certe niſi aperte inſanire volueritis, fatemini non vos
videre deũ facie ad faciem. Nõ ergo ad vos venit illud
quod perfectũ eſt. Hoc enim modo plane, quid de hac
re ſenſerit, ſatis Apoſtolus explicauit: nec futurum eſt
hoc ſanctis, niſi cum factum fuerit, quod etiam Ioãnes
dicit, Filij dei ſumus, & nondũ apparuit quid erimus: *1. Ioan. 3.*
ſcimus autẽ quia cũ apparuerit, ſimiles ei erimus, quo-
niam videbimus eũ ſicuti eſt: tũc introducẽte in omnẽ
veritatem ſpiritu ſancto, cuius nũc pignus accepimus. *2. Corin. 5.*
Quòd autem dictũ eſt, Mundus eũ accipere non poteſt: *Ioan. 14.*
de iis vtiq; dictum eſt, qui ſolent in ſcripturis mũdi no
mine appellari, amatores mũdi, vel impij, vel carnales: L
de qualibus dicit Apoſtolus, Animalis autẽ homo non *1. Corin 2.*
percipit quæ ſunt ſpiritus dei. De hoc enim mũdo eſſe
dicũtur, quandiu nõ poſſunt ſapere amplius, quàm ſunt
iſta corporea, quę in hoc mũdo ſenſerunt: ſicut nec vos
aliud ſapitis, qui cum lucem iſtam ſolis & lunæ mirare-
mini, talia vobis omnia diuina finxiſtis, authore illo
vaniloquo, quẽ decepti & deceptores paracletũ dicitis.
Proinde nullo modo valentes oſtẽdere, quo modo ſit
ille paracletus, nõ eſt vnde doceatis firmiſsima aliqua
authoritate vos cõperiſſe, quẽadmodũ hæc ſcripta eu-
angelica, ex quibus nõ omnia vultis accipere, non ſint
Apoſtolorum Chriſti. Reſtat ergo vt dicatis, hoc vos ea
ratione cõperiſſe, quia talia ibi ſunt, quæ Chriſti gloriã
decolorent: ſcilicet quia natus ex virgine ibi narratur,
quia circunciſus: quia pro illo oblatum ſacrificiũ, quod
tunc offerebatur, quia baptizatus, quia tentatus à diabo *Luca 1. 3. & 4.*
lo eſt. His autẽ exceptis, & teſtimoniis ex veteri teſta
mento, quæ illis inſerta ſunt literis, cætera vos ſecundũ *Cap. XIX.*
id, quod Fauſtus loquitur, fatemini accipere: & præci-
pue crucis eius myſticã fixionẽ, qua paſsionis animę ve
ſtræ vulnera demonſtrantur. Deinde, inquit, præcepta M
ſalutaria eius, & parabolas cunctumq; ſermonẽ deificũ,
qui maxime duarum præferẽs naturarũ diſcretionem,
ipſius eſſe non venit in dubium. Videtis ergo id vos a-
gere, vt omnis de medio ſcripturarũ auferatur authori-
tas, & ſuus cuiq; animus author ſit, quid in quaq; ſcrip-
tura probet, quid improbet: id eſt, vt non authoritati
ſcripturarum ſubiiciatur ad fidẽ, ſed ſibi ſcripturas ipſe
ſubiiciat: nõ vt ideo illi placeat aliquid, quia hoc in ſu-
blimi authoritate ſcriptũ legitur: ſed ideo recte ſcriptũ
videatur, quia hoc illi placuit. Quò te committis anima
miſera, infirma, carnalibus nebulis inuoluta, quò te cõ-
mittis? Remoue ergo authoritatẽ, videamus: remoue au-
thoritatẽ, redde rationẽ. Eóne ratio tua perducitur, vt
niſi dei natura violabilis corruptibiliſq; credatur, exitũ
theatricum longa illa fabula veſtra reperire non poſsit?
Poſtremo vnde ſcis octo eſſe terras & decem cœlos ꝙ
Atlas mũdũ ferat, ſplenditenẽſq; ſuſpẽdat, & innume-
rabilia talia, vnde ſcis hæc? Planè, inquis, Manichæus me
docuit. Sed infœlix, credidiſti, neq; enim vidiſti. Si er-
go ad milia fabuloſorum phantaſmatũ, quibus turpi-
ter grauidata es, te authoritati ignotiſsimæ & furio-
ſiſsimæ ſubdidiſti, vt ideo hæc omnia crederes, quia in
illis conſcripta ſunt libris, quibus miſerabili errore cre
dendum

A dendum eſſe cenſuiſti, cum tibi nulla demonſtrentur: cur non potius Euangelicæ authoritati tam fundatę, tã ſtabilitæ, tanta gloria diffamatæ, atq; ab Apoſtolorum temporibus vſque ad noſtra tempora per ſucceſsiones certiſsimas commendatæ, non te ſubdis: vt credas, vt videas, vt diſcas etiam omnia illa quæ te offendunt: ex vana & peruerſa opinione te offendere: potiusq; eſſe verum, naturam incommutabilem dei aliquid mortalis aſſumpſiſſe creaturę, in qua incõmutabiliter permanẽs, nõ fallaciter, ſed veraciter faceret atq; pateretur, quicquid eandem creaturam facere ac pati pro generis humani, vnde ſumpta erat, ſalute cõgrueret, quàm violabilem & corruptibilem credere dei naturã: nec inquinatam atque oppreſſam totam poſſe liberari atq; purgari, ſed æterna globi pœna ſumma dei neceſsitate dãnari?

Cap. XX. Sed, inquis, propterea credidi quæ non mihi oſtendit: quia duas naturas boni ſcilicet & mali mihi in hoc ipſo mundo euidenter oſtendit. At hoc ipſum eſt infœlix, vnde deceptus es: quia ſicut in illa ſcriptura Euangelica, ita in hoc mundo nihil mali putare potuiſti, B niſi quo tuus carnalis ſenſus offenſus eſt: ſicut ſerpentẽ, ignẽ, venenũ, & ſimilia: nec aliquid boni, niſi quod eũdem tuũ carnalẽ ſenſum aliqua iucunditate permulſit: ſicut ſaporũ iucũditas, & odorũ ſuauitas, & lucis huius aſpectus, & ſi quid aliud vel auribus vel oculis tuis vel naribus vel palato [vel palpatui] ſimiliter forte blanditum eſt. At ſi vniuerſam creaturã ita prius aſpiceres, vt authori deo tribueres, quaſi legens magnum quendam librũ naturæ rerũ: atq; ita ſi quid ibi te offenderet, cauſam te tanquam hominẽ latere poſſe tutius crederes, q̃ in operibus dei quicquã reprehẽdere auderes: nunquã incidiſſes in ſacrilegas nugas, & blaſphema figmenta: quibus non intelligens vnde ſit malum, deum implere conareris omnibus malis.

Cap. XXI. Hic iã ſi quæratis à nobis, nos vnde ſciamus Apoſtolorum eſſe iſtas literas? Breuiter vobis reſpondemus, inde nos ſcire, vnde & vos ſcitis illas literas eſſe Manichęi, quas miſerabiliter huic authoritati præponitis. Si enim & hinc vobis aliquis moueat quæſtionẽ, & ſcrupulum contradictionis impingat, dicens, Libros quos profertis Manichęi, nõ eſſe Manichæi, quid facturi eſtis? Nõnne potius eiuſdẽ deli- C ramenta ridebitis, qui contra rem tãta connexionis & ſucceſsionis ſerie confirmatã, impudentiam huius vocis emittat? Sicut ergo certum eſt illos libros eſſe Manichæi, & omnino ridẽdus eſt, qui ex tranſuerſo veniẽs tanto poſt natus, litem vobis huius contradictionis intẽderit: ita certum eſt Manichæum vel Manichęos eſſe ridendos, aut etiam dolendos, qui tam fundatæ authoritati, à temporibus Apoſtolorũ vſque ad hæc tempora certis ſucceſsionibus cuſtoditæ atque perductæ, audeant tale aliquid dicere.

Cap. XXII. Iam ergo authoritas Manichæi conferenda eſt authoritati Apoſtolorum. Nã literas iſtorum iſtas eſſe tam certum eſt quàm illas illius. Quis autẽ Manichęũ Apoſtolis cõparat, niſi quiſquis ſe à Chriſto, qui miſit Apoſtolos, ſeparat? Aut duas naturas ſibimet ex propriis principiis aduerſas, quis vnquã ſapuit in verbis Chriſti, niſi qui non ſapit verba Chriſti? Apoſtoli ergo tanquã diſcipuli veritatis, naturatẽ Ioan. 16. Chriſti prædicãt, paſsionemq; veracẽ: Manichæus autẽ iactat ſe inducere in omnem veritatẽ, & vult inducere in talem Chriſtum, in quo ipſius paſsionis prædicat falſitatem. Lucæ 2. Iſti Chriſtum in carne, quam de Abrahæ ſuſcepit ſemine circũciſum: ille deum in ipſa ſua natura, à tenebrarum gente conciſum. Iſti pro carne Chriſti litãte ſacrificium, quod tunc pie fiebat, oblatum: ille non carnis, ſed ipſius diuinæ ſubſtantiæ membrum, omnibus D dæmonibus immolandum, naturæ aduerſæ gentis illatum. Iſti Chriſtum exempli præbẽdi cauſa baptizatum Lucæ 3. in Iordane: ille deum ipſum per ſeipſum in tenebrarum contaminatione ſubmerſum. Nec totum emerſiturum, ſed quod eius mundari nõ potuerit, æterna damnatione puniendum. Iſti carnem Chriſti à dęmonum Lucæ 4. duce tentatam: ille partem dei à dæmonum gente poſſeſſam. Et iſti quidẽ illam tentatam, vt doceret reſiſtere tentatori: ille illam poſſeſſam, vt patri non poſsit reſtitui, nec victori. Deniq; Manichæus ex doctrina dæmoniorum aliud annunciat, vt quaſi eminentior ſit: Apoſtoli vero ex doctrina Chriſti commendant: vt quiſ- Gala. 1. quis aliud annunciauerit, anathema ſit.

Libri triceſimiſecundi finis.

LIBER TRICESIMVSTERTIVS.

Cap. I. Matth. 8. FAuſtus dixit, Scriptum eſt in Euangelio, Quia multi venient ab Orienta & Occidente, & recumbẽt cum Abrahã E & Iſaac & Iacob in regno cœlorum. Vos ergo quare nõ accipitis Patriarchas? Abſit nos quidem cuiq̃ inuidere mortalium, quẽ deus forte miſeratione reſpiciens ſua, de perditione vnquam reduxerit ad ſalutem: Sed hoc ſane nos eius eſſe iam clementię ponimus, qui miſertus ſit, non illius meriti, cuius fuiſſe negare non poſsis improbabilẽ vitam: ac per hoc & Iudęorũ patres, Abrahã ſcilicet & Iſaac & Iacob, ſi eſt hoc pro certo de iiſdem Chriſti teſtimoniũ quod aſſertis, quanquã fuerunt ipſi quidẽ flagitioſiſsimi, vt fere Moyſes indicat eorũ pronepos, ſiue quis alius hiſtoriæ huius cõditor eſt, quæ dicitur Geneſeos, qui eorum vitas nobis odio omni faſtidioq; digniſsimas ſcripſit: ſint tamẽ & ipſi iã in regno cœlorũ, ſint in loco quẽ nec crediderant vnquam nec ſperauerãt, vt fere ex eorũ liquido libris apparet: dũmodo tamen cõſtet, vobis etiã cõfitẽtibus, lõgo interuallo de tetra ac pœnali inferorum cuſtodia, vbi ſe vitæ merita coërcebãt, à Chriſto domino noſtro liberatos, per eius ſcilicet myſticã paſsionẽ, peruenire ad hoc ipſum F potuiſſe, ſi peruenerunt, quod ſcriptum de eis eſt. Neq; Lucæ 23. enim quia & latronem quendã de cruce liberauit idẽ noſter dominus, & ipſo eodem die ſecum futurum dixit eum in paradiſo patris ſui, quiſquam inuiderit, aut inhumanus adeo eſſe poteſt, vt hoc ei diſpliceat tantæ benignitatis officium: Sed non tamen idcirco dicemus & latronũ vitas ac mores nobis probabiles eſſe debere, quia Ieſus latroni indulgẽtiam dederit: Aut quia publi- Matth. 21. canis & meretricibus ignouerit errata, dixeritq; ꝙ etiã præcederent ipſi ad regnum cœlorum eos qui ſe ſuperbe geſſerint. In iuſticia nanque & in adulterio deprehenſam mulierẽ quandã Iudæis accuſantibus abſoluit Ioan. 8. ipſe, pręcipiẽs ei vt iam peccare deſineret. Quapropter ſi horum tale quid & circa Abrahã egit & Iſaac & Iacob, ipſi gratias: decet enim eũ talia operari circa animas, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, Matth. 5. & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Sed hoc tamen mihi vnum in opinione hac veſtra moleſtum eſt, cur id de Iudæorum tantum patribus ſentiatis, ac non de cæteris quoque Patriarchis gentium, quòd & ipſi ſenſerint aliquando noſtri liberatoris hanc gratiam: præſertim cum de ipſorum filiis magis Chriſtiana conſtet eccleſia, quàm de ſemine Abraham Iſaac & Iacob. Sed ais

G vtique, illos quidem idola coluiſſe, hos vero omnipo-
tentem deum, idcircoq́; ſolam ipſorum curã habuiſſe
Ieſum. Ita dei omnipotẽtis cultura in tartara detrudit,
& filij eget auxilio qui coluit patrẽ? Sed Iudæis conſen-
tiam, vt inquam, hactenus in cœlum reductos eos, non
quia mererentur, ſed quia vincat diuina clemẽtia vim
Cap. II. peccatorum. Veruntamen vtrum & hoc à Chriſto
dictum ſit, dubios etiam nos & incertos ſcribẽtiũ ipſa
Matth. 8. varietas facit. Nanque cum duo Euangeliſtę Matthęus
Lucæ 7. & Lucas de Centurione quodam pariter narrent: cuius
puer tunc infirmaretur, & propter quem viſus fuerit
hocipſum dixiſſe Ieſus: quia ſcilicet tantam fidem non
inueniſſet in Iſraël, quantã in illo homine, gentili quã-
uis & Pagano: eo quòd dixerit idem non ſe fuiſſe tam
dignum vt ſub tectum ſuũ intraret Ieſus, ſed id rogare
tantum vt iuberet verbo & ſanaretur puer ſuus: ſolus
tamen Matthæus hoc adiicit Ieſum proſecutum eſſe, vt
Matth. 8. diceret, Amen dico vobis, quia multi venient ab Oriẽ-
te & Occidente, & recumbent cum Abraham & Iſaac
& Iacob in regno cœlorum, filij autem regni mittentur
H in tenebras exteriores. Multos quidem qui venturi fo-
rent Paganos ſignificans, propter Centurionem, quia
eſſet & ipſe gentilis, in quo tamen tanta fuiſſet fides in-
uenta: filios autẽ regni appellãs Iudæos, in quibus nulla
eſt inuenta fides. At vero Lucas quanquam & ipſe ne-
ceſſarium hoc & memorabile inter Chriſti mirabilia
geſta inſerendum putauerit Euangelio ſuo, de Abrahã
tamen illic de Iſaac & Iacob nullam facit mentionem.
Quod ſi quis dicat idcirco prætermiſiſſe eum, quia di-
ctum id iam ſatis fuiſſet à Matthæo, cur ergo geſtum
ipſum commemorat erga Centurionem & puerũ eius,
quod æque longum ſatis inſinuatum iam fuiſſet nobis
Matthæi ſolertia: Sed falſum eſt. Nãque & de obſecra-
tione ipſa adueniendi Ieſum, Matthæus quidem dicit,
quòd idem per ſemetipſum Centurio venerit ad eum
rogaturus medelam: Lucas autem non, ſed quia maio-
res natu ad eum miſerit Iudæorum, qui ne forte ſper-
neretur ab eodem tanquam gentilis, quoniam hi qui-
dem Ieſum volunt eſſe plane Iudæũ, perſuadere ingreſ
ſi ſunt ei: dicentes, dignum eſſe cui id pręſtaret: quoniã
quidem diligeret gentem ſuam, & ſynagogã ipſe ædi-
I ficaſſet ibi: tanquam & hoc ad dei filium pertineret, ſi
ædificationem ſynagogæ ſuæ Iudęi de Centurione Pa-
gano meruerint. Nec tamen omnifariam & Lucas hoc
verbum reticuit, puto recogitãs ne forte fuiſſet verum:
ſed locum tamen mutat applicatq́; id alteri cuidã cau-
ſæ longæ diſsimili: id eſt, vbi dicit Ieſus ad diſcipulos
Lucæ 13. ſuos, Contendite intrare per anguſtum oſtium: multi
enim venient quęrentes intrare & non poterunt. Cum
autem intrauerit, inquit, paterfamiliàs, & clauſerit ia-
nuam, incipietis foris ſtare & pulſare, dicentes, Domi-
ne aperi nobis. Et reſpondẽs, dicet, Neſcio vos. Tũc in-
cipietis dicere, Manducauimus & bibimus coram te, &
in plateis noſtris & ſynagogis docuiſti. Et dicet vobis,
Neſcio vnde eſtis, diſcedite à me omnes operarij ini-
quitatis: Ibi erit fletus & ſtridor dentium, cum videritis
Abraham & Iſaac & Iacob & omnes Prophetas intro-
ëuntes in regnũ dei, vos autem expelli foras: & venient
ab Oriente & Occidente & Auſtro & Aquilone & re-
cumbent in regno dei. Hoc verum ipſum quidem, quia
multi excludentur à regno dei, qui ſcilicet nomẽ tan-
tũmodo Chriſti portauerint, ſed non fecerint opera
eius, nec Matthæus ſcribere prætermiſit, ſed de Abrahã
Matth. 8. illic & Iſaac & Iacob nullam facit omnino mentionẽ.
Lucæ 7. Item de Centurione & puero eius etiam Lucas quidem
ſcripſit, ſed neque ipſe de Abraham illic & Iſaac & Ia- K
cob nihil omnino teſtatur: vt quia vbinam dictum ſit,
certo conſtare non poſsit, nihil prohibeat etiam non
credere, quia ſit dictum. Nec immerito nos ad hu- Cap. III.
iuſmodi ſcripturas tam inconſonantes & varias, nun-
quam ſanè ſine iudicio ac ratione aures afferimus: ſed
contemplantes omnia & cũ aliis alia conferentes, per-
pendimus vtrum eorum quidq́; à Chriſto dici potuerit
nécne: Multa enim à maioribus veſtris eloquiis domi-
ni noſtri inſerta verba ſunt, & quæ nomine ſignata ip-
ſius, cũ eius fide non congruant: præſertim, quia vt iam
ſæpe probatum nobis eſt, nec ab ipſo hæc ſunt, nec ab
eius Apoſtolis ſcripta: ſed multa poſt eorũ aſſumptio-
nem à neſcio quibus & ipſis inter ſe non concordãti-
bus, ſemiiudæis per famas opinioneſq́; comperta ſunt:
qui tamen omnia eadem in Apoſtolorum domini con
ferentes nomina, vel eorum qui ſecuti Apoſtolos vi-
derentur errores ac mendacia ſua ſecundũ eos ſe ſcrip
ſiſſe mentiti ſunt. Sed videris: de hoc interim, vt in-
quam, capitulo tecum non nimium ego contenderim,
cum mihi illud ſatis ad præſidium ſit quod antè poſui, L
& quod nec ipſis vobis negare licet, ante domini no-
ſtri aduentũ Patriarchas omnes Iſraël & Prophetas tar
tareis in tenebris iacuiſſe pro meritis ſuis: Vnde ſi vn-
quam liberati à Chriſto ad lumẽ reducti ſunt, quid hoc
ad odium attinet vitæ ipſorum? Odimus enim nos &
reſpuimus non quod fuerunt, id eſt, homines, ſed qua-
les fuerũt, id eſt, malos: nec quod nunc ſunt, id eſt, pur-
gatos, ſed quod fuerunt, id eſt, impuros aliquando: ac
per hoc nobis interim vtcũque vos id eſſe vultis, nihil
obſtat capitulum hoc: cum ſiue eſt verum, Chriſti hîc
miſeratio commẽdetur & bonitas, ſiue falſum ſcripto-
ribus eius crimen inhæreat: nos vtrouis modo in tuto
ſumus, vt ſemper. AVG. reſpondit, Quomodo in Cap. IIII.
tuto miſer? Quo modo in tuto, qui te Patriarchas odiſ-
ſe dicis impuros, & deũ adhuc plangis impurũ? Certe
illis Patriarchis poſt aduentum ſaluatoris præſtitã pur-
gationem, & datam beatã requiem conceſsiſti: deus
autem veſter & poſt aduentum ſaluatoris adhuc iacet
in tenebris, adhuc flagitiis omnibus mergitur, adhuc
in impuris omnibus volutatur: ita non ſolum vita illo-
rum hominum melior erat deo noſtro, verumetiam M
mors ipſa fœlicior. In quibus autem ſedibus erant iuſti,
qui exierant ex hac vita priuſquam Chriſtus in carne
veniſſet, & vtrum etiam ipſos ad aliquid melius paſsio
Chriſti tranſtulerit, qui in eum venturum, paſſurum,
reſurrecturum, non tantum crediderant, verumetiam
hocipſum ſicut oportebat prophetico ſpiritu prænun-
ciauerant, in ſcripturis ſanctis indagandum eſt, ſi quo
modo ad liquidum indagari poteſt, non hinc temeri-
tates opinantium conſectandæ quorũlibet hominum,
nedum tam execrabilis hęreſis peruerſitate nimis lon-
ge à veritate aberrantiũ: Fruſtra ſibi ſanè per hanc ob-
liquitatem pollicetur Fauſtus, aliquid poſt hanc vitam
cuiquam poſſe præſtari, quod ſibi præſtandum in hac
vita non comparauerit. Bonum eſt vobis vt dum hîc
viuitis, iſtum relinquatis errorem, & veritatem catho-
licæ fidei cognoſcatis, atque teneatis. Alioquin longe
à veritate aberit quod ſibi pollicetur iniuſtus, cum fie-
ri cœperit, quod iniuſto minatus eſt deus. De vi- Cap. V.
ta Patriarcharum iam quantum ſatis arbitratus ſum
homini maledico non pauca reſpondi: quibus non vti-
que in morte correctis, vel poſt paſsionem ſuam iuſti-
ficatis, teſtimonium dominus perhibebat, cum Iudæos
admoneret, vt ſi Abrahæ filij eſſent, facta Abrahæ Ioan. 8
facerent,

A facerent, & quòd idem Abraham eiuſdem diem vide-
Luca 16. re concupiuerit, gauiſusq; fuerit, cum vidiſſet: Et quòd
in eius ſinum, id eſt, neſcio cuius quietæ fœlicitatis ma-
gnum abditumq; ſecretum, abſtulerint angeli pauperē
illum ærumnoſum à diuite ſuperbiente contemptum.
Quid dicam de Apoſtolo Paulo? An forte & ipſe, poſt
Gene. 15. mortem iuſtificatum laudat Abraham, quòd priuſquā
Roma. 4. circuncideretur credidit deo, & deputatum eſt illi ad
iuſticiam: quod tanti pendit vt nos non ob aliud dicat
filios eius eſſe effectos, qui eius carne propagati non ſu
mus, niſi quòd eius fidei veſtigia ſequamur. Sed quid
Cap. VI. vobis faciam, quos contra teſtimonia ſcripturarum ita
obſurdefecit iniquitas, vt quicquid aduerſum vos inde
prolatum fuerit, non eſſe dictū ab Apoſtolo, ſed à ne-
ſcio quo falſario ſub eius nomine ſcriptum eſſe dicere
audeatis? Vſqueadeo à Chriſtiana doctrina aperte alie-
na eſt quam prædicatis doctrina dęmoniorum, vt eam
ſub Chriſtianæ doctrinæ nomine defendere nulla ex
parte poſsitis, niſi dicatis falſas eſſe ſcripturas Apoſto-
lorum. Infœlices inimici animæ veſtræ, quæ vnquā li-
B teræ vllum habebunt pondus authoritatis, ſi Euangeli-
cæ, ſi Apoſtolicæ non habebunt? De quo libro certum
erit cuius ſit, ſi literæ quas Apoſtolorum dicit & tenet
Eccleſia, ab ipſis Apoſtolis propagata, & per omnes gē
tes tanta eminētia declarata, vtrum Apoſtolorum ſint
incertū eſt: & hoc erit certū ſcripſiſſe Apoſtolos, quos
huic eccleſiæ cōtrarij hæretici proferunt authorū ſuo-
rum nominibus appellati, longe poſt Apoſtolos exiſtē-
tium? Quaſi vero & in literis ſecularibus non fuerint
certiſsimi authores, ſub quorū nominibꝰ poſtea multa
prolata ſunt, & ideo repudiata, quia vel his quæ ipſorū
eſſe conſtaret minime congruerūt, vel eo tempore qoo
illi ſcripſerint, nequaquā innoteſcere, & per ipſos vel
familiariſsimos eorum in poſteros prodi commenda-
Hippocrates. riq; meruerunt. Nónne vt alios omittam ſub Hippo-
cratis medici nobiliſsimi nomine, quidam libri prola-
ti, in authoritatem à medicis non recepti ſunt? Nec eos
adiuuit nonnulla ſimilitudo rerū atque verborū, quan-
do comparati eis quos vere Hippocratis eſſe conſtaret,
impares iudicati ſunt, & quòd ab eo tēpore quo & cæ-
tera ſcripta eius non innotuerūt, quòd vere eius eſſent.
C Hos autem libros quibus illi qui de tranſuerſo profe-
runtur comparati reſpuuntur, vnde cōſtat eſſe Hippo-
cratis, vnde ſi quis hoc neget, nec ſaltem refellitur ſed
ridetur, niſi quia ſic eos ab ipſo Hippocratis tempore
vſq; ad hoc tempus, & deinceps ſucceſsionis ſeries cō-
Plato. mendauit, vt hunc dubitare dementis ſit. Platonis, Ari-
Ariſtoteles ſtotelis, Ciceronis, Varronis, aliorūq; eiuſmodi autho-
Cicero. rum libros, vnde nouerunt homines quòd ipſorū ſint,
Varro. niſi eadem temporum ſibimet ſuccedentium conteſta-
tione cōtinua? Multi multa de literis eccleſiaſticis con-
ſcripſerunt, non quidem authoritate canonica, ſed ali-
quo adiuuandi ſtudio ſiue diſcēdi. Vnde conſtat quid
cuius ſit, niſi quia his tēporibus, quibus ea quiſq; ſcrip-
ſit, quibus potuit inſinuauit atque edidit, & inde in a-
lios atque alios continuata noticia latiusq; firmata ad
poſteros, etiam vſq; ad noſtra tempora peruenerūt, ita
vt interrogati cuiuſq; quiſq; liber ſit, nō hæſitemus quid
reſpondere debeamus? Sed quid pergam in longe prę-
terita? Ecce iſtas literas quas habemus in manibꝰ, ſi poſt
aliquantum tēpus vitæ huius noſtræ, vel illas cuiuſquā
Fauſti eſſe, vel has neget eſſe meas, vnde conuincitur,
niſi quia illi qui nunc iſta nouerunt, noticiam ſuam ad
longe etiam poſt futuros continuatis poſterorum ſuc-
ceſsionibus traiciunt? Quæ cum ita ſint, quis tandē tā-

to furore cæcatur, niſi dæmoniorū mendaciloquorum D
malicia atque fallacia conſentiendo ſubmerſus ſit, qui
dicat hoc mereri nō potuiſſe Apoſtolorum eccleſiam,
tam fidam, tam numeroſam fratrum concordiam, vt
eorum ſcripta fideliter ad poſteros traiicerent, cum eo-
rum cathedras vſq; ad præſentes Epiſcopos certiſsima
ſucceſsione ſeruaret, cum hoc qualiumcūque hominū
ſcriptis, ſiue extra Eccleſiam, ſiue in ipſa Eccleſia tanta
fœlicitate proueniat. Sed contraria, inquit, inter ſe *Cap. VII.*
ſcripta eorum reperiuntur. Maligni, malo ſtudio legi-
tis, ſtulti non intelligitis, cæci non videtis. Quid enim
magnū erat iſta diligenter inſpicere, & eorundē ſcrip-
torum magnam & ſalubrem inuenire congruentiam, ſi
vos contentio non peruerteret, & ſi pietas vos adiuua-
ret? Quis enim vnquam duos hiſtoricos legens, de vna
re ſcribentes, vtrūque vel vtrumlibet eorum aut fallere
aut falli arbitratus eſt, ſi vnus eorum dixit quod alius
prætermiſit? Aut ſi alter aliquid breuius complexus eſt,
eandem tamen ſententiam ſaluam integramq; cuſto-
diens: alter autem tanquam membratim cuncta digeſ-
ſit, vt non ſolum quid factum ſit, verunetiam quemad- E
modum factum ſit intimaret? Sicut Fauſtus hinc Euan
geliorum veritati voluit calumniari, quia Matthæus a-
liquid dixit, quod Lucas cum idē narraret dicere præ-
termiſit: quaſi negauerit Lucas dixiſſe Chriſtum, quod
eum ſcripſit dixiſſe Matthæus. Hinc omnino nulla vn-
quam quæſtio fuit, neq; hoc obiici niſi ab omnino im-
prudentibus & nihil harum rerum conſiderare volen-
tibus ſeu valētibus poteſt. Illud ſanè & requiri inter fi-
deles, & obiici ab infidelibus ſolet, ſed etiam ipſis vel
parum eruditis, vel nimis contentioſis niſi admoniti
reſipuerint, quod Matthæus dixit, Acceſsit ad eū Cen- *Matth. 8.*
turio, rogans eum, & dicens: Lucas autem quòd miſerit
ad eum ſeniores Iudæorū, hoc ipſum rogantes de pue-
ro eius, qui ægrotabat vt eum ſanaret: & cum appropin *Luca 7.*
quaret domui, miſerit alios per quos diceret, nō eſſe ſe
dignum in cuius domum intraret Ieſus, nec ſeipſum di
gnum, vt veniret ad Ieſum. Quo modo ergo ſecundū
Matthæum, acceſsit ad eum rogās, & dicēs, Puer meus
iacet in domo paralyticꝰ & male torquetur? Hoc ergo
intelligitur, Matthæum breuiter ſententiam ipſam ve-
ram integramq; complexum, dicentem quòd Cēturio F
acceſſerit ad Ieſum, & nō dicentē vtrum per ſeipſum
acceſſerit, an per alios: & quòd ei de puero ſuo illud di
xit, non exprimentē vtrum per ſeipſum dixerit, an per
alios. Quid enim? Nónne talibus locutionibus huma-
na plena eſt conſuetudo, cum dicimus aliquem ad ali-
quid multum acceſsiſſe, etiam quem nondum dicimus
perueniſſe? Nónne & ipſam peruētionem, cui quaſi vi-
detur nō eſſe quod addi iam poſsit, etiam per alios fie-
ri vſitatiſsime loquimur ſæpe dicēdo. Egit ille cauſam
ſuam, peruenit ad iudicem: aut peruenit ad illum vel
illum potentem: cum plerunque id faciat per amicos,
non viſo eo prorſus ad quem quiſque dicitur perueniſ
ſe? Vnde etiam tales homines quicūque ad potentium
quodā modo inacceſsibiles animos, ſiue per ſeipſos, ſi-
ue per alios ambitionis arte pertingunt, iam etiā vulgo
peruentores vocantur. Quid ergo, cum legimus, obli- *Peruētores.*
uiſcimur quemadmodum loqui ſoleamus? An ſcriptu-
ra dei aliter nobiſcum fuerat quàm noſtro more locu-
tura? Et hæc quidem de communi loquendi cōſuetudi-
ne, peruicacibus turbulētisq; reſponderim. Cæterū *Cap. VIII.*
qui hæc nō litigioſe, ſed placide ac fideliter quærūt, ac-
cedant ad Ieſum, nō carne, ſed corde, nō corporis præ-
ſentia, ſed fidei potētia, ſicut ille Centurio, tunc melius *Matth. 8.*

G quid Matthæus dixerit ſentient. Talibus enim dicitur
Pſal.33. in Pſalmo, Accedite ad illũ & illuminamini, & vultus
veſtri non erubeſcent. Vnde Centurio ille ad Chriſtũ
magis acceſſerat, cuius fidem ita laudauit, quàm illi ipſi
per quos verba ſua miſit. Huic rei ſimile eſt etiam illud
Marci 5. quod dominus ait, Tetigit me aliquis: quando mulier
quæ fluxum ſanguinis patiebatur tangens fimbriã ve-
ſtimenti eius, ſalua facta eſt. Hoc enim mirabiliter diſci
pulis ſuis diſcere videbatur, Quis me tetigit: &, Tetigit
me aliquis: cum eum turba cõprimeret. Denique hoc ei
reſponderunt, Turbæ te comprimunt, & dicis, quis me
tetigit? Quemadmodum ergo illi premebant, ſed illa
tetigit: ſic illi miſsi erant ad Chriſtũ, ſed Centurio ma-
gis acceſsit. Ita Matthęus & morẽ nõ vſqueadeo inuſi-
tatæ locutionis ſeruauit, & myſtice aliquid intimauit:
Lucas autem & hoc ipſum quemadmodũ geſtum eſſet
oſtendit, vt hinc aduertere cogeremur, illud Matthæus
quemadmodum dixerit. Vellem ſanè vt aliquis iſtorũ
vanorum, qui huiuſmodi quæſtiunculas quaſi magnas
calũnioſe obiiciunt Euangelio, narraret aliquid idem
H ipſe bis numero, non falſum nec fallaciter, ſed omni-
no id volens intimare & exponere, & ſtylo exciperen-
tur verba eius eiq; recitarentur: vtrum non aliquid plus
minúſve diceret, aut præpoſtero ordine, non verborũ
tantum, ſed etiam rerum: aut vtrum non aliquid ex ſua
ſententia adiiceret, tanquã alius dixerit, quod eum di-
xiſſe non audierit, ſed voluiſſe atque ſenſiſſe planè co-
gnouerit: aut vtrum non alicuius breuiter complecte-
retur ſententiæ veritatem, cuius rei antea quaſi expreſ-
ſius articulos explicaſſet: & ſi quid eſt aliud quod for-
taſſe poſsit certis regulis comprehendi, quo modo fiat,
vt vel in duorum ſingulis euiſdem rei narrationibus,
vel duabus vnius ex vna eademq; re multa diuerſa in-
ueniãtur, nulla tamen aduerſa, & multa varia, nulla cõ-
traria: ſic ſoluũtur omnia de quibus ſibi iſti miſeri collũ
ligant, vt ſpiritum ſui erroris intus teneãt, & nullũ ex-
Cap.IX. trinſecus ſalutis admittant. · Quapropter poſt omnes
Fauſti calumnias refutatas, dũtaxat horũ eius capitulo-
rum, quibus hoc opere quantum dominus adiuuare di
gnatus eſt, ſufficienter, vt arbitror, prolixeq; reſpondi,
breuiter vos admoneo, qui illo tam nefando & execra-
I bili errore tenemini: vt ſi authoritatem ſcripturarum
omnibus præferẽdam ſequi vultis, eam ſequamini quæ
ab ipſius præſentiæ Chriſti temporibus per diſpẽſatio-
nes Apoſtolorũ, & cæteras ab eorũ ſedibus ſucceſsio-
nes Epiſcoporum, vſq; ad hæc tempora toto orbe ter-
rarum cuſtodita, commendata, clarificata peruenit. Ibi
enim videbitis etiam veteris teſtamenti, & obſcura re-
uelari, & prædicta compleri. Si autẽ quaſi ratione mo-
uemini, primũ cogitetis qui nã ſitis, quàm minus ido-
nei ad comprehendendã naturam, non dicam dei, ſed
animæ veſtræ: [comprehendendã] ſanè quemadmodũ
velle aut voluiſſe vos dicitis certiſsima ratione, non va
niſsima credulitate, quod cum minime potueritis, ſine
dubio enim quandiu tales eſtis, nullo modo poteritis,
illam ſaltem, quod omni humanæ menti eſt naturali-
ter inſitum, ſi modo id peruerſæ opinionis prauitate
non turbetur, dei naturam atque ſubſtantiam incom-
mutabilem omnino incorruptibilem cogitate, vel cre-
dite, & Manichæi continuo non eritis, vt aliquando &
catholici eſſe poſsitis, Amen.

Libri triceſimitertij finis.

DIVI AVRELII K

AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI DE ACTIS CVM FELICE MANICHAEO,

Liber Primus.

HOnorio Auguſto ſepties con- *Improbatio*
ſule, ſeptimo iduum Decẽbriũ, *illius quòd*
AVGVSTINVS Epiſcopus *Manichæ⁹*
eccleſiæ catholicæ Hipponire- *ſe Apoſtolũ*
gienſium regionum dixit, He- *Chriſti ſcri*
ſterno die ſcis te dixiſſe quòd *pſit. Cap.I.*
poſsis defendere ſcripturas Ma
nichæi, & aſſerere ꝙ veritatem
habeãt. Si hoc tibi placet & hodie facere, aut præſumis
te poſſe dic. FELIX dixit, Non me nego dixiſſe de-
fendere legem meã, ſi proferantur authores legis meæ
in medio. Et cum AVG. Epiſcopus epiſtolam Mani- L
chæi, quam fundamenti appellant, protuliſſet, dixit, Si
legero ex hoc codice quem me vides ferre, epiſtolam
Manichæi, quam fundamẽti appellatis, potes agnoſce-
re an ipſa ſit? FEL. dixit, Agnoſco. AVG. Accipe
tu ipſe & tu lege. Et cum accepiſſet codicem, Felix le- *Contra epi-*
git, Manichæus Apoſtolus Ieſu Chriſti prouidentia *ſtolã Mani*
dei patris. Hæc ſunt ſalubria verba ex perenni ac viuo *chæi quam*
fonte, quæ qui audierit & iiſdem primum crediderit, *vocãt fũda*
deinde quæ inſinuata ſunt cuſtodierit, nunquam erit *mẽti. cap.5.*
morti obnoxius, verum ęterna & glorioſa vita fruetur.
Nam profectò beatus eſt iudicãdus, qui hac diuina in-
ſtructus cognitione fuerit, per quam liberatus in ſem-
piterna vita manebit. AVGVSTI. Epiſcopus dixit,
Agnouiſti certe epiſtolam Manichæi veſtri? FEL. di-
xit, Agnoui. AVG. dixit, Proba nobis ergo quo mo-
do iſte Manichæus ſit Apoſtolus Ieſu Chriſti. Non e-
nim eum in Euangelio aliquando inter Apoſtolos le- *Matth. 10.*
gimus, Et quis fuerit ordinatus in locum Iudæ tradito-
ris, nouimus, id eſt, ſanctus Matthias. Et quis poſtea do-
mini voce de cœlo vocat⁹ ſit, hic eſt Paulus Apoſtol⁹, *Acto. 1.*
omnes recognoſcunt. Iſtum ergo Manichæum proba *& 2.*
nobis Apoſtolum eſſe Chriſti, quod in capite epiſtolæ M
ſuæ auſus eſt ponere. FEL. dixit, Et ſanctitas tua
mihi probet quod in Euangelio ſcriptum eſt, Chriſto *Proteſtatio*
dicente, Vado ad patrem, & mitto vobis ſpiritum ſan- *Felicis vt*
ctum paracletum, qui vos inducat in omnem verita- *ſcripturas*
tem: Hoc tu extra ſcripturam iſtam proba eſſe ſcriptu- *Manichæi*
ram ſpiritus ſancti, quod Chriſtus promiſit vbi omnis *reſpuat.*
veritas reperiatur. Et ſi inuenero veritatem in aliis co- *Cap.II.*
dicibus, qui ad Manichæum nõ pertinent, & Chriſtus
illos tradidit, Sic enim dictum eſt à Chriſto, quia ſpiri-
tus ſanctus paracletus ipſe in omnem veritatem indu-
cet, ſecundum Chriſti ſermonem ego ſcripturam Ma-
nichæi recuſo. AVG. dixit, Quoniam ergo tu pro-
bare non potuiſti, quo modo ſit Manichæus Apoſtolus
Chriſti, & exigis vt ego probem quo modo miſerit ſpi
ritum ſanctum paracletum quem promiſit, vt tunc reſ-
puas ſcripturas Manichæi ſi inueneris impletam pro-
miſsionem Chriſti præter ſcripturas Manichęi, quãuis *Conueniẽtia*
prior ad interrogata mea reſpondere debueris, tamen *Lucę & Io*
ecce prior ipſe reſpondeo & oſtẽdo tibi quãdo miſſus *annis de*
ſit ſpiritus ſanctus quẽ Chriſtus promiſit. Et accedit ad *promiſsione*
Euangelium & ad Actus Apoſtolorum. Et cũ acce *ſpirit⁹ ſancti*
piſſet codicẽ Euãgelij, recitauit, Dũ autẽ hęc loquuntur, *Cap.III.*
Ieſus

A Ieſus ſtetit in medio eorum, & dixit eis, Pax vobis, ego ſum, nolite timere. Et cũ legeret, dixit, Hoc poſt reſurrectionẽ. Et cum dixiſſet, legit, Conturbati vero & conterriti exiſtimabant ſe ſpiritũ videre, Et dixit eis, Quid turbati eſtis & cogitationes aſcendũt in corda veſtra? Videte manus meas & pedes meos, quia egoipſe ſum, palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Et cum hæc dixiſſet, oſtendit eis manus & pedes. Adhuc autem illis non credentibus & mirãtib⁹ prę gaudio dixit, Habetis hîc aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partẽ piſcis aſſi & fauum mellis. Et cũ manducaſſet coram eis, ſumens reliquias dedit eis, & dixit ad eos, Hæc ſunt verba quæ locutus ſum ad vos cũ adhuc eſſem vobiſcum, quoniã neceſſe eſt impleri omnia quę ſcripta ſunt in lege Moyſi & Prophetis & Pſalmis de me. Tunc aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas, & dixit eis, Quoniã ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati & reſurge-
B re à mortuis die tertio, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſsionem peccatorum in omnes gentes incipientibus ab Hieruſalem. Vos autem eſtis teſtes horum. Et ego mitto promiſſum patris mei in vos. Vos autem ſedete in ciuitate quoadusq; induamini virtutẽ ex alto. Et cum reddidiſſet codicem Euangelij, accepit Actus Apoſtolorum, & dixit, Audiuimus in Euangelio commemoraſſe Euangeliſtam ſanctum promiſsionẽ Chriſti, quæ in Euangelio ſecundũ Ioannem eſt, quem præſens Felix cõmemorauit. Vbi enim dixit dominus, Mitto vobis ſpiritum ſanctũ paracletum, Ioannes Euãgeliſta ſcripſit. Hoc autẽ quod modo legi, Lucas Euangeliſta atteſtatus eſt, & conſonuit veritati Ioannis Apoſtoli. Videamus etiam quo modo perfectum eſt quod promiſit dominus, & quo modo impletũ, vt cũ fuerit ex canonicis libris ſanctæ Eccleſiæ expreſſa impletio promiſsionis domini, paracletum ſpiritum ſanctũ alterum non quæramus, ne in ſeductorum laqueos incurramus. Et recitauit ex Actibus Apoſtolorum, Primũ quidem ſermonem feci de omnibus ô Theophile, quæ cœpit Ieſus facere & docere, in die quo Apoſtolos elegit per ſpiritum ſanctum, & præcepit prædicare Euangelium: quibus præbuit ſe viuũ poſt paſsionem in multis argumentis dierum, viſus eis dies quadraginta, & docens de regno dei, & quo modo cõuerſatus ſit cum illis. Et pręcepit eis ne diſcederẽt ab Hieroſolymis, ſed ſuſtinerent pollicitationẽ patris, quam audiſtis, inquit
C ex ore meo, quoniam Ioãnes quidem baptizauit aqua, vos autem ſpiritu ſancto incipietis baptizari, quẽ accepturi eſtis nõ poſt multos hos dies, vſque ad Pentecoſten. Illi ergo conuenientes, interrogabant eum, dicentes, Domine, ſi in hoc tẽpore præſentabis regnũ Iſraël? Ille autem dixit, Nemo poteſt cognoſcere tẽpus quod pater poſuit in ſua poteſtate, ſed accipietis virtutem ſpiritus ſancti ſuperuenientem in vos, & eritis mihi teſtes apud Hieroſolymam, & in tota Iudæa & Samaria, & vſque in totam terram. Cum hæc diceret, nubes ſuſcepit eum, & ſublatus eſt ab eis. Et quo modo contẽplantes erant cum iret in cœlum, ecce duo viri aſtabant illis in veſte alba, qui dixerunt ad eos, Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in cœlum: Iſte Ieſus qui aſſumptus eſt in cœlum à vobis, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum. Tunc reuerſi ſunt Hieroſolymam à mõte qui vocatur Eleon, qui eſt iuxta Hieroſolymam, ſabbati habens iter. Et cũ introiſſent, aſcenderũt in ſuperiora, vbi habitabãt Petrus & Ioãnes, Iacobus & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi & Simon Zelotes, & Iudas Ia- D cobi. Et erant perſeuerantes omnes vnanimiter in orationibus, cum mulieribus, & Maria, quæ fuerat mater Ieſu & fratribus eius. Et in diebus illis ſurrexit Petrus in medio fratrum, & dixit, Erat autem turba in vno hominum quaſi centum viginti: Viri fratres, oportet adimpleri ſcripturam iſtam, quam prædixit ſpiritus ſanctus ore ſancti Dauid de Iuda, qui fuit deductor illorũ, qui comprehenderũt Ieſum, qui annumeratus erat inter nos, qui habuit ſortem huius miniſterij. Hic igitur poſſedit agrum ex mercede iniuſticię ſuæ, & collum ſibi alligauit, & deiectus in faciem, diruptus eſt medius, & effuſa ſunt omnia viſcera eius. Quod & cognitũ factum eſt omnibus qui habitabant Hieroſolymam, ita vt vocaretur ager ille ipſorũ lingua, acheldemach, id eſt, ager ſanguinis. Scriptum eſt enim in libro Pſalmorum, Fiat villa eius deſerta, & non ſit qui inhabitet in ea, & Epiſcopatum eius accipiet alter. Oportet itaq; ex his viris qui conuenerunt nobiſcum in omni tempore E quo introiuit inter nos & exceſsit dominus Ieſus Chriſtus, incipiens à baptiſmo Ioannis vſque in illum diem quo aſſumptus eſt a nobis, teſtẽ reſurrectionis eius nobiſcum eſſe. Et ſtatuit duos, Ioſeph qui vocatur Barſabas, qui & iuſtus, & Matthiã. Et precatus dixit, Tu domine cordium omniũ intellector oſtende, ex his duobus quem elegiſti, ad ſuſcipiendum locum huius miniſterij & annunciationis, à quo exceſsit Iudas ambulare in locum ſuum. Et dederũt ſortes, & cecidit ſors ſuper Matthiã, & ſimul deputatus eſt cum vndecim Apoſtolis duodecimus. Et cum legiſſet, dixit, Audiuimus quis ordinatus eſt in locũ Iudæ traditoris, quod pauloante commemoraui, ne quiſquam per fraudem irrepat in Apoſtolorum numerum, & nomine Apoſtolatus fallat ignaros. Nunc videamus quod promiſimus, quo modo impleta ſit Chriſti promiſsio de ſpiritu ſancto. Et cum dixiſſet, legit in loco, Tempore quo ſuppletus eſt dies Pentecoſtes, fuerunt omnes ſimul in vno. Et factus eſt ſubito de cœlo ſonus quaſi ferretur flatus vehemens, & impleuit totam illam domum in qua erant ſedentes. Et viſæ ſunt illis linguę diuiſæ quaſi ignis, & qui inſedit ſuper vnumquemque illorũ: Et impleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, & cœperunt loqui varijs linguis, quo modo ſpiritus dabit illis pronunciare. Hieroſolymis autem fuerunt habitatores Iudæi, homines ex om- F ni natione quæ eſt ſub cœlo. Et cum facta eſſet vox, collecta eſt turba & confuſa eſt, quoniam audiebat vnuſquiſque ſuo ſermone & ſuis linguis loquentes eos. Stupebant autem & admirabantur, adinuicem dicentes, Nónne omnes qui loquuntur, natione ſunt Galilæi? Et quo modo agnoſcimus in illis ſermonem in quo nati ſumus? Parthi & Medi, Elamitæ, & qui habitant Meſopotamiam, Armeniam & Cappadociam, Pontum, Aſiam, Phrygiamq; & Pamphyliã, Aegyptum & partes Libye, quæ eſt circa Cyrenen, & qui aduenerant Romani, Iudæiq; & Proſelyti, Cretenſes & Arabes, audiebant loquẽtes illos ſuis linguis magnalia dei. Et cũ recitaret dixit, Audiſti nunc iam ſpiritum ſanctũ, & quo modo ſit miſſus? Quod à me exegiſti probaui, ſupereſt vt & tu facias quod promiſiſti: quoniã inuenimus quãdo miſit ſpiritũ ſuũ † quem promiſit, reſpuas illã ſcripturam, quæ ſub nomine ſpiritus ſancti fraudare voluit vel lectorem vel auditorem. FEL. dixit, Ego non nego id quod dixi, quia cum probatũ mihi fuerit quòd ſpiritus ſanctus docuerit veritatem quam quæro illam reſpuo. Hoc enim ſanctitas tua mihi legit, vbi ſpiritum ſan-

Marginal notes: *Lucæ 24.* — *Ioan. 16.* — *Acto. 1. De promiſſione ſpiritus ſancti p Chriſtũ ex libro Actorum Apoſtolorum. Cap. IIII.* — *Pſal. 68.* — *Pſal. 108.* — *De ordinatione Matthiæ Apoſtoli in locũ Iudæ proditoris.* — *Quãdo & in quib⁹ cõpleta ſit promiſsio ſpiritus ſancti. Cap. V. Acto. 2.* — *† ſanctum, Manichæi doctrina verũ enarrectur per Apoſtolos. Cap. VI.*

G tum ſanctum Apoſtoli acceperũt, & in ipſis Apoſtolis
vnum quæro qui me doceat de initio, medio & fine.
AVG. dixit, Si legeris hoc dixiſſe dominum, Mitto
Ioan.16. vobis ſpiritum ſanctũ, qui doceat vos initiũ, mediũ &
finem, bene me aſtringit vt oſtendã quos docuerit ſpi-
ritus ſanctus. FEL. dixit, Quia ſanctitas tua hoc dicit,
Act.2. quòd Apoſtoli ipſi acceperũt ſpiritum ſanctũ paracle-
tum, iterum dico, de ipſis Apoſtolis quem volueris do-
ceat me, quod me Manichęus docuit, aut ipſius doctrinã
euacuet de duodecim quẽ volueris. AVG. dixit, Abſit
longe à fide Apoſtolorum, vt doctrinam doceãt ſacri-
legi Manichæi. Sed quoniam dicis vnum eorum eua-
cuare debere doctrinam Manichæi, modo autem ſan-
cti Apoſtoli non ſunt in corpore, ego minimus nõ ſo-
lum omnium Apoſtolorũ, ſed omnium Epiſcoporũ:
nam ad merita Apoſtolorum quando aſpiro, quantum
mihi dominus de ſpiritu ſuo largiri dignatus eſt, eua-
cuo doctrinam Manichæi, cum cœperint legi ſequẽtia
illius epiſtolæ, quam tu ipſe Manichæi eſſe non negas.
FEL. dixit, Dixiſti quia Apoſtoli de corpore receſ-
ſerunt, ſcripturæ eorum valent vſque nunc, & quia di-
H xit ſanctitas tua, & quia dediſti poteſtatem dicẽdi quæ
voluerimus, ſine vlla formidine dixiſti, euacuo legem
Pſal.115. Manichęi: Et ego dico, Omnis homo mẽdax, ſolus de⁹
Paulus prævidit Manichęi errorẽ. verax: ſcripturæ dei loquuntur. AVG. dixit, Tu qui-
dem homo es, & ſicut res ipſa modo indicatura eſt, mẽ-
dax. Et quoniam locutus es quæ voluiſti, nõ de ſcriptu-
Caput VII. ra dei, oportet & me loqui quod volo. Si enim veritas
eſt Manichæi tui, nec à me deſtrui poterit: ſi falſitas eſt,
quid intereſt à quo deſtruatur? Tamen quia de Apoſto-
lorum ſcriptura dixiſti, ꝙ etſi illi non ſint in corpore,
ſunt hîc ſcripta eorũ: ante aſſumpti ſunt Apoſtoli quàm
error Manichęi natus in mundo fuerat, propterea non
inueniuntur ſcripturæ Apoſtolorum, euidenter con-
tra Manichæum diſſerentes. Veruntamen quod A-
poſtolus Paulus, in ſpiritu iſto ſancto paracleto quem
acceperat, futurum præuiderit de talibus, qualis Mani-
chæus fuit, quales eſtis & vos, recito vt agnoſcas. Et ac-
cepta epiſtola Pauli Apoſtoli ad Timotheum legit, Spi-
1.Timo.4. ritus autem manifeſte dicit, quia in nouiſsimis tempo-
ribus recedent quidam à fide, attendẽtes ſpiritibus ſe-
I ductoribus, doctrinis dæmoniorum in hypocriſi men-
daciloquorum, cauteriatam habentes conſcientiã ſuã,
prohibentes nubere, abſtinere à cibis quos deus creauit,
ad percipiendũ cum gratiarum actione fidelibus, & iis
qui cognouerunt veritatem: Quia omnis creatura dei
bona eſt, & nihil abiiciendũ quod cũ gratiarum actio-
ne percipitur. Sanctificatur enim per verbum dei & o-
†præcipiẽs. rationem. Hæc præpones † fratribus, bonus eris mini-
ſter Ieſu Chriſti. Et cum legeret, dixit, Ego hoc de vo-
bis & de talibus, qui dicunt aliquam creaturam dei im-
mundam eſſe, & qui dicunt omnẽ concubitum [& qui
fit cum vxore] fornicationem eſſe, hoc eſt enim quod
ait, Prohibẽtes nuptias, per ſpiritũ prophetiæ deſigna-
tum eſſe dico: Tu autem ſi negas omnem concubitum
fornicationem eſſe, aut ſi dicis, omnem cibũ humanum
licitum, & ad edendũ conceſſum hominibus, mundũ
eſſe, non es de illis quos prophetauit Apoſtolus. Si autẽ
†fornicatio inueneris in iis quæ dixi, ecce habes Apoſtolum Paulũ
Quod dæmoniorum doctrina Manichæi fuerit. Cap. VIII. deſtruentem & euacuantem doctrinam Manichæi fu-
turi. Itaque reſponde ad id quod interrogo, Omnis cõ-
cubitus fornicationis † eſt, an concubitus cum vxore
non eſt peccatum? FEL. dixit, Iterum mihi recite-
tur quod dixit Apoſtolus. Et recitatum eſt: Spiritus au-
tem manifeſte dicit: & cætera quæ ſupra ſunt. FEL.
dixit, Manichæus non à fide receſsit, ſicut dicit Paulus, K
ſicut cæteri receſſerunt à fide quaſi in ſectam ſuã: Ma-
nichæus autẽ à nulla ſecta receſsit, vt dicatur quia à fi-
de receſsit. AVG. dixit: Quoniam te video nolle reſ-
pondere ad quod interrogaris, ne inueniaris, vel non
tenere ſpiritũ ſanctum, quem iam probauimus miſſum
eſſe Apoſtolis: vel non eſſe in eorum numero quos fu-
turos Paulus deſignauit, vbi & voſipſos ꝓphetauit: bre-
uiter reſpondeo, Vt ſecundum tuum intellectum acci-
piam quod dixiſti, Recedent à fide, quia non recedunt
à fide, niſi illi qui fuerunt in aliqua fide, Manichæus au-
tem non fuit in aliqua fide à qua receſſerit, ſed in qua
fuit in ea permanſit, hoc te interrogo, vtrũ Manichęus,
vel potius doctrina dęmoniorum mendaciloquorum,
quæ fuit in Manichæo, nullos Chriſtianos catholicos
ſeduxerit vt recederẽt à fide? Si enim multi à vobis, &
per vos, & per illam doctrinam ſeducuntur, vt recedãt
à fide, & intendãt ſpiritibus ſeductoribus, qualis in Ma-
nichæo fuit: & incipiant dicere omnem concubitũ eſſe
fornicationem, vnde Apoſtolus dicit, prohibẽtes nup-
tias: & incipiant dicere, carnes quas comedunt homi-
nes, non eſſe dei creaturam, ſed dęmonum facturam, & L
eſſe immundiciam: manifeſtũ eſt de his prædixiſſe ſpi-
ritum ſanctũ paracletum qui erat in Apoſtolo Paulo,
quòd receſſuri erant à fide, intendẽtes ſpiritibus ſedu-
ctoribus, qualis fuit in Manichæo. Iam ergo quia ego
reſpondi, iuſtum eſt vt tu reſpondeas ad quod interro-
gaui, vtrum non dicas omnem concubitum eſſe forni-
cationem: aut ſi adhuc non vis reſpondere ad id quod
primò interrogaui, reſponde vt probes Manichæũ eſſe
Apoſtolum Chriſti: aut ſi & hoc non vis, permitte me
euacuare doctrinam ipſius, quod promiſi cum legere-
tur epiſtola eius, quam dicitis fundamenti. FEL. di- Quare Felix non crediderit in Paulo fuiſſe ſpiritum ſanctum.
xit, Et ego reſpondeo ad id quod dicit ſanctitas tua,
quia in Paulo venit ſpiritus ſanctus paracletus. AVG.
dixit, Non in ſolo. FEL. dixit, Ego de ipſo ago: quia
ſi in ipſo, & in omnes. Et ſi in ipſo, Paulus enim in alte-
ra epiſtola dicit, Ex parte ſcimus, & ex parte propheta-
mus: cum autem venerit quod perfectum eſt, abole- Caput IX.
buntur ea quæ ex parte dicta ſunt. Nos audientes Pau- 1.Corin.13.
lum hoc dicere, venit Manichæus cum prædicatione
ſua, & ſuſcepimus. Et ſecundum quod Chriſtus dixit, M
Mitto vobis ſpiritũ ſanctum: & Paulus venit, & dixit, Ioan.16.
Quia & ipſe venturus eſt, & poſtea nemo venit, ideo
ſuſcepimus Manichæum. Et quia venit Manichæus, &
per ſuam prædicationem docuit nos initium, medium
& finem: docuit nos de fabrica mundi, quare facta eſt,
& vnde facta eſt, & qui fecerunt: docuit nos quare dies,
& quare nox: docuit nos de curſu ſolis & lunæ, quia
hoc in Paulo non audiuimus, nec in cæterorũ Apoſto-
lorũ ſcripturis: hoc credimus, quia ipſe eſt paracletus.
Itaque illud iterum dico, quod ſuperius dixi, Si audie-
ro in altera ſcriptura, vbi paracletus loquitur, id eſt, ſpi-
ritus ſanctus, de quo voluero interrogare, & docueris
me: credo & renuncio. AVG. dixit, Dicis te ideo Quæ ſpiritus ſanctus Apoſtolos docuerit.
non credere ſpiritum ſanctũ paracletum in Paulo A-
poſtolo fuiſſe, quia Paulus dicit, Ex parte enim ſcimus,
& ex parte prophetamus: & inde putas Apoſtolum per
hæc verba prædixiſſe, velut alium venturum poſt ſe, Cap. X.
qui prædicaret omnia quæ ipſe non potuit, quia ex par- 1.Corin.13.
te dicebat, & hunc tu credis eſſe Manichæum. Primo
ergo ex ipſa lectione Apoſtoli oſtendo, vnde dicebat
hoc Apoſtolus. Deinde quia dixiſti, quòd Manichæus
vos docuerit initium, medium & finem, & quo mo-
do vel quare factus ſit mundus, de curſu ſolis & lunę, &
alіis

A aliis quæ commemoraſti,non legitur in Euangelio dominum dixiſſe,Mitto vobis paracletum,qui vos doceat de curſu ſolis & lunę:Chriſtianos enim facere volebat, non Mathematicos. Sufficit autem vt homines de his rebus, quantum in ſchola didicerunt,nouerint propter humanos vſus. Chriſtus autem venturum paracletum dixit,qui inducat in omnem veritatem: ſed non ibi ait, ioitium,medium & finem,non ait,ſolis & luoæ curſus. Aut ſi putas hanc doctrinam ad illam veritatem pertinere,quam per ſpiritum ſanctum Chriſtus promiſit, interrogo te quot ſuot ſtellæ? Si accepiſti ſpiritum illum, de quo dicis,ad quē pertinet docere iſta, quæ ego dico ad diſciplinaot, ad doctrinam Chriſtianam noo pertioere,oportet vt renuncies & reſpondeas mihi. Debitorem enim te feciſti, vt ſi quid de talibus interrogauero, ſi nō reſponderis,nō io te appareat ſpiritus ille, de quo dictum eſt, Inducet io omnem veritatem: ſi illa eſt veritas quò iſta pertinent. Itaque elige tibi, vtrum velis, & paratus ſis mihi de his rebus reſpondere tanquam homo, qui accepiſti ſpiritum qui introducit in omnē veritatem, & dicis quia ad ipſam veritatem pertioet ſcire

B iſta mūdana. Itaque ego tibi poſſum dicere ea quę pertioent ad doctrinam Chriſtiaoam:tu autem qui putas ad eam pertinere quo modo factus ſit mundus, & quæ agantur in mūdo, ad omnia mihi oeceſſe eſt reſpōdeas. Sed planè cū reſponderis,probaturus es. Sed antequam incipias dicere,ſi forte habes quod ille confinxerit, quē ſecutus es,doceam prius ego quod promiſi,vode dicebat Apoſtolus,Ex parte ſcimus, & ex parte ꝓphetamus.

Ioan.16.
1.Cor.13.

Dicebat enim, ſicut lectio ipſa mox indicatura eſt, quia in iſta vita homo cum eſt, non poteſt aſſequi omnia:ſed ex parte aſſequitur io hac vita. Ipſe autem ſpiritus ſanctus,qui ex parte docet io hac vita,poſt hanc vitam iotroducet in omnem veritatem. Qood vt apertiſſime doceatur,audi Apoſtolū. Et cum diceret,ex Apoſtolo legit,Siue autem prophetiæ euacuabūtur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia euacuabitur: ex parte enim ſcimus,& ex parte prophetamus: cū autē venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Cū eſſem paruulus,loquebar vt paruulus,ſciebam vt paruulus,cogitabam vt paruulus:cum autem factus ſum vir,euacuaui ea quę paruuli erant. Videmus enim nuoc per ſpeculum in ęnigmate,tūc autem facie ad faciem. Et cū legeret,

Quo modo accipiendū ſit illud Apoſtoli, Ex parte ſcimus, &c.
Cap. XI.
Ioan.16.
1.Cor.13.

C dixit,Iā dic mihi tu,ſi tēpora futura Manichæi prædicebat Apoſtolus, vtrum tu modo videas deum facie ad faciem. FELIX dixit,Non taotum ego poſſum cootra tuam virtutem, quia mira virtus eſt gradus epiſcopalis,deinde contra leges Imperatorum: & ſuperius petiui contendive, vt me doceas quid eſt veritas: & ſi docueris me quid eſt veritas, patebit quod teneo mendacium eſſe. AVG. dixit,Apparuit te probare non potuiſſe Apoſtolum Chriſti eſſe Manichæum:quare autem ooo potueris,breuiter expono. Dixiſti inde te probare Maoichęum Apoſtolū Chriſti,quia paracletū venturum promiſit Chriſtus ſpiritum ſanctum: & quia nō inuenires quādo venerit quem Chriſtus promiſit, hinc re credere ipſum eſſe Manichæum. At vbi probaui per ſcripturas ſanctas eccleſiaſticas,canonicas, quando venerit apertiſsime ſpiritus ſanctus,quem venturum promiſit dominus Chriſtus,cōuertiſti te, vt diceres debere tibi oſtendi quid docuerit,& vtrum Manichæi doctrioam euacuauerit. Cum ergo reſpōdiſſem Manichæum poſt Apoſtolos fuiſſe in carne, illorū autem doctrinam antequam Manichæus natus eſſet, ab ipſis fuiſſe prædicatam:dixi tamē vnum ipſorum Apoſtolorum Paulum

Cap. XII.
Epilog° omnium prædictorum.

per ſpiritum ſanctum,qui in omnes Apoſtolos venerat, D prophetaſſe etiam de iſta veſtra doctrina, quia futura erat, & eam appellaſſe doctrinam dæmoniorum meodaciloquorum:vbi oſtendi ea,quæ dixit Paulus, futura in ipſa doctrina,ad veſtram profeſsionem pertinere:id eſt prohibitionem nuptiarū:quia omoem concubitum, & cum vxore,fornicationē eſſe dicitis:& abſtinentiam à cibis quos deus creauit:quia noui vos quoſdam cibos dįcere im mūdos,cū ipſe ſequatur & dicat,Omnis creatura dei bona eſt. Cum hic à te exigerē vt reſpooderes, dixiſti Manichæum vos docere initium, medium & finem: & curſus ſolis & lunæ & cætera talia:quæ cū ego oſtenderem ad Chriſtiaoam doctrioam nō pertinere, reſpondiſti ipſum Apoſtolum Paulum dixiſſe, quia ex parte ſcit & ex parte prophetat. Dixi nos non poſſe ſcire diuina,eum ſumus in hac vita: & hic videre per ſpeculum & io ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Et quæſiui à te,Si hoc putas dixiſſe Apoſtolū Paulū, quod venturus eſſet Manichæus,qui doceret quod non poterat Paulus, pertinere ad te, qui te dicis accepiſſe ipſum ſanctum,† videre modo deū facie ad faciē. Quod quia non poteſt, manifeſtum eſt Apoſtolum Paulum de illa E vita dixiſſe,de qua dicit & Ioānes, Dilectiſsimi filij dei ſumus,& noodum apparuit quid erioius:ſcimus autem, quia cum apparuerit, ſimiles ei erimus: quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Hoc tu cum audiſſes,dixiſti te oon valere contra oteam virtutem: quæ virtus mea oon eſt, ſed ſi aliqua eſt, ab illo mihi data eſt ad redarguendos errores,qui virtus eſt omnium fidelium ſuorum, & pleno corde de ſe pręſumentium. Dixiſti etiam quòd te epiſcopalis terreat authoritas, cū videas quanta pace inter nos agamus,quanta trāquillitate diſputemus:quemadmodum populus præſeos nullam tibi vim faciat,nec terrorē iocutiat:ſed tranquilliſſimus audiat, ſicut decet Chriſtianos. Dixiſti etiā timere te leges Imperatorum. Hoc pro vera fide non timeret, quem ſpiritus ſanctus impleret:nam & Petrus Apoſtolus in paſsione domioi timuit,& ter negauit: vbi autem eum paracletus, quem Chriſtus promiſerat, ſpiritus ſanctus impleuit, pro fide domini crucifixus eſt. Et ille qui primo habuit negationem timoris, poſtea impleuit glorioſiſsimā paſsionem confeſsioois. Tu itaque ex hoc ipſo, quòd timere te dixiſti leges Imperatorum, quanuis & de cæteris rebus ſatis apparet, quòd nō iouenieris ſpiritum paracletum ve- F ritatis:quia & ſi nou timeres, aliis rebus cooiiocereris.

1.Timo.4.
1.Cor.13.
† ſpiritum.
1.Ioan 3.
Math.26.
Acto.2.

FEL. dixit,Et Apoſtoli timuerunt. AVG. dixit, Timuerunt vt cauerent, noo vt fidem illam comprehenſi ediſcere dubitareot: tu autem hinc timere debuiſti,vt non hic te inueniremus. Iam in medio es:quare times,oiſi quia quod dicas non habes? nam & ſi Imperatores timuiſſes, antè tacuiſſes. Nunc vero cum heſterno die libellum curatori dederis, & publice clamitaueris, cum codicibus tuis te paratum eſſe incendi, ſi aliquid mali in eis fuerit inuentum: vnde heri leges flagitabas quaſi fortis, hodie veritatem fugis vt timidus.

FELIX dixit,Noo veritatem fugio. AVG. dixit, Dic ergo,ſi vides deum facie ad faciem ſecundum pollicitationem tuam, quia dixiſti Apoſtolum Paulum de vobis dixiſſe, quia tam plenam veritatem accepturi eſſetis, vt intelligamus vel credamus Apoſtolū habuiſſe ex parte, & te totum. FEL. dixit, Non veritatem fugio,ſed quęro. Quod tu dicis,quia non teneo,probetur mihi per ſcripturas deificas:hoc quæro iam. AVG. dixit, Prius profitere te nō potuiſſe probare Manichæū Apoſtolum Ieſu Chriſti, quantum potuero cum extirpata

Quòd Felix non potuerit ꝓbare Manichæū fuiſſe Apoſtolum Chriſti.
Cap. XIII.

pata

G pata fuerint omnia cõtraria de corde tuo, per miniſterium meum donante domino, infero tibi quę ſit ſcientia veritatis, quæ perducat ad deũ initians à fide. FEL. dixit, Quia hoc dicis tu, vt legem meam negem, & alteram accipiã meliorem, duntaxat, quod quæro ego, non hoc reſpondeo, vt legem meam negem antequam alteram accipiam. AVG. dixit, Sed prius de vaſe funditur quod aduerſum habet, & ſic impletur quod bonũ: aut ſi adhuc dubitas fundere, defende quo plenus es: Oſtendam enim tibi quantum dominus adiuuat, quanta immũdicia & blaſphemiis plena ſit doctrina Manichęi, ſi permittas vt legatur illa epiſtola, de cuius initio iam tractauimus, & non potuiſti probare Apoſtolum Chriſti eſſe Manichæum. Sed ideo moras innectis ne cętera legantur, vbi aperte veſtra ſacrilegia deprebenduntur, aut ſi permittis legantur. FEL. dixit, Permitto, quia dixiſti omnia immunda fundi, & ſic bona immitti: hoc enim dictum eſt ſanctitatis tuæ. Ad quod & ego dico: Nullus aquam fundit niſi alter impleuerit. AVG. dixit, Hoc vides quàm inconſiderate dixeris, vt mitius loquar & non dicam inſane, vtique de vaſe tibi ſimilitudinem poſui. In vas plenum nemo poteſt aliquid mit-
H tere niſi fundatur illud quo plenum erat. FEL. dixit, Vnum dixiſti, & ego dixi duo. AVG. dixit, Si duo vaſa dixiſti, vis illum parem tuum fundimus & implemus illum, vt poſsis tu fundere quod habes? FEL. dixit, Ambo vnam aquã habemus. AVG. dixit, Cum ergo ambo pleni ſitis aqua veſtra, quid implebimus vt doceamus vos, niſi aliquis veſtrum fuderit quod habet? Aut ſi bonũ eſt, & ideo debet teneri vt defendatur & legatur illa epiſtola, videamus ſi vel cętera poſsint defendi, ſi in ipſo initio defeciſti, aut ſi dicis te in illo non defeciſſe, proba nobis quo modo ſit Manichęus Apoſtolus Chri-
Cap. XIIII. ſti. FELIX dixit, Chriſtus dixit ſpiritum ſanctum
Ioan. 16. miſſurum ſe, qui in omnem veritatẽ inducat. AVG. dixit, Si habes illum attende ad id quod te iamdudum interrogaui: Dixiſti enim ad ipſius doctrinam pertinere, etiam iſta mundana cognoſcere. Dic mihi quot ſunt ſtellæ, ſi introductus es in omnem iſtam veritatem.

FEL. dixit, Et ego dico, quia ſi paracletus per Apoſtolos locutus eſt & per Paulũ, & ego peto ſanctitatem tuam, vt illa mihi oſtendas quæ iam dixi. AVG. dixit, Confitere te nõ potuiſſe oſtendere quod ego interro-
I gaui, & oſtendam ſecũdum ſcripturas quod pertineat ad fidem Chriſtianam. FEL. dixit, Et ego ſi mihi attuleris ſcripturas Manichæi, quinque authores quos tibi dixi, quicquid me interrogaueris probo tibi. AVG. dixit, De ipſis quinque authoribus eſt iſta epiſtola, cuius aperuimus principium, & inuenimus ibi ſcriptum: Manichæus Apoſtolus Ieſu Chriſti, & video quia ipſum principium nõ mihi exponis, quia nõ probas quo modo ſit Manichæus Apoſtolus Ieſu Chriſti. FEL. dixit, Si in iſta non probo, in ſecundo probo. AVG. dixit, In quo ſecundo? FEL. dixit, In theſauro. AVG. dixit, Theſaurum iſtum quem ideo tali nomine appellatis, vt miſeros ſeducatis, quis ſcripſit? FEL. dixit, Manichæus. AVG. dixit, Nolo mihi ab illo probes, quia Manichæus mentitur dicendo ſe eſſe quod non eſt.

FEL. dixit, Tu mihi proba per alterum. AVG. dixit, Quid vis tibi probem? FEL. dixit, Quia mentitur Manichæus. AVG. dixit, Quia tu non potes probare verum dicere Manichæum, oportet vt ego probem mentitum eſſe Manichæum? FEL. dixit, Quare non potui probare? Nũquid prolatæ ſunt ſcripturę quas petiui, & non probaui? AVG. dixit, Sed ſcripturas Ma-
nichæi petis, quibus fidem non habemus: Aliunde pro- K
ba. Ego autẽ de ipſa ſcriptura Manichęi tibi probo mẽtitum eſſe Manichæum, & blaſphemaſſe Manichæum.

FEL. dixit, Afferantur libri. AVG. dixit, Præſens eſt epiſtola Manichæi, quam dicitis fundamenti, initium in ędificio nullum eſt niſi fundamentum. Si enim oſtendero in ipſo fundamento ruinam feciſſe, cęteram eius conſtructionem vt quid quærimus? FEL. dixit, Cap. XV.
Hoc dicis, oſtende in ipſa ruinam eſſe: Et ego dico, da arbitros quantos habes, & tibi probo quòd non mentitur. AVG. dixit, Abſit à nobis & à genere humano, vt quantos hic vides, tantos videas Manichęos. FEL. dixit, Da dixi quæ à te petiui. AVG. dixit, Quos vis ergo vt dem tibi? FEL. dixit, Quos tu volueris.

AVG. dixit, Ego iſtos do, ſi habes meliores pete.

FEL. dixit, Quo modo iſtos das? AVG. dixit, Pręſentes qui nos audiunt. FEL. dixit, Iſti mihi non fauent. AVG. dixit, Eego tu tales quæris qui tibi faueant, non qui veritati? FEL. dixit, Qui me audiant, & nõ tantum me, ſed & ipſam ſcripturam, vt probetur an verum dicit an mentitur. AVG. dixit, Vides ergo quia audiunt. Legamus cætera, quia tu iſtam epiſtolam eſſe Manichæi confeſſus es. FEL. dixit, Non ego. L

AVG. dixit, Ergo legatur. FEL. dixit, Arbitros non Ca. XVI.
habeo. Et adiecit: Legatur caput illius. Et cũ legeretur, & ventum eſſet ad locum vbi ſcriptum habet eadem epiſtola: Pax dei inuiſibilis & veritatis noticia, ſit cũ fratribus ſuis & chariſsimis, qui mandatis cœleſtibus credunt pariter & deſeruiunt: Sed & dextera luminis tueatur & eripiat vos ab omni incurſione maligna, & à laqueo mũdi: pietas vero ſancti ſpiritus intima veſtri pectoris adaperiat, vt ipſis oculis videatis animas veſtras.

FEL. dixit, Da ſcripturam quæ iſta redarguat.

AVG. Dixit, Adhuc nihil mali audiuimus, niſi quod auſus eſt Manichæus ſe Apoſtolum Chriſti nominare: Nam quæ adhuc dixit, ad tectorium fallaciæ pertinent, Matth. 7.
& ouinam pellem, quibus eis prius dicit verba bona, vt poſsit introducere mala. Sed quid velit per hæc verba introducere videamus. Si enim aliquid mali introduxerit, & iſta verba mala erunt & ſeductoria: Si autem aliquid boni & veri in poſterioribus dixerit: neceſsitate comprehendimus: Permitte ergo legantur ſequentia.

FEL. dixit, Si ergo aſſeris quia in primo bona po-
nuntur, & poſtea mala immittuntur, quo modo ego M
poſſum tibi credere, cum mihi primo bona dixeris?

AVG. dixit, Ego adhuc iſta nec bona dixi nec mala: nihil mali adhuc audiuimus, dixi, non dixi, iam aliquid boni audiuimus: malum enim illud ſolum dixi, quòd auſus eſt ſe dicere Apoſtolum Chriſti. Verba vero quæ dixit in conſequentibus tũc erunt mala, ſi mali aliquid introduxerint, tunc erunt bona, ſi boni aliquid introduxerint. Permitte ergo vt ſequentia legantur, quare times. FEL. dixit, Non timeo. AVG. dixit, Permittite ergo vt legantur. FEL. dixit, Legantur. Et cũ ven- Expoſitio catholica de formatione terræ.
tum eſſet ad locum vbi ſcriptum habet: Ita autem fundata ſunt einſdẽ ſplẽdidiſsima regna ſupra lucidam & beatam terram, vt à nullo vnquam aut moueri aut concuti poſsint. AVG. dixit, Terram iſtam quam dicit, Cap. XVII.
vnde habebat? Fecit eam, an genuit eam, an æqualis & coæterna illi erat? Iſtam dico terram lucidã & beatam, quam dicit. FEL. dixit, Quo modo ſcriptum eſt: In Gene. 1.
principio fecit deus cœlum & terram, & terra erat inuiſibilis & coinquinabilis & incompoſita: Ego ita intelligo: In principio fecit deus cœlum & terram, & terra erat: quaſi duę terræ mihi videntur eſſe, ſecundum quod

Manichæus

A Manichęus dicit duo regna. AVG. dixit, Quia ſcripturam commemoraſti noſtrā quam ſoletis blaſphemare, ad me pertinet exponere illam, & oſtēdere tibi, ſine blaſphemia eſſe illud ſcriptum, & cum veritate, & non ſecundū Manichęum, vt deinde tu vel in ſecundis mihi reſpōdeas quod interrogaui. FEL. dixit, Reſpondeo. AVG. dixit, Quod ſcriptum eſt, In principio fecit deus cœlum & terram: breuiter complexa eſt ſcriptura quid fecerit deus. Deinde quia nōdum apparebat hæc terra quam fecerat deus, antequam eam diſtingueret & ornaret, qualem terram fecerat deus: ſecuta ſcriptura expoſuit, qualis terra erat de qua dixerat, In principio fecit deus cœlum & terram: tanquam cum audiſſemus, in principio fecit deus cœlum & terram, quæreremus, qualem terram ſubiecit & ait: Terra autem, id eſt illa quā fecerat deus, inuiſibilis erat & incompoſita. Nō ergo duas terras dixit, ſed qualis illa fuerit expoſuit. Tu itaque reſponde nunc mihi quod breuiter interrogaui: Terra iſta lucida & beata quam dicit Manichæus, ſupra quam fundata erant regna dei, ab ipſo deo facta erat, an genita de illo erat, an coæterna illi erat? Vnū de
B tribus niſi moleſtum eſt, ſine tergiuerſatione reſponde.

FEL. dixit, Ipſa ſe ſcriptura interpretatur. AVG. dixit, Si ergo noſti hic aliquem eſſe locum, vbi hoc dicat iſta ſcriptura, quia illam terram vel genuit deus, vel fecit, vel coæterna illi erat, aperi ad locum quem noſti, & lege mihi. FEL. dixit, Non eſt in iſta ſcriptura, ſed in altera. AVG. dixit, Credo, inquit, quia ſi qua eſt illa ſcriptura, meminiſti quid ibi dixerit. Itaque tu mihi reſponde, qui noſti illam ſcripturam: & ſi dixero quia ſic non habet, cōuinces me. Si autem ſic cognouero, ſecūdum hoc diſputo quod tu ipſe reſpōderis. Dic ergo an fecerit terram iſtam deus, an genuerit, an coæterna illi erat: qui legiſti, in veſtro quo libro, ibi eſſe hoc ſcriptum dicis. FEL. dixit, Quia modo ſanctitas tua interpretata eſt ſcripturam tuam quo modo voluiſti & acceptaui, & tu mihi ſic accepta quicquid dixero. AVG. dixit, Interim quod interrogaui, ſi nihil me contra mouerit accepto, ſi autem aliquid mouerit, motum meū indico tibi, vt ad ipſum reſpondeas. FEL. dixit, Ego non reſpondi ad tua dicta. AVG. dixit, Quia prius eſt vt mi-
C hi ad interrogata reſpondeas, mea tamen feci etiam vt prior tibi reſpondeam. Forte non te mouit, ideo nō reſpondiſti, forte & me non mouebit cum reſponderis:

Cōfutatio il lius vbi Felix aſſerit terrā illam non factā, nec genitā, ſed deo coæternam. Ca. XVIII.

Reſponde ergo ad quod interrogaui. FEL. dixit, Reſpōdeo. Et adiecit: Dixiſti ergo de terra illa in qua deus habitat, an facta eſt ab illo, an generauit illam, an coæterna eſt illi. Et ego dico, quia quo modo deus æternus eſt, & factura apud illum nulla eſt, totum æternum eſt. AVG. dixit, Non illam ergo genuit, neq; fecit? FEL. dixit, Non, ſed eſt illi coæterna. AVG. dixit, Si autem genuiſſet illā, nō illi eſſet coæterna? FEL. dixit, Quod naſcitur, finem habet: quod innatum eſt, finem non habet. AVG. dixit, Quibus ergo erat ille pater, aut cuius erat pater, quoniam* modo patrem nominauit? Si enim nihil genuerat, pater eſſe non poterat. FEL. dixit, Sed ſunt alia quæ generauit. AVG. dixit, Illa ergo quę generauit, non ſunt illi coæterna, an & ipſa ſunt coæterna? FEL. dixit, Coæterna ſunt illi quicquid deus generauit. AVG. dixit, Ergo erraſti quod ſuperius dixiſti, omne quod naſcitur, finem habet. FEL. dixit, Interim quia ſecundum generationem carnis locutus ſum, erraui. AVG. dixit, Modeſtiſſime confeſſus errorem, merearis intelligere veritatem. FEL. dixit, Faciat deus.

† quem.

AVGVST. dixit, Attende ergo iam, vt incipias cognoſcere errorem ſcripturæ huius. Si quæ genuit deus, D
coæterna non ſunt illi, melior eſt terra illa quā non generauit deus, vbi habitant omnia quæ generauit deus, quam terram dicis ab eo non generatam. FEL. dixit, Coæquantur ſibi omnia, & quæ generauit, & quæ non generauit, id eſt terra illa vbi commorabatur. AVG. dixit, Quid ipſe qui generauit, ęqualis eſt illis omnibus, aut maior eſt illis? FEL. dixit, Et qui generauit, & quos generauit, & vbi poſita ſunt omnia, æqualia ſunt.

AVG. dixit, Vnius ergo ſubſtantiæ ſunt? FEL. dixit, Vnius. AVG. dixit, Hoc quod eſt deus pater, hoc ſunt filij ipſius, hoc & illa terra? FEL. dixit, Hoc vnum ſunt omnes. AVG. dixit, Huius ergo terræ non eſt pater, ſed inhabitator? FEL. dixit, Etiam. AVG. dixit, Si nec genuit nec fecit illam, quo modo ad eum pertineat niſi ſola vicinitate nō video, quo modo ſi habeat aliquis vicinum bonum, & duæ erunt res ambę ingenitæ, terra & pater. FEL. dixit, Immo tres ſunt, pater ingenitus, terra ingenita, & aër ingenitus. AVG. dixit, Hoc totum vna ſubſtantia eſt? FEL. dixit, Vna. AVG. dixit, Et ita fundata vt à nullo vnquam moueri aut cō-
cuti poſſit? FEL. dixit, Motio & concuſſio habet di- E
ſtantiam. AVG. dixit, Habeat. Sed tamen talia fuerūt, vt à nullo vnquam moueri aut concuti poſſent. FEL. dixit, Eſt diſtātia inter moueri & concuti. AVG. dixit, Non inde te interrogo. FEL. dixit, Sed inde me vis tenere. AVG. dixit, Quo modo vis accipe moueri, nō poterat moueri? FEL. dixit, Non dico, quia non poterat moueri, ſed motio diſtātia eſt. AVG. dixit, Sed ita dixi, nec moueri nec concuti. Nō dixi, moueri quidem poteſt, ſed concuti non: aut cōcuti quidem poteſt, moueri non poteſt: ſed ambas res dixi, non poſſe nec moueri nec concuti. FEL. dixit, De ambabus rebus diſtātia eſt inter moueri & concuti.

Contra id quod Manichæus inducit gentē tenebrarū contra deū dimicaſſe. Cap. XIX.

AVGVSTINVS dixit, Legamus ergo ſequentia, videamus ſi deus iſte qui fundata habebat regna ſuper lucidam & beatā terram, quæ à nullo vnquam moueri & cōcuti poſſunt, neminem timuit, ſicut oportebat vt neminem timeret, cuius regna ſic fundata erant, vt à nullo aut moueri aut concuti poſſent. Et legit ſequētia, Iuxta vnam vero partem ac latus illuſtris illius ac ſanctę terrę. Et cum legeret in-
terrogauit, quod latus, dextrum an ſiniſtrum? FEL. di- F
xit, Hanc tibi ego non poſſum interpretari ſcripturam, & exponere quod ibi non eſt, ipſa ſibi interpres eſt, ego non poſſum dicere, ne forte incurram in peccatum.

Contra epiſtolam Manichæi, quæ dicitur fundamenti. cap. 15.

AVG. dixit, Legatur ergo hoc quod ſequitur. Et cū legeret, & ventum eſſet ad locum vbi habet, Lucis vero beatiſſimæ pater, ſciens labem magnam ac vaſtitatem, quæ ex tenebris ſurgeret, aduerſus ſua ſancta impendere ſecula, niſi quod eximium ac præclarū, & virtute potens numē opponat, quo ſuperet ſimul ac deſtruat ſtirpem tenebrarum, qua extincta perpetua quies lucis incolis pararetur. AVG. dixit, Nunc iam quia cœperunt apertæ blaſphemiæ, ſi defendendas putas, dic quid iſta gēs tenebrarum quam videtur deus timuiſſe, ne magna labes & vaſtitas ex tenebris in regna eius irruerent, nocere poterat deo, maxime cuius regna ſuperius dixit ita fundata, vt à nullo vnquam moueri aut cōcuti poſſent? Quid ergo illi factura erat gens iſta? Poterat ei nocere, an non poterat? Reſponde vnum è duobus. FEL. dixit, Ego reſpondeo: Si nihil cōtra deum eſt, ſecundum quod dicit ſcriptura Manichæi, quia eſt, alterū regnum, pro qua cauſa Chriſtus miſſus eſt, vt nos liberaret de laqueo mortis huius, cuius eſt iſte laqueus & mors? Si aduerſarius nullus contra deum eſt, vt quid baptizati ſumus?

G mus? vt quid Euchariſtia? vt quid Chriſtianitas, ſi contra deum nihil eſt? A V G. dixit, Quia video te nolle reſpondere ad id quod te interrogo, & te interrogare vt tibi reſpondeam, & hoc non recuſo: dum tamen memineris quia tibi interroganti ego reſpondeo, tu autem mihi interroganti reſpondere noluiſti. Sed quia me interrogaſti, audi quod interrogaſti. Nos quidem dicimus liberatorem Chriſtum veniſſe, & à peccatis oostris dicimos nos liberari, quia nos non ſumus de ſubſtaotia dei geniti, ſed per eius verbum ſacti à deo: Multum autem intereſt inter natum de ſubſtantia dei, & factum à deo quod non eſt de ſubſtantia dei. Quicquid ergo fecit deus poteſt eſſe mutabile, ipſe autē deus non eſt mutabilis, quia non poſſunt ęquari opera artifici & conditori. Tu autem qui pauloāte ad interrogationem meam dixiſti, quia & pater qui generauit ibi lucis filios, & aër & ipſa terra & ipſi filij vna ſubſtantia ſunt, & æqualia ſunt omnia, oportet vt dicas mihi, huic ſubſtantiæ vtiq; incorruptibili, quo modo poterat nocere gens tenebrarum? Si enim poterat nocere ei, non erat oatura incorruptibilis: ſi autem non poterat, nulla cauſa erat quare

H prçlium agitaret, & illud numen quod dicit, huc mitteret.

Cap. XX. F E L I X dixit, Dilationem peto vt poſsim reſpondere. A V G. dixit, Quando? Cras intermiſſus ſufficit? . F E L. dixit, Intermitte mihi tres dies, id eſt hodie & cras & perendie, aut vſque ad diem qui eſt poſt dominicum, id eſt, pridie idus decembris. A V G. dixit, Video te dilationem ad reſpondendū petiiſſe, humanum eſt vt concedatur tibi, ſed ſi reſpondere nō potueris ad præſtitutum diem, quid fiet? F E L. dixit, Ero victus.

A V G. dixit, Quid ſi fugeris? F E L. dixit, Reus ero ciuitatis huius & vbique & legis meæ. A V G. dixit, Immo hoc dic, ſi fugero ſic habear tanquam ſi anathematizauero Maoichæum. F E L. dixit, Hoc dicere nō poſſum. A V G. dixit, Ergo aperte nobis dic, quia fugere cogitas, & oemo te tenet. F E L. dixit, Nō fugio. A V G. dixit, Vt video non vis quaſi victus abſcedere, ſed ſaltem hoc dic, ſi fugero victus ſum. F E L. dixit, Dixi.

A V G. dixit, Et vnde apparebit te fugiſſe, propter geſta? F E L. dixit, Iube vt quem elegero cum ipſo ſim.

A V G. dixit, Elige tibi aliquem de iſtis præſentibus fratribus qui ad cancellum ſtant. F E L. dixit, Etiam & ego conſeotio, ſed cum illo qui eſt in medio. A V G.

I dixit, Sicut tibi elegiſti, vſque ad diem cum illo eris.

B O N I F A C I V S dixit, Præſtabit Chriſtus vt ſi cum illo veniam Chriſtianus eſt. Auguſtinus Epiſcopus catholicæ Eccleſiæ Hipponiregienſis, his in Eccleſia coram populo geſtis ſubſcripſi. Felix Chriſtianus, cultor legis Manichæi, his in Eccleſia coram populo geſtis ſubſcripſi.

Libri primi finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI Hipponenſis Epiſcopi, de actis cum Felice Manichæo, Liber Secundus.

Capu. I. CVm ventum eſſet ad diem præſtitutum, id eſt, ad pridie iduum decembrium, res ſic agi cœpit in Eccleſia pacis. A V G. epiſcopus Eccleſiæ catholicæ Hipponiregienſium regionum dixit, Pridem cum ſermonem haberemus, dilationem te petiiſſe [illegible], cum ad ea quæ interrogaueram in præſenti

K reſpoodere non poſſes. Si ergo tam lato temporis ſpacio, poſt diem ſcilicet quintum aliquid excogitaſti, reſpoode. Hoc enim tūc interrogaueram: Si deo nocere nihil poterat, quare bellum geſsit cum gente, quam dicitis tenebrarum, in quo bello naturæ dæmonū miſceret ſubſtantiam ſuam, quæ hoc eſt quod ipſe, ſicut iam interrogatus dixiſti? Si autem ei nocere poterat, non incorruptibilem deum colitis, qualem veritas & doctrina Apoſtolica teſtatur. F E L. dixit, Ex quo à ſanctitate tua receſsi, vt ad diem conſtitutum reuerſus eſſem, vt reſpōderem tuæ interrogationi, quæcunque velles interrogare, ventum eſt ad diem. Et quia nullam ſcripturam inter manus habui, quia oō mihi ſunt redditæ vnde me inſtruere poſſem, nullus enim ad certamen exit, niſi prius munitus fuerit, & oullus litigator poteſt ſine ſuis chartis litigare, ſimiliter & ego ſine mea ſcriptura reſpondere nō poſſum. A V G. dixit, Iſtam tergiuerſationem tanto dierum ſpacio cogitaſti, quę te in cauſa perdita & errore ſacrilego, quid reſpondeas nō habentem, adiuuare nihil poterit. Notum eſt enim omnibus qui aderāt, quos etiam nūc adeſſe video, te dieruoi tantam dilatiooem petiiſſe, debuiſſe autē petere etiam co- L dices quando dilationē petiiſti, ſi his te putabas inſtrui poſſe ad reſpondendum, quod non feciſti. Noui te petiiſſe codices, nō quidem ad inſtructionem inſpiciendos, verū hoc looge antequàm peteres dilationē. Cum vero dilationem petiiſti, codicum tibi reddēdorum & inſpiciendorum, vt eſſe poſſes inſtructior, nullam feciſti mentionem. F E L. dixit, Modo peto codices, reddantur mihi, & venio ad certamē poſt biduum, & ſi victus fuero, quod deliberaueris ſubeo. A V G. dixit, Rudem te in iſta ſcelerata ſecta non eſſe puto, quod & fateris. Non te autem habere quod reſpondeas, & ſi non fatearis omnis homo iam videt. Sed quia codices tuos repetis, qui ſub ſigillo publico cuſtodiuntur, quibus inſpectis dicis te inſtructū venire poſſe poſt biduum, illud quod iam conſtat obiectis quæſtiooibus te reſpondere non potuiſſe recole. Tolle autem codices tuos, & dic quid inde tibi velis proferri, quod modo inſpicias & reſpondeas. F E L. dixit, Omnes ſcripturas quę mihi ſublatæ ſunt. Iſta enim epiſtola fundamenti eſt, quod & ſanctitas tua bene ſcit, quod & dixi, quia ipſa continet initium, medium & finē. Ipſa legatur, & quicquid malum obiicitur legi meæ, probetur: & nego illam, ſi M probata fuerint illa crimina quæ obiiciuntur legi meę.

A V G. dixit, Quoniam fateris hanc eſſe epiſtolam, vbi doctrinæ veſtræ initium, medium & finis continetur, hoc ioitium quàm ſit ſacrilegum, vbi deum dicitis pugnaſſe contra gentem tenebrarum, & miſcuiſſe naturæ dęuoonum polluēdam & ligandam partem ſuam, quæ hoc eſt quod ipſe: tam ſacrilegum eſt, vt ferri vix ab audientibus poſsit: hoc obiicitur primo ſectę veſtrę, ſiue initium hoc voces, ſiue medium, ſiue finem, nō valde id curo, hoc tamen de hac epiſtola quam fateris eſſe Manichæi, lectum eſſe non negas: hoc vobis obiicitur, hoc defende ſi potes vt ad alia veniamus. Vode iterum interrogo: Si deum incorruptibilem colitis, quid ei nocere potuit, neſcio quæ gēs aduerſa quā fingitis? Si nihil ei nocere poterat, nulla cauſa fuit quare partem ſuā naturæ dæmonum commiſceret. Si autem nocere ei po- Cap. II. terat, non deum incorruptibilem colitis. F E L. dixit, Matth. 7. Manichæus dicit duas eſſe naturas, & modo inde cul- & 12. patur, quia dixit duas eſſe, bonam & malam. Chriſtus Cōtra Adi- in Euangelio dicit duas eſſe arbores. Arbor bona nun- mātū. ca. 26 quam facit fructū malum, & arbor mala nunquam facit circa finem.

fructum

A fructum bonum. Ecce duas naturas. Deinde in Euangelio ſcriptum eſt, *Math.13.* Nūquid bonum ſemen ſeminaſti in agro, vnde apparuerunt zizania? Hoc inimicus fecit. Iſte inimicus ſi non eſt extraneus à deo, probetur mihi ſi ad deū pertinet inimicus iſte, quale ſemen ſeminauit? Item in Euangelio ſcriptum eſt Chriſto dicente, quia in nouiſsimis temporibus thronum in medio ſeculo ponet, *Math.25.* & mittet angelos ſuos in Oriētem & Occidētem, Septentrionem & Meridiem, & cōgregabit omnes gentes ante ſe, & ſeparabit illos, ſicut paſtor ſeparat agnos ab hædis. Et vt compendiuè dicam, agnis dicet: Ite in re- *Math.25.* gnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Hædis dicet qui in ſiniſtra parte ſunt: Recedite à me qui operati eſtis iniquitatem: Nomen enim meum habuiſtis, ſed opera non feciſtis: Ite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Qui ſunt qui nomē Chriſti habent, & mittentur in ignem æternum cum diabolo & angelis eius: & ad quam partem pertinent iſti quibus Chriſtus non permiſcetur, & nomen eius portant? Hoc enim Manichæus dicit, quia quos Chriſtus dam- *Roma.8.* nauit, ipſius non ſunt. Nam Paulus Apoſtolus dicit: Pru B dentia carnis inimica eſt deo, legi enim dei nō eſt ſubiecta, nec enim poteſt. Hoc Manichæus dicit, quia quæ inimica eſt deo, ad deū non pertinet: ſi autem ad deum pertinet, ipſe ſibi inimicum fecit: hoc Manichæus non *2.Cor.4.* dicit. Iterum Paulus dicit: Deus ſeculi huius excæcauit mentes infidelium, ad nō contemplandum claritatem Euangelij Chriſti, qui eſt imago dei. Ipſe Paulus iterum *2.Cor.12.* dicit: Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus ſatanæ qui me colaphizet die ac nocte, propter quod ter dominū rogaui vt diſcederet à me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate probatur. Ecce quid Apoſtolus dixit: ecce quid Euangeliſta, cum Manichæus hæc aſſerat: quia eſt extraneus à deo, qui cōtra deum pugnauit: ſiue quia Chriſtus crucifixus eſt, ſiue quia Apoſtoli omnes propter dei mandatū, iſte qui eos crucifixit cui mandatum dei nō placet, hoc mihi dicat *Caput III.* ſanctitas tua, ſi ad deum pertinet. AVG. dixit, Scripturas ſanctas quas non intelligendo à veritate longe aberratis, commemorare voluiſti, velut ex eis patrocinium adhibens vaniloquiis veſtris. Inter omnia tamen, quæ partim ſicut vere ſcripta ſunt, partim aliter quàm ſcripta ſunt commemoraſti, nuſquam oſtendere potui- C ſti, quia deus regnis ſuis hoſtilem naturā imminentem repellere volens, vt habeat quietem, partem ſuam, quæ hoc eſt quod ipſe, naturę contrariæ dęmonum miſcēs, colligari ab eis & contaminari fecerit. Hoc autem eſt quod vobis obiicitur, vnde quid reſpondeas non inueniendo, commemoraſti diuinarum ſcripturarum capitula: vbi de peccatoribus dictum eſt, quia nō pertinent ad beatam vitam, quam bonis & fidelibus donat deus: & has velut duas naturas accipi voluiſti, ſecundum deliramenta Manichæi. Veritas autē dicit, omnia iſta quæ videmus & quę nō videmus: quę naturaliter ſubſiſtunt, à deo facta eſſe: in quibus etiā ipſam rationalem creaturam factam, ſiue in angelis ſiue in hominibus accepiſſe *Liberū arbitrium.* liberum arbitriū: quo libero arbitrio, ſi deo ſeruire vellet, ſecundum voluntatem ac legem dei, haberet apud eum æternam fœlicitatem. Si autem legi eius ſubdi noluiſſet, ſed poteſtate ſua vſa contra eius feciſſet imperiū, ſecundum eius iuſticiam pœnæ debitæ ſubiaceret. Hæc omnipotentia dei in creandis hominibus, hæc iuſticia in remunerandis peccatoribus. Eſſe autem liberum arbitrium, atque inde peccare quenque ſi velit, nō peccare ſi nolit, non ſolum in diuinis ſcripturis quas non intelligitis, ſed etiam in verbis ipſius Manichæi tibi pro- D bo. Circumcluſus enim videt potētiam veritatis, contra quam conatus fuerat aliam naturam quam nō fecit deus, inducere contra deum, non ſolida veritate, ſed inani phantaſmate: tamen ad confitendum verum de libero arbitrio, plus valuit in eo natura humana, in qua eum deus effecit, quàm fabula ſacrilega quā ipſe ſibi cōfinxit. Audi ergo de libero arbitrio, primo ipſum *Quòd bene & male agere in libero arbitrio hominis ſit. Cap. IIII.* dominum, vbi duas arbores cōmemorat, quarum mentionem ipſe feciſti, audi dicentem: Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum, aut facite arborem malam & fructum eius malum. Cum ergo dicit, aut hoc facite, aut illud facite: poteſtatem indicat non naturam. *Math.12.* Nemo enim niſi deus facere arborem poteſt, ſed habet vnuſquiſque in voluntate, aut eligere quæ bona ſunt, & eſſe arbor bona, aut eligere quę mala, & eſſe arbor mala: non quia mala ipſa quæ eliguntur, aliquam habeant in ſeipſis ſubſtantiam, ſed quia deus omnia quæ condidit, gradibus ſuis cōdidit, generibuſq; diſtinxit, cœleſtia & terrena, immortalia atque mortalia, & omnia bona in ſuo genere condidit: animam habentem liberum arbitrium, ſub ſeipſo & ſupra cætera collocauit: vt ſi ſerui- E ret ſuperiori, dominaretur inferiori, ſi autem offenderet ſuperiorem, pœnam ex inferiore ſentiret. Hoc ergo dominus dicens, aut facite illud, aut facite illud: oſtendit eſſe in poteſtate quod facerēt, ipſe ſecurus & certus in ſe tanquā deus: Et quia ſi bonum eligerent, prēmium eius acciperent: ſi malum eligerent, pœnam eius ſentirent: Semper autem ille iuſtus eſt aut remunerator, aut dānator. Audi ergo iam quemadmodū Manichæus *Quòd in creatura rationali ſit liberū arbitrium. Caput V.* ipſe tam peruerſus, tam ſuperbus, vt aliam introducens naturam, ſe ęqualē deo faceret, deum ad ſeipſum deponeret, cōfeſſus ſit tamen eſſe liberum arbitrium: in theſauro veſtro cui tale nomen ad decipiendos homines indidiſtis, certe ſic loquitur, quod & tuipſe cognoſcis. Hi vero qui negligentia ſua à labe prædictorum ſpirituum purgari ſe minime permiſerint, & mandatis diuinis ex integro parum obtemperauerint, legemq; ſibi à deo liberatore datam plenius ſeruare noluerint, neque vt decebat ſeſe gubernauerint &c. Vides in his verbis confirmatum eſſe, etiam à neſciēte quid loqueretur, liberum arbitrium. Qui enim ſeruare legem non vult, in poteſtate eius eſt ſi velit. Non enim dixit, nō potuerint: F ſed, noluerint: hoc certe quod nolunt ſeruare legem, non à gente tenebrarum coguntur: Si enim coguntur, non nolunt, ſed non poſſunt: Si autem nolunt, non vtique coguntur vt non faciant, ſed voluntate ſua nolunt. Hoc ergo quod in eorum volūtate eſt vt nolint, peccatum eſt certe ſine aliqua neceſsitate gentis tenebrarum. Hoc agnoſce eſſe peccatū ſine neceſsitate gentis tenebrarum. Et inde vides vnde veniant omnes culpæ, vnde merita culparum, vnde diſtributiones pœnarum.

Habetis etiam hoc in ſcripturis apocryphis, quas ca- *Hominē libertate, nō neceſsitate peccare oſtenditur. Cap. VI.* non quidem catholicus non admittit, vobis autem tāto grauiores ſunt, quanto à catholico canone ſecludūtur. Aliquid etiam inde cōmemorem, cuius ego authoritate non teneor, ſed tu cōuinceris. In actibus cūſcriptis à Lenticio, quos tanquam actus Apoſtolorum ſcribit, habes ita poſitū: Etenim ſpecioſa figmenta, & oſtentatio ſimulata, & coactio viſibilium, nec quidē ex propria natura procedunt, ſed ex eo homine, qui per ſeipſum deterior factus eſt per ſeductionē. Vide quemadmodū hic, & per ſeipſum dicit, & per ſeductionē. Fuit enim ſeductor hominis diabolus, nō natura peccator, ſed prior voluntate peccator. Sed quia erat in hominis

poteſtate

G poteſtate ſeductori non conſentire, ideo poſitum eſt, & per ſeipſum, & per ſeductioné: vt in eo quod poſitum eſt, per ſeipſum, liberum arbitrium: in eo vero quod poſitum eſt, per ſeductionem: intelligas diabolũ, non oppreſſorem inuiti, ſed tentatorem volentis. Proinde quia ego reſpondi, & quantum potui probaui, ea quæ ſcripta ſunt in libris ſanctis de peccatoribus & de iuſtis, non ad diuerſitatem naturarum, ſed ad diſtinctionem meritorũ pertinere, in quibus meritis non neceſsitatem natura facit, ſed voluntas culpam: reſponde tu ad illud quod iã interrogaui: Si deo nocere nihil poterat, quare partem ſuam, ſubſtantiam ſuam, hoc quod ipſe eſt, polluendam & ligandam dæmonibus miſcuerit, quod in nulla diuina ſcriptura canonica potueris inuenire? Si autem nocere ei poterat, non deũ incorruptibilẽ colitis, de quo Apoſtolus dicit: Regi autẽ ſeculorũ immortali, inuiſibili, incorruptibili, ſoli deo honor & gloria in ſecula ſeculorum. Denique item dicitur: Deus habitat lucem inacceſsibilem: Nũquid ad illam lucem non accedunt ſancti, de quibus ſcriptum eſt: Accedite ad eum & illuminamini: Et illud, Beati mũdo corde, quoniam ipſi deum videbunt? Sed quia non ad eam poteſt

Quòd accedere ad deũ ex deo dei ſit. Cap. VII.

1. Time. 1. *1. Tim. 6.* *Pſal. 33.* *Matth. 5.*

H accedere, niſi cui deus ipſe donauerit, vt accedat, ideo per ſeipſam inacceſsibilis eſt. Nemo enim ad eam poteſt accedere, quem deus noluerit vt accedat: cui autem donauerit, ipſe accedet. Quo modo ergo poterat illa gens tenebrarum accedere ad habitationem dei, vbi eſt inacceſsibilis lux, quò non accedit niſi cui deus donauerit? Aut ſi donũ acceperat à deo vt accederet, ad expugnandum regnum dei non daret, & non timeret. Si autem donum tale non dederat vt poſſet accedere, ſecurus in regno ſuo erat, habitãs inacceſsibilem lucem: quid poterat de tenebrarum gẽte metuere, vt ei miſceret partem ſuam, ſubſtantiam ſuam, hoc quod ipſe eſt, ligandam, premendã, contaminãdam, vbi non ſolum miſerabiliter teneretur, ſed etiã turpiter purgaretur. Vt enim purgetur inde, dicitis quod nefas eſt audire, ſed ad vos confundendos & forte ſaluandos, tacere non poſſumus: vt purgetur inde pars dei, dicitis in naue lucis, quam Solem appellatis, facientes iniuriam creatori Solis, & ipſi Soli quem ſic dicitis factum, vbi tanta turpitudo celebretur: Dicitis enim illic poſitum deum, virtutes ſuas conuertere in maſculos, ad irritandum cõcu-

I piſcẽtias dęmonum fœminarum, & eoſdẽ rurſus conuertere in fœminas, ad irritandum concupiſcentias dęmonum maſculorum, vt cum dæmoniis iniiciunt libidinẽ, acceſis in formas cõfictas à deo, relaxentur membra eorum, & ſic euadat pars dei quæ ibi fuerat colligata. Hoc tantum opprobrium, hoc tantum ſacrilegium credere auſi eſtis, & prædicare non dubitatis. Hæc ſunt media doctrinæ veſtræ: Finis vero quis eſt? Quis, niſi quia nõ potuit deus totum purgare? Et quia nõ potuit, facturũ inde † dicitis velut tectorium gẽti tenebrarum, vt ibi in æternum damnetur quod purgari non potuit, & nihil ſua ſponte commiſit. Ita fit vt deus veſter, non verus, ſed fictus, nõ alicubi cõſtitutus, ſed in corde veſtro imaginatus, partem ſuam miſceat infœliciter, purget turpiter, damnet crudeliter. Ad hæc ergo reſpõde, & incipe ab illo quod dixi, quare deus miſcuit iſtã partem ſuã, cui nihil noceri poterat, aut ſi potuit, quo modo ſit incorruptibilis. FELIX dixit, Crudelem aſſeritis Manichæum hæc dicentem: de Chriſto quid dicimus, qui dixit: Ite in ignem æternum? AVG. dixit, Peccatoribus hoc dixit. FEL. dixit, Iſti peccatores, quare non purgati ſunt? AVG. dixit, Quia noluerũt.

† cum.

Quòd homo ſanatur ſiue dãnatur ex libero arbitrio. Ca. VIII.

FEL. dixit, Quia noluerunt, hoc dixiſti? AVG. K dixit, Hoc dixi, quia noluerunt. FEL. dixit, Quare noluerunt? Eſt qui non vult curari? Eſt qui nõ vult purgari? Eſt qui nũ vult illuminari? Quis infirmus eſt qui non vult ad ſalutem venire? Si crudele eſt quod Manichæus dixit, quia aliqua pars dei quæ ſe purgare non potuit in globo ligata eſt, hoc crudele non eſt, vt Chriſtus qui dixit, Ego propter peccatores veni: modo ad ignem ęternum illos mittat, cuius nomen portauerunt? Sed mandata credo nõ potuerunt complere. Si hoc crudele eſt, crudelius eſt & illud. Si illud crudelius eſt, quia deus illos non potuit purgare, & globo ligauit, & id crudelius videtur eſſe quos Chriſtus non potuit purgare, ad ignẽ æternum mittere: hoc mihi ſanctitas tua exponat de ipſa crudelitate. AVG. dixit, Si ea quę iam dixi, vel intellexiſſes, vel te intelligere fatereris, fortaſsis enim non habendo quid dicas finxiſti te non intelligere quod apertum eſt, iſta non diceres. Iam enim diximus & probauimus per diuinas ſcripturas, eſſe liberum arbitrium: deum autem eſſe liberi arbitrij iuſtũ iudicem, remuneratorem fidelium, eiq́; ſe ſubiicientium & volentium ſe ſanari, damnatorem autem ſuperborum & impiorum. L

Quia ergo ad peccatores ſanandos venit, ſanat vtique peccata confeſſos, ſanat pœnitentes: neminẽ autem pœnitet cum alius peccauit: ſed ſi eſt pœnitẽtia iuſta & verax, vnde & ipſe dominus dicit: Nõ veni vocare iuſtos, ſed peccatores in pœnitentiam: ipſa pœnitentia indicat non alienæ eſſe naturę ſed volũtatis noſtrę, ſi quid forte peccauimus. Nam ſi alio peccãte, alium pœnitet, non eſt iſta prudens ſed inſana pœnitentia. Secundum vos autem nulla peccata ſunt. Gens enim tenebrarum non peccat, quia ſuam naturam facit. Natura lucis non peccat, quia quod facit, facere cogitur. Nullum ergo inuenis peccatum quod damnet deus, nullum inuenis peccatum quod pœnitentia poſsit ſanari. Si autem pœnitentia eſt, & culpa eſt: Si culpa eſt, & voluntas eſt: Si voluntas eſt in peccando, natura non eſt quæ cogat: Sed ſi quid infirmitatis patiuntur, qui non poſſunt implere quod volũt. Vnde Apoſtolus Paulus dicit: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mẽtis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis: manifeſtum eſt hoc veniſſe de traduce primi peccati Adam, & de conſuetudine mala: Nam hodie libera M voluntate faciunt homines conſuetudinem, quam cum fecerint, facile ſuperare non poſſunt. Ipſi ergo ſibi de ſeipſis fecerunt, quòd cõtraria lex habitet in membris eorum. Sed qui concipiunt timorem dei, & per liberum arbitrium ſubdunt ſe ſanãdos optimo medico, & ſicut bono curatori, ita & miſericordi creatori, per humilitatem confeſsionis & pœnitentię ſanantur. Superbi vero dicentes ſe iuſtos, aut dicendo quia non peccant ipſi, ſed aliud in illis peccat, & alia natura de † illis peccat, per ipſam ſuperbiam ſuam & inſanabiles fiunt, & experiuntur iuſtum iudicium dei, qui ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Non eſt ergo indignum vt deus dicat: Ite in ignem æternum: eis qui eius miſericordiam per liberũ arbitrium reſpuerunt: & dicat, Venite benedicti patris mei, percipite regnum: eis qui per liberum arbitrium fidem eius ſuſceperunt, peccata ſua confeſsi ſunt, pœnitentiam egerunt, diſplicuerunt ſibi quales fuerunt, & quales per eum facti ſunt, illi placuerunt. Tu ergo iam ad hoc quod interrogaui reſponde. Sed impetrẽ à te, ne moras ſuperfluas faciamus: Si deo nocere nihil poterat, quare huc nos miſit? Si nocere poterat, non eſt incorruptibilis deus. FELIX dixit,

Matth. 9. *Roma. 7.* *† in.* *Iacobi. 4.* *1. Petr. 5.* *Matth. 25.*

Quare filij dei incarnatus ſit. Cap. IX.

Si deo

A Si deo nocere nihil poterat, quare huc filium ſuum mi-
ſit? AVG. dixit, Vide quemadmodum ſemper inter-
rogas, & ad interrogata reſpondere nō vis. Audi quod
interrogaſti, memento tamen te ad ea quæ dicn nō re-
ſpondere, me autem reſpondere. Deo nocere nihil po-
teſt, ſed filiū ſuum miſit vt carne indueretur, & homini-
bus appareret, peccatores ſanaret, in ipſa carne patere-
tur pro nobis, quam ſumpſit ex nobis. In ſua quippe na-
tura pati nihil poterat, quia in principio erat verbum,
Ioan. 1. & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. In hac
natura quia deus erat verbum, pati nihil ille poterat. Vt
autem pati pro nobis poſſet, verbum caro factum eſt, &
Ioan. 1. habitauit in nobis. Verbum caro factum eſt, aſſumēdo
carnem, non mutatum in carnem: Aſſumpſit enim hu-
manitatem, non amiſit diuinitatem. Itaque idem deus
& idem homo, in natura dei æqualis patri, in natura ho
minis factus mortalis, in nobis, pro nobis, de nobis, ma
nens quod erat, ſuſcipiens quod non erat, vt liberaret
quod fecerat, non quod erat. Non eſt ergo paſsio Chri
ſti ex indigētia, ſed ex miſericordia. Præbuit enim exē-
plum patientiæ nobis de nobis, id eſt homini de homi-
B ne, carni de carne: nō tamen in illa carne ipſe deterior
factus, ſed caro in illo melior facta eſt. Pars vero dei ve
ſtri nulla carne aſſumpta, non enim erat in gente tene-
brarum pro qua pateretur, deſcendit vt teneretur, liga-
retur, pollueretur, & turpi⁹ quàm ligabatur purgaretur.
Iam enim de purgatione eius dixi. Hæc omnia quanto
indigniora ſunt, tāto vtique faciliora ad intelligendū,
quoniam in naturam dei iſta nō cadunt: Et abſit à pio
animo atque fideli talia de deo credere, deo bono, deo
vero, qualia vos creditis: nō quem inueniſtis, ſed quem
finxiſtis. Reſponde iam nunc, ſi deo nocere nihil pote-
rat, pura illa ſubſtantia ipſius, nulla carne aſſumpta, in ſe
paſſura: ſi quid paſſura erat, non in carne quam ſuſcepe-
rat, quare huc miſſa eſt ſecundum veſtra vaniloquia?
Chriſt⁹ cur FELIX dixit, Si nihil poterat noceri deo à parte ad-
fuerit cru- uerſa, & Chriſto nihil noceri poterat ab aduerſa natu-
cifixus. ra, ad quam venit Chriſtus vt eam liberaret, quia vt di-
Cap. X. cis propter libertatem noſtram venit, ergo in captiui-
tate fuimus. Si in captiuitate tenebamur, & propterea
Chriſtus venit, vt nos liberaret de captiuitate, qui nos
tenebat extraneus à deo erat, aut virtus dei. Si virtus dei
erat qui nos tenebat, vt quid Chriſtū mittebat, ille qui
C nos tenebat? Si in ipſius arbitrio erat quando vellet di-
mittere, vt quid Chriſtus crucifigitur? Neminem autem
latet Chriſtum crucifixum: Quid illum crucifixerunt?
Si dei virtus eſt, nihil nobis nocebat: Si dei virtus erat,
non fuimus capti apud illum, ſed quaſi nos cum noſtro
principe, quaſi filius cum parentibus, nō autem Roma-
ni cum Barbaris. Non oportebat ergo, quia cum virtute
dei conſtituti eramus, deum filium ſuum mittere, vt di-
catur quia liberator noſter venit. Si paret ergo cum vir-
tute dei nos conſtitutos eſſe, Apoſtolus dixit: Chriſtus
Galat. 3. nos liberauit de maledicto legis, quia ſcriptum eſt: Ma-
Deute. 21. ledictus omnis qui pēdet in ligno: Hoc enim Apoſto-
lus dicit, Si iſte qui maledicit omnes qui pendent in li-
gno, dei virtus eſt: Chriſtus enim pendet in ligno, & A-
poſtoli ipſius omnes qui addicti ſunt pro ipſius præcep-
Duas vitas to: quis ergo iſte eſt qui maledicit omnem qui pēdet in
Chriſtus no ligno? AVGVSTINVS dixit, Quos Chriſtus rede-
bis oſtendit mit à diabolo, per conſenſionē ſuam tenebantur à dia-
per paſſio- bolo: & in eius conditione conſtituti erant per iuſtum
nē & reſur dei iudicium, cui ſeducenti cōſenſerant per liberum ar-
rectionem. bitriū. Sicut autē in poteſtate hominis fuit diabolo cō-
Capu. XI. ſentire, vt captiuaretur: ſic in ipſius diaboli poteſtate
fuit, cū angelus eſſet peccare, vt in deterius mutaretur. D
Peccator ergo angelus per liberū arbitrium, ſuaſit pec-
catum homini habenti liberum arbitrium, vt diabolus
ſi noluiſſet non peccaſſet, & homo ſi noluiſſet nō con-
ſenſiſſet. Cum autem iam ab illo cui conſenſerat tene-
retur, non quia diabolus aliquid potuit, ſed quia iuſtum
dei iudicium fuit, & eius legi obtemperare noluit. Quia
ergo ſic inuenit Chriſtus peccatores ſub peccato, rede-
mit confitentes à ſuperbiente. Quod autem in lege po-
ſitum eſt. Maledictus omnis qui pendet in ligno: Vnde Deute. 21.
Apoſtolus dicit: Chriſtus nos redemit de maledicto le- Galat. 3.
gis, factus pro nobis maledictum: Scriptum eſt enim:
Maledictus omnis qui pendet in ligno, non legem re-
prehendit, ſed miſericordiā commendauit. Quia enim
Adam peccauerat, & omnis illa maſſa & propago pec-
cati maledicta erat, dominus autem carnē de illa maſſa
ſuſcipere voluit, vt ſuſcipiendo mortalitatem, quæ de
pœna venerat, ſolueret mortem, quod de gratia venie-
bat: ideo dicit lex, Maledictus omnis qui pendet in li-
gno. Mors enim ipſa pendebat in ligno, quæ mors de
maledicto veniebat. Quo modo ergo ſuſcipiēdo mor-
tem interfecit mortem, ſic ſuſcipiendo maledictū ſoluit E
maledictum. Vnde & Apoſtolus dicit: Sciētes, quia ve- Rom. 6.
tus homo noſter ſimul confixus eſt cruci cum illo: quia
de veteri homine noſtro, id eſt de ſorte mortis, quæ ve-
niebat ex merito peccati, ſuſcipere dignatus eſt carnem
mortalem de virgine Maria, in qua nobis & paſsionis
& reſurrectionis præberet exemplum: paſsionis, ad fir-
mandam pœnitentiam: reſurrectionis, ad excitandam
ſpem: vt duas vitas nobis oſtenderet in carne, quam ſu-
ſcepit de vita noſtra mortali, vnā laborioſam, alteram
beatam: Laborioſam, quam tolerare debemus: beatam,
quam ſperare debemus. Toleramus autem laborioſam
merito peccati noſtri: Ille autem oſtendit eam in carne
ſua, non merito iniquitatis ſuę, ſed officio miſericordię
ſuæ. Nam vt noueris bonam eſſe legem quam tu repre-
hendere voluiſti, ipſe Apoſtolus Paulus quodā loco di-
xit: Lex ſubintrauit vt abūdaret delictū: Adhuc videtur Roma. 5.
illam reprehēdere. Sed audi quod ſequitur: Vbi autem,
inquit, abundauit delictū, ſuperabundauit & gratia. Da-
ta eſt enim lex ſuperbis hominibus, & viribus ſuis totū
tribuentibus, vt cum implere nō poſſent legem datam,
præuaricatores inuenirentur, & facti rei ſub lege, pete- F
rent miſericordiam à legis conditore. Proinde paulo-
poſt dicit idem Apoſtolus: Itaque lex quidem ſancta, & Roma. 7.
mādatum iuſtum, & ſanctum, & bonum. Sed ne dicas,
quia de alio mandato dicat, vt oſtendat quia de illo di-
cit, de quo pauloante dixerat, Lex ſubintrauit vt abun- Roma. 5.
daret delictum: ſtatim ſibi oppoſuit quæſtionem, Quod
ergo bonum, mihi factū eſt mors? Abſit, Sed peccatum Roma. 7.
vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum eſt
mortem. Erat enim peccatum, ſed non apparebat pec-
catum, data eſt lex ſuperbo, fecit contra legem, & appa-
ruit peccatum, quod erat ſed non apparebat. Apparens
autem peccatum humiliauit ſuperbum, humiliatus ſu-
perbus factus eſt pœnitens, de pœnitentia impetrata eſt
miſericordia. Audiſti ergo quod interrogaſti, reſponde
quod interrogo: Nihil nocere poterat gēs tenebrarum Quòd ex vo
deo, quare huc miſit partem ſuam miſcendam, & pol- luntate ho-
luendam à natura dæmonum? FELIX dixit, Si in minis cun-
arbitrio noſtro ſumus, nemo neminem cogat. Quando cta depen-
voluero, ero Chriſtianus: Voluntas nobis ſubiacet, aut dent agen-
eſſe Chriſtianum, aut non eſſe. AVG. dixit, Quia vo- da, nec cogi
luntas nobis adiacet, manifeſtum eſt, & hoc de diuinis poteſt.
ſcripturis docui, quod coactus eſt etiā inuitus dicere, Cap. XII.
etiam

G etiam ille qui vos in iſtum induxit errorem. Quod autem dicis, nemo cogatur, quãdo voluero ero Chriſtianus, nemo planè te cogit: Quando volueris eſto, quia ex voluntate tua huc veniſti, & ex voluntate tua iſta diſputaſti: Et væ voluntati malæ ſi mala eſt, pax bonæ voluntati ſi bona eſt. Siue autem mala ſit, ſiue bona ſit, voluntas eſt. Bonam voluntatem ſequitur corona, malam ſequitur pœna. Deus iudex voluntatum eſt, creator autem naturarum. Si ergò putas cogi te vt ſis Chriſtianus, audi à nobis omnino te non cogi: Cogita potius quę audis, perpende, in tua voluntate es: examina vt prudens, ſi tamen eſt in te vlla prudentia vel humana, vtrum ea quæ dicta ſunt veritate fulta ſint: vtrum tuipſe in Manichæi veſtri defenſione defeceris, ſicut apparet: & quando volueris eſto quod nondum es, & deſine eſſe quod es.

Cap. XIII.

FELIX dixit, Ecce iam compendiuè, vt dixit ſanctitas tua, ne chartas cumulemus, ſi tibi placet quod petiui, pridem huc veni: oſtende mihi veritatem, vt illud quod teneo pareat, quia veritas non eſt, & habes me paratum ad credendum. AVG. dixit, Iam quidem quod tenes ſatis apparet, quia veritas nõ eſt. Abſit enim à cor-H dibus veritatem quærentium vel tenentium, vt credãt deum ſubſtantiam ſuam neceſsitate coactum merſiſſe dæmonum naturæ ligandam atque polluendam. Abſit à fidelibus credere deum ad liberandũ ſubſtantiã ſuam conuertere ſe in maſculos contra fœminas, & in fœminas contra maſculos ad eorum concupiſcẽtiam tutandam.† Abſit à fidelibus credere deum ſubſtãtiam ſuam ipſis dæmonibus merſam poſtea in ęternum damnare. Hoc ergo quia veritas non eſt, manifeſtum eſt. Sed quia vis tibi pro iſta falſitate expulſa atque conuicta, patefieri veritatem, ſi quid de cognoſcenda fide catholica adhuc mouet, ab initio fidei poteris erudiri. Etenim aptũ perceptioni veritatis incommutabilis facit pia fides: à qua fide quiſquis incipere noluerit, ſuperbus foris remanebit, & ad id quò tendit vel quò vult, peruenire nõ poterit. Sed quia illa falſitas manifeſta eſt, anathema falſitatem, vt poſsis incipere aptus eſſe ad cognoſcendum veritatem. FEL. dixit, Cum apparuerit mihi, quia mihi non paret, quia altera mihi oſtenſa non eſt, non poſſum anathematizare. AVG. dixit, Anathematizandus eſt error, qui dicit corruptibilem deum, an non eſt anathematizandus? FEL. dixit, Iterum dic.

† irritãdã.

An Manichæi articuli ſint anathematizãdi. Caput XIIII.

I AVG. dixit, Anathematizandus eſt error qui dicit corruptibilem deum, an non eſt anathematizandus?

FELIX dixit, Quæratur ſi dicit. AVG. dixit, Ego hoc interrogaui, qui dicit corruptibilem deum, anathematizandus eſt, an non? FEL. dixit, Qui dicit corruptibilem deum anathematizandus eſt, hoc mihi obiicis? AVG. dixit, Hoc interrogo. FEL. dixit, Corruptibilem deum dicis, non autem quod primo dixiſti, quia partem ſuam dedit aduerſariis. AVG. dixit, Interim quod interrogo reſponde: Qui dicit corruptibilem deum eſſe, anathematizandus eſt, an non? FEL. dixit, Valde. AVG. dixit, Qui dicit corruptibilem eſſe naturam & ſubſtantiam dei, anathematizandus eſt, an non? FELIX dixit, Non intellexi quod dixiſti.

AVG. dixit, Hoc dico quod omnis homo intelligit, niſi qui ſe fingit nõ intelligere: naturam & ſubſtantiam dei, id eſt illud ipſum quicquid eſt deus, qui dicit eſſe corruptibilem, anathematizandus eſt, an non eſt?

FEL. dixit, Etiam anathematizandus eſt, ſi probatum fuerit eſſe verum. AVG. dixit, Nondum tibi dixi, quia Manichæus dicit corruptibilem naturam dei, ſed hoc tibi dixi, quia quicunque hoc dicit, anathematizandus eſt. FEL. dixit, Et ego reſpondi, quicunque K hoc dicit etiam. AVGVSTINVS dixit, Pars illa quę mixta eſt genti tenebrarum, de dei natura eſt, an de aliqua alia natura? FEL. dixit, De dei. AVG. dixit, Quod de dei natura eſt, hoc eſt quod deus, an aliud quid quod non eſt deus? FEL. dixit, Ita eſt, quod de deo eſt deus eſt, ſecundum quod & ſcriptum eſt: Lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt. Deus enim lumẽ eſt, & tenebrę in eo nõ ſunt. AVG. dixit, Bene reſpondiſti, quia & quicquid de dei natura eſt, deus eſt, & deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt, & talis lux luxit in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt. Videamus ergo vtrum Manichæus partem dei non dicat eſſe comprehenſam à tenebris, nõ etiam teneri ligatam, non etiã & maculatam & pollutam, ſic vt indigeat miſericordia liberatoris & purgatoris. Si autem hæc dicit, ſecũdum te etiam, & ſecundum veras confeſsiones tuas, anathematizãdus eſt: quia partẽ dei & naturam dei quod eſt ipſe deus, dicit comprehẽſam à tenebris & ligatã & pollutam, quod tuipſe ſecundum Euangelium loquens nõ potuiſti dicere. Sed verum dixiſti, quia lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non cõprehenderunt. Manichæus ergo anathematizãdus, qui L dixit, quia lux tenebrata eſt in tenebris, & tenebræ eam comprehenderunt. FEL. dixit, Sed & qui polluitur, & qui tenetur, liberatur, & nos ſi polluti ſumus, mundamur. AVG. dixit, Sed hoc de dei natura non recte dicitur: ſed de illa quæ pollui poteſt recte dicitur, quia polluitur & mundatur. De illa vero quæ pollui non poteſt, vides cũ quãto ſacrilegio dicatur, polluitur & mũdatur, maxime quia ſic dicitis quãdam dei partem eſſe pollutam, vt propterea ligetur in æternum globo tenebrarum, quia non potuit mundari. Hoc qui nõ anathemat, falſum pauloante reſpondit, quia omnis qui dicit corruptibilem deum, anathemandus eſt. FEL. dixit, Hoc quod dixit ſanctitas tua, quia pars quæ ſe nõ mundauit ab coinquinatione gentis tenebrarum: & ſic dicit Manichęus, quia non ſunt miſsi in regnum dei: hoc enim aſſeris tu quia damnati ſunt. Sed Manichęus non hoc dicit, quia damnati ſunt, ſed ad cuſtodiam poſiti ſunt illius gentis tenebrarum. AVG. Dixit, De iſta parte tecum ago, quam dicis pollutam, purgari: poſtea ſi opus fuerit, de illa quæ figitur in globo eius. Interim quæ purgatur, polluta erat. FEL. dixit, Quæ pollui- M tur & mundatur. AVG. dixit, Qui ergo dicit naturam dei & ſubſtantiã dei & id quod deus eſt, poſſe pollui, ligari, inquinari à gente tenebrarum, nõ eſt anathemandus? FEL. dixit, Chriſtus vnde nos mundauit, vnde nos liberauit? AVG. dixit, Chriſtus non partem dei, non naturam dei liberauit, ſed facturam quam fecit, in peccatum cadentem per liberum arbitrium, ſua miſericordia liberauit. Eam rem mundauit quæ pollui poterat, eam rem liberauit quæ captiuari poterat, eam rem ſanauit quæ infirmari poterat. Modo autẽ de deo, de natura dei, & de ſubſtãtia dei, de eo quod deus eſt loquimur, poterat pollui, an non poterat? FELIX dixit, Anima noſtra ex deo eſt quę polluta eſt: ſi nõ eſt ex deo, vt quid pro illa Chriſtus crucifixus eſt? Si ergo paret quia Chriſtus propter animam noſtram crucifixus eſt, paret quia ex deo eſt, & polluta erat, & ipſe eam mundauit. AVG. dixit, Ego non ſolum animam, ſed corpus noſtrum & omnẽ creaturam & ſpiritalẽ & corporalem ex deo eſſe dico, quia hoc habet catholica fides. Sed aliud eſt quod de ſe de⁹ genuit, quod hoc eſt quod ipſe, aliud autem quod fecit deus. Quod deus genuit, æquale

Manichæũ eſſe anathematizãdũ. Cap. XV.

Ioan. 1.

1. Ioan. 1.

Quo modo illud quod pollui poterat, mundatur.

Cap. XVI.

Quòd anima à Chriſto redẽpta, ex deo ſit per creationẽ, non per generationẽ.

Cap. XVII.

Ex deo, de deo.

Pſal. 32.

A æquale eſt patri:quod deus fecit,non eſt æquale conditum conditori. Aliud autem dicimus ex deo eſſe, quod melius dicimus de deo eſſe,quia hoc eſt quod ipſe,ſicut vnigenitus filius,ſicut verbum eius per quod facta ſunt omnia. Alia vero ſic dicimus ex deo,quia dixit & facta ſunt,mãdauit & conſtituta ſunt. Hinc eſt anima ex his quæ fecit deus non illud quod de ſe genuit deus: Ideo verbum quod de ſe genuit,pollui nõ potuit,nec poteſt, nec poterit. Anima vero quam fecit rectricem corporis, vt ſeruiret ſuperiori , dominaretur inferiori, id eſt ſeruiret deo,dominaretur corpori,contempta dei lege per peccatũ polluta eſt. Deus autẽ miſericordiã præſtãs his quæ fecit,miſit filiũ per quem fecit,& per illum refecit. Quando condendũ erat quod nõ erat,per verbum conditũ eſt: quando reficiendum erat quod deprauatũ fuerat , ſuſcepta eſt inde creatura de virgine Maria , vt per id quod erat homo demõſtraretur homini,& quid ſuſtinendum & quid ſperandũ eſſet : Itaq; natura verbi ſubſtãtia vnigeniti filij dei nihil paſſa eſt à perſecutori-

B bus Iudęis,vel à diabolo,angelo malo perſequẽte: Sed quia induit ſe carne, induit ſe re mortali,re paſſibili,re mutabili:in eo quod ſe induit,paſſus eſt quicquid voluit ad exemplum patientiæ,& reformauit hoc ad exemplũ iuſticiæ. Tu modo dic mihi de dei parte,quod deus eſt, vtrum pollui poſſit,an non? Si poteſt,nõ eſt incommutabilis deus,& qui hoc dicit,anathemãdus eſt. Si autem non poteſt,vides anathemandum Manichæum,qui dicit partem dei naturã dei,quod eſt deus,veniſſe huc puram ad gentem tenebrarum ligatam atq; pollutã,vt indigeat ſolui ac mũdari. FEL. dixit,Hoc tu dixiſti de anima,quia ex deo nõ eſt. AVG. dixit,Non dixi,ſed dixi quia ex deo eſt tanquam à deo facta,non tanquam à deo nata. FELIX dixit, Dixiſti de anima,quia nõ eſt ex deo,ſed factura dei, quia ſine deo nihil eſt: hoc enim dicis tu,& nõ vis aſſeuerare,quia ex deo eſt anima.

Quòd deus oĩa fecerit ex nihilo:et quæ differẽtia eſt inter facere & creare.

Ca. XVIII.

AVG. dixit,A deo eſt,ſed facta eſt à deo. FEL. dixit, Aut facta eſt,aut miſſa eſt,aut data ex deo eſt. Ergo ſi ex deo eſt , polluta eſt, & venit Chriſtus eam liberare de pollutione, quid culpas Manichæum? AVG. dixit,Quia ego dico animam non naturam dei,ſed factã à deo,per liberũ arbitrium peccaſſe,& peccato eſſe pollutam , & per dei miſericordiam in pœnitentia libera-

C tam: tu autem ipſam naturã dei quod deus eſt,deum de deo dicis in gente tenebrarum captum atq; pollutum, & multum intereſt inter id quod de ſe deus genuit, & quod fecit non de ſe,ſed ex nihilo, id eſt,cum omnino non eſſet,à deo accepit vt eſſet,id eſt,vt inſtitueretur.

FEL. dixit,Ergo pars dei eſt. AVG. dixit, Iam tibi dictũ eſt, nõ eſt pars dei,& accipe quo modo intelligas deum omnipotentẽ factorem. Omnia quæ fiunt,& quod quiſq; facit,aut de ſe eſt,aut ex aliquo,aut ex nihilo. Homo quia non eſt omnipotẽs, de ſe filium facit:ex aliquo,ſicut artifex ex ligno arcam,& ex argẽto vaſculum. Potuit enim facere vaſculum,ſed non potuit facere argentum:Potuit facere arcam,ſed non potuit facere lignum. Ex nihilo autem ex eo quod prorſus nõ eſt,facere vt ſit,nullus hominũ poteſt. Deus autẽ quia omnipotens eſt,& de ſe filium genuit,& ex nihilo mundum fecit,& ex limo hominẽ formauit:vt per iſtas tres potẽtias oſtenderet effectionẽ ſuam in omnibus valentem: quia de ſe quod fecit,nec feciſſe dicẽdus eſt,ſed genuiſſe. Quod autem ex aliquo,ſicut de terra hominem,non ſic fecit hominẽ de terra,vt alius ei fecerit ipſam terram vnde faceret hominem , quo modo fecit deus argentũ argentario vnde faceret vaſculũ:ſed ipſe fecit,& quod

non erat vt eſſet , & quod inde rurſus eſſet , quod iam D ipſe ex nihilo creauerat vt eſſet. Sic ergo corpus,ſic anima,ſic intelligitur vniuerſa creatura facta à deo,nõ genita de deo,vt hoc ſit quod deus. Proinde modo forte eliges quid teneas,& quid reſpuas. Elige quid ſit melius:quoniam videmus multa mutabilia,& ipſa tamẽ bona quanuis mutabilia:multa mortalia,& ipſa tamen bona quanuis mortalia, Bonum autem omnino incõmutabile ipſe deus eſt. Quid melius ſit tibi tenere,elige:deũ mutabilem eſſe, an quod deus fecit mutabile eſſe: quia neceſſe eſt vt vnum è duobus dicas. Si nolueris admittere id quod deus fecit eſſe mutabile,reſtat vt dicas ipſum deum eſſe mutabilem. Vt autem ab hoc ſacrilegio te purges,& ab hac blaſphemia, ne dicas ſubſtantiã dei eſſe mutabilem:quare non concedis deum qui vere eſt, & incommutabilis eſt, quia ipſe etiã dixit, Ego ſum qui ſum,feciſſe omnia bona,ſed nõ ſibi paria? Proinde quia ipſe incommutabilis eſt, non eſt mirum ſi quod fecit, quia ei æquale non eſt,non eſt incommutabile, ſed mutabile. Ideo & per liberum arbitrium peccare & pollui potuit , & per eius miſericordiam liberari. FELIX E dixit, Dixiſti hominem feciſſe ſibi filium. Nihil intereſt inter patrem & filium . Quia ergo hoc protulit ſanctitas tua,& ego reſpondeo,quia deus & quę fecit æqualia ſunt ſibi. AVG. dixit, Quod intelligere noluiſti, quia homo cum filium facit,non facere proprie dicitur, ſed proprie generare dicitur : ſic & deus filium vnicum genuit,dixi tibi,non fecit. Fecit autem illud quod æquale non eſt ei:quod autem genuit, æquale eſt illi. Itaque elige tibi,vtrum velis dicere mutabilem dei facturam, an mutabilẽ dei naturam? FEL. dixit,Quo modo deus immutabilis eſt, ſimiliter quem genuit immutabilis eſt: & quod fecit,ſi de ipſius natura eſt,non mutatur:ſed de nihilo fecit,quia opus nõ mutatur. AVG. dixit, Sed iam tibi dictum eſt,quia quod fecit,non de ipſius natura eſt,[ſed ex nihilo fecit,quia omnipotens eſt.] Non erat,& fecit,nõ de ſe,non de aliqua re,quam ipſe non fecerat, ſed ex nihilo. FELIX dixit, Ego non hoc dixi , ſed dixi quia deus immutabilis eſt, & quod genuit immutabile eſt, & quod fecit immutabile eſt. Non dixi , vnde illud fecit . Non hoc quæſiui , vnde fecerit.

Exod. 3.

Quòd dei filius ex deo ſit genitus, creatura autẽ ſit ex nihilo facta.

Cap. XIX.

AVGVSTINVS dixit, Sed à me audiſti quod non quæſiſti , vt iam deſineres [ſtulta] loqui . Omnipotens deus & de ſe potuit generare , & de nihilo fa- F cere, & ex eo quod iam fecerat aliquid formare. De ſe, filium æqualem ſibi : de nihilo , mundum & vniuerſam creaturam : ex aliquo , de terra hominem , quia omnipotens eſt . Quod ergo de ſeipſo eſt , pollui nunquam poteſt, quo modo nec ipſe . Quod autem ab illo factum eſt,non de illo, & pollui poteſt per liberum arbitrium , & mundari per ipſius miſericordiam , condemnando quod peccauit, & agnoſcendo qui eũ creauit. Tu vero qui paulò antè dixiſti, quia qui dei partem corruptibilem & contaminabilem dicit , anathemandus eſt : negare autem non potes Manichæum dixiſſe, quòd pars dei in gẽte tenebrarum comprehenſa atque polluta eſt, & his eum verbis blaſphemaſſe apparet, ita vt peius blaſphemare forte non poſſet : aut anathema illum talia dicentem , aut tu cum illo anathemandus es & abiiciendus. FELIX dixit, Manichæus dicit, quia polluta eſt pars dei , & Chriſtus dicit , quia polluta eſt anima , & venit liberare illam de pollutione.

Quòd anima non ſit pars dei, ſed facta à deo, et per Chriſtũ redempta.

Cap. XX.

AVG. dixit, Sed anima non eſt pars dei, Nam iam tu confeſſus es,quia Manichæus dixit pollutam partem dei,nos autem pollutam dicimus animam ex voluntate

G peccati, non autem eſſe animam partē dei,non de deo genitam , ſed à deo factam . Sic ergo dicitur anima ex deo, quo modo dicitur aliquod opus fabri ex artificio eius,vel ex ipſo factum,non tamen de ipſo genitum ſicut filius eius. Tu ergo quia iam confeſſus es Manichæū dixiſſe,pollui partem dei,& iamdudum dixiſti anathemandum,qui dicit corruptibilem vel contaminabilem deum vel naturam eius,iam anathematizaſti, quod nō vis fateri. Hoc enim quod dixiſti,quia polluitur & quia mundatur,hoc ipſum quod dicis,mūdatur,expreſſiſti, quia polluitur:& nō habes vnde euadat Manichæus:& tu dixiſti quia polluitur pars dei . Anathema ergo Manichæum aut anathematizandus es cum Manichæo.

FEL. dixit, Ego non à Manichæo didici,quia polluta eſt pars dei, ſed à Chriſto didici, quia propter animam venit quæ polluta erat. AVG. dixit, A Chriſto non didiciſti,quia anima pars dei eſt. FEL. dixit, A Chriſto didici:quia anima ex deo eſt. AVG.dixit, Et nos didicimus: quia anima ex deo eſt, ſed non eſt pars dei . Sic eſt enim anima ex deo quo modo factura ex artifice, non de deo ſicut filius de patre. FELIX dixit,De pollutione agimus , Si polluta eſt anima quæ ex
H deo eſt,& poteſt purgari à Chriſto,qui pro illa venit,& illa pars dei quā Manichæus dicit, pollui poteſt & mūdari per mandatum ipſius dei. AVG.dixit,Ecce iterum dicis partem dei pollutam purgari , & pauloante dixeras anathematizandum eſſe, qui illam dicit corruptibilē:modo dicis quia pollui potuit,& dicis quia mūdari poteſt,vt cōfirmes quia pollui potuit. Hoc nos de parte dei non dicimus,ſed de anima dicimus,quia tanquam opus eius ex ipſo eſt , non tanquam proles de ipſo. Redi ergo ad id quod dicis, & diſcerne quod dicimus,Anima nec de[9] eſt, nec pars dei, Tu autem Manichæū dicis dixiſſe pollui partē dei,quā dicit purgari,vt cōfirmet,quia polluitur. Reſtat ergo vt eum anathematizes,aut iſta ſentiēs anathematizeris. FEL.dixit,Pertinet ad deum anima, quæ per peccatum coinquinata eſt, an non? AVG. dixit, Pertinet , ſed non eſt pars eius. FEL.dixit,Non hoc interrogaui. AVG.dixit, Et quid interrogaſti? FEL. dixit, Pertinet ad deum: an non pertinet? AVG. dixit, Iam dixi, & quia pertinet,& quo modo pertinet. FEL. dixit, Ego quæro vtrū vere ex deo eſt. AVG.dixit Ex deo,non de deo.

Quo modo aīa facta ſit ex deo, quia non vt pars eius nec vt filius eius.
Cap.XXI.

I FEL.dixit,Si nihil peccatum eſt,& anima ex deo eſt, & polluta eſt,& venit Chriſtus liberare eam, & eam liberauit à peccato, quid culpamus Manichæū, qui dixit partem dei pollutam eſſe,& iterum mundari? AVG. dixit, Quia iam cōfeſſus es Manichæum dixiſſe partem dei eſſe pollutam , & dicis non eſſe peccatū talem blaſphemiam in deum effundere. Nos autem dicimus peccaſſe quidem animam per liberum arbitrium, & pœnitendo purgari per miſericordiā creatoris ſui,quia non eſt ex deo tanquam pars eius , vel tanquam proles eius: ſed ex deo vel à deo facta eſt tanquam opus eius, Quid interſit inter noſtram fidem & veſtrā perfidiam,omnibus manifeſtū eſt . Itaque ſecūdum verba tua ſuperiora, quia conceſſiſti anathematizandū eum qui dicit corruptibilē naturam dei,quod & Manichæū dicere manifeſtum eſt,quia noluiſti vt eſſet à te anathematizatus,eris cum illo anathematizatus. Poſt hęc cum multis verbis inter ſe agerent, FELIX dixit, Dic iam,quid vis faciam. AVG.dixit,Vt anathematizes Manichæum, cuius ſunt tantæ iſtæ blaſphemiæ. Sed ſi ex animo facis, tunc fac,nemo enim te cogit inuitū. FEL.dixit,Deus videt ſi ex animo facio : nō enim homo poteſt videre: ſed hoc peto vt cōfirmes me. AVG.dixit,In quo vis K vt te cōfirmem? FEL.dixit, Prior tu anathematiza,vt ego poſtea anathematizem. AVG. dixit, Ecce enim manu mea ſcribo,volo enim vt & tu manu tua ſcribas.

Qualiter Felix redut ad fidē catholicā.et qualiter anathematizet Manichæū & ſpiritū eius.
Cap.XXII.

FEL.dixit, Sed ſic anathematiza, vt ſpiritum ipſum qui in Manichæo fuit , & per eum iſta locutus eſt , anathematizes . Auguſtin[9] accepta charta ſcripſit hæc verba, Auguſtinus Epiſcopus Eccleſiæ catholicæ iam anathematizo Manichæum & doctrinā eius, & ſpiritū qui per eum tam execrabiles blaſphemias locutus eſt , quia ſpiritus ſeductor erat,non veritatis,ſed nefandi erroris, Et nunc anathematizo ſupradictū Manichæū & ſpiritū erroris ipſius. Et cum eādem chartā Felici dediſſet,etiā ille manu ſua hæc verba ſcripſit , Ego Felix qui Manichæo credideram,nūc anathematizo eum, & doctrinā ipſius, & ſpiritum ſeductorem qui in illo fuit, qui dixit deum partem ſuam genti tenebrarum miſcuiſſe,& eam tam turpiter liberare , vt virtutes ſuas transfiguraret in fœminas contra maſculina, & ipſas iterum in maſculos cōtra fœminina dæmonia, ita vt poſtea reliquias ipſius ſuæ partis configat in æternum globo tenebrarum. Has omnes & cæteras blaſphemias Manichæi anathemati- L
zo. Auguſtinus Epiſcopus, his in Eccleſia coram populo geſtis ſubſcripſi. Felix his geſtis ſubſcripſi.

Libri Secundi Finis.

AD LECTOREM DE LIBRIS PRAECEDENTIBVS.

IN his actis neſcio quid potiſſimum admirer, Felicis ne impudentiam, qui prouocarit ad publicam diſputationem , ad quam adeo non fuit inſtructus, vt vix aſinus poſſit inſulſius argumentari: an populi tolerantiam, quæ ſic delirantem beluam citra tumultū auſcultarit: an Auguſtini ſtomachū inuincibilem, qui tam indoctas ineptias tam diu tanta lenitate reſponderit.

EPISTOLA SECVNDINI
Manichæi ad ſanctum Auguſtinum.

DOmino merito honorabili atque laudabili & vnice percolendo, Auguſtino, Secundinus.

Habeo & ago gratias ineffabili ac ſacratiſſimæ maieſtati, eiúſq; primogenito omniū luminū regi, Ieſu Chriſto, Habeo gratias & ſupplex ſācto refero ſpi- M
ritui, ꝙ dederūt præbuerúntq; occaſionē qua ego ſecurus ſalutarē tuam egregiam ſanctitatē , domine merito laudabilis & vnice percolēde. Nec mirū. Sunt enim ad omnia bona præſtāda,& ad omnia mala arcenda ſatis aptiſſimi, quíq; tuā beneuolentiam ſuis defendant propugnaculis, eripiántq; ab illo malo, nō quod nihil eſt, ac quod factione paſſionéq; mortaliū gignitur , ſed quod paratū eſt vt veniat. Væ autē illi qui ſe eidem præbuerit occaſionem, Nā dignus es qui ab iiſdē talia munera cōſequaris, iidémq; veritatis tuæ nutritores, efficiātur vere lucerna, quā in cordis tui cādelabro dextera poſuit veritatis, ne furis aduētu theſauri tui dilapidetur patrimo- *Matth.5.*
niū: iubeántq; ſine lapſu illā manere domū, quam tu nō ſuper erroris arenā, ſed ſuper ſciētiæ lapidem colloca- *Matth.7.*
ſti: illūq; à nobis repellant atrocē ſpiritū, qui hominibus timorem immittit & perfidiā, vt animas auertat ab anguſto tramite ſaluatoris: cuius omnes impetus per illos pricipes fundūtur, cōtra quos ſe Apoſtolus í Epheſiorū Epiſtola certamē ſubire fatetē. Dicit eni ſe nō cōtra car- *Ephe.6.*
nē & ſanguinē habere certamē, ſed aduerſus pricipes & poteſtates,

A poteſtates, aduerſus ſpiritalia nequiciæ quæ ſunt in cæ-
leſtibus. Et reuera, quis enim contra arma habeat, niſi
cõtra armatum, aduerſus illũ qui mouetur? Vt enim ho
minum corpora arma peccati ſunt, ita ſalutaria præce-
Roma.6. pta arma iuſticiæ. Hoc Paulus, hoc ipſe teſtatur Mani-
chæus. Non ergo armorũ pugna eſt, ſed ſpirituum, qui-
bus vtũtur. Pugnant autẽ animarum gratia. Horum in
medio poſita eſt anima, cui à principio natura ſua de-
dit victoriam. Hæc ſi vna cum ſpiritu virtutem fecerit,
habebit cum eo vitam perpetuam, illudq́; poſſidebit re-
gnum, ad quod dominus noſter inuitat: Si vero ab ſpi-
ritu viciorũ incipiat trahi & conſentiat, ac per conſen-
ſum pœnitudinẽ gerat, habebit harum ſordium indul-
gentiæ fontem. Carnis enim commixtione ducitur nõ
propria voluntate. At ſi cum ſeipſam cognouerit, con-
ſentiat malo, & non ſe armet contra inimicum, volun-
tate ſua peccauit. Quam ſi iterum pudeat erraſſe, paratũ
inueniet miſericordiarum authorem. Non enim puni-
tur quia peccauit, ſed quia de peccato nõ doluit. At ſi cũ
eo peccato ſine venia recedat, tũc excludetur, tunc vir-
Matth.25. gini ſtultæ comparabitur, tunc hæres erit ſiniſtræ ma-
Matth.22. nus, tunc à domino pelletur ex cõuiuio nuptiarum, ni-
B grarum cauſa veſtium, vbi fletus erit & ſtridor dẽtium,
ibiq́; cum diabolo ad ignem originis ipſius, quem tua
mira prudentia, aut ex archangelo factum, memorat,
aut nihil eſſe fatetur. Cur ergo regnabunt iuſti, cur Apo
ſtoli & martyres coronabũtur? Totum propterea quia
vicerunt nihil? O quantum fruſtratur vincentis poten-
tia, cum aduerſarius nullius virtutis eſſe prædicatur. Mu
ta quæſo ſententiam, depone Punicæ gentis perfidiam,
& receſſionem tuam ad veritatem, quæ per timorem fa
cta eſt, conuerte. Noli his mendaciis te excuſare. Legit
enim aliquanta exile meum & qualecunque eſt Roma-
ni hominis ingenium, reuerendæ tuæ dignationis ſcri-
pta, in quibus ſic iraſceris veritati, vt philoſophiæ Hor-
tenſius. Hæc itaque cum ſuſpenſo animo agiliq́; oculo
iterum iterumq́; repetiſſem, ſummum inueni vbique o-
ratorem & deum penè totius eloquẽtiæ, nuſquam vero
comperi Chriſtianum: & armatum quidem contra om
nia, affirmantem vero nihil, cum te magis ſcientia peri-
tum debueris oſtendere, non ſermone. Illud vero ta-
cere non poſſum tuæ patientiſſimæ ſanctitati, Viſus e-
nim mihi es, pro certo ſic eſt, & nunquam fuiſſe Mani-
C chæum, nec eius te potuiſſe arcana incognita ſecreti co
gnoſcere, atque ſub Manichæi nomine perſequi te hu-
milem atque Mithridatem. Ego nanque fateor non ta-
li diligentia nec tanta induſtria Anicianæ domus mi-
care marmora, quãta tua ſcripta perlucent eloquentia.
Hanc ſi voluiſſes veritati concordare, magnum vtique
Ioan.19. nobis extitiſſet ornamentum. Noli rogo contra tuam
venire naturam, noli eſſe erroris lancea, qua latus percu
titur ſaluatoris. Vides enim illum & in omni mundo,
& in omni anima eſſe crucifixum, quę anima nunquam
habuit cauſam ſuccenſendi. Et tu igitur qui ex ipſa es,
dimitte quæſo iam vanas incuſationes, ſuperfluas relin-
que controuerſias. Tanto tempore cum parente tuo in
medio tenebrarum conſtitutus, nunquam ſubſannaſti.
In mediũ Solis ac lunæ inuentus es accuſator. Quis igi-
tur tibi patronus erit ante iuſtum tribunal iudicis, cum
& de ſermone, & de opere cœperis te teſte conuinci?
Perſa quem incuſaſti non aderit. Hoc excepto, quis te
flentẽ conſolabitur? Quis Punicum ſaluabit? An emen-
Matth.7. datum in Euangelio eſt, quòd ſpacioſa via non deducit
Roma.14. in interitum? An falſum in Paulo eſt, quòd operum ſin-
guli ſuorum non erunt reddituri rationem? O vtinam

à Manichæo recedens, Academiã petiſſes, aut Roma- D
norum bella, qui omnia ſuperarunt, interpretatus fuiſ-
ſes: quàm magna ibi, quàm egregia comperiſſes, & non
caſtus homo vtiq; totius pudiciciæ & paupertatis, iſſes
ad Iudæorum gentes Barbaras moribus: cum præce-
ptis inſeris fabulas, & adducis vxorem fornicariam, & Oſee.1.
facies filios fornicariæ, & fornicando fornicabitur ter-
ra à domino, & non lauabis manus poſt coitum coniu-
gis, & mitte manus ſuper femur meũ, & macta & man- Gene.24.
duca, & creſcite & multiplicamini. An tibi leones in la- Actor.10.
cu placuerũt, quia caueæ non erant? An tibi ſterilitas Sa- Gene.1.
ræ doluit, cuius pudoris diſtractor maritus ſororẽ fin- Gene.12.12.
gens extiterat? Sed forte poſt Daretis & antelli certa- & 20.
men, Iacob & ipſius pammachiam expectare volueras? Aenei.5.
An numerũ Amorreorum: an pancarpum in arca Noë Gene.32.
conſpicere diſpoſueras? Noui ego te hæc ſemper odio Gene.7.
habuiſſe, noui ego te ſemper magna amauiſſe, quę terras
deſerant, quæ cœlos peterẽt, quæ corpora mortificarẽt,
quæ animas viuificarent. Quis igitur ille eſt qui te repẽ-
te mutauit, quanquam hæc tuæ ſanctitati dicere nimis
abſurdum ſit? Ipſe enim nõ ignoras quàm peſſimus ſit;
quamq́; malignus, quique etiam tanta calliditate aduer E
ſus fideles & ſummos viros militat, vt & Petrũ coëge- Matth.26.
rit ſub vna nocte tertio dominum negare, & idem re- Ioan.20.
ſurgenti Thomam non permiſerit credere: quæ tamen
vulnera curata ſunt indulgentiæ medicina. Illud vero
quàm audacter molitus ſit, vt domino optimum ſemen Matth.13.
ſeminanti, ille zizania miſcuerit, & tanto paſtori Sca- Ioan.13.
riotẽ rapuerit: & vt ad vltimũ crucis ſuppliciũ venire-
tur, in perniciem ipſius Scribas Phariſæosq́; accenderit, Matth.27.
vt Barrabam dimittere clamarent, & Ieſum crucifige-
rent. Euaſimus igitur, quia ſpiritalem ſecuti ſumus Sal-
uatorem. Nam illius tantũ eruperit audacia, vt ſi noſter
dominus carnalis foret, omnis noſtra fuiſſet ſpes ampu
tata: & tamen ne ipſo quidem crucis opprobrio potuit
ſatiari: quinimmo inſaniens, hinc egit ſpinis coronari,
illinc aceto potari: hinc militum lancea percuti, illinc
ſiniſtri latronis ore blaſphemari. Ac poſtea tãtum eius
creuit iniquitas, vt & ipſo & Apoſtolis eius illuc aſcen-
dentibus diuerſas componeret quæſtiones, ſub eorum,
quod peius eſt, nomine ſuperſticioſis omnibus, id eſt, ca
tholici vocabuli diuidens dignitatem. Omitto nanque 1.Timo.1.
quatenus vnumquenq; diſcipulorũ aduerſus magiſtros F
armauerit, quatenus Hymenęum, quatenus Alexãdrum
deceperit, quæ apud Antiochiã, quæ apud Smyrnã, quæ
apud Iconium cõmiſerit: illa nunc addo quæ præſens
actitat multitudo, à qua tãtum virtus procul eſt, quantũ
populo clauſa eſt. Nec enim virtus eſt ad quam turba
peruenit, & turba quàm maxime fœminarum. Sed ve-
reor clãdeſtina eorũ publicare, ne ab aliis otdita crimi-
na geminentur: quanquam ſapientum eſt vtrunque fer-
re, vtrunq; ridere, & ad illud tantum niti, quod beatitu-
dinem conciliat, quod parturit vitam. Et tamen iterum
atque iterũ ſupplex deprecor, oro etiam atq; etiam ob-
ſecro, primum quidem veniam largiri digneris, ſi quo
ſermone fuerit tuum titillatum aureum pectus: ardore
enim hoc nimio feci, quia nolo te à noſtro grege diuel-
li, à quo etiam egoipſe aberrans penè perirem, niſi ci-
to me de iniqua communionis tuliſſem natura. Dein-
de vt concilies te illi, quæ in te nihil deliquit: redeas
ad illam quæ tibi & in dierum culpam, non erit ſuc-
cenſura. Nec enim ſepties tantum nouit ignoſcere, Matth.18.
quinimmo habet & ligandi & ſoluendi poteſtatem.
Noli te fingere palpare qui dudum vidiſti: noli velle
diſcere qui potes docere. Dimitte hominum gloriam, ſi

G vis Chriſto placere. Temporibus noſtris renoua Paulũ,
Philip.3. qui cum legis Iudaïcæ doctor eſſet, conſecutus à domi-
no apoſtolatus gratiam, quæ putabat commoda, contẽ-
pſit vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaceret. Subueni ani-
mæ tuæ tam lucidæ, quia ignoras quali ſit fur hora ven-
turus. Noli ornare mortuos, quia viuorum es ornamẽ-
Matt.24. tum. Noli comes eſſe lati itineris, quia Amorreum expe
ctat, ſed ad arctam feſtina viam, vt conſequaris vitam
Matt.7. æternã. Deſine quæſo vtero claudere Chriſtum, ne ip-
Luca.2. ſe rurſum vtero concludaris. Deſine duas naturas face-
re vnam, quia appropinquat domini iudicium. Væ qui
Eſa.5. accipiunt, qui quod dulce eſt, in amaritudinem transfe-
runt. Sed ſi dubitas de principio, ſi ambigis de pugnæ
exordio, poterit diurno tractatu pacificoq; colloquio
reddi ratio. Illud tamen notum facio tuæ ſagaciſſimæ
bonitati, quia ſunt quædam res quæ exponi ſic non poſ
ſunt vt intelligantur. Excedit enim diuina ratio mor-
talium pectora. Vtputa hocipſum cum ſint duæ natu-
ræ: aut quare pugnauerit qui nihil poterat pati: necnon
etiã de ſeculo nouo, quod idem memorat, quia præte-
H ritis maxime illius terræmotibus hoc ædificetur. Quis
autem admittat inter diuina præcidi, ſcilicet niſi figu-
rã facias interpretantis ad auditorem, quia ab hoc ver-
ba præciduntur, & in illo componuntur. Et quanuis tra
ctator multa dixerit quæ teneat apud ſe auditor, tamen
à tractatore non receſſerũt: niſi taliter & de illo ſentias
ſeculo, & id quod dicitur ſtultum ſatis & ineptum. Ita
quoque & de pugna, quòd niſi primo conücias, quia
deus totus iuſticia eſt, vltimum autem facinus eſt inua-
dere aliena: ad hoc vero cum venerit contraria natu-
ra, ille quidem nihil poterat pati, quia præſcius erat: vi-
ſus fuiſſet facinori cõſenſiſſe niſi pugnaſſet: & ideo ma-
gnam oppoſuit venienti virtutẽ, vti iuſticia ipſius nulla
pollueretur ſacrilegij cõſenſione. Ita enim homo iuſtus
finitus eſt, vt nec ipſe peccet aliquando, nec aliquando
conſentiat peccatori. Illud etiam quia dicitur, in ſuo re-
gno potens erat in natura, vt omnipotens eſſet iudex.
Hæc ſiquidem ita dicta ſunt, non vt ille factus eſt, ſed vt
aſſequi ego non valui: adhuc non ſatiſfaciunt perfidiæ,
nec cæcis ſol exortus eſt, nec ſurdis vox audita eſt, nec
dapes mortuis præparatæ. Quòd autem loca naturis aſ-
ſignari non poſſunt, hoc eſt quod conditio humana
inenarrabile vocat atque ineffabile. Saluator autem cui
I totum facile eſt, duo hæc dextrum vocat ac læuum, in-
tus ac foris. Venite, ac recedite. Tu autem conuerſum
facis & pedem ponis, vt eſt orbis, vita, ſalus, lumen, lex,
ordo, poteſtas: ſi vocalem dicis & mutam, longam vo-
cas breuem, quæ naturæ hæc non ſonant, duo pro certo
ſignificant, & abinuicem ſeparata. Sed tuæ admirandæ
ſublimique prudentiæ cum talia à me exponuntur, ta-
le eſt quale ſi Iordanis Oceano aquam commodet, aut
ſoli lucerna lucem, aut populus Epiſcopo ſanctitatem.
Quam ob rem ferre oportet quicquid hæc Epiſtola cõ
tinet. Nam & ego niſi tuam diuinam noſſem patien-
tiam, quę facile cuique condonat, nunquam taliter ſcri-
pſiſſem: quanuis certas eximios me ſenſus ſummatim
tetigiſſe plurimúmque cauiſſe, ne tibi multus viderer.
Quocirca hæc fidem penes tuam repererint ſanctita-
tem, qualiterq; ſaluemur: alioquin ſimilia voluminum
exinde poteris generare. Domine merito laudabilis &
vnice percolende vale.

Epiſtolæ Secundini Manichæi finis.

DIVI AVRELII K
AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, CONTRA SECVNDINVM MANICHAEVM. LIBER VNVS.

TVa in me beneuolentia, quæ ap- *Refellit Au*
paret in literis tuis, grata mihi *guſtinus ſi-*
eſt: ſed quàm te redamari à me *niſtrũ ſenti*
oportet amantem me, tam tri- *re Secũdini:*
ſtis ſum quòd tenaciter inhæſi- *licet bonum*
ſti ſuſpicionibus falſis, partim *et verũ ad-*
aduerſus me, partim aduerſus *mittat, &*
ipſam quæ mutari non poteſt *malã inten*
veritatem. Sed quod de animo meo verum non ſentis, *tionem ex-*
facile cõtemno. Hoc enim ſentis, quod & ſi in me non *cuſet. Ca.I.*
agnoſco, fieri tamẽ poteſt vt ſit in homine. Ergo etiam
ſi erras in me, non tamen ita erras, vt me de hominum
numero eximat tua opinio: quia id de me credis quod
fieri poteſt in animo humano, etiam ſi non ſit factum
in animo meo. Nec igitur opus eſt, vt tibi hanc ſuſpi- L
cionem magnopere conet auferre. Non enim ſpes tua
pendet ex me, aut bonus eſſe non poteris niſi ego fue-
ro. Senti de Auguſtino quicquid libet, ſola me in ocu- *11. quæſt.3.*
lis dei conſcientia nõ accuſet. Quod enim ait Apoſto- *cap. Senti.*
lus, Mihi minimum eſt vt à vobis iudicer, aut ab huma- *1.Cor.4.*
no die. Ego autem vicem tibi non rependam, vt de tua
mente aliquid exiſtimare in malam partem audeam,
quod intueri non valeo. Nec dico quòd me ſubdole la
cerare volueris: ſed tantum de te opinor, quantum de
te indicas verbis. Quamobrem etſi non bona de me
ſuſpicatus ſis, quòd carnali timore alicuius incommo-
ditatis, quæ de veſtra ſocietate mihi accidere poterat,
hęreſim Manichęorum relinquerem, vel cupiditate ho
noris quem in catholica adeptus ſum: tamen non de
te viciſſim male ſentiens, credo eſſe beneuolam ſuſpi-
cionem tuam, & hoc non criminandi cauſa, ſed corri-
gendi ſtudio ſcripſiſſe te exiſtimo. Si autem mihi ac-
commodares credendi beneuolentiam, quoniam late-
bras animi mei arguis, quas vtique promere ad oculos
tuos & demonſtrare non poſſum, facile de ipſo muta-
res ſententiam, & nolles amplius temere affirmare M
quod neſcis. Ego enim fateor, timore Manichæos *Quare reli-*
deſerui, ſed timore illorum verborum quæ per Apoſto- *querit Au-*
lum Paulum prolata ſunt, Spiritus, inquit, manifeſte di- *guſtinꝰ Ma*
cit, quòd in nouiſſimis temporibus recedent quidam à *nichæos: &*
fide, attendentes ſpiritibus ſeductoriis & doctrinis dæ- *quòd doctri*
moniorum in hypocriſi mendaciloquorum, cauteria- *na ipſorũ ſit*
tam habentes conſcientiam ſuam, prohibentes nubere, *fallaciſſi-*
abſtinentes à cibis, quos deus creauit ad percipiendum *ma. Ca.II.*
cum gratiarum actione fidelibus, & iis qui cognoue-
runt veritatem. Omnis enim creatura dei bona eſt, &
nihil abiiciendum quod cum gratiarum actione perci-
pitur. Quibus verbis etſi alios fortaſſe hæreticos, tamen
maxime Manichæos breuiter aperteq; deſcripſit. Hoc
ergo timore cum in puerili ingenio ſaperem, me ab il-
la ſocietate diuulſi. Amore quoq; honoris arſiſſe me fa-
teor, vt inde diſcederem: ſed illius honoris de quo idẽ
dicit Apoſtolus, Gloria autem & honor & pax omni o- *Roma.2.*
perãti bonum. Quis autem operari bonũ conabitur, qui
non in voluntate mutabili, ſed in natura incõmutabili
malum eſſe putauerit? Vnde & ipſe dominus, eis qui bo
na ſe loqui arbitrabãtur cum eſſent mali, Aut facite, in- *Matth.12.*
quit, arborem bonam & fructum eius bonum: aut facite
arborem

A arborem malam & fructũ eius malum. Malis vero iam mutatis in bonum, Apoſtolus ait, Fuiſtis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. *Ephe.5.* Sed ſi non vis mihi de animo credere, exiſtima vt libet, tantum de ipſa veritate caue quid ſeotias. Tentatio te non apprehendat oiſi humaoa, *1.Cor.10.* Humanus enim error eſt, vt id factum in anima mea credas, quod fieri potuit, etiam ſi non eſt factum. Cum vero ſacrilegam, & nõ ſolum falſiſſimã, ſed fallaciſſimã fabulam Perſicam, non de quolibet homine, ſed de ſummo deo mendaciis contaminatiſſimis contextã atque confictam putas eſſe veritatem, non eſt hoc modo prætereundum, neq; tanta mors aoimæ contemnẽda. Eſt enim quod tecum agi poſſit: quia ſicut de animo meo nihil amplius poſſum dicere, niſi vt credas mihi: quod ſi nolueris, non inuenio quid faciam. Ita etiam cum de ipſa luce aoimorum, quã rationales mentes quanto puriores, tanto trãquillius intuentur, falſum aliquid exiſtimas, tibi poteſt ſi patienter audias demõſtrari, quàm ſit remotiſſimum à veritate quod ſentis. Sicut enim ſenſum oculi tui ſentire non poſſum, nec tu mei, ſed tantummodo nobis de hac re credere vel non B credere poſſumus: illam vero ſpeciem quæ noſtris oculis viſibilis ſubiacet, inuicem nobis valemus oſtendere. Sic de affectionibus animorũ ooſtrorum, quas proprias habemus, credamus nobis ſi placet: ſi autem uoo placet, noo credamus. Rationem autẽ veritatis, quæ nec mea nec tua eſt, ſed vtriq; noſtrũ ad contemplandum propoſita, ſine peruicaciæ caligine, ſerenatis mentibus pariter attendamus. Nec alia documenta tibi proferã, quibus Manichæi error apparet, quàm ex epiſtola tua. Scribis enim habere te & agere gratias ineffabili ac ſacratiſſimæ maieſtati, eiúſque primogenito omnium luminũ regi, Ieſu Chriſto. Dic mihi quorum luminum ſit rex Ieſus Chriſtus? Eorúm ne quæ fecit: an eorum quæ genuit? Nos enim dicimus deum patrẽ genuiſſe filium æqualem ſibi, creaſſe autem per eum, hoc eſt coodidiſſe ac feciſſe creaturam inferiorem, quæ vtiq; non eſt quod eſt ille qui fecit & per quem fecit. Itaque quoniam per eum fecit ſecula, recte ab Apoſtolo dictus eſt, rex ſeculorum, tanquam ſuperior inferiorum, & regendi potẽs, regẽs ea quæ regimioe indigent. Tu autem cum Ieſum C Chriſtum regem luminũ appellas, ſi genuit ea, cur non ſunt æqualia generanti? Si autem dicis æqualia, quo modo rex eorum eſt, cum regem oeceſſe ſit regere, nec vllo pacto fieri poſſit, vt ſint ea quæ reguntur ei à quo reguntur ſimilia? Quòd ſi non genuit, ſed fecit hæc lumina, quæro vnde fecerit? Si de ſeipſo propagauit, cur ergo inferiora ſunt? Si aotem non de ſeipſo, dic vnde? An forte nec fecit nec genuit lumina quibus regnat? Habẽt ergo originem propriam atque naturam, ſed profecto inualidiorem, vt à potentiore vicioo vel patiãtur ſe regi vel cupiant. Nòone cognoſcis, ſi ita eſt, excepta gente tenebrarum iam duas eiſe naturas, alteram alterius egere auxilio, ſed neutram ex alterius pẽdere principio? Haoc profecto opinionem tu repudias, quoniam Manichæo maxime aduerſa eſt, qui oon duas naturas, regẽ luminum & lumina quæ reguntur, ſed duas naturas regnum lumioum & regnum tenebrarum perſuadere conatur. Refugies igitur ad id, vt genita dicas hæc lumina: vbi cũ quæſiero, cur infirmiora ſint, contendere fortaſſe tentabis æqualia. Sed cum retulero, quæ cauſa eſt, vt regãtur? negabis regi. Hinc reſpondebo, cur habent regem? Vbi non video quid reſtat ingenuitati tuæ, niſi vt te pœniteat tale oſtium poſuiſſe in epiſtola tua, per quod tuipſe exire non poſſis. Sed etiã cum te pœniterit & dixeris, non ideo Manichæũ victum putari oporD tere, quòd tu aliquid in literis tuis incautius poſuiſti innumerabilibus locis de libris Manichæi recitabo, Regnum lucis ab eo vocari, quod regno tenebrarum naturaliter conſtituit eſſe contrarium: oec regnum, ſed regna. Quandoqoidẽ in ipſa epiſtola ruinoſi fundamenti cum de deo patre loqueretur, Nullo, inquit, in regnis eius, aut iodigente, aut ioſirmo cõſtituto. Vbi autem regna ſunt, quis tam cæcus eſt, qui non iotelligat æquales reges iis, quibus regnant omnino eſſe noo poſſe? Quid igitur tã vicinum ſi velis aduertere, & tam cooueniens honeſtati pectoris tui, quàm vt te pœniteat illud in epiſtola poſuiſſe? Eſt enim veriſſime Ieſus Chriſtus rex lumioum, nullo modo ſibi ęqualium, ſed ſubiectorum, & eorum rector beatorum. Pœniteat autẽ te potius fuiſſe Manichæum, cuius omnes deceptorias machinationes veridica frõs epiſtolæ tuæ vno ictu arietãte ſubuerterit. Quia enim Chriſtus luminum rex eſt, oec de ſeipſo genuit inferiora quibus rex eſſet: nec ea vicina ſibi quibus regoaret aſſumpſit, quę oec genuerit ipſe nec fecerit: ne ſint duo genera boni, quorũ neutrũ ſit ex altero, ſed nec vnum indigẽs altero, quod à tramite veritatis alienum E eſt: reſtat vt ea lumioa quibus regnat, quæ vtique bona ſunt, quia inferiora ſuot non genuerit: quia propria ſunt, non vſurpauerit, ſed fecerit & condiderit deus.

Quòd Secũdinus ſuis propriis verbis vincatur ab Auguſtino. Ca.III.

Si volueris quærere vnde fecerit, & imagioari cœperis adiutoria materiæ quam ipſe noo fecit, vt ibi non videarur omoipotens facere quod vellet, niſi cum aliqoa res quam non fecerat adiuuaret, rurſus inexplicabiles caligines erroris patieris. Sed dicta prophetica ſobrio captu intelligentiæ ſublimi atque ineffabili oiateſtati apertiſſime adiunguntur. Ipſe dixit, inquiunt, & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt. Ita videbis quo modo dicatur in catholica fide, quòd deus de nihilo fecerit omoia bona valde. Si enim de aliquo fecit, vtiq; aut de ſeipſo, aut non de ſeipſo. Sed ſi de ſeipſo, noo ergo fecit, ſed geouit: cur igitur inferiora genuit? Nam eorum niſi inferiora eſſent, rex eſſe non poſſet. Si noo de ſeipſo, oõ vtiq; de aliquo quod ipſe oon fecit: alioquin de alieoo fecit: & erat iam bonum quod ipſe non fecerat, vnde ſibi regnum ſtatuerat. Quod ſi ita eſt, incipit non eſſe bonorum operum creator, quia erat bonum F quod ipſe noo creauerat. Non enim de malo alteno lumina quibus regoaret efficeret. Relinquitur itaque, vt ſi de re aliqua fecit, de illa fecerit quam ipſe iam fecerat.

Quòd deus cũa de nihilo, & nũ aliquo præiacẽti fecerit. Cap.IIII.

Pſal.32.

Gene.1.

Ita fit vt primas origines condendarum rerũ de nihilo deũ feciſſe fateamur, oiſi quia forte ineffabilis ac ſacratiſſimæ maieſtatis primogenitum Ieſum Chriſtum eſſe dixiſti: non ſecundum ſuſceptionẽ homiois, in qua per adoptionem vocatos, ſicut Apoſtolus dicit, & ſicut catholica credit fides, habere dignatus eſt, quibus eſſet primogeoitus: ſed potius ſecuodum ipſam diuinitatis excellentiam vis eum primogenitum iotelligi, vt illa lumina io quibus regnat ſemper eius ſint: non facti à patre per ipſum, ſed geniti à patre poſt ipſum: vt ſint ipſi poſtgeniti, ille primogeoitus, omnes tamen de propria patris eademq; ſubſtantia. Quòd ſi ita credis, primum contradicis Euãgelio, vbi etiam vnigenitus dictus eſt, Et vidimus, inquit, gloriam eius tanquam vnigeniti à patre. Quooiam nullo modo verum diceretur, ſi ſempiterna quoque virtus eius ac diuinitas, qua conſubſtantialis eſt patri, & eſt ante omnem creaturam: niſi ex eadem ſubſtantia ſemper haberet. Itaque cum & vnigenitum & primogenitum eum diuina teſteotur eloquia. Vnigenitũ, quia ſine fratribus: Primogenitũ, quia cum

Quare Chriſtus dicatur vnigenitus & primogenitus, et nos ſecũdũ adoptionẽ primogeniti. Cap.V.

Ioan.1.

G fratribus : non inuenies quo modo vtrunque de illo ſe-
Chriſtus v- cundum eandem nâturam diuinitatis intelligas. Fides
nigenitus et vero catholica, quæ inter creatorē creaturamq; diſtin-
primogeni- guit, oullā patitur in his duobus nominibus intelligen-
tusque mo- di difficultatem, vnigenitum eum accipiens ſecuodum
do. id quod ſcriptom eſt, In principio erat verbum, & ver-
Ioan.1. bum erat apud deū, & deus erat verbum. Primogenitū
autem vniuerſæ creaturæ, ſecuodū id quod Apoſtolus
Coloſ.1. ait, Vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus, quos ei
pater ad fraternam ſocietatem, non æqualitate ſubſtan-
tiæ, ſed adoptiooe gratiæ generauit. Lege itaq; ſcriptu-
ras, nuſquā iouenies de Chriſto dictum, quòd adoptio-
Roma.8. ne ſit filius dei. De nobis autem ſæpiſſime legitur, Acce
piſtis ſpiritum adoptionis filiorum: adoptionem expe-
Ibidem. ctantes redemptionem corporis noſtri: vt adoptionem
Gal.4. filiorum recipiamus: prædeſtinauit nos in adoptionem
Ephe.1. filiorum: Geos ſaocta, populus in adoptionem, Voca-
1.Petri.2. uit vos per Euangelium noſtrum in adoptionē gloriæ
2.Theſ.2. domini ooſtri Ieſu Chriſti. Et ſi qua talia recordâti vel
legeoti occurrerint. Aliud eſt enim per patris excellen-
tiam eſſe vnicum filium dei, aliud per miſericordē gra-
tiam accipere poteſtatem filios dei fieri credētes in eū.
H Dedit eis, inquit, poteſtatem filios dei fieri. Non ergo
Ioan.1. erant natura, cum poteſtatem vt fierent acceperunt cre-
dendo in ipſum, Cui vnico nō pepercit, ſed pro nobis
Roma.8. omnibus tradidit eum, vt apud ſe vnigenitum, ad nos
primogenitum faceret. Ex illo igitur quòd vnigeoitus
eſt, non ex carne, non ex ſanguine, non ex voluntate
Ioan.1. viri, neque ex voluntate carnis, ſed ex deo natus eſt. Ex
illo autem qoòd primogenitus in Eccleſia fratribus fa-
ctus eſt, verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.
Ephe.2. Nos quoque inquantum naturaliter filij irę fuimus, hoc
eſt vindictæ filij, vinculo mortalitatis obſtricti, quanuis
illo creante atque inſtituente, qui proculdubio à ſum-
mis vſque ad ima, omnia in menſura & oomero & pō-
dere diſponit & format, tameo ex carne & ſanguine, &
Sapien.11. ex voluntate carnis nati ſumus. Inquātum autem acce-
pimus poteſtatem filij dei fieri, nec nos ex carne & ſan-
guine, aut ex voluotate viri, aut ex voluntate carnis, ſed
ex deo, non quidem coæquante natura, ſed adoptante
I gratia naſcimur. Deinde ſi iam concederem non
Primogeni- eſſe vnicum patri Ieſum Chriſtum, ſecundum eiuſdem
tꝰ an ſit pri- ſubſtantiæ diuinitatem, ſed habere ſemper poſt ſe na-
or duratiōe tos quibus eſſet primogenitus, quo modo rex eorum
vel aliquo eſſe poſſet? Quæſo te: an auderes dicere eo fortiorem
alio modo. natum eſſe, quo priorē? Puderet certe ita ſentire. Non
Cap.VI. autem ita ſentis, quid igitur ſeotis? Leni animum tuum,
& placabilem te redde conſiderandæ ſine pertinacia
veritati. Hoc enim etiā abs te requiram, quo modo in-
telligas primogenitum Ieſum Chriſtum in illa diuina
atque optima æternâque ſubſtantia: vtrum tempore pri-
mus eſt genitus, vt poſteriores natos io illo regoo iotel-
ligamus, quibus eſt primogenitus? Neq; poſſumus dice-
re quot horis vel diebus, menſibus aut annis maior ſit,
qui ortus eſt prior, ſed tamen aliquo interuallo atque
ſpacio temporaliter has generationes diſcretas eſſe co-
gitemus. An vero non tempore, ſed ipſa excellentia ſu-
blimioris vtique maieſtatis, qua etiam rex eſſe fratribus
luminibus meruit, primogenitū accipimus, tanquam in
aliquo genitum principatu? Si reſpooderis eom tempo-
re fratribus priorem eſſe atque maiorem, vt iam ex hoc
& regnum inſuper delatum eſſe contendas, quod eos
naſceodo præceſſerit, & aliquando ipſe fuerit cum illi
non dum eſſent, quid dicis frater? Itâne pręcipitabis cor
tuum in hoc impietatis abruptum, vt exiſtimes in illā

diuinam ſummâmque naturam mutabilitatem tempo- K
ris cadere, & credas ibi aliquid exiſtere, quod ante non
fuerit? An forte oportebat inde aduerſus tenebrarum
gentem lumina progredi: progreſsiones ipſas genera-
tiones vocas, quas temporaliter factas putas, vt tempo-
raliter pugoaretur? Non ergo poterat vnum lumen ſuf
ficere, quod totum illud bellicum negocium diuina
virtute perageret. Aut ſi multis opus erat, hoc nunc ſpi-
ritalius ſentiendum eſt, vt anguſtum arbitremur adirū
fuiſſe, quà ſimul exire non poſſent, vt ex eo quòd vnus è
fratribus prior exiret, & primogenitus dici, & rex fieri
cęteris mereretur. Nolo minutatim ſingula perſequi, ne
ingenio tuo, valenti ex paucis cuncta conſpicere, nimis
onerosus ſim. Erige igitur aciem mētis, nebulas conten
tionis abſterge. Video profecto neque ſecundum loca,
neque ſecundum tēpora, motus, progreſſus, exortus, oc-
caſus, vllâſve cōuerſiones fieri poſſe, niſi in creatura mu
tabili: quæ tamen niſi eſſet ex artifice & conditore deo,
non dixiſſet Apoſtolus, Et ſeruierunt creaturæ potius L
quàm creatori, qui eſt benedictus in ſecula. In hac e- *Roma.1.*
nim ſententia maxime duo ſunt neceſſaria, quę mecum *Quòd Chri*
intuearis, peto. Vnū, quia ſi creatura aliena eſſet à deo, *ſtus dei filiꝰ*
non eius creator deus ab Apoſtolo diceretur. Alte- *nō ſit crea-*
rum, quia ſi vnius eiuſdémque ſubſtantiæ creator & *tura, ſed pa*
creatura eſſent, non reprehenderentur, qoia ſeruierunt *ni conſub-*
creaturæ potius quàm creatori, quooiam cuicunque *ſtantialis.*
ſeruiſſent, ab eadem natura atque ſubſtantia oon receſ- *Cap.VII.*
ſiſſent. Quomodo enim nemo poteſt ſeruire filio qui
non ſeruiat & patri, quia vtriuſque eſt vna ſubſtantia: ſic
nemo poteſt ſeruire creaturæ, niſi ſeruiens creatori, ſi
eſſet vtriuſque vna ſubſtantia. Vnde ſi iam diſcernis, &
ſapis, plurimum attenderes eſſe inter creatorē & crea-
turam: atque oportet intelligas prolem creatoris non
eſſe creaturam, nec ſibi eſſe inferiorem, ſed æqualem
eiuſdémque ſubſtantiæ. Ac per hoc ſi quis coleret eiq;
ſeruiret, ſimul etiam creatori eius & patri cultum ſer-
uitutémque præberet. Cum vero reprehenduotur ab
Apoſtolo, & deteſtabiles habentur qui coluerunt & ſer-
uierunt creaturæ potius quàm creatori, ſatis oſtenditur
illius & huius diuerſas eſſe ſubſtantias. Sicut enim non M
poteſt videri, hoc eſt intelligi filius, niſi in ipſo intelli- *Ioan.14.*
gatur & pater, ipſe enim dicit, Qui me videt, videt &
patrem: ſic non poteſt coli filius, niſi in eo colatur & pa-
ter. Et ideo ſi creatura filius eſſet, non coleretur ſine
creatore, neque damnarentur qui creaturam potius
quàm creatorem coluerunt. Perſpicis itaque iam vt ar-
bitror, nō tibi congruere vt dicas primogenitum ſecre-
tiſsimæ atque ineffabilis maieſtatis, & omnium lumi-
num regem Ieſum Chriſtum, oiſi Manichæus eſſe deſti-
teris, vt creaturā à creatore diſcernas: vt Ieſus Chriſtus
& vnigenitus ſit ſecundum id quod verbū dei eſt, deus
apud deum pariter incommutabilis & pariter æternus, *Ioan.1.*
non rapinam arbitrans eſſe æqualis deo: & primogeni- *Philip.2.*
tus omnis creaturæ, ſecundum id quod in ipſo condita *Coloſ.1.*
ſunt omnia, in cœlis & in terra, viſibilia & inuiſibilia.
Agnoſcis enim, vt opinor, verba Apoſtoli ad Coloſ- *Deum mu-*
ſenſes. Quapropter cū abs te quæro, vode ſit facta *tabilem vel*
vniuerſa creatura, quāuis in ſuo genere bona, creatore *creaturā im*
tamen inferior, atque illo incommutabili permanente, *mutabilem*
ipſa mutabilis, non inuenies quid reſpōdeas, niſi de ni- *dicere, im-*
hilo factā eſſe fatearis. Et ideo poteſt vergere ad nihilū, *pium eſt.*
quādo peccat illa creatura, & portio quæ poteſt pecca- *Cap.VIII.*
re, non vt nihil ſit, ſed vt minus vigeat, minuſq; firma
ſit. Nā minꝰ vigere & minus valere, ſi oīno perducas ad
vltimū, remanet nihil. Diligit ergo ſpōte vanitatē, cum
deſerta

A deſerta ſoliditate veritatis, opinabilia ſequitur, id eſt, mutabilia. Cum autem inde meritas pœnas luit, ſubijcitur nõ ſponte vanitati, ſicut ſubiecta eſt in homine peccante. *Roma.8.* Hinc enim ait Apoſtolus, Omnis creatura vanitati ſubiecta eſt, non ſponte: quia & in homine omnis eſt. Ineſt quippe homini & inuiſibile quid ſecundum animā, & viſibile ſecundū corpus. Omnis autē creatura partim eſt viſibilis, partim inuiſibilis: nec tamen omnis in pecore cui mēs intellectualis nõ eſt. In ſpē ſanè ſubiectam eſſe dicit, propter miſericordiā liberantis per remiſſionē peccatorū & adoptionē gratiæ. Tu vero ſi fateri nolueris à patre per filiū in bonitate ſpiritus ſancti, quæ trinitas conſubſtantialis, & æterna, & incommutabilis ſemper manet, de nihilo factam eſſe creaturam, bonam quidem, ſed tamen imparem creatori atque mutabilem, cogeris vtiq; ſacrilegia dicere, vt aliquid deus de ſeipſo genuerit quod nõ ſit æquale gignenti, & poſſit ſubijci vanitati: aut ſi æquale dixeris, erit vtrunq; mutabile. Quæ maior impietas quàm iſta credere ac dicere, & male peruerſa opinione deum in deterius, quàm correcta ratione ſeipſum in melius commutare? Si autē B timueris dicere mutabilem deū, quia reuera magna eſt & apertiſſima impietas: dixeris etiam creaturam eſſe incommutabilem, vt eam parem facias creatori, & vnius eiuſdemq; ſubſtantiæ: rurſus tibi tua Epiſtola reſpondebit. *Supra in epiſtola Secundini.* Vnde enim eſt anima illa, quam ponis in medio ſpirituum, cui a principio dicis naturam ſuam dediſſe victoriam: eique legem conditionemq; proponis, quia ſi vna cum ſpiritu virtutem fecerit, habebit cum eo vitam perpetuam, illudq; poſſidebit regnū ad quod dominus noſter inuitat: Si vero ab ſpiritu viciorum incipiat trahi, ac poſt conſenſum pœnitudinem gerat, habebit harum ſordium indulgentiæ fontem? His certe verbis ex Epiſtola tua recognitis, ſimul etiam recognoſcis mutabilem te animæ conſtituiſſe naturam. Aliquando enim conſentire ſpiritui viciorum, ac rurſus pœnitudinē gerere, quid eſt aliud quàm nunc in melius, nunc in deterius commutari? Ex hoc te manifeſtiſſima veritas compulit dicere. Ipſa enim anima tua, niſi diſſimulare velles, vrgeret te attendere mutabilitatem ſuam, & toties ex quo natus es, per varias voluntates, doctrinas, obli- C uiones, conſenſionesq; mutata, teſtis ſibi fieret, ac nulla extrinſecus documenta quæritaret. *Dei filius propter aſſumptā carnem non eſt mutabilis.* Niſi forte hoc te adiuuari putas, vt dicas incommutabilem eſſe animam, quia ſubiunxiſti dicēs, Non enim propria voluntate peccauit, ſed alterius ductu: carnis enim commixtione ducitur, non propria voluntate. *Cap. IX.* In qua ſententia forte hoc vis intelligi, vt ſcilicet anima in natura propria ſit incommutabilis, in alterius vero naturæ commixtione mutabilis: quaſi vero quæratur, cur ita ſit, & non quia ita eſt. Iam hoc modo etiam Hectoris & Aiacis, imò verius cunctorum hominū atque animantium corpora inuulnerabilia dicerentur, ſi abeſſet ictus & caſus, quibus eis vulnus poſſit infligi. Sed nimirū propterea ſolius Achillis corpus, ſiue poëtico figmento, ſiue aliqua occultiore vi in rerum natura, inuulnerabile dictum eſt, quod etiam tela cum ingruerent non penetrabant: & ex qua parte penetrari potuit, ex hac vtique inuulnerabilis non fuit. Sic anima ſi eſſet incommutabilis, ita nullius rei permixtione cõmutaretur, ſicut corpus quod eſt inuulnerabile, nullius rei contactu aut impetu vulneratur. Itaque nos quia dei verbum incontaminabile dicimus, etiam carne mortali & vulnerabili aſſumpta, vt nos & mortē & quælibet incõmoda corporis cõtemnere doceret, natum de virgine credere non

timemus. Vos autē quia impia peruerſitate contamina- D bilem filiū dei creditis, carni eum permittere formidatis: cuius tamē ſubſtantiam animæ naturam eſſe perhibentes, ita cõmixtam carni aſſeueratis, vt etiam in deterius cõmutatum nõ dubitetis opinari. Elige igitur quid velis, vtrum deum cõmutabilem dicere vel credere, vt de cõmutabili patris ſubſtantia cõmutabilem prolē genitam eſſe pariter credas, quæ quāta ſit impietas, profecto ſentis. An incõmutabilem deum dicēs, ſed tamē de ſubſtātia ſua prolem genuiſſe mutabilem, quod nihilominus vides quàm impie abſurdeque dicatur. An vero ita deum incommutabilem cõfiteris, vt etiam quod de ſubſtantia ſua genuit æqualiter non mutetur, pariterq; ſit ſummū ac præſtantiſſimum bonum, ipſumq; ſumme eſſe ad eundem modum permanſione inuiolabili obtineat: cætera vero inferiora bona quæ creaturam vocamus, non de ipſo, nā eſſent æqualia, ſed tamen quia bona, ipſe, quia non æqualia, de nihilo fecerit: quod ſi credis, impius nõ eris, & obliuiſceris Perſas, & noſter eris.

Quid ſit luctari aduerſus carnē et ſanguinē. At enim ait Apoſtolus, Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principatus & poteſtates, quæ ad morem proprij faſtus & honoris, *Cap. X.* voluntate impia declinando, animis pijs reditum in- E uideant. Sed hoc intereſt inter veſtram opinionem & noſtram fidem, quia vos eoſdem principes, ex ſua propria quadam natura exortos, quam deus nec genuerit nec fecerit, ſed habuerit æterna vicinitate contiguam, aduerſus deū belligeraſſe arbitramini, eiq; intuliſſe arte commixtionem boni & mali. Magnum primo neceſſitatis malum, quòd illis ſubſtantiā ſuam affligendam perturbandamq; in errore commutandam atq; obliuionē ſui penitus demergendā cõmiſcere cogeretur, vt liberatore, correctore, emēdatore, præceptore indigeret. Quod cernis quàm ſtulte fabuloſeq; dicatur, quāto ſcelere impietatis obſtringat. Nobis autem per Chriſtianā fidem perſuaſum eſt, nõ eſſe contrariū deo qui ſumme eſt, niſi quod omnino nõ eſt. Quicquid autē aliquo modo eſt, ab illo qui ſumme eſt habet, vt quoquo modo ſit, atque in ſuo genere bonū eſſe: ſed alia maius eſſe, alia minus: atq; iſta omnia bona quæ à cõditore deo facta ſunt, certis ac diſtributis gradibus ordinata, partim locorū in- F teruallis ac ſedibus, ſicut omnia corporalia: partim meritis naturalibus, ſicut anima præponitur corpori: partim meritis præmiorum atq; pœnarum, ſicut anima vel attollitur ad quietē, vel doloribus ſubditur: ac per hoc illi principes, contra quos habere nos colluctationē dicit *Ephe.6.* Apoſtolus, pœnā peccatorum ſuorū priores patiuntur quàm* noceant. **alias, vt* Nullus enim inuidus vt alterum lædat, non ſibi prior tormento eſt. Nocent autem infirmioribus fortiores: nam nullus alterū ſuperat, niſi quo eſt potentior: ſed tamē ipſi infirmiores ſunt principes iniqui in preſenti, quàm ſi in ſtatu priſtino atq; iuſticia permanerēt. Intereſt autem vnde ſit quiſq; alio fortior: vtrum corpore, vt equi hominibus: an animæ natura, vt rationale irrationali: an affectiōe animi, vt virtuoſus iniuſto: an ordine poteſtatis, vt imperator milite aut prouinciali. Poteſtas autē à ſumma dei poteſtate omnino dari creditur: ſæpe etiā deteriorib⁹ in meliores, id eſt, iniquis in eos qui vel iā tenēt iuſticiā, vel ad eā tenendā perueni- *1.Cor.11.* re nitūtur: ad hoc enim datur, vt probati per patientiā manifeſti fiant: vel ſibi ad ſpem, vel alijs ad imitationē. *Roma.5.* Scientes, inquit Apoſtolus, quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia probationē, probatio ſpem. Ex quo genere certaminis eſt, cum homo fidelis aduerſus principes & poteſtates præuaricatorum angelorum, & *Ephe.6.*

G aduerſus ſpiritalia nequiciæ colluctatur: cũ illi accipiũt tentandi poteſtatem, ille præcepta tolerandi: quo fit, vt in re inferiori ſuperent, in potentiore ſuperentur: ſuperatur plerunque corpus infirmius, & tenente firmiore ſuperatur. Contra vim quippe eorum patientia pugnatur: contra inſidias prudentia: vt ad pernicioſam conſenſionem nec cogendo nos flectant, nec fallendo decipiant: quoniam iure virtus & ſapientia dei eſt, per quã *Pſal. 103.* facta ſunt omnia. Propterea nihil ſiunt quæ facta ſunt, cum ſuperiora ad inferiora declinãt, vbi eſt omne peccatum, & omne quod dicitur malum, vis imitatur virtutem, & fallacia ſapientiam. Cum vero ea quæ declinauerant recurrunt & redeunt: magnanimitas virtutẽ, doctrina ſapientiam imitatur. Ipſum etiam deum patrẽ peccantes imitantur impia ſuperbia, iuſti pia liberalitate: ſpiritum denique ſanctum iniquorum cupiditas, rectorum charitas imitatur: vtrique tamen ab imitatione dei, à quo & per quem & in quo naturę ipſæ factę ſunt, recedere, ſed illi vicioſa, illi laudabili. Nec mirũ ſi quãdo proficientes quæ confligunt, imitatio deficientiũ à proficientium imitatione ſuperatur. Illi enim elatione H præcipitantur, iſti humilitate conſurgunt. Si autem mouet, cur mente fortiores infirmiores ſint corpore, nõ eſt mirum vt peccatorum remiſsione liberati, mortalitate corporis exerceantur, cuius immortalitate coronabuntur. Non enim facile ſupplicium deuitatur, niſi ille qui *Roma. 8.* eos ſoluit meritis vicerit. Vnde Apoſtolus, Si autẽ Chriſtus in vobis eſt, corpus quidem mortuum eſt propter peccatũ, ſpiritus autem vita eſt propter iuſticiam. Si autem ſpiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtũ ex mortuis, habitat in vobis, qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum ex mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra per inhabitantẽ ſpiritum eius in vobis. Animus igitur mortalem propter ſupplicium peccati carnem gerens, ſi cõmutatus in melius, non ſecundum mortalem carnẽ vixerit, & ipſam in melius commutat, & immortale corpus habere merebitur: ſed hoc in fine, quo nouiſsima *1. Corin. 15.* inimica deſtruetur mors, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem: nõ fabuloſo illo globo veſtro, ſed ea mutatione de qua dicit, Omnes reſurgemus, ſed nõ omnes immutabimur. Cum enim expreſsiſſet dicẽs, Et mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur: tũc contexendo ſubiunxit, oſtendens qualẽ dixerit immu- I tationem, ait, Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc induere immortalitatem. Quæſtionem quippe tractabat de corpore reſurgentium, quam ſic poſuerat. Sed dicet aliquis, Quo modo reſurgent mortui, quo autem corpore venient? Lege itaque totum ipſum locum pia cura intentus, non pertinaci contentione nubatus, & ingenium tuũ deo adiuuãte, nullo explanatore deſiderato, nihil aliud quàm id quod dico reperies: & tũc ad id quod tractare inſtitueramus animum reuoca, & vide iam ſi potes, nõ hoc me dicere quod iuſti contra nihil pugnant, ſed contra eas ſubſtantias quæ defecerunt non ſtando in veritate.

Qualiter anima p peccatũ ad nihilũ tẽdat. Cap. XI. Deficere autem non iam nihil eſt, ſed ad nihilum tendere. Cum enim ea quæ magis ſunt, declinant ad ea quæ minus ſunt, non illa in quæ declinant, ſed illa quæ declinant deficiunt, & minus eſſe incipiunt quàm erãt: non quidem vt ea ſint ad quæ declinauerunt, ſed pro ſuo genere minus. Nõ enim cum animus ad corpus declinat, corp⁹ efficitur, ſed tamẽ defectiuo appetitu quodam modo corporaſcit. Ita & angelica quędã ſublimitas, cum magis delectata eſt ſuo dominatu in ſeipſa, ad id quod minus eſt inclinauit affectũ, & minus eſſe cœpit quàm erat, & pro ſuo gradu tetendit ad nihilum. K Quanto enim quæque res minus eſt, tanto vicinior nihilo eſt. Cum autem iſti defectus voluntarie ſiunt, recte reprehenduntur, & peccata nominãtur, cum autem ſequuntur iſtas voluntarias defectiones incõmoda, moleſtiæ, dolores, aduerſitates quæ omnia contra volũtatẽ patimur. Recte itaque peccata vel ſupplicus puniuntur, vel exercitationibus diluuntur. Quæ ſi animo ſereno intueri velis, profecto deſines accuſare naturas, atque ipſas in crimen vocare ſubſtantias. Si quid autem de hac re copioſius explicatiúſque deſideras, lege tres libros noſtros qui inſcribuntur de libero arbitrio, quos in Campania Nolæ poteris inuenire apud Paulinũ nobilem dei famulum.

Nunc vero meminiſſe debeo, *In quo diſferãt Manichæi & catholicę fidei aſſertores. Cap. XII.* epiſtolæ me tuæ, quanuis multo longiore, tamẽ epiſtola, reſpondere. Ideo quippe in alijs non tacui, ne vbique cogar eadem dicere. Sed promiſeram ex literis tuis tibi perſuadere, quàm falſa credideris, & quàm vera ſit fidei catholicæ aſſertio. Certe enim omnis inter nos diſcretio eſt, quòd vos ſubſtantiam quandam malum eſſe dicitis: nos vero non ſubſtantiam, ſed inclinationem ab L eo quod magis eſt, ad id quod minus eſt, malum eſſe dicim⁹. Audi igitur idipſum. Ponis enim in epiſtola & dicis de anima, quòd carnis permixtione ducatur ad peccatum non propria voluntate: atque ibi ſtatim, credo cum videres, ſi ita eſt, ſubueniendum eſſe ab omnipotẽte deo prorſus omni animæ nullãmq; omnino debere damnari, quoniam non voluntate peccaret, quo cõſtituto euerteretur ſententia quam Manichæus de ſupplicus animarum etiam de lucis parte venientium terribiliter perſonat: vigilãtiſsime ſubieciſti dicens, At ſi cũ ſeipſam cognouerit, conſentiat malo, & non ſe armet cõtra inimicum, voluntate ſua peccauit. Bene quidem quòd aliquando confiteris fieri poſſe vt ſua voluntate anima peccet. Sed cui tandem malo ſi conſentiat, voluntate ſua peccat? Ei certe quod ſubſtantiam dicis eſſe.

At ego iam tria quædam video, tu quoque, vt opi- *Tria ineſſe aĩæ peccanti oſtendit: & quæ ſint, & qualia. Cap. XIII.* nor, mecum vides. Anima enim conſentiens malo, & ipſum malum cui conſentitur, duo ſunt, tertia eſt autẽ ipſa conſenſio. Non enim & hanc eſſe animam dicis, ſed animæ. Horum igitur trium, ecce anima ſubſtantia eſt: malum etiam illud, cui anima conſentiendo, voluntarie peccat, ex veſtra opinatione ſubſtantia eſt. Quæro igitur quid ſit ipſa conſenſio? Vtrum ipſam ſubſtãtiam, M an in ſubſtantia eſſe dicatis? Si enim ſubſtantiam eſſe dixeris, non iam duas ſubſtantias, ſed tres opinaberis. An propterea quòd animę conſenſio, qua conſentit malo, eiuſdem ſubſtantiæ eſt cuius ipſa anima? Iam ergo quæro, malá ne an bona ſit iſta conſenſio? Si bona eſt, non vtique peccat anima, cum conſentiat malo. Nõ ſolum autem veritas clamat, ſed tu quoque ſcribis, tunc eã voluntate peccare. Mala eſt igitur iſta cõſenſio, ac per hoc etiam animæ ſubſtantia: ſi & animæ ſubſtantia eſt, & vtrũque vna ſubſtantia. Videſne quò actus es, vt animã, & illud malum, non iam vnam ſubſtãtiam bonam, alteram malam, ſed duas malas eſſe perhibeas? Hic fortaſſe conaberis conſenſionem culpabilẽ nõ animæ tribuere quæ cõſentit malo, ſed ipſi malo cui conſentit: vt hoc modo poſſint eſſe duæ ſubſtantiæ, vna bona, altera mala cũ anima de parte boni eſſe dicitur, conſenſio vero eius qua conſentit malo, & malũ ipſum cui cõſentit, ſimul ex alia parte cõſtituitur: & anima malæ ſubſtãtiæ vtrũq; deputatur. Quis abſurdius delirauerit? Nõ enim anima conſentit, ſi non eſt eius conſenſio, ipſa autẽ cõſentit, eius eſt igitur. Porrò ſi ei⁹ eſt cõſenſio, & mala eſt

iſta

A iſta conſenſio, eius eſt hoc malum. Nã ſi & hoc malum illius mali eſt cui anima conſentit, nõ habebat neceſſe hoc malum, priuſquam ei cõſentiret anima. Quale igitur bonũ eſt anima, cuius aduentu vel duplicatur illud malum, vel vt mitius dicamus, augetur?

Quòd ex bono & malo principiis tertiũ pdu ci nõ poſſit, quod alterũ eorũ ſit, oſtẽdit exẽplo.

Deinde ſi ſubſtantia eſt iſta conſenſio, quam malam eſſe conſtat, inuenimus eſſe in animæ poteſtate, vt aliqua ſubſtantia mala vel ſit vel non ſit, quandoquidem iſta cõſenſio in animæ poteſtate eſt. Nã ſi non eſt, non ergo ſua voluntate conſentit. Tu autem pro hac cõſenſione, voluntate ſua peccare dixiſti. Habet ergo anima, vt dixi, in poteſtate, vt quædam mala ſubſtantia vel ſit vel non ſit.

Cap. XIIII.

Quid eſt autem aliud ſubſtãtia quàm natura? Erit ergo aliqua natura quæ nec animæ naturalis ſit, quoniam ſi nolit, non erit, nec illi malo cui anima voluntate conſentit. Non enim poteſtis dicere naturale malum eſſe gentis tenebrarũ, quod ibi aliena voluntate inſtituitur, hoc eſt, animæ voluntate. Cui ergo naturæ deputabitur iſta natura, id eſt, iſta conſenſio, ſi natura eſt, quæ neque animæ neq; tenebrarum genti naturalis eſt, niſi vt con- B tra Manichæũ diſputes, non duas ſed tres eſſe naturas. Quæ & ſi aliquãdo non fuerunt, nunc tamen iã poſtea quàm exorta eſt iſta conſenſio, tres vtique factæ ſunt, quam ſanè tertiam quæ nata eſt ex anima conſentiente, & ex malo cui conſentit, quaſi vtriuſq; filiam cogeris dicere. Sed cum ex duabus naturis nata ſit, quarum altera bona eſt, altera mala, quæro cur nõ aliquod neutrum natum ſit? Sicut enim ex equo & aſino quod naſcitur, nec equus nec aſinus eſt: ita quod de bona natura & mala natum eſt, ſi & ipſa natura eſt, nec bona nec mala eſſe debebat. Tu autẽ conſenſionẽ malã eſſe confiteris. Dicis enim tunc animam voluntate ſua peccare, dum conſentit malo. An forte naturam bonam & naturam malam quaſi duos ſexus, maſculinum & fœmininum eſſe arbitraris? Vt quemadmodum ex maſculo & fœmina non aliquid neutrum, ſed aut maſculus aut fœmina gignitur, ſic ex bono & malo, nõ aliquod tertium, quod nec bonum eſſet nec malum, ſed alterũ malum eſſe contendas natum? Quod ſi ita eſt, vbi eſt illa victrix animæ natura? Itáne ſeparata eſt vt nõ alterum bonum potius naſceretur? Deinde non vides te ſexus C diuerſos iam dicere non naturas? Nam ſi inter bonum & malum naturarum eſſet diuerſitas, non oriretur ex vtroque niſi aliquod tertiũ quod nec bonum poſsit eſſe nec malum. Aut certe ſterilis eſſet ipſa commixtio, nec inde tertia ſubſtantia pareretur. Si enim ex illis animalibus quæ ſupra cõmemoraui, cũ ſibi miſcerentur, nihil aliud quàm mulus vel mula gignitur, quod neque hoc neq; illud ſit: quãto magis ita fieri oportuit in tã magna & ſumma diuerſitate boni & mali: aut ſi nulla ex eorũ commixtione noua natura exiſteret, mala nõ eſſet, etiã ſi bona eſſe non poſsit. Reſtat igitur vt tam incredibilia deliramenta vitare nequeamus, niſi illam conſenſionem, quam conſtat malam eſſe atque culpabilem, fateamur non eſſe ſubſtantiam, ſed in aliqua ſubſtantia eſſe dicamus.

Quòd ãia peccãdo deficit, & quis defectus ſit culpabilis, & quis nõ, oſtendit exemplo.

Deinde in qua ſubſtantia ſit diligentiſsime requiramus: quãquam cui non manifeſtum ſit, ſicut ſuaſio nõ fit niſi in ſuadente, ita cõſenſionem non eſſe niſi in conſentiente natura? Anima ergo cum conſentit mala ipſa ſubſtantia eſt, conſenſio vero eius non eſt ſubſtantia. Iam cernis, vt arbitror, in qua ſubſtantia ſit, id eſt, in anima eſſe iſtam cõſenſionem profecto vides, quam conſenſionem peccatum eſſe, ac per hoc malum eſſe non dubitas.

Cap. XV.

Ex quo iam intelligis fieri poſſe, vt in bona ſubſtantia, ſicuti eſt anima, ſit aliquod malũ quod non eſt ſubſtantia, ſicuti eſt conſenſio, ex quo ma- D lo appelletur etiam anima mala. Peccatrix enim vtique mala eſt. Peccat autem cum cõſentit malo. Vna igitur eademq; res, id eſt, anima, inquantum ſubſtantia eſt, bona eſt: inquantum autem habet aliquid mali quod non eſt ſubſtantia, id eſt, cõſenſionem iſtam, intantum mala eſt. Non enim ex profectu, ſed ex defectu habet hãc conſenſionem. Deficit quippe cum conſentit malo, minuſq; iam eſſe, ac propterea minus valere incipit, quàm valebat dũ nulli conſentiens in virtute cõſiſteret, tanto vtique deterior, quanto ab eo quod ſumme eſt ad id quod minus eſt vergit, vt etiam ipſa minus ſit. Quanto autem minus eſt, tanto vtique fit propinquior nihilo. Quod enim minus quoque fit, eò tendit vt non ſit omnino: quò quamuis non perueniat vt penitus pereundo nihil ſit, manifeſtum eſt tamen quemlibet defectum exordium eſſe pereũdi. Aperi ergo iam cordis oculos, & intuere ſi potes, bonum aliquod eſſe quamlibet ſubſtantiam, & ideo malum eſſe defectum ſubſtantiæ, quia bonum eſt eſſe ſubſtantiam. Nec tamen omnem defectum eſſe culpabilẽ, ſed ſolum volũtarium, quo anima E rationalis ad ea quę infra illam ſunt condita, conditore ſuo deſerto declinat affectũ: hoc eſt enim quod peccatum vocatur. Cæteri autẽ defectus qui non ſunt voluntarij, vel pœnales ſunt, vt peccata puniãtur moderatrice ſummi atq; ordinatrice iuſticia: vel menſuris rerum infimarum interueniunt, vt pręcedentia ſuccedentibus cedant, atque ita omnis tẽporalis pulchritudo vicibus ſuis atque ſuo genere peragatur. Sicut enim ſermo peragitur, quaſi moriẽtibus atque orientibus ſyllabis, quæ per morarum certa interualla tenduntur, & ſpaciis ſuis impletis ordinata cõſequentium ſucceſsione decedũt, donec ad finẽ ſuum tota perducatur oratio: nec in ipſis decurrentibus ſonis, ſed in loquentis moderatione poſitum eſt, quantum producatur, corripiatúrve ſyllaba, vel qua ſpecie literarum ſingulæ ſuorum locorum momenta cuſtodiant: cum ars ipſa quæ ſermonẽ facit, nec ſonis perſtrepat, nec peruoluatur varietureq; tẽporibus: Sic ortu & occaſu, deceſſu atque ſucceſſu rerum temporalium, certis ac definitis tractibus, donec recurrat ad terminũ præſtitutum, tẽporalis pulchritudo cõtexitur. Quæ non ideo mala eſt, quia in ſpiritalibus creaturis F poſſumus intelligere mirariq; meliora: ſed habet proprium in ſuo genere decus, atque inſinuat bene viuentibus ſummam dei ſapientiam in alto ſecretam, ſupra omnes temporum metas, fabricatricem ac moderatricem ſuam.

Quòd amor deo debitus nõ debeat impẽdi creaturæ Cap. XVI.

Age, nunc attẽde illud quod dicebas malum, cui anima cõſentiendo voluntarie peccat, vtrum ſubſtãtia ſit aliqua, an vero nec ibi poſsis accuſare ſubſtantiam. Quæro enim, quid alliciat animæ conſenſionem, an irruat illa caſſatim, & propterea conſentire dicatur, quia eius aliqua delectatione mouetur ad fruendum. Quod ſi ita eſt, non eſt conſequens vt propterea malũ dicatur, quia nõ recte diligitur. Si enim oſtẽdero amari aliquem male, vbi non amati, ſed amantis culpa teneatur, profecto fateberis cuiuſq; rei ſpeciem nõ eſſe cõtinuo vicioſam, quia vicioſe in eã cõſenſio cupiẽtis illabitur. Quod quantum me adiuuet, pòſt apparebit. Sed vt oſtendam quod pollicitus ſum, quid potius eligam, cum me rerum copia circumfluat? Quid inquam potius eligam, quàm id quod nos creaturam laudamus cœleſtem, vos autẽ vt portionem ipſius creatoris adoratis? Quid enim inter cuncta viſibilia iſto ſole præclarius? At ſi quiſquam eius lucem immoderatius concupiſcat, infert ſuis oculis bella iurgiorum, ſi aliquã po

teſtatem

G teſtatē nactus qua poſsit implere quod appetit, domos
eorum oppoſitas ſuis feneſtris apertis intuetur, quo mi
nus ſol penetralia eius cœlo apertiore perfundat. Nun-
quid ergo ſol eſt vicium, quia ille lucem iſtam ſic dile-
xit, vt eam luci iuſticiæ præponere auderet, & volens lu
minis oculorū carnalium abundantiam excipere in ha
bitaculum corporis, ianuā cordis & aciem mentis con-
tra lumen claudere æquitatis? Vides ergo amari poſſe
rem bonā, amore non bono. Quapropter cū tu malum
dicas cui cōſentiendo anima peccat, ego bonum dico
in genere ſuo, ſed tale bonum cui animam quæ eſt me-
lior conſentire non deceat. Cum enim ſit ipſa corpore
ſuperior, denique habeat ſe ſuperiorem, quanuis in or-
dine ſuo natura corporis bona ſit, peccat tamē anima,
& peccando fit mala, ſi cōſenſionem dilectionis quam
ſuperiori deo debet, inferiori corpori adiungat.

Duo modi ſunt quibus homines ad peccatū inducuntur. Cap. XVII.

Quòd ſi dicis, non eā vocare te conſenſionem cul-
pabilem, cum res illa diligitur, quæ non agit vt ſibi cō-
ſentiatur: ſed tunc cōſentire animā, cum illum cui cō-
ſentit aliquid ſuadet aut aliquid cogit: & propterea ma
lum eſſe, quia vt aliquid mali committatur, ſuadet aut
vrget: ſecūda queſtio eſt, & ordine ſuo iam iamq; etiam
ipſa tractanda. Sed meminerimus hic primùm peccati,
H de quo ſatis, vt arbitror, diſputatum eſt, claruitq; fieri
poſſe, vt res aliqua in ſuo genere bona, male diligatur,
& dilectione culpata, ipſa non reprehendatur. Quid e-
nim ſi tali dilectione peccatrix anima atq; vicioſa idē
peccatū alteri perſuadeat? Nónne & illa quæ perſuadē-
ti conſentit, tali vicio deprauata, quali vicio deprauata
illa quam ſequitur? Primum ergo peccatum eſt, quāuis
bonam creaturā creatori in dilectione præponere: ſe-
cundum autem, alterum quoque vt id faciat vel ſuadē-
do vel cogendo tentare. Nemo enim ad prauitatē vult
alium perducere, qui non prior ipſe deprauatus eſt. Vo-
luntate autem peccant, qui alios ad peccatū perducere
cupiunt, vel ſtulta beneuolentia, vel malicioſa inuiden-
tia. Qui enim filios ſuos niſi peruerſe amando monet,
vt nullum lucrum turpe exiſtiment, ſed vndecunq; ac-
quirant amplam pecuniam, vtique non odit eos, & ta-
mē pernicioſe perſuadet? Talium quippe dilectione iā
ipſe corruptus eſt, cum aurum & argētum malum non
ſit, quemadmodum & ille ſol de quo ſuperius egimus,
ſed tamen rei bonæ dilector inordinatus in culpa ſit.
Inuidētia vero cū alium vult quiſq; peccare, honorem
I diligit immoderata ſuperbia: & in eo cupit excellere,
quem quidem videt amplius & verius deferri virtuti-
bus: ne in eo ſuperetur, cupit aliquos ad iniquitatis vo-
raginem ex æquitatis arce deponi. Hoc modo diabolꝰ
ſuadere aut cogere ad peccata conatur. Sed nūquid ip-
ſe honor in culpa eſt, quia eū diabolus peruerſe atq; im-
pie diligendo impius factus eſt? Aut ipſa eiuſdē diaboli
angelica ſubſtantia quā deus creauit, ideo mala eſt, quia
ſubſtātia eſt? Sed cum eius deſerens dilectionem, & ad
ſuam nimis conuerſus, eidem eſſe cupit æqualis, ſuper-
biæ tumore deiectus eſt. Non ergo inquantum ſubſtan-
tia eſt, ſed quoniā ſubſtātia facta eſt, inquātum ſeipſum
amplius dilexit quàm eū à quo factus eſt, malus eſt. Et
ideo malus, quia minus eſt quàm eſſet, ſi id quod ſum-
me eſt dilexiſſet: defectus ergo malus eſt. Omnis ergo
defectus ab eo quod eſt tēdit vt nō ſit: ſicut omnis pro-
fectus ab eo quod minus eſt, tendit vt magis ſit. Honor
quippe ſummur, qualem pietas religioſorum exhibet,
vtique deo debetur. Qui ergo amat honorem, deū imi-
tatur. Sed humiles animæ in illo ſe honorari volūt, ſu-
perbi præ illo. Ad deum autē humiles, excelſiores fiunt
iniuſtis: contra deum vero excelſi, humiliores fiunt iu- K
ſtis: ea ſcilicet diſpenſatione præmiorum atque pœna-
rum, quia illi deū amauerunt ſupra ſe, illi pro deo ama-
uerunt ſe.

Quid interſit inter cōſentire & ſuadere. Ca. XVIII.

Iam, vt arbitror, facile eſt tibi intelligere
ex ipſius verbis Epiſtolæ tuæ, quibus dixiſti, animam
cum cōſentit malo, voluntate peccare, nullum malum
eſſe, naturā malam, vel dilectionem naturæ malæ. Sed
cum omnes naturæ in ſuo genere bonæ ſint, malū eſſe
peccatū, quod fit volūtate animæ, cum diligit pro ipſo
creatore creaturam: ſiue ſuo nutu, cum fit mala: ſiue al-
terius perſuaſu, cum cōſentit malo. Et nihilominus ſic
quoq; fit mala, cōſequentibus ſuppliciis, vt pro meritis
omnia diſponātur à creatore ſumme bono in creatura
bona, ſed nō ſumme bona, quia nō eā genuit de ſeipſo,
ſed fecit ex nihilo. Tu autem conſtituiſti duas naturas,
quarū vnā vis bonam eſſe, alterā malā: vel potius vnā
boni, alterā mali: nā mala natura, ex bona etiā, peccādo
fit. Fateris tamen eā naturā quam bonā eſſe dicis, malo
cōſentiendo male facere, hoc eſt, voluntate peccare. At
ego ambas bonas eſſe aſſero, ſed vnā earum male face-
re ſuadendo, aliā male facere conſentiendo. Sicut autē
alterius conſenſio non eſt natura, ſic nec huius ſuaſio.
Et ſicut iſta ſi non cōſentiat, bona permanebit, integri-
tatē naturæ ſuæ cuſtodiens: ſic illa ſi nō ſuadeat, emen- L
datior erit. Si vero etiā peccatum quod nō ſuadet, nec
ipſa cōmittat, pariter erūt integræ, atque in ſuo genere
laudabiles. Et ſi enim bis illa peccat quæ & committit
& ſuadet: illa autē ſemel ſi tātummodo ad male faciē-
dum conſentiat: tamen peccatis ſunt malæ, non natu-
ra ſunt malæ. Aut ſi propter ſuaſionem natura iſta ma-
la eſt, ſit & illa propter conſenſionem. Sed ſi peius tibi
videtur eſſe ſuadere quàm conſentire, ſit iſta mala, iſta
peior: non tamen tāta ſit acceptio perſonarum, & tam
iniqua in iudicādo gratificatio, vt cum ambæ peccent,
quanuis vna grauius, altera leuius, vna dicatur natura
mali, altera boni: ac non potius aut ambæ bonæ, ſed illa
melior quæ peccat minus: aut ambæ malæ, ſed illa pe-
ior, quæ peccat amplius.

Vnde natura bona habeat poſſe peccare & decipi, & ad malum flexibilitatē. Ca. XIX.

At enim vnde eſt malum
quod peccatum vocatur, ſi nulla eſt mali natura? Dic
mihi vnde ſit illa conſenſio mala in ea natura quam bo
nam eſſe concedis & prædicas? Quicquid enim patitur
vt conſentiat malo, non vtique pateretur niſi pati poſ-
ſet. Quæro ergo vnde habeat ipſum pati poſſe? Melior
enim eſſet ſi non haberet. Non ergo natura ſummi bo-
ni, qua poſſet eſſe aliquid melius. Deinde ſi habet in po
teſtate vel conſentire vel non conſentire, non ergo vi- M
cta conſentit. Quæro igitur vnde habeat iſtā cōſenſio-
nem malā, nulla contraria cogente natura? Si autē co-
gitur cōſentire, ita vt non ſit in eius poteſtate aliter fa-
cere, non ergo vt dicebas voluntate peccat, quādo nō
voluntate cōſentit. Sed ego adhuc quæro, vnde in illa
ſit poſſa decipi ſi decipitur? Antequā enim deciperetur,
niſi eſſet in ea vt hoc pati poſſet, nunquā vtique patere-
tur, quāquam nullo modo niſi voluntate conſentit. Si
autem cogitur, cedere potius quàm conſentire dicēda
eſt. Sed quoquolibet nomine iſtud appelles, quæro abs
te acuto & ſolerti viro, & à tuo Romano vt gloriaris
ingenio, vnde habeat iſta boni natura pati poſſe quod
patitur, vt cōſentiat malo? Sicut enim in ligno antequā
frangatur ineſt fragilitas, quæ niſi ineſſet, frāgi omni-
no nō poſſet: nec ideo non eſt fragile lignum, ſi nullus
fractor accedat: ſic quęro in iſta natura, vnde ſit quędā
vel fragilitas vel flexibilitas, antequā ad malam cōſen-
ſionem vel vi frāgatur, vel ſuaſione flectatur. Aut ſi ma
li vicinitate iam fragilitas erat, ſicut ſolēt corpora vici-

A cinæ paludis exhalatione corrūpi : iā ergo corruptibi-
lis erat, ſi potuit eā vicinitatis illius contagio peſtilen-
tioſa corrumpere. Quęro igitur vnde illa corruptibili-
tas: quæſo attende quid loquar,& cede perſpicuę veri-
tati: nō enim quęro vnde corruptio, reſpondebis enim
à corruptore, eundemq; corruptorem neſcio quē prin-
cipem gentis tenebrarū eſſe contendis, vt etiā fabuloſis
tegminibus inuolutū euoluere, ac teneri vix poſsit : ſed
quęro vnde corruptibilitas etiam antequam corruptor
accederet : quæ niſi eſſet, aut nullus exiſteret, aut nihil
noceret cuiuſlibet corruptoris acceſsio. Cū ergo tu in-
ueneris vnde in bona natura iſta corruptibilitas, ante-
quam natura contraria corrumpatur: aut ſi nō vis eām
dicere corrumpi, vnde certe iſta mutabilitas, antequam
hoſtili aduerſitate mutaretur. Non enim non mutatur
natura in deterius, quæ fit ex ſapiēte ſtulta, & quæ obli-
uiſcitur ſui. Tu enim iſta verba appoſuiſti, dicēs, Si cum
ſeipſam cognouerit, conſentiat malo. Mutatur ergo in
deterius cum obliuiſcitur, ſic vt ſeipſam rurſus cōme-
moratā cognoſcat. Nullo autē pacto mutari potuiſſet,
B niſi antequam mutaretur eſſet mutabilis. Cum ergo tu
inueneris vnde iſta mutabilitas in ſubſtātia ſummi bo-
ni, antequam eſſet vlla boni & mali facta commixtio,
profecto deſines à me quęrere vnde ſit malū. Quanquā
in natura ſummi boni, ſi eā recte cogites, nullam pror-
ſus mutabilitatem temporis inueniri, nec à ſeipſa, nec
alterius cuiuſlibet acceſſu poſsit, ſicut in ea natura quā
Manichæus fingit, & ſumme bonā eſſe arbitratur, vel
etiam ſibi credentibus perſuadet. Quære atq; reſponde
ſi potes, vnde iſta mutabilitas, quæ nō inuenta ſed pro-
dita eſt, cum mora accederet? Mutari enim nec ab ho-
ſte poſſet, ſi mutari omnino nō poſſet. Cum autem po-
tuerit, non fuiſſe incommutabilem demonſtrauit. Hæc
ergo mutabilitas cū eſſe in ſubſtantia ſummi boni, hoc
eſt, in ſubſtātia dei creditur, ſi cōtentioſus non es, vides
quanta inſipientia blaſphematur. Cum vero de creatu-
ra tale aliquid dicitur, quā deus nec genuit nec protu-
lit de ſubſtātia ſua, ſed fecit ex nihilo: nō de ſummo bo
no agitur, ſed tamen de tali bono, quod niſi à ſummo,
qui deus eſt, nō poſſet inſtitui. Deus quippe ſumme bo-
nus atq; incommutabiliter, horum omnia non ſumme
C nec incōmutabiliter bona, ſed tamen bona fecit, ab an-
gelis cœlorum vſque ad extremas beſtias, herbasq; ter-
rarum, pro ſua cuiuſque dignitate naturæ, omnia locis
congruis ordinata. Verū in his rationalis creatura, cum
creatori: hoc eſt, factori & inſtitutori ſuo deo, dilectio-
nis obedientia cohæret, naturam ſuā in illius æternita-
te, veritate, charitate cuſtodit: cum vero eum cōtumaci
inobedientia deſerit, & per ſuū liberum arbitrium pec
catis ſe inuoluit, per illius iuſtum iudiciū, ſupplicio mi-
ſera afficitur. Et hoc eſt totum malum, partim φ iniuſte
facit, partim quod iuſte patitur. Hoc tu à me non quæ-
ras vnde ſit, cum tibi iam ipſe reſpōderis : qui dixiſti φ
cū ſeipſam cognouerit anima, ſi malo cōſenſerit, volū-
tate ſua peccat, Ecce vnde eſt malum, à propria ſcilicet
voluntate. Non autem iſta natura ſed culpa eſt, ac per
hoc etiam cōtraria naturæ, cui vtique nocet priuando
eā bono, quo beata eſſe poſſet, ſi peccare noluiſſet. Hāc
tu peccati voluntatem moueri non putas in anima, niſi
Cōtra blaſphemias Manichæorum argumēta Auguſtin'. Caput XX.
ex alio malo quod credis eſſe naturā, quam non fecerit
deus, eamq; animam naturam dei eſſe cōtendis : ac per
hoc iſta mali, neſcio quæ natura, ſi hanc in anima pec-
cati ſuadendo facit, in peccatum victus deiicitur deus.
Ecce quanta impietate, quàm nefariis horrendiſq;
blaſphemiis te non vis exuere, ponendo in natura quā
non fecit deus, vitam, ſenſum, ſermonem, modum, ſpe- D
ciem, ordinem, & alia innumerabilia bona : & ponēdo
in ipſa dei natura ante vllam commixtionem mali, ip-
ſam mutabilitatē qua capi poterat, & cui timere coge-
batur, videns magnā labem ac vaſtitatem aduerſus ſua
ſancta impendere ſecula, niſi aliquod eximium ac prę-
clarum, & virtute potēs numen opponeret. Et vt quid
hoc totum, niſi vt illa dei natura atq; ſubſtantia ſic im-
plicatum teneat hoſtem ſubiectum, vt peccans perferat
& ligatum, nec totum euadat purgata iam victū, & vt
damnata ſeruet incluſum? Præclaram vero excluſionē
bellicę neceſsitatis in deo veſtro inueniſtis, cōtra illud
quod vobis proponitur, vt reſpondeatis quid factura
erat in deo gēs tenebrarū, ſi cum ea pugnare noluiſſet:
quam ſi dixeritis aliquid fuiſſe nocituram, fatebimini
corruptibilem & violabilem deum : ſi autem dixeritis,
quòd ei nocere non poſſet, quæretur à vobis. Cur ergo
pugnauit? Cur ſubſtātiam ſuam corrumpendam atque
violandam, & ad peccata omnia cogendā hoſtibus tra
didit? Cōtra iſtam ergo complexionem nūquam exire
potuiſtis. Magnū aliquid vobis & tutum inueniſſe vi- E
demini, vt reſpondeatis dicentes : Magna eſt iniquitas
appetere aliena, cui de' iniquitati præbuiſſet aſſenſum,
ſi eam gentē quæ hoc auſa fuerat, expugnare noluiſſet.
Haberet iſta reſpōſio qualemcunque iuſticiæ colorem,
ſi ſaltē in ipſo bello natura dei veſtri ſe integrā impol-
lutamq; ſeruaſſet, & permixta hoſtilibus membris, nihil
iniquitatis vel coacta vel ſeducta feciſſet. Cū vero tan-
tis facinoribus & flagitiis eam captiuā conſentire dica-
tis : cum deniq; ab illa impietate tam immani, qua etiā
lumini ſancto, cuius portio eſt, extitit inimica, nec totā
perhibeatis poſſe purgari, vnde illi merito retribuere
creditis horrendi illius globi æterna ſupplicia: quanto
ſatius erat inimicū hoſtem in ſua iniquitate relinquere
inania molientem, quàm tradere partem dei, cuius vi-
res hauriret, cuius decorem corrumpens ſuæ iniquitati
ſociaret, quis non videat? Quis tanta obſtinatione cæ-
cetur, vt non ſentiat, non attendat quanto minore ini-
quitate gens tenebrarum fruſtra naturam inuadere co-
naretur alienam, quàm deus inuadēdam, & ad iniqui-
tatem cogendam, & ad pœnam, ex aliqua etiam parte
dānandam traderet ſuam? Hóccine tandem eſt iniqui- F
tati conſentire noluiſſe, & tam ingentem iniquitatem
ſine vlla neceſsitate feciſſe? An erat neceſsitas, quod ip-
ſum Manichæum dicere non puduit & vos pudet? Ille
quippe ait, vidiſſe deum magnā labem ac vaſtitatē ad-
uerſus ſua ſancta impendere ſecula, niſi aliquod eximiū
& virtute potens numē opponeret. Vos autem acutius
videlicet ratiocinamini, quàm ſi deum dixeritis ea ne-
ceſsitate pugnaſſe, ne noceret ei gens tenebrarum, vio-
labilem & corruptibilem dicentes deum, cui nocere a-
liquid poſſet, ſi pugnare noluiſſet. Abigite ergo & expel
lite à cordibus veſtris & à fide veſtra etiam ipſam pu-
gnàm: totamq; illam fabulā, impiarum & immundiſſi-
marum blaſphemiarum horrore contextam, tandē ali-
quo modo anathematizate atq; damnate. Nam quale
eſt, obſecro te, φ vt antè dictum eſt, violabilē illam na-
turam & corruptibilem deum dicere non timetis : vt
natura dei veſtri, ſi fortitudinem qua nō caperetur non
potuit exercere, non potuerit ſaltem iuſticiam captiua
ſeruare: quod Daniel potuit, qui leges omnes auſus eſt
irridere eorum, a quibus captiuus ductus fuerat: iniqui-
tati etiam pietate ſua nullo cōpulſus terrore conſenſit,
nec in conditione corporalis ſeruitutis æquitatem ac
libertatem animi patientis & ſapientis amiſit. Natura
vero

G vero dei captiua ducta eſt, iniqua facta eſt, non poteſt tota purgari, cogitur in fine dãnari. Quod malũ ſibi futurum ſi ſciebat ex æternitate, illi nulla diuinitas de ſe debebatur: ſi autem vel terris vel regionibus ſibimet in ciuitate cõtiguis regni locis & gentis tenebrarum, quæ ab hominibus prudenter intelligentibus ridenda Manichæus narrat, inenarrabilia eſſe dixiſti, & hęc à Chriſto appellari dexteram & ſiniſtram: nouimus ſic appellare Chriſtum dexteram & ſiniſtram, vt nõ corporalia loca, ſed beatitudinem miſeriamq́; ſui cuiuſque meriti velit intelligi. Sed carnalis veſtra cogitatio, adeo à locis corporalibus non recedit, vt ſolem iſtum viſibilem ac per hoc corporeum, qui cõtineri niſi corporali loco nõ poteſt, & deum & partẽ dei eſſe dicatis. Verũ de his vobiſcum agere ſtultum eſt. Quid enim incorporeum intelligere poteritis, qui deũ incorruptibilem nondum creditis?

Exponitur ſcriptura qua Manichæo & Secundino videtur ludibrioſa.

Sed velut bonus amicus benigne me obiurgas, φ Manichæos reliquerim, & me ad Iudæorũ libros contulerim. Ipſi ſunt qui veſtrum errorem fallaciamq́; ſuffocãt. In eis quippe prophetatus eſt Chriſtus, qualem dei veritas reddidit, nõ qualem Manichæi vanitas finxit.

Cap. XXI.

Sed homo vrbaniſſimus exagitas antiquã ſcripturam, eo φ ſcriptũ ſit in Propheta, Et fac filios de
H fornicatione, quoniã fornicabitur terra à domino: cũ audias in Euangelio, Meretrices & publicani præcedẽt vos in regnum cœlorũ. Noui vnde veniat indignatio tua. Non enim tibi tam fornicari diſplicet in fornicatione, q̃ quòd in matrimonium commutata eſt, & conuerſa ad pudiciciam cõiugalem, vbi deum ſicut creditis veſtrum in procreãdo filios arctioribus carnis vinculis colligari: cui putatis parcere meretrices, quia dant operam ne concipiant, vt ab officio pariendi liberæ, libidini ſeruiant. Fœminæ quippe conceptus, apud vos carcer eſt & vinculum dei. Hinc tibi etiam illud diſplicet, Erunt duo in carne vna: cum hoc in Chriſto atque Eccleſia ſancta magnum myſterium commẽdet Apoſtolus. Hinc diſplicet, Creſcite & multiplicamini: ne dei veſtri multiplicentur ergaſtula. Me autem fateor in Eccleſia catholica didiciſſe, ſicut anima, ita & corpus, quorũ alterum præditũ, alterum ſubditum eſt: ita bonũ animæ ad bona corporis nõ eſſe, niſi à ſummo bono: à quo ſunt omnia bona, ſiue magna, ſiue parua, ſiue cœleſtia, ſiue terreſtria, ſiue ſpiritalia, ſiue corporalia: ſiue tẽ-
I poralia, ſiue ſempiterna. Nec ideo iſta reprebendenda, quia illa præferenda.

Oſee. 1. Matt. 21. Gene. 2. Ephe. 5. Gene. 1.

Manichæi quare non mãducent carnes, & ſancti viri & fœminæ continenter viuant.

Illud vero quod inter culpanda ponis, Macta & manduca: etiam in Actibus Apoſtolorum ſpiritaliter poſitum eſt. Veruntamen & corporaliter, non eſt cibus in vituperatione, ſed luxus: præcipue vobis, etiam carnaliter accepta, hæc ſententia placere debuit, vt mactaretis carnes, ac ſic carcerib* fractis de miſera cuſtodia deus veſter aufugeret, & ſi quæ eius ibi reliquiæ remanſiſſent, manducando eas in officina aqualiculi purgaretis.

Cap. XXII.

Inſultas, φ mihi doluerit ſterilitas Sarę. Non planè boc ego dolui, quia & ipſa prophetia fuit, Veſtris autem ſacrilegiis fabuloſis congruit, nõ ſterilitatem Saræ, ſed fœcũditatem dolere: quia omnis fœminæ fecunditas, dura eſt dei calamitas: vnde non mirum eſt, quia in vobis maxime impletur, quod de talibus prædictum eſt, Prohibentes nuptias. Neque enim tam cõcubitum, q̃ nuptias deteſtamini: quoniam in eis concubitus cauſa propagandi, nõ vicium ſed officium eſt: à quo immunis eſt continentia virorum fœminarumq́; ſanctarũ: non quia ſicut malũ illud deuitauerũt, ſed quia melius elegerunt. Quanquã patrũ & matrum, quales Abrahã & Sara extiterunt, ipſum officium coniugale, non ex humana ſocietate, ſed ex diuina diſpen- K
ſatione penſandum eſt. Nã quia Chriſtum in carne venire oportebat, ei carni propagandæ famulatũ eſt coniugium Sarę, cui virginitas Marię præfertur.

1. Timo. 4.

Poſitio manus ſub femore Abrahæ, arca Noe, & lucta Iacob cũ angelo, & φ Abraham dixit Saram ſororem ſuam.

Ca. XXIII.

Vnde & illud quod imperitia laudabili deridendo commemoraſti, Pone manum ſub femore meo, Abrahã ſeruo ſuo dixit, poſtulãs iuriſiurandi fidem, Pone, inquit, manũ ſub femore meo, & iura per deũ cœli. Seruus quidẽ ille obediendo iurabat, ſed & Abraham iubendo prophetabat, deum ſcilicet cœli in eam carnem eſſe vẽturũ, quę fuiſſet ex illo femore propagata. Vos boc aſpernamini, deteſtamini, abominamini, caſti & mundi homines: qui filio dei quem nullus contactus carnis mutare potuiſſet, vnum virginis vterum formidatis: & dei viui naturam mutatam atque pollutam, omnium fœminarum, non hominum tantum, ſed beſtiarum quoq́; vteris implicatis: ac per hoc qui vnum Patriarchæ femur horretis, quę tãdem femora, non dico Prophetarum, ſed quarũlibet proſtitutarũ inuenitis, vbi non deũ veſtrum illic tam turpiter compeditum vitare debeatis: niſi forte nõ quidem caſte tangere humani corporis membrum, ſed pudet iurare per deum tam turpiter vinctum. Tanta illic deformitate captiuo nomine pã- L
carpi, qui in ludicris muneribus edi ſolet, propter omnium generũ quę inerãt beſtias, exagitatis arcam Noë, quę per omne genus animaliũ, futurã ex omnibus gentibus figurabat Eccleſiã. Vbi te vel non aduertentẽ vel ignorantem gratulor congruum poſuiſſe vocabulum: Pãcarpos enim omnis eſt fructus, quod in Eccleſia ſpiritaliter viſum eſt: & non attendis Noë cum ſuis, inter illas feras quò illęſus ingreſſus eſt, vnde illęſus egreſſus eſt, q̃ fœlicior fuerit deo veſtro, qui ferina rabie gentis tenebrarũ dilaniatus & deuoratus eſt. Itaq́; ille nõ pancarpus, ſed planè cõpartus* factus eſt, qui omni feritate diſcerptus eſt.

πάγκαρπος.

**forte, concerptus vel quod magis arridet, panarpus.*

Luctã Iacob cum angelo irrides, vbi futura cũ carne Chriſti lucta populi Iſraël propheticè figurata eſt. Sed quomodolibet intelligas, Quanto melius deus veſter cũ homine luctaretur, q̃ victus atq́; captiuus à dæmonũ gẽte diriperetur, Falſo Abrahã φ pudiciciã coniugis vẽdiderit criminaris, vbi nõ eſt mentitus ſororem, ſed cautela humana tacuit vxorem, deo ſuo cõmittens eius pudiciciã conſeruandam: qui niſi faceret quod facere poſſet, nõ in deũ fidere, ſed deũ tentare iudicaretur. Nec tamẽ reſpicis deũ veſtrum, qui nõ vxo- M
rem, ſed membra ſua boſtibus polluenda, corrũpenda, turpanda, nõ vendidit, ſed gratis dedit. Ad quẽ, ſi poſſet certe optaretis, vt tã illibata rediret ab inimicis ſuis dei veſtri præclara natura, q̃ illibata viro reddita eſt Sara.

22. q. 2. ca. Quæritur.

Mutatio Auguſtini ab errore ad fidem.

Ca. XXIIII.

Laudas mores & ſtudia quõdam mea, & quæris quis me repente mutauerit. Deinde circũloquendo cõmemoras antiquum hoſtem omnium fidelium atq́; ſanctorum, & ipſius domini Ieſu Chriſti, quẽ vis vtiq́; diabolum intelligi. Quid ego tibi de mea mutatione reſpondeã? quã niſi eo modo in melius fieri crederem, non vtiq́; me, veſtro errore deteſtato atque dãnato, ad catholicam Eccleſiã fidemq́; conferrem. Quod vtrum recte fecerim: id eſt, à malo in bonum mutatus ſim, tu mihi ipſe ſoluis quęſtionẽ in eodem verbo quod poſuiſti mutationis meæ. Anima enim mea, ſi queadmodum dicitis, dei natura eſſet: ſiue in melius, ſicut confido: ſiue in deterius, ſicut arguis, mutari omnino nõ poſſet: nec à ſeipſa, nec à cuiuſquã vel alterius impulſu. Vnde cum errorem iſtum reliqui, & elegi eã fidem, vbi dei natura prorſus incommutabilis pie creditur, vt ſapiẽter intelligatur: nõ diſplicet mutatio mea, niſi quibus diſplicet incommu-

A incõmutabilis deus. Eſt autem diabolus ſanctorum ad-
uerſarius, non ꝙ aduerſus eos ex alterius naturæ con-
trario principio conſurgat inimicus, ſed quia eis inui-
det honorem cœleſtem, vnde eſt ipſe deiectus. Mutat*
enim ipſe, alios mutare molitur. Nã ſicut à vobis Perſi-
cæ illius fabulæ prolixitate deſcribitur, ſi non mutatus
alios mutat, profecto maior & victor eſt. Si autem ſicut
affirmatis, ſanctæ lucis nõ inimicus dei eſt, ſed amicus,
& illis melior quos decipit, qui eos lumini ſancto ini-
micos, cui eſt ipſe amicus, effecit? Ideo quippe dicit Ma-
nichæus, æterno ſupplicio animas in illo horribili glo-
bo damnãdas, quòd errare ſe à priori lucida ſua natu-
ra paſſæ ſunt, & inimicæ luminis tunc extiterunt, cum
ipſam mentem gẽtis tenebrarum, tenẽdæ apud ſe lucis
amore flagrantem, animaliũ corpora creare cõtendat.
Ab his ergo vaniſsimis ſacrilegisq; figmẽtis te cura vt
eripias, mutandus in melius illius adiutorio, qui nec in
Quare in Manichæo ſpem ponere non debeãs ſua ſecta boñes. Cap. XXV. melius nec in deterius cõmutatur. Euaſimus, inquis,
quia ſpiritalẽ ſecuti ſumus ſaluatorẽ. Nã illius tantum
erupit audacia, vt ſi noſter dominus carnalis foret, om-
nis noſtra fuiſſet ſpes amputata. Si hoc propterea dicis,
quia Chriſtũ carnẽ habuiſſe non creditis, in Manichæo
ſpem ponere nõ debetis, quem de maſculo & fœmina
procreatũ, ſicut cæteros homines carnem fuiſſe conce-
B ditis. Cur ergo in illo tãtam ſpem ponitis? Nam in hac
ipſa epiſtola tua cum me terreres, ipſe dixiſti, Quis ergo
tibi patronus erit ante iuſtum tribunal iudicis, cum &
de ſermone & de opere cœperis te teſte conuinci? Perſa
quem incuſaſti non aderit. Hoc excepto, quis te flẽtem
conſolabitur? Quis Punicum ſaluabit? Conſolatorẽ igi
tur & Saluatorem Manichæo excepto nullum eſſe poſ-
ſe dixiſti. Quo modo ergo cum de Chriſti paſsionibus
ageres, euaſiſſe vos dixiſti, ꝙ ſpiritalem ſecuti eſtis Sal-
uatorem, ne ſcilicet eum poſſet in carne conſtitutum
inimicus occidere? Ergo Manichæum veſtrum ſi occi-
dit inimicus, in quo carnem inuenit, vt iam veſter eſſe
ſaluator poſſet: & quo modo dicis, hoc excepto quis te
flentem cõſolabitur? Quis Punicũ ſaluabit? Vides quid
1.Timo.4. ſit, in hæreſi & doctrinis dæmoniorũ, in hypocriſi mẽ-
daciloquorum. Veracem Manichæum de Chriſto vis
eſſe fallaci, vt ſi Chriſtus in oſtendenda carne, morte,
Ioan.21. reſurrectione, locis deniq; vulnerum atq; clauorũ, quæ
dubitantibus diſcipulis demonſtrauit, totum fallaciter
C ac mendaciter geſsit, tunc Manichæus de Chriſto verũ
dixerit. Si autem Chriſtus verã carnem, & ideo veram
mortem, veram reſurrectionem, veras cicatrices oſten-
dit, tunc Manichæus de Chriſto mẽtitus ſit. Ac per hoc
id intereſt in hac cauſa inter me atque te, ꝙ tu elegiſti
veracem credere Manichæum, Chriſtum credendo fal
lacem: ego autem Manichæum potius, ſicut de aliis re-
bus, ita de Chriſto, quàm Chriſtum de aliqua re. Quãto
magis de illa, vbi ſpem credẽtium maxime poſuit, hoc
eſt de ſua paſsione & reſurrectione, mẽtitum? Nam qui
dicit, quãdo Chriſtus poſt illam, quæ mors eius putata
eſt, apparuit diſcipulis hæſitãtibus, & ſpiritum ſe vide-
Lucæ.24. re putantibus: quando dixit, Tangite manus meas &
pedes, & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa nõ habet,
Ioan.20. ſicut me videtis habere: quando vni eorũ minime cre-
denti, Mitte, inquit, digitos in latus meum, & noli eſſe
incredulus, ſed fidelis: totum hoc non veraciter oſten-
debat, ſed mendaciter. Qui hoc, inquam dicit, nõ præ-
dicator, ſed accuſator eſt Chriſti. Sed inquis, Chriſtum
prædicat Manichæus, eiusq; ſe dicit Apoſtolum. Hinc
potius deteſtandus atque fugiendus eſt. Nam cum hæc
accuſando diceret, ſe ſaltẽ iactaret amatorẽ veritatis,
arguendo alterius falſitatẽ. Nunc vero neſciens incau- D
tusq; ſe prodit, ſatisq; demonſtrat diligenter intuenti-
bus, quid agat ipſe, quid diligat, laudando ac prædicã-
do mẽtientem. Fuge itaque amice tãtam peſtem, ne te,
quod fieri non poteſt, fallendo velit fidem facere Ma-
nichæus: qualem vult videri à Chriſto eſſe factũ illum
diſcipulum cui dixit, Mitte digitos in latus meũ, & no-
li eſſe incredulus, ſed fidelis. Sicut enim ſapit dulciſsi-
ma veritas, quid aliud diſcipulo Chriſtus dixit, niſi tã-
ge quod geſto, tange quod geſsi, tange veram carnem,
tange verorum veſtigia vulnerum, tange vera loca cla-
uorum, & credendo noueris, noli eſſe incredulus, ſed
fidelis. Sicut autẽ deſipit Manichæi ſacrilega vanitas,
quid aliud dixit diſcipulo Chriſtus, niſi tange quod ſi-
mulo, tange quod fallo, niſi tãge falſam carnem, tange
falſorum fallacia vulnerũ loca, & noli eſſe incredulus
meis mendacibus mẽbris, vt credendo falſis poſsis eſſe
fidelis. Tales fideles habet Manichæus, omnis doctrinæ *1.Timo.4.*
dæmoniorum mendaciloquorum. Fuge iſta obſe- *Paucitas*
cro, non decipiat ſpecies paucitatis, quoniã ipſe domi- *ſaluando-*
nus dixit anguſtam viam eſſe paucorum. Inter paucos *rũ quæ ſit.*
vis eſſe, ſed peſsimos. Nam verum eſt quòd pauci ſint *Ca. XXVI.*
omnino innocentes, ſed in ipſis nocentibus pauciores *Matt.7.*
ſunt homicidæ quàm fures, pauciores ſunt inceſtatores E
quàm adulteri. Denique etiam ipſe antiquorum vel fa-
bulæ vel hiſtoriæ pauciores habẽt Medeas & Phædras,
quàm facinorum aliorum flagitiorumq; mulieres, pau-
ciores Ochos & Buſirides, q̃ impietatum aliarũ & ſce-
lerum viros. Vide ergo, ne forte apud vos nimius hor-
ror impietatis, faciat meritum paucitatis. Talia quippe
ibi leguntur, dicuntur, creduntur, vt in illum errorem
magis aliquos quàm paucos irruere, vel illic remanere
mirandum ſit. Sanctorum autem paucitas quorum an-
guſta via eſt, in cõparatione ponitur multitudinis pec-
catorum: quæ quidem paucitas in multo maiore nume *Matt.3.*
ro palearum latet: vel ipſa area catholicæ Eccleſiæ eſt
nunc congreganda & trituranda, in fine autem venti-
landa atque purganda: ad quam te oportet conferas, ſi
fideliter fidelis eſſe deſideras, ne fidẽdo falſis, ſicut ſcrip
tum eſt, ventos paſcas, id eſt, immundis ſpiritibus eſca *Oſee.12.*
fias. Si enim Paulus Apoſtolus, quem commemoras, nõ
ſapientum veteris teſtamenti ſcripturas totamq; illam
propheticã diſpẽſationem dictorum atque factorum, *Philip.3.*
ſed carnalem Iudaicæ propaginis excellentiam, & pro
ſynagogis paternæ gentis errantibus & Chriſtum non
agnoſcentibus, zelũ perſequẽdi Chriſtianos, quo quàm F
laudabili accendebatur, & iuſticiam quæ ex lege eſt qua
Iudæi non ibi intellecta dei gratia ſuperbe gloriantur,
damna & ſtercora deputauit, vt Chriſtum lucrifaceret:
quanto magis tu ſcripturas illas nefandarum blaſphe-
miarum pleniſsimas, vbi natura veritatis, natura ſum-
mi boni, natura dei, toties mutabilis, toties victa, toties
corrupta, & ex parte inexplicabiliter inquinata, atq; ab
ipſa veritate in fine dãnanda deſcribitur, nõ ſicut ſter-
cora, ſed ſicut venena debes abiicere, & ad Eccleſiã ca
tholicam fidemq;, ſicut tãto ante prophetata, ita ſuo tẽ
pore reuelata eſt, finita cõtentione tranſire? Quod ideo
tibi loquor, quia mens tua nec natura mali eſt, quæ om-
nino nulla eſt: nec natura dei, alioquin incommutabili
fruſtra loquerer: ſed quoniã mutata eſt deſerendo deũ,
& ipſa mutatio eius malũ eſt, mutetur conuerſa ad in-
cõmutabile bonum, in adiutorio ipſius incõmutabilis
boni: & talis eius mutatio erit à malo liberatio. Hanc
admonitionem ſi ſpernis, duas adhuc credens eſſe na-
turas: vnã mutabilem boni, quæ malo permixta potuit
iniuſticiæ

G iniuſticiæ conſentire: alteram incommutabilem mali, quæ nec bono mixta potuit conſentire iuſticiæ: proximam illam pudendam fabulam garris, execrabiles turpesq́; blaſphemias in fornicatione prurięntium aurium ſeminante, vt ſis in eorum grege, de quibus prædictum

1.Timo.4. eſt: quod erit tempus, quando ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus, & à veritate quidem auditũ ſuum auertentes, ad fabulas autem conuertentur. Si autem hanc admonitionem prudenter accipis, cõuerſus ad incommutabilem deum, mutatione laudabili fies in

Ephe.5. eis, de quibus dicit Apoſtolus, Fuiſtis aliquãdo tenebrę, nunc autem lux in domino. Quod nec dei naturæ dici poſſet, quia nunquam fuit mala & digna iſto nomine tenebrarum: nec naturæ mali, quæ ſi eſſet, nunquã poſſet mutari, nec lux fieri. Sed recte ac veraciter hoc dictum eſt ei naturæ, quæ incõmutabilis non eſt, ſed deſerto incõmutabili lumine, à quo facta eſt, obtenebratur in ſe: ad illud autẽ conuerſa fit lux, non in ſe ſed in domino. Non enim à ſeipſa, quoniam non eſt lumen

H verum, ſed illuminata lucet ab illo, de quo dictum eſt,

Ioan.1. Erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Hoc crede, hoc intellige, hoc tene, ſi vis eſſe bonus participatione incommutabilis boni, quod non potes eſſe per te: quod nec amittere ſi incommutabiliter hoc eſſes, nec recipere poſſes ſi incommutabiliter hoc non eſſes.

Libri contra Secundinum Manichæum finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS Epiſcopi, De Natura boni contra Manichæos, Liber.

Quòd ſummũ bonum deus õipotẽs õia creauit ex nihilo & bona, ſed nõ ſumme bona.

Caput I.

SVmmum bonum quo ſuperius non eſt, deus eſt: ac per hoc incõmutabile bonum eſt, & ideo vere æternum, & vere immortale. Cætera omnia bona non niſi ab illo ſunt, ſed non de illo. De illo enim quod eſt, hoc eſt quod ipſe eſt: ab illo autem quæ facta ſunt, non ſunt quod ipſe. Ac per hoc ſi ſolus ipſe

I incommutabilis, omnia quæ fecit, quia ex nihilo fecit, mutabilia ſunt. Tam enim omnipotens eſt, vt poſsit etiam de nihilo: id eſt, ex eo quod omnino non eſt bona facere, & magna, & parua, & cœleſtia, & terrena, & ſpiritalia & corporalia. Quia vero & iuſtus eſt, ei quod de ſe genuit, ea quæ de nihilo fecit, non æquauit. Quia ergo bona omnia, ſiue magna, ſiue parua, per quoſlibet rerum gradus, non poſſunt eſſe niſi à deo: omnis autem natura, inquantum natura eſt, bonum eſt: omnis natura non poteſt eſſe niſi à ſummo & vero deo: quia omnia etiam non ſumma bona, ſed propinqua ſummo bono, & rurſus omnia etiam nouiſsima bona, quæ longe ſũt à ſummo bono, nõ poſſunt eſſe niſi ab ipſo ſummo bono. Omnis ergo ſpiritus etiam mutabilis, & omne corpus à deo, & hoc eſt omnis facta natura. Omnis quippe natura aut ſpiritus, aut corpus eſt. Spiritus incõmutabilis deus eſt: ſpiritus mutabilis facta natura eſt, ſed corpore melior: Corpus autem ſpiritus non eſt, niſi cum ventus, quia nobis inuiſibilis eſt, & tamen vis eius non parua ſentitur, alio quodã modo ſpiritus dicitur. K

Per quid Manichæi decipiãtur vt non õia à deo facta dicant.

Propter eos autem qui cum intelligere non poſſunt omnem naturam: id eſt, omnem ſpiritum & omne corpus naturaliter bonum eſſe, mouẽtur ſpiritus iniquitate & corporis mortalitate: & ob hoc aliam naturam maligni ſpiritus, & mortalis corporis, quam deus nõ fecerit, conãtur inducere: ſic arbitramur ad eorum intellectum, quod dicimus poſſe perduci. Fatẽtur enim omne

Caput II. *† al. deo.*

bonũ nõ eſſe poſſe, niſi à ſummo & vero bono†. Quod & verum eſt, & ad eos corrigendos ſi velint aduertere ſufficit.

Oẽs natura inquantum natura bona eſt.

Nos enim catholici Chriſtiani deum colimus, à quo omnia bona ſunt, ſiue magna, ſiue parua: à quo omnis modus, ſiue magnus ſiue paruus: à quo omnis ſpecies, ſiue magna ſiue parua: à quo omnis ordo, ſiue magnus ſiue paruus.

Caput III.

Omnia enim quãto magis moderata, ſpecioſa, ordinata ſunt, tãto magis vtique bona ſunt: quanto autem minus moderata, minus ſpecioſa, minus ordinata ſunt, minus bona ſunt. Hæc itaq; tria, L modus, ſpecies, ordo, vt de innumerabilibus taceã, quæ ad iſta tria pertinere monſtrantur: hæc ergo tria, modus, ſpecies, ordo, tanquã generalia bona ſunt, in rebus à deo factis, ſiue in ſpiritu, ſiue in corpore. Deus itaque ſupra omnem creaturæ modum eſt, ſupra omnem ſpeciem, ſupra omnẽ ordinem: nec ſpaciis locorum ſupra eſt, ſed ineffabili & ſingulari potentia, à quo omnis modus, omnis ſpecies, omnis ordo. Hæc ergo tria vbi magna ſunt, magna bona ſunt: vbi parua, parua bona ſũt: vbi nulla ſunt, nullum bonũ eſt. Et rurſus vbi hæc tria magna ſunt, magnæ naturæ ſunt: vbi parua ſunt, paruæ naturæ ſunt: vbi nulla ſunt, nulla natura eſt. Omnis ergo natura bona eſt.

Quid ſit malum.

Caput IIII.

Proinde cum quæritur, vnde ſit malum, prius quærendum eſt quid ſit malum: quod nihil aliud eſt quàm corruptio, vel modi, vel ſpeciei, vel ordinis naturalis. Mala itaque natura dicitur quando † corrupta eſt, nam incorrupta vtique bona eſt. Sed etiã ipſa corrupta, inquantũ natura eſt, bona eſt, inquantum corrupta eſt, mala eſt.

† quæ.

Quòd ex aliqua natura etiam corrupta, melior eſt alia natura alterius generis etiam incorrupta.

Fieri autem poteſt vt quędam natura quæ modo & ſpecie naturali excellentius ordinata eſt, etiam corrupta melior ſit adhuc quàm eſt incorrupta altera, quæ minore modo & ſpecie naturali inferius ordinata eſt, ſicut in hominum æſtimatione ſecundum æqualitatem, quæ aſpectibus adiacet. Melius eſt itaque corruptum aurum quàm incorruptum argẽtum: & melius eſt corruptum argentum quàm plũbum M incorruptum. Sic & in naturis potentioribus atq; ſpiritalibus. Melior eſt enim corruptus per malam voluntatẽ ſpiritus rationalis, quàm irrationalis incorruptus. Et melior eſt quilibet ſpiritus etiam corruptens, quàm corpus quodlibet incorruptum. Melior eſt enim natura quæ cum præſto eſt corpori, præbet ei vitam, quàm illa cui vita præbetur. Quantũlibet autem corruptus ſit ſpiritus vitæ, qui factus eſt, vitam præbere corpori poteſt: ac per hoc melior illo eſt, quamuis incorrupto corruptus.

Caput V.

Quòd non oẽs ſpecies modus, & ordo in rebus corrũpantur.

Corruptio autẽ ſi omnem modum, omnem ſpeciem, omnem ordinem rebus corruptibilibus auferat, nulla natura remanebit, ac per hoc omnis natura, quæ corrũpi non poteſt, ſummum bonum eſt, ſicut deus eſt. Omnis autem natura quæ corrumpi poteſt, etiam ipſa aliquod bonum eſt. Nõ enim poſſet ei nocere corruptio, niſi adimendo & minuendo quod bonum eſt.

Caput VI.

Quòd ordinatio ad pœnã cõpetat culpæ, nõ naturæ.

Creaturis autem præſtantiſsimis, hoc eſt rationalibus ſpiritibus, hoc præſtitit deus, vt ſi nolint, corrumpi non poſsint: id eſt, ſi obedientiam cõſeruauerint ſub domino deo ſuo, ac ſic incorruptibili pulchritudini eius adhæſerint: ſi autem obedientiã conſeruare noluerint,

Caput VII.

quoniam

A quoniam volentes corrumpuntur in peccatis, nolẽtes corrumpuntur in pœnis. Tale quippe bonum eſt deus, vt nemini eum deſerenti bene ſit: & in rebus à deo factis tã magnum bonum eſt natura rationalis, vt oullũ ſit bonum quo beata ſit niſi deus. Peccaotes igitur in ſuppliciis ordinantur, quæ ordinatio quia eorũ naturæ non competit, ideo pœna eſt, ſed quia culpæ competit, ideo iuſticia eſt.

De bonitate & ordine creaturarũ inferiorũ, ad quas nõ ſpectat beatitudo vel miſeria. Cap. VIII.

Cætera vero quæ ſunt facta de nihilo, quæ vtique inferiora ſunt, quàm ſpiritus rationalis, nec beata poſſuot eſſe nec miſera. Sed quia pro modo & ſpecie ſua etiam ipſa booa ſunt, nec eſſe quanuis minora & minima bona, niſi à ſummo bono deo pote runt, ſic ordinati ſunt, vt cedant infirmiora firmioribus, & inualidiora fortioribus, & impotentiora potentioribus, atque ita cœleſtibus terrena concordent tanq̃ præcellentibus ſubdita. Fit autem decedentibus & ſuccedentibus rebus, temporalis quædã in ſuo genere pulchritudo, vt nec ipſa quæ moriuotur, vel quod erãt eſſe deſinunt, turpent aut turbent modum, & ſpeciem, & ordinem vniuerſæ creaturæ: ſicut ſermo bene cópoſi- B tus vtiq; pulcher eſt, quanuis in eo ſyllabæ atque omnes ſoni tanquam naſcendo & moriendo tranſcurrant.

Quòd ad deũ ptinet quantitatẽ pœnæ inſligere, & q̃ hoc iuſtum ſit. Cap. IX.

Qualis autem & quaota pœna cuique culpæ debeatur, diuini iudicij eſt, non humani: quæ vtique & cum conuerſis remittitur, magna eſt bonitas apud deum: & cum debita redditur, nulla eſt iniquitas apud deũ: quia melius ordinatur natura vt iuſte doleat in ſupplicio, q̃ vt impune gaudeat in peccato. Quæ tamen etiã ſic habens nónullum modum, & ſpeciem, & ordinẽ, in quacnnque extremitate adhuc aliquod bonum eſt: quæ ſi omnino detrahãtur, & penitus conſumantur, ideo nullum bonũ erit, quia nulla natura remanebit.

Quare creaturæ ſint cõmutabiles. Caput X.

Omnes igitur naturæ corruptibiles, omnino naturæ oó eſſent, niſi à deo eſſent: nec corruptibiles eſſent, ſi de illo eſſent, quia hoc quod ipſe eſt, eſſent. Ideo ergo quocunq; modo, quacunq; ſpecie, quocũq; ordine ſunt, quia deus eſt à quo factæ ſunt. Ideo autem non incommutabiles ſunt, quia oihil eſt vnde factæ ſunt. Sacrilega autem audacia coæquantur nihil & deus: ſi quale eſt illud quod de deo natum eſt, tale velimus eſſe illud, quod ab eo de C nihilo factum eſt.

Quibus nocere poſſit iuſte malũ, et quib' nõ. Cap. XI.

Quapropter nec naturæ dei noceri omnino poteſt, nec alicui naturæ ſub deo noceri iniuſte poteſt: quia cum peccando iniuſte aliqui nocẽt, & ſi voluntas iniuſta eis imputatur, poteſtas tamen qua nocere permittuntur, non eſt niſi à deo, qui & ipſis nocentibus† nouit, quid illi pati debeãt, quibus eos nocere permittit.

† neſciẽtib'

Quòd oĩa bona ſint à deo, & de blaſphemiis Manichæorũ. Ca. XII.

Hæc omnia tam perſpicua, tam certa, ſi vellent aduertere, qui aliam naturã inducunt, quã oon fecit deus, non taotis blaſphemiis implerentur, vt in ſummo malo taota bona ponerẽt, & in deo tãta mala. Sufficit enim, vt ſupra dixi, ad eorũ correctionẽ, ſi velint attendere, quod eos etiã inuitos cogit veritas cófiteri, omnia prorſus bona nó eſſe niſi à deo. Nó ergo ab alio ſuot magna bona, & ab alio parua bona, ſed & magna & parua bona non ſunt niſi à ſummo bono, quod deus eſt.

Quòd oĩs creatura vel magna vel parua: et oĩa à deo ſint. Cap. XIII.

Cómemoremus ergo bona quantũ potuerimus, quæ dignũ eſt, vt deo authori tribuamus, & his ſublatis videamus vtrũ aliqua natura remanebit. Omnis vita & magna & parua, omnis potẽtia & magna & parua: omnis ſalus & magna & parua, omnis memoria & magna & parua, omnis virtus & magoa & parua, omnis intellectus & magnus & paruus, omois trãquillitas & magoa & parua, omnis copia & magna & parua, omnis ſenſus & magous & paruus, omne lumen & magnũ & paruũ, omnis ſanitas & magna & parua, omnis mẽſura & magna & parua, omnis pax & magna & D parua, omnis pulchritudo & magna & parua, & ſi qua ſimilia occurrere poterunt, maximeq; illa quæ per omnia reperiũtur, ſiue ſpiritalia ſiue corporalia, omnis modus, omnis ſpecies, omnis ordo, & magnus & paruus, à domino deo ſunt. Quibus boois omnibus, qui male vti voluerit, diuino iudicio pœnas luet: vbi autem nullum horum omnioo fuerit, nulla natura remaoebit.

Quòd parua cõparatione maiorũ cõtrariis nominibus appellẽtur. Cap. XIIII.

Sed in his omnibus quæcũque parua ſunt, in maiorum cóparatione cõtrariis nominibus appellaorur: ſicut in hominis forma, quia maior eſt eius pulchritudo, in eius cóparatione & ſimiæ, ſimię pulchritudo deformitas dicitur: & fallit imprudentes tanq̃ illud ſit bonum, & hoc malum: nec intenduot in corpore ſimiæ modum proprium, parilitatem ex vtroque latere membrorum, cócordiam partiũ, iocolumitatis cuſtodiã, & cætera quæ perſequi longum eſt.

Quòd diminutio boni ſit corruptio naturæ. Cap. XV.

Sed vt quod dicimus intelligatur, & nimium tardis ſatisfiat, vel etiam pertioaces & apertiſsimæ veritati repugnantes, cogantur quod verũ eſt coofiteri, interrogentur, vtrum corpori ſimię poſsit nocere corruptio. Quòd ſi poteſt vt fœdius fiat, quid minuit niſi pulchritudinis bonum? Vnde tandiu aliquid E remanebit, quãdiu corporis oatura ſubſiſtit. Proinde ſi cõſumpto bono natura cõſumitur, booa ergo eſt natura. Sic & tardũ dicimus veloci contrariũ, ſed tamẽ qui ſe omnino non mouet, nec tardus dici poteſt. Sic acutę voci contrariã vocem dicimus grauẽ, vel canorę aſperam, ſed ſi omnem ſpeciem vocis penitus adimas, ſilẽtium eſt vbi vox nulla eſt: quod tamen ſilẽtium eoipſo quod vox oulla eſt, tãquam contrariũ voci ſolet opponi. Sic & lucida & obſcura tanquã duo contraria dicũtur: habent tamen & obſcura aliquid lucis, quo ſi penitus careãt, ita ſunt tenebræ lucis abſeotia, ſicut ſilẽtium vocis abſentia?

Quòd priuationes in vniuerſo ſint ordinatæ, & quare tenebræ dicãtur laudare deũ. Cap. XVI.

Quæ tamen etiam priuationes rerum ſic ordinaotur io vniuerſitate naturæ, vt ſapienter cõſiderantibus non indecenter vices ſuas habeãt: Nam & deus certa loca & tẽpora non illuminãdo, tenebras fecit tam decenter quàm dies. Si enim nos cõtinendo vocem, decenter ioterpooimus in loquẽdo ſilentium, quanto magis ille quarũdam rerum priuationes decẽter facit, ſicut rerum omnium perfectus artifex? Vnde & in hymno triũ puerorum, etiam lux & tenebræ laudaot deum: id eſt, eius laudem io bene cooſiderantium F cordibus pariunt.

Danie. 3.

Quòd nulla natura mala ſit, ſed eius malũ non ſit niſi boni corruptio. Cap. XVII.

Non ergo mala eſt, inquaotum natura eſt, vlla natura, ſed cuique naturæ ooo eſt malum niſi minui bono, quod ſi minuendo abſumeretur, ſicut nullum bonum, ita nulla natura relinqueretur: non ſolum qualem ioducunt Manichæi, vbi tanta bona inueniuntur, vt nimia eorum cæcitas mira ſit, ſed qualẽ poteſt quilibet inducere.

Materies, quã antiqui Hylen dixerũt malum non eſt dicenda. Ca. XVIII.

Neque enim vel illa materies quam antiqui Hylen dixerunt, malum dicenda eſt. Nó eam dico quã Maoichæus Hylen appellat demẽtiſsima vanitate, neſciẽs quid loquatur, formatricẽ corporum: vnde recte illi dictũ eſt, quod alterum deũ inducat. Nemo enim formare & creare corpora niſi de' poteſt. Neque eoim creãtur niſi cum eis modus & ſpecies & ordo ſubſiſtit, quæ bona eſſe, nec eſſe poſſe niſi à deo puto, quod iam etiam ipſi confitentur. Sed Hylen dico quãdam penitus informẽ & ſine qualitate materiam, vnde iſtæ quas ſentimus qualitates formantur, vt antiqui dixerũt. Hinc enim & ſylua Grçce dicitur Hyle, quòd operantibus apta ſit, non vt aliquid ipſa faciat, ſed vnde aliquid fiat. Nec iſta ergo Hyle malũ dicẽda eſt, quæ non per aliquã ſpeciẽ ſentiri, ſed per omnimodã ſpeciei priuationẽ cogitari vix poteſt. Habet enim

& ipſa

G & ipſa capacitatem formarum: nã ſi capere impoſitam ab artifice formam oon poſſet, nec materies vtique diceretur. Porrò ſi booũ aliqood eſt forma, vnde qui ea præualent, formoſi appellaotur, ſicut à ſpecie ſpecioſi, proculdubio bonum aliquod eſt etiã capacitas formę. Sicut quia bonũ eſt ſapientia, oemo dubitat quod booũ ſit capacem eſſe ſapientiæ. Et quia omne bonum à deo, neminem oportet dubitare, etiã iſtam ſi qua eſt materiem, oon eſſe niſi à deo.

Quòd deus ſolus eſſe dicatur, quia incommutabilis. Cap. XIX.

Magnifice igitur & diuine deus noſter famulo ſuo dixit: Ego ſum qui ſum: Et dices filiis Iſraël: Qui eſt miſit me ad vos. Vere eoĩ ipſe eſt, quia iocommutabilis eſt. Omois enim mutatio facit ooo eſſe quod erat, vere ergo ille eſt qui immutabilis eſt: Cætera quæ ab illo facta ſuot, ab illo pro ſuo modo eſſe acceperuot. Ei ergo qui ſumme eſt, ooo poteſt eſſe contrarium oiſi quod oõ eſt, ac per hoc ſicut ab illo eſt omne quod bonum eſt, ſic ab illo eſt omne quod oaturaliter eſt, quoniã omoe quod naturaliter eſt, booũ eſt:

H Omois itaq; natura booa eſt, & omne booũ à deo eſt, omois ergo oatura à deo eſt.

Quid ſit dolor aĩæ & corporis, & q Chriſtus nõ ſit putrefactus. Caput XX.

Dolor autẽ, quod pręcipue malum nõoulli arbitrantur, ſiue io aoimo ſiue in corpore ſit, nec ipſe poteſt eſſe niſi in oaturis boois. Hoc enim ipſum quod reſiſtir vt doleat, quodã modo recuſat nõ eſſe quod erat, quia booum aliquod erat: ſed cum ad melius cogitur, vtilis dolor eſt, cũ ad deterius, inutilis eſt. Io animo ergo dolorẽ facit voluotas, reſiſtens poteſtati maiori: in corpore dolorem facit ſenſus, reſiſtens corpori potẽtiori. Sunt autẽ mala ſioe dolore peiora: peius eſt eoim gaudere de iniquitate, q̃ dolere de corruptiooe†: verũtamen tale gaudium nõ poteſt eſſe niſi ex adeptiooe bonorũ ioferiorum, ſed iniquitas eſt deſertio meliorum. Itẽ io corpore melius eſt vulnus cũ dolore, q̃ putredo ſine dolore, quæ ſpecialiter corruptio dicitur: quã noo vidit, id eſt, ooo paſſa eſt mortua caro domioi, ſicut io prophetia prædictũ erat: Nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Nã vuloeratum eſſe cõfixione clauorum, & percuſſum de lãcea quis negat? Sed etiam ipſa quæ proprie ab hominibus corruptio corporis dicit, id eſt, ipſa putredo, ſi adhuc habet aliquid quod alte cõſumat booũ minuendo, creſcit corruptio. Quod ſi penitus abſumpſerit, ſicut nullũ bonum, ita nulla natura remanebir: quia iã corruptio

† al. correptione.

Pſal. 15.
Acto. 2.
Ioan. 19.

I quod corrumpat oõ erit, & ideo nec ipſa putredo erit, quia vbi ſit omnino non erir.

Quare paruæ res dicãtur modica. Cap. XXI.

Ideo quippe & parua atq; exigua iam cõmuni loqueodi vſu modica dicuntur, quia modus io eis aliquis reſiſtit, ſioe quo oõ iã modica, ſed omnioo oulla ſunt. Illa autem quę propter nimium progreſſum dicuotur immodica, ipſa nimietate culpãtur: ſed tamen ipſa etiã ſub deo, qui omnia in mẽſura, & io numero & poodere diſpoſuit, neceſſe eſt vt aliquo modo cohibeãtur.

Sapien. 11.

Quòd de⁹ modũ non habẽs, non dicatur immoderatus. Cap. XXII.

Deus autem habere modũ dicendus nõ eſt, ne fiois eius dici putetur. Nec ideo tamẽ immoderatus eſt, à quo modus omnibus tribuitur rebus, vt aliquo modo eſſe puſsint. Nec rurſus moderatum oportet dici deum, taoq̃ ab aliquo modũ acceperit. Si autẽ dicamus eum ſummũ modum, forte aliquid dicimus, ſi tameo in eo quod dicimus ſummũ [modũ], intelligamus ſummũ bonum. Omnis enim modus iuquantum modus eſt, bonus eſt: vode omnia moderata, modeſta, modificata dici ſine laude nõ poſſunt, quanq̃ ſub alio iotellectu modũ pro fioe ponamus, & oullum modum dicamus, vbi nullus eſt fiois: quod aliquando cum laude dicitur, ſicut dictũ eſt, Et regni eius noo erit finis. Poſſet enim dici etiã: Non erit modus, vt modus pro fine dictus intelligeretur: oam qui oullo modo regnat, non vtiq; regnat.

Luca. 1.

Quare malus ordo modus & ſpecies dicãt. Ca. XXIII.

Malus ergo modus vel ma K la ſpecies, vel malus ordo, aut ideo dicũtur, quia minora ſunt q̃ eſſe debuerunt, aut quia nõ his rebus accõmodantur, quibus accommodaoda ſunt: aut ideo dicũtur mala, quia ſuot aliena & incõgrua: Tanq̃ ſi dicatur aliquis non booo modo egiſſe, quia minus egit quàm debuit: aut quia ita egit ſicut in re tali non debuit, vel amplius q̃ oportebat, vel noo coouenieoter: vt hoc ipſum quod reprehẽditur, malo modo actum, nõ ob aliud iuſtè reprehendatur, oiſi quia non eſt ibi ſeruatus modus. Item ſpecies mala vel in cõparatiooe dicitur formoſioris atq; pulchrioris, quod iſta ſit minor ſpecies, illa maior, nõ mole ſed decore: aut quia oõ coogruit huic rei, adhibita eſt, vt aliena, & inconueniens videatur: Tanq̃ ſi nudus homo in foro deambulet, quod nõ offeodit ſi io balneo videatur. Similiter & ordo mal⁹ tũc dicitur, cũ ipſe minus ſeruatur: vnde nõ ibi ordo, ſed potius inordioatio mala eſt, cũ aut minus ordioatũ eſt q̃ debuit, aut nõ ſicut debuit. Tamẽ vbi eſt aliquis modus, aliqua L ſpecies, aliquis ordo, eſt aliquod booum, & aliqua natura eſt: vbi autẽ nullus modus, nulla ſpecies, nullus ordo eſt, nullum booũ & oulla natura.

Immutabilitas dei ꝓbatur. Ca. XXIIII.

Hæc quæ fides ooſtra habet, vtcuoq; ratio inueſtigauit, diuinarũ ſcripturarum teſtimoniis munienda ſuot: vt qui ea minore intellectu aſſequi nõ poſſunt, diuinę authoritati credant, & ob hoc iotelligere mereantur. Qui autẽ intelliguot, ſed Eccleſiaſticis literis minus ioſtructi ſunt, magis ea nos ex ooſtro intellectu proferre, q̃ in illis libris eſſe, oõ arbitrẽtur. Itaq; deum eſſe incõmutabilem, ſic ſcriptum eſt in Pſalmis, Mutabis ea & mutabuntur, tu autẽ idem ipſe es. Et io libro ſapieotiæ de ipſa ſapientia, Io ſeipſa manens, innouat omnia. Et Paulus Apoſtolus: Iouiſibili & iocorruptibili ſoli deo. Et Apoſtolus Iacobus: Omne datum optimũ, & omne donum perfectum deſurſum eſt deſcẽdeos à patre luminum, apud quem non eſt cõmutatio, nec momenti obumbratio. Item quia id quod de ſe genuit, hoc eſt quod ipſe eſt, ita ab ipſo filio breuiter dicitur: Ego & pater vnum ſumus. Quia autẽ oon eſt factus filius, quippe cum per illum facta ſint omnia, ſicut ſcriptum eſt, Io principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, hoc erat in prio- M cipio apud deum, Omnia per ipſum facta ſunt, & ſioe ipſo factum eſt nihil, id eſt, noo eſt factum ſine ipſo aliquid.

Pſal. 101.
Sapien. 7.
1. Timo. 1.
Iaco. 1.
Ioan. 10.
Ioan. 1.

Quo modo aliqui male ĩtelligãt illã ſcripturã, ſine ipſo factum eſt nihil. Cap. XXV.

Neq; enim audienda ſoot deliramenta hominum, qui nihil hoc loco aliquid intelligendum putaot [ꝙ nihil oon aliquid ſigoificat:] & ad huiuſmodi vanitatem propterea putaot cogi poſſe aliquẽ, quia ipſum, nihil, in fioe poſitum eſt ſentẽtiæ. Ergo, inquiunt, factum eſt, & ideo quia factum eſt, ipſum nihil aliquid eſt. Seoſum enim perdiderunt ſtudio cõtradicendi, nec inrelliguot nihil intereſſe vtrum dicatur, Sioe ipſo factum eſt nihil: an, ſine illo oihil factum eſt: [quia & ſi illo ordine diceretur, ſine illo nihil factum eſt:] poſſeot nihilominus dicere ipſum oihil aliquid eſſe, quia factũ eſt: Quod enim reuera eſt aliquid, quid intereſt vtrum ita dicatur: Sioe illo facta eſt domus: an, ſioe illo dom⁹ eſt facta: dũ intelligatur aliquid factum ſine illo, quod aliquid domus eſt. Ita quia dictũ eſt, Sine illo factũ eſt nihil: quooiã oihil vtique ooo eſt aliquid, quando vere & proprie dicitur, ſiue dicatur, ſine illo factũ eſt nihil: ſiue, ſine illo oihil factũ eſt: vel, nihil eſt factum: nihil intereſt. Quis autẽ velit loqui cum homioibus, qui hoc ipſum quod dixi, oihil intereſt, poſſũt dicere: ergo intereſt aliquid, quia ipſum nihil aliquid eſt? Hi autem qui ſanum habent cerebrũ, rem manifeſtiſsimã vident,

Ioan. 1.

hoc idem

A hoc idem intelligi cum dixi, nihil intereſt, quod intelligeretur, ſi dicerē, intereſt nihil : at iſti ſi alicui dicant, quid feciſti: & ille reſpōdeat, nihil ſe feciſſe : conſequēs eſt vt ei calumnientur dicētes, feciſti ergo aliquid, quia nihil feciſti : ipſum enim nihil aliquid eſt. Habent autem & ipſum dominum in fine ſentētiæ ponentē hoc verbū vbi ait: Et in occulto locutus ſum nihil. Ergo legant & taceant. Quia ergo deus omnia quæ de ſe non genuit, ſed per verbum ſuum fecit, non de his rebus quæ iam erant, ſed de his quæ omnino non erant, hoc eſt de nihilo fecit, ita dicit Apoſtolus: Qui vocat ea quæ non ſunt tanquam ea quæ ſunt. Apertius autem in libro Maccabæorum ſcriptū eſt: Oro te fili, reſpice ad cœlum & terram, & omnia quę in eis ſunt: vide & ſcito quia nō erant, ex quibus nos fecit dominus deus. Et illud quod in Pſalmo ſcriptū eſt: Ipſe dixit & facta ſunt: manifeſtiſſimum eſt, quod non de ſe iſta genuerit, ſed in verbo atque imperio fecerit. Quod autem nō de ſe, vtique de nihilo. Non enim erat aliquid vnde faceret, de quo apertiſſime Apoſtolus dicit: Quoniā ex ipſo & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Ex ipſo autem non hoc ſignificat, quod de ipſo: Quod enim de ipſo eſt, pōteſt dici ex ipſo : nō autem omne quod ex ipſo eſt recte B dicitur de ipſo. Ex ipſo enim cœlum & terra, quia ipſe fecit ea : non autem de ipſo, quia non de ſubſtantia ſua. Sicut aliquis homo ſi gignat filium, & faciat domum, ex ipſo filius, ex ipſo domus, ſed filius de ipſo, domus de terra & ligno. Sed hoc quia homo eſt, qui nō poteſt aliquid de nihilo facere : deus autem ex quo omnia, per quē omnia, in quo omnia, nō opus habebat aliqua materia, quam ipſe non fecerat adiuuari, omnipotentiam ſuam. Cum autē audimus, Omnia ex ipſo & per ipſum & in ipſo : omnes vtique naturas intelligere debemus quę naturaliter ſunt: Neque enim ex ipſo ſunt peccata, quæ naturam non ſeruant ſed viciant, quæ peccata ex voluntate eſſe peccantium multis modis ſancta ſcriptura teſtatur, præcipue illo loco quo dicit Apoſtolus : Exiſtimas autem hoc ô homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quoniā tu effugies iudicium dei? An diuitias benignitatis & patientiæ eius & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam patientia dei ad pœnitentiam te adducit? Secundū duriciam autē cordis tui, & cor impœnitens, theſaurizas tibi iram in die C iræ & reuelationis iuſti iudicij dei, qui reddet vnicuiq; ſecundum opera ſua. Nec tamen cum in deo ſint vniuerſa quæ condidit, inquinant eum qui peccant, de cuius ſapientia dicitur, Attingit autem omnia per ſuam mundiciā, & nihil inquinatum in eam incurrit. Oportet enim vt ſicut deum incorruptibilem & incommutabilem, ita conſequenter etiam incoinquinabilem credamus. Quia vero & minima bona, hoc eſt terrena atque mortalia ipſe fecit, illo Apoſtoli loco ſine dubitatione intelligitur, vbi loquens de membris carnis noſtræ, quia ſi glorificatur vnum membrum, congaudent omnia membra, & ſi patiatur vnum membrum, compatiuntur omnia membra, etiam hoc ibi ait : Deus poſuit omnia membra ſingulum quodque in corpore prout voluit : Et deus temperauit corpus, ei cui deerat maiorem honorem dans, vt non eſſent ſciſſuræ in corpore, ſed ipſum idem vt pro inuicem ſolicita ſint membra. Hoc autē quod ſic in modo & in ſpecie & ordine membrorum carnis laudat Apoſtolus, in omnium animalium carne inuenis, & maximorum & minimorū, cum omnis caro in bonis terrenis, ac per hoc minimis deputetur. Item quia cuique culpæ qualis & quanta

Ioan. 18. Quis ſit verus intellectus ſcripturæ, ſine ipſo factū eſt nihil. Caput XXVI. 2. Macc. 7. Pſal. 32. Roma. 11. Qualiter differāt de & ex præpoſitiones. Ca. XXVII 3. ſē. di. 26. cap. illud. Roma. 11. Quo modo intelligi debeat, Omnia ex ipſo, & per ipſū, & in ipſo. Caput XXVIII. 3. ſē. di. 36. ca. proīde. Roma. 2. Cū deus ſit in omnibus non coinquinatur. Ca. XXIX. 1. ſē. diſ. 37. c. ſolet etiā. Sapien. 7. Quòd deus illa bona fecit, quæ dicuntur minima, id eſt corporalia. Cap. XXX. Quòd diuina iudicia

debeatur pœna, diuini iudicij eſt, non humani, ſic ſcriptum eſt: O altitudo diuitiarum ſapiētiæ & ſcientiæ dei, quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius. Item quia bonitate dei donantur peccata conuerſis, hoc ipſum quod Chriſtus miſſus eſt, ſatis oſtēdit, qui non in ſua natura qua deus eſt, ſed in noſtra quam de fœmina aſſumpſit pro nobis mortuus eſt: quam dei bonitatem circa nos & dilectionē ſic prædicauit Apoſtolus: Cōmendat, inquit, ſuam charitatem deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt: multo magis nunc iuſtificati in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum. Si enim cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati ſalui erimus in vita ipſius. Quia vero etiam cū peccatoribus pœna debita redditur, non eſt iniquitas apud deum, ſic dicit, Quid dicemus? Nūquid iniquus eſt deus qui infert irā? Abſit. Vno autem loco & bonitatem & ſeueritatem ab illo eſſe breuiter admonuit, dicens: Vides ergo bonitatem & ſeueritatem dei, in eos quidem qui ceciderunt ſeueritatem, in te autē bonitatem, ſi permanſeris in bonitate. Item quia etiam [nocentium] poteſtas non eſt niſi à deo, ſicut ſcriptum eſt, loquente ſapientia: Per me reges regnāt, & tyranni per me tenent terram. Dicit & Apoſtolus: Nō eſt poteſtas niſi data à deo. Digne autem fieri in libro Iob ſcriptum eſt: Qui regnare facit, inquit, hypocritam hominē, propter peruerſitatem populi. Et de populo Iſraël dicit deus: Dedi eis regem in ira mea. Iniuſtum enim non eſt, vt improbis accipientibus nocendi poteſtatem, & bonorum patiētia probetur, & malorum iniquitas puniatur: Nam per poteſtatem diabolo datam, & Iob probatus eſt vt iuſtus appareret, & Petrus tentatus eſt, vt non de ſe præſumeret, & Paulus colaphizatus ne ſe extolleret, & Iudas dānatus vt ſe ſuſpenderet. Cum ergo per poteſtatem quam diabolo dedit, omnia iuſte ipſe deus fecerit, nū tamen pro his iuſte factis, ſed pro iniqua nocendi voluntate, quæ ipſius diaboli fuit, ei reddetur in fine ſupplicium, cum dicetur impiis, qui eius nequiciæ conſentire perſeuerauerint: Ite in ignem æternum, quem parauit pater meus diabolo & angelis eius. Quia vero & ipſi mali angeli nō à deo mali ſunt conditi, ſed peccādo facti ſunt mali, ſic Petrus in epiſtola ſua dicit: Si enim deus angelis peccantibus nō pepercit, ſed carceribus caliginis inferi detrudens tradidit in iudicio puniendos ſeruari. Hinc Petrus oſtendit adhuc eis vltimi iudicij pœnam deberi, de qua dominus dicit: Ite in ignem æternū, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Quanuis iam pœnaliter hunc infernum, hoc eſt inferiorem caliginoſum aërem tanquam carcerem acceperint: qui tamen aër quādoq; & cœlum dicitur, non illud in quo ſunt ſydera, ſed hoc inferius, cuius caligine nubila conglobātur, & vbi aues volitant: nam & cœlum nubilum dicitur, & volatilia cœli appellātur. Sacundū hoc Apoſtolus Paulus eoſdem iniquos angelos, cōtra quos nobis inuidos, pie viuēdo pugnamus, ſpiritalia nequiciæ in cœleſtibus nominauit. Quod ne de illis ſuperioribus cœlis intelligatur, aperte alibi dicit: Secundum principem poteſtatis aëris huius, qui nunc operatur in filios diffidentiæ.

Item quia peccatum vel iniquitas non eſt appetitio naturarum malarum, ſed deſertio meliorū, ſic in ſcripturis inuenitur ſcriptum: Omnis creatura dei bona eſt: ac per hoc & omne lignum quod in paradiſo deus plātauit, vtique bonum eſt. Non ergo malam naturam homo appetiit, cum arborem vetitam tetigit, ſed id quod

D non ab homine ſint inueſtigāda & Chriſti charitas per ſcripturas oſtenditur. Ca. XXXI. Roma. 5. Roma. 3. Roma. 11. Quare male prælati dicātur hominibus, & ad quid. Caput XXXII. 2. ſē. di. 44 cap. ſed pluribus. Oſee. 13. Iob. 1. E Matth. 26. 2. Corin. 12. Matth. 27. Matth. 25. Quo modo āgeli mali fuerīt facti mali. Cap. XXXIII. 2. Petri 2. P Matth. 25. Epheſ. 6. Epheſ. 2. Peccatum quid. Cap. XXXIIII. 1. Timo. 4. Gene. 2. & 3.

G melius erat deſerendo, factum malum ipſe commiſit, Melior quippe creator quàm vlla creatura quam cõdidit: cuius imperium nõ erat deſerendum vt tangeretur prohibitũ, quanuis bonum: quo deſerto meliore, bonũ creaturæ appetebatur, quod cõtra imperium creatoris tangebatur: Non itaque deus arborem malam in paradiſo plãtauerat, ſed ipſe erat melior, qui eam tãgi prohibebat.

Quare de⁹ Adę lignũ vetitũ phibuerit. Ca. XXXV.

Ad hoc enim prohibuerat, vt oſtẽderet naturã animæ rationalis, nõ in ſua poteſtate, ſed deo ſubditam eſſe debere, & ordinem ſuæ ſalutis per obedientiam cuſtodire, per inobediẽtiam corrumpere: hinc & arborem quam tangi voluit, ſic appellauit, dignoſcentiæ boni & mali. Qui cum eam contra vetitum tetigiſſet, experiretur pœnam peccati, & eo modo dignoſceret, quid intereſſet inter obedientię bonum, & inter inobedientiæ malũ.

Quòd nulla creatura ſit vituperãda. Cap. XXXVI.

Nam quis ita deſipiat vt dei creaturam, maxime in paradiſo plantatam, vituperandam putet, quandoquidẽ nec ipſæ ſpinæ ac tribuli, quos peccatori in labore conterendos, ſecundum dei iudiciariã voluntatem terra peperit, recte vituperẽtur. Habent enim & tales herbæ modum & ſpeciem & ordinẽ ſuũ, H quæ ſi quis ſobriè conſiderauerit, laudãda reperiet, ſed ei naturæ iſta mala ſunt, quam peccati merito ſic coërceri oportebat. Non eſt ergo vt dixi peccatũ malæ naturæ appetitio, ſed melioris deſertio, & ideo factum eſt ipſum malum, non illa natura qua male vtitur peccãs. Malum eſt enim male vti bono. Vnde Apoſtolus damnatos quoſdam diuino iudicio reprehẽdit, qui coluerunt & ſeruierunt creaturæ potius quàm creatori. (*Roma. 1.*) Neq; enim creaturas reprehẽdit: quod qui fecerit, creatori facit iniuriã, ſed eos qui male vſi ſunt bono, meliore deſerto.

Quòd de⁹ peccãtium malo vtitur bene, iuſte eos ĩ pœnis ordinans. Caput XXXVII.

Proinde ſi cuſtodiant omnes naturæ modum & ſpeciem & ordinem proprium, nullum erit malum: ſi autem his bonis quiſque male vti voluerit, nec ſic vincerit dei voluntatem, qui etiam iniuſtos iuſte ordinare nouit: vt ſi ipſi per iniquitatem voluntatis ſuæ malę vſi fuerint bonis illius, ille per iuſticiam poteſtatis ſuę bene vtatur malis ipſorũ: recte ordinãs in pœnis, qui ſe perverſe ordinauerunt in peccatis.

Quòd ignis infernalis nõ ſit mal⁹ Caput XXXVIII.

Nam nec ipſe ignis æternus, qui cruciaturus eſt impios, mala natura eſt, habens modũ & ſpeciem & ordinem ſuum, nulla iniquitate deprauatũ: ſed cruciatus eſt damnatis malus, quorũ peccatis eſt debitus: Neque enim & lux iſta quia lippos cruciat oculos, mala natura eſt.

Quare ignis dicatũ ætern⁹. Ca. XXXIX.

Aeternus autẽ ignis, I non ſicut deus æternus dicitur proprie, quia propterea ignis æternus eſt, quòd ſine fine ſit: non eſt tamen ſine initio, deus autem etiam ſine initio eſt. Deinde quia licet perpetuis peccatorum ſuppliciis adhibeatur, mutabilis tamen natura eſt. Illa autem vera eſt æternitas, quæ eſt vera immortalitas: hæc eſt illa ſumma incommutabilitas, quam ſolus deus habet, qui mutari omnino non poteſt. Aliud eſt enim non mutari, cũ tamen poſsit mutari, aliud autẽ prorſus non poſſe mutari. Sicut ergo dicitur homo bonus, non tamen ſicut deus, de quo dictũ eſt: Nemo bonus niſi ſolus deus. (*Marci. 10.*) Et ſicut dicitur anima immortalis: non tamen ſicut deus, de quo dictũ eſt: Qui ſolus habet immortalitatẽ. (*1. Timo. 6.*) Et ſicut dicitur homo ſapiẽs non tamen ſicut deus, de quo dictum eſt, Soli ſapienti deo. (*Roma. 16.*) Sic dicitur ignis æternus, non tamen ſicut deus, cuius ſolius immortalitas ipſa eſt vera æternitas.

Quòd diuinæ naturæ nihil poſſit nocere. Ca. XL.

Quæ cum ita ſint ſecundum catholicam fidem & ſanam doctrinam, & intelligentibus perſpicuam veritatem, nec naturæ dei nocere poteſt quiſquam, nec natura dei nocere iniuſte cuiquam, vel nocere impune patitur quenquã. Qui enim nocet, ait Apoſtolus, recipiet illud quod (*Coloſ. 3.*) nocuit: & non eſt perſonarum acceptio apud deum. K

Manichæorũ duo principia. Cap. XLI.

Quòd ſi Manichæi vellẽt ſine pernicioſo ſtudio defendendi erroris ſui, & cum dei timore cogitare, non ſceleſtiſsime blaſphemarẽt, inducẽdo duas naturas, vnam bonã quã dicunt deũ, alteram malam quam non fecerit deus: ita errantes, ita delirantes, immo vero ita inſanientes, vt nõ videant in eo quod dicunt naturam ſummi mali, ponere ſe tanta bona, vbi ponant vitã, potentiam, ſalutem, memoriam, intellectum, temperiem, virtutem, copiam, ſenſum, lumẽ, ſuauitatem, menſuras, numeros, pacem, modum, ſpeciem, ordinẽ. In eo autẽ quod dicunt ſummum bonum tanta mala, mortem, ægritudinem, obliuionem, inſipientiam, perturbationẽ, impotentiam, egeſtatẽ, ſtoliditatem, cæcitatem, dolorem, iniquitatem, dedecus, bellum, immoderationem, deformitatem, peruerſitatem. Principes enim tenebrarum & vixiſſe in ſua natura dicunt, & in ſuo regno ſaluos fuiſſe, & meminiſſe & intellexiſſe. Sic enim cõcionatum illic dicunt principem tenebrarum, vt neq; ipſe talia cernere, † neque ab eis quibus dicebat, audiri ſine († *dicere.*) memoria & intellectu potuiſſet: & habuiſſe temperiem animo & corpori ſuo congruam, & virtute potẽtiæ regnaſſe, & copias elementorum ſuorum ac fœcũditates L habuiſſe, & ſenſiſſe ſe inuicem, ac ſibi vicinum lumẽ & oculos habuiſſe, quibus illud lõge conſpicerẽt: qui vtiq; oculi ſine aliquo lumine lumen videre non poterant, vnde recte etiam lumina nominantur: & ſuauitate ſuæ voluptatis eſſe perfruitos, & dimenſis membris atq; habitationibus determinatos fuiſſe: Niſi autem etiam qualiſcunque pulchritudo ibi fuiſſet, nec amarent cõiugia ſua, nec partium congruentia corpora eorũ conſtarent: Quod vbi non fuerit, non poſſunt ea fieri quæ ibi facta eſſe delirãt: & niſi pax aliqua ibi fuiſſet, principi ſuo nõ obedirẽt: niſi modus ibi fuiſſet, nihil aliud agerẽt, quàm comederent, aut biberent, aut ſæuirẽt, aut quodlibet aliud ſine aliqua ſocietate: quanquã nec ipſi qui hoc agebant, formis ſuis determinati eſſent, niſi modus ibi fuiſſet. Nunc vero talia dicunt eos egiſſe, vt in omnibus actionibus ſuis modos ſibi cõgruos habuiſſe negare non poſsint. Si autem ſpecies ibi nõ fuiſſet, nulla ibi qualitas naturalis ſubſiſteret. Si nullus ordo ibi fuiſſet, nõ alij dominarentur & alij ſubderentur, non in ſuis elementis congruenter viuerent, non denique ſuis locis haberẽt membra diſpoſita, vt illa omnia quæ vana iſti fabulantur agere poſſent. Dei autem naturam ſi non mortuam M dicunt, quid ſecundum eorum vanitatẽ ſuſcitat Chriſtus? Si non dicunt ægram, quid curat? Si nõ dicunt oblitam, quid commemorat? Si non dicunt inſipientem, quid docet? Si non dicunt perturbatam, quid redintegrat? Si non victa & capta eſt, quid liberat? Si non eger, cui ſubuenit? Si non amiſit ſenſum, quid vegetat? Si nõ eſt excæcata, quid illuminat? Si non eſt in dolore, quid recreat? Si non eſt iniqua, quid per pręcepta corrigit? Si non eſt dedecorata, quid mũdat? Si nõ eſt in bello, cui promittit pacem? Si non eſt immoderata, cui modum legis imponit? Si nõ eſt deformis, quid reformat? Si nõ eſt peruerſa, quid emendat? Omnia enim hæc à Chriſto, nõ illi rei præſtari dicunt, quæ facta eſt à deo, & arbitrio proprio peccãdo deprauata, ſed ipſi naturæ, ipſi ſubſtantiæ dei, quæ hoc eſt quod deus.

Quòd abſurda Manichæi ſẽſerint de deo Ca. XLII.

Quid iſtis blaſphemiis comparari poteſt? Nihil omnino ſi aliarũ peruerſarum ſectarum conſiderentur errores. Si autem iſte ſibi error ex parte altera de qua nondum diximus comparetur, adhuc etiã multo peius & execrabilius in dei naturam blaſphemare conuincitur. Dicunt enim

etiam

A etiam nonnullas animas,quas volunt eſſe de ſubſtantia
dei, & euiſdem omnino naturæ, quæ non ſponte pec-
cauerint,ſed à gente tenebrarum , quam mali naturam
dicunt,ad quam debellandam nō vltro,ſed patris im-
perio deſcenderunt,ſuperatæ & oppreſſæ ſint, affigi in
æternum globo horribili tenebrarum . Ita ſecundū eo-
rum ſacrilega vaniloquia,deus ſeipſum in quadā parte
à magno malo liberauit, & rurſus ſeipſum in quadam
parte damnauit, quam liberare ab hoſte non potuit, &
tanquam de hoſte ipſo deuicto inſuper triumphauit. O
ſceleſtam & incredibilem audaciam, talia de deo cre-
dendi,talia loquendi,talia prædicandi.Quod cum de-
fendere conantur,ne in peiora irruant,clauſis oculis di
cunt,malæ naturæ commixtionem facere iſta, vt bona
dei natura tāta mala patiatur. Nā ipſam apud ſeipſam
nihil horum pati potuiſſe vel poſſe: quaſi inde laudāda
ſit natura incorruptibilis,quia ipſa ſibi nō nocet,& non
quia nihil ei noceri ab aliquo poſsit . Deinde ſi natura
tenebrarū nocuit naturę dei,& natura dei nocuit natu-
ræ tenebrarū,duo ergo mala ſunt quæ ſibiinuicē nocue
runt,& meliore animo fuit gens tenebrarum,quia & ſi
B nocuit,nolens nocuit.Neque enim nocere, ſed frui vo
luit bono dei. Deus autem illā extinguere voluit, ſicut
Manichæus apertiſsime in epiſtola ruinoſi ſui funda-
menti delirat.Oblitus enim quod pauloante dixerat,Ita
autem fundata ſunt einſdem ſplendidiſsima regna ſu-
pra lucidam & beatam terram, vt à nullo vnquam aut
moueri,aut cōcuti poſsint:Poſtea dixit, Lucis vero bea
tiſsimæ pater,ſciens labem magnam ac vaſtitatem,quę
ex tenebris ſurgeret,aduerſus ſua ſancta impendere ſe-
cula,niſi aliquod eximium ac præclarum & virtute po
† al. lumē. tēs numē † opponat,quo ſuperet ſimul ac deſtruat ſtir-
pem tenebrarum,qua extincta perpetua quies lucis in-
colis pararetur. Ecce timuit labem ac vaſtitatem impē-
dentem ſeculis ſuis . Certe ſic erant fundata ſuper luci-
dam & beatam terram, vt à nullo vnquam moueri aut
cōcuti poſſent.Ecce à timore nocere voluit vicinę gē-
ti,quam deſtruere & extinguere conatus eſt, vt perpe-
tua quies lucis incolis pararetur.Quare non addidit,&
perpetuum vinculum?An illę animę,quas in globo te-
nebrarum in æternum configit,non erant incolę lucis:
de quib⁹ aperte dicit,quod errare ſe à priore lucida ſua
natura paſſæ ſint: vbi & nolens coactus eſt dicere, libe-
ra eas voluntate peccaſſe, qui nō vult peccatum pone-
C re niſi in neceſsitate naturę contrariæ: vbique neſciens
quid loquatur,& tanquam ipſe iam incluſus ſit in tene-
brarum globo quem finxit, quærens quà exeat , & non
inueniēs.Sed dicat quod vult,ſeductis & miſeris, à qui-
bus multo amplius quàm Chriſtus honoratur , vt hoc
precio tam longas & tam ſacrilegas eis fabulas vendat,
Dicat quod vult, includat in globo tanquā in carcere
gentem tenebrarum, & forinſecus affigat naturam lu-
cis, cui de hoſte extincto quietem perpetuam promit-
tebat,ecce peior eſt pœna lucis quàm tenebrarum,peior
eſt pœna diuinæ naturæ quàm gentis aduerſæ.Illa quip
pe & ſi in tenebris intus eſt,ad naturam eius pertinet in
tenebris habitare : Animæ autem quæ hoc ſunt quod
deus,non poterunt recipi ſicut dicit,in regna illa paci-
fica, & à vita ac libertate ſanctæ lucis alienabuntur &
coofigētur in prædicto horribili globo:vnde & adhę-
rebunt,inquit,iis rebus animę eædem quas dilexerunt,
relictæ in eodem tenebrarum globo,ſuis meritis id ſibi
conquirentes . Certe non eſt liberum voluntatis arbi-
trium:videte quo modo inſaniēs quid dicat ignorat,&
cōtraria ſibi loquendo peius bellū cōtra ſe gerit, quàm
contra deum ipſius gētis tenebrarum. Deinde ſi prop- D
terea damnantur animæ lucis, quia dilexerunt tene-
bras,iniuſte damnatur gens tenebrarum quæ lucem di-
lexit . Et gens quidem tenebrarum lucem ab initio di-
lexit, quam etſi violenter, tamen poſsidere voluit,non
extinguere : lucis autem natura in bello tenebras ex-
tinguere voluit,eas ergo victa dilexit. Quod vultis eli-
gite:vtrum neceſsitate compulſa vt diligeret tenebras,
an volūtate ſeducta?Si neceſsitate,quare damnatur? Si
voluntate ,quare dei natura in tanta iniquitate depre-
hēditur?Si neceſsitate dei natura coacta eſt diligere te-
nebras,victa eſt ergo,non vicit.Si voluntate, quid iam
miſeri dubitant peccandi voluntatem tribuere naturę,
quam deus ex nihilo fecit , ne tribuant eam luci quam
genuit? Quid ſi etiam oſtendamus, ante commix- *Improbat*
tionem mali, quam fabuloſe confictam, dementiſsime *Auguſtin⁹*
crediderunt, in ipſa lucis natura,quam dicunt magna *hoc malum*
mala fuiſſe, quid ad iſtas blaſphemias addi poſſe vide- *quod ī deo*
bitur? Illic enim fuit antequam pugnaretur,dura & in- *ponebat*
euitabilis pugnandi neceſsitas.Ecce iam magnum ma- *Manichę⁹.*
lum antequam bono miſceretur malū. Dicant hoc vn- *Ca. XLIII.*
de,cum adhuc nulla eſſet facta cōmixtio . Si autem ne-
ceſsitas non erat,voluntas ergo erat : vnde & hoc tam
magnum malum,vt deus ipſe naturę ſuę nocere vellet, E
cui noceri ab hoſte non poterat,mittendo eam crude-
liter miſcendam,turpiter purgandam,inique damnan-
dam?Ecce quantum malum pernicioſę & noxiæ & im-
maniſsimę voluntatis antequam vllum malum de ge-
nere contrario † miſceretur. An forte neſciebat hoc e-
uenturum membris ſuis, vt diligerent tenebras, & ini- *† gente con traria.*
micæ exiſterent ſanctæ luci,ſicut ipſe dicit:hoc eſt,non
tantum deo ſuo,ſed etiam patri de quo erant: Vnde er-
go hoc in deo tam magnum ignorantiæ malum, ante-
quam vllum de gente contraria miſceretur malum? Si
autē hoc futurum ſciebat,aut ſempiterna in eo fuit cru
delitas,ſi de ſuæ naturæ futura cōtaminatione & dam-
natione nihil dolebat : aut ſempiterna miſeria, ſi dole-
bat : vnde & hoc tantū malum ſummi boni veſtri,ante
vllam commixtionē ſummi mali veſtri? Ipſa certe par-
ticula naturæ ipſius, quæ in illius globi æterno vinculo
configitur,ſi hoc ſibi imminere neſciebat,etiam ſic erat
in natura dei ſempiterna ignorantiá : ſi autem ſciebat,
ſempiterna miſeria:vnde hoc tantum malum,antequā
vllum de gente contraria miſceretur malum? An forte
magna charitate gaudebat, quia per eius pœnā , perpe- F
tua quies cæteris lucis incolis parabatur?Hoc quàm ne-
fas ſit dicere,naturę dei[à natura dei]ſic ſubueniri,qui-
cunque audit,anathematizaret . Sed ſi hoc ſaltem face-
ret, vt ipſi luci inimica nō fieret, poſſet fortaſſe nō tan-
quam dei natura,ſed tanquā aliquis homo laudari : qui
pro patria ſua vellet mali aliquid pati , quod quidē ad
tempus poſſet eſſe,non in ęternum:Nunc vero & illam
in globo tenebrarum confixionem dicunt ęternam,&
non cuiuſque rei,ſed naturæ dei, & vtique iniquiſsimū
& execrabile & ineffabiliter ſacrilegum gaudiū erat, ſi
dei natura gaudebat ſe tenebras dilecturam,& luci ſan
ctæ inimicam futuram. Vnde hoc tam immane & ſce-
leſtum malum,antequam vllum ex gente contraria mi- *Quòd par-*
ſceretur malum ? Quis tam peruerſam,& tam impiam *tē dei Ma-*
ferat inſaniā,ſummo malo tribuere tāta bona, & ſum- *nichæi po-*
mo bono,quod deus eſt,tanta mala? Iam vero quòd *ſuerūt mix*
ipſam partem naturæ dei dicunt vbique permixtam,in *tam eſſe cū*
cœlis, in terris, ſub terris, in omnibus corporibus , ſic- *omnib⁹ cor-*
cis & humidis,in omnibus carnibus, in omnibus ſemi- *porib⁹, &c.*
nibus arborum,herbarum,hominum,animalium: non *Ca. XLIIII.*

G potentia diuinitatis ſine vllo nexu incoinquinabiliter,
inuiolabiliter,incorruptibiliter, omnibus rebus admi-
niſtrãdis,regendiſq; præſentem,quod nos de deo dici-
mus:ſed ligatam,oppreſſam,pollutam,quam ſolui,libe
rari,purgariq; dicunt, non ſolum per diſcurſus ſolis &
lunæ,& virtutes lucis, verumetiã per electos ſuos: hoc
genus nefaodiſsimi erroris,quàm ſacrilegas & incredi
biles turpitudines eis ſuadeat,etiam ſi non perſuadeat,
horribile eſt dicere.Dicunt enim virtutes lucis transfi-
gurari in maſculos pulchros , & opponi fœminis gẽtis
tenebrarum : & eaſdem rurſus virtutes lucis transfigu-
rari in fœoiinas pulchras,& opponi maſculis gentis te-
nebrarum: vt per pulchritudinẽ ſuam inflammẽt ſpur-
ciſsimam libidinem principum tenebrarum,& eo mo-
do vitalis ſubſtaotia,hoc eſt dei natura,quam dicuot in
eorum corporibus ligatam teneri, ex eorum membris
per ipſam concupiſcentiam relaxatis , ſoluta fugiat &
ſuſcepta vel purgata liberetur.Hoc infœlices legũt,hoc
dicunt,hoc audiunt,hoc credunt,hoc in libro ſeptimo
theſauri eorum,ſic eoim appellãt ſcripturam quandam
H Manichæi, vbi iſtæ blaſphemiæ conſcriptæ ſuot ita po
Verba Manichæi. ſitum eſt.Tũc beatus ille pater, qui lucidas naues habet
diuerſoria & habitacula ſecuodum magnitudines, pro
inſita ſibi clemeotia fert opem,qua exuitur & liberatur
ab impiis retinaculis & anguſtiis atq; angoribus ſuę vi-
talis ſubſtantiæ. Itaque inuiſibili ſuo outu illas ſuas vir-
tutes,quæ in clariſsima hac naui habẽtur, transfigurat,
† parere. eaſq; præeſſe† facit aduerſis poteſtatibus,quæ in ſingulis
cœlorum tractatibus ordinatæ ſunt. Quæ quoniam ex
vtroq; ſexu maſculorum ac fœminarum conſiſtũt,ideo
prædictas virtutes, partim ſpecie puerorum inueſtium
parere iubet generi aduerſo fœminarum,partim virgi-
nnm lucidarum forma generi contrario maſculorum:
ſciẽs eas omnes hoſtiles poteſtates, propter ingenitam
ſibi letalem & ſpurciſsimam concupiſcentiã facillime
capi,atque in hiſdem ſpeciebus pulcherrimis quę appa
rent mancipari,hocq; modo diſſolui. Sciatis autẽ hunc
eundem noſtrum beatum patrem hoc idem eſſe , quod
etiam ſuæ virtutes,quas ob neceſſariam cauſam tranſ-
format in puerorum & virginum intemeratam ſimili-
tudinem. Vtitur autem his tanquam propriis armis,at-
que per eas ſuam complet voluntatẽ. Harum vero vir-
tutum diuinarum,quæ ad inſtar coniugij contra infer-
na genera ſtatuuntur, quæque alacritate ac facilitate id
I quod cogitauerint momento efficiunt eodem , plenæ
ſunt lucidæ naues. Itaque cum ratio popoſcerit vt ma-
ſculis appareant eędem ſanctæ virtutes,ilico etiã ſuam
effigiem virginum pulcherrimarũ habitu demonſtrãt.
Rurſus cum ad fœminas ventum fuerit, poſtponentes
ſpecies virginum, puerorum inueſtium ſpeciem oſten-
duot : Hoc autem viſo decoro illarum ardor & cõcu-
piſcentia creſcit, atque hoc modo vinculum peſsima-
rum cogitationum earum ſoluitur,viuàque anima quę
eorundem membris tenebatur, hac occaſione laxata e-
uaneſcit,& ſuo puriſsimo aëri miſcetur:vbi penitus ab-
lutæ animę aſcendunt ad lucidas naues,quę ſibi ad ve-
ctationem, atque ad ſuæ patrię transfretatiooem ſunt
præparatæ.Id vero quod adhuc aduerſi generis macu-
las portant, per ęſtus atq; calores particulatim deſcen-
dit,atque arboribus cæteriſque plantationibus ac ſatis
omnibus miſcetur,& coloribus diuerſis inficitur. Quo
pacto ex iſta magna & clariſsima naui , figuræ puero-
rum ac virginum cootrariis apparent poteſtatibus quę
in cœlis degunt,quęque igneam habent naturam atque
ex iſto aſpectu decoro,vitę pars quæ in earundẽ mem-
bris habetur laxata,deducitur per calores in terram:eo- K
dem modo etiam illa altiſsima virtus quę in naui vita-
lium aquarum habitat, in ſimilitudine puerorũ ac vir-
gioum ſanctarum, per ſuos angelos apparet his pote-
ſtatibus,quarum natura frigida eſt atq; humida,quęque
in cœlis ordinatę ſunt : equidem his quæ fœminę ſuot,
in ipſis forma puerorum apparet , maſculis vere virgi-
oum.Hac vero mutatione & diuerſitate diuinarũ per-
ſonarum ac pulcherrimarum,humidę,frigidęq; ſtirpis
principes maſculi ſiue fœminę ſoluuntur, atq; id quod
in ipſis eſt vitale fugit,quod vero reſederit,laxatum de-
ducitur io terram per frigora, † & cunctis terræ gene- *† præfrigore.*
ribus admiſcetur. Quis hoc ferat? Quis hoc credat, *Auguſtin.*
oon dico ita eſſe,ſed vel dici potuiſſe?Ecce qui docen-
tem timeot anathematizare Manichæum, & oõ timẽt
credere hoc facientem, & hoc patientem deuoi.

Per electos autẽ ſuos purgari dicunt eandem ipſam *Naturam dei liberari per cibos electorũ ſuorũ dicebãt Manichæi. Cap. XLV.*
commixtam partem ac naturam dei, manducãdo ſci-
licet & bibendo,qui eam in alimentis omoibus dicuot
ligatam teneri:quę cum ab electis velut ſanctis io refe-
ctionem corporis manducãdo & bibẽdo aſſumuntur,
per eorum ſanctitatem ſolui,ſignari & liberari.Nec at-
tendunt miſeri, quàm oõ iocongrue de illis creditum
eſt quod fruſtra negãt, oiſi eoſdem libros anathemati- L
zauerint, & Manichæi eſſe deſtiterint. Si enim ſicut di-
cunt,in omnibus ſeminibus eſt ligata pars dei, & ab ele
ctis manducando purgatur, quis oõ digne credat eos
facere, quod inter virtutes cœlorum & priocipes tene-
brarum fieri in theſauro ſuo legunt: quaodoquidem &
carnes ſuas de gente tenebrarum eſſe dicũt, & in eis li-
gatam teneri vitalem illam ſubſtantiam, partẽ dei, cre-
dere atq; affirmare nõ dubitaot? Quæ vtique ſi ſolnen-
da eſt & manducando purganda, ſicut eos fateri cogit
funeſtus error ipſorum , quis non videat, quis non ex-
horreat,quanta turpitudo & quàm nefaria cõſequatur.

Nam & à quibuſdam principibus gentis tenebrarũ *Homo primꝰ quo modo creatus ſit à principibus tenebrarũ ſecũdum Manichæũ. Cap. XLVI.*
ſic dicunt Adam primum hominem creatum, vt lumẽ
ab eis oe fugeret teneretur. In epiſtola enim quam fun-
damentum appellãt,quo modo principes tenebrarum
quem patrẽ primi hominis inducunt ad cæteros ſocios
ſuos tenebrarum principes locutus fuerit & egerit, ita
ſcripſit Manichæus.Iniquis igitur commẽtis ad eos qui *Verba Manichæi.*
aderant,ait:Quid vobis videtur maximum hoc lumeo
quod oritur? Intuemini quemadmodum polum mo-
ueat,cõcutit plurimas poteſtates.Quapropter mihi vo-
bis opus eſt, Aequum eſt, id quod in veſtris viribus ha-
betis luminis pęrogare:ſic quippe illius magni qui glo M
rioſus apparuit,imaginem fingam,per quã regnare po-
terimus, tenebrarum aliquãdo conuerſatione liberati.
Hoc audientes,ac diu ſecum deliberãtes,iuſtiſsimũ pu-
tarunt id quod poſtulabantur præbere. Nec enim fide-
bant ſe idem lumen iugiter retẽturos: vnde melius rati
ſunt principi ſuo id offerre,nequaquam deſperãtes eo-
dem ſe pacto regnaturos. Quo igitur modo lumẽ illud
quod habebãt præbuerint,conſiderandũ eſt: Nam hoc
etiam omnibus diuinis ſcripturis, arcaniſq; cœleſtibus
aſperſum eſt:ſapientibus vero quo modo ſit datũ ſcire,
minime eſt difficile: Nam coram aperteq; cognoſcitur
ab eo qui vere ac fideliter intueri voluerit. Quoniã eo-
rum qui coouenerant erat frequentia promiſcua, ſcili-
cet fœmioarum ac maſculorum, impulit eos, vt inter ſe
coirent:in quo coitu alij ſeminarunt,aliæ grauidæ effe-
ctæ ſunt.Erant autem partus iis qui genuerant ſimiles,
vires plurimas parentum vti primi obtinentes.Hoc ſu-
mens eorũ princeps vti pęcipuum donum,gauiſus eſt.

Et ſicuti

A Et ſicuti etiam nunc fieri videmus, corporum forma-
tricem naturam, mali inde vires ſumentem figurare: ita
etiam antedictus princeps ſodalium prolem accipiēs,
habentem parentum ſeoſus, prudentiam, lucem ſimul
ſecum in generatione procreatam, comedit: ac pleriſq;
viribus ſumptis ex iſtiuſmodi eſca, io qua nō modo in-
† praui. erat fortitudo, ſed multo magis aſtutiæ & patrij † ſenſus
† mente. ex fera genitorum gente, † propriam ad ſe coniugē e-
uocauit, ex ea qua ipſe erat ſtirpe manaotē: & facto cū
ea coitu ſemioauit vt cæteri, abundantiam malorū quæ
deuorauerat: non nihil etiam ipſe adiiciens ex ſua cogi
tatione ac virtute, vt eſſet ſenſus eius omnium eorum
quæ profuderat formator atque deſcriptor: cuius com
par excipiebat hoc, vt ſemen cōſueuit culta optime ter
ra percipere. In eadē enim conſtruebantur & cootexe-
bantur omnium imagioes, cœleſtium ac terrenarū vir-
tutum, vt pleni videlicet orbis id quod formabatur ſi-
Qualia militudinem obtineret. O monſtrum ſceleſtum, ex-
Manichæi ecranda perditio, & labes deceptarū animarū. Omitto
confeſsi ſint quid ſit de natura dei quod ſic legitur, hoc dicere: Hoc
ſe credere: ſaltē attendant miſeri decepti, & errore mortifero ve-
& quæ ex oenati, quòd ſi per coitum maſculorum & fœminarū
ipſorum li- ligatur pars dei, quā ſe manducādo ſoluere & purgare
bris habe- profiteotur, cogit eos huius tam nefandi erroris oeceſ-
ant, quos ſitas, vt nō ſolū de pane & oleribus & pomis, quæ ſola
anathe- B videntur in maoifeſto accipere, ſed inde etiam ſoluant
matizare & purgent partem dei, vnde per coocubitum poteſt, ſi
nolūt. Cap. fœminæ vtero concepta fuerit, colligari. Hoc ſe facere
XLVII. quidam confeſsi eſſe in publico iudicio perhibētur: nō
tantum in Paflagonia, ſed etiam in Gallia, ſicut à quo-
dam Romæ Chriſtiano catholico audiui. Et cū inter-
rogarentur, cuius authoritate ſcripturę iſta facerēt, hoc
de theſauro ſuo prodidiſſe, quod pauloante cōmemo-
raui. Iſti autem cum hoc eis obiicitur, ſolent reſponde-
re, neſcio quem inimicum ſuū de numero ſuo, hoc eſt
electorum ſuorum deſciuiſſe, & ſchiſma feciſſe, atq; hu
iuſmodi ſpurciſsimam hæreſim cōdidiſſe: Vode mani-
feſtum eſt, quia hoc etiam ſi iſti oō faciunt, de ipſorum
Crimen eſt libris hoc faciāt quotcunque faciunt. Abiiciaot ergo li-
libros īter- bros ſi crimen exhorrent, quod committere cogūtur ſi
dictos te- libros tenent: aut ſi non committunt, mundius viuere
nere. contra ſuos libros conantur. Sed quid agunt cū eis di-
citur, aut purgate lumē, de quibus potueritis ſeminibus,
vt nec illud recuſetis quod vos ooo facere aſſeritis: aut
C Manichæum anathematizate, qui cū dicit in omnibus
ſeminibus eſſe partem dei, & concūbendo ligari: quic-
quid autem luminis, hoc eſt eiuſdē partis dei ad eſcas
electorum peruenerit, manducādo purgari: quid vobis
ſuadeat videtis, & eū adhuc anathematizare dubitatis?
Quid agunt, inquam, cum hoc eis dicitur, ad quas ter-
giuerſationes ſe coouertunt, cum aut tam nefaria do-
ctrina ſit anathematizanda, aut tam nefaria turpitudo
facienda: in cuius comparatione iam illa omnia mala
quę intolerabilia pauloaote commemorabā eos de na-
tura dei dicere, quòd neceſsitate oppreſſa ſit vt bellum
gereret, quòd aut ſempiterna ignorātia ſecura erat, aut
ſempiterno dolore & timore ſolicita, quādo ſibi veni-
ret corruptio commixtionis, & vinculū æternæ dam-
nationis, quòd denique geſto bello ſic fuerit captiuata,
oppreſſa, polluta, quòd poſt falſam victoriam ſic futura
ſit in horribili globo in æternum cōfixa, & ab originis
De patiētia ſuæ fœlicitate ſeparata, tolerabilia videantur, cum per
dei ī pecca- ſeipſa ſi conſiderentur, ſuſtineri noo poſſunt. O ma-
tores. Cap. gna patientia tua domine, miſericors & miſerator, lon-
XLVIII. ganimis & multum miſericors & verax, qui facis oriri

ſolem tuum ſuper booos & malos, & pluis ſuper iuſtos D
& ioiuſtos, qui nō vis mortem peccatoris, ſed vis vt re- *Matth.5.*
uertatur & viuat, qui parcis corripiens, daos locū pœ- *Ezeche.33.*
nitentiæ, vt relicta malicia credat in te domine, qui pa *Sapien.12.*
tientia tua ad pœnitentiam adducis, quanuis multi ſe-
cundum duriciam cordis ſui, & cor impœnitens, the- *Roma.2.*
ſaurizant ſibi iram in die iræ & reuelationis iuſti indi-
cij tui, qui reddis voicuique ſecundū opera ſua. Qui in
quacunque die cōuerſus fuerit homo à nequicia ſua ad *Ezech.18.*
miſericordiam tuam, omnes iniquitates eius obliuiſce-
ris: Præſta nobis, da nobis, vt per noſtrum mioiſterium *Per qd da-*
quo execrabilem & nimis horribilē hunc errorem re- *tur remiſsio*
dargui voluiſti, ſicut iam multi liberati ſuot, & alij libe- *peccatorū.*
rentur, & ſiue per ſacramentum ſancti baptiſmi tui, ſiue
per ſacrificium contribulati ſpiritus, & cordis cootriti *Pſal.50.*
& humiliati, in dolore pœnitētiæ, remiſsionem pecca-
torum & blaſphemiarum ſuarum, quibus per ignoran-
tiam ſuam te offenderunt, accipere mereātur. Tantum
eni valet impellēs † miſericordia & poteſtas tua & ve- *† præpollēs.*
ritas baptiſmi tui, claueſq; regni cœlorum in ſancta ec-
cleſia tua, vt nec de illis deſperandū ſit, quaodiu in hac
terra per tuam patientiam viuuot, qni etiam ſcientes
quantū malum ſit talia de te ſentire vel dicere propter
aliquam temporalis & terrenæ commoditatis conſue-
tudioē vel adeptiooē in illa maligna profeſsione de-
tinentur, ſi ad tuam ineffabilem bonitatē ſaltem incre-
pati tuis correptionibus fugiāt, & omnibus carnalibus
vitæ illecebris, cœleſtem vitam æternamq; præponant. E

Libri de natura boni finis.

DIVI AVRELII
AVGVSTINI HIPPONENSIS
Epiſcopi, De fide cōtra Manichæos, lib.

VNVS deus pater & filius & ſpi- *Cap.I.*
ritus ſanctus, inuiſibilis, incom-
prehenſibilis, inenarrabilis, in-
uiolabilis, incoinquinabilis, qui
ſolus habet immortalitatem, &
lucē habitat inacceſsibilem: ipſe *1.Timo.6.*
lumen verum, vita & veritas, bo *Ioan.14.*
nus, ſummus, & quæcunque de
illo humanus ſermo poterit eounciare, quę tamē ab illo F
dātur vt aliquo modo dici poſsiot: Ex quo omnia, per *Coloſ.1.*
quē omnia, ſiue ſedes, ſiue dominationes, ſiue principa-
tus, ſiue poteſtates, & omnia per ipſum & in ipſo creata
ſunt, ſicut in vtroq; teſtamento humilibus & pie quęrē-
tibus manifeſtatur: Ipſi gloria honor & poteſtas in ſe- *Roma.11.*
cula ſeculorum, Amen. Huic Manichæus aduerſariū *Cap.II.*
eſſe dicit, neſcio quem geotis principem tenebrarum,
quem etiam aſſerit ingenitum, nec habere authorem à
quo creatus ſit. Et vtiq; ſi ingenitus & nō creatus eſt, per
ſeipſum eſt immortalis: Et ſi per ſe immortalis eſt, non
erit deus qui habet ſolus immortalitatem: Et erit iam
mēdax Apoſtolus qui dicit de deo, quod ſolus habeat
immortalitatem: Sed quia Apoſtolus mendax ooo eſt, *1.Timo.6.*
deus ſolus habet immortalitatē: Et ideo ſolus poteſt &
animis & quibus vult corporibus præſtare immortali-
tatem. Falſum eſt ergo quod Manichæus aſſerit, oe- *Cap.III.*
ſcio quam mali naturam cum principe ſuo nō habere
authorem, ſed eſſe ingenitā. Deinde ſi ingenitus deus,
ingenita etiam nunc gens tenebrarum, non erit cōtra-
rium ingenitum & ingenitū, videns & videns, regnaos

 & regnans,

G & regnans,viuens & viuens,æternum & æternum.Et ſi
contrarium eſt bonũ malo,ex aliqua ergo parte diſcor-
dabit bonum à malo:ex multa vero cõiunctum & có-
cordans,non iam erit merum malum , habendo tanta
communia bona cum deo. Si vero dicunt ingenitũ eſt
in ſuo,nihil dicũt:Nam ingenitum & ingenitum,æter-
num & æternum, quátum ingenita & æterna ſunt, nũ-
quam erunt contraria. Nó enim quia Imperator in ſua
poteſtate magnus eſt, & mediaſtinus in operatione ſua
contẽptibilis eſt, ideo mediaſtinus nó erit homo, quia
Cap.IIII. homo eſt Imperator. Sed ſi quiſquam querit quid ſit
1.Timo.6. malum,audiat Apoſtolum dicentem : Radix omnium
malorum eſt cupiditas.Quam quidam appetentes à fi-
de aberrauerunt,& inſeruerunt ſe doloribus multis.

Cap.V. Cupiditas autem in vnoquoque homine eſt, non na
turalis,ſed volũtaria,ideoq; dixit:Quam quidam appe-
tentes.Quod enim appetendo habetur,ſi non appete-
retur,non haberetur.Nam & dominus oſtẽdens quòd
Matth.12. in hominis poteſtate ſit, ait:Aut facite arborẽ bonam,
& fructum eius bonum:aut facite arborẽ malam,& fru
ctum eius malũ. In Actibus etiam conſcriptis à Leon-
tio,quos ipſi accipiunt,ſic ſcriptũ eſt : Etenim ſpecioſa
H figmẽta & oſtentatio ſimulata & coactio viſibilium,ne
quidem ex propria natura procedit,ſed ex eo homine,
qui per ſeipſum deterior effectꝰ eſt per ſeductionẽ.Ipſe
etiam Manichæus non potuit niſi fateri animas , etiam
quas dicit ad dei ſubſtantiam pertinere,propria volun
tate peccare.Nam ſic in ſecundo theſauri libro dicit:Ij
vero qui negligentia ſua à labe prædictorum ſpirituũ
purgari ſe minime permiſerint, mandatiſq; diuinis ex
integro parum obtemperauerint, legẽq; ſibi à ſuo libe-
ratore datá,ſeruare plenius noluerint, neq; vt decebat
ſeſe gubernauerint &c.Item in epiſtola fundamenti ſic
dicit de illis animabus , quæ mundi errore errare ſe à
priore lucida ſua natura paſſæ ſunt,atq; inimicę lumini
ſancto extiterunt,aperteq; in perniciem ſanctorum ele
mentorum ſe armarũt,& igneo ſpiritui obſecutæ ſunt:
Infeſta etiam perſecutione ſua ſanctam Eccleſiam at-
que electos in eadem conſtitutos cœleſtium præcepto-
rum obſeruatores afflixerunt,& à beatitudine & gloria
terræ ſanctæ arcentur.Et quia à malo ſe ſuperari paſſæ
ſunt, in eadem mali ſtirpe perſeuerabunt, pacifica illa
terra & regionibus immortalibus ſibimet interdictis:
Quod ideo illis eueniet, quia ita iniquis operibꝰ ſe ob-
I ſtrinxerũt, vt à vita & libertate ſanctæ lucis alienaren-
tur.Non igitur poterũt recipi in regna illa pacifica,ſed
configẽtur in prędicto horribili globo,cui etiá neceſſe
eſt cuſtodiam adhiberi:Vnde adhærebũt his rebus ani-
mæ eædem quas dilexerunt, relictæ in eodem tenebra-
rum globo,ſuis meritis id ſibi conquirentes.Neq; enim
futura hæc cognoſcere ſtuduerũt, atq; ab hiſdem cum
Caput.VI. tempus dabatur ſe ſegregarunt. Rogo vos vbi au-
diuntur hæc verba, dubitatis adhuc Manichæum coa-
ctum eſſe confiteri, eſſe peccatum propriæ voluntatis?
Non enim vnum verbum inde dixit,ſed tam multa, vt
quẽuis graui ſomno merſum excitaret. Dixit,negligen-
tia ſua:dixit,minime permiſerint : dixit, parum obtem-
perauerint:dixit,ſeruare noluerint.Item dixit,obſecutę
ſunt:dixit,ſe ſuperari paſſæ ſunt:dixit, ſe obſtrinxerunt:
dixit,ſuis meritis id ſibi conquirentes: dixit, neq; enim
futura hæc cognoſcere ſtuduerunt,atq; ab hiſdem cum
tempus dabatur ſe ſegregauerunt : & vos dubitatis di-
cere propria voluntate peccari? Iterum ipſe dicit
Cap.VII. in eadem epiſtola : Lucis autem ſucciſiuã partem, hoc
eſt animas peccatrices:Et vos non dicitis peccare, niſi
gentem tenebrarum.Sed quid de iſto loquar , qui quá- K
uis erraret, tamen euidentiſsima veritate hoc coactus
eſt dicere,cum ipſum dominum noſtrum Ieſum Chri-
ſtum nolitis intelligere dicentem , ignem præparatum Matth.26.
eſſe peccatoribus,diabolo & angelis eius : quos omnes
voluit intelligi peccatores ? Non enim iniuſticia eſt a-
pud deum, vt damnet eos qui omnino nihil peccaue-
runt. Peccare enim quid aliud eſt, niſi in veritatis Cap.VIII.
præceptis,vel in ipſa errare veritate? Quod ſi nó volun
tate faciunt peccatores,iniuſte iudicãtur.Pertinere au-
tem & angelos ad iudicium,Apoſtolus oſtendit dicẽs:
Neſcitis,quoniam angelos iudicabimus ? Nó autẽ per- 1.Corin.6.
tinerent ad iudicium quo iudicantur,ſi non pertinerẽt
ad peccatum quo rei ſiunt,nec poſſent merito iudicari.
Nó eni homines iuſti de iuſtis angelis iudicaturi ſunt, Matth.22.
quibus ſimiles erunt,ſed vtique de peccatoribus.Male-
facti ſui ergo per cupiditatem quiſque author eſt.

Eſt ergo in poteſtate vt ſit cupiditas : & ideo etiam Cap.IX.
malũ in poteſtate eſt.In poteſtate ergo eſt, quod in vo-
luntate eſſe non debet:Malum enim non poteſt eſſe na
tura,nec ſubſtátia,nec vita,quia hæc bona ſunt, inquá-
tum ſunt: Sed & ſi aliquos naturaliter dicimus malos,
propter originem veteris peccati dicimus, in quo iam L
noſtra mortalitas naſcitur. Totũ itaque quod vocatur
malum in hominibus, peccatum eſt & pœna . Peccatũ
ſit ab anima rationali,cui liberum voluntatis arbitrium
eſt.Et pœna infligitur iuſticia dei , quæ nihil facit iniu-
ſte.Aduerſus hæc ſolita cæcitate Manichæi latrát, & cũ
conuincuntur naturam nó eſſe malum, ſed in poteſta-
te eſſe hominis facere bene aut male,dicunt nó eſſe ani
mæ liberam voluntatẽ,& non vident cæcitatem ſuam.

Quis enim non clamet ſtultum eſſe, præcepta dare Cap.X.
ei,cui liberũ nó eſt quod præcipitur facere : & iniquum
eſſe eum damnare,cui nó fuit poteſtas iuſſa complere?
Et has iniuſticias & iniquitates miſeri non intelligunt
deo ſe adſcribere . Sed quid verum eſt, niſi & dominũ
dare præcepta, & animas liberæ eſſe voluntatis , & ma-
lum naturam nó eſſe, ſed eſſe auerſionem à dei præce-
ptis,& eſſe iuſtum iudicium dei quo damnet peccãtes?

Interea cum dicat idem Manichæus, deum omnibꝰ Cap.XI.
bonis abundantẽ, nullo in regnis eius inſignibus indi-
gente,aut infirmo conſtituto,ita etiá fundata eiuſdem
ſplendidiſsima ſecula, vt à nullo vnquã cócuti vel mo
ueri poſsint,in alio loco paulopoſt ſubiũgit & dicit: Lu
cis vero beatiſsimæ pater ſciẽs labem magnam ac va- M
ſtitatẽ,quæ ex tenebris ſurgeret,aduerſus ſua ſancta im-
pendere ſecula,niſi aliquod eximium ac præclarum &
virtute potẽs numẽ opponat, quo ſuperet ſimul ac de-
ſtruat ſtirpem tenebrarũ, qua extincta quies lucis inco-
lis pararetur. Certe ergo à nullo vnquam cócuti vel Cap. XII.
moueri potuerũt regna dei ô Manichæi.Si enim potue
runt,mentitus eſt dicẽdo,nó poſſe regna illa ab aliquo
concuti.Et ſi concuſſa ſunt neceſsitate,aut timore,non
erit deus,qui ſic concuti potuit:Nam videmus deũ Ma
nichæi ſecundũ eundem Manichæum malo neceſsita-
tis preſſum,cũ labes ac vaſtitas aduerſus ſecula impen-
deret,aliudq; quod faceret nó haberet,partem ſuam ad
pugnam dediſſe, vt vel hoc modo quietẽ lucis incolis
cópararet.Ipſa vero pars eius,hoc eſt de lumine lumen,
de bono bonum,de ſancto ſanctum,de æterno æternũ,
de deo deus,de omnipotente omnipotẽs,corrupta ſit,
mortificata ſit,commixta ſit per omnia mundi corpo-
ra à ſummo vſq; ad imum,à cœlo vſque ad ſtercora,vt
& meretrices in theatris & in locis turpioribus turpio-
res haberent in ſe oppreſſum deũ,qui liberari forte non
poſsit.

A poſsit. Dicit enim in fine ipſius epiſtolæ, vnde vnũ ca-
pitulum iam poſuimus, ipſam dei partem quæ commi-
xta eſt, non totam poſſe reuocari ad priſtinam liberta-
Cap. XIII. tem. Ecce victoria, ecce triumphus, qualẽ fecit Ma-
nichæi deus: Nam poſt amiſſam partem ſuam in luctu
eſt, ſicut Manichæus idem dicit. Velum cõtra ſa habet,
quod dolorem eius temperet, ne corruptionem partis
ſuæ videat. Hodie enim diuina quam cõmemorat ſub-
ſtantia, ſubiacet gẽti tenebrarum, vt lutum figulo. Hoc
Cap. XIIII. in primo libro theſauri eorum ſcriptum eſt. Qua-
lis interea turpitudo, quam in eodẽ theſauro inter cæ-
tera ſeptimo libro ſcripſit, ſic dicens: Tunc beatus ille
pater, qui lucidas naues habet diuerſoria & habitacula
ſecundum magnitudines, pro inſita ſibi clementia fert
opem, quæ exuitur & liberatur ab impiis retinaculis &
anguſtiis atque angoribus ſuæ vitalis ſubſtantiæ. Itaque
inuiſibili ſuo nutu illas virtutes ſuas, quæ in clariſsima
hac naui habẽtur, transfigurat, eaſq; parere facit aduer-
ſis poteſtatibus, quę in ſingulis cœlorum tractibus ordi-
natæ ſunt: Quæ quoniam ex vtroque ſexu maſculorum
ac fœminarum cõſiſtat, ideo prædictas virtutes partim
ſpecie puerorum inueſtium pareri iubet generi aduer-
B ſo fœminarum, partim virginum lucidarum forma ge-
neri contrario maſculorum: Sciens eas omnes hoſtiles
poteſtates, propter ingenitam ſibi letalem & ſpurciſsi-
mam concupiſcentiam facillime capi, atq; hiſdem ſpe-
ciebus pulcherrimis quæ parent mãcipari, hoc quoque
modo diſſolui. Sciatis autem hũc eundem noſtrũ bea-
tum patrem hoc idem eſſe, quod etiã ſuæ virtutes, quas
ob neceſſariam cauſam transformat in puerorũ & vir-
ginum intemeratam ſimilitudinem: Vtitur autem his
tanquam propriis armis, atq; per eas ſuam complet vo-
Cap. XV. luntatem. Harum vero virtutum diuinarũ quæ ad
inſtar coniugij contra inferna genera ſtatuuntur, quæq;
alacritate ac facilitate id quod cogitauerint, momento
eodem efficiunt, plenæ ſunt lucidæ naues. Itaque cũ ra-
tio popoſcerit vt maſculis appareant eædem ſanctæ vir
tutes, ilico etiam ſuam effigiem virginũ pulcherrima-
rum habitu demonſtrant. Rurſum cũ ad fœminas ven-
tum fuerit, poſtponentes ſpeciem virginum, puerorum
inueſtium ſpeciem oſtendunt. Hoc autem viſu decoro
illarum ardor ad concupiſcentia creſcit, atq; hoc mo-
do vinculum peſsimarum cogitationum earũ ſoluitur,
viuáque anima quæ eorundem membris tenebatur hac
C occaſione laxata euadit, & ſuo puriſsimo aëri miſcetur:
vbi penitus ablutæ animæ aſcendunt ad lucidas naues,
quæ ſibi ad euectionem, atque ad ſuæ patriæ transfreta-
Cap. XVI. tionem ſunt præparatæ. Id vero quod adhuc aduerſi
generis maculas portat, per æſtum atque calores parti-
culatim deſcendit, atque arboribus cæteriſq; plantatio-
nibus, ac ſatis omnibus miſcetur, & coloribus diuerſis
inficitur. Et quo pacto ex iſta magna & clariſsima naui
figuræ puerorum & virginum parent contrariis pote-
ſtatibus quæ in cœlis degunt, quæq; igneam habent na-
turam, atque ex iſto aſpectu decoro vitę pars quę in eo-
rundem mẽbris habetur, laxata deducitur per calores
in terram: eodem modo etiam illa altiſsima virtus quæ
in naui vitalium aquarum habitat, ſimilitudines puero-
rum ac virginum ſanctarum per ſuos angelos apparet
his poteſtatibus, quarum natura frigida eſt atque humi-
da, quæq; in cœlis ordinatæ ſunt: Et quidem iis quæ fœ-
minæ ſunt, in ipſis forma puerorum apparet, maſculis
vero virginũ. Hac vero mutatione & diuerſitate per-
ſonarum diuinarum ac pulcherrimarum, humidæ fri-
gidæq; ſtirpis principes maſculi ſeu fœminę ſoluuntur,

atq; id quod in ipſis eſt vitale, fugit: Quod vero reſede- D
rit, laxatũ deducitur ad terrã per frigora, & cunctis ter-
ræ generibus admiſcetur. Quis non rideat, vel po- Cap. XVII.
tius doleat & deteſtetur iſtum hominem, tam horren-
da & execrabilia de diuina ſubſtantia dicentem? Ergo
ſubſtantiæ lucis æternæ parti dei, in captiuitate, in cala-
mitatibus, in ęrumnis, in preſſuris, in ſordibus atq; im-
mundicia, ſecundum veſtrum errorem, veſtram conſti-
tutionem nõ poterat aliter quotidie ſubueniri, niſi bea-
tus pater, qui naues lucidas habet diuerſoria, quem ter-
tium legatum appellatis, & virt⁹ altiſsima virtutes ſuas
in diuerſi ſexus naturam commutet: quas quidem inte-
meratas dicitis, ſed tamen vt meretricum more, pul-
chritudine ſua principum tenebrarum letalem & ſpur-
ciſsimam concupiſcentiã confuſæ & inuitæ accendãt.
Nõ enim inuenitis verum, quo tandem pulchritudinẽ
aliquãdo honeſtius doceretis. Et qua cauſa hoc faciũt?
Vt eis in libidinem cõcitatis, occaſionem liberationis
reperiat ſubſtantia diuina? Quid aliud ſonat, niſi vt etiã
per genitalia dæmonum vias euadendi inueniat diuina
maieſtas? Deus magne, ſubueni animis iſta turpia Ca. XVIII.
credentibus, iſta nefanda ſectantibus. Quis hæc non E
exhorreat, rogo vos? quis tam cæcus eſt vt iſta credat,
rogo vos? Sed certe reſpondeatur mihi ab iis qui ipſum
Manichæum ſequuntur: Si deus incorruptibilis eſt, vel
omnis natura ſummi boni inuiolabilis, immaculabilis,
inadibilis, incoinquinabilis, incomprehenſibilis, quid
poterat facere mali natura huic tantæ naturæ, ſi nollet
cum illa pugnare, ne ad tantum dedecus deduceretur?
Hoc dixi: Quid factura erat deo gens tenebrarũ, ſi nol-
let cum illa pugnare? Si mihi dicitur, Nihil: quæro cur
hodie eius pars hoc eſt dei deus, in calamitatibus, in
preſſuris, in captiuitate, in ſubiectione ſit conſtituta, vt
tam turpiter etiã liberetur, & nec ſic liberari tota poſsit,
vel ipſe pater luctum habeat memoratæ partis ſuæ cau-
ſa, quem luctum Manichæus in ſuis libris apertiſsime
prædicat? Ait quidem, Nihil ei fieri poterat, ſed vt Cap. XIX.
oſtenderet præſcientiam ſe habere cogitationum prin-
cipum tenebrarũ, & vt monſtraret nihil ſe timere, pro-
pterea pugnauit. Cui ego dixi: Qui potuit cogitationes
principum tenebrarum videre, ac neminem timere, F
quare non vidit luctum ſibi imminentem de partis ſuę
infœlicitate, quam hodie patitur? Quam partem ſuam
nunquam recipiet integrã, quia remanet inde aliquid,
ſicut ipſe dicit, quod purgari nõ poterit, & globo tene-
brarum in æternum damnabitur. Magna præſcientia
vel potius inſcientia, & miſera infirmitas, hoc eſt totum
quòd neminem timebat. Certe ſi ſe tueri aliquo modo
non poterat, rogaret vt ſibi parceretur, ne ad tantum
dedecus integritas illa & decus omnium ornamento-
rum perduceretur. Item dictum eſt à quodam, Nihil Cap. XX.
ei poterat facere gens tenebrarum, ſed ipſe voluit pati
rem malam circa fines ſuos, & miſit qui eã debellaret.
Cui ego dixi: Si ita eſt vt dicis, ipſe potius inuenitur
malus, qui rem vicinam nihil ei nocentem delere vo-
luit: Et ſicut malus in illã, ſic crudelis in ſuam, aut igna-
ros futurę calamitatis ei⁹. Cum enim putat rem bonam
ſe poſſe perficere, vt in regno mali quod ei non noce-
bat, regionem ſuam extenderet, prius non præuidit in-
fœlicitatẽ, quæ memoratam partem eius quotidie pre-
mit. Deinde quòd eam totam nunquam in priſtinam li
bertatem recipere poterit. Et cum huic obiectioni Cap. XXI.
reſponderi minime poſsit, ſolitam imperitiam oppo-
nunt, quid facturi erãt Iudæi Chriſto, ſi nollet ab eis pa-
ti? O vtinã videre poſſent, quod facile viderẽt, niſi per

G nebulas contentionis excęcarentur, quid ſic imminen-
tis mali premi neceſsitate, quã deum ſuum paſſum aſſe-
uerant: & quid ſit miſericordiæ benigniſsimũ officiũ,
1.Corin.1. quam ſapiẽtia & virtus dei dominus Ieſus Chriſtus vo
luntate & ineffabili poteſtate, per hominẽ quem ſuſce-
pit ex virgine, generi humano exhibere dignatus eſt, vt
hominibus per hominẽ patientiæ demonſtraret exem-
plum. Oportebat enim, & hoc iuſtum erat, vt homines
per patientiam humilitatis vincerent difficultatem in-
firmitatis carnis ſuæ: quia in eam per elationem ſuper-
biæ ceciderãt, ſicut in Adã primo homine noſtra ſcrip
tura indicat. Nunquid & vos poteſtis dicere, quia erant
aliqui homines, quos deus volebat docere patientiam,
propterea voluit a gente tenebrarum tanta mala pati,
quemadmodũ dominus à Iudæis? Aut nũquid poteſtis
dicere, quia ſuſcepit aliquam naturam paſsibilem deus,
in qua pateretur à gente tenebrarum quicquid ei facere
potuit, cum ipſe in ſua ſubſtantia nulla ex parte muta-
retur: ſicut verbum dei, qui eſt filius dei, etiam ipſe ſicut
H pater incommutabilis, ſuſcepit hominẽ mortalem, vt
integra & inuiolata deitate, in carne mortali doceret
mortales per patientiam mortẽ vincere, & ipſius infir-
mæ carnis futuram in melius commutationem reſurre-
Cap. XXII. ctione monſtraret. Cum ergo eſſet per ſeipſum in-
uiſibilis, viſibilis in homine apparuit, quem de fœmina
Lucæ 1. ſuſcipere dignatus eſt, vt in Euãgelio legimus, Dicit &
Galat. 4. Apoſtolus, factum de muliere. Et iſti dicunt, quare non
ait ex virgine? non intelligentes quòd conſuete dictũ
ſit ſecũdum proprietatem linguæ ſcripturarum, ſicut de
Gene. 2. Eua dictum eſt, formauit eam in mulierem, antequam
vel oſtenderetur viro: Quamuis Maria non incongrue
propter partũ dicitur mulier, virgo vero, quod virilem
neſcierit conuentionem, neq; pariendo virginitas eius
corrupta ſit. Quòd autem angelus & Eliſabeth dixerũt
Lucæ 1. Mariæ, Benedicta tu inter mulieres: nulla quæſtio eſt,
quia reuera benedicta eſt virgo inter mulieres. Sed ne
dicatis, ſicut angeli apparuerunt, ſic haberet corpus, ne
de fœmina naſceretur: quid ſi vobis dicatur, Vbi legiſtis
Chriſtũ veniſſe? Nõnne dicturi eſtis, In Euãgelio? Re-
ſpondetur ergo vobis, vbi ſcriptum eſt, Chriſtum natũ
de virgine? Sed ſolita fœditate dicetis ſcripturã ipſam
I falſam eſſe: Nec videtis aliquem ſimilem vobis cæcum
hoc poſſe facere, vt ea quæ vos dixeritis vera, illa falſa
eſſe dicat: & quæ dicitis falſa, illa vera eſſe dicat: Ac ſic
aperiatis ianuas omni homini, errori vel ſceleri, vt v-
nuſquiſque prout voluerit vel delectatus fuerit, ipſas di
uinas ſcripturas accipiat, reſpuat vero quæ non intelli-
gens & offenſus putauerit mala, & non iam inueniatur
hac regula erroris veſtri, vnde tales corrigantur.

Ca. XXIII. Accipite integre canonicas ſcripturas, ſi integri eſſe
deſideratis. Si enim intelligeretis vel crederetis certe
Apoſtolus dixit, per fœminã genus noſtrum fuiſſe de-
2. Corin. 11. ceptum, Ait enim, Timeo ne ſicut ſerpens Euam ſedu-
xit aſtutia ſua, ſic & veſtræ mentes corrũpantur: poſſe-
tis intelligere per fœminam noſtrum genus oportuiſſe
liberari: vt quoniam per fœminã mors facta eſt, per fœ-
minam vita recuperaretur, atq; ita demonſtraretur non
ipſam creaturam fœmineam eſſe culpandam, cuius eſt
deus conditor, ſed voluntatem qua Eua peccauit. Sed
timent maieſtatis illam incoinquinabilẽ & ineffabilem
potentiam in virginis vtero credere fuiſſe, ne ſanguine
eius pollueretur, cũ & in Apoſtolis & multis dignis fœ-
minis & habitauerit & nũc habitet, qui vtique corpora
habent, & ſanguinem habent. Si enim in Maria coin-
quinari potuit, & in omnibus potuit: Si autem non po-
tuit in illis, vtique nec in Maria potuit, in cuius viſceri- K
bus ſuſceptionem corporis operata eſt dei ſapientia.

Certe ipſum Manichæum de patre atque matre na- Ca. XXIIII.
tum fuiſſe non negabunt, cuius animam ſecundũ ſuum
errorem deum eſſe omnipotentem ſimiliter nõ nega-
bunt: qui ſe mira ſuperbia aſſumptum à genio ſuo, hoc
eſt à ſpiritu ſancto eſſe gloriatur, Et vtique ſi genius eſt
ſpirit⁹ ſancti, & ipſe ſpiritus ſanctus, & ipſe deus omni-
potẽs, vt ſpiritus ſanctus: qui tamẽ Manichæus carnem
habuit, in qua ſi coinquinat⁹ eſt ſpiritus ſanctus, aut eius
anima genia ſpiritus ſancti, coinquinabilem deum co-
lunt. Si vero nuſquam deus coinquinatur, cũ etiã lux
corporum cœleſtium vſque ad terras perueniat & non
coinquinetur: cum manifeſtum ſit ſolẽ iſtum, cui ge-
nu flectũt, in omnibus ſtercoribus & putoribus radios
ſuos expandere, & eis nuſquam coinquinari: deſinant
blaſphemare & rogent deũ vt ab errore liberentur. In-
coinquinabilis enim ſubſtantia nõ ideo non coinqui-
natur quia nihil attingit, ſed quia permanet in ſua mũ-
dicia, qualecunque ſit quicquid attigerit: Sicut corpus
inuulnerabile aut impenetrabile, nũquid illud dicimus
quod non percutitur ferro, ſed potius quod etiam cum
percutitur non penetratur? Et ideo magis probatur fi- L
lius dei nõ poſſe de ſanguine fœminę coinquinari, quia
per fœminam natus eſt, quàm ſi non per fœminam na-
ſceretur, & membra illa deuitaſſet: videretur enim iu-
dicaſſe poſſe ſe inde pollui, & min⁹ à nobis fidẽter in-
coinquinabilis diceretur. Conſecrauit autem virgini-
tatẽ, quia de virgine naſci voluit: & ſola illa mater in
terris eligenda erat ad ſuſcipiendum hominem, quia
iam patrem habebat in cœlis. Sed dicunt, quare er- Cap. XXV.
go negauit matrem ſuam quando ei dixit, Quid mihi Ioan. 2.
& tibi eſt mulier? Et quando cum ei nunciaſſet, quòd
eum vellet videre, reſpondit: Quæ eſt mater mea, aut Matth. 12.
qui ſunt fratres mei? ac hos potius in hũc affectum co-
optauit, qui facerent voluntatem patris eius? Quia ex-
emplo ſuo iam docebat negandos eſſe terrenos paren-
tes propter deum. Opera enim diuina facienti, terrenos
affectus obſtrepere non debebat: Nam ſi propterea non
habebat matrem, quia negauit matrem, nec Petrus &
cæteri Apoſtoli habebant patres, quia monuit eos di-
cens: Et patrem ne vocaueritis vobis ſuper terram, vnus Matth. 23.
eni eſt pater veſter qui in cœlis eſt. Quod ergo eos mo-
nuit de patre terreno, hoc de matre prior fecit. Hoc er-
go dicimus, ſapientiam dei ſuſcipiendo hominem nõ M
eſſe coinquinatam, ſed miſericorditer ob hominum ſa-
lutem hominem ſuſcepiſſe, vt fieret ſicut Apoſtolus di-
cit, mediator dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus: Non 1. Timo. 2.
enim dubitanti diſcipulo ſuo mentiri potuit qui dixit,
Ego ſum veritas: quãdo cicatrices vulnerum ſuorum, Ioan. 14.
vt etiam manu tangeret, prębuit. Quomodo enim huic Ioan. 20.
in aliquo ſecuri fidẽ haberemus, ſi diſcipulo ſuo ſic mẽ-
titus eſſet? Abſit talis blaſphemis. Nec eos ipſos in ſem-
piternũ reos teneat, qui hoc audẽt aſſerere aut credere,
ſed euigilent aliquando & intelligant quàm nefaria
peruerſitate iſta credantur. Nos autem dominũ ve- Ca. XXVI.
rum hominẽ ſuſcepiſſe credimus, & in ipſo viſibiliter
inuiſibilem hominib⁹ apparuiſſe, in ipſo inter homines
conuerſatum fuiſſe, in ipſo ab hominibus humana per-
tuliſſe, in ipſo homines docuiſſe à quibus eſſet recedẽ-
dum, quid eſſet perferendum, quò eſſet tendendũ. To-
tum autem hoc nulla fecit neceſsitate. Vnde ipſe dicit:
Propter hoc me pater diligit, quia ego pono animam Ioan. 10.
meam, & iterum ſumam illam. Nemo tollit eam à me,
ſed ego pono eam à meipſo: Poteſtatem habeo ponẽdi
eam,

A eam,& poteſtatē habeo iterum ſumendi eam. Non ergo mali neceſsitate amiſit eam: Voluit enim, vt illa quæ in paſsione eius facta ſunt, omnia fierent ad humanam naturam docendā, non ad ſuam tuendam. Sicut enim nos qui ex anima & corpore conſtamus, cum ſimus inuiſibiles ſecūdum animā, viſibiles autem ſecundū corpus, omnia quæ viſibiliter ſiue honoris & beneficiorum accipimus, ſiue contumeliæ vel iniuriæ patimur, ad animam quæ inuiſibilis eſt, tanquam ad principem neceſſe eſt, vt referamus, quia ipſa corpori principatur: Nam & cum ſimus ſecūdum animam immortales, cum mortui corpore fuerimus, nos mortui dicimur: Ita & dominus ſecundum carnem, quod eſt formam ſerui, quam ſuſcipere dignatus eſt, & cōtumelias paſſus, & vincula & flagella, & mortuus eſſe manifeſtatur: vt omnia veridice veritas, & nihil falſo feciſſe credatur: quia poteſtate ac voluntate verbum caro factum eſt, & natus, & paſſus, & mortuus, & reſurrexit, nulla ſua neceſsitate, ſed voluntate & poteſtate: cuius nulla pars aliquādo deprædata, nulla nunc vſq; captiua eſt, non ſolum diuinæ, ſed nec ipſius mortalis quam ſuſcepit: Sed nec vnquā capi po-
B terit, niſi ab iis qui ei fide voluerunt mundo corde coniungi: Non ſicut deus Manichæi, qui neceſsitatis malo preſſus, hodie hic ex parte, quod negare non poſſunt, in
Ca. XXVII miſeriis & calamitatibus volutatur. Intelligite ſanè ſi poteſtis, etiā inter ipſos homines, quātum diſtet inter neceſsitatē & voluntatem. Si quis, verbi gratia, merito peccati ſui in carcerē iubente iuſticia mittatur, alius aſſit vir ſanctus, qui eundem carcerē ingrediatur, propter illius conſolationem aut liberationē, nunquid ambo in carcere ex vna cauſa cōſtituti ſunt? Ille miſſus eſt, ille ingreſſus: Ille pœnam patitur, ille miſericordiam facit. Ille ingreſſus eſt cum voluit, egreſſus eſt quando voluit: Ille niſi interueniēte indulgētia, nullo iure poterit liberari. Et hoc homines facere poſſunt, & præſtāt libere bene-
Caput XXVIII. ficium, cum aliquādo ſibi nihil cupiant præſtari. Cogitate ergo iam ſi deus poteſt pati aliquā neceſsitatem, cum poſsint homines bene facere volūtate, nulla mercede cōducti, nulla neceſsitate compulſi. Nullam ergo neceſsitatem patitur deus: neq; neceſsitate facit quæ facit, ſed ſumma & ineffabili volūtate ac poteſtate: Et tamen vos maxime ſecundū errorem veſtrum, nō debui-
C ſtis opponere iſtam contradictionē quam dicitis: Quid facturi erant Iudæi Chriſto, ſi nollet ab eis pati? quia ſecundū eiuſdē Manichæi blaſphemias, Chriſtus carnem non habuit, nec aliquid à Iudæis paſſus eſt. Sic enim in epiſtola fundamēti dicit: Inimicus quippe, qui eundem Saluatorem iuſtorum patrē crucifixiſſe ſe ſperauit, ipſe eſt crucifixus, quo tēpore aliud actum eſt, atq; aliud oſtenſum. Princeps itaq; tenebrarū affixus eſt cruci, idēq; ſpineam coronā portauit cum ſuis ſociis, & veſtē coccineam habuit: acetum etiam & fel bibit, quod quidam dominum potaſſe arbitrati ſunt: atque omnia quæ hic ſuſtinere viſus eſt, tenebrarū ducibus irrogata ſunt, qui
Ca. XXIX. clauis etiam & lancea vulnerati ſunt. Et quid ergo opponitis dicentes: Quid facturi erant Iudæi Chriſto ſi nollet ab eis pati, cum de paſsione ipſius ita ſentiatis, vt nō ipſum deū paſſum aliquid in corpore ſuo, ſed principem tenebrarum illa omnia paſſum putetis? Cōtra fidem autem veſtram quo modo iſta opponitis? Nos
Cap. XXX. enim credimus, vt in Euāgelio ſcriptum eſt, quia Chriſtus voluit pati, & quando voluit paſſus eſt. Non enim quando voluerunt Iudæi, paſsionē ipſam fecerunt. Volebant quidam tenere eum & occidere, & ſecundū voluntatem ſuam iam perfecerant ſcelus, quod conabantur, & iam rei erant immaniſsimi peccati qui volebant, D
etiam ſi nihil feciſſent: Tamen ille qui poteſtatem habuit ponendi animam ſuam, quando voluit eos facere Ioan 10. permiſit, qui legionibus angelorum potuit iubere Matth. 26. vt Iudæi perirent, vel vno verbo ſuo omnes interimere.

Ca. XXXI. Dominus ergo Chriſtus ſecundum hominē quem ſuſcepit, paſſus eſt: Et nullum membrum eius hodie tenetur à Iudæis, vel mortalis corporis quod ſuſceperat, ſicut ſupra diximus. Nam deus veſtro ô Manichæi, labe ac vaſtitate impendente preſſus eſt, nō libera voluntate proceſsit ad pugnam, ſed neceſsitate cōpulſus eſt. Nec præſtare aliquid voluit, ſed reſiſtere conabatur: Qui etiam in ſua ſubſtantia, non in ſuſcepto mortali corpore deuoratus atque commixtus eſt: Qui ex parte hodie tenetur, ex parte in globo ſemper tenebitur: Et tamē quis ferat tā incredibiles blaſphemias, quas iſti de ipſa paſſione domini proferre non dubitant? Omnes Apo- Ca. XXXII. ſtoli, omnes linguæ rationales dominum Chriſtū paſſum eſſe clamant. Omnis ſana fides Chriſtum pro nobis paſſum confitetur: Et Manicheus iniquus dæmones omnes illas paſsiones aſſerit pertuliſſe. Nō enim propterea dicit eos paſſos, quia de ipſis dominus triumpha- E uit, & de ipſis nos per patiētiam triumphare docuit, ſed quia dominum Chriſtum negant habuiſſe carnē mortalem. Quibus dicimus: Si non habebat carnem mortalem, quid erat quòd tenuerūt Iudæi? quid erat quod in cruce pendebat? quid confixū erat clauis in ligno? quid eſt percuſſum lancea, vnde ſanguis & aqua profluxit? Si enim viſa ſunt tantum fieri, & facta non ſunt, phantaſmata erant, quod nefas eſt credere. Si autem vere Caput XXXIII. facta ſunt, non tamen in carne mortali, ſed in ipſa diuina ſubſtantia facta eſſe dicitis, mutabilem eſſe dicitis diuinam ſubſtantiā, & viſibilem carneis oculis, & palpabilem carneis manibus, & vulnerabilem ferro, quæ rurſus nefas eſt credere. Et ideo dum timet dicere Manichæus, quia iſta facta non ſunt: & iterum timet dicere, quia in diuina ſubſtantia facta ſunt: & nō vult confiteri, quia nec intelligere potuit, quo modo filius dei per quem facta ſunt omnia, ſine aliqua mutatione vel coinquinatione diuinæ ſubſtantiæ ſuæ, hominem cum carne ſuſceperit: coactus eſt dicere, quia non Chriſtus, ſed princeps tenebrarum cum ſuis ſociis illa omnia paſſus eſt: Miſeri non timetis vt dicatur vobis in iudicio: Ego F eos liberaui pro quibus paſſus ſum: Ite, ille vos liberet, cui meas adſcribitis paſsiones? Dicitis magno erro- Caput XXXIIII. re, ſed tamen dicitis Chriſtum quotidie naſci, quotidie pati, quotidie mori: Nunquid forte in iis qui credunt, & pro nomine ipſius tribulationes mortemq; patiūtur? Non, inquiunt, ſed in cucurbitis, & in porris, & in portulaca, & in cæteris huiuſmodi rebus. Magna ridicula, magna cæcitas: Superius paſsionibus dæmonum, hic paſsionibus olerum homines liberantur à peccatis.

Ca. XXXV. Item cum eis dicimus: Quid factura erat deo gens tenebrarum, ſi nollet cum illa pugnare? Dicunt, Nihil fieri potuit deo incorruptibili. Non enim ſi quis, verbi gratia, ſphæram vitream ſolidā vnguibus lacerare voluerit, aliquid ei vnquam faciet ſæuicia vnguium ſuorum. Sed ſi vel talem ſubſtantiam diuinam iſti eſſe fingerent, vt omnis ſæuicia gentis tenebrarum talis ad illam eſſet, quales ſunt vngues lacerantis ad ſphæram vitream, non deus Manichæi hodie luctum pateretur de partis ſuæ abſciſione vel amiſsione: quam partē dicunt, cum in fructibus vel in herbis fuerit: id eſt, in melone vel beta vel talibus rebus, & principium ſuum & me- Caput XXXVI. dietatem & finem noſſe. Cum autem ad carnem venerit,

G nerit,omnem intelligẽtiam amittere: vt propterea magiſter hominibus miſſus ſit, quia ſtulta in illis facta eſt pars dei:& propterea non ſit miſſus melonibus,quia ſapientem habent animam. Quis iſta credat vel ab hominibus aliquãdo,vel inter homines poſſe dici? Sed tamẽ quo modo nihil mali patitur ſubſtantia dei veſtri, cum & in pomis ligatur,& in carne excæcatur, vel cum volens redire,deucitur ad terras à gente tenebrarum? Sed ſi nihil ei mali contigit vel contingit,falſa omnia ſunt, quæ Manichæus dixit in epiſtola fundamenti, quæ caput eſt omnium vanarũ fabularum: vel in theſauro,qui theſaurus eſt omnium turpitudinũ & blaſphemiarum, vel in cæteris omnibus libris:in quibus tanta loquacitate nihil aliud quàm infœlicitatem ſubſtantiæ dei,quam commixtam dicit principibus tenebrarũ, & in diuinis virtutibus triſticiam, & propter illam magnam ſolicitudinem vt liberaretur,affirmat. Nam reuera nihil mali,aut potuit,aut poterit pati ſubſtantia dei,nec aliquem habet inimicũ, qui eius partem ingenitam corrumpat: ſed homines ſunt deo vel potius ſibi inimici, non ob-
H tẽperando pręceptis dei,& cupiditatibus ſe potius cor-
Caput XXXVII. rumpemdo,non deum. Duũm vero teſtamentorum concordiam ſimplici oculo intendere ſi velletis ô Manichæi,faciliime videretis, Rabide enim fermimini in id
Gene.1. quod ſcriptum eſt, Spiritus dei ferebatur ſuper aquam.
Gene.3. Et vidit deus quia bonum eſt: Et, Adam vbi es? Et,Deus
Exod.20. zelãs,& ignis edax,& gladius meus,& cætera talia,non
Deute.4. conſiderantes,quia ſi alius ita cæcus ſit, vt reprehendere velit illud domini quod in Euangelio dictum eſt,
Matth.5. Non iurabis per cœlum,quoniã ſedes eſt dei: neque per
Iacobi.5. terram, quoniam ſcabellum eſt pedum eius: & hoc dicat quod vos mira demẽtia dicere ſoletis,vbi erat deus
Luca.7. antequam eſſet cœlũ & terra? aut quod ſcriptum eſt, Et miratus eſt Ieſus:cum mirari nemo ſoleat,niſi de re quę illi erat incognita, videre autem quia bonum eſt, non
Luca.8. ſit ignorantis, ſed quia placuit ei quod fecit. Aut illud
Ioan.11. quod ſcriptum eſt dicente domino? Quis me tetigit? Et
Matth.10. de Lazaro,vbi poſuiſtis eum? Et, Ego veni non pacem
Luca.12. mittere ſuper terram,ſed gladium. Et,Ignem veni mit-
Ioan.9. tere in mundum. Et, Veni vt qui non vident videant,&
Luca.22. qui vident cæci fiant. Et, Vẽdite res veſtras, & emite vo
Roma.1. bis gladios. Et Apoſtolus,Zelo dei vos zelo: Et,Reuela-
I bitur ira dei de cœlo ſuper omnem impietatem: & cætera innumerabilia ab ipſo domino, vel ab Apoſtolis dicta vel facta, quæ inſaniſsime poterunt homines ac-
Matth.19. cuſare nõ intelligentes. Nam & auari vel flagitioſi poſſunt aliter accipere,quod dominus ait,vt ſi quis dimiſerit quæ habet, ſeptuplum, aut etiam centuplum in hoc ſeculo accipiat: vt ſi aliquis vxorem,ancillam vel etiam meretrices dimittere propter dominum velit,ſpe illius multiplicationis faciat,non amore iuſticiæ. Poſſunt e-
Ioan.6. tiam horrere mala intelligentes quod ait, Si quis non manducauerit carnẽ meam,& biberit ſanguinẽ meum,
Matth.5. nõ habebit in ſe vitam. Nam quod ait, Qui dixerit fratri ſuo fatue,reus erit gehennæ ignis:ſi dicant ſtulti,Ecce pro conuicio gehennam minatur, quem dicitis miſericordem ignoſcere peccata:nõnne ignorant vbi ca-
Luca.8. put habeant,& tamen aliquid ſibi videntur dicere? Aut
Marci.11. quo modo tam multas animas necãdas dæmonibus in porcis tradidit,cum tales animas dicatis eſſe porcorum quales ſunt hominum? Aut quo modo arborem, in qua fructus, quia non erat tempus, non inuenit, verbo aridam fecit, quam animam intelligentem dicitis habere?

Caput XXXVIII. Ecce quanta iniquiſsimi & cæci homines de diuinis eloquiis poſſunt dicere,ſicut in ea quę myſtice facta ſunt vel dicta in veteribus libris ignorantes ferimini,vt K
temere accuſetis quod non intelligitis. Hęc autem cum de nouo teſtamento vobis obiecta fuerint,dicitis diuina & ſpiritalia ſignificare: Veteris autem teſtamenti ſanctas literas figurate poſſe accipi negatis, Cum & ipſe dominus figurate inde quædam dixerit, & Apoſto- *1.Cor.10.*
lus Paulus, omnia illi populo in figura contigiſſe ſcribat, Nam & ipſe regulam monſtrans,multa inde expoſuit. Sed forte dicitis, ſolita vanitate & obtuſo corde contra deum vel Apoſtoli authoritatem loquentes,veteris teſtamenti dicta exponi prorſus non poſſe, ſolum autem nouum in talibus exponi poſſe. Et non conſideratis non vos habere quid dicere, ſi ab aliis impiis vobis dicatur,vetus potius exponi poſſe,nouum non poſſe. Mens autem ſana vtrunque teſtamentum conſiderans, quæcũque in vno inuenerit expoſitionem admittere,ſine dubio in altero declarabit. Multũ apparet imperitia veſtra vel potius audacia. Attendite in actibus Leucij, quos ſub nomine Apoſtolorum ſcribit, qualia ſint quæ accipitis de Maximilla vxore Egetis: quæ cum
nollet marito debitum reddere, cum Apoſtolus dixe- L
rit, Vxori vir debitum reddat, ſimiliter & vxor viro: il- *1.Cor*
la ſuppoſuerit marito ſuo ancillam ſuam Eucliam nomine, exornans eam, ſicut ibi ſcriptum eſt, aduerſariis lenociniis & fucationibus, & eam nocte pro ſe vicariam ſupponens,vt ille neſciens, cum ea tanquam cum vxore concumberet. Ibi etiam ſcriptum eſt, quòd cum eadem Maximilla & Iphidamia ſimul iſſent ad audiendum Apoſtolum Andream, puerulus quidã ſpecioſus, quem vult Leucius vel deum vel certe angelum intelligi,commendauerit eas Andreæ Apoſtolo:& perrexerit ad prætorium Egetis, & ingreſſus cubiculum eorum finxerit vocem muliebrem quaſi Maximillæ murmurantis,de doloribus ſexus fœminei,& Iphidamię reſpõdentis. Quæ colloquia cum audiſſet Egetes,credens eas ibi eſſe,diſceſſerit. Quid ad hoc dicitis rogo vos? Quare non timuit Maximilla per turpiſsimum lenocinium ancillæ ſuæ, ligare animas in carne? Cum autem illum puerulum tam turpiter credatis eſſe mentitum,quis vobis credat loquentibus, cum ſi mentiamini, dominum vos dicitis imitari? Sed vos temeritate pleni adhuc irruite in veteres libros, vt quæ neſcitis, potius accuſare
quàm diſcere laboretis. Conſiderate quæ ibi miracula M
ſint. Si miraculis noui teſtamenti delectamini: ibi mortui primo ſuſcitati: ibi leproſi primo mundati: & alia multa quæ diligenter & pie quærentibus ad ædificandam fidem innoteſcunt. Si autem bonis præceptis delectamioi: ibi primitus ſcripta ſunt illa duo præcepta,
quæ ſublimiter dominus laudat de diligendo deo & *Matth.22.*
proximo: ibi dimittenda domus, parentes, filij,& cæ- *Matth.19.*
tera propter dominum: ibi non reddendum malum *Rom.12.*
pro malo: ibi orandum pro inimicis: ibi inimico igno- *Matth.5.*
ſcendum: ibi tradẽda maxilla ad accipiendam alapam. Et quæcunque in nouo teſtamento præcepta ſunt, non ſolum ibi mandata,ſed etiam à ſanctis viris omni vigi-
lantia completa. Nunquid & hoc poterit dicere *Caput*
malicia veſtra, quæcunque bona & magnifica ibi ſcrip- *XXXIX.*
ta ſunt,falſa eſſe & appoſita, illa vero quæ non intelligentes putatis mala, ea tantummodo vera eſſe? Debetis enim aduertere aliquos ſimiliter impios,ita de nouo teſtamento facere poſſe, vt quæcunque ibi ſunt quæ non intelligentes putauerunt mala, ea reprehendant, & dicant ipſa ibi eſſe ſola vera: illa autem omnia quę ibi magnifica ſunt,dicant eſſe falſa,atq; ab amatoribus domini appoſita,ne omnia iudicarentur fugienda: vt & vos

A & illi tali cæcitate percuſsi, iam iudicati & damnati fu-
giamini. Tādem vigilate, & à blaſphemiis cōquieſcite,
atque omnium ſanctarum canonicarum ſcripturarum,
ſi Chriſtiani eſſe cogitatis, authoritatem recipite, & quę
non intelligitis accuſare nolite, ſed potius eorum intel-
Cap. XL. lectum deſiderate. Nam quale eſt etiam illud, quod
reſurrectionē carnis negatis? Paulus Apoſtolus clamat,
1. Cor. 15. Seminatur in corruptione, reſurget in incorruptione:
ſeminatur in contumelia, ſurget in gloria: ſeminatur in
infirmitate, ſurget in virtute: ſeminatur corpus anima-
le, ſurget corpus ſpiritale. Et vos contra reclamatis, car-
nem hominis non poſſe reſurgere, & eam tenebrarum
principem habere authorem, cum eandem Apoſtolus
membra Chriſti & templum ſpiritus ſancti eſſe dicat.
1. Cor. 6. Neſcitis, inquit, quia corpora veſtra membra ſunt Chri-
ſti? Quod non vtique ſecundum infirmitatem præſen-
tis corruptionis, quæ de peccati originalis pœna deſcē-
dit, ſed ſecundum adoptionē futuræ reſurrectionis di-
Roma. 8. cit: ſicut alibi ait, Et ipſi in nobis ingemiſcimus, adop-
tionem expectantes, reſurrectionē corporis noſtri. Ali-
bi etiam eandem carnem eccleſiæ comparauit, cum de
Ephe. 5. coniugio loqueretur dicens, Nemo enim vnquam car-
B nem ſuā odio habet, ſed nutrit & fouet eam, ſicut Chri-
Galat. 5. ſtus Eccleſiam. Quod ergo alio loco dicit, Caro cōcu-
piſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autē aduerſus carnem,
non carnem damnat, vt eam tanquam inimicam exiſti-
memus, ſed admonet potius, vt ſubiugemus nobis eam
ad bona opera concipienda, vt velut coniunx ſpiritui
ſeruiat: quod dicit non poſſe fieri, niſi gratia dei per Ie-
ſum Chriſtum dominum noſtrum. Non enim natura
carnis, ſed pœna eius nobis reluctatur, quia peccato
meruimus eſſe mortales. Nam iterum dicit, Corpus ve-
ſtrum templū eſt in vobis ſpiritus ſancti: & tamen cum
ipſa caro propter præſentem infirmitatem fœnum ap-
Eſaia. 40. pelletur, creditis Ioannem de fœno aurū feciſſe, & non
creditis deum omnipotentem de corpore animali ſpi-
ritale corpus facere poſſe? Nam propter ipſam cōmu-
tationem carnis, quæ futura eſt, quoniam de iſta carne
cœleſte corpus deus facturus eſt, quando erimus æqua-
les angelis dei, propterea veriſsime dicit idem Apoſto-
Matth. 22. lus, Caro & ſanguis regnum dei non poſsidebunt. Sed
1. Cor. 15. non mirum quod ita cæci eſtis, vt nō poſſe ab omnipo-
tente deo iſta fieri dicatis, cum etiam dicatis mundum,
C vel omnia quæ facta ſunt, nō potuiſſe aliter facere deū,
niſi magna & miſerabili neceſsitate, & niſi eſſet mate-
ria quæ illum ad operationem mundi adiuuaret, vt in-
Cap. XLI. de poſſet partem ſuam liberare. Eligite ergo nunc
quid ſequi velitis, deum minus potentem & infirmum,
qui neceſsitate partis ſuæ in miſeria conſtitutę, à mate-
ria quam ipſe non fecerat, vt mundum faceret adiutus
eſt, an deum omnipotentem qui nulla neceſsitate, ſed
Pſal. 32. propria volūtate & ſumma poteſtate, dixit & facta ſunt,
Roma. 4. mandauit & creata ſunt, qui vocat ea quæ nō ſunt, tan-
Cap. XLII. quam quæ ſunt. Vos ergo homines, qui iſta impieta-
te Manichæi eſtis decepti, fugite, feſtinate dum licet, ne
damnationem æternam ab illo iuſto iudice mereami-
ni. Pœniteat vos peccatorum veſtrorum, ſi cupitis libe-
rari, & nolite audire Manichæos dicentes, Non pecca-
mus nos, hoc eſt, animæ lucis, ſed peccat gens tenebra-
rum. Si enim ita eſt, quare nos terrent vt eis credamus?
Non enim poſſunt dicere, quia infidelitas non eſt pec-
Ioan. 3. catum, cum ſcriptum ſit, Qui non credit iam iudicatus
Cap. XLIII. eſt. Si ergo infidelitas peccatum eſt, & non peccat
niſi gēs tenebrarum, reſtat vt ab omni peccato pars lu-
cis immunis inueniatur. Omnes ergo ad regnū redeūt,
quia ipſi non peccant: & nihil timendum eſt alicui ani- D
mæ, quia nihil peccat: & falſa ſunt quæ Manichæus di-
cit, ſucciſiuam lucis partem, hoc eſt animas peccatrices
damnari in cuſtodiam globi, vt aliqua ſecuritas diui-
nis regnis in periculo cōſtitutis, tandē aliquando com-
paretur. Neceſſe eſt ergo vt aut pars lucis peccet, aut
pars tenebrarum. Sed ſi pars lucis peccat, deus peccat,
quod nefas eſt dicere: Si autem pars tenebrarū peccat,
ipſa vocatur ad regnum per eum qui dixit, Nō veni vo Matth. 9.
care iuſtos, ſed peccatores, quia nō eſt opus ſanis medi-
cus, ſed male habētibus. Illa autem diuinitas de diuini-
tate, & lux de lumine, tenebrarum generi degenerās in
æternum ſociatur. O deteſtandum mentis errorem Ca. XLIIII.
talia credentium, vellem tamen vt atēderetis, & vide-
re velletis, eum quem naturaliter ſummum malum eſſe
dicitis, nō poſſe fieri vt malus ſit: Quoniam ſi quicquid
facit, ſic facit vt à natura ſua recedere & aliter facere nō
poſsit, prorſus nihil peccat. Si autem nihil peccat, nihil
mali facit. Et ideo ſi nihil mali facit, non eſt vtique ma-
lus. Reſtat itaque vt pars dei quę deus intelligitur, quam
animā dicitis, ſola ſit rea omnium peccatorum, & om-
nia illa quæ accuſanda inſaniſsime putatis, in deum ve-
ſtrum refundatis. Sed quid veritas clamat? Corpus cum E
exanime eſt peccare non poſſe, ſed per ipſum poſſe pec-
cari: Animam vero, irrationalem quidem peccare non
poſſe, quia nec præcepta rationis poteſt accipere, neque
ad beatitudinē peruenire, ſed in ſuo gradu ſeruare or-
dinem naturæ quem acceperit. Rationalē autem, quia
poteſt recte factorum rationabilia præcepta percipere,
& recte factis ad æternam beatitudinē peruenire, ſi hoc
peccando noluerit, iuſte ad inferiora damnari, quia in-
ter ipſa & deum nō ſeparat niſi voluntas praua. Le- Cap. XLV.
gite Manichæi, & omni vigilantia iſta diſcutite, & ma-
gis magiſque legite atq; diſcutite, ſed animo æquo non
animo inimico. Legite illud attendentes, quia erit vobis
in futuro iudicio iſta ſcriptura teſtis, ſi agnoſcentes ve-
ra eſſe quæ dicta ſunt, ad ſinum matris Eccleſiæ catho-
licæ, quæ ſola veritatem docet, omni curſu non feſtina-
ueritis. Iudicate tandem aut eligite Manichæi, quem Ca. XLVI.
ſequi vultis, patrem ingenitum, filium vnigenitum, ſpi-
ritum ſanctū in patris & filij vnitate cōmunem, vnum
deum omnipotentem, incorruptibilem, inadibilem, in-
commutabilem, verum, bonum, ſanctum, clementem,
iuſtum, qui non habet partes, quia vnus eſt: Neque eius F
particula ſeparari ab eo poteſt, quia inſeparabilis eſt:
Neque aliquid eius immutari poteſt, quia totus incom-
mutabilis eſt: Neque vel leuiter quodlibet eius ſubſtan-
tiæ corrumpi poteſt, quia totus incorruptibilis eſt. Qui
voluit, & facta ſunt omnia quæcunque ſunt, quæcunq;
viuunt, quæcunque intelligunt. Ipſe enim ſumma ſub-
ſtantia, ſumma vita, ſumma veritas eſt: Qui præcepit &
ordinata ſunt omnia ſuis locis & tēporibus bona: Qui
rationalem creaturam omni cæteræ creaturæ præferre
dignatus eſt: Qui ei per ſuperbiam à ſuis legibus volun-
tate lapſæ, & viſibilia ſequenti, miſericorditer per ſuos
miniſtros ac per ſeipſum ſignis quibuſdā viſibiliter &
exemplis & pręceptis demonſtratis, quibus conſurgere
valeret, atque ad æternam vitam renouaretur, loqui di-
gnatus eſt, quem prædicat catholica fides. An illum Ca. XLVII.
deum qui falſo dicitur incorruptus, quia poſtea inueni-
tur malo neceſsitatis oppreſſus: Timidum, quia immi- Pendet ſer-
nente labe & vaſtitate compulſus ad bellum eſt: Igno- mo ex pro-
rantię plenum, ſi ſuæ parti quid cōtingere poſſet, vide- ximo capi-
re nō potuit: Crudelem, ſi pręuidens miſeriam futuram te.
partis ſuæ, etſi cum ea ſecurus poſſet quieſcere, tamen
eam

G eam miſit ad miſerabilem pugnam: Malum, ſi cum ſibi
fieri à mali natura nihil poſſet, tamen conatus eſt eā ip-
ſe delere: Temerarium, qui auſus eſt congredi cum ea,
qua eius pars & captiua teneretur, & in ſempiternū ma-
cularetur: Cōmutabilem, quia iam ex parte mutatus eſt:
Corruptibilem, quia iam ex parte meretricantē, ex par-
te mentientem, ex parte blaſphemantem, ſcelera omnia
ex parte facientem, quia his omnibus ex parte commix-
tus eſt: Lugētem, velo luctuoſo tectum: Subiacentē dæ-
moniis vt lutum figulo, & vſque ad turpem perſonam
neceſsitate perductum, vt in pueros & virgines transfi-
guratus dęmonum libidinem accenderet, quem prędi-
cat Manichæus. Aut certe ſi poteſt, neget cōſcientia ve-
ſtra, teſte vobis vero deo ęterno, qui omnes iudicaturus
eſt, vnum iſtorum vobiſipſis negate. Si autem vera
Caput XLVIII. ſunt quę dicimus, tandem reſpicite, tandem videte, in
qua eſtis morte conſtituti. Humiles eſtote, ſi optatis li-
berari, & nolite ſuperbe & impie dicere, voſipſos eſſe
deum omnipotentē: Hoc enim dicitis, cum animas ve-
ſtras partes eius eſſe aſſeueratis. Nō enim deus in parte
maior, in parte minor eſt: Sed potius dicite vobis, deus
H incommutabilis eſt, nos cōmutabiles ſimus: Deus in-
corruptibilis eſt, nos cupiditatibus noſtris corrūpimur:
Deus incoinquinabilis eſt, nos peccatis noſtris coin-
quinamur: Deus ipſa ſapientia eſt, nos ſtulti ad ſapien-
tiam peruenire conamur: Deus ipſa ęterna & beata vita
eſt, nos peccatis noſtris miſeri ſumus, & optamus fieri
beati: Non ergo ſumus pars ſubſtātiæ eius. Si enim par-
tes eius eſtis, & hæc tanta patimini, reſtat vt & ipſe iam
ex parte hæc omnia patiatur, & amplius pati potuerit,
quod eius cōtingit parti, niſi per veſtram miſeriam ſibi
prouideret. Videte vos ergo quid eſtis: ſi partes eius,
deus eſtis: ſi geniti ab illo eſtis, ſimiliter deus eſtis. Quid
tanta peccatorum corruptione turpamini? Si autem fa-
cti ab illo eſtis, hoc confitemini, & non iam eritis Ma-
Ca. XLIX. nichæi. Manichæus enim duas dicit eſſe naturas,
vnam bonam, & alterā malam. Bonam, quæ fecit mun-
dum: malam, de qua factus eſt mundus. Si autē vos deus
fecit, non inuenit Manichæus vnde vos deus fecerit. Si
enim de ſeipſo vos fecit, hoc eſtis quod ipſe. Non ergo
debuiſtis tanta peccatorum corruptione turpari, ſicut
iam dictum eſt. Si autem de alieno vos fecit, non ad il-
lum pertinetis, quia ſic vos fecit quo modo mundum.
I Si autem nec de ſeipſo, nec de alieno vos fecit, ſed tan-
tū omnipotentia ſua voluit, & facti eſtis, hoc dicite Ma
nichęo, & renunciate eius errori. Sic decet enim omni-
potētem facere quæ voluerit, ſicut catholica dicit: Ipſe
Pſal. 32. dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt. Dicite
vobis, non ſumus partes eius, ſed ſumus opera eius. Di-
cite vobis, ſi deus neceſsitate paſſus eſt, & euadere aliter
non potuit, niſi partis ſuę pateretur detrimentum: quis
aliquando poterit de talibus neceſsitatibus liberari, aut
quis erit qui protegat deū non valentem ſeipſum pro-
tegere? Aut quando me de hac neceſsitate captiuitatis
poterit liberare, qui me in integris regnis cuſtodire nō
potuit. Nō enim peccantē me inde dimiſit, ſed ad pec-
cata ipſa me miſit. Aut quādo mihi in alienis miſerabi-
liter cōſtituto prodeſſe poterit, qui vt ſibi prodeſſet, me
ad tantam perniciem dedit ne pugnaret? Si incorrupti-
bilis eſt ipſe deus, quid ei factura erat illa mali natura, ſi
nollet cum illa pugnare, ne nunc ſic ego cruciarer? Aut
quę iſta iniuſticia, vt ad globū damner, cum ille vt mo-
do aliquantulum ſecurus ſit, ego hæc tanta ſuſtineam?
Certe quoniam & ego ſum quod ipſe, quoniam pars e-
ius ſum, nullo in regnis eius inſignibus indigēti aut in
firmo conſtituto, vicibus iſtam miſeriam patiamur, vt K
& ego aliquātulum requieſcam, & regna illa ſine peri-
colo poſsint eſſe pacata. Quanquam timendum ſit, ne
iſta natura mali nec in globo ipſo incluſa cuſtodiri
poſsit. Si enim incorrupta regna corrupit, & inuiolatā
dei ſubſtantiam violauit: quo modo pars illa lucis, hoc
eſt animę peccatrices, quæ viciatæ globo cuſtodiendo
infiguntur infirmę ac debiles: quo modo nō abſorben-
tur ab ea, vt iterum regna illa diuina nullo iam valente
obſiſtere tota conturbet? Quis enim iam audeat proce-
dere ad bellum, quando cum illa parte quæ proceſſerat
tam inique actū eſt, vt pro eius requie ſui ciues ad ſem-
piternam globi cuſtodiam damnarentur? Aut ſi nō po-
teſt perrumpere globum, vt ad lucidū illud tectorium
damnatarum animarum perueniat, quid opus eam cō-
tegi diuinorum damnatione membrorū? Si autem po-
teſt perrumpere globum, quis ei reſiſtet ſaucius qui inte-
gros ſauciauit? Abſit tā grauis & tam abominanda blaſ-
phemia. Nolite iſtam iniquitatem ad aures veſtras ad-
mittere: Nolite tali negocio mortifero vos implicare.
Fugite Manichæum, & ad veritatis catholicę vbera to-
to deſiderio conuolate. L

FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS Epiſcopi, contra aduerſarium legis, & Prophetarum, Liber primus.

LIBRVM quem miſiſtis fratres *Caput I.*
dilectiſsimi, neſcio cuius hæreti-
ci, inuentum ſicut ſcripſiſtis in
platea maritima, cum venalis co
dex ipſe ferretur, & concurren-
tibus turbis periculoſa curioſita-
te & delectatione legeretur, vt
quanto poſſem compendio re-
ſponderem, prius quæſiui cuiúſnam eſſet erroris. Non
enim ſoli Manichæi legem Prophetáſque cōdemnant,
ſed & Marcioniſtæ, & alij nonnulli, quorum ſectæ non
ita innotuerunt populis Chriſtianis. Iſte autem cuius M
nomen in eodem libro non comperi, deteſtatur deum
mundi fabricatorem, cum Manichæi quamuis librum
Geneſeos non accipiant atque blaſphement, deum ta-
men bonum fabricaſſe mundum, etſi ex aliena natura
atq; materia, confiteantur. Sed quanquam nō mihi ap-
paruerit cuius ſectæ ſit iſte blaſphemus, defendenda eſt
aduerſus eius linguam ſcriptura diuina, quam maledi-
cis diſputationibus inſectatur. Et quoniā quoquo mo-
do Chriſtianū ſe videri cupit, vnde & ex Euangelio &
ex Apoſtolo ponit aliqua teſtimonia, etiā ſcripturis ad
nouum teſtamentum pertinentibus, refellendus eſt: vt
oſtendatur in reprehenſione veterum inconſideratius
quàm verſutius inſanire. Ac primum, quod pius po- *Caput II.*
terat religioſe, quęrit iſte impius ore ſacrilego, quo mo-
do accipiendū ſit quod ſcriptum eſt, In principio fecit *Gene. 1.*
deus cœlum & terram: quanquam nō addiderit terram,
de qua pòſt loquitur. Quærit ergo, quo pricipio: Eiúſne
principio, quo idem deus eſſe cœpit, an ex eo quo illum
vacuum eſſe tæduit? Cui reſpondetur, quia nec deus eſſe
cœpit: nec eum vacationis ſuę tæduit, qui neq; aliquādo
non fuit, nec ceſſando torpuit, nec operādo laborauit:
Nec ſine cœlo ſedis indiguit, nec facto cœlo ſedē tanq̄
finitis

A finitis erroribus peregrinus inuenit: Potẽs eſt enim bea-
tiſsime manere in ſemetipſo, tẽplo autẽ ſuo, quod ſunt
omnes angeli ſancti, & homines, ſic impertire habita-
tionem ſuam, vt illi ex ipſo habeant tale bonum, quo
beati eſſe poſsint, non ex eis ille talem donum ſine qua
beatus eſſe non poſsit. Aut ergo ſic intelligendum eſt
quod ſcriptum eſt: In principio fecit deus cœlũ & ter-
ram, vt principium ſit ex quo eſſe cœperunt: non enim
deo coæterna ſemper fuerunt, ſed facta, initium ex
quo eſſe inciperent, acceperunt: Aut certe quia in prin-
cipio ſibi coæterno fecit deus cœlum & terram, hoc
eſt in vnigenito filio. Ipſe eſt enim ſapientia, de qua di-
1.Cor.1. cit Apoſtolus: Chriſtum dei virtutem & dei ſapiẽtiam.
Et deo qui fecit cœlum & terram, dicitur in Pſalmo:
Pſal.103. Omnia in ſapientia feciſti. Aut ſi de Pſalmo iſte non
vult accipere teſtimonium, Apoſtolum audiat de Chri-
Colo.1. ſto loquẽtem: Quia in ipſo condita ſunt omnia, in cœ-
lo & in terra, viſibilia & inuiſibilia. Deus igitur nec cœ-
pit eſſe, nec deſinet: ſed opera eius quædam incipientia
certo fine eſſe deſiſtunt, ſicut tempora & temporalia:
Quædam incipientia permanebunt, ſicut ipſa ſancto-
B rum hominũ, quam percepturi ſunt, vita æterna. Quod
iſte non vidit, qui putauit eſſe dicendum ac definien-
dum, nullum eſſe ſine fine principium: Nec ipſum po-
tuit attendere numerum, cuius initium eſt ab vno, & fi-
nis in nullo: Nullus quippe numerus quamlibet ma-
gnus, vel dicitur, vel ſi dici iam non poteſt, cogitatur,
cui nõ addi poſsit vt maior ſit. Et puto quod iſte, quã-
libet hæreſim ſub nomine Chriſti teneat contra Chri-
ſtum, vitam ſibi promittit in Chriſto, vtique beatam, cu-
ius tunc poterit eſſe principium, cum vitæ huius miſe-
ræ finis fuerit. Reſpondeat itaque, beatam illam quam
non negat vitam habiturã vel habere principiũ, vtrum
habitura, an non habitura ſit finem? Si dixerit habitu-
ram, quo modo ſe audebit dicere Chriſtianum? Si di-
xerit non habituram, vbi eſt quod auſus eſt dicere nul-
Cap.III. lum eſſe ſine fine principium? Quærit etiã: Si mun-
dus iſte bonum aliquid eſt, cur non olim ex initio ab eo
factum eſt quod melius fuit? Quaſi ſeipſo aliquid me-
lius deus fecerit mundum: Aut ideo non debuerit hoc
bonum fieri, quia non eſt æquale facienti. Quod autem
quærit, cur non iſtud olim ex initio factum ſit, reſpon-
ſum habeat: Imò vero olim ex initio factum eſt. Ex ini-
C tio vtique ſuo, non dei, cui nullum eſt initium. Si autem
Gene.1. hoc initium ſignificari potuit, eo quod dictum eſt, In
principio fecit deus: quid eſt quod calumniatur velut
interrogãs, in quo principio fecerit, cũ ipſe rurſus quæ-
rat, cur non olim ex initio factum ſit? Proinde ſua ver-
ba illi replicanda ſunt: Nam ſicut ipſe propter id quod
ſcriptum eſt: In principio fecit deus cœlum & terram:
argumentatur & dicit: In principio igitur quo? Eiúſne
quo idem deus eſſe cœpit, an ex eo quo illum eſſe va-
cuũ tæduit: ita & nos ad id quod ait, cur non iſtud olim
ex initio ab eo factum eſt: reſpõdeamus, & dicamus ei:
Ex initio igitur quo, Eiús ne quo idem deus eſſe cœpit,
an ex eo quo illum vacuum eſſe tæduit? Hoc quippe illi
diſplicet, quod non olim ex initio deus fecerit cœlum,
cum dicit: Cur non olim ex initio? Tãquam ex illo ini-
tio facere debuerit ex quo eſt ipſe qui fecit. Cur non hic
timuit, ne dicendo ex initio, ex quo eſt ipſe deus, eum
debuiſſe facere cœlũ, diceretur ei: habet ergo deus ini-
tium, ac per hoc ſecundum ſententiam tuam habebit &
finem. Tu enim dixiſti, nullũ eſſe initium ſine fine. Por-
rò ſi deus caret initio, quo modo faceret aliquid ex ini-
tio ex quo ipſe non eſt? Ac per hoc ex initio fecit illo ex
quo fecit, id eſt, ex quo cœpit eſſe quod fecit. Aut ergo D
deus ipſorum nihil boni vnquam fecit, aut ſecundum
iſtum quodcunque boni fecit, ex illo initio fecit ex quo
ipſe eſt: & habendi initium, metuendus eſt finis: Aut
ſanctæ ſcripturæ verbis debet acquieſcere & intellige-
re deum, qui ex nullo cœpit eſſe principio, feciſſe cœ-
lum in principio, vel ex quo cœlum eſſe cœpit, vel in fi-
lio: Qui Iudæis interrogantibus, quis eſſet, principium Ioan.8.
ſe eſſe reſpondit. Niſi forte dicturus eſt, aliud initium,
aliud vero eſſe principium. Si ergo ita eſſet ſcriptum, In
initio fecit deus cœlum & terram: nihil contra hoc iſte
moueretur qui dixit, Cur non olim ex initio factum eſt,
quandoquidem legeret, in initio fecit deus: non exiſti-
mans impium, ſi credatur deus habere initium, ſed non
habere principium. Quod ſi ita eſt, emendetur hoc au-
thore Euangelium, vbi ſcriptum eſt, In principio erat
verbum: Cur enim nõ etiam hic iſte dicat: In principio Ioan.1.
igitur quo? Eiús ne quo idem eſſe verbum eſſe cœpit? Et
quia deus erat verbum, poteſt etiam ſic dicere quemad-
modum in hoc libro dicit: Eiús ne quo idem deus eſſe
cœpit? Dicat hic ſi placet etiam illam definitiuam ſuam,
vbi audit, In principio erat verbum: dicat etiam hic ſi E
audet, Nullum eſt principium ſine fine: vt ab ipſis etiam
Manichæis, qui eum fortaſſe quia inimicum legi pro-
phetiſque reperiunt, libentiſsime legunt, iudicetur inſa-
nus. Quia vero diſplicet ei deus qui fecit mundum, cur
non diſplicet deus per quem factus eſt mundus? De
Chriſto enim ſcriptum eſt. In hoc mundo erat, & mun- Ibidem.
dus per eum factus eſt. Intelligat itaque deum face- Cap.IIII.
re bona poſſe, bonis autem à ſe factis egere non poſſe:
Vnde nec faciendis eguit, qui factis nõ eget: Sed ſum-
me bonus fecit omnia, ſibi quidem imparia, ſed tamen
bona. Bonum quippe etiam non ſummum, immo ve-
ro etiam infimum, niſi à ſummo bono eſſe non poſſet.
Nimis autem de deo male ſentit, qui propterea bonum
eſſe aliquid negat, quia æquale deo non eſſe cognoſcit.
Ita enim non erit ille ſummum, ſed infimum bonum,
ſi quod eo minus eſt, iam non eſt bonum. Porrò ſi in re-
bus quas condidit, ea quæ ſunt prima bona valde ſunt
imparia conditori, quia ille fecit, hæc facta ſunt, profe-
cto quia talibus non eguit ad augendam beatitudinem
ſuam, multo minus inferioribus atque omnibus infi-
mis eguiſſe credendus eſt: Quæ tamen fecit tanquam F
bonorum omnium conſtitutor: Nam dominus Ieſus
per quem factus eſt mundus, nõ ſola cœleſtia, ſed etiam
terreſtria, eorúmque terreſtrium quæ videntur exigua
deum creaſſe & creare ſic indicat cum dicit: Si ergo fœ- Matth.6.
num agri quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur,
deus ſic veſtit, quãto magis vos modicæ fidei? Vnus er-
go atque idẽ deus eſt inſtitutor cœli & terræ, ſtellarum
& herbarum, quicquid mẽſura, forma, ordine ſuo con-
ſtat in cœlo & in terra, quicquid viuit in cœlo & in ter-
ra, quicquid ſentit in cœlo & in terra, quicquid intelli-
git in cœlo & in terra. Quæ non ſolum illi à quo ſunt
condita, ſed nec inter ſe eſſe oportebat æqualia. Et ideo
ſunt omnia: Nam ſi eſſent æqualia, vnum genus bono-
rum eſſet omnia. Nũc vero ideo ſunt omnia bona, quia
ſunt aliis alia meliora, & bonitas inferiorum addit lau-
dibus meliorum: Et in rerum bonarum inæqualitate ip-
ſa eſt iucunda gradatio, vbi minorum comparatio am-
pliorum eſt commendatio. Ea vero quæ dicuntur Cap.V.
mala, aut vicia ſunt rerum bonarum, quę omnino extra
res bonas per ſeipſa alicubi eſſe non poſsint, aut ſuppli-
cia peccatorum quæ de iuſticiæ pulchritudine veniunt.
Sed ipſa quoque vicia teſtimonium perhibent bonitati
natura-

G naturarum. Quod enim malũ eſt per vicium, profectò
bonum eſt per naturam. Vicium quippe cõtra naturam
eſt, quia naturæ nocet: Nec noceret, niſi bonum eius mi-
nueret. Non eſt ergo malum niſi priuatio boni. Ac per
hoc nuſquam eſt niſi in re aliqua bona: etſi non ſumme
bona, quoniam ſumme bona incorruptibilis & immu-
tabilis perſeuerat, vt deus eſt: non tamen niſi in bona,
quoniam non nocet niſi minuendo quod bonum eſt:
Ac per hoc bona ſine malis eſſe poſſunt, ſicut ipſe deus
& quæque ſuperiora cœleſtia: Mala vero ſine bonis eſſe
non poſſunt. Si enim nihil nocent, mala non ſunt: ſi au-
tem nocent, bonum minuunt: & ſi amplius nocent, ha-
bent adhuc bonum quod minuant: & ſi totum conſu-
munt, nihil naturæ remanebit cui noceatur. Ac per hoc
nec malum erit à quo noceatur, quando natura defue-
Cap.VI. rit, cuius bonum nocendo minuatur. Vtrum autem
aliqua natura, hoc eſt ſubſtãtia, prorſus ad nihilum redi-
gatur, diſputatio ſubtiliſsima eſt. Sed fides veraciſsime
Pſal.101. deo decantat: Mutabis ea & mutabũtur, tu autem idem
ipſe es. Nec fecit igitur, nec regit mutabilia bona, niſi
immutabile bonũ, quod eſt deus. Porrò bona mutabilia
H propterea bona ſunt, quoniã à ſummo bono facta ſunt:
propterea mutabilia, quia non de ipſo, ſed de nihilo fa-
cta ſunt. Quamobrem & ipſa mortalia, quamuis ex ali-
qua parte pœnalia ſint eis, quibus ſola immortalitas po-
teſt perfectæ beatitudinis implere mẽſuram: habent ta-
men proprium decoris locũ in pulchritudine tempo-
rum, ſed maiorem quàm humanus eſt ſenſus, quo talis
pulchritudo ſentitur: Fides tamen illa quæ deo ſuo di-
Sapien.11. cit, Omnia in menſura & numero & põdere conſtitui-
ſti, quamuis amore viuendi cõditionem mortis exhor-
reat, creatorem tamen omnium bonorum etiam de bo-
nis mortalibus laudat. Nam iſte ipſe qui reprehẽdit, nec
deum eſſe credit, cuius terrena opera vidit eſſe morta-
lia, eundem ſermonẽ ſuum, qui vſque adeo illi placuit,
vt eum literis memoriæq; mãdaret, niſi vocibus ad ſua
quæque verba pertinentibus, & incipientibus tamen &
deficientibus implere non poſſet: ita pulchritudinem
diſputationis, qua vult perſuadere, quicquid oritur &
moritur bonũ eſſe non poſſe, niſi orientibus & morien-
tibus ſyllabis non potuit explicare. Quid ergo mirum
ſi in tam magna vniuerſitate naturæ, eſt aliquod infi-
mum bonum in ordinibus temporum, quod non per-
I manſione rerum, ſicut nonnulla ſublimia ſpiritalia, ſed
pro decore ſui generis, imo atque terreno exortu occa-
ſuq; ſit pulchrũ? Quæ cum ita ſint, non calumnietur di-
Gene.1. centi ſcripturæ: Vidit deus lucem quia bona eſt: Nõ ſo-
lum enim lucem, quam vocauit diem, & firmamentum
quod vocauit cœlum, & ſolem & lunam & cætera ſy-
dera, verumetiam ligna & herbas, & in aquis ac terris
quęcunq; mortalia, & creauit deus ſumme bonus, & vi-
dit quia bona ſunt in genere atque ordine ſuo. Nec ti-
muit qui ſpiritu dei reuelante ſcripſit hũc librum, futu-
ros impios reprehenſores, vaniloquos & mentis ſedu-
ctores, primitus ſuæ, deinde aliorũ, quos delectat blaſ-
phema loquacitas: quia & ipſos inquãtũ homines ſunt,
inquantum corpore atq; anima rationali conſtant, in-
quantum mẽbra corporis eorum ſuis diſtinguuntur of-
ficiis, & concordiſsima differentia in vnitatẽ ſuæ pacis
mirabili ordinatione conſentiunt: inquãtum anima eis
naturali excellentia præſtat atq; imperat: inquantũ ſen-
ſus carnis quinq; partitos implet ac vegetat, diſsimili po
tentia, ſociali cõuenientia: inquantum etiam mẽte atq;
ratione, quod beſtialis anima non poteſt, ſapere atq; in-
telligere poſſunt, vidit de9 quia boni ſunt: & ideo crea-
uit. Non enim tantũ creatos poſtea vidit, ſed & crean- K
dos ante præuidit: & quod peruerſa voluntate & cæco
errore maligni ſunt, nõ ideo vidit quòd nõ eſſent cre-
andi, pręuidit enim vbi ſint ordinandi: & ſic eos ex ea-
dem maſſa primæ pręuaricationis merito damnata, fe- Roma.9.
cit vaſa iræ, ſi vſque in finem in hac malignitate perdu-
rent, vt proſint vaſis miſericordiæ, quo per eorum acu-
mina vanitatis, diligentius arcana veritatis inquirant.
Magna quippe opera domini, exquiſita in omnes volũ- Pſal.110.
tates eius. Quid autem mirum eſt, quia diſplicet huma-
næ ſtulticiæ, quòd opera ſua placent diuinæ ſapientiæ?
Quid eſt enim aliud: Vidit lucẽ quia bona eſt, niſi quia
placuit ei? Sed iſte vaniloquus blaſphemator, qui Cap.VII.
ſcripſit librum ſacrilegis conuiciis plenum, in quo vti-
nam opus eius diſpliceret ei, & nõ putaret quia bonum
eſt, ſed videret quia malũ eſt: videte quid dixerit, Adeo
antea neſciuit, inquit, lux quid eſſet, vt modo eam pri-
mum videns optimam iudicaret. Ergo & dominus Ie-
ſus quãdo auditis verbis Centurionis, miratus eſt & di-
xit diſcipulis: Amen dico vobis, nõ inueni tantã fidem Matth.8.
in Iſraël, neſciuit antea fides illa quid eſſet, vt tunc eam
primum videns, optimam iudicaret. An vero alius eam
in corde Centurionis operabatur quàm ipſe qui mira- L
batur? Et profectò amplius eſt vnde poſsint blaſphema-
re inſipientes & infideles, quod miratus eſt Ieſus quan-
tamcũque hominis fidẽ, quàm quòd vidit deus lucem
quia bona eſt. Poteſt enim quiſque etiam ſolita videre
quia bona ſunt: hoc eſt ſibi placita cõprobare. Quiſquis
autem miratur ſecundum cõſuetudinem qua homines
loquuntur, inopinatum atq; improuiſum ſibi eſſe ſigni-
ficat quod miratur. Sed Ieſus qui omnia præſciebat,
quod mirandũ aliis commendabat, mirando laudabat.
Quid autẽ deus vidit à ſe factum, quod non in luce quę
ipſe eſt, prius vidit eſſe faciendũ? Et quid tam neceſſario
ſancta ſcriptura toties repeteret, quàm quod vidit deus
bona eſſe quę fecit: vt hinc informaretur pietas fideliũ,
non pro humano ſenſu qui ſępe etiã bonis rebus offen-
ditur, quarum cauſas atque ordinem neſcit, de creatura
viſibili atque inuiſibili iudicare, ſed laudãti deo crede-
re & cedere? Tanto enim quiſque facilius aliquid profi-
ciendo cognoſcit, quãto religioſius antequam cogno-
ſceret deo credidit. Vidit ergo deus lucem quam fecit
quia bona eſt, quoniã quod faciendum placebat vt fie- M
ret, factum placuit vt maneret, quantum cuique rei exi-
ſtendi ſiue manendi, à tanto fabricatore fuerat conſti-
tuẽda mẽſura. Sed aliud eſt lux quod eſt deus, aliud lux
quam fecit deus: Incomparabiliter autẽ melior lux ipſe
qui fecit, nullo indigens modo, ea luce quã fecit. Et vn-
de iſte calumniatur, cur non iſta bona tam olim, quàm
olim eſt ipſe, fecerit deus: hinc potius intelligẽdum eſt,
quod non ea fecerit eorum indigus, ſine quibus eſſe in
ſua perfecta beatitudine potuit ſine initio ſempiternus.
Ideo quippe iſtorum faciendorum cauſa ſola dei boni-
tas fuit, quia neceſsitas eius vlla non fuit. Quicquid ita-
que iſte conuiciatur deo, quòd velut tunc primum lu-
cem viderit qui fuiſſet lucis ignarus, quàm ſit inſulſum
& vanum videret, ſi lucis ipſe intus aliquid haberet.

Quinetiam ſtulticiæ ſcribentis aſsignat, quòd te- Ca.VIII.
nebras dixerit ſine initio ſemper fuiſſe: lucem vero ini-
tium ſumpſiſſe de tenebris: quaſi legerit in eo libro cui
calumniatur, tenebras ſempiternas: cum ſcriptum ſit, In
principio fecit deus cœlum & terram, Terra autem erat Gene.1.
inuiſibilis & incompoſita, & tenebræ erant ſuper abyſ-
ſum. Ex illo ergo tenebræ eſſe cœperunt, ex quo confu-
ſa moles cœli eſſe cœpit ac terræ, antequam facta eſſet
lux

A lux qua illuminaretur quod ſine luce fuerat tenebro-
ſum. Quid autem inconueniens, ſi mundanæ materiæ
fuerant tenebroſa primordia, vt accedente luce melius
quod factum eſt redderetur, & tāquam proficientis ho-
minis, quod poſtea futurum erat, hoc modo ſignificare-
tur affectio. Quāquam qui munere dei potuerit perſpi-
cacius iſta rimari, inueniet fortaſſe in creatura, quæ ita
facta narratur ſine interuallis temporalium morarum,
diſtinctum mirabiliter ordinē rerum. Neque enim ma-
teries omnino nihil eſt, de qua in libro Sapientiæ legi-
Sapien.11. tur, Qui feciſti mundum de materia informi. Nō ergo
quia informis dicta eſt, omnino nihil eſt: nec deo fuit
vel ipſa coæterna tanquam à nullo facta: nec alius eam
fecit, vt haberet deus de qua faceret mundum. Abſit e-
nim vt dicatur omnipotens nō potuiſſe facere, niſi vn-
de faceret inueniret. Ergo & ipſam deus fecit. Nec ma-
la eſt putanda, quia infoemis: ſed bona eſt intelligenda
formabilis, id eſt, formationis capax. Quoniam ſi boni
aliquid eſt forma, nonnihil eſt boni eſſe capacem boni.
Sicut vox confuſa eſt clamor ſine verbis, vox vero arti-
culata fit cum formatur in verba. Eſt ergo illa formabi-
lis, iſta formata: illa quæ formam capit, iſta quæ habet.
B Nam quid horum vnde fiat, in promptu eſt. Neq; enim
quiſquam dixerit de verbis fieri ſonū vocis, ſed potius
de voce fieri ſonum verbi: vel potius de voce fieri ver-
Cap. IX. ba ſonantia quis non intelligat? Nec putandus eſt
deus informem prius feciſſe materiam, & interuallo ali-
quo interpoſito tēporis, formaſſe quod informe prius
fecerat: ſed ſicut à loquente fiunt verba ſonantia, vbi
non prius vox informis poſt accepit formam, ſed for-
mata profertur: ita intelligēdus eſt deus de materie qui-
dem informi feciſſe mundum, ſed ſimul eam concreaſ-
ſe mundo. Non tamen inutiliter prius narratur vnde a-
liquid fit, & poſtea quod inde fit: quia etſi poteſt vtrun-
que ſimul fieri, non ſimul poteſt vtrunque narrari.
Caput X. Siue ergo prius nomine cœli & terræ, vel terræ in-
viſibilis & incompoſitæ, atque abyſſi tenebroſæ, mate-
ries ipſa informis ſignificata eſt, rerum notarum appel-
lationibus: quia ipſa prorſus ignota eſt humanis ſenſi-
bus, & vix vtcunq; intelligitur, cum res in deterius cō-
mutantur: tanquam ei propinquet quidque deformius,
nec perueniat tamen ad illam informitatem quantula-
cunque vel viſibilis remanens vel intelligibilis ſpecies:
C Siue per cœlū & terrā generaliter prius inſinuata ſit ſpi-
ritalis corporaliſque natura: ſiue aliquid aliud quod hic
ſalua fidei regula intelligi poteſt: deum tamē verum &
ſummum & bonum feciſſe cuncta quę cernimus, & quę
meliora non cernimus, quamuis modus quo ea fecerit
comprehendi humana mente non poſſit, dubitare fas
non eſt. Sed cum iſtis indoctis blaſphematoribus lite-
rarum ſacrarum, non ea rationis ſubtilitate agendū eſt,
qua iſta quęrēda ſunt, & inter pacificos dei filios diſpu-
Caput XI. tanda. Sed ſi putat iſte aduerſus libros legis & Pro-
phetarū ? quòd dicit ? ſe noſſe, quòd dicit ſe ſcire ſum-
mum deum incomparabilē ſplendorem incomprehē-
ſibilis eſſe lucis: primò audire ab eo vellem, cuius lucis
exiſtimet eſſe ſplendorē ſummum deum: vtrum & ipſa
lux deus ſit, & vtrum patrem intelligat lucem, eiúſque
ſplendorem vnigenitum filium, quem tamen confeſſus
eſt ſommum deum. Quod ſi ita ſentit, approbo & lau-
do. Sed quòd eum quē credit eſſe lumen de lumine, vel
incomparabilem ſplandorem incomprehēſibilis lucis,
non credit eſſe opificem mūdi, improbo & culpo: cum
Ioan.1. ibi legat, Mundus per eum factus eſt: vbi legit, Erat lu-
men verum quod illuminat omnem hominē venien-
tem in hunc mūdum. Improbo etiam ſi neſcit, magiſq; D
improbo atque deteſtor, ſi ſcit, & inſidiatur vt decipiat
neſcientes, in veteribus prius diuinis literis ſcriptū, Ac-
cedite ad eum & illuminamini. Et, Præceptum domini Pſal.33.
lucidum illuminans oculos. Et, illumina oculos meos Pſal.18.
ne vnquam obdormiam in mortem. Neque enim hoc Pſal.12.
orabat homo vtique mortalis, ne vnquā corpore mo-
reretur, aut corporalibus oculis ſomnus ne veniret, op-
tabat: ſed eos vtique oculos ſibi illuminari petebat, de
quibus Apoſtolus dicit, Illuminatos oculos cordis ve- Ephe.1.
ſtri. Porrò ſi huic diſplicet, lucem initiū ſumpſiſſe de te-
nebris, etiam hoc enim verbis garrulæ vanitatis exagi-
tat, eidem Apoſtolo hoc dicat, qui ſcribēs ad fideles, ait,
Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Ephe.5.
Quis enim hoc fecit, niſi ille qui cum tenebræ eſſent ſu-
per abyſſum, dixit, Fiat lux, & facta eſt lux? Quod aperti⁹ Gene.1.
alio loco idem Apoſtolus expreſſit dicēs, Deus qui di- 2.Cor.4.
cit de tenebris lumē clareſcere, claruit in cordibus ve-
ſtris. Si autem hoc putat ſcripturis deeſſe propheticis,
quòd filius ſit lumen de lumine, vel ſplendor lucis, le-
gat quod in eiſdem literis legitur de ſapientia, Candor Sapien.7.
eſt enim lucis æternæ. Aut illud in prophetico Pſalmo, Pſal.95.
Cantate domino canticum nouum, cantate domino E
omnis terra. Cantate domino & benedicite nomini e-
ius: bene nunciate diē ex die ſalutare eius. Quis eſt enim
dies ex die, niſi filius lumen de lumine? Salutare autem
dei eſſe Chriſtum legat in Euangelio, dicente Simeone
ſene, quando illum cognouit in manibus matris, carne
minimum, ſpiritu maximum, acceptoq; in manus ſuas
ait, Nunc dimittis ſeruum tuum domine, ſecundū ver- Luca.2.
bum tuum in pace, Quoniam viderunt oculi mei ſalu-
tare tuum. Hic ſi reſponderit aliam eſſe lucem de Cap.XII.
qua dictum eſt, Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem Ephe.5.
lux in domino, quia ſpiritalis lux mentis eſt iſta, nō car-
nis. Aliam vero illam de qua ſcriptū eſt, Dixit deus, Fiat Gene.1.
lux, & facta eſt lux: quæ ad oculos pertinet corporales.
Primo confitebitur à luce ſumma, quod eſt ipſe deus,
fieri potuiſſe qualemcunq; infimam lucē, bonam tamē.
Deinde, vnde ſcit etiam qualis & quanta ſit. Poſtremo
vtrum ſpiritalis an corporalis: niſi forte fideles homi-
nes, qui quandiu ſunt in corpore, peregrinantur à do- 1.Cor.5.
mino, poſſunt iam merito ipſius fidei lux vocari, & an-
geli nō poſſunt, qui ſemper vident faciem patris? Vnde
ergo ſcit, vtrū talis lux primitus facta ſit? vnde ſcit quo F
modo illa luce veſpera & mane poſſit intelligi? Quo
modo deniq; ſenario numero præſentata fuerit operi-
bus dei, & in ea ſeptima requieuerit deus: vnde ad iſtos
dies nobis notiſſimos qui ſolis circuitu reuoluuntur,
ſeptenarij ipſius numeri quędā forma tranſlata eſt? Sed
& ſi lux facta eſt corporalis, vnde nouit quo modo eſſe
potuerit ante ſolem & ante firmamētum, quod cœlum
poſtea nuncupatū eſt, remota ab aſpectibus terrenorum
in ſuperioribus partibus mūdi, vt ſolus deus inter illam
tenebraſq; diuideret? Nam inter iſtas tenebras, quæ no-
bis faciunt notiſſimam noctem, & lucem quę nobis fa-
cit notiſſimum diem, luminaria nobis viſibilia vt diui-
derent imperauit. Quis autem ferat, quamuis non ſit in-
dignandum potius quàm ridēdum, indicare iſtum no-
bis quòd diē horę deſignent, horas autem ſol diſcernat
atq; diſterminet, & velle vt credam⁹ quòd Moyſes iſta
neſcierit, & ideo diē antequam ſol fieret nominauerit?
Sed conueniāt homines ad librum iſtius audiēdum, &
proponatur eis quid ſit credibilius: vtrū iſtum neſcire
quandā lucem & quēdam diem, quem ſciebat Moyſes:
an Moyſem neſciſſe iſtā lucem ac diē, quem nō ſolum
iſte,

G iſte, verumetiam quia verba eius nõ intelligunt, ſciunt.
Cap.XIII. Quid quòd etiam de aquarum congregatione ingerit, neſcio quis imperitiſsimus quęſtionẽ, immo vero
non quæſtionem, ſed reprehenſionẽ, tanquam nõ recte
Gene.1. dictum ſit, Congregentur aquæ in congregationem
vnam, & appareat arida, eo quòd aquis omnia tenebãtur: ignorans quemadmodum aqua in aëreos vapores
tenuata rareſcat, & nebuloſa caligine multum occupet
ſpacij, exiguum vero ſi cõgregata denſetur, nec iam leuis volitet, ſed grauis fluitet. Quid ergo mirũ, ſi rara terram texerat, ſpiſſata nudauit? Quid ſi etiam diuino nutu
in magnos ſinus terra ſubſedit, atque ita quicquid naturæ humidæ per totum eius iacebat, in partes cõcauas
confluens, receſsit à cæteris: & quod operiebat aperuit,
congregata in humiliora ſuccumbẽtia, quà mare interflueret & circumflueret, atque altiora deſerens quà orbis emineret? Omitto quòd poteſt hîc intelligi ſignificatum eſſe, quòd informis illa materies aquæ vel abyſsi
vocabulo inſinuata ſit, & ſpecies acceperit duorũ iſtorum grauium elemẽtorum, humoris & humidi: & ideo
dictum eſſe, congregetur aqua, quoniam labilis & mo-
H bilis ei ſpecies data eſt: appareat autẽ arida, quia immobilis & fixa eſt. Nam illud quod magis Propheta libri
huius author intendit, vt eius narratio rerum factarum
eſſet etiam præfiguratio futurarum, non eſt contentioſis & infidelibus ſenſibus ingerendum. Cum ergo tot
exitus pie quærentibus pateant, ne temere tanta reprehendatur authoritas, vnde iſti niſi diabolico inſtinctu
in eis rebus eligit calumniari, quas non eſt idoneus per-
Cap.XIIII. ſcrutari? Quòd vero in hominis conditorem deum
cæcus & ingratus inuehitur, & audet dicere ei qui ſe
finxit, quare ſic me feciſti? cum omnino quo modo ſit
factus ignoret, multum præcipitis mentis audacia eſt.
Sed vaſa iræ permittuntur iſta garrire, vt tanquam de
negligentiæ ſomno excitentur vaſa miſericordiæ, &
ſtudio reſpondendi peſtilẽtibus maledictis, adhibeant
curam ſalubribus dictis. Ecce enim in eo quòd reprehendit iſte hominis cõditorem, quia prohibuerit eum
ſumere cibum dignoſcẽtiæ boni & mali: tanquam eum
pecoribus parem eſſe voluiſſet neſcientibus iſta diſcernere, & hoc ei negaſſet cui poteſtatem dediſſet in beſtias, quo ſolo homo ſuperat beſtias: quàm neceſſarium
eſt vitæ bene agendæ, quòd dicimus quædam infœliciter diſci, & fœlicius nonnulla neſciri. Morbos enim &
I dolores quanto fœlicius neſciremus? Si ergo medicus
nos ab aliquo cibo probiberet, quo accepto ægroraturos eſſe præſciret: & ob hoc appellaret eundem cibum
dignoſcentiæ ſanitatis & imbecillitatis, eo quòd per ipſum homo cum ægrotare cœpiſſet, experiendo dignoſceret quid intereſſet inter contractam malam valetudinem & bonam perditam ſanitatem: quod vtique melius ignoraſſet, & in illa quam perdidit ſanitate manſiſſet, credens medico per obedientiam, non morbo per
experientiam: nunquid talem medicum inuidiſſe nobis
eiuſmodi ſcientiam diceremus? Quis dubitet malũ eſſe
peccatum? Et tamen cum laude dictum eſt de domino
2.Cor.5. Ieſu Chriſto, quia non nouerat peccatum. Nõ ergo nouerat hoc malum, atque ideo illam vnde Adam prohibitus eſt, boni & mali dignoſcentiam non habebat. Hic
ſi quęratur, quo modo quod non nouerat, arguebat? neque enim peccata non arguebat. Omnia autem quę ar-
Epheſ.5. guuntur, ſicut dicit Apoſtolus, à lumine manifeſtãtur.
Quo modo igitur à quo ignorabantur, arguebantur?
Nõnne rectiſsime reſpondebitur, & nouerat, & nõ nouerat? Rectiſsime omnino, Nouerat enim per ſapientiam, non nouerat per experiẽtiam. Huic itaque diuinæ K
ſapientiæ credere debuit Adam, vt ab illa mali ſciẽtia,
quæ fit per experientiam, præcepto dei obediens temperaret. Sic enim malum neſciſſet niſi feciſſet: fecit autem ſibi, non deo. Nihil enim facere potuit voluntate
inobedientiæ, niſi quod ipſe pateretur lege iuſticię. Hęc
eſt enim pœna inobedienti homini reddita in ſemetipſo, vt ei viciſsim nõ obediatur, nec à ſemetipſo. De qua
re vberius in aliis, & maxime in quartodecimo libro
de Ciuitate dei diſputauimus. Nunc autem breuiter reſpondemus ad id quod ait iſte, hominis inſtitutorem à
magno bono prohibuiſſe quem fecerat, dum eum pecori ſimilem ſine dignoſcentia boni & mali eſſe voluiſſet.
Hæc enim dignoſcentia non eſt beati hominis ſapientia, ſed miſeri experientia: vnde lignum nomen accepit, à cuius cibo eſt homo prohibitus: vt obedientia cõmendaretur, quæ maxima eſt virtus, & vt ſic dixerim,
omnium origo materq; virtutum, in ea natura cui ſic
datum eſt arbitriũ liberæ voluntatis, vt eam tamen neceſſe ſit viuere ſub poteſtate melioris. Quanquam non
defuerint quibus viſum eſt, illam dignoſcentiã boni &
mali, magnum aliquod bonũ fuiſſe: cuius capaces non- L
dum fuerunt, qui hanc vſurpantes contra vetitum, per
inobedientiam peccauerunt. Quibus autem videtur ſic
hominẽ fieri debuiſſe vt peccare nollet, non eis diſpliceat ſic eſſe factum, vt non poſſet peccare ſi nollet. Nũquid enim ſi melior eſſet, qui non poſſet peccare, ideo
non bene factus eſt qui poſſet & non peccare? Aut vero
vſqueadeo deſipiendũ eſt, vt homo videat melius aliquid fieri debuiſſe, & hoc deum vidiſſe nõ putet: aut putet vidiſſe, & credat facere noluiſſe, aut voluiſſe quidẽ,
ſed minime potuiſſe? Auertat hoc deus à cordibus piorum. Si ergo ratio recta demõſtrat, rationalẽ creaturam
illam eſſe meliorẽ, quæ nulla inobediẽtia deſerit deum,
quàm iſtã quæ ita deſeruit: ſciat quiſquis hoc ſapit, nec
illam deeſſe cœleſtibus rebus, quæ nũquã deſerit deum,
nec iſtam ita eſſe factam, vt aliqua neceſsitate deſerere
cogeretur deum. Et quia volũtate deſeruit, nihil ex hoc
diminutũ ſapientiſsimis diſpoſitionibus dei, qui & malis bene, & peruerſis recte vtitur: & de humano genere
iuſte meritóque damnato, familiam ſanctam atque numeroſam, non eius merito, ſed gratia ſua factã, in æternum regnum ſe tranſlaturum eſſe teſtatur. Quę cum ita
ſint, nec deus occultare debuit lignum, quod propter
conſecuturam hominis miſeriam, ſi ex illo contra pro- M
hibitionẽ vſurpato dignoſceret à quo bono cecidiſſet,
& in quod malum incidiſſet, appellauit lignũ dignoſcentiæ boni & mali. Cur enim occultaret de quo mãdatum dabat, & per quod obedientiam commẽdabat?
Nec ignarus fuit hominẽ peccaturum: ſed ſimul etiam,
quid iuſti & boni fuerat & de peccante facturus, ſumma
vtique diuinitate pręſciuit. Nec inſtituit quod obeſſet, ſi
homo ſibi obeſſe noluiſſet: ſed potius inſtituit quod prodeſſet. Quia homo nõ ſine bona mercede obedientiam
cuſtodiſſet: & nõ ſine vtili exemplo, vt eam ſancti eius
poſteri cuſtodirẽt, pœnas inobediẽtiæ perſoluiſſet. Nec
voluit quod nõ potuit, Hoc enim voluit vt aut obediẽs
homo eſſet, aut inobediens impune non eſſet. Nec infructuoſe voluit quod homo non fuerat ſeruaturus, iubere, quia pœna cõtemptoris docuit alios obedire. Nec
in homine pars dei reſtitit deo, quia ſi hominis anima
pars dei eſſet, nec à ſeipſa, nec ab aliquo decipi, nec ad
aliquid malefaciendum, ſiue patiendum vlla neceſsitate compelli, nec in melius vel deterius mutari omnino
potuiſſet. Flatus autem ille dei qui hominem animauit,
factus

A factus eſt ab ipſo, non de ipſo, Quia nec hominis flatus, homiois pars eſt: nec homo eum facit de ſeipſo, ſed ex aëreo halitu ſumpto & effuſo, Deus vero potuit & de nihilo, & viuũ rationalemq́; potuit, quod nõ poteſt ho-
In q. vet. & noui teſt. numero. 123. mo. Quanuis nonnulli exiſtiment non tunc animatum primum hominẽ, quando deus in eius faciem ſufflauit, & factus eſt homo in animã viuam, ſed tũc accepiſſe ſpiritũ ſanctum.
In poſterioribus nu. 3. Quodlibet autem horũ credibilius oſtendatur, vnde nunc longũ eſt diſputare, animã tamen nõ eſſe partem dei, nec de ſubſtãtia & natura eius creatam ſiue prolatam, ſed ex nihilo factam, dubitare fas nõ eſt.

Cap. XV. Non itaq; ſicut ait iſte blaſphemus, inuenitur ſerpẽs loco meliore quàm deus, quia præualuit decipere hominem quem fecerat deus. Nullo enim modo homo deciperetur, ſi nõ in ſe exaltato corde receſſiſſet à deo. Vera
Prouer. 16. quippe, quoniã diuina eſt illa ſententia, Ante ruinã exaltatur cor, Et vbi contra deũ exaltatur, ibi ab illo deſeritur, & in ſe tenebratur. Quid autẽ mirum ſi dũ tenebratur, neſcit quid ſequatur: quoniã non à ſeipſo lumẽ eſt, ſed ab illo illumioatur. Quòd ergo deus ſemper inuictus ſit, etiã homo victus oſtẽdit: quia victus nõ fuiſſet, ſi ab inuicto nõ receſſiſſet. Quo modo eſt autem vi-
B ctor hominis deceptor, cum à ſemetipſo ſit etiam ipſe deceptus? Vnde & ille qui decepit, & ille quem decepit, ambo decepti ſunt, recedendo ab eo qui non poteſt decipi: & ambo ſunt victi, recedendo ab eo qui nõ poteſt vinci. A quo vtique qui plus recedit, plus vincitur, quia tanto eſt ioferior, quanto deterior. Et ideo neceſſe eſt, vt qui malum alteri prius infereodo vincere videtur, amplius ipſe bonum amitteodo vincatur. Neq; fieri poteſt vt ei ſit locus melior, cũ cauſa ſit peior. Et ꝙ ad tempus præualuiſſe viſus eſt diabolus homine ſuperato, etiã ſic in æternũ victus eſt homine reparato. Nec dei confitentis verba ſunt, ſed potius exprobrantis, Ecce Adam
Gene. 3. factus eſt tanquam vnus ex nobis: Sicut Apoſtolus vbi
2. Cor. 12. dicit, Donate mihi hanc iniuriam: vtiq; à cõtrario vult intelligi, ſi aſſit pronunciator doctus, nõ calũniator indoctus. Porrò autẽ cui diſplicet peccator prohibitus à ligno vitæ, quid oiſi impune vult male viuere? Nec magnum erat deo, & alio quolibet modo vitam ſubtrahere homini quẽ viuere noluiſſet: ſed quoniam rationales
C animæ de ſapientia viuunt, quarum mors eſt inſipiẽtia, huius rei ſignificandæ gratia, lignum vitæ in paradiſo fructu ſuo mori hominẽ nec corpore ſineret. Quòd ergo inde ſeparatus traditus eſt morti, cõſumendus ætate, quod nequaquam illi accidiſſet, ſi ſemper eodem cibo frueretur, ſignificatũ eſt, quòd prius ab ſpiritali vitæ ligoo propter peccatũ anima eius excluſa eſt, & ita quadam ſua interiore morte iam mortua. Nam de ſapiẽtia
Prouer. 3. ſcriptũ eſt, Lignũ vitæ eſt amplectentibus eã. Quod iſte nõ intelligẽs ait, Quatenus ergo ante maledictum immortalis homo perpetuo viuere poterat, qui nondũ ex iſta arbore cibũ ſumpſerat? Quaſi aliquis ei dixerit, aut in illo libro alicubi legerit: ꝙ nondũ Adam ſumpſerat ex cibo arboris vitæ. Quin potius intelligẽdus eſt, quoniam inde illi vita in corpore perpetua ſuppetebat, ne vetuſtate conſumeretur ætatis, ad hoc inde prohibitus, vt ex peccati pœna iam illi eſſet neceſſitas mortis. Quo modo, inquit, ex dei maledicto mori cœperat, cum vita ipſa nunquã ex ipſo ioitiũ ſumpſerit? Quaſi optauerit ei deus mortẽ ſicut homo homini, ac nõ dei verba ad ſententiã pertineant punientis, nõ ad iram maledicentis. Punire autem morte corporali, fuit à vitæ arbore ſeparare, cũ iam fuiſſet ſpiritaliter mortuus animo, vtiq; ſeparatus ab alimento ſapientiæ. Deus itaque quid ei cõ-

tigiſſet in animo, ſigoificare voluit, ſeparãdo eũ à ligno D
vitæ, quo ſignificabatur ſapientia. Sed iſta, inquit, arbor, quæ in paradiſo vitæ fructus ferebat, cui proderat? Cui, niſi prius illis primis hominibus, maſculo & fœmioæ, qui in paradiſo fuerãt conſtituti? Deinde iſtis de paradiſo pro merito ſuæ iniquitatis eiectis, mãſit ad memoriã ſignificandæ ſpiritalis arboris vitæ. Quod eſt, vt diximus, ipſa patiẽtia beatarũ cibus immutabilis animarũ. Vtrũ autẽ illo cibo veſcatur nũc aliquis, niſi forte Enoch & Helias, non temere aſſeuerandũ puto: ligoo tamẽ illo vitæ, quod eſt io ſpiritali paradiſo, niſi alerentur animę beatorũ, non pro munere pietatis & fideliſſimę confeſſionis, latronis animæ credentis io Chriſtũ, legeremus paradiſum eodẽ die fuiſſe cooceſſum, Ameo, ioquit, di- Luca. 23.
co tibi, hodie mecũ eris in paradiſo. Eſſe autem ibi cum Chriſto, boc eſt, eſſe cũ vitæ ligoo, Ipſe eſt quippe ſapiẽtia, de qua vt ſuperius cõmemoraui, ſcriptũ eſt, Lignum vitæ eſt amplectentibus eam. Nunquid nã & hoc re- Prouer. 3.
fellendũ eſt, quod velut acute vt ſibi videtur, irridet: Pri Cap. XVI.
mo deum non præſciſſe quod cõtigit, Deinde implere nõ valuiſſe quod magnopere cogitauit, Tertio ad maledictũ ſe conuertiſſe ſuperatũ. Vnde ſcit deũ ooo præſciſſe quod contigit? An quia cõtigit? Quinimmo ſi nõ E
cõtigiſſet, nullo modo id præſciſſet futurũ, quia nõ erat futurũ. Aut ſi propterea putat non præſciſſe, quia ſi præſciſſet, ne cõtingeret præuidiſſet, poteſt hoc & de Chriſto dicere, qui talentũ dedit homini nihil acquiſituro: quod propterea vtique dederat, vt eius augeretur pecunia, quicquid eſt quod illa ſignificat. Ergo quia cõtigit, vt ille ſua pigricia nihil acquireret, boc nõ pręſciuit ille qui dedit? Dicere etiã poteſt: nõ impleſſe de hoc lucro Chriſtũ quod magnopere cogitauit. Poteſt & illud tertiũ, ad maledictũ ſe conuertiſſe ſuperatũ, quoniã dixit, Ligate illi manus & pedes, & proiicite eũ io tenebras ex- Matth. 25.
teriores. Sicut de Adam dictũ eſt, vt à ligno vitę ſeparatus, morte etiã corporis plecteretur, Hunc enim homini diſerto, definientis maledictũ, videtur impoteotis imperium. Dicat ergo impotentẽ Chriſtũ, quoniã de acquirenda ſpiritali pecunia nõ potuit quod cupiebat efficere: dicat æmulum ac malicioſum, ꝙ ſeruo ſuo inuiderit lucem ac ſalutem, quẽ proiici iuſſit in tenebras, vbi eſſet F
fletus & ſtridor dentiũ. Si autẽ de Chriſto iſta non dicit, ne hoc modo ſe iodicet oon eſſe Chriſtianũ, cur audet dicere de hominis cõditore & peccati merito damnatore, quod nõ audet dicere de homiois redemptore, & ſi eius præcepta cootẽpſerit, pœna æternæ mortis vltore, eodẽ ipſo ſcilicet? Nam & in quẽ aliũ oiſi io Chriſtũ hæc maledicta neſciens iſte iaculatur, quandoquidẽ ille ait, Si crederetis Moyſi, crederetis & mihi, de me e- Ioan. 5.
nim ille ſcripſit? Quid enim pater ſine filio vel tunc fecit, vel vnquam facit? Si ergo ſalubriter, non ſolum bonitatem, verumetiam ſeueritatẽ dei ſancta ſcriptura cõmendat, quoniã & amatur deus vtiliter & timetur, Vnde Apoſtolus eodem loco vtrunq; cõmemorat dicens, Vides ergo bonitatẽ & ſeueritatem dei: quid eſt quod iſte inſanus & pręceps cum Chriſtianũ eſſe ſe iactet, hoc reprehendit in deo Prophetarum, quod in deo inuenit Apoſtolorũ, quoniam idem deus eſt & illorum & iſto- Roma. 11.
rum? Quòd autem de iſto cõmemoraui: quem pigrum ſeruum miſit in tenebras exteriores, ſeueritas eſt dei, vbi nec futurorũ improuidus dicitur, quia tali pecuniã ſuã credidit: nec impotens, quia [quem] vt bene ageret, nõ [ipſe rexit] ipſe correxit: nec æmulus ac malicioſus, ꝙ à luce ſeparatum in teoebras miſit. Hoc de omnibus pœnis hominum, quæ leguntur in propheticis libris inflictæ fuiſſe

G ctæ fuiſſe peccãtibus,debet fidelis lector aduertere.Hoc
ergo etiam de diluuio, Neq; enim dominus Ieſus non
tale aliquid futurum in ſuo prænunciauit aduẽtu, quan-
Lucæ.17. do ait, Sicut in diebus Noë manducabant & bibebant,
nouellabant,ædificabant,nubebant,vxores ducebãt,ve
nit diluuium & perdidit omnes, ſic erit & aduentus fi-
lij hominis. Hoc & de obduratione cordis Pharaonis.
Neq; enim noui teſtamenti literæ nõ dicunt de quibuſ-
Roma.1. dam, Tradidit illos deus in reprobam mentẽ,vt faciãt
quæ nõ conueniunt.Hoc de ſpiritu mendaci,quẽ deus,
3.Reg.22. qui bene vtitur etiam malis,iuſtiſſimo iudicio ad impiũ
Michea.3. regem decipiendum miſit, ſicut Micheas Propheta ſibi
in viſione prophetica demonſtratum eſſe teſtatur . Ne-
que enim dubitauit tale aliquid dicere Apoſtolus Pau-
2.Theſſ.2. lus,cũ ſe ſciret veriſſime dicere,vbi ait,Mittet illis deus
operationem erroris vt credant mendacio,& iudicen-
tur omnes qui nõ crediderunt veritati,ſed conſenſerũt
Num.25. iniquitati . Hoc de facto per Moyſem cui deus dixit,
Accipe omnes duces populi, & victima illos domino
Exod.23. cõtra ſolem:hoc eſt,in manifeſto per diem. Vel ꝙ factũ
H idolũ Moyſes ita vindicauit,vt nec proximo ſuo quiſq;
Lucæ.19. parceret,ferro perimens impios.Neq; enim & dominus
Ieſus non dixit,Eos autẽ qui noluerunt me regnare ſibi,
adducite & interficite corã me . Vbi ꝓfecto quia mor-
tem ſignificat animarũ,magis eſt vtiq; illa fidelibus hor
Math.10. renda & metuenda quàm corporum. Vnde idem do-
minus dicit, Nolite timere eos qui occidunt corpus,a-
nimam autem nõ poſſunt occidere, ſed potius eum ti-
mete,qui poteſt animam & corpus perdere in gehennã.
Huius generis mortes per quas animæ mittuntur in ge-
hennam,ſi quis fideli mente vt dignum eſt cogitauerit,
valde vili æſtimabit quãlibet ingentiſſimã ſtragem &
ſanguinis fluuios mortalium corporũ,& quomodocũq;
quandocunq; moriturorũ. Quas cædes iſte exaggerans,
& ſcholaſtica vanitate deſcribens,ad blaſphemandum
deum , qui talibus mortibus eos quibus huiuſmodi ter-
ror vtilis fuerat, flagellabat, horrorẽ incutit mortalibus
ſenſibus, & aliquid ſe agere putat,calces aduerſus ſtimu
lum iaciendo: vt cum de morte caruis accuſat dei pro-
Nume.25. uidentiam,morte cordis mittatur in gehennã. Quis au
I tem vtriuſlibet ſexus homo non mallet gladio trucida-
ri,etiã illo modo,quo trucidauit ſacerdos Phinees for-
nicarios,in ipſu complexu nefariæ voluptatis,terribile
conſtituens aduerſus execrandas libidines vltionis ex-
emplum , propter quod deo maxime placuit : quis, in-
quam,non mallet tali genere mortis interfici, quis non
poſtremo igne cõſumi,vel ferinis morſibus per ipſa pu-
denda laniari,quàm mitti in gehennã ignis æterni?Cur
igitur deus Chriſtianorum,peccantes talibus mortibus
puniat , vt poſt corporis interitũ tranſitorium ſequatur
in gehenna ſine fine ſupplicium,niſi quia teſtamenti v-
triuſq; vnus eſt deus ? Nónne poſſent Iudæi dicere ad-
uerſus huius impietatem,quantumlibet exaggeret bella,
cædes,vulnera,funera,ſanguinem,longe incomparabi-
liter deo noſtro deum ſe habere mitiorem: longe ſcili-
cet mitius punientem tranſitoriis mortibus corporum,
quàm flammis perpetuis gehennarũ? At enim propter-
ea videtur huic deus legis & Prophetarum,qui vnus &
verus eſt deus,crimine crudelitatis arguẽdus: quia pro-
pter leuiſſimas cauſas vel etiam erubeſcendas , pœnam
mortis vel corporalis inflixit: quòd Dauid populú nu-
meraſſet:quòd infantes,ſicut iſte dicit,filij Heli ſacerdo
2.Reg.24. tis,de ollis vel cacabis deo pręparatis aliquid deguſtaſ-
1.Reg.2. ſent. Qua in re non diſputo,quantũ & quàm pernicio-
ſum elationis vicium tam ſancto viro,vt vellet dei po-
pulum numerare, ſubrepſerit,eorúmque mortibus non K
æternis, ſed iamiamq; humana conditione venturis,&
celeriter tranſituris,fuerit flagellatus, quorũ fuerat mul-
titudine inflatus. Nec dico filios Heli fuiſſe infantes, vt
iſte loquitur,neſciens quid loquatur:ſed eius ętatis,qua
poſſent & deberent , pro ſacrilego auſu quo ſe domi-
no deo in ſacrificiis præferebant,digna coërcitione co
hiberi. Quod neglectum deus non ſibi conſulens , ſed 1.Reg.4.
populo cui religio pietáſque profuiſſet,bello etiam vin-
dicauit, Vbi dei timorẽ potuerunt augere victuri , per
eorũ mortes,qui fuerant,etſi ſeneſcerent,poſt non lon-
ga temporum ſpacia morituri. Mortibus quippe corpo
rum legimus alios etiam mortuos,propter non ſua,ſed
aliena peccata, Vbi magis eſt in dolore cordis plaga vi-
uentium, quàm in reſolutione carnis pœna morientiũ,
Vbi animæ de corporibus exeuntes,habent cauſas ſuas,
vel bonas, vel malas, non propterea grauatæ quia exu-
tæ, Animarũ vero morte alius pro alio plectitur nemo.
Sed hoc dico , quantum exiſtimet iſte fuiſſe peccatum,
quòd in conuiuio nuptiali inuẽtus eſt homo veſtem nõ Matth.22.
habens nuptialem? Puto ſi humana conſideratione iſta L
metiamur,huic aliquantulum ſufficere debuit erubeſce-
re:& vt plurimum inuitantis indignatio protẽderetur,
veſtem mutare compelli:& tamen dictum eſt,Ligate il- Ibidem.
li manus & pedes, & proiicite eum in tenebras exterio-
res,vbi erit fletus & ſtridor dentium. Sed dicit,non le-
nem culpam ſignificat,veſtem non habuiſſe nuptialem,
quo modo iſta parua magnarum ſigna ſunt rerum. Sic
ergo & ſacrificia viſibilia,cum ſint in terrenis rebus exi-
gua, magnarum quo modo diuinarum ſigna ſunt rerũ,
in quibus filij ſacerdotis ſeipſos deo, cuius honor in ſa- †attẽditur.
crificiis oſtenditur †,præferebant.Non autem ille cõui-
ua ſe prætulit ſponſo,ſed tantum non congruit qui nu-
ptialem tunicam non habebat , veruntamen inter ipſas
pœnas quibus vtrũq; vindicatum eſt,ille quid diſtet,ad-
uertit,quamq; incomparabiliter iſta illam vincat, intel-
ligit, qui corporalibus & tẽporalibus ſpiritalia & ſem-
piterna præponit . Verum quid opus eſt de myſticis ſi-
gnificationibus ſacrificiorum veſtiſq; nuptialis,incon-
uenientem carnalibus ſenſibus velle inculcare ſermo-
nem?Ecce quod eſt manifeſtius proferamus,Euangeliũ
legi veteri cõparans dominus, & non illud malũ quod
homines ante didicerant,ſed quod ipſe docebat,perfe- M
ctius eſſe cõteſtans, Audiſtis,inquit,quia dictum eſt an- Matth.5.
tiquis,Non occides,Qui autem occiderit,reus erit iudi-
cio. Ego autem dico vobis,Quicunq; iratus fuerit fra-
tri ſuo,reus erit iudicio: Qui autem dixerit racha, reus
erit concilio: Qui autem dixerit fatue, reus erit gehen-
næ ignis.Quid tam paruum in peccatis,quàm fratri di-
cere, fatue? Quid tam magnum in ſuppliciis, quàm ge-
henna ignis? Si in lege vel Prophetis iſte inueniſſet ali-
quem,qui dixiſſet fratri ſuo,fatue,lapidari iuſſum fuiſſe
diuinitus,quantæ deum crudelitatis argueret? Quis au-
tem, nõ dico lapidari,ſed per ſingulos artus,immo per
ſingula corporis fruſta, paulatim atq; minutatim, viuẽs
& ſentiens dilaniari conſumiq; non maluiſſet,quàm ge
hennæ ignibus mancipari? Abſit tamen vt crudeliorem
quiſquam dicat Euangelij quàm legis deum , intelligẽs
vtrũq; eſſe vnum & eundem deum, in lege terrentem
carnalibus,in Euangelio ſpiritalibus pœnis,& ibi & hic
fidelem,nuſquã crudelem. Quid illud? nónne ſi à Chri
ſto linguam reperiret alienam, in eum blaſphemam, &
qualis eſt huius , impia garrulitate damnabilem : acer-
bius & amarius exagitaretur, quàm quòd iſte de obſo-
nio ſacrificij prægustato, corporalem temporalémque
pœnam

A pœnam pro ſacrilegio ſic indignatur ingeſtam: vbi vē-
turum ſe dominus, & ad ſiniſtram poſitis gentibus mi-
Matth.25. natur eſſe dicturum, Ite in ignem æternum, qui paratus
eſt diabolo & angelis eius? Huius tanti ſupplicij quæris
cauſam? Eſuriui, inquit, & non dediſtis mihi manduca-
re. Ecce pro eſca tēporali, non ablata, ſed nō data, æter-
num & horrendum ſupplicium cōminatur. Et recte, ſi
conſulas veritatem, Perparuum eſt enim quod in elee-
moſynis datur: ſed cum pie datur, æternū inde meritū
cōparatur. Et ideo potius quia paruum eſt quod datur,
magna impietate nō datur. Vnde non mirum eſt, quòd
tantæ ſterilitati velut infructuoſarum arborum, ignis æ-
terni ſuppliciū præparatur. Si autem conſulas hominē,
Pſal.115. vt de ſuo reſpondeat tibi omnis homo mendax, con-
temnit culpam, & exaggerat pœnam. Illam quippe non
videt mēte carnali, hanc exhorret carne mortali. Talis
eſt iſte in omnium hominum, qui puniuntur vel corri-
piuntur in veteri teſtamēto, longe mitioribus quàm le-
guntur in Euangelio corporalibus pœnis. Quod enim
diluuium cōparari æternis ignibus poteſt? Quæ cædes,
B quæ vulnera, quæ corporum mortes cruciatibus ſempi-
ternis? Viginti quatuor milia cadentium, tanto buccarū
ſtrepitu inflat inſanus, quaſi non innumerabilia milia
quotidie moriantur toto orbe terrarū. Sed tranſitoria
iſta corporū mors eſt. Quis vero æſtimare poſſit, quot
milia ſtabunt ad ſiniſtrā ex omnibus gentibus, quę ſem
piternis damnanda ſunt ignibus? Eat iſte & dānet† ore
†clamet. aperto & oculis clauſis, quaſi cōfeſſus ſit deus ſuam cru
Deute.32. delitatem, quia dicit per Prophetam, Exacuā ſicut ful-
gur gladium meū, inebriabo ſagittas meas ſanguine, &
gladius meus manducabit carnes de ſanguine vulnera-
torum. De quibus verbis ſic iſte accuſat deū velut ſem-
per humanum ſanguinem eſurientē, quaſi dixerit, Ine-
briabo me ſanguine, & māducabo carnes de ſanguine
vulneratorū. Sed quantumlibet hanc vtilem dei cōmi-
nationem tanquam facinoris auidam, & vt dicit, in ſo-
la crudelitate malis tantummodo gloriantem, vanus &
veſanus exhorreat, quid aut quantum valet verbis com
parata dicentis, Diſcedite à me maledicti in ignē æter-
Matt.25. num, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Ibi nō ſan-
guine inebriabuntur ſagittæ, ſed non ſatiabuntur mem
C bris omnibus flammæ, Nec carnes gladius māducabit,
ſenſum doloris citius auferens mortuis, quàm inferens
vulneratis: ſed nemo cruciatibus ſaltem moriēdo ſub-
trahitur, ne in moriente ſimul etiam ipſa pœna moria-
tur. Cur non hic dicit, colendúmne iſtum an potius ex-
ecrandū fugiendumq; eſſe dicemus? An timet de Chri-
ſto iſta dicere, ne ipſius ignis æterni ſuppliciū non eua-
dat, quò ille impios præparat mittere: & ignorat miſer
hæc dicēdo de deo Prophetarum, de ipſo ſe dicere, cu-
ius tam tremendam ſeueritatem in Euāgelio formidat
Cap. XVII. offendere. Reprehēdit etiam, quòd pœnas impiorū,
ſignificatas per vuam fellis & botrum amaritudinis, &
Deute.32. furorē draconum atq; aſpidum, collectas dicit eſſe deus
apud ſe, & ſignatas in theſauris ſuis, reddendas in tēpo-
re, cum lapſus fuerit pes eorum: ignorans theſauros hic
appellatas occultas diſpoſitiones dei, qui diſponit red-
dere vnicuiq; ſecūdum opera eius. Vnde Apoſtolus di-
Roma.2. cit, Tu autem ſecundū duriciam cordis tui & cor impœ
nitens, theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iu
ſti iudicij dei, qui reddet vnicuiq; ſecūdum opera eius.
Apud quem enim ſibi theſaurizat iram cor impœnitēs,
niſi apud eū, qui viuos eſt iudicaturus & mortuos? Neq;
enim neſciunt etiā illi veteres libri, theſaurū deſiderabi
lem, de quo ibi ſcriptum eſt, ꝙ requieſcat in ore ſapien-

tis. Et in Prouerbiis legitur, quia deus theſaurizat diligē D
tibus ſe ſalutē. Et Eſaias Propheta dicit, In theſauris eſt *Prouer.8.*
ſalus noſtra, ibi ſapientia & diſciplina & pietas ad do- *Eſaiæ.33.*
minū. Hi ſunt theſauri iuſticiæ. Sed vaniloqui & mētis
ſeductores aduerſantes literis ſacris quas intelligere no
lunt, eligunt ex eis aſpera quæ ibi leguntur, ad commē-
dandam ſeueritatē dei: & de literis Euangelicis atq; A-
poſtolicis lenia quæ ibi leguntur, ad commendandā bo
nitatem dei: & apud homines imperitos hinc ingerunt
horrorē, inde quærunt fauorē: quaſi difficile ſit, vt quiſ-
quam ſimiliter blaſphemus atq; impius eo modo aduer
ſetur nouo teſtamento, quo iſte veteri: carpens de vete-
re quibus ibi cōmendatur dei bonitas, & econtrario de
nouo, quibus ibi commendatur dei ſeueritas: & clamet
inuidioſus atq; venenoſus, Ecce qui deus coleodus eſt,
miſericors & miſerator, lōganimis & multæ miſericor- *Pſal.102.*
diæ: qui non in finem iraſcetur, neq; in æternū indigna-
bitur: qui non ſecundū peccata noſtra fecit nobis, neq;
ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis: ſed quan
tū diſtat ortus ab Occidente, longe fecit à nobis pecca-
ta noſtra, Qui ſicut miſeratur pater filios, ſic miſeratur E
timentes ſe. Qui dicit, Nolo mortē peccatoris, tantum† *Ezech.33.*
vt reuertatur & viuat, Non ille qui propter lucrorum a- *†quantum.*
uariciam, etiam eum ſeruum qui nō perdidit talentum
quod acceperat, ſed tantum quia nō amplius acquiſiuit
ligatis manibus & pedibus proiici iuſſit in tenebras ex- *Matth.25.*
teriores, vbi eſſet ei fletus & ſtridor dentium: & qui ho-
minem non habentē veſtem nuptialem de cōuiuio ſuo *Matth.22.*
tollit, & ſimiliter alligatum ſimili ſupplicio punit: & qui
venientibus ad ſe, & pulſantibus, & dicentibus, Domi-
ne aperi nobis: reſpondet, Non vos noui: tantum quia *Matth.25.*
oleum ſecum quod infunderēt ſuis lampadibus nō tu-
lerunt: & qui propter vnum cōtumelioſum verbū mit-
tit in gehennā: & qui pro temporali cibo non accepto,
igne damnat æterno. Hæc atq; huiuſmodi ſi quis veſa-
na mente ſacrilegus, inde lenia, hinc aſpera colligat: ac
ſic homines vtrarumq; literarum imperitos à Chriſto,
tanquā ſæuo & crudeli conetur auertere, & ad deū mi-
ſericordem Prophetarū mitemq; conuertere: nónne &
huic ipſi qui hoc facit veteri teſtamento, quod ab homi- F
ne ſimiliter ſacrilego poſſet fieri nouo, impurus atq; im-
pius apparebit? Qui autem recte colit deum, & profe-
cto vtriuſque teſtamenti inuenit vnū deum, & eiuſdem
vnius dei in vtroq; diligit bonitatem, in vtroq; metuit
ſeueritatem: in illo intelligens promiſſum Chriſtum, in
iſto accipiens redditum Chriſtum. Nónne prius in illis
veteribus libris lectum eſt, non reddendum malum pro *Exod.23.*
malo, vbi præcipitur, vt ſi iumentum inimici ſui errare
quis inuenerit, reuocet domino eius, & ſi cecidiſſe in *Prouer.25.*
via non pertranſeat, ſed leuet cum illo? Nónne ibi prius
ſcriptum eſt, quod Apoſtolus ponit, Si eſurierit inimi- *Roma.12.*
cus tuus ciba illum: ſi ſitit, potū da illi? Nónne ibi prius
homo dei deo ſuo, quod ei vtiq; ſcit placere, dicit: Do- *Pſal.7.*
mine deus meus ſi feci iſtud, ſi eſt iniquitas in manibus
meis, ſi reddidi retribuētibus mihi mala? Nónne ibi pri- *Thren 3.*
us Hieremias Propheta deſcribit ſancti patientiā, præ-
bentis percutienti ſe maxillam? Nónne ibi prius per a- *Leuit.19.*
lium Prophetam præcipitur, vt maliciam vnuſquiſque
fratris ſui non reminiſcatur? Quid eſt ergo quòd iſte
blaſphemus hæc tanquam contraria veteri teſtamento
de nouo colligit, aut vtraſque literas neſciēs, aut vt de-
cipiat imperitos, ſe ſcire diſſimulans? A quo tamen ſi
quæratur, vtrum non reddat malum pro malo, qui pro
cibo non accepto in ignem mittit æternum, profecto
turbabitur & admonebitur incomparabiliter eſſe mi-

 tius,

G tius,oculum pro oculo, dentem pro dente homini au-
Exod.21. ferre, vbi menſura vindictæ modũ non tranſit iniuriæ:
Leuiti.24. quàm propter non exhibitã humanitatem, tantã repen
Deut.19. dere ſeueritatẽ, vbi tranſitoria eſt culpa & finẽ non ha-
bet pœna. Atq; ita diſcet,ſi peruicax non eſt,in vtroque
dei vnius teſtamento, & amandam bonitatẽ,& timen-
dam ſeueritatem . Quanuis enim in veteri teſtamento
†promiſſio- propter temporaliũ bonorum poſſeſſionẽ† malorumq;
nem. comminationẽ, ſeruos pariat tẽporalis Hieruſalem: in
nouo autem, vbi fides impetrat charitatẽ,qua lex poſſit
impleri, non magis timore pœnæ quàm dilectione iu-
ſticiæ, liberos pariat æterna Hieruſalem: tamen & illis
temporibus fuerunt iuſti ſpiritales,quos non occidebat
litera iubens,ſed viuificabat ſpiritus iuuans. Vnde & fi-
des venturi Chriſti habitabat vtiq; in Prophetis,ventu-
rum prænunciantibus Chriſtum, Et nunc ſunt plurimi
carnales,qui vel hæreſes faciũt non intelligẽdo ſcriptu-
ras,vel in ipſa catholica,aut adhuc paruuli lacte nutriũ-
tur, aut tanquã palea perſeuerans futuris ignibus præpa
rantur. Sicut autẽ deus vnus & verus creator bonorum
H eſt,& temporalium & æternorũ,ita idem ipſe author eſt
amborum teſtamentorũ:quia & nouum in vetere eſt fi-
guratum,& vetus in nouo eſt reuelatum. Ignoſcendi au
Matth.18. tem miſericors mãſuetudo, propter quam dictum eſt,
nõ ſolum ſepties,verumetiã ſeptuagiesſepties fratri re-
mittenda eſſe peccata,non ad hoc valet vt ſit iniquitas
impunita,aut torpens & dormiens diſciplina,quod po
tius obſit, quàm diligens vigilánsque vindicta. Claues
quippe regni cœlorũ ſic dedit Chriſtus eccleſiæ,vt non
Ibidem. ſolum diceret, Quæ ſolueritis ſuper terrã, erunt ſoluta
& in cœlis:vbi apertiſſime bonũ, non malum pro malo
reddit eccleſia:verùm & adiungeret,Quæ ligaueritis in
terra,erũt ligata & in cœlo:quia bona eſt & vindicandi
Ibidem. iuſticia. Illud enim quod ait,Si nec Eccleſiã audierit,ſit
tibi tãquam ethnicus & publicanus: grauius eſt quàm ſi
gladio feriretur,ſi flammis abſumeretur,ſi feris ſubrige-
retur. Nã ibi quoq; ſubiunxit,Amen dico vobis,quæ li-
gaueritis ſuper terrã, erunt ligata & in cœlis: vt intelli-
geretur,quanto grauius ſit punitus,qui velut relictus eſt
impunitus. Hic dicat iſte ſi placet,Siccine mandata ſal-
Matth.5. uatoris accipimus iubẽtis,Nemini reddideritis malum
pro malo,ſed ſi quis vos percuſſerit in vnam maxillam
I præbete & alterã, & dimittite iniurias fratribus veſtris?
Ecce ab hominibus nõ reddentibus malũ pro malo,al-
ligatur homo amarius & infœlicius eccleſiæ clauibus,
quàm quibuſlibet grauiſſimis & duriſſimis ferreis vel ad-
amãtinis nexibus. Abſit,inquit,vt hoc dicam,quoniam
Chriſtianus ſum: Hoc ſi vere eſſet,nec illa dixiſſet,Quo-
niã deus Prophetarũ quorũ ſcripta blaſphemat, ipſe eſt
1.Reg.24. deus Apoſtolorum , quorũ ſcripta blaſphemare formi-
dat. Sed Dauid, inquit,deũ rogauit, & nõ eſt exauditus
niſi oblato ſacrificio , vt hominibus qui non peccaue-
Ca. XVIII. rant, parceretur : & ideo non eſt credendus deus verus
qui ſacrificiis delectatur. Iam de pœna occiſorũ bo-
minum,quibus quandoq; morituris mors illa non ob-
fuit, & eorum tamen mortibus cor regis ſeſe extollen-
tis,merito vapulauit,ſuperius reſpondimus. De ſacrifi-
cio autẽ iſte valde nihil ſapit: & ideo fallitur, quia iam
ſacrificia talia non offert dei populus deo, poſteaquam
venit vnicum ſacrificiũ , cuius vmbræ fuerunt illa om-
nia,non hoc improbantia, ſed hoc ſignificantia. Sicut
enim res vna multis locutionibus & multis linguis ſi-
gnificari poteſt : ſic vnum verum & ſingulare ſacrifi-
cium multis eſt antea ſacrificiorum ſignificatum figu-
ris. De quibus ſingulis hic diſputare quàm ſit longum,
videtis. Vnum tamen ſciant inſipientes, tardi ad intel- K
ligendum,& præcipites ad reprehẽdendũ,q̃ dæmon ſi-
bi ſacrificium non exigeret, niſi deo vero deberi ſciret.
Falſus enim deus ſic ſe vult honorari ab eis quos deci-
pit,quo modo verus deus honoratur ab eis quib^9 cõſu-
lit. Et maxime ſacrificiũ eſt quod pręcipue debetur deo.
Nã obſequia cætera quę diuinitati exhibentur, auſi ſunt
ſibi etiã ſuperbię faſtu homines arrogare. Rariſſimi au-
tẽ cõmemorãtur,qui ſibi vt ſacrificaretur,cũ regia pote-
ſtate poſſent,auſi fuerint imperare. Quicunq; tamẽ auſi
ſunt,per hoc ſe deos haberi voluerũt. Sacrificiis autem
deũ nõ egere,quis neſcit? Sed nec laudibus noſtris eget.
Verũ ſicut nobis,nõ illi vtile eſt[laudare deũ, ſic nobis
nõ illi vtile eſt]offerre ſacrificium deo:& quoniã ſingu
lari & ſolo vero ſacrificio pro nobis Chriſti ſanguis ef-
fuſus eſt:ideo primis tẽporibus ad hoc ſacrificiũ talibus
ſignificationibus prophetandũ, immaculatorũ anima-
liũ ſacrificia deus ſibi iuſſit offerri:vt quemadmodũ illa
immaculata erant à corporũ viciis , ita ſperaretur im-
molandus eſſe pro nobis, qui ſolus immaculatus fuerat
à peccatis. Quæ tempora per Prophetã ſic prænuncian
tur,Deus deorũ dominus locutus eſt:& vocauit terrã,A L
ſolis ortu vſq; ad occaſum, ex Sion ſpecies decoris e- *Pſal.49.*
ius. Et paulopoſt in eodẽ Pſalmo,Audi populus meus &
loquar tibi, Iſraël & teſtificabor tibi, quoniã deus deus
tuus ego ſum. Nõ ſuper ſacrificia tua arguã te,holocau-
ſta autem tua in cõſpectu meo ſunt ſemper. Non acci-
piã de domo tua vitulos, neq; de gregibus tuis hircos.
Quoniã meę ſunt omnes beſtiæ ſyluæ,pecora in mõti-
bus & boues. Cognoui omnia volatilia cœli,& ſpecies
agri mecũ eſt. Si eſuriero non dicã tibi, Meus eſt enim
orbis terræ & plenitudo eius,Nunquid mãducabo car-
nes taurorũ,aut ſanguinem hircorum potabo? Immola
deo ſacrificiũ laudis,& redde altiſſimo vota tua. Et ite-
rum in fine Pſalmi eiuſdẽ, Sacrificiũ,inquit,laudis ho-
norificabit me , & ibi via qua oſtendã illi ſalutare dei.
Iam de hoc ſalutari dei q̃ ipſe ſit Chriſtus,ſupra cõme-
moraui atq; monſtraui . Quod eſt autẽ ſacratius laudis
ſacrificium,quàm in actione gratiarum? Et vnde maio-
res agendæ ſunt deo gratiæ, quàm pro ipſius gratia per M
Ieſum Chriſtum dominum noſtrum ? Quod totum fi-
deles in eccleſiæ ſacrificio ſciunt, cuius vmbræ fuerunt
omnia priorum genera ſacrificiorum . Iſti autem vani-
loqui reprehenſores veteris teſtamenti , etiam ſi cæte-
tera quæ commemoraui de hoc Pſalmo minus intelli-
gunt, ſufficiat eis quantum ad præſentem quæſtionem
attinet , quia deus Prophetarum, qui deus eſt etiã Apo-
ſtolorum,non manducat taurorum carnes,nec ſangui-
nem potat hircorum. Talem quippe eum nouerãt ſan-
cti,qui pleni eius ſpiritu iſta dicebant. Vnde illud quod
Dauid obtulit vt populo parceretur, vmbra erat futuri:
qua ſignificatum eſt,quòd per vnum ſacrificiũ,cuius il-
la figura erant,ſaluti populi ſpiritaliter parcitur. Ipſe eſt
enim Chriſtus Ieſus qui traditus eſt, ſicut Apoſtolus di-
cit, propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtifi- *Roma.4.*
cationẽ noſtram, propter quod etiam dicit,Paſcha no- *1.Corin.5.*
ſtrum immolatus eſt Chriſtus. Vnde autem iſte pro- *Cap.XIX.*
bare conatus eſt,euidenter ſeruiſſe dæmoniis,qui ſacrifi
ciis ea promeruit, volẽs hoc intelligi de ſancto Dauid,
ibi euidentius quãta fraude imperitorũ animis inſidie-
tur,oſtendit. Adhibuit enim Apoſtolũ teſtem, eo quòd
dixerit, Videte Iſraël carnaliter, Nónne qui edunt ho-
ſtias,participes ſunt altaris? Quid ergo? dico quòd ido-
lum ſit aliquid? Sed qui ſacrificant, dæmonibus ſacrifi-
cant. Quod non ita ſcriptum eſt, ſed ita, Videte Iſraël *1.Cor.10.*
ſecundum

A ſecundum carnem, Nónne qui de ſacrificiis mãducant, ſocij ſunt altaris? Quid ergo? dico quia idolis immolatum eſt aliquid, aut idolũ eſt aliquid? Sed quia quæ immolant gentes, dæmoniis & non deo immolant, nolo vos ſocios dæmoniorũ fieri. Potuit autem accidere, vt ſecundum interpretationum varietatem, non in rebus, ſed in verbis, quod ego dixi, ſecundum carnẽ: alij codices habeant, carnaliter: Et quod ego dixi, qui de ſacrificiis manducant: aliqui habeãt, edunt hoſtias: quod ipſe poſuit. Et quod ego, ſocij ſunt altaris: habeãt aliqui, participes ſunt altaris. Et quod ego poſui: quid ergo, dico quia idolis immolatum eſt aliquid, aut idolum eſt aliquid: minus ille poſuerit, aut minus codex eius habuerit, & ideo tantũmodo poſuit, quia idolum eſt aliquid. Quod vero ſequitur multum ad rem pertinet, quia id aliter poſuit. Ait enim Apoſtolus, Sed quia quæ immolant, dæmoniis & nõ deo immolant. Iſte autẽ dixit, Sed qui ſacrificant, dæmoniis ſacrificant, quaſi omnes qui ſacrificant, non ſacrificent niſi dæmonibus. Non enim ait Apoſtolus, qui ſacrificant: ſed, quæ ſacrificant: vel ſi-
B cut à me poſitum eſt, quæ immolãt: illi ſcilicet qui idola colunt, quæ ſacrificant, dæmoniis & non deo ſacrifi-
1.Corin.10. cant, ſiue immolant. Et ideo ſubiunxit, Nolo vos ſocios dæmoniorum fieri: eos quippe ab idololatria prohibebat. Propter quod eis oſtendere voluit, ita illos fieri ſocios dæmoniorum, ſi idolothyta ſacrificia manducauerint, quo modo Iſraël carnalis, ſocius erat altaris in templo, qui de ſacrificiis mãducabat: ideo quippe addidit, carnaliter vel ſecundum carnẽ, quia eſt Iſraël ſpiritaliter vel ſecundum ſpiritum: qui veteres vmbras iam nõ ſequitur, ſed eam conſequentem quæ illis vmbris præcedentibus ſignificata eſt veritatem. Hinc enim cœpit, vt hoc diceret, Propter quod dilectiſſimi mihi, fugite ab idolorum cultura. Deinde ſecutus oſtendit, ad quod ſacrificiũ iam debeant pertinere, dicens, Quaſi prudentibus dico, iudicate vos quod dico, Calix benedictionis quem benedicimus, nónne communicatio eſt ſanguinis Chriſti? Panis quem frangimus, nónne participatio eſt corporis domini? Quia vnus panis & vnum corpus multi ſumus, omnes enim de vno pane participamus. Et propter hoc ſubiunxit, Videte Iſraël ſecundum car-
C nẽ, Nónne qui de ſacrificiis manducãt, ſocij ſunt altaris? Vt intelligerent ita ſe iam ſocios eſſe corporis Chriſti, quemadmodum illi ſocij ſunt altaris. Et quia vt hoc diceret, ab idololatria prohibebat: vnde locus iſte ſermonis eius, ſicut cõmemoraui, ſumpſit exordiũ: ne putarẽt ideo non eſſe curandũ, ſi de ſacrificiis ederent ido-
1.Corin.8. lorum, quia idolum nihil eſt, exiſtimantes ſibi hæc velut ſuperflua non nocere, cõfirmauit quidem & ipſe ni-
1.Corin.10. hil eſſe niſi idolũ. Nec ideo ſe iſta prohibere quia idolis immolantur, quæ non habent ſenſum, ſed quia quæ immolant, inquit, id eſt, idolorum cultores, dæmoniis & non deo immolant, Nolo vos ſocios dæmoniorum fieri. Iſtum ſenſum veritas ipſa declarat, quia in templo cui ſeruiebat carnaliter Iſraël, nõ vtiq; idolum colebatur. Nam ſi ſacrificia quæ in illo templo ſecundum veterem legem offerebantur deo, tanquam idolorum ſacrificia damnarentur, vel tanquã dæmoniis immolata, nullo modo ipſe dominus Chriſtus leproſo quẽ mun-
Matth.8. dauerat, diceret, Vade oſtende te ſacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyſes in teſtimonium illis. Nondum enim dederat pro ſacrificiis illis omnibus ſui corporis ſacrificium, nondũ ſuſcitauerat ſui corporis templum. Nec de illo templo eiiciens eos qui boues & co-
Matth.21. lumbas vẽdebant, diceret, Domus mea, domus oratio-

nis vocabitur, vos autẽ feciſtis illam ſpeluncam latro- D
num. Sanè de apocryphis iſte poſuit teſtimonia, quæ Caput XX.
ſub nominibus Apoſtolorũ Andreæ Ioannisq; cõſcripta ſunt. Quæ ſi illorũ eſſent, recepta eſſent ab Eccleſia, quæ ab illorũ temporibus per Epiſcoporũ ſucceſſiones certiſſimas, vſq; ad noſtra & deinceps tempora perſeuerat, & immolat deo in corpore Chriſti ſacrificiũ laudis, ex quo deus deorum locutus vocauit terram, à ſolis Pſal.49.
ortu vſq; ad occaſum. Hæc quippe Eccleſia eſt Iſraël ſecundum ſpiritũ, à quo diſtinguitur ille Iſraël ſecundum carnẽ, qui ſeruiebat in vmbris ſacrificiorũ, quibus ſignificabatur ſingulare ſacrificium quod nunc offert Iſraël ſecundũ ſpiritum, cui dictum atq; prædictũ eſt, Audi po Ibidem.
pulus meus & loquar tibi, Iſraël & teſtificabor tibi: & cætera quæ iam ſupra cõmemoraui. De huius enim domo nõ accipit vitulos, neq; de gregibus eius hircos. Iſte immolat deo ſacrificium laudis, non ſecundum ordinem Aaron, ſed ſecundũ ordinem Melchiſedech. Quod in eo Pſalmo poſitũ eſt, quem dominus Ieſus in Euangelio de ſe conſcriptũ eſſe teſtatur, quærens à Iudæis reſpondentibus Chriſtum filium eſſe Dauid, quod ſolum de E
illo carnaliter nouerant, quo modo eũ Dauid in ſpiritu dixerit dominum. Tunc enim huius Pſalmi cõmemorauit exordiũ, Dixit dominus domino meo, ſede à dex Pſal.109.
tris meis, Donec ponã inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum. Ibi quippe & hoc dictum eſt, Iurauit dominus & non pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternũ ſecundum ordinem Melchiſedech. Nouerũt qui legunt quid protulerit Melchiſedech, quando benedixit Abraham. Et iam ſunt participes eius, vident tale ſacrificium nũc offerri deo toto orbe terrarum. Dei autẽ iuratio incredulorum eſt increpatio. Et quòd deũ non pœnitebit, ſignificatio eſt, quia hoc ſacerdotiũ non mutabit. Mutauit quippe ſacerdotium ſecũdum ordinem Aaron. Vnde alius Propheta dicit ad eum qui carnaliter eſt Iſraël: Non eſt mihi voluntas in vobis dicit dominus omni- Malac.1.
potẽs, & hoſtiam non accipiã de manibus veſtris. Ecce quod eſt ſecundum ordinẽ Aaron. Cur autem hoc nõ accipiat, addit & dicit, Quia ab ortu ſolis vſq; ad occaſum glorificatum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco incẽſum offertur nomini meo, & hoſtia pura, quia magnum eſt nomen meũ in gentibus, dicit do- F
minus omnipotẽs. Ecce quod eſt ſecundum ordinem Melchiſedech. Incẽſum enim quod eſt Græce thymiama, ſicut exponit Ioannes in Apocalypſi, orationes ſunt Apoc.5.
ſanctorũ, Deus quippe ille, ſicut canitur in Pſalmo, qui Pſal.49.
vocauit terram, à ſolis ortu vſque ad occaſum, cui terræ, id eſt, cui populo diffuſo à ſolis ortu vſque ad occaſum diceret, Non accipiam de domo tua vitulos, Immola deo ſacrificium laudis: Ipſe per hunc Prophetam quod certiſſime futurum erat, iam velut factum prædicans ait, Ab ortu ſolis vſque ad occaſum glorificatum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco incenſum offertur nomini meo & hoſtia pura, quia magnum eſt nomen meum in gentibus. Non enim ſicut hominẽ pœnitet deum, ſed ſicut deum. Quemadmodum nõ ſicut homo iraſcitur, nec ſicut homo miſeretur, nec ſicut homo zelat, ſed omnia ſicut deus, Pœnitentia dei nõ eſt poſt errorem. Ira dei non habet perturbati animi ardorem. Miſericordia dei non habet compatientis miſerum cor, vnde in Latina lingua nomen accepit. Zelus dei non habet mẽtis liuorem, Sed pœnitentia dei dicitur, rerũ in eius poteſtate cõſtitutarum hominibus inopinata mutatio: Ira dei, eſt vindicta peccati: Miſericordia dei, eſt bonitas opitulantis: Zelus dei, eſt prouiden-

G tia,qua non ſinit eos,quos ſubditos habet,impune ama-
re,quod prohibet. Vnde iſte qui tam loquaciter exagi-
tauit dei pœnitentiam, diſcat primo, vix inueniri ali-
quid quod digne de deo dici poſſit: ſed plurima & pe-
nè omnia nos de illo dicere loquendi neceſſitate, quæ
magis homines ex hominibus metiuntur, ſicut autem
intelligenda de illo ſunt,vix à paucis & ſpiritalibus in-
telliguntur.Propter quod prouidentiſſime ſcriptura di
uina de illo ineffabili loquens,ad quædam etiam verba
deſcendit,quæ iam hominibus & ipſis carnalibus,cum
de deo ſermo eſt,videntur abſurda & indigna:vt cũti-
mentur iſta ſic accipi, quo modo in hominibus ſolent,
& diſcutiuntur,quemadmodũ de deo bene accipi poſ-
ſint, ibi diſcantur etiã illa quæ humanis ſenſibus in eiſ-
dem ſcripturis deo digna videbantur,non ſecundũ ho
minnm mores intelligi vel credi oportere. Cito enim
videtur pœnitentia, ſicut ab hominibus agitur,non ca-
dere in deum: ſed nõ cito videtur etiam miſericordia,
ſicut homines miſerentur,non cadere in deum. Ex illo
ergo quod requirẽdum fatetur, diſcit homo & hoc re-
H quirere,quod iam ſufficere arbitrabatur. Sic ergo quan-
do eũ pœnitet,non mutatur & mutat: ſicut quando ira-
ſcitur, non mouetur & vindicat, & quando miſeretur,
non dolet & liberat, & quando zelat,non cruciatur &
cruciat. Nunquid autẽ in libris teſtamenti noui deſunt
hæc verba,quæ ſic accipiantur pro vt in hominibus ac-
cipi ſolent,nullo modo cõgruunt diuinitati,& grauem
pariunt offenſionẽ? Cũ de Chriſto veriſſime dicat Euã-
Ioan.2. geliſta,ꝙ non opus habebat,vt ei quiſquã teſtimonium
perhiberet de homine, ipſe enim ſciebat quid eſſet in
Matth.25. homine: cur ipſe quibuſdã dicit, Neſcio vos? Ipſos de-
niq; ſanctos ſuos cum præſcierit & elegerit ante mundi
Gal.4. conſtitutionẽ:quid eſt quod dicit Apoſtolus,Nunc autẽ
cognoſcentes deũ,immo cogniti à deo,quaſi nunc eos
1.Theſſ.5. cognouerit,quos antea neſciebat? Quòd vero ait,Spiri-
tum nolite extinguere: tanquã extingui ſpiritus poſſit,
quis ferat niſi qui ea prudenter intelligit? Nónne in Eu-
Ioan.3. angelio ſcriptum eſt,Qui credit in filium,habet vitam
æternam,qui autem incredulus eſt filio,non videbit vi-
tam,ſed ira dei manet ſuper eum? Calumnietur ergo &
huic verbo iſte blaſphemus,& dicat, Qualis eſt qui ira-
Iaco.1. ſcitur,cum ſcriptum ſit, Iracundia viri iuſticiam dei nõ
I operatur, Calumnietur iſto modo & Apoſtolo dicenti,
Roma.3. Nunquid iniquus deus qui infert irã? Iam porrò ſi quiſ-
quam diceret, cõfundetur Chriſtus:& hoc eo tempore
quo iudicaturus eſt viuos & mortuos, quis eũ Chriſtia-
Marci.8. nus pauenter audiret? Tamen in Euangelio,Qui me,in-
quit, confuſus fuerit, & verba mea, in generatione iſta
adultera & peccatrice,& filius hominis cõfundetur eũ,
Matth.6. cum venerit in gloriam patris ſui cum angelis ſanctis.
Cur autem orantes dicimus,Sanctificetur nomẽ tuum,
ſi ſemper eſt ſanctum: niſi quia verõ eſt id quod ſcriptũ
Luca.23. eſt de quibuſdã, quia polluerunt nomẽ domini dei ſui?
Et cur dictũ eſt domino,Memento mei cum veneris in
regnum tuũ, ſi nihil obliuiſcitur: niſi quia nõ inſipien-
Pſal.43. ter ſed intelligẽter ei dicitur,Obliuiſceris inopiam no-
ſtram & tribulationẽ noſtram? Ergo & ſcienter neſcit,
& quod ſemper ſciuit,aliquando cognoſcit,& cum ex-
tinguitur à negantibus, inextinguibilis permanet. Et
tranquille iraſcitur,& cõfundi non poteſt,etiã quando
confunditur: & nomen eius pollui non poteſt, etiam
quando polluitur, & obliuiſci non poteſt,etiam quãdo
obliuiſcitur,& meminit etiam quando admonetur. Sic
eſt ineffabilis. Hæc enim de illo dicuntur,de quo nihil
ab homine vel hominibus dici ſatis digne,& ſatis com-
petenter poteſt. Quæ cũ ita ſint,quis religioſus non iſtũ K
exufflet vt puluerem, quem proiicit vẽtus à facie terræ: *Pſal.1.*
qui tumẽs & elatus atq; irruens in oculos infirmorum,
eosq; perturbans,videtur ſibi aliquid dicere, arguendo
verba in veteri teſtamento quæ non intelligit, nec in-
tuendo quæ in nouo intelligit? Hoc autẽ de pœnitentia
dei, vnde factum eſt vt loqueremur cum cõmemorare-
mus prophetiam de Chriſto,vbi dictum eſt,Iurauit do-
minus & nõ pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternum *Pſal.109.*
ſecundum ordinẽ Melchiſedech:ad cõmendandum ſa
crificiũ ſalutare, in quo pro nobis ſacer ſanguis effuſus
eſt,cuius vmbræ fuerãt ſacrificia,quæ de pecoribus im-
maculatis iuſſa ſunt immolari.Hoc ergo de pœnitentia
dei, ne ſic eã putaret accipiendã,vt ex eo quod non in-
telligit, in blaſphemiarũ latratus rabidus inſaniret, ha-
bebat vnde cõmoneretur in proximo. Ipſe quippe com
memorauit deũ dixiſſe, Pœnitet me vnxiſſe Saül in re- *1.Reg.15.*
gem. Hoc autẽ ſcriptum eſt Samuëli ſancto dictũ fuiſſe,
per quem deus arguit Saülem,quòd homini quem deus
occidi iuſſerat,pepercisſet, exhibens velut miſericordiã
contempta obedientia. Quaſi vero melius noſſet, quid L
de homine fieri debuerit,quam ille qui hominem fecit.
Vbi quod ſaluberrimũ eſt diſcimus,vt ſemper diuinum
præceptum,humanũ in nobis vincat affectum. Idem ta
men Samuël cui dixerat deus, Pœnitet me vnxiſſe Saül
in regem,dicit euidenter deum non pœnitere. Nam ita
ſcriptum eſt, Et factum eſt verbum domini ad Samuë-
lem dicens, Pœnitet me quod conſtituerim Saül in re-
gem, quoniam auerſus eſt à me, & verba mea non cu-
ſtodiuit. Et paulopoſt Saüli dixit ipſe Samuel, Dirupit
dominus regnũ Iſraël de manu tua hodie,& dabit illud *Ibidem.*
proximo tuo bono ſuper te, & diuidetur Iſraël in duo,
& non conuertetur neq; pœnitebit eũ, quoniam nõ eſt
ſicut homo vt pœniteat eũ. Ecce qui nouerat intellige-
re deum ſine miſericordia miſerantem,ſine ira iraſcen
tem, ſine zelo zelantẽ,ſine obliuione obliuiſcentẽ, ſine
ignorantia neſcientẽ, ſine pœnitẽtia pœnitentem:non
iſte qui ſecundum verbum dei non loquendo,& literas
eius non conſiderando,& voces eorum non aduerten
do,factus eſt mutus latrator,cæcus lector, ſurdus audi-
tor, Obliuioſus,inquit deus, & emortua memoria arcũ
poſuit in nubibus, qui iris dicitur, vnde commoneatur *Gene.9.* M
nõ amplius humanum genus delere diluuio, quid agat
omnino neſciẽs, cui merito opus ſit aſſiduo monitore.
Iſte vero non memoria,ſed anima mortua quid loqua-
tur neſciens, ſi in rebus apertioribus calumniatur,quan
to magis caligat in nubibus, & delirare cõpellitur? Cui
tamẽ vt cito reſpondeã,ita dico deum admoneri ſe vo
luiſſe,quamuis nõ ſit oblitus,ſicut Chriſtus doceri ſe vo-
luit, vbi Lazarus poſitus fuerit, quamuis non eſſet igna- *Ioan.11.*
rus. Nolo enim dicere,quid arcus ille ſignificet,reſplen
dens è nubibus fulgore,& radiis luminis,quo roſcida il
luſtratur obſcuritas, grata quodam modo confeſſione
reſpondens:& quo modo deus nõ perdat orbẽ diluuio
ſpiritali, dum eſt eorũ memor,quorũ illuminatæ nubes
figurã gerunt: horũ enim nomina ſcripta ſunt in cœlis, *Luca.10.*
vt memor ſit eorũ pater qui eſt in cœlis. Quoniam non
de ſuo lucere ſe ſciunt,ſed de ſole iuſticiæ,ſicut illæ nu-
bes de ſole viſibili. Sed de illo quod cõmemoraui,vrgẽ
dus eſt,quo modo accipiat dominũ dicentem de Laza-
ro, Vbi poſuiſtis eũ: & locus ei tanquã ignoret,oſtendi- *Ioan.11.*
tur. Niſi enim aliquid eum iſta,qua neſciens videbatur,
inquiſitione ſignificaſſe fateamur, quo modo prædica-
mus Chriſtum,nõ ſolum ſciſſe præſentia,verumetiã fu
tura præſciſſe: maxime quia iſte in eam ſe præcipitauit
mirabili

A mirabili cæcitate ſententiã, vt diceret, nemo niſi igna-
rus interrogat? Vbi cogitare nõ potuit, quoties Chriſtus
interrogauerit. An non interrogat qui dicit, Quid vo-
Math.22. bis videtur de Chriſto, cuius eſt filius? Quid hoc teſti-
monio manifeſtius? Quòd ſi nimiũ durus eſt, nunquid
etiã ibi negabit interrogaſſe Chriſtũ, vbi ſe ipſe interro
Math.21. gare teſtatur dicẽs, Interrogabo vos & ego vnũ ſermo-
nem, quẽ ſi dixeritis mihi, & ego vobis dicã, in qua po-
teſtate hæc facio, Baptiſma Ioãnis vnde erat, ẽ cœlo, an
ex hominibus? Vbi nunc ſe abſcõdet loquaciſſimus cõ-
tra deũ, & deſperatiſſimus diſputator? Vbi eſt quod ait,
nemo niſi ignarus interrogat? Ecce Chriſtus ignarus nõ
eſt, & tamen interrogat. His nempe oculis reprehendit
Prophetarum deum, quibus nõ videt Chriſtum. Sed in
talibus interrogationibus apertiſſime doctor eſt Chri-
Marci.5. ſtus. In his autẽ quando ait, Vbi poſuiſtis eũ? &, Quis me
tetigit? & ſi quid dixiſſe huiuſmodi legitur, videtur do-
ceri velle quod neſcit, & tamen ſcit. Sic ergo & in illis
libris deus tanquã oblitus admonetur, ſed tamen abſit
vt quicquã vnquã obliuiſcatur. Quid illud ipſum quod
B dixit dominus diſcipulis ſuis, Gaudete, quia nomina ve
Luca.10. ſtra ſcripta ſunt in cœlis, nónne videtur tanquã ex illo
arcu qui refulget in nubibus, velut quibuſdam in cœlo
deus literis admoneri, niſi hæc pie accipiantur, donec
fides impetret vt intelligãtur, nónne vt fabuloſa riden
tur? Quibus ridentibus, niſi inſipientibus, & eoipſo quo
ſapiẽtes ſibi videntur, magis magiſq; dementibus? Quis
enim cogitat quo modo ad memoriã dei ſcribantur in
cœlis, ſequentes dominũ: derelinquentes autem domi-
nũ ſcribãtur in terra, de quibus Propheta Hieremias di-
Hiere.17. cit, Vniuerſi qui derelinquũt te, confundantur, receden
tes à te in terrã ſcribantur? Quos bene intelligitur ſigni-
ficaſſe Ieſus, quãdo Iudæi victi atq; confuſi, cum audiſ-
Ioan.8. ſent, Qui ſine peccato eſt, prior in illam lapidem iaciat,
vnus poſt alterum receſſerunt. Tunc autem ille oſten-
dens de quo numero eſſent, digito ſcribebat in terra.

Cap. XXI. Si putamus, inquit, merito conuerſationis ſuæ homi-
Gene.7. nes diluuij excepiſſe ſententiam, & Noë iuſtum ad repa
rationẽ creaturæ melioris eſſe ſeruatum, cur exinde pe-
iores oriuntur, & in eoſdem actus vitæ ſordentis, huma
ni generis etiã nunc natiuitas reuoluitur? Ita hoc dicit,
tanquã vixerit cum eis qui diluuio periecũt, & inde no-
C uerit, quòd nunc peiores oriuntur. Sed ſiue in peiore,
ſiue in eodẽ, ſiue in meliore actu poſt diluuium genus
verſetur humanũ, pnto dei dimittendũ eſſe iudicio, qui
nouit retribuere vnicuiq; ſecundũ merita eius: nõ huic
cani rabido aduerſus dominum ſuũ latranti, vel aſino
ſtulto aduerſus ſtimulum calcitranti, Apoſtolus clamat,
O altitudo diuitiarũ ſapientiæ & ſcientiæ dei, quàm in-
Roma.11. ſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.
Quis enim cognouit ſenſum domini, aut quis conſilia-
rius eius fuit? Et iſte illi cui nullus eſt conſiliarius, audet
eſſe aduerſarius. Qui autem intereſt, morituris cunctis,
quãtum ad mortem attinet corporis, vtrũ ſingulatim,
an ſimul omnes pariterq; moriãtur: niſi quòd cum ſin-
guli moriuntur & omnes mortẽ, & omnes de mortuis
patiuntur dolorẽ: cum autẽ ſimul vniuerſos rapit vnus
interitus, ſaltẽ nemini relinquitur luctus? Verũ altius in
illo diluuio conſilium dei fuit, quàm cor infidelũ vel
nouit vel capit. Sed nolo me, Apoſtolum Petrũ potius
1.Petri.3. audiat iſte dicentẽ, In diebus Noë cum fabricaretur ar-
ca octo animas ſaluas factas per aquã: quod & vos, in-
quit, ſimili forma baptiſma ſaluos facit, non carnis de-
poſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in
deũ per reſurrectionẽ Ieſu Chriſti. Ecce habet expoſiti
diluuij ſacramentũ. Vbi propterea eſt additũ, per reſur- D
rectionẽ Ieſu Chriſti, vt hominẽ† intelligeremus octa- *†dictũ.*
uum, quod ſignificauit in arca numerus hominũ: octa-
uo enim die, hoc eſt poſt ſeptimũ ſabbati dominus re-
ſurrexit. Sic ergo illa quæ geſta commemorãtur, ſi quis
intelligat, etiã prophetiæ fuerũt. Sed iſte præter arcam:
id eſt, præter Eccleſiã cõſtitutus, ſubmerſus eſt diluuio,
non ablutus.

De teſtimonio quoq; Eſaiæ Prophetæ *Cap. XXII.*
calũniatur atq; blaſphemat, eò quod dixerit, Filios genui & *Eſaia.1.*
exaltaui, ipſi autẽ me ſpreuerunt: & eoſdẽ paulopoſt ap-
pellauerit ſemẽ peſſimum, tanquã ſe oſtendens genera-
torẽ malorũ, cuius filij ſunt ſemen peſſimũ: neſciens ob
hoc eos dici ſemen peſſimũ, quoniã gratiæ dei, qua eius
filij facti fuerãt, peccando degeneres extiterunt, eorum
filij facti, quorũ imitatores eſſe voluerunt. Vnde illis a-
lio loco dicitur, Pater tuus Amorræus, & mater tua Ce- *Ezech.16.*
thæa, quarũ gentium ſunt impietatẽ maliciamq; ſectati,
ex quibus tamẽ carnis originem nõ ducebant. Sed ſol-
uat iſte lectionẽ† Euangelicã, vbi dominus dicit, Si vos *†quæſtionẽ.*
cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris, quãto *Luca.11.*
magis pater veſter qui in cœlis eſt, dabit bona petenti- E
bus ſe: dicat quemadmodũ ſit bonus deus malorum pa
ter: vtrunq; enim veritas dicit, An non erant mali, qui-
bus ait, Si ergo vos cũ ſitis mali? An non habebãt deum
bonum patrẽ, quibus ait, Quãto magis pater veſter, qui
in cœlis eſt, dabit bona petentibus ſe. Porrò ſi mali ap-
pellati ſunt propter peccata, ſine quibus non eſt in hac
infirmitate mortalium quorumlibet etiã vita iuſtorum:
quanto cõuenientius ſemen peſſimum diceretur, quod
naſceretur impia voluntate, & moribus execrabilibus
pullularet? Sed hunc, inquit, deũ dominus Chriſtus ap-
pellauit arborẽ malam facientem fructus malos. Immo
vero huius talia ſentiẽtis tanquã malæ arboris, iſte ipſe
ſermo blaſphemus, fructus eſt malus, Nam hominẽ ma-
lum dixiſſe dominũ arborem malam, cuius fructus ma-
li eſſent opera mala: & hominem bonum arborem bo-
nã, cuius fructus boni eſſent opera bona: id eſt, ipſas ho-
minum voluntates, vel malam mali hominis, vel bo-
nam boni hominis diuerſas eſſe arbores, diuerſos fru-
ctus ferentes, ſatis euidenter ipſe teſtatur dicens, Bonus *Matt.12.*
homo de bono theſauro cordis ſui profert bona, & ma
lus homo de malo theſauro cordis ſui profert mala.
Quo modo autem diceret, Aut facite arborem bonam F
& fructum eius bonum: aut facite arborem malam, &
fructũ eius malum: niſi homo poſſet nunc in hoc, nunc
in illud mutata voluntate conuerti?

Sed ipſe deus, *Ca. XXIII.*
inquit, per eũdem Prophetam fatetur & dicit, Ego ſum *Eſaia.45.*
deus faciẽs bona, & creans mala. Ita planè: Ipſe eſt enim *Roma.11.*
deus, de quo dicit Apoſtolus, Vides ergo bonitatem &
ſeueritatem dei. Hæc autem ſeueritas eius damnabili-
bus mala eſt, quia malum illis damnationis importat.
Nam quia iuſta eſt, alio modo reperitur bona: omne
enim iuſtum bonum. Quàm vero eleganter ſibi vide-
tur iſte verba diſcutere atque diſcernere, neſciens quid
loquatur: quãdoquidem hocipſum quòd ita poſuit hoc
teſtimoniũ, vt non diceretur, faciens bona & mala: aut,
creans bona & faciens mala: ſed, faciens bona & creans
mala: vult vertere in crimẽ: & conatur oſtendere, quod
fit, forinſecus fieri: quod autem creatur, apud ipſum eſſe
creatorem, atq; inde procedere: vt videlicet deus Pro-
phetarum tanquam extranei à ſe boni factor aliquan-
do fuiſſe videatur, creator autem mali, tanquam natu-
ra malus de ſeipſo proferens quod creauit. Quæ ver-
ba ſi ex conſuetudine conſideremus locutionis huma-
næ, & fieri & creari, non ſolum filij quos de ſemetipſo

G quiſq; generat, verumetiã magiſtratus dicuntur atq; vr-
bes, & quæcunq; alia quæ non exeunt de gignente, ſed
forinſecus fiunt. Si autem quo modo ſcripturæ ſanctæ,
quibus iſte inſidiatur, loqui ſoleant perſcrutemur, Ant
hoc eſt facere quod creare, à quo tamen diſtinguitur
gignere: & variandi verbi cauſa, nõ ad aliquam rerum
differentiã dici potuit, faciẽs bona & creans mala: cùm
dici etiã poſſit, creans bona, & faciẽs mala. Aut ſi vllam
voluiſſet propheticus ſpiritus hic eſſe diſtantiam, mul-
to accommodatius ſic acciperemus hæc verba, vt intel
ligeremus id fieri, quod ſi non fieret omnino non eſſet:
creari autem, ex eo quod erat, condi aliqnid vel conſti-
tui, ſicut diximus creari magiſtratus atque vrbes. Nam
& illi ex iis qui iam homines erant, conſtituuntur in ho
noribus cum magiſtratus creantur: & ligna & lapides
quibus conſtruuntur† vrbes, vtique iam erant, ſed non- *† aliàs conſtituuntur.*
dum in illam rerum faciem quam videmus in vrbibus,
quodam ordine & compoſitione venerãt. Quod cum
ſit, creari vrbes dicuntur. Quod enim Græci appellant
κτίζειν, hoc noſtri aliquando creare, aliquando conſti-
tuere, aliquando condere interpretantur, quod ſæpiſſi-
H me idem ſignificat in illis literis quod eſt facere. Nam
& fecit deus hominem ad imaginem dei, & deus creat
hominem inexterminabilem, legimus. Et ſi aliquando
cum aliqua differentia dicitur, hoc rectius poteſt inter-
eſſe quod dixi: vt facere ſit quod omnino nõ erat: crea-
re autem, ex eo quod iam erat ordinando aliquid con-
ſtituere. Ideoque hoc loco dictus eſt deus creans mala,
quoniam peccãtibus ea conuertit in malũ diſpoſitione
ſeueritatis ſuæ, quæ bonitatis eius largitate bona facta
ſunt. Vnde dicit Apoſtolus Paulus, Chriſti bonus odor *2. Corin. 2.*
ſumus in omni loco, & in iis qui ſalui fiunt, & in iis qui
pereunt. Quibuſdam quidem odor vitæ in vitam, qui-
buſdam vero odor mortis in mortem. Sed cum con-
tinuo ſequatur & dicat, Et ad hæc quis idoneus? nónne
importuni quodã modo ſumus ingerere iſta carnalibus
non ſtudioſis, ſed contentioſis, nullo modo idoneis ea
capere, quæ vtinam ſaltem deſinerent capere? Quantus
quippe cõflictus aduerſus Arrianos fuerit excitatus, ne
vnigenitũ filium dicerent eſſe creaturam, idem putãtes
creatũ eſſe quod genitum, iſte fortaſſis ignorat. Sed vt
eius regula fallax atq; diſtorta, ex eodem prophetico &
Euangelico teſtimonio quod ipſe poſuit, percuſſa fran-
gatur: ſic deus loquitur per Prophetam, Ego creans lu- *Eſa. 45.*
I cem & faciens tenebras, faciens pacem, & creans mala.
Quod ipſe nec totum, nec ſicut illic legitur, poſuit. Atq;
illud quidẽ facile diſſimulandum eſt, quòd pro pace po
ſuit bona, quoniã pax bona eſt. Sed illud prætereũdum
non eſt, quia huius ſentẽtiæ partem ſuperiorẽ dolo po-
tuit præterire, ne diceret, creans lucem: quia cum ſit lux,
etiam confitente ipſo vtique bona, ab eo creata noluit
confiteri, quem non vult creare niſi mala. Magis ergo
indifferenter id poſitum debemus accipere, creare & fa
cere: diſtinctionis tamen quam ſibi iſte fecit, regula fra
cta eſt: quoniã deus Prophetarum: quẽ de verbo quod
nõ intelligit culpat: ibi legitur creator bonorum, quod
negat. Itemq; ex Euangelio, nempe nobis tanquam plu-
rimum ſuis partibus faueret, oppoſuit quod dominus
ait, Arbor bona bonos fructus facit: & arbor mala, ma- *Matth. 7.*
los fructus facit. Cur ergo non ſecundũ iſtũ, creat dixit,
non facit: ſi vera eſt eius differẽtia, qua facientẽ à crean-
te diſtingnit: dicens quod fit, alienũ eſſe à faciente, quo-
niã deforis accedit: quod autem naſcitur, propriũ eius
eſſe qui generat? Hinc enim exiſtimat deũ generatorem
malorum, quia dictum eſt, creans mala: putans quod &
Arriani putauerũt, in ſcripturis illis nihil intereſſe, vtrũ K
generari dicatur aliquid, an creari. Sed certe in eo quòd
dominus arborẽ bonam fructus bonos, malam malos
non dixit creare, ſed facere: videat iſte ſuã regulam fra-
ctam, & cõprimat linguã. Quid enim ſtultius, quàm di-
cere, deum Prophetarũ eſſe arborem malam, & id vel-
le intelligi in eo quod dominus ait, Arbor mala fructus
malos facit: & rurſus dicere, non facit mala, ſed creat:
quia ſi faceret, aliena ab illo eſſent, eiq; forinſecus acce-
derent: cum vero creat, ipſe illa de ſeipſo tanquã radici-
tus generat. Non ergo de iſto deo dominus ait, Arbor
mala malos fructus facit, quoniã creat mala iſte, non fa-
cit. Ecce qui audet accuſare Prophetas, ex Euangelio à
ſe productis teſtibus refragatur. Item verba quædã *Ca. XXIIII.*
ex libro Deuteronomio, velut impura exhorreſcẽs, im-
purus exagitat: quaſi deus verecũdari debuerit, pudẽda
impiis irrogare vel prænũciare tormenta, nec eo cõmi-
nari modo vt diceret, Quæ mollis in vobis & tenera ni *Deute. 28.*
mis fuerit, cuius experimentũ non accepit pes eius am-
bulare ſuper terram præ teneritudine & mollicie, zela-
bit oculo ſuo virum ſuum, & filium ſuũ, & filiam ſuam,
& ſecundas ſuas, & quod exierit per femora eius come L
det. Immo vero quanto eſt horribilius, tanto eſt terribi-
lius: neq; à Propheta monendo dictum eſt, ſed minan-
do: nõ vt hæc homines facerent, ſed ne illa facerẽt quæ
ſenſus peruerſus exercet, & ad hæc peruenirent, quæ ſen
ſus humanus exhorret. Quis autem digne eloqui poſſit,
quàm ſit mentis execrabilior fœditas, pœnas exohorre-
ſcere meritorũ, & merita non cauere pœnarum? Dicat
planè ſpiritus ſanctus incontaminatus & incontamina
bilis, quod audire anima recuſat immunda, & eſſe non
recuſat immũda. Immundiciã quippe auerſanis carnis,
offenſis ſenſibus carnis: & immundiciã diligit ſuã, extin
ctis ſenſibus cordis. Dicat hæc ſpiritus dei, & per hor-
rorẽ talia mala patiendi incutiat timorẽ malefaciendi.
Idem nanq; ſpiritus etiã per Apoſtolum loquẽs, ſenſus
impios nõ eſt verecundatus offendere, dum pios vellet
inſtruere: vbi cõmemorata impietate quorundã, qui co
luerunt & ſeruierũt creaturæ potius quàm creatori, ſub-
iunxit atque ait, Propter hoc tradidit illos deus in paſ- *Roma. 1.*
ſiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum immutauerũt
naturalem vſum in eum vſum qui eſt contra naturam:
ſimiliter autem & maſculi, relicto naturali vſu fœminæ
exarſerunt in appetitum ſuũ in inuicem, maſculi in ma-
ſculos deformitatem operãtes, & mercedem mutuam M
quam oportuit erroris ſui, in ſemetipſis recipientes. Si
quiſquã inimicus Apoſtolo vellet ex his verbis talia di-
cere, qualia dicit ex librorũ veterum quibuſdã locis iſte
blaſphemus, nónne haberet amplam materiã, in qua lo
quaciter inſaniret: & quãto ſibi videretur diſertiora di-
cere, tanto deteſtabiliora maledicta iactaret, maxime
quia dictũ eſt, Mercedem mutuã, quam oportuit, erro-
ris ſui in ſemetipſis recipiẽtes? Oportuiſſe quippe nõ eſt
veritus dicere Apoſtolus, vt qui creaturæ potius quàm
creatori ſeruierunt, erroris ſui mercedẽ, non inuiti hæc
turpia patiendo, ſed libenter faciendo reciperent: iudi-
cio ſcilicet non alicuius hominis immundiſſimi, quem
talia delectarent, ſed iuſtiſſimi dei qui tradidit eos in
paſſiones ignominiæ: vt crimina criminibus vindicen
tur, & ſupplicia peccantiũ non ſint tormenta, ſed incre
menta viciorum. Sapiens autem cum hæc audit, ipſam
magis in hac vita iram dei timet, qua homo nõ patitur
quod acriter dolet, ſed facit quod turpiter libet: & eius
cui talia iudicia diſplicent, verba inſana contemnit,
quia ex ipſo pœnam Pharaonis, hoc eſt, indurati cordis
agnoſcit.

A agnoſcit. Si enim quoſdam qui non probauerũt deum
habere in noticia, tradidit deus in reprobam mentem,
vt faciant quæ nõ conueniunt: quid mirum, ſi & iſtum
qui diuina blaſphemat eloquia, tradidit deus in repro-
1.Cor.11. bam mentem, vt dicat quæ non conueniunt? Sic enim
Roma.9. oportet hæreſes eſſe, vt probati, inquit Apoſtolus, ma-
nifeſti fiant in vobis. Sic vaſa iræ locis congruis & tem
poribus ordinantur, vt etiam de ipſis notas faciat deus
diuitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ de maſſa
eiuſdem damnationis fiunt in honorem, gratia illius,
non meritis ſuis. Ille quippe donat prodeſſe nobis, non
ſolum quod docet veritas, verumetiam quod obſtrepit
vanitas: vt cum reſpõdetur inquietiſsimæ vanitati, au-
ſcultetur ſynceriſsimæ veritati. De turpi maledicto ar-
guit vanitas: ſed turpe nõ eſſe, quibuſdam rebus turpi-
bus nominatis, cauendam oſtẽdere turpitudinem, mi-
ſericors indicat veritas, & vecors vincitur vanitas. Nã
de turpi maledicto poteſt à verboſis impiis reprehẽdi,
Gala.5. & Apoſtolus Paulus, vbi ait, Vtinã & abſcindantur qui
vos conturbant. Quod etſi bene intelligentibus bene-
dictio magis apparet, vt fiant ſpadones propter regnũ
B cœlorum: poteſt tamen garrula cæcitas etiam in Apo-
ſtolo hoc reprehendere, contendens quòd nõ debue-
rit rem honeſtam turpi verbo enunciare. Poſſunt & ip-
ſum dominum qui eiuſdem cõtinentiæ donum com-
Matt.19. mendans ait, Sunt qui ſeipſos caſtrauerunt propter re-
Litterio. gnum cœlorum. Legunt quippe iſti literiones: ſic enim
potius quàm literati appellandi ſunt, qui legendo lite-
ratos, nihil ſapere didicerunt. Legunt ergo apud Cice-
ronem tale aliquid, vnde ſibi videantur docte Chriſti
verba culpare, perditi potius quàm periti. Ille nanque
cum doceret, in tranſlatione verborum, obſcœnitatem
eſſe vitandam. Nolo, inquit, dici, morte Africani caſtra-
tam eſſe rempublicam. Sed ſi hoc verbum ipſe quod
vitari volebat, vt vitandum oſtenderet, non vitauit, &
quod dici noluit, coactus eſt dicere: quanto magis res
quæ verbo eodem recte ſignificatur, vt ab audiẽte poſ-
ſit intelligi, ſuo verbo enũciatur? Atque vt ad illud re-
deamus, quod iſte in Deuteronomio reprehendit, Si
Cicero vir eloquentiſsimus & verborum vigilantiſsi-
mus appenſor & menſor, quod dici noluit, dixit ne di-
ceretur: quanto melius deus magis morum quàm ver-
borum pulchritudinem quærens atque mundiciã, tur-
C pe aliquid nõ turpiter, ſed minaciter dixit: vt hoc hor-
reretur, ne illud committeretur, propter quod ad illa
quæ audire horroris eſt, veniretur: & tamen cum legi-
tur, aures infidelitas claudit, auertit faciem, exaſperat
vultum, linguam vibrat, blaſphemias iaculatur. Videte
ſi non ſunt iſti ex illo genere hominum, qui loquente
Chriſto de ſacramento corporis & ſanguinis ſui, dixe-
Ioan.6. runt, Durus eſt hic ſermo, quis poteſt eum audire? Niſi
†al. execra- quòd excuſabiliores † ſunt, qui verba diuina quæ nõ in-
biliores. telligebant, non in maledictione, ſed in benedictione
horribilia non ferebant. Mirum enim nõ eſt, ſi maledi-
ctum quando auditur, horretur. Nec exigendum eſt, vt
verbis non horrendis dicatur, quod ad hoc dicitur, vt
ab exhorrente timeatur. Dominus autem talia dicebat,
quæ amari præciperet, non timeri: & tamen quę infide-
litas ſufferat, Caro mea vere cibus eſt, & ſanguis meus
vere potus eſt, etenim niſi mãducaueritis carnem meã,
& biberitis ſanguinem meum, non habebitis vitã in vo
bis. Si ergo dei ſapientia, verbis ſacramento congruis
paſcens animam credentem, non curauit inſipientiam
nauſeantem: quanto magis eadem ipſa ſapientia, vbi lo
cus & tempus timoris fuerat, non amoris ſalubrem vo-

lens importare terrorem, non curauit inſipientis erro- D
rem, quamuis eius præuideret horrorem. Quis autẽ iſto-
rum ſpiritalem nouit horrore animæ fœditatem, cum
velut ſua quadam fame atque egeſtate compellitur co-
medere, quæ de ſuis carnalibus cogitationibus tanquã
de femoribus exeũt? Nam illius maledicti, quod iſte ve-
lut turpe reprehendit, par effectus eſt. Vix enim aliquã-
do tam magnum eſt flagellum famis, vt ad nefanda il-
la compellat. Iſta vero fame qua miſerorum animæ in-
opes veritatis ea pro veritate comedunt, quæ carnali-
bus ſenſibus pariunt, vſquequaque plena ſunt omnia,
tanto infœlicius, quanto nocet amplius, & horretur mi
nus. Sed puto me vni libro illius quem miſiſtis, noſtro
non vno, ne nimium prolixus ſit reſpondere debere:
proinde hic faciamus huius finem, vt ex his quæ diſcu-
tienda reſtant, alius inchoëtur. Neſcio quo enim mo- „
do ita libri termino reficitur lectoris intentio, ſicut la- „
bor viatoris hoſpitio.

Libri primi finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPponenſis Epiſcopi, contra aduerſarium legis & Prophetarum, Liber ſecundus. E

IAm nũc ea diſcutiẽda ſunt, quæ Cap.I.
iſte de noui teſtamẽti libris ſuf-
fragari ſibi arbitratur aduerſus
propheticas literas, tãquam eas
Apoſtoli Chriſti ſua ſententia
condemnauerint. Quòd ergo
profanas & aniles fabulas, & ge-
nealogias infinitas appellaſſe A-
poſtolum exiſtimat diuina eloquia legis & Propheta-
rum, quia dixit ad Timotheũ, Profanas & aniles fabu- 1. Timo.4.
las deuita. Et alio loco, Ne intendas fabulis Iudaicis & 1. Timo.1.
genealogiis infinitis, quæ quæſtiones præſtant magis,
quàm ædificationem: quis ita niſi hæreticus multũ cæ-
cus erraret? Cur enim hoc Apoſtolus ipſe nõ fecit, ſi has
eſſe aniles fabulas iudicauit? Cur dicit ad Galatas, Dici- Gala.4.
te mihi ſub lege volẽtes eſſe, legem non legiſtis? Scrip-
tum eſt enim, quòd Abraham duos filios habuit, vnum Gene.21.
de ancilla, & alium de libera: quæ ſunt in allegoria, hęc
enim ſunt duo teſtamẽta. Et ad Corinthios, Nolo enim 1.Cor.10.
vos ignorare fratres, quia patres noſtri omnes ſub nu- F
be fuerunt, & omnes per mare trãſierunt, & omnes per
Moyſem baptizati ſunt in nube & in mari, & omnes
eundẽ cibum ſpiritalẽ manducauerunt, & omnes eun-
dem potum ſpiritalem biberunt: bibebant enim de ſpi-
ritali ſequenti eos petra, petra autem erat Chriſtus. Ne-
ſcit autẽ habere præter ſcripturas legitimas & prophe-
ticas Iudæos quaſdam traditiones ſuas, quas non ſcrip-
tas habent, ſed memoriter tenent, & alter in alterum lo
quendo transfundit, quam deuteroſin vocant. Vbi etiã δευτερώσεις.
dicere audẽt & credere, deũ primo homini duas creaſ-
ſe mulieres: ex quibus texunt genealogias, vere, ſicut ait
Apoſtolus, infinitas, pariẽtes infructuoſiſsimas quęſtio-
nes. Sed ſi huic talia nunquam euenit audire, nunquid
& contra Euangeliũ ſic obſurdeſcere debuit, vt nõ ad-
uerteret verba domini Chriſti quibus arguit Iudæos, ꝙ
de parentibus nõ honorandis impietatem docerent fi-
lios ſuos? Ibi quippe & dei præceptũ quod in lege ſcrip
tum eſt, atteſtando commemorauit. Nec ob aliud eos
arguit, niſi quòd reiicerent mãdatum dei, vt ſtatuerent
traditiones ſuas. Cum enim interrogaſſent Phariſæi &
Scribæ, Quare diſcipuli tui non ambulant iuxta tradi- Mar.7.
tionem

G tionem ſeniorum, ſed communibus manibus mandu-
cant panem: ille reſpõdens dixit eis, Bene prophetauit
Eſa.29. Eſaias de vobis hypocritis, ſicut ſcriptum eſt, Populus
hic labiis me honorat, cor autem eorum lõge eſt à me,
In vanum autẽ me colunt, docentes doctrinas & præ-
cepta hominum: Relinquentes enim mandatũ dei, te-
netis traditiones hominũ, baptiſmata vrceorum & ca-
licum, & alia ſimilia his facitis multa. Et dicebat illis,
Bene irritum facitis præceptum dei, vt traditionẽ ve-
Exo.20. ſtram ſeruetis. Moyſes enim dixit, Honora patrẽ tuum
Leuit.20. & matrẽ tuã. Et qui maledixerit patri aut matri, morte
moriatur: vos autem dicitis, Si dixerit homo patri aut
matri, corbam, quod eſt donum quodcunque ex me eſt,
tibi profuerit: & vltra non dimittitis eum quicquam fa-
cere patri ſuo aut matri, reſcindẽtes verbum dei prop-
ter traditionem veſtram quam tradidiſtis, & ſimilia hu
iuſmodi multa facitis. Vbi euidenter Chriſtus oſtendit
& illam dei eſſe legem, quã profanus iſte blaſphemat,
& Iudæos habere ſuas traditiones à libris propheticis
& legitimis alienas: quas appellaſſe Apoſtolum profa-
nas fabulas, & aniles, & genealogias interminatas, non
H hæreticus, ſed catholicus lector intelligit. Porrò ſi ve-
lim teſtimonia cuncta colligere, quibus oſtendam quẽ-
admodũ & ipſe dominus & Apoſtoli eius lege vſi fue-
rint & Prophetis, quas iſte aniles fabulas putat, quando
Cap.II. ſufficio? Aut cui nõ ſufficiant iſta quæ diximus? Nec
iſte aduerſus lucem vocemq́ dominicam vel Apoſto-
licam tã cæcus & ſurdus eſt, vt ignoret quẽadmodum
à Chriſto & Apoſtolis, in libris ad nouum teſtamẽtum
pertinentibus, cõfirmetur legis ac Prophetarum & cõ-
mendetur authoritas. Proinde excogitaſſe ſe exiſtimat,
quo pacto ſubterfugiat moles teſtimoniorum in Euan-
gelicis & Apoſtolicis literis de libris veteribus poſito-
rum, quibus eius velit nolit ceruicata lingua cõteritur.
Ait quippe Apoſtolum pro qualitatibus ingeniorum in
quinque perſonis locutum. Inſinuans enim rudi adhuc
populo, inquit quæ dei ſunt, nõ debuit à perfectioribus
incipere, & conſuetudinem ab eis vetuſtatis excludens
à difficilioribus inchoare, ne nouos adhuc ad fidẽ, per-
fecta doctrina turbaret. Deinde volens quaſi probare
quod dixit, eundem Apoſtolum dicentem commemo-
1.Cor.9. rat, Cum liber eſſem ex omnibus, omnibus me ſeruum
I ſubieci, vt plures lucrifacerem: Et factus ſum Iudęis tã-
quam Iudæus, vt Iudæos lucrifaciam: Et iis qui ſub lege
ſunt, tanquam ſub lege eſſem, cum ipſe non ſim ſub le-
ge, vt eos qui ſub lege ſunt lucrifaciam: Et iis qui ſine le
ge erant, tanquã ſine lege eſſem, cum ſine lege dei non
ſim, ſed ſum in lege Chriſti, vt lucrifacerem eos qui ſi-
ne lege ſunt. Factus ſum infirmis infirmus, vt infirmos
lucrifaciam: Omnibus omnia factus ſum, vt omnes lu-
crifaciam. Has quatuor perſonas vult intelligi, in quib⁹
Apoſtolum locutum putat: vnam Iudæorum, alteram
eorũ qui ſub lege ſunt, tertiã eorum qui ſine lege ſunt,
quartam infirmorum. Quinta debetur, quoniam quin-
que promiſerat: hanc vt adderet, alio loco, inquit, ſupe
1.Cor.2. rius iam dixit, Sapientiam loquimur inter perfectos: vt
perfectorum videatur quinta perſona. Hoc totũ prop-
terea molitus eſt, vt ſi quando aliquid de Apoſtolica
proferretur epiſtola, vbi atteſtantur Euangelio lex &
Prophetæ: hoc dicat Apoſtolum, nõ ſapientibus & per-
fectis, ſed Iudæis locutum fuiſſe quaſi Iudæum, vel eis
qui ſub lege eſſent, tanquam eſſet & ipſe ſub lege: ac per
hoc ſubdole atque mendaciter ſimulãtem ſe apud im-
perfectos ædificare, quod apud perfectos, nũ mentien-
do, ſed vera dicẽdo deſtrueret. Hãc videlicet ei erro-
ris machinationẽ, neſcio quis Fabricius fabricauit, quẽ K
velut magiſtrũ veritatis Romæ ſe inueniſſe gloriatur.
Quis non hoc monſtrum, non ſenſus Chriſtianus, ſed
qualiſcunque humanus exhorreat? Primo enim conſi-
derandum eſt, quàm ſe fraudulentiſsimum & menda-
ciſsimum profiteatur, qui mentientem putat & laudat
Apoſtolum. Et quod ille dixit, nõ fallentis aſtu, ſed cũ-
patientis affectu: qui diuerſis animarũ morbis tam mi-
ſericordi corde ſubuenit, quàm ſibi ſubueniri voluiſſet,
ſi errore vel infirmitate ſimili laboraret, hic in fallaciã
deteſtabilem vertit. Deinde quæro, ad Romanos, Co-
rinthios, Galatas, Epheſios, Coloſſenſes, Philippenſes,
Theſſalonicenſes, quo modo loquebatur Apoſtolus? In
qua illarum quinq́ perſonarũ eos eſſe deputabat? Pro-
culdubio quoniam in præputio gentes erant, nõ in cir-
cũciſione Iſraëlitæ. Ad hos quippe ſibi tributum mini-
ſteriũ fuiſſe teſtatur, vbi dicit, quod ei & Barnabæ dex-
teras ſocietatis dederunt Petrus & Iacobus & Ioannes, *Galat.2.*
vt ipſe quidẽ cum Barnaba ad gentes, illi autem ad cir-
cunciſionem irẽt. Et alio loco apertiſsime dicit, Quã- *Roma.11.*
diu ego ſum gentiũ Apoſtol⁹. Et multis aliis locis pro-
prio quodam munere, doctorem gentium ſe eſſe teſta- L
tur. Cum ergo eſſent ſine lege tot gentes, quibus Euan-
gelium prędicabat, quid opus erat vt eis legem & Pro-
phetas de Chriſto introduceret teſtes, eisq́ importaret
ignaris vinculum, ſicut iſta peſtis arbitratur, erroris, à
quo eos fuiſſe liberos magis debuit gratulari? Quid op⁹
erat vt ad Romanos ſic fuiſſet exorſus: Paulus ſeruus *Roma.1.*
Chriſti Ieſu, vocatus Apoſtolus, ſegregatus in Euange-
lium dei, quod antè promiſerat per Prophetas ſuos in
ſcripturis ſanctis de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine
Dauid ſecundum carnem? Quare non ſibi potius per-
ſonam imponit illorum? Quare ſe facit tãquam ſub le-
ge, eis qui fuerant ſine lege? Vt quid enim eis dicit, Vo- *Roma.11.*
bis enim dico gẽtibus, quãdiu quidẽ ego ſum gentium
Apoſtolus, miniſteriũ meum glorificabo, ſi quo modo
ad æmulationem prouocare potero carnem meam, vt
ſaluos faciam aliquos ex illis. Si enim reiectio illorum
reconciliatio eſt mundi: quæ erit aſſumptio, niſi vita ex
mortuis? Si autem delibatio ſancta eſt, & conſperſio: &
ſi radix ſancta eſt, & rami. De Iſraëlitis quippe iſta di-
cit, de quibus antè iam dixerat, Quid enim amplius eſt *Roma.3.*
Iudæo, aut quæ vtilitas circũciſionis? Multum per om- M
nem modum. Primum quidem, quia credita ſunt illis
eloquia dei. Quid enim ſi quidam illorum non credi-
derunt? Nunquid incredulitas illorum, fidem dei eua-
cuauit? Deinde hic quod commemorare cœperam, ſe-
quitur & dicit, Quod ſi aliqui ex ramis fracti ſunt, tu au *Roma.11.*
tem cum eſſes oleaſter, inſertus es in illis, & ſocius radi
cis factus es & pinguedinis oleæ, noli gloriari aduer-
ſus ramos, Quod ſi gloriaris nõ tu radicem portas, ſed
radix te. Dicis ergo, fracti ſunt rami vt ego inſerar: Be-
ne, in incredulitate fracti ſunt, Tu autem fide ſtas, Noli
altum ſapere, ſed time. Nam ſi deus naturalibus ramis
non pepercit, ne forte nec tibi parcat. Vides ergo boni-
tatem & ſeueritatem dei: in eos quidem qui ceciderunt
ſeueritatem, in te autem bonitatem, ſi permanſeris in
bonitate: alioquin & tu excideris, & illi ſi non perman-
ſerint in incredulitate, inſerentur. Potens eſt enim de-
us iterum inſerere illos. Nam & ſi tu ex naturali inci-
ſus es oleaſtro, & contra naturam inſertus es in bonam
oliuam, quanto magis illi qui ſecũdum naturam ſunt,
inſerentur ſuæ oliuæ. Nolo enim vos ignorare fratres
ſacramentum hoc, vt non ſitis vobis ſapientes, quia cę-
citas ex parte in Iſraël facta eſt, donec plenitudo gen-
tium

A tium intraret,& ſic omnis Iſraël ſaluꝰ fieret, ſicut ſcrip-
Eſa.59. tum eſt, Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impieta-
tem ab Iacob,& hoc illis à me teſtamentum, cum abſ-
tulero peccata eorum. Nimis longum eſt cuncta per-
currere,vel ſicut per ſcripturas Apoſtolicas vbiq; ſpar-
ſa ſunt,ea in vnã faciẽ congregare.Quid opus erat hæc
dicere gentibus?Cur non potius ſine lege factus eſt eis,
quẽadmodum erant illi ſine lege?Cur non potius deos
eorum laudauit,eorumq; ſacrificia prædicauit, ſi & iſta
ſcriptura,quam populus Iſraël accepit, & illa ſacra gẽ-
tium,ſicut iſte dicit,ad dæmonia pertinebant? Quid ꝙ
deum Iſraël audet infœlix dicere,non ſolũ dęmonem,
verumetiam cæteris dæmonibus eſſe peiorem? Cur er-
1.Cor.9. go Apoſtolus, qui omnibus omnia, non miſericordia
compatiente ſicut veritas oſtendit, ſed aſtutia fallenta
ſicut iſte deſipit,factus erat:non potius illorum dæmo-
num quos colebant Romani,quos dæmones putat iſte
mitiores,ſeruum ſe eſſe confinxit, vt fieret tanquam il-
li,ac ſic eos lucrifaceret? Nõne item dicit ad Epheſios,
Ephe.2. Propter quod memores eſtis, quia vos quando gentes
eratis in carne,qui dicimini præputiũ, ab ea quæ dici-
B tur circuncisio in carne manufacta: qui eratis illo in tẽ
pore ſine Chriſto alienati à ſocietate Iſraël, & peregri-
ni teſtamẽtorum & promiſsionis, ſpem non habentes,
& ſine deo in hoc mundo: Nũc autem in Chriſto Ieſu
vos qui aliquando eratis longe, facti eſtis prope in ſan-
guine Chriſti. Ipſe eſt enim pax noſtra, qui fecit vtraq;
vnum, & medium parietem maceriæ ſoluens inimici-
ciam in carne ſua,legẽ mandatorum decretis euacuãs,
vt duos conderet in ſe in vnum nouum hominem,fa-
ciens pacem, & commutaret vtroſque in vno corpore
deo, per crucem interficiens inimicicias in ſemetipſo:
& veniens euangelizauit pacem vobis qui eratis longe,
& pacem his qui prope,quia per ipſum habemus acceſ-
ſum ambo in vno ſpiritu ad patrem.Igitur iam nõ eſtis
peregrini & inquilini, ſed eſtis ciues ſanctorum & do-
meſtici dei, ſuperædificati ſupra fundamẽtum Apoſto-
lorum & Prophetarũ,ipſo ſummo angulari lapide exi-
ſtente Chriſto Ieſu. Dicat iſte blaſphemus, quo modo
prope dicit inuentos Iſraëlitas,qui peiori, quemadmo-
dum blaſphemat,dæmoni ſeruiebãt, & longe erant gẽ
tes quæ mitioribus dæmonibus ſubditæ fuerant? Quo
modo dicit alienatos fuiſſe à ſocietate Iſraël & peregri-
C nos teſtamentorũ & promiſsionis, quando erant ſpem
non habentes, & ſine deo in hoc mundo, ſi Iſraël non
dei & Chriſti populus erat?Contra iſtam tubam clariſ-
ſimam & excellentiſsimam veritatem perſtrepit atque
inſultat inſanus, dicens in perſonis quinque locutum
Apoſtolũ,vt alios ex aliis falleret,fingendo ſe eſſe quod
non erat: cum videat eum gẽtibus quæ longe fuerant à
deo Iſraëlitarum,eundẽ deum,eandem legem,eoſdem
Prophetas, teſtamenta eadem prædicare. Quis de an-
gulari lapide prior locutus eſt? Nõne Propheta ſpiritu
Eſa.28. dei plenus,quem peſtis iſta blaſphemat? Ait enim,Ecce
pono in Siõ lapidem angularem, electum,precioſum,
& qui crediderit in eum, nõ erubeſcet. Quod teſtimo-
1.Pet.2. nium cõmemorauit & Apoſtolus Petrus. Nõnne prius
in Pſalmo pertinẽte ad literas ſacras populi prioris di-
Pſal.117. ctum eſt,Lapidem quẽ reprobauerunt ædificantes, hic
factus eſt in caput anguli?His enim literis eruditus Pau
lus Apoſtolus poſuit,quod pauloante cõmemoraui,Ip-
Ephe.2. ſo ſummo angulari lapide exiſtẽte Chriſto Ieſu. Vnde
ipſe dominus Iudæos in quibus cæcitas ex parte facta
erat,conuicit,confuſoſq; reddidit dicens,Nunquam le
Matt.21. giſtis in ſcripturis, Lapidem quem reprobauerũt ædi-
ficantes,hic factus eſt in caput anguli? A domino factũ D
eſt iſtud,& eſt mirabile in oculis noſtris.Hęc ergo om-
nia mendaciter Chriſtus ex lege ac Prophetis, menda-
citer Apoſtoli proferebãt,ſicut iſte blaſphemat, quia vi
delicet infirmi nõdum poterant ſolidam capere veri-
tatem. Itáne cæcus ignorat,quòd aliud ſit nutrire par-
uulos,aliud decipere credulos? aliud alere vt creſcant,
aliud agere ne viuãt? Talia quippe iſte dicit ac ſentit de
deo legis & Prophetarum,ac de ipſis omnino literis,vt
ſecundum eius ſentẽtiam quam de illis habet, quando
Apoſtoli prædicabant credentibus legis & Prophetarũ
deum,& confirmabant authoritate taliũ ſcripturarum,
non lac potandum videantur dediſſe paruolis, ſed ve-
nenum.Quod de illis quiſquis credit,deſipit,vaneſcit,
inſanit.Ergó ne,ait aliquis,fruſtra dixit Apoſtolus, Nõ
potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus,ſed quaſi carnalibꝰ, *1.Cor.3.*
quaſi paruulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, non
eſcam,nõdum enim poteratis:&, Sapiẽtiam loquimur
inter perfectos: &, Animalis homo non percipit quæ *1.Cor.2.*
ſunt ſpiritus dei? Abſit vt putemus eum inaniter nec ve
raciter iſta dixiſſe. Nunquid tamen ideo credendus eſt
quenquam ſibi credentium fallere voluiſſe? Dedit igi- E
tur paruulis parua,non falſa:lactea,non noxia:nutrito-
ria,nõ peremptoria. Porrò autem ſi nõ eſt verum quod
ait,filium dei ſecundum carnem factum eſſe ex ſemine *Roma.1.*
Dauid: ſi non eſt verum quòd naturales rami propter *Roma.11.*
incredulitatem fracti ſunt,vt in radice ſancta Iſraëlita-
rum,ex gentibus veniens fidelis inſereretur oleaſter, &
fieret particeps pinguedinis oliuæ: ſi non ſunt eloquia
dei,ſed neſcio cuius iſte blaſphemat peſsimi dęmonis,
de quibus dicit,Primum quidem quia credita ſunt illis *Roma.3.*
eloquia dei: profecto qui hæc paruulis dabat, qui hæc
tanquã vera prędicabat,qui hæc credi volebat, delebat
miſeros,non alebat.Quod à fide atq; doctrina veraciũ
Chriſti Apoſtolorum quoniã eſſe ſcimus alienum, re-
ſtat vt iſtum tanquam peſtem atque hoſtem fidei Chri-
ſtianæ vehementiſsime deteſtemur: qui tanta excæca-
tur & præcipitatur amentia, vt nõ videat ipſum ſaltem
Timotheũ,cui putat authoritate Apoſtolica fuiſſe præ-
ceptum,vt tãquam fabulas aniles, veterem legem Pro-
phetasq; deuitet, ab eodem Apoſtolo non fuiſſe fallen-
dum, & in illa quinta perfectorum perſona fuiſſe depu
tandum,vt ei non mendaciter loqueretur,dicens, Me- *2.Timo.2.*
mor eſto Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis ex ſe- F
mine Dauid ſecundum Euangelium meum. Si enim
Chriſtus ex ſemina Dauid fabulis anilibus prædicatur,
quo modo eas iubetur iſte deuitare, quibus iubetur me-
moriter credere: Si autem Chriſtus ex ſemine Dauid
veraciter prædicatur, vbi eſt radix in qua oleaſter inſe-
ritur? Nec aniles ſunt fabulæ, niſi præter eas ſcripturas
deliramenta Iudæorum, ad eam quam vocãt deutero-
ſin pertinentia: non illa eloquia dei quæ credita ſunt
circũciſioni, vbi etiam carnales Iudæi Chriſtũ ex ſemi-
ne Dauid venturum eſſe didicerant,ſicut interroganti
domino reſpondebant: quamuis eum dominum ipſius
Dauid,non ſecundum carnem, ſed ſecũdum diuinita-
tem intelligere non valerent: vtrunque tamen eſt in il-
lis eloquiis,& quod credebant, & quod non intellige-
bant:&,De fructu vẽtris tui ponam ſuper ſedem tuam: *Pſal.131.*
propter Chriſtum ex ſemine Dauid:&,Dixit dominus *Pſal.109.*
domino meo,ſede ad dexteram meam: propter Chri-
ſtum,dominum etiam ipſius Dauid. Itáne vero fallaci-
ter dicebat Apoſtolus, Veritatem dico in Chriſto,non *Roma.9.*
mentior, conteſtante mihi conſcientia mea in ſpiritu
ſancto,quia triſticia eſt mihi magna,& cõtinuus dolor
cordi

G cordi meo, Optabã enim ego ipſe anathema eſſe à Chri
ſto pro fratribus meis cognatis ſecundum carnem, qui
ſunt Iſraëlitæ, quorum eſt adoptio, & gloria, & teſtamẽ
ta, & legis conſtitutio, & obſequium, & promiſsiones:
quorum patres, & ex quibus Chriſtus ſecundũ carnem,
qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula, Amen.
Ioan.14. Veritatem ſe dicere clamat Apoſtolus in capite huiuſ-
ce ſententiæ, & hoc in Chriſto qui eſt ipſa veritas, con-
teſtante ſibi cõſcientia ſua in ſpiritu ſancto, eamq; ſen-
tentiam per amen concludit in fine. Et dicit iſte, non
ſunt vera quæ hic Apoſtolus loquitur, fallit infirmos,
qui nõ poſſunt capere veritatem, paruulos vanitatibus
lactat, & eſurientibus filiis diabolicorum mẽdaciorum
virus infundit vt nutriat. O portentũ, non ſolũ à Chri-
ſtianorum auribus, verũetiam à finibus Chriſtiani or-
bis arcendum. Hæccine adoptio, hæc gloria, hæc teſta-
menta, hæc legis conſtitutio, hoc obſequiũ, hę promiſ-
ſiones, hi patres, ex quibus Chriſtus ſecundum carnem,
qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula, fabulæ
ſunt aniles? Quod iubetur præcipue tenere, qui iubetur
deuitare fabulas aniles, fabulæ ſunt aniles? Sed quid mi-
H rum ſi tanta impietate delirat qui legis vult eſſe deſtru-
1.Timo.1. ctor, ſi quoſdam idem Apoſtolus dicit volentes eſſe le-
gis non deſtructores, ſed doctores, nõ intelligere neq;
quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Verum nos
illud quod ſecutus adiunxit, aduerſus vtroſque tenea-
mus. Cõtinuo quippe ne quis exiſtimaret ideo illos nõ
intelligere quæ loquuntur, neque de quibus affirmant,
Ibidem. quoniã legis malę volunt eſſe doctores, Scimus autem,
inquit, quia bona lex eſt, ſiquis ea legitime vtatur. Hæc
ſententia & illos refutat qui lege vtuntur male, & eos
qui illam opinantur malam. Porrò ſi bona eſt, qua de-
mẽtia negatur deus bonus qui dedit legem bonã? Quæ
poteſt videri ſufficere damnatio his hominibus, qui le-
gem quam ſic Apoſtolus laudat, anilium fabularũ no-
mine accuſant? & hoc ſe exiſtimant facere eiuſdem epi
ſtolæ teſtimonio, vbi eam ſic Apoſtolus laudat: volẽtes
eſſe legis non doctores, ſed blaſphematores, non intel-
ligendo quæ loquuntur, neque de quibus affirment?
Cap.III. Sed fieri non potuit, inquit, vt à Iudæorum Prophe-
tis ſaluatoris noſtri annunciaretur aduentus. Cur fieri
Roma.3. non potuit, cum dicat Apoſtolus, quia credita ſunt illis
eloquia dei? Sed ante ſaluatoris aduẽtum, inquit, ſpiri-
I tus ſanctus ac diuinus nõ erat ſuper terram. Hoc vani-
tas, nõ veritas loquitur. Nã quo niſi ſpiritu ſancto Pro-
phetas ſuos dominus impleuit, de quib⁹ in epiſtolæ ex-
ordio dictum eſt ad Romanos, quod & ſupra comme-
Roma.1. moraui, Paulus ſeruus Chriſti Ieſu, vocatus Apoſtolus,
ſegregatus in Euangelio dei, quod antè promiſerat per
Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo qui fa-
ctus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem. Et hoc
quidem teſtimonium etiam iſte poſuit, prohibens eum
ad quẽ ſcribit aliis Prophetis credere de Chriſto, præ-
ter illos quos Prophetas eius ad Romanos dicit Apo-
ſtolus, Quos credo non arbitratur Prophetas fuiſſe Iu-
dæorum. Sed cuiuſlibet eos fuiſſe gentis opinetur, cur
ibi non aduertit quod antè promiſerat per Prophetas
ſuos? Per quoſlibet enim Prophetas ſuos ſi antè promi-
ſerit Euangeliũ de filio ſuo, quid eſt quod iſte dicit ſan-
ctum ac diuinum ſpiritum ſuper terram non fuiſſe an-
te ſaluatoris aduentum? Et tamen iſti vnde potuerunt
eſſe Prophetæ, annunciantes Chriſtum ex ſemine Da-
uid ſecundum carnẽ, niſi cuius gentis erat ipſe Dauid,
de cuius ſemine Chriſtus à Prophetis dei promiſſus eſt
eſſe vẽturus? Sed lex, inquit, per Moyſem data eſt: veri-
tas autem à Chriſto Ieſu eſt. Non ita ſcriptũ eſt, ſed ita, K
Lex per Moyſem data eſt, gratia & veritas per Ieſum Ioan.1.
Chriſtum facta eſt. Lex igitur data eſt per Moyſem: fa-
cta eſt autem gratia per Ieſum Chriſtum, cum per eius
ſpiritũ charitate diffuſa in cordibus noſtris, fit vt quod Roma.5.
lex præcepit impleatur. Quod enim per literã iubetur,
nõ litera, ſed ſpiritu impletur. Vnde illud quod ſcriptũ
eſt, Non concupiſces: per Moyſem lex eſt, quia iubetur: Exo.20.
ſed per Ieſum Chriſtum fit gratia, quãdo quod iubetur
impletur: veritas autem facta eſt per Ieſum Chriſtum,
propter illa quæ in prophetia legis ſunt promiſſa, quæ
in Chriſto eminent reddita. Apoſtolus vero quod ait
ad Romanos, Quo modo inuocabunt in quem nõ cre Roma.10.
diderunt? aut quo modo credẽt ei quem non audierũt?
de gentibus dixit, non de Iudæis, ſicut hic ſomniat. Eos
enim volebat refellere doctor gentium, qui putabant
genti tantummodo Iudæorum, non etiam incircunci-
ſis gentibus Euangelium prædicandum. Quod volens
oſtendere, non ad Iudæos tantum, ſed ad omnes gẽtes
pertinere, prius poſuit teſtimonium de Propheta, Erit, Ioel.2.
omnis qui inuocauerit nomen domini ſaluus erit: ac
deinde cum dixiſſet, Quo modo autem inuocabunt in L
quem nõ crediderunt, aut quo modo credent ei quem
non audierunt: continuo ſubiunxit, Quo modo autem
audient ſine prædicãte, aut quo modo prædicabũt, niſi
mittantur? Ita refutans eos qui negabant ad incircun-
ciſas gentes prædicatores Chriſti eſſe mittendos. Illud
quoq; ſicut imperitiſsimus non intelligit quod ſcriptũ
eſt, Primum Apoſtolos, deinde Prophetas. Putat enim 1.Cor.12.
ante Apoſtolos nõ fuiſſe Prophetas, neſciens eos Pro-
phetas illic commemoratos eſſe ab Apoſtolo, qui poſt
Chriſti aduentum fuerunt. Quos qui vult noſſe, actus
Apoſtolorum legat, & illud quod ait ad Corinthios, 1.Cor.14.
Prophetæ autẽ duo aut tres loquantur. Si autẽ non fue-
runt Prophetæ ante Apoſtolos, qui erant illi per quos
deus ante promiſerat Euangeliũ de filio ſuo, qui factus
eſt ei ex ſemine Dauid ſecundũ carnem? Quis erat qui
dixit, Lapidem quem reprobauerũt ædificantes, hic fa-
ctus eſt in caput anguli? Quis erat qui dixit, Thronus Pſal.117.
tuus deus in ſeculum ſeculi, virga directionis, virga re- Pſal.44.
gni tui: Dilexiſti iuſticiam & odiſti iniquitatem, prop-
terea vnxit te deus deus tuus oleo exultationis præ par-
ticipibus tuis? Quo modo deus, cuius thronus eſt in ſe-
culũ ſeculi vngitur à deo, niſi Chriſtus Ieſus, qui ex ip- M
ſa vnctione Chriſti nomẽ accepit? Chriſma quippe vn-
ctio, Chriſtus vnctus eſt. Quis erat qui dixit, quod ipſe Mar.12.
Chriſtus de ſe teſtatur eſſe prædictum, Dixit dominus Pſal.109.
domino meo, ſede à dextris meis, Donec ponã inimi-
cos tuos ſub pedibus tuis? Et hoc Dauid in ſpiritu dixiſ-
ſe confirmat, quem ſpiritum negat iſte fuiſſe ſuper ter-
ram ante domini aduentũ. Quid eſt quod ait Apoſto- Roma.15.
lus, Dicit autem Eſaias, Erit radix Ieſſe, & qui exurget Eſa.11.
regnare in gentibus, in eum gentes ſperabunt? Quis e-
rat ſpiritus qui per eundem Eſaiam tanto antè prædi-
xit, Iſte peccata noſtra portat, & pro nobis dolet, & nos Eſa.53.
putauimus eũ eſſe in dolore, & in plaga, & in afflictio-
ne. Ipſe vulneratus eſt propter peccata noſtra, & infir-
matus eſt propter iniquitates noſtras, diſciplina pacis
noſtrę ſuper eum: liuore eius ſanati ſumus: omnes quaſi
oues errauimus: homo in via ſua errauit: & domin⁹ tra
didit eum propter iniquitates noſtras, & ipſe propter
afflictionẽ non aperuit os. Sicut ouis ad victimam du-
ctus eſt, & ſicut agnus coram tondente mutus, ſic non
aperuit os ſuum, In humilitate iudicium eius ſublatum
eſt, generationem illius quis enarrabit? quia tolletur de
terra

A terra vita eius. Ab iniquitatibus populi mei ductus eſt
ad mortem: & cætera quæ contexere longum eſt? Vbi
Galat.4. etiam de Eccleſia tanto antè prędictū eſt, quod ab Apo
ſtolo legimus commemoratum, & nunc iam videmus
Eſa.54. impletum, Lætare ſterilis quæ non paris, erumpe & ex-
clama quæ non parturis, quia multi filij deſertæ magis
quàm eius quæ habet virum. Dixit enim dominus, Di
lata locum tabernaculi tui, & aulæorū tuorum, fige, ne
parcas, protende funiculos, & clauos tuos cōforta. Ad-
huc in dextris & ſiniſtris dilata, & ſemen tuum poſsi-
debit gentes, & ciuitates deſertas habitari facies: Noli
timere quia cōfuſa es, neque reuerearis quia exprobra-
tum tibi eſt. Confuſionem enim æternam obliuiſceris,
& opprobrij viduitatis tuæ memor non eris. Quia do-
minus qui fecit te, dominus Sabaoth nomen ei: & qui
eruit te deus Iſraël, deus omnis terræ vocabitur. Quis
Danie.7. eſt qui dixit, Videbam in viſu noctis, & ecce cum nubi-
bus cœli, vt filius hominis erat veniens, & vſque ad ve-
B tuſtum dierum peruenit, & in conſpectu eius prælatus
eſt: & ipſi datus eſt principatus, & honor, & regnum: &
omnes populi, tribus, & lingnę ipſi ſeruiēt: poteſtas eius
poteſtas perpetua quæ non tranſibit, & regnū eius non
corrūpetur? Hæc & alia multa atq; manifeſta de Chri-
ſto & Eccleſia, vnde prædicta ſunt, quæ ſic videm⁹ im-
pleta, & cōſonantibus Euangelicis atque Apoſtolicis li
teris, etiam ſperamus implenda: ſi ſpiritus dei ante ad-
uentum Chriſti non fuit ſuper terram: vel ſi à Prophe-
tis Iſraël non eſt Chriſti prænunciatus aduentus, ſicut
hic deſipit: qui Chriſtum negando antè promiſſum, nō
habet vnde aſſerat miſſum? Et merito, quia ipſe quem
prædicat, nec miſſus eſt, nec pmiſſus. Verus quippe nō
Cap.IIII. eſt, ſed fictus. Iam illud non miror, quod homo in-
eruditus de Prophetis Iudęorū exiſtimat dictum, quod
Titum.1. ait Apoſtolus, Dixit quidā ex ipſis proprius eorū Pro-
pheta, Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ven-
tres pigri: teſtimoniū hoc verum eſt, Ignorans dictum
eſſe de quodam Epimenide qui Cretenſis fuit, in cuius
libris hoc inuenitur, qui homo inter Prophetas dei nō
inuenitur: nec ad illa eloquia dei pertinet, quæ Iudæis
C dicit credita, qui nō mentitur. Ideo non cōmemorauit
Apoſtolus nomen eius, ſicut ſolet commemorare Pro-
phetas dei aliquādo dicens, ſicut & Dauid dicit, Eſaias
autem audet & dicit, ſicut & Oſee dicit, Vel tacitis eorū
nominibus, cum dicit ſicut ſcriptum eſt, & ea ſcriptura
intelligitur in qua eſt authoritas dei: aut euidenter deū
dicere aſſerit, cum aliquod adhibet teſtimonium de le-
Deut.25. ge vel Prophetis dei, quale eſt illud, Boui trituranti os
1.Cor.9. nō infrænabis. Nunquid de bubus, inquit, cura eſt deo?
an propter nos ſcriptura dicit? oſtendens vtiq; in eadē
Gala.3. ſcriptura deum loqui. Vel illud, Prouidens autē ſcrip-
tura, quia ex fide iuſtificat gentes deus, prænunciauit A-
Gene.22. brahę dicens, In ſemine tuo benedicentur omnes gen-
tes. Ipſam ſcripturam pro deo poſuit, quia dei eſt. Vel il
Roma.4. lud de Abrahā, In promiſsione, inquit, dei non hæſita-
uit incredulitate, ſed confortatus eſt fide, dans gloriam
deo, & pleniſsime credēs, quia quæ promiſit, potens eſt
& facere. Contra quam diuinā & apoſtolicam vocem,
canis iſte rabioſus oblatrans, auſus eſt dicere, Abraham
deo ſuo promittenti prolem nō credidiſſe, ignorans il-
Gene.17. lud quod ait, Si mihi centū annos habenti naſcetur fi-
lius: admirantis eſſe gaudium, non diffidentiam dubi-
Roma.9. tantis, Vel illud, Non poteſt excidere verbum dei. Nō
enim omnes ex Iſraël, ij ſunt Iſraëlitæ, neq; qui ſunt ſe-
men Abrahā omnes filij, ſed in Iſaac vocabitur tibi ſe-
men: hoc eſt, nō ij qui filij carnis, hi filij dei, ſed filij pro-

miſsionis deputātur in ſemine. Vel illud de Helia, Sed D
quid dicit illi reſponſum diuinum? Reliqui mihi ſeptē *Roma.11.*
milia virorum qui non curuauerunt genua ante Baal. *3.Reg.19.*
His atque huiuſmodi atteſtationibus dei boni & veri
eſſe ſcripturas, illas quas iſte blaſphemat, apoſtolica cō-
mendat authoritas. Vbi autem etiam aliquid de autho-
ribus gentium dicit Apoſtolus, nō eos appellant Pro-
phetas dei, nec illarum ſcripturarū deum dicit autho-
rem, quamuis ibi aliqua vera reperiat: ſicut de iſto Cre-
tenſi ait, Dixit quidā ex ipſis proprius eorum Prophe- *Titum.1.*
ta, Cretenſes ſemper mendaces: nō ergo ait, Iudæorum
proprius, ſed Cretenſium. Quod vtique ad hoc dictum
eſt, ne dei Propheta putaretur. Et in Actibus Apoſtolo-
rum cum loqueretur Athenienſibus, ait de deo, In illo *Acto.17.*
enim viuimus, & mouemur, & ſumus: ſicut & quidam
ſecundū vos dixerunt. Sed Apoſtolis, inquit, dominum
noſtrum interrogātibus de Iudæorum prophetis quid
ſentiri deberet, qui de aduentu eius aliquid cecinisse in
præteritum putabantur, cōmotus talia eos etiam nunc E
ſentire reſpondit: Dimiſiſtis viuum qui ante vos eſt, &
de mortuis fabulamini. Quid mirum, quandoquidem
hoc teſtimoniū de ſcripturis neſcio quibus apocryphis
protulit, ſi de Prophetis dei talia cōfinxerunt hæretici,
qui eaſdem literas nō accipiunt? Nam in Euāgelio do-
minus, quod non eſt apocryphum, ſed in luce veritatis
omnibus notum, etiam poſt reſurrectionem diſcipulis
in itinere comitatus, incipiēs à Moyſe, per omnes Pro-
phetas hæc de ſe quæ facta fuerant, prædicta monſtra-
uit. De ipſa, inquit, iterum arguit, vbi dicit: Multi mihi *Lucæ.24.*
dicēt in illa die: Domine, in nomine tuo dæmonia eie- *Matt.7.*
cimus, & in nomine tuo prophetauimus, & in nomine
tuo virtutes multas fecimus. Et tunc dicam illis: Rece-
dite à me, quia nunquā vos ſciui, quia operati eſtis ini-
quitatem. Abſit vt iſta de Prophetis ſanctis, in quibus
erat Moyſes & cæteri, dominus dixerit: ſed dictum eſt
de iis qui poſt eius Euangelium prædicatum in eius no
mine ſibi loqui videntur, neſcientes quid loquantur: in
quibus & iſte ſibi locum periturus inuenit. Illud quoq; F
ait dixiſſe dominum: Ego ſum ianua ouium: Omnes a-
lij qui ante me venerunt fures ſunt & latrones: Non au
tem ita ſcriptum eſt, ſed ita: Omnes quotquot venerūt, *Ioan.10.*
fures ſunt & latrones. Veniſſe quippe hoc loco intelli-
gi voluit eos qui miſsi non fuiſſent. Quos arguit etiam
Hieremias, dicēs: Hæc dicit dominus de Prophetis qui *Hiere.14.*
prophetant in nomine meo, & ego non miſi eos. Illi au
tē quos inſanus iſte blaſphemat, à domino miſsi ſunt,
nō ſponte venerunt. Quos & dominus per parabolam
quidem, ſed apertiſsima ſignificatione declarat, vbi di-
cit: Aliā parabolam audite: Homo erat paterfamiliàs, *Matth.21.*
qui plantauit vineam, & ſepem circundedit ei, & fodit
in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agri-
colis, & peregre profectus eſt. Cum autem tempus fru-
ctuum appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas,
vt acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehenſis ſer-
uis eius, alium cęciderunt, alium occiderunt, alium ve-
ro lapidauerunt. Iterum miſit alios ſeruos plures prio-
ribus, & fecerunt illis ſimiliter. Nouiſsime autem miſit
ad eos filium ſuum dicens: Verebuntur filium meum.
Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra ſe: Hic
eſt hæres: Venite occidamus eum, & habebimus hære-
ditatem eius. Et apprehēſum eum eiecerunt eum foras
extra vineam, & occiderunt. Cum ergo venerit domi-
nus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi: Malos
male perdet, & vineam ſuam locabit aliis agricolis, qui
reddant ei fructus tēporibus ſuis. Dicit illis Ieſus: Nun-
quam

Pſal.117. quam legiſtis in ſcripturis : Lapidem quem reprobaue-
G runt ædificãtes, hic factus eſt in caput anguli, A domi-
no factũ eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris? Ideo
dico vobis, quia auferetur à vobis regnum dei, & dabi
tur genti facienti fructus eius. Quid hoc apertius, quid
clarius, quid euidẽtius? Sed iſte de illorum numero eſt,
qui ſeruos patrisfamiliàs huius lapidauerũt. Hoc enim
facit nõ ictibus ſaxeis, ſed maledictionibus duris. Nam
& primitus in gente Iudæorum vineam dei eſſe plan-
tatam, miſſosq; Prophetas ante ipſius ſaluatoris aduen-
tum, parabola iſta teſtatur. Et cum dicit, auferetur à vo-
bis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius:
quod regnum dicit, niſi quod ſperabant, non quod ac-
Ioan.5. ceperant, id eſt vitę æternę? Vnde alibi dicit: Scrutami-
ni ſcripturas, in quibus putatis vos vitam æternam ha-
Lucæ.11. bere, ipſæ teſtimonium perhibent de me, Et alibi : Væ
vobis legis periti, qui tuliſtis clauẽ ſcientię: Ipſi non in-
troiſtis, & eos qui introibant probibuiſtis. Iſtis ne mo-
libus teſtimoniorum non atteritur impudens vanitas?
Quis hunc audit, niſi qui ſcripturas ſanctas non audit,
H aut tam màle audit quàm in eas iſte cæcus incurrit?

Cap.V. Sed ait, de eis dominus, inquit, Parentes veſtri mã-
Ioan.6. na manducauerunt, & mortui ſunt: docens neminem
ipſorum ad dominum pertinuiſſe, quibus mors domi-
nata eſt. Neminem planè, ſed parẽtum illorum quibus
talia loquebatur : Parentes quippe infidelium, quos niſi
infideles volebat intelligi? Vnde alio loco dicit: Vę vo
bis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui ædificatis ſepul-
chra Prophetarum, & ornatis monumẽta iuſtorum, &
Matt.23. dicitis : Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non
eſſemus ſocij eorum in ſanguine Prophetarum: Itaque
eſtis teſtimonio vobiſmetipſis, quia filij eſtis eorum qui
Prophetas occiderunt. Fillos vtiq; dixit imitatione ſce
leris, non propagine generis. Nõ enim quòd ex illis ſe-
cundum carnem nati erãt, hoc eis eſſe poterat crimini,
ſed quod eis ſe ſimiles infideli crudelitate mõſtrabant.
Ideoq; connectit ac dicit: Et vos implete mẽſuram pa-
Ibidem. trum veſtrorum. Serpentes, genimina viperarum, quo
modo fugietis à iudicio gehennæ? Ideo ecce ego mitto
ad vos Propbetas, & ſapientes, & ſcribas, & ex illis oc-
cidetis & crucifigetis: & ex illis flagellabitis in ſynago-
gis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem: vt
I veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſu-
per terram, à ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem
Zachariæ filij Barachiæ, quem occidiſtis inter tẽplum
& altare: Amen dico vobis, veniẽt hæc omnia ſuper ge
neratinnem iſtam. Nempe conſtat, nempe manifeſtum
eſt, imitando eſſe iſtos filios malorũ, à quibus Propbe-
tæ ſancti & iuſti, ab ipſo Abel quem frater occidit, vſq;
ad Zachariam quem iſti occiderunt, perſecutiones im-
piiſsimas & ſceleratiſsimas pertulerũt. Nam quo modo
ſuper iſtos venit illorum ſanguis, qui longe ante vixe-
runt quàm iſti vel naſcerentur : niſi quia vnum genus,
vna conſperſio, vna maſſa eſt impiorum, imitatione ſi-
bimet connexorum? Simul etiam declaratur, in eodem
populo fuiſſe iuſtos atque Prophetas dei : quorum iſti,
quibus hæc loquitur dominus, ædificabant ſepulchra,
ornabãtq; monumẽta. Peior ergo iſte & immanior, qui
eos defunctos lingua maledica lacerat, quibus honorẽ
etiam impij deferebant : & in animam ſuam crudeliter
ſæuiens eos blaſphemat, cum velit videri Chriſtianus,
quos Prophetas & iuſtos aſſerit Chriſtus. Iã vero quòd
adiungere voluit ſanctos patriarchas, Abrahã, & Iſaac,
Ioan.6. & Iacob, his de quibus dominus ait: Patres veſtri man-
ducauerunt mãna in deſerto, & mortui ſunt, quia & iſti
patres mortui ſunt, vtrum fraudulentus, an cæcus ſit po K
tius iudicãdus, incertum eſt. Sed quodlibet eorum eli-
gat, deteſtandus eſt. Hinc enim hoc oſtendere voluit,
quia dominus commemoratis eiſdem patribus, ait, Nõ
eſt deus mortuorum, ſed viuorum: cũ potius eos viuere Matth.22.
dixerit. Adbibito quippe teſtimonio de lege vbi ſcrip-
tum eſt: Ego ſum deus Abraham, & deus Iſaac & deus Exo.3.
Iacob: adiunxit, Nõ eſt deus mortuorum, ſed viuorum.
Et adiecit, Omnes enim illi viuũt: vita vtique vera, qua
iuſti viuunt, etiã quando corpore moriũtur. Sed quan-
do hæc diceret iſte, ſi viueret? In hanc ſententiam vult
accipi & quod ait dominus ad Iudæos : Neque me no- Ioan.8.
ſtis, neque patrem meum, ſed nec verbum dei habetis
in vobis manens. Quod vtique contrarium non eſt ei
quod dixit: Tuliſtis clauem ſcientiæ, ipſi non introiſtis, Lucæ.11.
& eos qui introibant probibuiſtis. In ſemetipſis enim
verbum dei non habebant, ſed in literis quas legebant.
Nam ſi haberent in ſemetipſis, & ipſi intrarent, & alios
intrare permitterent. Non intrare autem, eſt non intel-
ligere. Ecce quare nec ipſum nouerãt, nec eius patrem.
Quia non intelligebant quod legebant, nõ quia deum L
& Chriſtum nõ prædicauerant, quos legebant. Hoc eſt
ergo intrare, non eſſe contentum ſuperficie literæ, ſed
ad interiora intelligentiæ peruenire. Argumẽtatur etiã
de Ioanne Baptiſta, quia dominus ait : In natis mulierũ Matt.11.
non exurrexit maior Ioanne Baptiſta : Qui autem mi-
nor eſt in regno cœlorũ, maior eſt illo : Ita velut ratio-
cinando, tanquam Ioannes non pertineat ad regnum
cœlorũ, & ob hoc multo minus cæteri Prophetæ illius
populi, quibus maior eſt Ioannes. Hęc autem verba do-
mini duobus modis poſſunt rectiſsime intelligi, Aut e-
nim regnũ cœlorum appellauit eo loco domin⁹, quod
nondum accepimus, & in quo nõdum ſumus, vnde &
in fine dicturus eſt: Venite benedicti patris mei, perci- Matt.25.
pite regnũ: & quia ibi ſunt ſancti angeli, quilibet in eis
minor, maior eſt vtiq; quolibet ſancto & iuſto, portan-
te corpus quod corrumpitur & aggrauat animam. Aut Sapien.9.
ſi regnum cœlorum in ea ſentẽtia illic intelligi voluit,
qua & in hoc tẽpore ſignificatur eccleſia, cuius filij ſunt
omnes ab inſtitutione generis humani vſq; nũc, quot-
quot iuſti & ſancti eſſe potuerũt : profecto ſeipſum do-
minus ſignificauit, quia naſcendi tempore minor erat
Ioãne, maior autem diuinitatis æternitate & domini-
ca poteſtate. Proinde ſecũdum priorem expoſitionem M
ita diſtinguitur: In natis mulierũ nemo exurrexit ma- Matt.11.
ior Ioãne Baptiſta : Qui autem minor eſt in regno cœ-
lorum, ac deinde ſubinfertur, maior illo eſt. Secundum
hanc autem poſteriorem ita : In natis mulierum nemo
exurrexit maior Ioãne Baptiſta : Qui autem minor eſt,
ac deinde ſubinfertur, in regno cœlorum maior illo
eſt. Sed vterque intellectus tam cõgruit veritati, quàm
refellẽdæ huius ſufficit vanitati. Siue enim quilibat an-
gelus cæteris minor, Ioãne ſit maior : ſiue hic dominus
intelligatur, Ioanne præcurſore ſuo ætate minor, maie-
ſtate maior, nihil inde Prophetis cæteris derogatur. Po
tuerunt enim eſſe Ioanni aliqui æquales, aliqui eo mi-
nores, nullus autem maior propter ſententiam domi-
ni: omnes tamen ſancti, & iuſti & boni.

Cap.VI. Sed Moy-
ſes, inquit, omnem ſpem futuræ reſurrectionis in ho-
minibus extinxit, qui mortalem eſſe animam pronun-
ciauit, qui eã eſſe ſanguinem dixit. Deinde ratiocinan-
do magnis viribus conatur oſtẽdere, non eſſe animam
ſanguinem, & laborat in re manifeſta, non intelligens
legem. Sic enim dictum eſt : Anima omnis carnis ſan- Leuit.17.
guis eſt: quo modo dictum eſt, Petra erat Chriſtus : Nõ 1.Cor.10.
quia

A quia hoc erat, ſed quia hinc ſignificabatur. Nō autē fru-
ſtra lex animam voluit ſignificare per ſanguinem, rem
ſcilicet inuiſibilem per rem viſibilem: niſi quia ſanguis
per venas omnes ab ipſo corde diffuſus, in noſtro cor-
pore plus cæteris humoribus principatur: ita vt vbicū-
que fuerit vulnus inflictum, non humor alius, ſed ipſe
procedat. Ita quoque anima quia omnibus quibus con-
ſtamus inuiſibiliter præualet, illo melius ſignificatur,
quod omnibus quibus conſtamus viſibilibus præualet.
Illud autem quod Apoſtolus ait: nā & hoc teſtimoniū
1.Cor.15. iſte poſuit, Caro & ſanguis regnū dei non poſsidebūt:
non facit de anima, ſed de reſurrectione corporis quę-
ſtionem. Verū & iſta duobus modis ſoluitur. Aut enim
carnis & ſanguinis nomine corruptionē carnis & ſan-
guinis nuncupauit, quę in reſurrectione nō erit, aut car
nem & ſanguinem, homines ad omnes illecebras ſe-
cularium voluptatum carni & ſanguini deditos, qui re-
gnum dei non poſsidebunt, Totus autem iſte locus A-
poſtolici ſermonis vbi ſcriptum eſt, Caro & ſanguis re
gnum dei non poſsidebunt, ſi conſideretur diligētius,
magis perſuadebit corruptionem carnis ſicut nunc eſt,
B his eum vocabulis appellare voluiſſe, atque ad exponē-
dum quid diceret adiunxiſſe: Neque corruptio incor-
ruptionem poſsidebit. Quia cum facta fuerit quæ in re-
ſurrectione ſperatur illa mutatio, non vtique remane-
bit vlla corruptio. Quamuis ergo & poſt reſurrectionē
Lucæ.24. dominus dixerit diſcipulis ſuis: Palpate & videte, quia
ſpiritus carnem & oſſa non habet ſicut me videtis ha-
bere: tamen ſecundū ſubſtantiam caro erit, non ſecun-
dum corruptionem, quæ nūc carni hoc nomen impo-
Eſa.40. nit. Vnde ait Propheta: Omnis caro fœnum: Nunquid
enim & domini quā leuauit in cœlum? Quo ergo mo-
do appellauit Propheta carnem, vbi ait, Omnis caro fœ
num: dicturus vtique, fœnum aruit: eo modo & Apo-
ſtolus ait, Caro & ſanguis regnum dei nō poſsidebunt.
Quia non ibi erit corruptio, qua nunc ſicut fœnum na-
tura carnis areſcit. Non enim alia ſententia eſt: Neque
corruptio incorruptionē poſsidebit: ſed hæc repetitio,
ſententiæ ſuperioris eſt expoſitio: vt quod ibi dictū eſt,
caro & ſanguis, hic intelligamus corruptionē, nō ſub-
ſtantiam carnis: & quod ibi dictum eſt, regnum dei, hic
intelligamus incorruptionem. Atque ita nihil aliud di-
C ctum putemus, Caro & ſanguis regnum dei non poſsi-
debunt: quàm ſi diceretur, Corruptio incorruptionem
nō poſsidebit: id eſt corruptio carnis & ſanguinis in il
lius regni incorruptione nō erit: propter immutationē
ſcilicet, de qua mox locutus adiūxit: Oportet corrupti-
bile hoc induere incorruptionē. Ita corruptio quæ car-
nis & ſanguinis nomine ſignificata eſt, in regni illius
incorruptione non erit: quia caro quæ nūc corruptibi-
lis eſt, tunc mutata incorruptibilis erit. Moyſes autem
homo dei ſi animam crediduſſet eſſe mortalem, quod
vtique credidiſſet, ſi eam ſanguinem nō ſignificationis
ſed proprietatis cauſa eſſe dixiſſet, nō alio loco diceret:
Nume. 19. Omnis qui contigerit mortuum ab omni anima homi
nis, & mortuus fuerit, & nō fuerit purificatus, taberna-
† extermi- culū domini polluit: execretur † anima illius ex Iſraël,
nabitur. quoniam aqua aſperſionis non eſt circūaſperſa ſuper
eum, immundus eſt, adhuc immūdicia eius in ipſo eſt.
Adhuc vtiq; dixit, etiam poſt mortem, quia non eſt pu-
rificatus: Vbi præfiguratum lauachrum regenerationis
intelligit, quod accipit qui baptizatur in Chriſto, quiſ-
Ioan.5. quis fideliter audit: Si crederetis Moyſi, crederetis &
Cap.VII. mihi, de me enim ille ſcripſit. Quid autem mirum
ſi iſte infœlix à luce veritatis auerſus, & ob hoc luci ve-
ritatis aduerſus, ea quæ non intelligit in nouo teſtamē- D
to, obiicit veteri teſtamento, ſicut etiam illud de Apo-
ſtolo Paulo, vbi ait ad Corinthios: Quod ſi miniſtratio 2.Cor.3.
mortis in literis formata lapideis facta eſt in gloriam,
ita vt non poſſent filij Iſraël intendere in faciem Moy-
ſi propter gloriam vultus eius quæ deſtruitur, quare nō
magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? Nam ſi mini-
ſtratio damnationis gloria eſt, multo magis miniſtra-
tio iuſticiæ erit † in gloria: Etenim nō glorificatum eſt †abūdabit
in hac parte id quod declaratū eſt, propter excellētem
claritatem: Nam ſi id quod deſtruitur, in gloria eſt, mul
to magis illud quod manet, ī gloria eſt. Hoc modo iſte
poſuit verba Apoſtolica, nec à meliore interpretatinne
plurimum diſtat. Quia ergo dicta eſt miniſtratio mor-
tis in literis formata lapideis, hinc exiſtimat quòd mor-
ti miniſtrauerit Moyſes: id eſt mortis authori, maligno
ſcilicet ſpiritui, quē mundi huius iſte opinatur authorē:
ignorans miniſtrationem mortis dictam legem, ſecū-
dum illud quod alibi dicit: Litera occidit, ſpiritus autē 2.Cor.3.
viuificat. Lex enim quāuis iuſta & ſancta & bona, præ-
uaricatoribus intulit mortem, quos dei gratia non ad-
iuuit ad iuſticiam legis implēdam. Oportebat enim vt E
in teſtamēto veteri lex imponeretur ſuperbis, & de ſuæ
voluntatis virtute fidentibus, quę non daret iuſticiam,
ſed iuberet: Ac ſic morte præuaricationis impliciti, ad
gratiam confugerent, nō iubentem tantummodo, ſed
iuuantem, quæ nouo teſtamento eſt reuelata. Hinc pu-
tant iſti diuinorū eloquiorum blaſphematores, malam
fuiſſe legē quæ data eſt per Moyſem, quia dicta eſt mi-
niſtratio mortis in literis figurata lapideis: nō intuen-
tes propter eos eſſe dictum, qui ſuo libero arbitrio legē
ſufficere arbitrabantur, & ſpiritu gratiæ non adiuti, rei
præuaricationis, ſub eiuſdē legis litera tenebantur. Vn-
de alibi dicit: Lex iram operatur: Vbi enim lex non eſt, Roma.4.
nec præuaricatio: hinc oſtēdens vnde dixerit, lex iram
operatur. Neque enim eius præuaricatio mala eſſet, niſi
lex ipſa bona eſſet. Multum eſt enim & nimis longum
cuncta colligere, quæ in hanc ſententiam beatus dicit
Apoſtolus, legem diſtinguens à gratia: eo quòd ſub illa
elidātur elati, ſub iſta erigantur eliſi: & quòd illa intā-
tum bona ſit vt bona iubeat, hæc intantū vt bona con-
ferat. Illa iuſticiæ facit auditorem, iſta factorē. Et ideo
ſub illa peccator, inſuper etiam præuaricator amiſſa ex- F
cuſatione ignorātiæ cōuictus iacet: ſub iſta vero & par-
cente & opitulante, nec quia mala eſt operatus extin-
guitur, & vt bona operetur accenditur. Quid ergo mi-
rum ſi illa dicta eſt miniſtratio mortis, vbi litera occi-
dit, malum prohibendo quod fit, & bonum imperādo
quod nō fit: iſta vero dicta eſt miniſtratio ſpiritus vti-
que viuificantis, vt à præuaricationis morte ſurgamus,
& iuſticiā non rei legamus in tabulis, ſed liberi in cor-
dibus & in moribus habeamus: hoc eſt teſtamentū no-
uum diſtans à vetere, quia ibi vetus homo formidinis
coartatur anguſtiis, hic nouus homo ſpaciatur latitudi-
ne charitatis. Quod autem dictum eſt de miniſtro ve-
teris teſtamenti Moyſe, quòd non poterant intendere Exo.34.
filij Iſraël in faciem eius propter gloriam vultus eius,
ſignum erat quia in lege Chriſtum intellecturi non e- 2.Cor.3.
rant: Et ideo velamen inter faciem Moyſi & ipſos po-
ſitum erat, vt nō intenderent, ſicut ſcriptum eſt, filij Iſ-
raël vſque in finem: Finis autem legis quis eſt? Ad hoc
non ego, ſed Apoſtolus ipſe reſpondeat: Finis enim le- Roma.10.
gis, inquit Chriſtus, ad iuſticiam omni credenti: Finis
perficiēs, non interficiens. Finis quippe dicitur propter
quem fiunt omnia quæcūque aliquo fiunt officio: Nam
inter

G inter officium & finem hoc diſtat, quòd officium eſt in
eis quæ facere debem⁹: finis, propter quē facimus. Quia
itaque illa omnia propter Chriſtum fiebant, quem filij
Iſraël in eis quæ faciebant nō intelligebant: hoc ſigni-
ficabat velamen, quod eos vſque in finem non ſinebat
intēdere, id eſt, vſque ad faciem Moyſi, quę ſignificabat
Chriſtum. Sed ideo dictum eſt quòd euacuetur hęc glo
ria, quia omnes vmbræ ſignificantes euacuantur, cum
res quæ ſignificatur aduenerit. Quemadmodum enim
ſcientia quæ nunc eſt euacuabitur, ſicut idem dicit A-
1.Cor.13. poſtolus: cum venerit illa quam dicit facie ad faciem:
ſic & iſta quæ in vmbris tradita erant Iudæis in veteri
teſtamēto, neceſſe fuit euacuari reuelatione teſtamenti
noui. Nec ſanè omnes in illo populo non intelligebant
Chriſtum, per illas vmbras teſtamenti veteris figuratū.
Neque enim hæc ipſe Moyſes & cæteri Prophetæ non
intelligebant, qui eum poſteris pręnunciabant. Nam &
in ipſa epiſtola ad Corinthios vbi hæc dicuntur, quæ
iſte non intelligens poſuit tāquam aduerſa & inimica
2.Cor.4. veteri teſtamento, cur dicit: Habentes autem eundem
Pſal.115. ſpiritum fidei, ſecundum quod ſcriptum eſt: Credidi,
H propter quod locut⁹ ſum: & nos credimus, ꝓpter quod
& loquimur? Vbi enim ſcriptum eſt: Credidi, propter
quod & locutus ſum? Vtique in Pſalmis, ad illa dei elo-
quia pertinentibus, quæ credita ſunt Iudæis. Eundē, in-
quit, ſpiritum fidei habētes. Quid eſt, eūdem, niſi quem
habebant etiam illi per quos hæc miniſtrata ſunt? Cur
etiam in eadem Epiſtola de lege teſtimonium poſuit,
cum præmiſiſſet: Vt veſtra abundantia ſit ad illorum
2.Cor.8. inopiam, & illorum abundātia fiat in veſtram inopiā,
vt fiat æqualitas: ſubiungens & dicēs, ſicut ſcriptum eſt:
Exo.16. Qui multum, non abundauit: & qui modicum, non de-
fuit illi. Cur eis importat legis authoritatem, quam di-
cit fuiſſe miniſtrationem mortis, ſi eo modo intellexit,
quo modo iſta peſtis intelligit? Atq; vt omnes auferan-
tur ambages, quónam modo & lex miniſtratio mortis
recte dicta ſit, & tamen ſancta & iuſta & bona ſit, illud
recolamus quod in Epiſtola poſitum eſt ad Romanos.
Cū enim dixiſſet: Ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus,
Roma.7. & nō in vetuſtate literæ: quæ ſententia ſimillima eſt il-
li quam iſte non intelligens poſuit: continuo proſpexit
iſtos futuros verboſos atque blaſphemos, qui putaturi
eſſent ex hoc legem fuiſſe reprehenſam, moxq; ſubiun-
I xit, Quid ergo dicemus, lex peccatū eſt? Abſit: Sed pec-
catum non cognoui niſi per legem. Nam concupiſcē-
tiam neſciebam, niſi lex diceret: Non concupiſces. Oc-
Exo.20. caſione autem accepta peccatum per mandatum ope-
ratum eſt in me omnem concupiſcentiam. Sine lege
enim peccatum mortuum eſt: Ego autem viuebam ali-
quando ſine lege: Adueniēte autē mandato, peccatum
reuixit: Ego autem mortuus ſuum, & inuētum eſt mihi
mandatum quod erat in vitam, hoc eſſe in mortē. Pec
catum enim occaſione accepta per mandatum fefellit
me, & per illud occidit: Itaq; lex quidem ſancta, & mā-
datum ſanctum & iuſtum & bonum. Quod ergo bonū
eſt, mihi factum eſt mors? Abſit: Sed peccatum vt appa-
reat peccatum, per bonum mihi operatum eſt mortem.
Ecce quid eſt miniſtratio mortis, ecce quid eſt litera
occidit: ecce quemadmodum lex non eſt peccatum, &
mandatum in vitam, & lex ſancta, & mandatum ſan-
ctum & iuſtum & bonum: & tamen quia de ipſo bono
interficitur inobediens anima, vbi dei non adiuuat gra
tia, miniſtratio mortis facta eſt lex in veteri teſtamen-
to propter occidentem literam, & miniſtratio vitæ fa-
cta eſt gratia in nouo teſtamēto, propter viuificantem
ſpiritum. Quod eſt autem miniſtratio mortis & mini- K
ſtratio dānationis: hoc eſt, occaſione accepta peccatū
per mandatum operatum eſt in me omnem concupi-
ſcentiam: hoc eſt, adueniente mandato peccatum reui-
xit: hoc eſt, inuentum eſt mihi mandatum quod erat in
vitā, hoc eſſe in mortē: hoc eſt, occaſione accepta pec-
catum per mandatum fefellit me, & per illud occidit:
hoc eſt, lex ſubintrauit, vt abundaret delictum: hoc eſt, Roma.5.
lex iram operatur: hoc eſt, virtus peccati lex. Prohibitio
enim peccati quod eſt lex, auget profecto deſideriū pec
candi: quod non extinguitur, niſi contrario deſiderio
recte faciēdi, vbi fides per dilectionem operatur: Hoc Galat.5.
autē non præſtat litera iubens, ſed ſpiritus iuuans, non
lex ergo, ſed gratia, non vetus teſtamentum in ſeruitu-
tem generans, quod eſt Agar, ſed nouum in quo non Gala.4.
ſunt ancillæ filij, ſed liberæ, qua libertate Chriſtus nos
liberauit: Et tamen lex ſancta eſt, & mādatum ſanctum
& iuſtum & bonū. Et per hoc ergo mādatum ſanctum
& iuſtum & bonum, in his qui habent ſpiritum Chriſti
operatur peccatum omnem cōcupiſcentiam: Qualem
ſe fuiſſe in veteri teſtamento etiā ipſe Apoſtolus oſten- L
dens, Occaſione, inquit, accepta peccatū per mādatum Roma.7.
operatum eſt in me omnem concupiſcentiā. Per quod
mādatum, niſi quod ait: Concupiſcentiam neſciebam,
niſi lex diceret, non concupiſces? Nunquid malum eſt
non concupiſcere? Immò maxime bonum. Bona eſt ergo
lex quæ hoc dicit, ſed vbi non adeſt viuificās ſpiritus,
hæc ipſa lex quam bonā dicit occidit: quia peccati vir-
tus eſt, cum per illam operatur omnem concupiſcen-
tiam, inflāmando prohibitionem: quod non extingui-
tur per iubentem literā timore pœnæ, ſed per iuuantem
ſpiritum dilectione iuſticiæ. Ideo ait: Peccatū vt appa-
reat peccatum, per bonum mihi operatum eſt mortē,
Non enim ait, per malum: ſed, per bonum. Hic euigilēt
ſi poſſunt, qui legē dei atque eius miniſtrum Moyſem,
cęco & furioſo corde reprehēdunt. Ideo quippe eſt mi
niſtratio mortis, quia peccatum per bonum operatum
eſt mortem: Ideo eſt miniſtratio dānationis, quia pec-
catum per bonum operatum eſt dānationem: Non au-
tem omnes qui Chriſtiani appellātur, ad Chriſtū trāſ-
eunt: ſed quibus aufertur velamē, quod in lectione ve- M
teris teſtamenti manet. Qui enim ſunt in veteri teſta-
mento, impediente velamine, nec vetus intelligunt, nec
nouum. Qui autem trāſeunt ad Chriſtum, remoto ve-
lamine per nouum, intelligunt & vetus & nouum. Vti-
nam & iſti cæci oppugnatores legis & Prophetarum
ſic tranſeant ad Chriſtum, vt non ſint in eis, in quibus
obuelatum eſt & ipſum Euangelium. In his enim qui
pereūt, eſſe obuelatum ait Apoſtolus, in quibus deus ſe- 2.Cor.4.
culi huius excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat
illuminatio Euangelij glorię Chriſti, qui eſt imago dei.
Vbi miſer iſte deum ſeculi huius vult intelligi malum,
tāquam illi ſeruiret Moyſes in veteri teſtamento, quaſi
hoc Apoſtolus dixerit. Vbi ſi neceſſe eſſet intelligi deū
ſeculi huius, deum impiorū, hoc eſt diabolum: quoniā
omnes dij gentium dæmonia, & vtique multo maxime Pſal.95.
princeps dæmoniorū: non mirum eſſet, quādoquidem
quorundam deus etiam venter eſt dictus: Ait enim A-
poſtolus, Quorum deus venter eſt: nec ideo deus vēter Philip.3.
eſt. Ita ſi poteſt dici deus huius ſeculi diabolus, nō ideo
diabolus deus eſt: quia nec dæmonia ſunt dij, quanuis Pſal.95.
dij gentium ſint dæmonia. Poteſt quippe ſeculū in ma-
lo intelligi: Vnde dicit Apoſtolus Petr⁹: Eripite vos de
præſenti ſeculo maligno. Sed cum alter pateat intelle-
ctus, qui neceſſe eſt hic diabolum putare ſignificatum,
ac non

A ac nõ potius deum verum iuſtum & bonum, qui excæ-
cauit mentes infidelium ſeculi huius: vt non hic diſtin-
guatur, in quibus deus ſeculi huius, ac deinde ſubinfera-
tur, excæcauit mentes infidelium: ſed ita potius, In qui-
bus deus, ac deinde ſubinferatur, ſeculi huius excæcauit
mẽtes infidelium: hoc eſt, infidelium ſeculi huius men-
Cap. VIII. tes excæcauit. Sed iſtis nõ placet vt deus bonus men
tes excæcet aliquorum. Non enim attendunt ſaluatoris
Ioan. 9. verba dicentis: In iudicium ego in hunc mũdum veni,
vt qui non vident videant, & qui vident, cæci fiant. Ille
Roma. 6. igitur qui ſecundum apoſtolicam ſentẽtiam cuius vult
miſeretur, & quem vult obdurat, proculdubio quẽ vult
illuminat: & quem vult excæcat. Sed non eſt iniquitas
Pſal. 100. apud deum, cui dicit eccleſia, Miſericordiã & iudicium
cãtabo tibi domine: Illuminat ergo miſericordia, excę-
cat iudicio, vtique æquiſsimo, & ſi occultiſsimo. Inſcru
Roma. 11. tabilia enim ſunt iudicia eius: Cui tamen dicitur: Sedi-
Pſalm. 9. ſti ſuper thronum qui iudicas æquitatem. Huic deo ſer-
uiuit Moyſes, cæteriq; Prophetę, quos iuſtos ſine dubio
dominus ipſe teſtatur. Horum quippe Iudæi ſepulchra
B conſtruebãt, & monumenta ornabãt, quibus dicit: Ae-
Matth. 23. dificatis ſepulchra Prophetarum, & ornatis monumẽta
iuſtorũ. Sed illi omnes, & ſi pro temporis diſpẽſatione
veteris teſtamẽti miniſtrabãt figuras, ad nouum tamen
teſtamentum, quamuis nõdum reuelatum, per gratiam
dei pertinebãt, ad quod pertinebat Abrahã. Hinc quip-
pe iſti ſi remoto velamine legerẽt, intelligerent ita nõ
eſſe inimicũ Euãgelium legi, quæ data eſt per Moyſem,
ſicut inter ſe nõ ſunt inimici, Abraham & ipſe Moyſes:
quos vtique & iſti eundem coluiſſe confitentur deum,
quamuis eum ſic blaſphement, vt eſſe deum negẽt. Et ta-
men Apoſtolus, promiſsiones quæ factæ ſunt Abrahæ,
quia nouum teſtamentum ſignificabant, ſic opponit le-
gi per Moyſem datæ, vt hæc duo inter ſe inimica vi-
Roma. 4. deãtur. Quid enim aliud ad Romanos dicit: Nõ enim
per legem promiſsio Abrahæ aut ſemini eius, vt hæres
eſſet mũdi, ſed per iuſticiã fidei. Si enim qui per legem
hęredes ſunt, exinanita eſt fides, & euacuata eſt promiſ-
ſio: lex enim iram operatur. Vbi enim lex non eſt, nec
pręuaricatio. Attendant quemadmodũ ſic diſputat ve-
luti cõtra legẽ, vt eam priore illa quę facta eſt ad Abra-
ham promiſsione conuincat, quòd non ſint hæredes ex
C lege quicunque ſunt hæredes dei, ſed ex promiſsione.
Galat. 3. Itemq; ad Galatas: Fratres, inquit, ſecundum hominem
dico: tamen hominis confirmatum teſtamẽtum nemo
irritum facit, aut ſuperordinat: Abrahæ dictæ ſunt pro-
miſsiones & ſemini eius. Non dicit, & ſeminibus, tan-
quam in multis, ſed tanquam in vno, & ſemini tuo, qui
eſt Chriſtus. Hoc autem dico, teſtamẽtum cõfirmatum
à deo, quæ poſt quadringentos & triginta annos facta
eſt lex, non infirmat ad euacuandam promiſsionem. Si
enim ex lege hæreditas, iam non ex promiſsione. Abra-
hæ autem per repromiſsionem donauit deus. Quid er-
go lex? Tranſgreſsionis gratia propoſita eſt, donec ve-
niret ſemen cui promiſſum eſt. Neſcio verum iſti qui le-
gem non intelligentes criminantur, inueniant aliquid
ex Euangelio vel ex Apoſtolicis literis, quod ita videa-
tur eidem legi aduerſum eſſe atque contrarium, quem-
admodũ hoc videtur, quod ex promiſsionibus quæ A-
brahæ factæ ſunt opponit Apoſtolus. Si ergo legẽ ode-
Cap. IX. runt, Abraham diligant. Sed nec hoc volunt: Nam
& ipſi patri gẽtium, ad quem promiſsiones factas nunc
in omnibus gentibus videmus impleri, crimen forni-
cationis obiiciunt. Iſte quippe proculdubio cui reſpon-
demus, ex illis ſe eſſe manifeſtat, de quibus prædictum

eſt Apoſtolo dicente: Spiritus autem manifeſte dicit, D
quia in nouiſsimis temporibus recedent quidam à fide, 1. Timo. 4.
attẽdentes ſpiritibus ſeductoribus & doctrinis dæmo-
niorum in hypocriſi mendaciloquorum, cauteriatam
habentes conſcientiam ſuam, prohibentes nubere. Non
enim reperitur Abraham aliquo ſe contaminaſſe adul-
terio, quoniam non lubrico libidinis amauit ancillam,
ſed ab vxore accepit: quando vxor eius fecit de iure ſuo Gene. 16.
quod voluit, volens habere filios de marito ſuo, quan-
uis ex vtero alieno: Vbi nulla omnino laſciuiendi, ſed
ſola cogitata eſt cauſa generandi. Iſte autem Abrahæ,
etiam vſque ad decrepitam ſenectutem, fornicationis
obiicit crimen, profecto quia & poſt mortem Saræ al-
teram duxit. Vbi etſi nullum intelligeretur rei abditæ Gene. 25.
ſacramentum, propter hoc ſolum id facere debuit A-
braham, ne putarent hęretici aduerſus Apoſtolum, qui-
bus etiam Tertullianus aſtipulator aſsiſtit, poſt vxoris
mortem, crimen eſſe ducere vxorem. Sed ſicut ſibi iſte
videtur inuenire in Apoſtolicis literis: quæ dicat con-
tra legem per Moyſem datam, vel contra teſtamentum
vetus: inueniat tale aliquid aduerſus Abraham, quod
ex Euangelicis & Apoſtolicis literis ſonare videatur: E
omnino non inuenit. Vbicunque ille nominatur in li-
bris teſtamenti noui, cum honore debito nominatur:
ita vt Iudæis diceret ipſe dominus: Si filij Abrahæ eſtis, Ioan. 8.
facta Abrahæ facite. Ac per hoc iſte qui blaſphemat A-
braham, Chriſtum profecto blaſphemat, qui tale teſti-
monium perhibet Abrahæ. Sed dicat ſi poteſt, quam
perſonam illarum quinque gerebat Apoſtolus, cum ſic
prædicaret Abraham? Si enim eis qui ſine lege fuerant, 1. Cor. 9.
factus erat quaſi eſſet & ipſe ſine lege, illi Abraham non
nouerant. Ergo aliquem principem, ſiue Romanorum,
ſiue Græcorum, ſiue aliquem Philoſophorum debuit
inuenire quem talibus prædicaret: vt eis, ſicut huic pla-
cet, talem ſe quales ipſi erant fingendo, congrueret: non
Abraham neſcio quem alienigenam patrem gentis He-
brææ, longe ab eorum moribus, longe ab eorum riti-
bus, longe ab eorum cognationibus alienum. Si autem
Iudæis tanquam Iudæus factus erat, aut eis qui ſub lege
erant, tanquam eſſet & ipſe ſub lege, vt quid dicebat,
non eſſe hæredes ex lege? Vt quid dicebat: Lex iram o- Roma. 4.
peratur? Vt quid dicebat: Lex pręuaricatiõis gratia pro-
poſita eſt, quod æquo animo ferre non poſſent qui glo-
riabantur in lege? Quod ſi vt infirmus loquebatur infir- F
mis, & ſic eos, vt fallacibus placet, fallendo lactabat, cur
eos ab vmbris veteribus, in quibus infirmi quieſcebant
ſic perturbabat vt diceret: Ecce ego Paulus dico vobis, Gala. 5.
quia ſi circuncidamini, Chriſtus vobis nihil proderit.
Si autem in illa perſona quinta perfectis ſapiẽtiam lo-
quebatur, quales ſolos iſte dignos putat quos non fallat
Apoſtolus: quare econtrario vult eſſe ipſe perfectus, vt
blaſphemet Abraham, quem ſic perfectum laudat A-
poſtolus, maxime in illis duobus filiis eius, vno de an-
cilla, alio de libera? Si diſplicet illi cum Hiſmaële teſta-
mentũ vetus, cum Iſaac placeat teſtamẽtum nouum. An Galat. 4.
& cõtra Apoſtolum propoſiturus eſt cathedram peſti-
lẽtiæ, & diſputaturus de qualitate figurarum, atq; dictu-
rus non eum debuiſſe figuras rerum honeſtarum de re-
bus turpibus dicere? Res enim turpis huic videtur, etiã
cum ipſa Sara cõcubitus coniugalis, quam liberam ma-
trem noſtram æternam Hieruſalem ſignificare teſtatur
doctor gentium, quamuis narium rugas & frontis ob-
ducat, & criſpato vultu hanc parabolam exhorreat do-
ctor peſtilentium: & multo amplius & aſpernabilius,
quando audit eundem gentium doctorem, quod ſcri-

G ptum eſt de maſculo & fœmina, Erũt duo in carne vna:
Ephe.5. addere & dicere, Sacramentum hoc magnum eſt: Ego
autem dico io Chriſto & in Eccleſia. Itá oe vero vbi
eſſent cognoſceoda tantæ rei ſacrameuta, id eſt, ſacra
ſigna, & in re pudenda, atque in eis verbis quibus vere-
cundia debetur, cognoſci non debuiſſe nec dici, bomo
iſte ſciebat, & beatus Apoſtolus neſciebat? Eat plauè iſte
Ioan.6. retro cum ſuis ſimilibus ſociis qui dixerunt: Durus eſt
hic ſermo, quis eum poteſt audire? Nos autẽ audiamus
& intelligamus duo teſtamẽta in duobus filiis Abrahæ
duabusq; mulieribus eius cõmixtiooe fœtatis: ſicut duos
in carne voa, Chriſtum & Eccleſiam, iſtis oolentibus,
† obſcœnitate. ſine vlla obſcuritate † cognoſcimus: ſicut mediatorem
dei & hominum, hominem Chriſtum Ieſum, carnem
1.Timo.2. ſuam nobis manducãdam, bibendumq; ſanguinẽ dan-
tem, fideli corde atqoe ore ſuſcipimus: quanuis borri-
bilius videatur humaoam carnem manducare, quàm
perimere, & bumanom ſanguinem potare quàm fun-
dere. Atque in omnibus ſanctis ſcripturis, ſecũdum ſa-
H næ fidei regulam figurate dictum vel factũ ſi quid ex-
ponitur, de quibuſlibet rebus & verbis quæ ſacris pagi-
nis cootioentur, expoſitio illa ducatur, non aſpernan-
ter, ſed ſapienter audiamus: Et relinquamus iſtum ina-
nia garrientem, & neſciendo quid loquatur, quadam, ſi
dici poteſt, imperita peritia de figurarum qualitate tra-
ctaotem. Qui cum dicit rebus congruis noo cootrariis
aliquid eſſe ſignificandum, poteſt vanus dicere, ſemper
deum lucido auro, nunquam nigro atramento ſcribi
1.Ioan.1. oportere: quoniam deus lux eſt, & teoebræ in eo non
ſunt vllæ. Non eſt enim quòd putet Apoſtolum, vt con-
grueret infirmis & imperfectis, multa falſa & impro-
banda dixiſſe, quia teſtimoniis quæ de lege ac prophe-
tis ponit, quàm venerabiliter ſcripturas illas accipiat
per Epiſtolas eius apparet. Nec cogitat tã peruerſo ſen-
ſu poſſe defendi, etiam illa quæ in veteribus dei libris
immundus atque impius, quaſi pius & mundus borre-
ſcit. Nam ſi ei quiſpiã dicat ſimilis eius, ea quæ te offen-
dunt in lege ac Prophetis falſa ſunt, ſed propter iofir-
mos & imperfectos ſic ea ſpiritus ſanctus poni voluit,
quid pari ſuo vaoo contra hoc reſpõdeat noo habebit.
Conuincitur enim regula falſa, ſed ſua, oec ſapieotis ac
I docti, ſed ſtulti ſicut ipſe eſt atque ineruditi manu, ſuo
Cap.X. tamen gladio iugulatur. Poſt hæc ſanè ſacrilegi &
vani hominis ſacrilega vaniloquia, quibus me reſpon-
diſſe ſufficiẽter exiſtimo: hoc eſt, de ioitio geneſeos: De
lucis fabrica: De die vel ſole: De cauſa conſtituendi ho-
minẽ: De peccato Adæ: De fabrica bominis: De perſua-
ſu ſerpentis: De maledicto in homine, & de vitæ arbo-
re: De pœnitentia dei: De diluuio: De arcu in nubibus:
De ioduratione cordis Pharaonis: De ſpiritu meodacij
ſecundum Michæam Prophetam: De teſtimooio Eſaię
Eſa.1. Prophetæ, ꝑpter quod ait: Filios genui & exaltaui, qui-
bus rurſum dicit: Filij ſceleſti, ſemen peſsimum: Et quod
Eſa. 45. item apud eum ſcriptum eſſe dicit: Ego ſum deus faciẽs
bona & creans mala: De perditione populi, mandato
Muyſi: De maledicto quod turpe exiſtimat: De dei, quã
putat, confeſſa crudelitate: De ſtudio quod putat mali-
1.Reg.15. ciæ, iuxta Dauid regem: De eo quod ſcriptum eſt, Pœ-
nitet me quòd conſtituerim Saül io regem: De ſpiritu
Moyſi, cuius ſcripturas putat dixiſſe Apoſtolum fabu-
las aniles: De qualitate figurarum: De Abraham: De fi-
liis Heli ſacerdotis: De ſacrificiis, quæ putat non niſi
dęmonibus exhiberi: De Prophetis dei, quos putat ante
Leuiti.17. aduẽtum domioi non fuiſſe: De eo quod io lege poſitũ
eſt, ſauguinem eſſe animam: De eo cui Moyſes ſeruiuit,
quem putat deum verum non fuiſſe: De varietate per- K
ſooarum, in quibus putat Apoſtolum locutũ eſſe falla-
citer. Quæ omnia non hoc ordine proſecutus ſum, quo
eſt io libro eius, ſed ſicut noſtræ diſputationis ſibimet
connexa ſeries poſtulauit. Poſt hæc ergo omnia titu- *Cap. XI.*
lum poſuit, ita ſe habentem: Diſcretio ſpirituum mali-
gnitatis & bonitatis: Et cœpit contrarus inter ſe breui-
bus crebriſq; ſententiis laudare Chriſtum, & accuſare
legis deum hoc modo, velut eum ad quẽ ſcribebat ex-
hortans: Quare igitur frater, inquit, recedentes ab ini-
quitate præteriti erroris, intendamus Chriſtum verum
ac ſummum deum, non huius ſeculi principem & mun
di factorem, in quo nos peregrinari ſæpiſsime declara-
tum eſt. Intendamus, inquam, illum pium ac mitem, qui
nos ſuę cognationis oſtendens, mundi lumen vocauit:
non illum qui ſecundum ſcripturas Iudaicas terrenum
nobis iudicium † aſsignans, in terra oobis finem indi- *† initium.*
xit. Qui nos fratres appellans, vigilare ac diuioa ſapere
perſuaſit, non illum qui nec dignoſcentiæ quidem ſen-
ſum habere permiſit. Atq; hoc modo cętera multa con-
texuit. Cui loco libri eius ita reſpondendum putaui, vt
etiam ego vos exhortarer, Intẽdamus Chriſtum verum L
& ſummum deum, veri & ſummi dei vnicum filium,
non huius ſeculi malignum principem, ſed mundi, hoc
eſt cœli terræq; factorem, qui nos tanquam peregrinos
vitam temporalem in bac agere mortalitate præcepit.
Intẽdamus inquam illum miſericordem ac mitem qui
nos fratres ſuos fecit gratia, non natura. Ipſe eſt eoim,
non alius ſicut hic putat, qui ſecũdum ſcripturas terre-
num nobis corpus, animam vero flatu dedit, vtrunque
faciens, oon eorum aliquid gigoẽs. Qui nos vigilare ac
diuioa ſapere iuſsit & fecit. Ipſe eſt enim, non alius ſicut
hic putat, qui dignoſcentiam booi ac mali ne peccãdo
experiremur, admonuit. Qui nos ad immortalitatẽ vo-
cans, cœleſtia nobis regna promiſit. Ipſe eſt enim non
alius, ſicut hic putat, qui nos poſt peccatũ reos, ab æter-
næ vitæ fœlicitate ſecreuit, & terreno labore puoiuit.
Qui nos, nõ ſicut iſte dicit, nihil igoorare, ſed vtilia ſci-
re præcepit: Nec ſicut iſte ſentit atque à veritate diſſen-
tit, ſcientiam damoauit io nobis, quæ fit ſapiendo iuſti-
ciam, ſed quæ fit experiendo peccatum. Qui nos quòd
errore moriebamur miſeratus eſt. Ipſe eſt enim, oon a- M
lius, ſicut bic putat, qui nos morti nõ ex quo ſapere cœ-
pimus, quod iſte ait, ſed ex quo deliquimus, deſtinauit.
Qui nos proprias facultates hortatur ſpernere, immo
vero loco tutiore recõdere: cum ipſe ſit, nõ alius, vt hic
putat, qui ſe oon tantum cœleſtium, verumetiam terre-
norum dominum oſtendens, ea quæ impij poſsidebant
expoliatione plectẽdi ſuos, quibus hoc pro tẽpore con-
gruebat, auferre atque habere, ſiue iuſsit, ſiue permiſit.
Qui donat delicta conuerſis, cum ipſe ſit, non alius, vt
hic putat, qui in tertiam & quartam progeniem retri-
buit digoa peruerſis. Qui non omnium, ſicut iſte ait, ſed *Exod.20.*
eorum quos ante præſciuit & prædeſtinauit, delicta di-
mittit. Ipſe eſt autem, non alius ſicut hic putat, qui deli-
cta quorundã, ad pœnalem animi dolorem terroremq;
maiorem, etiam illorum qui ea non admiſerant, non
ſpiritalibus, ſed corporalibus mortibus viodicauit, vt
conditio mortalium qua fuerant poſt paululum mori-
turi, etiam iſto modo ſeruiret dei prouidẽtię, & in vſum
cederet diſciplinæ. Qui nos non in totum iraſci probi-
buit, quãdoquidẽ & ipſe iratus eſt vbi oportuit, ſed ira- *Pſal.4.*
ſci & non peccare pręcepit. Ipſe eſt autem nõ alius, non
qui vindicãdi cauſas ſicut iſte affirmat inquirit, ſed vin
dicaodas cauſas quando ipſe nouit, aduertit. Qui oos
nequando

A nequando iuraremus, monuit: vt quoniã falli poſſumus,
longe fieremus à periurio non iurando. Ipſe eſt autem,
non alius, vt hic putat, qui ſuæ ſententiæ veritatẽ ad in-
credulos increpãdos, vbi opus eſſe iudicauit, etiã iuran
do firmauit. Sicut autẽ homo iurãs adhibet teſtẽ deum,
ita ſeipſum deus. Qui nos in fide verbi veri ſtare iuſsit.
Ipſe eſt enim non alius ſicut hic putat, non qui volun-
tatẽ ſuam, ſicut iſte blaſphemat, ſed qui res quas voluit,
non mutata voluntate mutauit. Qui nos viam veritatis
docuit. Ipſe eſt enim & deus Prophetarũ, qui nunquam
ſicut iſte calũniatur, falſis promiſsionibus ſuos decipit.
Qui nos irreprehenſibiles eſſe mandauit: ipſe eſt enim
& deus Prophetarũ, qui nunquam ſicut iſte criminatur,
ſe ipſe reprehendit, nec eum ſicut hominẽ quicquã pœ-
nituit: ſed rerum futurarum mutationem, quas ſe muta-
turum ſine vlla ſui mutatione ab æterno præſciuit, ve-
lut humana hominibus locutione prædixit. Qui nobis
irã dei metuẽdam, & in Euãgelio cõmendauit. Ipſe eſt
enim & Prophetarum deus, qui non ſui animi pertur-
bationem, ſed iuſtàm ſeueramq́; vindictam, iræ vel in-
dignationis nomine nũcupauit. Qui alterum ab altero
B non vtcũq; lædi, ſed iniuria lædi noluit. Ipſe eſt enim &
prophetarum deus, qui ſiue per homines, ſiue per ange-
los ſanctos, etiam tẽporalibus corporũ mortibus, quos
voluit vtiliter aut mulctauit, aut terruit. Qui dicit ad
concupiſcẽdum non videndam eſſe mulierẽ. Ipſe eſt e-
Exo. 20. nim qui & in lege dixit, Non concupiſces: Nec ſicut iſte
criminatur, indixit ſeptenas ſingulis nuptias, ſed propa
gandi cauſa cõnubia caſta permiſit. Patres autẽ filiarum
maritos non ſolum ipſe non fecit, verumetiam nofie-
ret, ſicut alia inceſta prohibuit. Qui nos ſecundum in-
teriorem renouationem in ſpiritu mẽtis, nec maſculos,
nec fœminas eſſe docuit, ſed ſicut angelos in æternum
ſecum futuros eſſe promiſit: ipſe eſt enim & Propheta-
rum deus, qui maſculum & fœminam propagãdi gene-
ris cauſa nuptiali caſtitate cõiunxit: & ſecũdas nuptias
quæ in nouo quoq; teſtamẽto permittuntur, licitas eſſe
monſtrauit. Vxores autem fratrum, ſed ſine filiis defun-
ctorum, ad excitãdam defuncti poſteritatem, non libi-
dinis, ſed pietatis affectu, in matrimonium ſibi copula-
re præcepit: Patres vero filiarũ coniugiis miſceri omni-
no prohibuit. Qui nos ſuper omne genus ſerpentũ cal-
care ſpiritaliter iuſſit. Ipſe eſt enim & Prophetarũ deus,
C qui populo infideli ad ſignificãda peccata, quorũ vene-
no inuiſibiliter moriebantur, viſibiles ſerpentes quibus
admonerentur, immiſit: & plaga emendatoria, mortes
animarũ, mortibus corporum figurauit. Qui dixit, Da-
Luca. 11. te eleemoſynã, & ecce omnia mũda ſunt vobis. Ipſe eſt
enim & Prophetarũ deus, qui talia etiam Prophetarum
voce mandauit: Nec ſibi voluit primogenitos hominũ
filios immolari, ſed conſecrari: ſignificans primogeni-
tum à mortuis, in quo oportebat omnes à morte perpe-
tua liberari. Qui corruptibilibus cibis incorruptibiles
antepoſuit: ipſe eſt enim & Prophetarũ deus, qui ſacrifi
cia quibus non indiguit, ad ſignificandũ verum ſacrifi-
cium, in vmbris futurorum præcedere voluit: & diſci-
plinæ ſeueritate, mortibus corporum, lõge mitioribus
quàm ſunt æterna ſupplicia gehẽnarũ, perpetrata ſacri-
legia vindicauit. Qui terrenas diuitias non, ſicut iſte di-
cit, dãnari iuſsit, ſed ſpiritales cœleſtesq́; præpoſuit: ipſe
eſt enim & Prophetarum deus, qui facit & diuites beni-
gniſsime largiẽdo: & pauperes iuſtiſsime vel non dan-
do, vel auferẽdo: Qui nos pro inimicis orare iuſsit: ipſe
eſt enim Prophetarũ deus, qui filios parentum manibus
immolari ſibi, vt iſte criminatur, non ſolum nunquam
voluit, verumetiã ne id fieret in lege cõſtituit, Qui ſine D
acceptione perſonarũ benefaciẽdum omnibus intima-
uit: ipſe eſt enim & Prophetarum deus, qui quãdo ſine
diſcretione ætatis aut ſexus occidi homines iuſsit, vnde
ſcit iſte vel quiſquã, quid eis poſt mortẽ bonæ cõpenſa-
tionis attribuit, quorum mortibus viuentes, aut emen-
dauit, aut terruit? Qui nos æquo animo iniurias ſuſtine-
re & donare præcepit, Ipſe eſt enim & Prophetarũ deus,
qui oculum pro oculo, dẽtem pro dẽte, modum poſuit *Exo. 21.*
pœnæ, ne quiſquam ſibi amplius putaret deberi vindi-
ctæ, quàm pertuliſſet iniuriæ. Et hoc ideo, quia de ſapiẽ-
tia dei dictum eſt, quod legem & miſericordiam in lingua
portet. Nec per miſericordiã debita debitorib⁹ noſtris
ſcienter dimitteremus, niſi per legẽ ipſa debita diſcer-
neremus. Qui in tanta poteſtate ſe humilians, ad cõuer-
tẽdos nos factus homo, cum hominibus eſt locutus: ip-
ſe eſt & deus Prophetarum, qui cum primis patribus eſt
locutus: ideo præter ſe dicẽs non eſſe alium deum, quia
etiam ſumma Trinitas, manẽte perſonarum diſcretio-
ne, vnus eſt deus. Qui Apoſtolis ſuis vt gratis darẽt quæ *Matth. 10.*
gratis acceperant, iuſsit. Ad ſuſtentationẽ tamen ſuam
nec aliam tunicã ſecum ferre ideo conſtituit, quia ſecu- E
tus adiunxit, Dignus eſt enim operarius mercede ſua:
vt qui Euãgelium annũciant, ex Euãgelio viuerẽt: Deo
tamen munera offerenda eſſe mõſtrauit, qui nullius in-
diget, & munera ſumendo plus cõfert. Ipſe eſt enim &
Prophetarũ de⁹, qui & munera ſuos accipere vetat, qui- *Deut. 16.*
bus excæcantur oculi iudicãtium: & munera ipſe quan-
uis non egeat, accipit, vt pietate faciat opulẽtas animas
offerẽtium. Qui ſabbatis hominẽ curauit, oſtẽdens iam
eſſe tempus, vt ſecũdum prophetiam canticicãticorum *Cant. 2.*
aſpiraret dies & remouerentur vmbræ. Ipſe eſt enim & *Nume. 15.*
Prophetarum deus, qui hominẽ ligna ſabbatis colligen
tem, quia nõdum duorum teſtamẽtorum tempora di-
ſtinguebat, ſed legem dei cõtumaci & impia mẽte con-
tempſerat, lapidandum eſſe mandauit: eiusq́; corporali
morte, quam poſt paululum omni homini quis dubitet,
affuturam, ſanxit timore obedientiam cæteris profutu-
ram: qui propter ſaluandos homines ſe veniſſe dixit.
Ipſe eſt enim & Prophetarũ de⁹, qui iuſto iudicio quos
vult obdurat, qui ſicut in Euangelio ait, veni in mun- *Ioan. 9.*
dum, non ſolum vt qui non vident videant, ſed etiam
vt qui vident, cæci fiant. Qui mandata vitæ perpetuæ
nobis dedit. Ipſe eſt enim & Prophetarũ deus, qui man- F
data ſancta & iuſta & bona, ſuperbis tamen, non de ip-
ſius gratia, ſed de ſua virtute fidentibus, non quibus vi-
uerent, ſed quibus morerentur vt conuincerentur de-
dit. Sicut Apoſtoli, dicente vno ipſorum, bonus odor *2. Cor. 2.*
Chriſti erant, & in his qui ſalui fiebant, & in his qui per-
ibant: aliis quidem odor vitæ in vitam, aliis odor mor-
tis in mortem. Qui viciatorum ſalus apparuit, dans in- *Matt. 11.*
ceſſum claudis, linguam mutis, auditum ſurdis, lumen
cæcis. Ipſe eſt enim & Prophetarũ deus, qui eadem vi-
cia, non ſolum miſericordiſsime ſanat, verumetiam iu-
ſtiſsime importat, neque enim debet eum quiſquam nõ
minus impia vanitate Chriſto putare contrarium, &
iſtum bonum dicere, Chriſtum autem malum: eo quòd
iſte in virga Aaron aridum lignũ, & nulla radice ſub- *Nume. 17.*
nixum, florem ferre fecit & fructum: Chriſtus autem ar- *Mat. 21.*
borem maledicto areſecit, quia nihil in eo pomorum,
quorum nondum erat tempus, inuenit. Dicens au- *Caput. XII.*
tem alium eſſe pacis & charitatis patrem, alium belli &
furoris authorem, illum volens intelligi Chriſtum, hũc
autem legis & Prophetarum deum: poteſt vanus dice-
re ipſum Chriſtum ſibi eſſe contrarium: aut duos fuiſ-

G ſe non vnum, inter ſe ſcilicet repugnãtes: alium qui di-
Ioan. 14. xit, Pacem do vobis: & alium qui dicit, Nõ veni pacem
Matt. 10. mittere in terram, ſed gladium: maxime quia diſplicet
ei res aliquas bonas malarũ nominibus figurari. Quod
vero alium dicit eſſe inceſtus & adulteriorũ conſcium,
† aliàs, cha alium vero pudicæ caſtitatis† & ſanctimoniæ dominũ:
ritatis. illum diabolum intelligat, Prophetarum autem deum
nouerit, non minus caſtitatis† & ſanctimoniæ dominũ
eſſe quàm Chriſtum: quia deus Apoſtolorum idem ipſe
& Prophetarum, priorum illis tempore, ſed fide ſocio-
rum: ipſe eſt deus in vtroque teſtamento iuſti actus &
piarum orationũ: ipſe eſt in vtroq; author religioſorum
ſacrificiorũ. Videte ſanè vnde probare voluerit huma-
norum corporum vicia, nõ ad deum authorem, ſed po
tius ad diabolum pertinere: quia dominus ait in Euan-
Luca. 13. gelio, de muliere quam ſanam fecit, quòd eam ſatanas
alligauerat decem & octo annos: propter quod erat in-
curua, nec ſe erigere poterat: quaſi ſatanas cum habeat
ſemper cupiditatem nocendi, nocere cuiquã poſſit, niſi
ab omnipotẽte acceperit poteſtatem. Nam quid aliud,
H non ſolũ in libro Iob, quẽ profecto iſte non accipit, ſed
etiam magis in ipſo Euãgelio declaratũ eſt, vbi ſpiritus
Mat. 8. immũdi nec in porcos irent, niſi hoc illis benignus ipſe
ſaluator petẽtibus, quos certe in abyſſum poſſet relega-
re, cõcederet: rem neceſſariã docere nos volens, vt ſci-
licet nouerimus multominꝰ eos poſſe ſua poteſtate no-
cere hominibus, qui nec pecoribus qualibuscũq; potue-
rint. Hãc autem poteſtatem deus bonus, occulta nobis
iuſticia dare dæmonibus poteſt, iniuſte non poteſt. De-
inde quod de antichriſti aduentu & elatione impia di-
2. Theſ. 2. xit Apoſtolus, vult iſte ad hoc trahere, vt ipſum intelli-
gamus Prophetarum deum: vnde potius cõuincitur il-
lud dei eſſe tẽplum, vbi hominem peccati, filium inte-
ritus, extollẽtem ſe ſuper omnẽ deum, & quod colitur,
Apoſtolus ſeſſurũ eſſe prædixit. Deus enim verus eſt, in
cuius tẽplo falſus ille ſeſſurus eſt: Ad quẽ pertinet etiam
iſte, qui ſub nomine Chriſti, quod eſt nomẽ dei, hoc eſt,
Chriſtianũ ſe videri volens, ſuperextollitur cõtra Chri-
ſtum: ſeq; oſtendit antichriſtũ, non vnũ illum maiorem
cæteris, ſed ex his aliquem de quibus dicit Ioãnes Euan
1. Ioan. 2. geliſta: Nunc antichriſti multi [facti] ſunt. Eos enim di-
cebat hæreticos, qui temporibus Apoſtolorum eſſe iam
cœperant: Hi autem cœperũt eſſe poſt aſcẽſionem dũta-
I xat in cœlum domini noſtri Ieſu Chriſti, ab illo Simo-
Acto. 8. ne Mago, quẽ legimus in Actibus Apoſtolorum bapti-
zatum. Poſt hunc autem fuerũt nonnulli diſcipuli eius,
in eadem impietate poſteriores prioribus ſuccedentes:
Quorũ in ſucceſsione quartus extitit Baſilides: Qui pri-
mus apertius auſus eſt dicere, deũ quem gens Iudæa co-
luit, non fuiſſe verũ deum. Poſt iſtos fuit quidam etiam
Carpocrates, qui negauit iſtũ viſibilem mũdum à ſum-
mo deo creatũ, ſed à quibuſdam virtutibꝰ dæmoniorũ.
Negans etiam legem quæ per Moyſem data eſt, deũ de-
diſſe. Cerdon poſtea ſurrexit, qui primus inuenitur di-
xiſſe duos deos, vnum bonum, & alterum malum, lõge
antequam hæreſis Manichæorum emerſiſſet, quorum in
hoc furioſo deliramẽto error eſt notior. Huius Cerdo-
nis Marciõ diſcipulus fuit. Appelles quoq; talia docuit.
† qui Fuerũt etiam à quodã Patricio nõnulli Patriciani, vel †
ſunt ſimiliter aduerſantes diuinis veteribus libris. Hi
omnes apertiſsime cõtra deũ ſentiunt legis & Prophe-
tarum, hoc eſt deum verum, à quo factus eſt mũdus. De
aliqua iſtorũ hæreſi eſt iſte, Nam non eum puto eſſe Ma
nichæum. Sed cuiuſlibet ſit hæretici erroris, vel ipſe, vel
Fabricius, neſcio quis, cuius ſe gloriatur eſſe diſcipulũ,
quãtum ad hũc librum attinet quem miſiſtis, ſatis ei pu- K
to eſſe reſpõſum. Ea quippe furoris eius deiecta ſunt ro-
bora, ex quibꝰ omnes quas in eo volumine ſcripſit blaſ-
phemiæ pullularũt, impiiſsimis in deum maledictis at-
que conuiciis varia loquacitate frondentes. Quarum
omnes ſingillatim ramos ferire, nimis longum fuit, ſed
radices ipſæ fuerant amputandæ. Si autem recenſeatis
quæ contra Fauſtum Manichæum ſcripſimus, & cõtra
Adimantum, qui Manichæi ſectator cum ille viueret
fuiſſe iactatur, multa reperietis quę aduerſus iſtum pari-
ter valeant. Et fortaſſe ſi illa legerentur, vel non omni-
no, vel non multũ neceſſarium fuiſſet hæc ſcribere. Sa-
nè poſt finem libri in quo fine paucitatem hominum in
ſuo errore commẽdat, quia videlicet paucorum eſt ſa-
piẽtia: quod omnibus hæreticis aduerſariis Eccleſiæ ca-
tholicæ, quæ per omnes terras copioſa fertilitate diffun
ditur, in ſua cuiuſque propria vanitate cõmune eſt: om-
nes enim de paucitate gloriantur, & ſeducere ſi poſsint
multitudinem quærũt. Poſt hunc ergo finem libri, rur-
ſus alterius apparet exordium, eiuſdem forſitan homi-
nis authoris, eiuſdem tamen quod non dubitatur erro- L
ris. Diſputare autem cœperat, quòd caro alium haberet
fabricatorem, non deum: vnde cum perpauca dixiſſet,
in ipſo exordio cœpta finita ſunt. Sed vtrũ ipſe author
an ſcriptor codicis nõ potuerit implere quod cœperat,
neſcio. De hac tamen demẽtia hominum non cõſide-
rãtium quid loquãtur, aduerſus Manichæos multa iam
ſcripſimus. Et in huius ipſius operis initio idonea quan
tum exiſtimo iacta ſunt fundamenta, quibus prudens &
pius lector intelligat, non ideo ſubtrahendam carnem
operibus dei, ꝙ ſpiritus natura ſit potior: nec ideo mala
eſſe iſta temporalia, quia merito eis præponũtur æterna:
nec ideo bona terreſtria deteſtanda, quia ſunt cœleſtia
meliora: cũ deus creauerit omnia bona, magnus in ma-
gnis, ſed non paruus in paruis. Iam illud aliud quod in
eodẽ codice ſcribi cœperat, Adimãti opus eſt illius di-
ſcipuli Manichæi, qui proprio nomine Addas dictꝰ eſt,
Vbi de vtroq; teſtamẽto veluti inter ſe cõtraria teſtimo
nia proferũtur verſipelli doloſitate, velut inde oſtenda-
tur vtrũq; ab vno deo eſſe non poſſe, ſed alterum ab al-
tero. Cõtra hoc autem malignum machinamẽtum iam
olim ſcripſimus, vt pauloante commemorauimus, &
ipſum opuſculum noſtrum habere vos credo. Quamuis
quædam ſint perpauca in fine ipſius operis Adimanti, M
quibus non reſpondi: neſcio quibus enim vt fieri ſolet
incurrentibus, quæ magis videbantur vrgere, illa inter-
rupta ſic remãſerunt. Sed vt dixi, in fine perpauca ſunt,
quæ ſi dominus voluerit, quãtocyus explicare curabo.

Libri ſecundi finis.

CONSVLTATIO SIVE COMMONITORIUM Oroſij ad Auguſtinum de errore Priſcillianiſtarum, & Origeniſtarum.

BEatiſsimo patri Auguſtino Epiſcopo Oroſius. Iam quidem ſuggeſſeram ſanctitati tuæ, ſed commonitorium ſuggeſtæ rei & nũc offerre meditabar, cum te expeditum animo ab aliis dictandi neceſsitatibus eſſe ſenſiſſem. Sed quoniã domini mei, filij tui, Eutropius & Paulus Epiſcopi, eadem qua & ego puer veſter, ſalutis omnium vtilitate permoti, commonitorium iam dederunt de aliquantis hæreſibus, nec tamen
omnes

A omnes ſignificarunt, neceſſe me fuit feſtinatò edere, &
coaceruare in vnum omnes perditionum arbores cum
radicibus & ramis ſuis, & offerre igniēti ſpiritui tuo, vt
tu viſo agmine perſpectaq; nequicia, permetiaris, quam
poſsis diſpoſitionem adhibere virtutis. Tu tantum bea-
tiſsime pater, malignas aliorum plantationes vel inſer-
tiones erue atque ſuccide, & verā ſparge ſementem, no-
bis de tuis fontibus rigaturis. Ego deum teſtem ſpōdeo,
& incremētum operis tui ſpero, quia terra illa quæ nūc
ingratos fructus inſyncera cultura exhibet, ſi eandē an-
no illo recondito apud te mandando & replendo viſi-
taueris, vſque in centeſimum fructū profuſa aliquando
liberius vbertate proficiet. Per te dominus deus noſter,
per te, inquam, beate pater quos caſtigauit in gladio, e-
mendet in verbo. Ad te per deum miſſus ſum, de te per
eum ſpero, dum conſidero qualiter actum eſt, quòd huc
venirem. Agoſco cur venerim, ſine voluntate, ſine ne-
ceſsitate, ſine conſenſu. De patria egreſſus ſum occulta
quadā vi actus, donec in iſtius terræ litus allatus ſum.
Hic demū in eum reſipui intellectū, quòd ad te venire
mandabar. Impudentem non indices, ſi accipis cōfiten-
B tem: Fac me ad dilectum dominū meum idoneum ne-
Matth. 13. gociatorē inuēta margarita, non fugitiuū ſeruum euer-
ſa ſubſtātia reuerti. Dilacerati grauius à doctoribus pra-
uis, quàm à cruentiſsimis hoſtibus ſumus. Nos confite-
mur offenſam, tu peruides plagā, quod ſolum supereſt,
adiuuante domino largire medicinā. Breuiter ergo &
quid ante male plantatum cōualuit, & quid poſtea pe-
ius inſertum præualuit, oſtēdam. Priſcillianus, primum
in eo Manichæis miſerior, quod ex veteri quoq; teſta-
mento hæreſim confirmauit, docēs animam quæ à deo
nata ſit, de quodam prōptuario procedere, profiteri an-
te deum ſe pugnaturam, inſtrui adoratu angelorū. De-
hinc deſcēdentem per quoſdam circulos à principati-
bus malignis capi, & ſecūdum voluntatē victoris prin-
cipis in corpora diuerſa cōtrudi, eiſq; aſcribi chirogra-
phum. Vnde & Matheſim præualere firmabat, aſſerens
quod hoc chirographum ſolueret Chriſtus, & affixerit
cruci per paſsionē ſuam: ſicut ipſe Priſcillianus in qua-
dam epiſtola ſua dicit, Hæc prima ſapientia eſt, in ani-
marum typis, diuinarum virtutum intelligere naturas,
& corporis diſpoſitionem. In qua obligatum videtur
cœlum & terra, omneſq; principatus ſeculi videntur
aſtricti ſanctorum diſpoſitiones ſuperare. Nam primū
C deus circulum emittendarum in carne animarum, di-
uinum chirographum, angelorum & dei & omnium
animarum conſenſibus fabricatum patriarchæ tenent,
qui contra formalis militiæ opus poſsidant: & reliqua.
Tradidit autem nomina patriarcharum membra eſſe
animæ, eo quòd eſſet Ruben in capite, Iuda in pectore,
Leui in corde, Beniamin in femoribus: & ſimilia. Con-
trà autem in membris corporis, cœli ſigna eſſe diſpoſi-
ta: id eſt, arietem in capite, taurum in ceruice, geminos
in brachiis, cancrum in pectore, &c. Volens ſubintelli-
gi tenebras æternas, & ex his principem mundi præ-
ceſsiſſe. Et hoc ipſum confirmans ex libro quodam qui
ſcribitur Memoria Apoſtolorum, vbi ſaluator interro-
gari à diſcipulis videtur ſecreto & oſtendere, quia de
parabola Euangelica quæ habet, Exiit ſeminans ſemi-
Ibidem. nare ſemen ſuum, non fuerit ſeminator bonus. Aſſe-
rens, quia ſi bonus fuiſſet, non fuiſſet negligēs, vel ſecus
viam, vel in petroſis, vel in incultis iacere ſemen: volēs
intelligi hunc eſſe ſeminantem, qui animas captas ſpar-
geret in corpora diuerſa quæ vellet. Quo etiam in li-
bro de principe humidorum, & de principe ignis plu-

rima dicta ſunt, volens intelligi, arte, non potentia dei, D
omnia bona agi in hoc mūdo. Dicit enim eſſe virginē *Solœciſm⁹.*
quandam lucem, quam deus volens dare pluuiam ho-
minibus, principi humidorum oſtendit: qui dum eam
apprehendere cupit, commotus conſudat, & pluuiam
facit, & deſtitutus ab ea, mugitu ſuo tonitrua concitat.
Trinitatē autem ſolo verbo loquebatur: nam vnionem
abſque vlla exiſtentia aut proprietate aſſerens, ſublato,
& patrem, filium, & ſpiritum ſanctum, hunc eſſe vnum
Chriſtum dicebat. Tunc duo ciues mei, Auitus, & alius
Auitus, cum iam tam turpem confuſionem, & per ſeip-
ſam veritas ſola nudaret, peregrina petierunt, Nam v-
nus Hieroſolymam, alius Romam profectus eſt. Reuer-
ſi, vnus detulit Origenem, alius Victorinum: ex his duo
bus, alter alteri ceſsit, Priſcillianum tamen ambo dam-
narunt. Victorinum parum nouimus, quia adhuc penè
ante editiones ſuas; Victorini ſectator ceſsit Origeni.
Cœperunt ergo ex Origene magnifica plura proponi,
quæ ex modica occaſione veritas ipſa præcederet. Di-
dicimus enim de Trinitate doctrinam ſatis ſanam,
omnia quæ facta eſſent, à deo facta eſſe, & omnia bona E
valde, & facta de nihilo. Tunc deinde ſcripturarum ſo-
lutiones ſatis ſobrias. Omnia hæc ſtatim à ſapientibus
fideli priſtinorum expurgatione ſuſcepta ſunt. Reman-
ſit ſola offenſa: de nihilo credere tum perſuaſum erat *Solœciſm⁹.*
eſſe animam: non tamen perſuaderi poterat, factam eſſe
de nihilo: argumentantes, quia voluntas de nihilo eſſe
non poſsit. Hoc penè vſque ad nunc manet. Iſti vero
Auiti duo, & cum his ſanctus Baſilius Græcus, qui hæc
beatiſsime docebant, quædam ex libris ipſius Origenis
non recta, vt nunc perintelligūt, tradiderunt. Primum
omnia antequam facta apparerent, ſemper in dei ſa-
pientia facta manſiſſe dicentes, hoc verbo, Deus enim
quæcunque fecit, faciendo non cœpit. Deinde dixerunt
angelorum, principatuum, poteſtatum, animarum ac
dæmonum, vnum principium, & vnam eſſe ſubſtan-
tiam: & vel archangelo, vel animæ, vel dæmoni locum
pro meritorum qualitate datum eſſe, vtētes hoc verbo,
Maiorem locum minor culpa promeruit. Mundum
nouiſsime ideo eſſe factum, vt in eo animæ purgaren-
tur, quæ ante peccarunt: ignem ſanè æternum quo pec-
catores puniātur, neq; eſſe ignem verum, neq; æternum
prædicauerunt: dicentes, dictū eſſe ignem, proprię con-
ſcientię punitionem: æternū autem iuxta etymologiam
Græcam, non eſſe perpetuum, etiam Latino teſtimonio
adiecto: quia dictum ſit in æternum, & in ſeculum ſe-
culi poſtpoſuerit æterno: ac ſic omnes peccatorum ani-
mas poſt purgationem conſcientiæ in vnitatem cor-
poris Chriſti eſſe redituras. Voluerunt etiam de diabo-
lo aſſerere, ſed non præualuerunt: eo quòd cum ſub-
ſtantia in eo bona facta, perire non poſsit, exuſta in to-
tum malicia diaboli, aliquādo ſaluandam eſſe ſubſtan-
tiam. De corpore vero domini ſic tradiderunt: quia
cum vſque ad nos veniens filius dei, poſt tot milia an-
norum ocioſus euſque non fuerit, ſed prædicans re-
miſsionē angelis, poteſtatibus, atque vniuerſis ſuperio-
ribus, cum qualitatem formæ eorum quos viſitaret aſ-
ſumeret, vſque ad palpabilitatem carnis aſſumptionis
ſpecie, craſsius ſe hac paſsione & reſurrectione deter-
minās, rurſus donec vſque ad patrē veniret aſcēdendo
tenuaſſe. Ita neque depoſitum vſque fuiſſe corpus, nec
in corpore vllo regnantem, circumſcribi deum. Crea- *Roma. 8.*
turam quoque ſubiectam corruptioni, non volentem:
intellectam eſſe dicebant, ſolem & lunam & ſtellas, &
hæc non elementarij eſſe fulgoris, ſed rationales pote-

 ſtates:

G ſtates: præbere autem ſeruitium corruptioni, prop-
ter eum qui ſubiecit in ſpe. Hæc ſicut retinere potui, bre
uiter expoſitũ eſt, vt perſpectis omnibus morbis medi-
cinam adhibere feſtines. Eſt veritas Chriſti in me, quia
propter venerabilem reuerentiam ſanctitatis tuæ eſſe
impudẽs nõ auderẽ, niſi euidẽti iudicio & ordinatione
Dei ad illius tãti & talis populi, cui ſicut peccanti plaga
impoſita eſt, ſic poſt plagã cura debetur, remedia profe-
rẽda te electũ, me miſſum eſſe cognoſcerẽ. Memor mei
beatiſsime pater, multorũq; qui mecũ velut ros eloquiũ
tuum, vt ſuper eos deſcendat expectant, eſſe dignare.

Finis Epiſtolæ.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS Epiſcopi, Liber ad Oroſium contra Priſcillianiſtas & Origeniſtas.

H Cap. I. RESpondere tibi quærenti dilectiſsi-
me fili Oroſi, nec ad omnia debeo,
quæ in tuo cõmonitorio poſuiſti,
nec omnino non debeo, ne ſtudiũ
tuum, quod mihi gratiſsimum eſt,
contempſiſſe videar, & ob hoc in-
temperãter offendam. Nam in qui-
buſdam opuſculis noſtris, quæ vel legiſti, vel legere po-
teris, multa dicta ſunt, quæ valeant aduerſus hæreſim
Priſcillianiſtarum: quamuis non mihi eos propoſuerim
refellendos, ſed cum aliud agerem etiam hoc me egiſ-
ſe nunc intelligo, quando ex te audio quid illi ſentiant.
Quod enim eſt aduerſus Manichæos multis à me locis
de anima diſputatum, quæ licet ſecundum quendam
modum ſuum ſit immortalis, tamen in deterius defici-
endo, & in melius proficiendo mutabilis eſſe conuin-
citur, & per hoc non eſſe de dei ſubſtantia dilucidiſsi-
me oſtenditur, ſimul quoque Priſcilliani dogma ſubuer
tit. Hoc enim vno firmiſsime conſtituto, quod & veriſ
ſimum eſt, & in ſeipſo vnuſquiſque admonitus facilli-
me agnoſcit, neq; illi, neq; iſti inueniunt, vnde ſuas fabu
I las texant. Quid enim opus eſt ire per amputandos ra-
mos loquaciſſimi erroris, cuius radicem effodere atque
extirpare cõpendiũ eſt, cũ præſertim & ipſe gratuleris,
iã illa fabuloſiſsima delirãmẽta apud vos eſſe conuicta?

Cap. II. Sed de anima quæſtionem adhucuſq; verſari, vtrum
eam deus, quoniam particulam vel defluxionem eius
non eſſe iam conſtat, ex nihilo creaſſe dicendus ſit, eo
quod durum & impium videatur voluntatem Dei dicere
nihil eſſe, quo volẽte creata eſt. Hoc quidẽ iam nõ per-
tinet ad redarguendã Priſcilliani ſacrilegam vanitatẽ,
Siue enim ex nihilo facta ſit anima, ſiue hoc propterea
dicendũ non ſit, quia dei voluntate facta eſt, quę volun
tas vtiq; non eſt nihil: tamẽ quia facta, & dei natura nõ
eſt, profecto hæreſis illa refellitur, quæ animã primitus
naturã dei eſſe contendit, vt habeat vnde cõcinnet ibi
quicquid aliud falſitatis adiungit. Verũ quia & iſtã quæ-
ſtionẽ ſpernere & indiſcuſſam relinquere non oportet:
quęrendũ eſt ab iſtis, qui propterea nolũt animã ex nihi
lo factam credere, ne voluntatẽ dei quæ facta eſt, nihil
eſſe aſſerant: quęrẽdũ eſt ergo ab eis, vtrũ nullã creatu-
rã ex nihilo factã eſſe fateantur. Si enim id putant, quæ-
† verẽdum. rendũ† eſt, ne aliã quandã naturam conentur inducere,
quæ neq; deus ſit, nec tamen nihil ſit: quã velut materiã
ſibi ſubiectã niſi deus haberet, vnde faceret quicquid fe
cit, inuenire nõ poſſet. Nã dũ quæritur vnde creaturam
ſuam deus fecerit, quædã materies quæritur: ſicuti eſt fa- K
bro lignũ, vel quodlibet corpus, quod niſi habuerit, ea
facere quę ab eius arte expetũtur omnino non poterit.
Cũ ergo reſpondetur, ex nihilo: quid aliud reſpõdetur,
niſi nullã ei ſubiectã fuiſſe materiam: quam ipſe non fe
cerat, vt haberet vnde faceret, ſi quid vellet, & quam niſi
haberet, facere non valeret? Materies quippe mũdi quæ
in rebus mutabilibus vtcumq; dignoſcitur, ab ipſo con
ſtituta eſt, à quo conſtitutus eſt mundus. Quapropter &
ſi fecit aliquid deus aut facit ex alia quacumq; re: non ta
men ex ea re fecit aut facit, quã ipſe non fecerit. Quam-
obrẽ ſequeſtrata paululũ animę natura, ſi fatẽtur deum
aliquid feciſſe de nihilo, attendant & videant, quicquid
illud eſt, eũ voluntate feciſſe. Non enim aliquid feciſſet
inuitus. Nec tamẽ ideo eandem voluntatem nihil eſſe,
qua voluntate ab illo aliquid ex nihilo factum eſt. Cur
ergo de anima timent dicere, quod de aliis quibuslibet
rebus non dubitent dicere? Aut ſi animam tantummo-
do voluntate dei perhibent factã, cętera eũ nõ volũtate
feciſſe contẽdũt, quid abſurdius, quid inſanius dici po-
teſt? Quòd ſi omnia quæ fecit, voluntate vtiq; fecit: nec
tamen cũ hoc dicimus, eandẽ voluntatem nihil eſſe di- L
cimus: hoc & de anima accipiant. Cum enim dicitur, Cap. III.
deus ex nihilo fecit: nihil aliud dicitur, niſi, nõ erat vn-
de faceret, & tamen quia voluit fecit. Vſqueadeo igitur
in eo quod ex nihilo fecit, voluntas nõ nihil dicitur, vt
ipſa præcipue cõmẽdetur. Nam cui dicitur: ſubeſt enim
tibi cũ voles poſſe, ſiue aſſit vnde fiat, ſiue nõ aſſit: ſat eſt
volũtas, vbi ſumma eſt poteſtas. Quo modo ergo in eo
quod de nihilo creatur, volũtas creantis nihil eſſe per-
hibetur, cum propterea de nihilo creari aliquid poſsit,
quia voluntas creantis etiam ſine materia ſibi ſufficit.
Quòd ſi forte non ſolum animam, ſed nullam omnino
creaturam volunt fateri ex nihilo factã, ideo quoniam
quicquid deus fecit, voluntate fecit, quæ voluntas vtiq;
non eſt nihil, reſpiciant vnde ſecundũ corpus factus ſit
homo. Certe enim ſicut ſcriptura teſtatur, eum de limo Gene. 2.
vel de puluere terrę deus fecit, & proculdubio volunta-
te fecit. Nec tamen volũtas dei puluis aut limus eſt. Sic-
ut ergo in eo quod ex limo factum eſt, quamuis volun-
tate ſit factum, nõ eſt voluntas limus: ita in eo quod ex
nihilo factum, quamuis voluntate ſit factum, non eſt vo-
luntas nihil. Iam vero quod dolendum addidiſti, ex M
Priſcilliani hæreſi ad errorem Origenis apud vos ho- Cap. IIII.
mines fuiſſe delapſos, nec ab illa peſte potuiſſe ſanari: ni
ſi & ipſa medicina morbidum aliquid intuliſſet, non eſt
quidem dolor iſte culpandus. Veritas enim debuit, nõ
falſitas pellere falſitatem. Nam hoc mutare eſt malum,
non euitare. Verũtamen quia de ipſo deo creaturarum
omnium conditore: hoc eſt, de ipſa coæterna & incom
mutabili trinitate, ab eis qui ad vos libros Origenis attu
lerant, id traditum eſſe commemoras, quod veritas ha-
bet: contra quam veritatem Priſcillianus Sabellianũ an
tiquum dogma reſtituit, vbi ipſe pater qui filius, qui &
ſpiritus ſanctus perhibetur, hoc ipſe peior, quod etiã de ani
ma ita ſentit, vt non eã propriam velit habere naturam,
ſed de ipſo deo tanquã particulã defluere, & tã defor-
miter inquinari, atq; in deterius commutari cum Mani-
chæis audeat affirmare: nõ parũ boni ex libris illis pro-
uincia veſtra percepit, in ea re maxime in qua capitali-
ter errãt. De creatore quippe, non de creatura tã falſa &
tã nefaria ſentiunt. Siue ergo in hãc fidẽ qui deuiauerãt
reſtituti ſũt, ſiue qui eã nõdũ nouerãt illarũ diſputatio-
nũ lectione didicerunt, hoc ſe gaudeãt didiciſſe quod
ſanũ eſt. Quod autem & in eis erroris eſt: quamquam te

cognouiſſe

A cognouiſſe iam videā,tamen quēadmodum cōtra talia
diſſeratur,ibi melius diſcere poteris,vbi error ipſe & o-
Caput.V. lim exortus eſt,& non olim proditus. Quantum poſ
ſum tamē etiā ego cōmoneo, vt de diaboli angelorūq;
[eius] correctiōe & in priſtinū ſtatū reparatione ſapere
nihil audeas:Nō q̄a diabolo & dęmonibus inuidemus,
& eo modo quaſi vicē maleuolētię illis repēdimus, cū
illi nō ob aliud niſi inuidētiæ ſtimulis agitati, noſtra iti
nera quibus in deū tendimus perturbare conentur: ſed
quia vltimæ ſententiæ ſummi & veraciſsimi iudicis,ex
noſtra pręſumptione addere nihil debemus. Ipſe enim
Mat. 25. ſe ſimilibus eorū dicturū eſſe prædixit,Ite in ignē æter-
nū,qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Nec mouere
debet vt hoc loco ęternū pro diuturno accipiamus,qd
alibi ſcriptū eſt,In æternū & in ſeculū ſeculi. Latin⁹ quip
pe interpres noluit dicere, in æternū & in æternū æter-
ni.Sed quoniā id quod ἀιὼν Græce dicitur,& ſeculū &
æternū interpretari poteſt, commodius alij interpretes
trāſtulerūt,in ſeculū & in ſeculū ſeculi.Sed non hoc di
ctum eſt vbi dictū eſt, Ite in ignē æternū.Non enim di-
B ctum eſt ἀιῶνα, ſed ἀιώνιον,quod ſi à ſeculo declinatum
eſſet,ſeculare Latine diceretur,non æternū,quod nemo
vnquā interpres auſus eſt dicere. Quapropter licet Lati
ne ſeculum cū aliquo fine intelligatur, ęternū vero niſi
id quod ſine fine eſt,non ſoleat appellari:ἀιὼν autē Græ
ce aliquando æternū,aliquando ſeculū ſignificare intel
ligatur:tamen quod ex hoc nomine deriuatur & appel-
latur ἀιώνιον,nec ipſi Gręci quātum exiſtimo ſolēt intel-
ligere,niſi id quod nō habet finem. Nos autē ſiue ἀιῶνα
ſiue ἀιώνιον non ſolemus dicere,niſi ęternū:ſed ἀιῶνα di
cimus & ſeculū,ἀιώνιον autē non niſi æternum. Quāuis
quidā interdum etiā ęternale audeant dicere,ne Latinę
linguæ deeſſe videatur ab eodem nomine deriuatio. Et
fortaſſe quidē ſecūdum morem ſcripturarum inueniāt
iſti aliquid etiā ἀιώνιον dictū,quod ſine fine non ſit,ſicut
Exo. 28. deus in libris veteris teſtamenti aſsidue dicit, Hoc vo-
Leuiti. 16. bis erit legitimū æternum: quod Græcus habet ἀιώνιον,
& 17. cum de talibus ſacramentis eo modo ſæpe præceperit,
Nume. 18. quę finē fuerant habitura: quanq̄ ſi diligentius dicta in-
telligant̄, ea fortaſſis quę illis ſacramētis ſignificabant̄,
finē non erant habitura. Ita enim ne longius abeā, dici-
C mus æternū deū: non vtiq; iſtas duas breuiſsimas ſylla-
Caput.VI. bas,ſed quod eis ſignificatur. Dixit Apoſtolus ęterna
Titum. 1. tempora priora & antiqua, quod in Græco legitur πρὸ
χρόνων ἀιωνίων. Ad Titū enim ſcribēs ait, Spem vitę æter
nę quā promiſit nō mēdax deus ante tēpora ęterna. Cū
autē retrorſum tēpora à cōſtitutione mundi habere vi-
deant̄ initiū:quo modo ſunt æterna,niſi quia ęterna di-
xit quę ante ſe nō habēt vllū tēpus? Sed quiſquis pruden
Matt. 25. ter aduertit quod dictū eſt, Ite in ignē æternū: illud eſſe
dictū quod nō habet finē,è contrario probat eo ipſo lo
co Euangelico de vita æterna: quā iuſti accepturi ſunt:
Nō enim & ipſa habet finē. Ita enim cōcluſit, Ibunt illi
in ambuſtionē æternā,iuſti autem in vitam æternam. In
vtroq; Græcus ἀιώνιον habet. Si miſericordia nos prouo
cat credere,non futurū impiorum ſine fine ſupplicium:
quid de præmio iuſtorū credituri ſumus, cum in vtraq;
parte,in eodē loco, eadē ſentētia,eodē verbo pronūcie
tur æternitas? An iterū etiā iuſtos ex illa ſanctificatione
& vita æterna, in peccatorū immundiciā atq; in mortē
relapſuros eſſe dicemus? Abſit hoc à Chriſtianę fidei ſa-
nitate. Vtrunq; igitur ſine fine dictum eſt ęternum, hoc
eſt, ἀιώνιον,ne cum diaboli pœnas dolemus,& de regno
Chriſti dubitemus. Poſtremo ſi æternū & æternale: hoc
eſt, ἀιὼν & ἀιώνιον ſub vtroq; intellectu in ſcripturis po-

ni ſolet,aliquādo ſine fine,aliquādo cū fine:quid de illis D
Prophetæ verbis reſpōſuri ſumus,vbi ſcriptum eſt: Ver- *Eſaia. 66.*
mis eorum non morietur,& ignis eorū non extinguet̄?
Qualiſcūq; pœna ſignificata ſit nomine vermis atq; ig-
nis:certe ſi non morietur,nec extinguetur,ſine fine prę-
dicta eſt. Nec aliud agebat propheta cum hoc diceret,
niſi vt eā ſine fine prædiceret. De regno etiā Chriſti, *Cap.VII.*
nō ſecūdū id quod in principio verbū deus apud deū, *Ioan. 1.*
nā illinc nemo vnq̄ dubitauit,quod ſit rex omniū ſecu-
lorū:ſed ſecūdū hominis ſuſceptionē & mediatoris ſa-
cramentū,& ex virgine incarnationē,apertiſſime dictū
eſt,ꝙ finē nō ſit habiturum: vbi angelus loquens ad Ma
riā matrē futuram,virginemq; manſuram,ait inter cęte
ra,Hic erit magnus,& filius altiſsimi vocabitur, Et da- *Luca 1.*
bit illi domin⁹ deus ſedē Dauid patris eius, & regnabit
in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.
Secundū quid regni eius nō erit finis,niſi ſecundū id ꝙ
regnabit in domo Iacob? Nā hoc quod ait,in ęternum:
propter ipſam ambiguitatē expoſuit addēdo, regni ei⁹
non erit finis: ne quiſquā æternū hic ſic acciperet, quē-
admodū ſeculum finē quādolibet habiturum. Nūquid
autē regnum in domo Iacob & in ſede Dauid intelligi
poteſt, niſi in eccleſia & in eo populo qui eſt regnū ei⁹, E
de quo etiā dicit apoſtolus,Cū tradiderit regnū deo & *1.Cor. 15.*
patri:id eſt, cū perduxerit ſanctos ſuos ad cōtēplationē
patris:vtiq; & ad ſuā, ſecundū id ꝙ deus eſt æqualis pa-
tri? Non enim ſic tradit vt ipſe amittat,quia & pater de- *Ioan. 5.*
dit filio habere vitam in ſemetipſo, nec vtiq; amiſit ip-
ſe. Ac per hoc ſi regni eius non erit finis, profecto ſan-
cti eius qui ſunt regnū eius,cum illo ſine fine regnabūt.
Quod autē illo loco dicit apoſtolus,Deinde finis cum *1.Cor. 15.*
tradiderit regnum deo & patri:ibi finē non conſumen
tē,ſed perficientem ſignificat:ſicut dictū eſt, Finis enim *Roma. 10.*
legis Chriſtus ad iuſticiā omni credenti: ꝙ lex perficia-
tur,nō ꝙ aboleatur. Quod & illic ſignificat vbi ait, Nō *Matt. 5.*
veni legem ſoluere,ſed adimplere. Quod autem di- *Cap.VIII.*
cunt de rationalibus creaturis, id eſt, ſanctis angelis &
immundis dæmonibus,& ipſis animabus hominum,ꝙ
maiorē locum minor culpa promeruerit,quia impuden
tia conentur eccleſię Chriſti perſuadere,nō video. Me-
lius itaq; credimus,deum non peccatis rationalium ſpi
rituum adductum eſſe ad fabricā mundi, ne illa ſequa-
tur (abſurda,ꝙ duo ſoles,vel tres, vel quatuor,vel quot- F
libet vobis eſſet neceſſe, ſi plurimum ſpirituū per liberū *Sequentes*
arbitrium tanta culpa præcederet, quanta illos in ſimi- *15. lineas*
libus corporū cœleſtium globis oporteret includi, ſed *ex trib⁹ ve*
factum eſſe mundū dei bonitate,magnū,bonum,à ſum *tuſtis codi-*
mo & nō facto bono,in quo fierent omnia bona valde *cibus hic*
ſecundū naturam,& aliis alia meliora, à ſummis creatu *inſeruimus*.
ris vſq; ad infima diſtinctis gradib⁹ ordinata, vt eo mo
do eſſent omnia, dū nō eſſent ſola potiora,& haberent
eius numeri terminum,quē conſtituendū apud ſe vidit
omniū naturarū creatarum conditor deus, qui ea nō fa
cta didicit,ſed nouerat etiā faciēda. Vnde illud qđ aiūt,
in eius ſapiētia iam fuiſſe facta omnis,antequam in iſtas
formas & modos proprios proferrentur, atque in ſuis
ordinibus apparerent, non ſobrie dicitur. Facta enim
quando eſſent antequam facta eſſent? ſed in dei ſapien-
tia omnium faciendarum rerū rationes eſſe potuerunt,
nō tamē factę. Omnia enim per ipſam facta ſunt, nō & *Ioan. 1.*
ipſa facta eſt:quia & ipſa eſt verbū de quo dicit̄, Omnia
per ipſum facta ſunt. Nouerat ergo deus omnia quæ fe-
cit antequam faceret, Non enim poſſumus eum dicere
ignorata feciſſe, & ea non niſi facta didiciſſe: neſciſſe
qd faceret, ſed ſciſſe quod fecit. Hoc enim ſi de aliquo

G artifice homine diceremus, inſipientiſsime ſaperemus.
Nouerat ergo ea facienda, non facta nouerat vt faceret,
non quia fecerat. Proinde quãuis iam nota eſſent, quia
niſi à ſciente non fierent, nõ tamen facta eſſe cœperũt,
quæ vt fierent ſciebãtur antequam fierent. Cum autem
veritas, quæ non opinatur incognita, nec aliquem fal-
lit, purgationem noſtram, imò vero & perfectionẽ, etiã
poſt reſurrectionẽ corporũ ſpiritaliũ vſq; ad angelorũ
ęqualitatem promittat futuram, quo modo dicũtur ipſi
ſancti angeli, quibus purgatiſſimi æquales erimus, ad-
huc à peccatis ſuis eſſe purgãdi? Et cum cœlum nouũ &
terram nouam polliceatur deus habitaculum ſanctorũ,
atq; ab omni labe huius ſeculi purgatorum, qua tãdem
affirmatur audacia, nõ futurum fuiſſe mundum, id eſt,
cœlum & terrã, niſi propter neceſſitatem purgãdorum
ſpirituũ rationalium, qui vel in cœlo vel in terra nõ eſ-
ſent, niſi ꝓ meritis peccatorũ? Quid ergo purgatis opus
eſt cœlo nouo & terra noua, ſi purgati ad hoc reſtituun
tur, vt ſint quemadmodum fuerunt ante cœlum & ter-
rã ſine cœlo & terra? Quod ſi omnino verum eſſet, nos
vſq; ad illud quod promittit ſcriptura ſpem noſtram tẽ
H dere deberemus. Et ſi inde eſſemus in aliquid melius
trãſferendi, multo rationabilius hoc tunc iam ibi poſiti
diſceremus, q̃ nunc non ſolum temere crederemus, ve-
rum etiam impudenter docere conaremur. Quid eſt au
tem abſurdius, q̃ dicere cœlum & terra nõ eſſet mundi
ſtructura purgandis, cum alterum cœlum & alterã ter-
ram promittat ſcriptura purgatis? Porrò de Sole & Lu-
na cęteriſq; ſyderibus ꝙ cœleſtia ſint corpora videm⁹,
ꝙ animata ſint, non videmus: De diuinis hoc libris le-
gatur, & credimus. Nã teſtimoniũ ex Apoſtoli epiſtola
quod ab eis dici ſolere poſuiſti, etiã de ſolis hominibus
intelligi poteſt, quoniã in vnoquoq; homine eſt omnis
creatura non vniuerſaliter ſicut eſt cœlũ & terra, & om
nia quæ in eis ſunt, ſed generatim quodã modo.] Quia
& rationalis in illo eſt, quam vel probantur habere an-
geli, vel creduntur: &, vt ita dicã, ſenſualis, qua & beſtiæ
non carent: vtuntur enim & ſenſibus & ſenſualibus mo
tibus ad appetenda vtilia & vitanda contraria: & vita-
lis priuata ſenſu, qualis aduerti in arboribus poteſt. Nã
& in nobis ſine ſenſu noſtro fiunt corporis incremẽta,
& capilli nec cum præciduntur ſentiunt, & tamen creſ-
I cunt. Iam vero ipſa corporalis creatura euidẽtius appa-
ret in nobis, quę licet ex terra facta atq; formata ſit, in-
ſunt tamen illi ex omnibus huius corporei mundi ele-
mentis quædam particulæ ad temperiem valetudinis.
Nã & calore membra vegetantur, qui eſt ab igne, cuius
†p oculos. etiã lux ab oculis †emicat: & aëre venarũ diſcurſus, quas
arterias vocant, atq; ſpiramenta pulmonis implentur:
& humor niſi eſſet, [nulla] ſputamenta confluerent, vi-
tamq; abſumeret ſiccitas. Nam & ipſe ſanguis humido
lapſu alias venas replens, quaſi riuis & fluminibus per
cuncta diffunditur. Ita nullum eſt creaturę genus quod
Roma. 8. nõ in homine poſsit agnoſci. Ac ſic omnis creatura in
eo congemiſcit & dolet, reuelationem filiorum dei ex-
pectans: quę per corporis etiã reſurrectionẽ, etſi non in
omnibus hominibus, omnis tamen à corruptionis ſer-
uitute liberabitur, quia & in ſingulis omnis eſt: & ſi quo
alio modo meli⁹ poteſt idẽ locus apoſtolicarũ literarũ
intelligi. Non tamen ex eiſdem verbis conſequens eſt,
vt Solẽ & Lunã & ſydera congemiſcere credamus, do
nec in ſeculi fine à corruptionis ſeruitute liberentur.
Caput. IX. Sanè quoniã dixi, de diuinis libris legatur & credi-
mus: ne te forſitan fallat quod de libro ſancti Iob pro-
ferre aſſolent qui hęc aſſerunt, vbi ſcriptũ eſt, Quo mo-
do erit homo iuſt⁹ corã domino, vel quo modo ſe mũ Iob. 15.
dabit natus ex muliere: ſi luci† præcipit, & nõ lucet: nec K
ſtellę ſunt mundę ante eum, quanto magis homo putre †al. lung.
do, & filius hominis vermis? Hinc enim volunt intelli-
gi, rationalẽ ſpiritum habere ſtellas, & mundas non eſſe
à peccato: ſed ideo in cœlis eſſe, qa maiorẽ vel meliorẽ
locum minor culpa promeruit. Non pro authoritate di
uina iſtã ſententiã recipiendam eſſe exiſtimo. Nõ enim
eam ipſe Iob enunciauit, cui ſingulare quodã modo te-
ſtimonium diuinitus perhibet, ꝙ non peccauerit labiis
ſuis ante dominũ, ſed vnus ex eius amicis, qui dicti ſunt Iob. 2.
conſolatores malorũ omnes, & diuina ſententia repro
bati ſunt. Sicut autem in euãgelio, quãuis verum ſit om
nino ꝙ dicta ſint, non tamen omnia quę dicta ſunt ve-
ra eſſe creduntur, quoniã multa à Iudęis falſa & impia
dicta eſſe verax euangelij ſcriptura teſtat̃: ſic in hoc libro
vbi multæ perſonæ locutæ eſſe narrantur, nõ ſolũ quid
dicatur, ſed à quo etiam dicatur conſiderandum eſt: ne
paſsim quæ in ſancto libro quolibet ſcripta ſunt reci-
pientes, cogamur fateri, quod abſit, vera & iuſta fuiſſe,
quę marito ſãcto mulier inſipiẽs ſuggerebat, vt aliquid Ibidem.
aduerſus deũ loquens ad illa intolerabili pœna morien L
do liberaretur. Quod non ideo dixerim, quia illi amici
à domino reprobati, & ab ipſo ſancto dei ſeruo merito
culpati, nihil veri loqui potuerunt: ſed quia non omnia
quę locuti ſunt vera putanda ſunt. Quamuis ergo aduer
ſus Iob nihil verũ dixerunt, poteſt tamen etiam ex eorũ
verbis aliquam ſanam ſentẽtiam in teſtimoniũ veritatis
aſſumere, qui nouit ſapiẽter dicta diſcernere: ſed quan-
do inquirẽtes, probari nobis aliquid volumus teſtimo-
nio ſanctorũ eloquiorũ, non nobis dicatur credẽdum
eſſe etiam quod in euangelio ſcriptũ eſt, ſi forte euange
liſta eũ hoc dixiſſe cõmemorat, cui fides habẽda nõ eſt,
Nam dictũ eſt illic à Iudęis domino Chriſto, Nõne ve-
rum dicimus, quia Samaritanus es & dæmoniũ habes? Ioan. 8.
Quam vocẽ tanto amplius deteſtamur, quanto nobis
Chriſtus eſt charior. Emiſſam tamen eſſe à Iudæis dubi
tare non poſſumus, qui euangelicam narrationẽ veriſſi-
mam credimus. Ita nec euangeliſtæ derogamus fidem
ſcribenti, & Iudęi vocẽ blaſphemantis execramur. Nec
ſolum impiis & nefandis hominibus, ſed nec ipſis in fi-
de paruulis atq; adhuc rudibus & indoctis, qui forte ibi
loquẽtes cõmemorantur, tanquam canonicę authorita
ti accõmodamus fidem. Neq; enim quia ille cuius cæci
nati oculos dominus aperuerat, ait, Scimus quia pecca- Ioan. 9.
tores deus non exaudit: ideo iſtã ſententiam pro euan- M
gelica authoritate ſic debemus accipere, vt ipſis in euã-
gelio verbis domini reſiſtamus, qui eum qui dixit, Do- Luce. 18.
mine propicius eſto mihi peccatori: magis iuſtificatum
deſcendiſſe de templo, q̃ Phariſæum iuſticias ſuas com
memorantem atq; iactãtem, diuina voce firmauit. Nec
ſuccenſeat iſte recens illuminatus in carne, ꝙ eum di-
ximus in ſuę fidei tyrocinio, quãdo adhuc quis eſſet qui
eum ſanauerat neſciebat, minus circũſpectam protuliſ-
ſe ſententiã, quia peccatores deus nõ exaudit: cum ipſi
Apoſtoli domini præ cæteris electi, & lateribus cohæ-
rentes, eiuſq; ore pendentes, multa reperiantur impro-
bãda dixiſſe, quæ cõmemorare prolixũ eſt, ita vt beatus
Petrus de quibuſdã verbis ſuis, non ſolũ reprehẽdi, ſed
etiã ſatanas appellari meruerit. Quãquam in compa Math. 16.
ratione iuſticię dei, ſi nec ſãcti in cœlis angeli iuſti eſſe Cap. X.
dicãtur: non mihi videtur importuna ſentẽtia: nõ quia
vt hoc eſſent, à iuſticia lapſi ſunt, ſed quia facti ſunt, &
deus nõ ſunt, tantũq; ſpiritalis luminis habere non poſ-
ſunt quantũ habet ille à quo facti ſunt. Ibi enim ſumma
iuſticia

A iuſticia,vbi ſumma ſapientia: & hoc deus eſt, de quo di
ctum eſt,Soli ſapienti deo. Sed alia quæſtio eſt,quãtum
iuſticiæ ipſius capiant angeli, quantumq́; non capiant.
Cuius enim participatione iuſti ſunt , eius cõparatione
Cap. XI. nec iuſti ſunt . Sed alia eſt,vt dixi,iſta quæſtio,alia de
ſyderibus & ſole & luna, vtrum vel rationales habeant
ſpiritus in his conſpicuis corporibus lucidisq́;:quę cor-
pora eſſe qui dubitat , quid ſit omnino corpus ignorat.
Neque iſta multum ad nos pertinent, vt ea ſummo ſtu-
dio indagare curemus, quæ remota ſunt à ſenſibus no-
ſtris, & ab intellectu infirmitatis humanæ , nec in ipſis
ſcripturis ita poſita,vt nobis eorum ſit mandata cogni-
tio. Imò vero ne præcipiti ſuſpicione in fabulas ſacrile-
Eccli. 3. gas irruam*, clamat ſcriptura diuina,Altiora te ne quę-
ſieris,& fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quæ tibi præ-
cepit dominus illa cogita ſemper : vt magis in iſtis te-
meraria præſumptio, q̃ cauta ignoratio culpãda videa-
Coloſſ. 1. tur. Certe ait apoſtolus, Siue ſedes, ſiue dominationes,
ſiue principatus,ſiue poteſtates.Et eſſe itaq; ſedes,domi-
nationes,principatus,poteſtates in cœleſtibus apparati-
B bus , firmiſsime credo, & differre inter ſe aliquid indu-
bitata fide teneo . Sed quo me contemnas,quem mag-
num putas eſſe doctorem,quæ nam iſta ſint,& quid in-
ter ſe differant neſcio . Nec ea ſanè ignorantia pericli-
tari me puto,ſicuti inobediẽtia, ſi domini præcepta ne-
glexero . Et ideo puto ſpiritu dei per authores noſtros,
ſcriptores ſanctorum eloquiorum,non plenè expoſita,
ſed raptim tacta atq; perſtricta : vt ſicubi forte tali qua-
les nos ſumus per altiorem reuelationem aliquid huiuſ
modi fuerit demonſtratum,non ſe inferiores fuiſſe cre
dat eos, per quos nobis canonicarum ſcripturarum ſan
cta præconia miniſtrata ſunt. Quantum enim cumque
ſciendo profecerit , infra illas literas ſe inueniet , quas
deus tãquam firmamentum ſupra omnia humana cor-
Roma. 12. da conſtituit . Non itaq; opus eſt plus ſapere,ſed ſapere
ad temperantiam , ſicut vnicuiq; deus partitus eſt men-
ſuram fidei.Docebunt te iſta fortaſſe doctiores,ſi ad il-
los afferas tantam diſcendi ſcientiam, quantam ſcien-
di habes curam, ne incognita pro cognitis opineris,ne
non credẽda credas,vel credenda non credas.Imò do
cebit ille vnus magiſter & verus , ſiue per illos, ſiue qui-
bus modis voluerit, qui te pro ſua eccleſia laborantem
intus inſpicit,vbi & hoc in te contulit:ipſe reſerabit la-
C tius veritatem,qui pulſantem peruidet,quã donare dig
natus eſt charitatem. Aliud eſt in Adam peccaſſe,vnde
Roma. 5. dicit apoſtolus,In quo omnes peccauerunt: & aliud eſt
extra Adã, neſcio vbi peccaſſe, & ideo in Adam, id eſt,
in carnem, quæ ex Adam propagata eſt,tanquam in car
cerẽ trudi. Illam vero opinionẽ, ꝙ ex vna fiunt omnes
animæ,nec diſcutere volo,niſi neceſſe ſit:atq; vtinã iſta
de qua nunc agimus,ſi vera eſt,ſic abs te defendatur,vti
Cap. XII. hoc neceſſe iam non ſit . Quãuis autem deſideratiue
rogem , votis ardentibus exoptem, & expectem, vt per
te mihi dominus huius rei auferat ignorantiam , tamẽ
ſi,quod abſit , minime meruero,patientiam mihi peto à
domino deo noſtro.In quem ſic credimus,vt aliqua no
bis nõ aperiri etiam pulſantibus, nullo modo aduerſus
eum murmurare debeamus.Meminerimus ipſis Apoſto
Ioan. 16. lis dictum, Multa vobis dicere habeo, ſed non poteſtis
illa portare modo. In his quantum ad me attinet etiam
hoc deputem , nec qui hoc ſciam indigner indignum,
ne hoc etiã conuincar indignior. Multa enim alia ſimi
liter neſcio, quæ commemorare vel numerare nõ poſ-
ſum : & hoc tolerabiliter ignorarem, niſi metuerem ne
aliqua iſtarum opinionum, contra illud quod firmiſſi-
ma retinemus fide,incautis obreperet mentibus:ſed an- D
tequam ſciam quæ iam earum potius eligenda ſit, hoc
me non temere ſentire profiteor,eam quæ vera eſt non
aduerſari robuſtiſsimæ ac fundatiſsimæ fidei,qua Chri
ſti Eccleſia nec paruulos homines recentiſsime natos à
damnatione credit , niſi per gratiam nominis Chriſti,
quam in ſuis ſacramentis commendauit, poſſe liberari.

Libri ad Oroſium finis.

SERMO ARRIANORVM , VBI NVmeri propterea ſunt locis ſingulis annotati, vt cum reſponſio legi cœperit, qui voluerit attendat, vtrum cuiq; loco apte diligenterq́; reſponſum ſit, quia eoſdem numeros habet etiam ipſa reſpõſio,per quos cui loco reſpondeatur appareat.

DOminus noſter Ieſus Chriſtus, 1
deus vnigenitus,primogenitus
totius creationis . Volunta- 2
te dei & patris ſui, ante omnia E
ſecula conſtitutus . Volun- 3
tate & pręcepto ipſius,cœleſtia
& terreſtria,viſibilia & inuiſibi
lia,corpora & ſpiritus ex nullis
exiſtẽtibus,vt eſſent ſua virtute
fecit. Et antequam faceret vniuerſa omnium futuro- 4
rum deus & dominus,rex & creator erat conſtitutus,&
omniũ futurorũ in natura habens pręſcientiã†, & in fa- † præſentiã
ciendo in omnibus expectans patris ſui iuſſionem: ipſe
voluntate & præcepto patris deſcendit de cœlo, & ve-
nit in hunc mundum,ſicut ipſe ait,Non enim à meipſo Ioan. 8.
veni , ſed ille me miſit. Et quia de omnibus ſpiritali- 5
bus & rationalibus gradibus, propter infirmitatem &
fragilitatem corporis , paulominus ab angelis inferior Pſalm. 8.
minoratus homo videbatur:ne ſe vilem ſperaret , & de
ſalute ſua deſperaret , dominus Ieſus honorans factu-
ram ſuam,dignatus eſt humanam carnem ſuſcipere, &
oſtendere, quia non eſt homo vilis,ſed precioſus, ſicut
ſcriptum eſt,Magnus homo & precioſus vir. Et ideo ſo Prouer. 17.
lum hominem patri ſuo hæredem, ſibi cohęredem,fa- F
cere dignatus eſt : vt quod minus acceperat in natura,
plus haberet in honore . Cum, inquit , venit plenitu- 6
do temporis , miſit deus filium ſuum natum ex mulie- Galat. 4.
re:ipſe qui voluntate patris carnem ſuſcepit, ipſe & vo- Ioan. 6.
luntate & præcepto eius in corpore conuerſatus eſt,ſic-
ut ipſe ait, Deſcendi de cœlo non vt faciam volũtatem Mat. 3.
meam,ſed voluntatem eius qui me miſit. Ipſe & volun
tate patris triginta annorum baptizatus eſt , voce & te-
ſtimonio patris manifeſtatus.Voluntate & pręcepto pa
tris euangelium regni cœlorum prædicabat, ſicut ipſe
ait,Et aliis ciuitatibus oportet me euangelium prędica- Luc. 14.
re,in hoc enim miſſus ſum: Et, Ipſe mihi mãdatum de- Ioan. 12.
dit quid dicam,aut quid loquar. Et ſic voluntate & prę
cepto patris ad paſſionem & mortem properauit, ſicuti
ipſe ait,Pater,tranſeat calix iſte à me, non tamen quod Matth. 26.
ego volo,ſed quod tu vis:& apoſtolo aſſerente & dicẽ-
te,Obediens,inquit,factus patri vſque ad mortem,mor Philip. 2.
tem autem crucis. Is & in cruce pendens , voluntate 7
& pręcepto patris carnem humanam quam de ſancta
virgine Maria ſuſcepit,in manus hominum dereliquit:
& diuinitatem ſuam in manus patris commendauit,di
cens,Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum:
quia Maria moriturum corpus peperit, deus autem im- Luc. 23.
mortalis immortalem filium genuit: ergo mors Chriſti
non

G non deminutio eſt diuinitatis, ſed depoſitio corporis.
Sicuti enim generatio eius ex virgine non fuit corrup-
tiu deitatis ipſius,ſed ſuſceptio corporis:ita & in mor-
te eius non fuit paſſio & defectio deitatis ipſius, ſed ſe-
paratio carnis eius. Sicuti enim qui indumentum con-
ſcindit, induto facit iniuriã: ita & qui carnem eius cru-
cifixerunt, diuinitati ipſius contumeliam intulerunt.
8 Is qui voluntate & præcepto patris totam diſpenſa-
tionem adimpleuit, voluntate & præcepto patris cor-
pus ſuum à mortuis ſuſcitauit, & cum ipſo corpore, vt
paſtor cum oue,& ſacerdos cum oblatione,& rex cum
purpura, & deus cum templo à patre aſſumptus eſt in
9 gloriam. Is qui voluntate patris deſcendit & aſcen-
dit, voluntate & præcepto patris ſedet ad dexterã eius,
Pſal. 109. audiens patrem ſibi dicẽtem,Sede ad dexteram meam,
donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorũ.
Is qui voluntate & pręcepto patris ſedet ad dexteram
eius,is voluntate & pręcepto patris in conſummatione
1.Theſſ. 4. ſeculi venturus eſt,Apoſtolo vociferante & dicente,Et
ipſe, inquit, dominus in iuſſu, in voce archangeli & in
tuba dei,deſcendet de cœlo.Is qui voluntate & præcep
to patris venit,voluntate & pręcepto patris iudicaturus
H eſt totum mundum in æquitate,& redditurus eſt ſingu-
Ioan. 5. lis ſecundum fidem & opera ſua, ſicut ipſe ait,Pater iu-
Ibidem. dicat neminem, ſed omne iudicium filio dedit. Item,
ſicuti audio,iudico,& iudicium meum verum eſt, quia
non quæro voluntatem meam,ſed voluntatem eius qui
me miſit. Vnde & in iudicando patris præſentiam præ-
ponit, & ſuam diuinam dignitatem & poteſtatẽ ſecun-
Matth. 25. dam poſtponit dicens, Venite benedicti patris mei. Er-
go iuſtus iudex eſt filius: iudicãtis vero honor & autho
ritas,patris imperiales leges, ſicuti & ſpiritus ſancti offi-
cioſa aduocatio & conſolatio, vnigeniti dei iuſti iudi-
10 cis eſt dignitas. Ergo filius à patre eſt genitus,ſpiritus
11 ſanctus per filium eſt factus. Filius patrem prædicat,
12 ſpiritus ſanctus filium annunciat. Primum & præci-
puum opus eſt filij, genitoris gloriam reuelare,primum
& præcipuum eſt opus ſpiritus ſancti, in animas homi-
13 num Chriſti dignitatem manifeſtare. Filius teſtis eſt
patris, ſpiritus teſtis eſt filij: filius mittitur à patre,ſpirit⁹
14 mittitur à filio. Filius miniſter eſt patris:ſpiritus ſan-
15 ctus miniſter eſt filij. Filius iubetur à patre: ſpiritus
16 ſanctus iubetur à filio. Filius ſubditus eſt patri: ſpiri-
17 tus ſanctus ſubditus eſt filio. Filius quæ iubet pater,
I hæc operatur:ſpiritus ſanctus quæ mandat filius,hæc lo
18 quitur. Filius adorat & honorat patrem:ſpiritus ado
rat & honorat filium,ipſo filio dicẽte,Pater ego te glo-
†honorificaui. rificaui† ſuper terram,opus quod dediſti mihi conſum
maui. Et de ſpiritu ſancto ait, Ille me honorificabit,
Ioan. 17. quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Filius à
19 ſe non poteſt facere quicquam, ſed in omnibus patris
Ioan. 16. expectat nutum. Spiritus ſanctus à ſe non loquitur,
Ioan. 1. ſed in omnibus Chriſti expectat pręceptum:nõ, inquit,
20 à ſe loquetur,ſed quæcumque audierit loquetur,& ven-
21 tura annunciabit vobis. Filius pro nobis interpellat
22 patrem:ſpiritus pro nobis poſtulat filium. Totius bo-
23 nitatis,& ſapiẽtiæ,& virtutis patris viua & vera & pro-
24 pria & condigna imago eſt filius. Totius ſapientię &
virtutis filij manifeſtatio eſt ſpiritus ſanctus. Non eſt
25 pars nec portio patris filius, ſed proprius & dilectiſſi-
26 mus, perfectus & plenus vnigenitus filius. Non eſt
27 pars nec portio filij ſpiritus, ſed primum & præcipuum
28 opus vnigeniti dei prę cęteris vniuerſis. Pater maior
29 eſt filio. Filius incomparabiliter maior & melior eſt
30 ſpiritu. Pater deus & dominus eſt filio. Filius deus
& dominus eſt ſpiritui. Pater immobiliter & impaſ- K
ſibiliter volens filium genuit. Filius ſine labore & 31
fatigatione ſola virtute ſua ſpiritum fecit. Filius vt ſa 32
cerdos adorat deum ſuum, & ab omnibus adoratur vt 33
deus & creator omnium:pater vero ſolus nullum ado-
rat: quia maiorem, nec æqualem habet quem adorat:
nulli gratias agit, quia nullius beneficium conſecutus
eſt: omnibus vt eſſent ob bonitatem ſuam donauit, ip-
ſe quod eſt à nemine accepit. Ergo hæc trium ſubſtan-
tiarum, patris, & filij, & ſpiritus ſancti diſtinctio: &
trium rerum, dei ingeniti, & dei vnigeniti, & ſpiritus
aduocati differentia: & pater deus & dominus eſt filio
ſuo, & omnium quæ per virtutem filij voluntate ipſius
facta ſunt: filius miniſter & ſummus ſacerdos eſt patris
ſui, omnium vero operum ſuorum dominus & deus
eſt patre volente. Et ſicuti nemo poteſt ſine filio ad 34
patrem tranſire, ita nemo poteſt ſine ſpiritu ſancto fi-
lium in veritate adorare, ergo in ſpiritu ſancto adora-
tur filius. Per filium glorificatur pater. Spiritus ſan 35
cti opus & diligentia eſt ſanctificare, & ſanctos cuſto- 36
dire, & non ſolum rationabilia,vt quidam putant, ſed
& irrationabilia plura ſanctificare: & eos qui ceciderũt
propter ſuam negligentiam,ad priſtinum ſtatum repa-
rare: ignorantes docere, obliuiſcentes admonere, pec-
cantes arguere: pigros hortari de ſalute ſua cogitare &
ſolicite agere,errantes ad viam veritatis deducere:infir
mos curare, & fragilitatem corporis per alacritatem a-
nimæ continere,& ad amorem pietatis & caſtitatis cõ-
firmare, & omnes illuminare:ſuper omnia fidẽ & cha-
ritatem præbere ſingulis,pro ſtudio quoque & diligen-
tia, pro ſynceritate & ſimplicitate mentis, pro menſu-
ra fidei & merito cõuerſationis gratiam ad vtilitatem
diuidere,& vnumquemque in quo opere & propoſito
fuerit habilis, in ipſo ordinare. Alium eſſe à filio,na- 37
tura & ordine, gradu & affectu, dignitate & poteſtate,
virtute & operatione: ſicut & filius natura & ordine,
gradu & affectu,diuina dignitate & poteſtate,vnigeni-
tus deus alius eſt ab ingenito deo. Impoſſibile ergo 38
eſt vnum eundemq; eſſe patrem & filium, generantem
& naſcentem: cui teſtimonium perhibetur, & eum qui M
teſtimonium perhibet: maiorem & eum qui maiorem
eſſe confitetur: eum qui ad dexteram ſedet aut ſtat, &
eum qui ſedis dat honorem:eum qui miſſus eſt & eum
qui miſit: nec diſcipulũ & doctorem,vt ipſe docuit di-
cens, Sicut docuit me pater ſic loquor: ſimilem & imi- Ioan. 8.
tatorẽ, & eum cuius eſt ſimilis, & quem imitatur: & eũ
qui orat ei qui exaudit,& eum qui gratias agit,ei qui be-
nedicit: eum qui ſuſcepit mandatum,& eum qui dedit
mandatum & miniſtrum præcipienti, ſupplicem emi-
nenti,ſubditum ſuperiori, primogenitum ſempiterno,
vnigenitum ingenito,ſacerdotem deo vnum atq; eun-
dem eſſe. Sed & deus ſine principio præſcius erat, ſa 39
vnigeniti dei pueri ſui patrem futurum: deum autem ſe
futurum nunquã præſciuit, quia ingenitus eſt, & nũquã
cœpit,nec pręſcire,nec ſcire. Quid eſt autem præſcien-
tia, niſi futurorum ſcientia? Pater autem generando fi-
lium ab ipſo filio eſt nuncupatus: & ipſo reuelante, ab
omnibus chriſtianis deus,& pater vnigeniti dei eſt cog
nitus,& magno maior,& bono melior eſt manifeſtatus.
Et quia Homuſiani dicunt ſaluatorem noſtrum hu- 40
militatis gratia hæc omnia de patris præſcientia, & de
ſua ſubiectione eſſe locutum: nos vero Chriſtiani cre-
dimus patre imperante & filio obtemperante,hæc om-
nia eſſe eum locutum: dicimus & probamus quòd hæ-
retici ex ſuis dictis arguuntur & reprehenduntur. Si e-
nim

A nim ſe humiliauit, ipſa humilitas eius obedientiam oſtẽ
dit: ipſa vero obedietia alium ſupereminentem, alium
ſubſiſtentem & ſubiectũ declarat: ſicuti ait Apoſtolus;
Philip.2. Humiliauit ſe obediens factus patri vſque ad mortem.
Et ipſa humilitas eius, veritas eſt non falſitas. Quis enim
vel quando ſapiens contentus eſt ſe humiliare, niſi ha-
beat maiotem & meliorem cui feſtinet per humilitatẽ
Ioan.8. placere? Et ego, inquit, quæ placita ſunt ei, facio ſemper,
Semel enim ante omnia ſecula voluntate Dei natus,
ad voluntatem ipſius omnia operatur. Si autem ſe hu-
miliauit, & mentitus eſt, quod abſit: & ſi veritas menti-
tur, quod impoſsibile eſt, vbi quis quęrat veritatem? Sed
veritas nec mentitur, nec variatur, qui ad hoc venit vt
veritatem doceret, quia non eſt ignorantiæ doctor, ſed
Matth.23. veritatis magiſter, vt ipſe dixit, Nolite vobis vocare ma
giſtros ſuper terram: vnus eſt enim magiſter veſter Chri
ſtus. Si autem dixerint qoia propter incarnationẽ ſuam
humiliãs ſe ſuper terram, propter homines hæc loque-
batur, oſtẽdamus illius maiora & firmiora eſſe illa teſti-
monia, quæ de ſubiectione filij in ſcripturis ſunt poſi-
B ta, de iis quæ in Euangelio aguntur. Si enim propter ho
mines ſupra terram ſe humiliauit, & non vt obediens
& ſubiectus filius cum incomparabili dilectione & gra
tiarum actione patri ſuo obſequebatur: quia quantum
ſublimis eſt in poteſtate, tantũ humilis eſt in obſequio:
antequam carnem ſuſciperet, quare iuſſus obaudiuit, &
Roma.8. modo ſedens ad dexteram dei interpellat pro nobis,
& in corpore conſtitutus ſuper terram, in cœlo ſe patrẽ
Ioan.14. rogaturum promittebat dicens, Et ego rogabo patrem
meum, & alium aduocatum dabit vobis? Et ſi adhuc in
his omnibus propter duriciam & cæcitatem cordis ſui
credere noluerĩt, ſed auſi fuerint dicere, ꝙ hæc omnia
humilitatis cauſa fiunt: poſt conſummationẽ ſeculi, niſi
ſe natura & voluntate ſciret ſubiectum & obedientem,
vt quid ſe humiliaret, vbi propter homines humilitas
1.Cor.15. neceſſaria non eſt: Quòd autem & poſt conſummatio-
nem ſeculi, quãdo illi omnia fuerint ſubiecta: quia mo-
†al. quo modo. do †natura quidẽ omnia ſunt ſubiecta, vt creatura crea-
tori, voluntate autem propter liberum arbitrium non
C omnia illi ſubiecta videmus: tunc vero in die iudicij,
Philip.2. quãdo in nomine Ieſu omne genu flectetur, cœleſtium,
terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confitebi-
tur, quia dominus Ieſus Chriſtus eſt in gloria dei patris,
omnia ſine fine, & voluntate & natura, illi erunt ſubie-
cta: & ipſe poſt omnium ſibi ſubiectionem in ea ſubie-
ctione & charitate manens, in qua ſemper, & ipſe vt fi-
lius ſubiectus erit ei qui illi ſubdit omnia, nullus audiẽs
1.Cor.15. Chriſtianus ignorat, quia fides ex auditu, auditus autem
Roma.10. per verbum Chriſti: vt ſit deus omnia in omnibus, ſem
per monarchiam & poteſtatem habens omnium, cui
gloria & honor laus & gratiarum actio, per vnigenitũ
eius filium dominum & ſaluatorem noſtrum in ſpiritu
ſancto nunc & per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Sermonis Arriani finis.

DIVI AV- D
RELII AVGVSTINI HIPPO-
nenſis Epiſcopi, Liber contra Sermonem
Arrianorum.

EOrum præcedenti diſputatio- Caput I.
nit hac diſputatione reſpõdeo: 1
ꝙ cum dominum noſtrum Ie- †detractioni
ſum Chriſtum fatentur quidem
deum, ſed deũ verum & cum pa
tre vnũ deum nolũt fateri, duos
nobis inducũt deos diuerſæ diſ-
pariſq; naturæ, vnum verum, al-
terum nõ verum: contra illud quod ſcriptum eſt, Audi Deut.6.
Iſraël, dominus deus tuus deus vnus eſt: Hoc enim ſi de
patre dictum volunt intelligi, ſequitur vt Chriſtus non
ſit dominus deus noſter. Si autem de filio, pater nõ erit
dominus deus noſter. Si vero de ambobus, profecto pa-
ter & filius, vnus eſt dominus deus noſter. Ac per hoc
illud quod in euangelio ſcriptum eſt, Vt cognoſcant te E
vnum verum deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum: Ioan.17.
hoc eum dixiſſe accipiendum eſt, vt te & quem miſiſti
Ieſum Chriſtum cognoſcant vnum verum deum. Quia
& de Chriſto dictum eſt à Ioanne apoſtolo, Ipſe eſt ve-
rus deus & vita æterna. Item cum dicunt Chriſtum 2
voluntate dei & patris ſui ante omnia ſecula conſtitu-
tum, coguntur confiteri filium patri eſſe coæternum. Si
enim aliquando pater ſine filio fuit, erat ante filium a-
liquod tempus, quo pater ſine illo ſolus fuit. Et quo mo
do erat ante omnia ſecula filius, ante quem fuit tempus
quo ſine illo erat pater? Porrò ſi ante omnia tempora
filius erat, non enim aliter intelligendum eſt, In prin- Ioan.1.
cipio erat verbum, & omnia per ipſum facta ſunt, quia
& tempus ſine aliquibus creaturæ motibus non poteſt
eſſe, & ideo per illum facta confitemur & tempora, per
quem facta ſunt omnia, proculdubio coæternus eſt pa-
tri filius. Sed voluntate patris dicunt conſtitutum, no-
lẽtes dicere deũ de deo æqualẽ genitũ atq; coęternum. F
Nuſquam autẽ legunt, voluntate patris filium ante om-
nia ſecula conſtitutum. Sed hoc propterea dicunt, vt
prior illo videatur voluntas patris, qua eum conſtitutũ
volunt. Et argumentatio eorum talis eſſe ſolet, Interro-
gant enim, vtrum pater filium volẽs an nolens genue-
rit: vt ſi reſponſum fuerit, quòd volens genuerit, dicãt,
Prior eſt ergo voluntas patris. Quòd autem nolens ge-
nuerit, quis poteſt dicere? Sed vt nouerint quàm inania
loquantur, etiam ipſi interrogandi ſunt, vtrum deus pa
ter volens an nolens ſit deus, Non enim audebũt dice-
re nolle ſe eſſe deum. Si ergo reſponderint ꝙ volens
ſit deus, eo modo illis referenda eſt vanitas ſua, qua di-
ci poteſt prior illo eſſe voluntas eius, quo quid dicitur
ſtultius? Deinde dicunt eum voluntate & præcepto Caput II.
patris, cœleſtia & terreſtria, viſibilia & inuiſibilia, cor- 3
pora & ſpiritus, ex nullis extantibus, vt eſſent ſua vir-
tute feciſſe. Vbi ab eis quærimus, vtrum & ipſe à patre
ex nullis extantibus factus ſit, hoc eſt, ex nihilo. Quod ſi
dicere non audebunt, ergo deus eſt de deo, non ex ni-
hilo factus à deo. Quę res indicat vnam & eandem pa-
tris filiiq; naturam. Neq; enim homo, pecus, auis, piſcis,
poſſunt eiuſdem naturæ gignere filios, & deus non po-
tuit. Si autẽ tanto impietatis abrupto audebunt ire præ-
cipites, vt dicant, & vnigenitũ filium à patre ex nihilo
conſtitutum, quęrant per quem factus ſit à patre ex ni-
hilo

G hilo filius. Non enim per ſeipſum fieri potuit, tanquam iam eſſet antequam fieret, vt eſſet ipſe per quem fieret idem ipſe. Et quid opus erat, eum fieri qui iam erat? Aut quo módo fiebat vt eſſet, qui iam erat antequam fieret? Porrò ſi per aliquē alium à patre factus eſt, quis eſt ipſe
Ioan. 1. alius; cum omnia per ipſum facta ſint? Si autem à patre per neminem factus eſt, quo modo per neminē aliquid à patre factum eſt, cum per filium, hoc eſt, per eius ver-
Cap. III. bum facta ſint omnia? Et antequā faceret, inquiunt,
4 vniuerſa, omnium futurorum deus & dominus rex & creator erat conſtitutus: & omnium futurorum in natura habens præſcientiam, & in faciendo in omnibus expectans patris ſui iuſſionē, ipſe voluntate patris deſcen
Ioan. 8. dit de cœlo, & venit in hunc mundū, ſicut ipſe ait, Nō enim à meipſo veni, ſed ille me miſit. Vellem iſti vt dicerent, vtrum duos conſtituant creatores. Quod ſi non
Roma. 11. audent, vnus eſt enim, quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Vnus quippe deus eſt ipſa trinitas, & ſic vn⁹ deus, quo modo vnus creator: quid eſt quod dicunt, iubente patre omnia creaſſe filium, tanquam pa
* à filio. ter non creauerit, ſed per filium * creari iuſſerit? Cogitent qui carnaliter ſapiūt, quibus aliis verbis iuſſerit pa-
H ter vnico verbo. Formāt enim ſibi in phātaſmate cordis ſui, quaſi duos aliquos, & ſi iuxta inuicem, in ſuis tamen locis conſtitutos, vnum iubentem, alterum obtemperantem. Nec intelligunt ipſam iuſsionē patris vt fierent omnia, non eſſe niſi verbum patris per quod facta ſunt omnia. Quòd autem miſerit pater filium, negari non poteſt. Sed conſiderent ſi poſſunt, quomodo eum miſerit, cum quo ipſe venit. An ille mentitus eſt qui ait,
Ioan. 16. Non ſum ſolus, quoniam pater mecum eſt. Sed quo modo libet miſſum intelligāt: nūquid ideo diuerſa natura eſt, quia pater mittit & mittitur filius? Niſi forte poteſt homo pater mittere hominem filium, vnius eiuſdemq; ſubſtantiæ, & non poteſt deus: cum homo miſſus ab homine mittēte ſeparetur, quod deus nō poteſt. Sed ignis mittit ſplendorem ſuum, nec poteſt ſplēdor miſſus ſeparari ab igne mittente, quāuis & iſta quia creatura eſt viſibilis, non omni ex parte huic rei ſit cōparabilis: cum enim ſplendorem mittit ignis, longius peruenit ſplendor, quò ignis non peruenit. Vnde ſplēdor ab igne qui eſt in lucerna miſſus, ſi loqui poſſet, non vtiq; poſſet verum dicere in pariete, quò ſine lucernæ igne perueni,
I ignis qui me miſit mecum eſt: potuit autem miſſus à patre filius dicere, Pater mecū eſt. Cum igitur hęc à patre miſſio filij prorſus ineffabilis ſit, nec capi vllius cogitatione poſſit, quo modo hinc oſtendant filium alterius atq; inferioris eſſentiæ non inueniunt, quandoquidem nec homo miſſus ab homine, diuerſam naturā mitten-
Caput. IIII tis & miſſi eſſe demonſtrat. Hic autem etiam hoc poteſt intelligi, vt eo ipſo à patre miſſus filius eſſe dicatur, quòd filius hominibus apparuit in carne, non pater. Quis enim mittitur illò vbi eſt? Vbi autem non eſt ſa-
Sapien. 8. pientia dei quod eſt Chriſtus, de qua legitur, Attingit à fine vſq; ad finem fortiter & diſponit omnia ſuauiter? Cum ergo vbique ſit etiam filius, quò mittendus fuerat vbi non erat, niſi apparendo ſicut apparebat? Quanquā & ſpiritum ſanctum miſſum legamus, qui certe in vnitatem perſonæ ſuæ naturam non aſſumpſit humanam.
Ioan. 16. Nec à ſolo filio miſſus eſt, ſicut ſcriptum eſt, Cum ego iero mittam illum ad vos: ſed à patre quoq; ſicut ſcrip-
Ioan. 14. tum eſt, Quem mittet pater in nomine meo, Vbi oſtenditur quod nec pater ſine filio, nec filius ſine patre miſit ſpiritū, ſed eum pariter ambo miſerunt. Inſeparabilia quippe ſunt opera trinitatis. Solus pater non legitur miſſus, quoniam ſolus non habet [authorem] à quo ge- K
nitus ſit, vel à quo procedat. Et ideo non propter naturæ diuerſitatem, quæ in trinitate nulla eſt, ſed propter ipſam authoritatem ſolus pater non dicitur miſſus. Nō enim ſplendor aut feruor ignem, ſed ignis mittit, ſiue ſplendorem, ſiue feruorē. Quāuis hæc longe ſint diſsimilia. Nec inuenitur aliquid, vel in ſpiritalibus vel in corporalibus creaturis, quod ei trinitati, quæ deus eſt, merito conferatur. Dicunt etiam, Et quia de omni- Cap. V.
bus ſpiritalibus & rationalibus gradibus, propter infirmitatem & fragilitatē corporis paulominus ab angelis Pſal. 8.
inferior minoratus homo videbatur, ne ſe vilem ſperaret, & de ſalute ſua deſperaret, dominus Ieſus honorans facturam ſuam, dignatus eſt humanam carnē ſuſcipere, & oſtendere, quia non eſt homo vilis, ſed precioſus ſicut ſcriptū eſt, Magnus homo & precioſus vir. Prouer. 17.
Et ideo ſolum hominem patri ſuo hæredem, ſibi cohæredem facere dignatus eſt, vt quod minus acceperat in natura, plus haberet in honore. Hęc dicētes hoc volunt intelligi, quia humanam carnem ſine humana anima Chriſtus aſſumpſerit. Quæ propria hæreſis Apollinariſtarum eſt. Sed etiā iſtos, id eſt, Arrianos, in eorum diſ-
putationibus, nō ſolum trinitatis diuerſas eſſe naturas, L
ſed etiam hoc ſentire deprehendimus, ꝙ animam non habeat Chriſtus humanā. Verum id in huius diſputationis conſequentibus euidentius apparebit. Nunc ad hęc eorum verba quæ propoſuimus hoc reſpondemus, vt recolant in epiſtola, quæ ad Hebręos eſt, de Chriſto eſſe intellectū quod ſcriptum eſt, Minoraſti eum paulomi- Hebræ. 2.
nus ab angelis: & videant non ad diuerſitatem & inæqualitatē naturæ patris & filij valere quod dixit, Pater Ioan. 14.
maior me eſt: ſed ad illud potius ꝙ in forma ſerui propter infirmitatem, in quo pati & mori potuit, minor etiam angelis factus eſt. Item dicunt, Cum, inquit, ve- Cap. VI.
nit plenitudo temporis, miſit deus filium ſuum natum Galat. 4.
ex muliere: ipſe qui voluntate patris carnem ſuſcepit, ipſe & voluntate & præcepto ipſius in corpore conuerſatus eſt, ſicut ipſe ait, Deſcendi de cœlo non vt faciam Ioan. 6.
voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui me miſit. Luca. 3.
Ipſe & volūtate patris trigiuta annorum baptizatus eſt, voce & teſtimonio patris manifeſtatus. Volūtate & præcepto patris Euāgelium regni cœlorum prædicauit, ſicut ipſe ait, Et aliis ciuitatibus oportet me Euangelium Luca. 4.
prædicare, in hoc enim miſſus ſum. Et ipſe mihi man- Ioan. 12.
datum dedit quid dicam, aut quid loquar, Et ſic volun- M
tate & pręcepto patris ad paſsionē & mortem properauit, ſicut ipſe ait, Pater, trāſeat à me calix iſte, non tamen Mat. 26.
quod ego volo, ſed quod tu vis. Et apoſtolo aſſerente & dicente, Obediens, inquit, factus patri vſq; ad mortem, Philip. 2.
mortem autem crucis. His teſtimoniis ſanctarum ſcripturarum quid perſuadere conantur, niſi propterea patris & filij diuerſas eſſe naturas, quia obediēs patri oſtēditur filius? Quod tamen de hominibus non vtique dicerent, Neque enim ſi homo filius homini patri ſuo ſit obediens, ideo amborum diuerſa natura eſt. Quan- Cap. VII.
quam & hoc ipſum quod dicit Ieſus, Deſcendi de cœlo Ioan. 6.
non vt faciam voluntatem meam, ſed volūtatem eius qui me miſit: ad illud referatur quod homo primus Adā, de quo dicit Apoſtolus, Per vnum hominem peccatum Roma. 5.
intrauit in mundū, & per peccatū mors, & ita in omnes homines pertrāſiit, in quo omnes peccauerunt: faciēdo voluntatem ſuam, non eius à quo factus eſt, vniuerſum genus humanum propagine viciata, culpę & pœnæ fecit obnoxium. Vnde à contrario, per quem liberādi fueramus, non fecit voluntatē ſuam, ſed eius à quo miſſus eſt.

A eſt, Ita quippe hoc loco dicitur voluntas ſua, vt intelli-
gatur eſſe propria, contra voluntatem dei. Neque enim
cum obedimus deo, eaq; obedientia dicimur eius face-
re voluntatem, nolentes id facimus, ſed volentes: ac per
hoc ſi volentes id facimus, quo modo voluntatem no-
ſtram non facimus: niſi quia illa dicitur volũtas noſtra,
quando ſcriptura ita loquitur, quę intelligitur eſſe pro-
pria contra voluntatem dei. Hanc habuit Adam, vt in
illo moreremur. Hanc non habuit Chriſtus, vt in illo
viueremus. De natura quippe humana hoc recte dici
poteſt: in qua exiſtit per inobedientiam voluntas pro-
pria: quæ dei voluntati eſſet aduerſa. Cæterum quod at-
tinet ad diuinitatem filij, vna eademq; voluntas eſt pa-
tris & filij. Nec poteſt vllo modo eſſe diuerſa, vbi eſt na
1. Timo. 5. tura trinitatis immutabilis vniuerſa. Vt autem media-
tor dei & hominum homo Chriſtus Ieſus non faceret
propriam, quæ deo aduerſa eſt, voluntatem: non erat
tantum homo, ſed deus & homo: per quam mirabilem
ſingularemq; gratiam, humana in illo ſine peccato vllo
Ioan. 6. poſſet eſſe natura. Propter hoc ergo ait, Deſcẽdi de cœ-
B lo non vt faciam volũtatem meam, ſed volũtatem eius
qui me miſit: vt ea cauſa eſſet tantæ obediẽtiæ, quæ om-
nino ſine vllo peccato eſſet hominis quem gerebat,
quia de cœlo deſcenderat, hoc eſt, non tantum homo,
verumetiam deus erat. Vnam quippe oſtendit eſſe per-
ſonã in vtraq; natura, hoc eſt, dei & hominis, ne ſi duas
faciat, quaternitas incipiat eſſe, non trinitas. Quoniam
itaque gemina quidem ſubſtantia, ſed vna perſona eſt,
propterea quod dictum eſt, deſcendi de cœlo, refertur
ad dei excellentiam: quod vero adiunctum eſt, non vt
faciam voluntatẽ meam, propter Adam qui fecit ſuam,
refertur ad hominis obedientiam: vtrunq; autem Chri-
ſtus: id eſt, deus & homo, tamen obedientia in illo quæ
contraria eſt inobedientiæ primi hominis, ſecundum
id quod homo eſt commendatur. Vnde ait Apoſtolus,
Roma. 5. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, pecca-
tores conſtituti ſunt multi: ita & per obediẽtiam vnius
Cap. VIII. hominis, iuſti cõſtituentur multi. Nec quia dixit ho-
minis, ſeparauit deum, qui hominem aſſumpſit, quia ſi-
cut dixi, & valde commẽdandum eſt, vna perſona eſt.
Ipſe nanque vnus Chriſtus eſt & dei filius ſemper natu-
ra: & hominis filius qui ex tempore aſſumptus eſt, non
vt prius creatus pòſt aſſumeretur, ſed vt ipſa aſſumptio-
C ne crearetur. Ac per hoc propter iſtam vnitatem perſo-
næ in vtraq; natura intelligendam, & filius hominis di-
citur deſcendiſſe de cœlis, quanuis ſit ex ea quæ fuerat
in terra virgine aſſumpt⁹: & filius dei dicitur crucifixus
mortuus & ſepultus, quanuis hęc non in diuinitate ipſa,
qua eſt vnigenitus patri coęternus, ſed in naturæ huma-
næ ſit infirmitate perpeſſus. Nam filium hominis de-
ſcẽdiſſe de cœlo, ipſum dixiſſe ſic legimus, Nemo aſcẽ-
Ioan. 3. dit in cœlum niſi qui de cœlo deſcendit, filius hominis
qui eſt in cœlo. Vnigenitum vero filium dei crucifixum
& ſepultum, omnes etiam in ſymbolo confitemur. Vn-
1. Cor. 2. de eſt & illud Apoſtoli, Si enim cognouiſſent, nũquam
dominum gloriæ crucifixiſſent. Hanc vnitatem perſo-
næ Chriſti Ieſu domini noſtri, ſic ex natura vtraq; con-
ſtantẽ diuina ſcilicet atque humana, vt quælibet earum
vocabulum etiam alteri impartiat, & diuina humanæ,
& humana diuinæ, beatus oſtendit Apoſtolus: vbi nos
cum ad humilitatem miſericordem per Chriſti exhor-
taretur exemplum, Hoc ſentite, inquit, in vobis quod &
Philip. 2. in Chriſto Ieſu, qui cum in forma dei eſſet, nõ rapinam
arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo: ſed ſeipſum exinani-
uit formam ſerui accipiẽs, in ſimilitudinem hominum
factus, & habitu inuentus vt homo: humiliauit ſeipſum D
factus obediens vſque ad mortem, mortem autem cru-
cis. Cum ergo Chriſti nomen ex eo illi ſit quod ſcriptũ
eſt in Prophetia, Vnxit te deus deus tuus oleo exulta- *Pſal. 44.*
tionis præ participibus tuis: vnde ad id quòd homo fa-
ctus eſt pertinet: id eſt, quòd formam ſerui accipiẽs ha-
bitu eſt inuẽtus vt homo, qui vtiq; habitus cœpit ex tem
pore: de ipſo tamen eodemq; Chriſto dictum eſt, Cum
in forma dei eſſet: [cũ profecto in forma] antequam ab
illo forma ſerui eſſet accepta, nõdum erat filius homi-
nis, ſed filius dei, cui patris æqualitas rapina non erat,
ſed natura. Non enim erat vſurpando elatus, ſed hoc e-
rat natus, & ideo veritas. Nondum ergo erat Chriſtus,
quod eſſe cœpit cum ſemetipſum exinaniuit, non for-
mam dei amittens, ſed formam ſerui accipiens. Verum
ſi quæramus, Quis eſt ille qui cum in forma dei eſſet, nõ
rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis deo: reſpõdetur no-
bis voce Apoſtolica, Chriſtus Ieſus. Ergo & illa diuini-
tas huius humanitatis nomẽ accepit. Item ſi quæramus,
Quis nam ſit factus obediens vſque ad mortẽ, mortem E
autem crucis: rectiſſime reſpõdetur, Ille qui cum in for-
ma dei eſſet, non rapinã arbitratus eſt eſſe æqualis deo.
Ergo & iſta humanitas illius diuinitatis nomen acce-
pit; apparet tamen idẽ ipſe Chriſtus, geminæ gigas ſub-
ſtantiæ, ſecundum quid obediens, ſecũdum quid æqua-
lis deo: ſecundum quid filius hominis, ſecundum quid
filius dei: ſecundum qoid dicat, Pater maior me eſt: ſe- *Ioan. 14.*
cũdum quid, Ego & pater vnum ſumus: ſecundũ quid, *Ioan. 10.*
Non faciat voluntatẽ ſuam, ſed eius à quo miſſus eſt: ſe- *Ioan. 6.*
cundum quid, Sicut pater ſuſcitat mortuos & viuificat, *Ioan. 5.*
ſic & filius quos vult viuificat. Item ſequuntur & di- *Cap. IX.*
cunt, Is & in cruce pendens, voluntate & præcepto pa- 7
tris, carnem humanam quam de ſancta virgine Maria
ſuſcepit, in manus hominum dereliquit, & diuinitatem
ſuam in manus patris commendauit, dicens, Pater in *Luca. 23.*
manus tuas cõmendo ſpiritum meum: quia Maria mo-
riturum corpus peperit, deus autẽ immortalis immor-
talem filium genuit, ergo mors Chriſti non diminutio
eſt diuinitatis, ſed depoſitio corporis. Sicuti enim ge-
neratio eius ex virgine nõ fuit corruptio deitatis ipſius,
ſed ſuſceptio corporis: ita & in morte ipſius non fuit
paſsio & defectio deitatis ipſius, ſed ſeparatio carnis
ipſius. Sicuti enim qui indumentum cõſcindit, induto
facit iniuriam: ita & qui carnem ipſius crucifixerunt, di- F
uinitati ipſius contumeliam intulerunt. Ecce in qui-
bus verbis ſuis omnino manifeſtant negare ſe, quod ad
vnitatẽ perſonæ Chriſti etiã humana anima pertineat:
ſed in Chriſto carnẽ & diuinitatem tãtummodo con-
fiteri. Quandoquidem cum pẽderet in ligno, illud vbi
ait, Pater in manus tuas cõmendo ſpiritum meum, di- *Luca. 23.*
uinitatem ipſam volunt eum intelligi commẽdaſſe pa-
tri, non humanum ſpiritum quod eſt anima. Merito in
iſta ipſa diſputatione ſuperius, vbi voluerunt intelligi
Chriſtum patris volũtatem feciſſe, non ſuam: hinc eum
minoris atque diuerſæ putantes eſſe naturæ, illud com-
memorarunt, quod ait, Pater, trãſeat à me calix iſte, non *Matth. 26.*
tamen quod ego volo, ſed quod tu vis: illud autem no-
luerunt quod ait, Triſtis eſt anima mea vſque ad mor- *Ioan. 10.*
tem. Audiant ergo iſta commemorantibus nobis, Tri-
ſtis eſt anima mea vſque ad mortem: Poteſtatem habeo *Ioan. 15.*
ponendi animam meam: Maiorem hac charitatem ne-
mo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro ami-
cis ſuis. Et quod de illo intellexerunt Apoſtoli prophe-
tatum, Quoniam non derelinques animam meam in *Pſal. 15.*
inferno. Et his atque huiuſmodi ſanctarũ ſcripturarum
teſtimo-

G teſtimoniis non reſiſtāt,fateanturq; Chriſtū,non tātum
carnem , ſed animam quoque humanam verbo vnige-
nito coaptaſſe: vt eſſet vna perſona, quod Chriſtus eſt,
verbum & homo: ſed ipſe homo,anima & caro: ac per
hoc Chriſtus,verbum anima & caro.Et ideo ſic intelli-
gēdus geminæ ſubſtātiæ, diuinæ ſcilicet & humanæ,vt
ipſa humana ex anima cōſtet & carne.Aut ſi eo mouen
Ioan.1. tur ꝙ ſcriptū eſt,Verbum caro factū eſt:nec illic anima
nominata eſt : intelligāt carnem pro homine poſitum,
à parte totum ſignificante locutionis modo : ſicuti eſt,
Pſalm.64. Ad te omnis caro veniet. Item, ex operibus legis nō iu-
Roma.3. ſtificabitur omnis caro. Quod apertius alio loco dixit,
Gala.3. Ex lege nemo iuſtificabitur. Itemq; alio, Non iuſtifica-
Galat.2. bitur homo ex operibus legis.Ita ergo dixit,Omnis ca-
ro:ac ſi diceret, omnis homo. Sic itaq; dictum eſt,Ver-
bum caro factū eſt: ac ſi diceret, verbum homo factum
eſt. Verūtamen iſti cum eius ſolam humanam carnem
1.Timo.2. velint intelligi hominem Chriſtum , non enim nega-
bunt hominem, de quo apertiſsime dicitur, Mediator
dei & hominum homo Chriſtus Ieſus:miror quòd no-
H lint conſentire,propter hanc humanā quomodocunq;
Ioan.14. naturam dici potuiſſe,Pater maior me eſt: non propter
Ioan.8. illam de qua dictum eſt, Ego & pater vnū ſumus. Quis
enim ferat, ſi quantuſcunque homo dicat , ego & deus
vnum ſumus? Et quis non accipiat, ſi homo dicat, deus
maior me eſt? Quale illud eſt,quod ait beatus Ioannes,
1.Ioan.3. Maior eſt deus corde noſtro. Itē dicūt, Is qui volun-
Cap.X. tate & præcepto patris totam diſpēſationem adimple-
8 uit, volūtate & præcepto patris corpus ſuum à mortuis
ſuſcitauit: & cum ipſo corpore, vt paſtor cum oue, & ſa-
cerdos cum oblatione, & rex cum purpura, & deus cum
templo à patre aſſumptus eſt in gloriam. Quæren-
dum eſt ab eis qui iſta dicunt , qualem ouem paſtor re-
portauerit patri. Si enim caro ſine anima eſt quam re-
portauerit,quid eſt ouis iſta niſi terra ſine ſenſu,quę nec
agere gratias poteſt , quia ſine anima caro quid poteſt?
Cap.XI. Item ſequuntur & dicunt,Is qui voluntate patris de-
9 ſcendit & aſcendit, voluntate & præcepto patris ſedet
Pſal.109. ad dexteram eius , audiens patrem ſibi dicentem, Sede
ad dexteram meam , donec ponam inimicos tuos ſca-
bellum pedum tuorum. Is qui voluntate & præcepto
patris ſedet ad dexteram eius,is voluntate & præcepto
1.Teſ.4. patris in conſummationem ſeculi vēturus eſt, Apoſto-
1 lo vociferāte & dicēte,Et ipſe,inquit,dominus in iuſſu,
in voce archāgeli,& in tuba dei deſcendet de cœlo.Is
qui voluntate & præcepto patris venit,volūtate & pręce-
pto patris iudicaturus eſt totum mundum in æquita-
te, & redditurus ſingulis ſecūdum fidem & opera ſua,
Ioan.5. ſicut ipſe ait,Pater iudicat neminem, ſed omne iudiciū
Ibidem. filio dedit. Item, Sicuti audio iudico, & iudiciū meum
verum eſt,quia non quæro voluntatem meā,ſed volun
tatē eius qui me miſit. Vnde & in iudicando patris pręſ-
ſentiam præponit,& ſuam diuinam dignitatem & po-
Matth.25. teſtatem ſecundam poſtponit dicens,Venite benedicti
patris mei, Ergo iuſtus iudex eſt filius: iudicantis vero
honor & authoritas,patris imperiales leges:ſicuti & ſpi
ritus ſancti officioſa aduocatio & cōſolatio , vnigeniti
dei iuſti iudicis eſt dignitas. Iam quæ ſuperius reſpon-
dimus, etiam aduerſus iſta ſimiliter valēt. Quòd enim
voluntati & præcepto patris obediens eſt filius , nec in
hominibus demōſtrat diuerſam imparemq; naturam,
patris pręcipientis,& filij obedientis:huc accedit quòd
Chriſtus non tātum deus eſt,quia natura æqualis eſt pa-
tri , ſed etiam homo qua natura maior eſt pater , cuius
etiam non ſolum pater,verū & dominus eſt.Nam inde

eſt & illud propheticum , Dominus dixit ad me filius K
meus es tu : ibi eſt quippe inferior ſubſtantia , qua pater *Pſal.2.*
maior ſit,& ſerui forma cui dominus ſit. Hæc autē for-
ma humanitatis eius,quā manētę forma diuinitatis ac- *Philip.2.*
cepit, vt in ſimilitudine hominum fieret , & habitu in-
ueniretur vt homo: in iudicio quoq; apparebit, quo vi-
uos & mortuos iudicabit. Ideo dictū eſt de patre,quòd *Ioan.5.*
non iudicabit quenquam ſed omne iudicium dedit fi-
lio, Formam nanq; in Chriſto filij hominis tunc ab eo
iudicandi videbunt impij, de quibus dictum eſt, Vide- *Zach.12.*
bunt in quem confixerunt. Dei vero formam in eodem
ipſo Chriſto,qua æqualis eſt patri, vtique non videbūt.
Vnde Prophetia præceſsit , Tollatur impius vt non vi- *Eſaia.26.*
deat claritatē dei. Quia & ad hoc pertinet, Beati mun- *Matth.5.*
do corde , quoniam ipſi deum videbunt. Denique hoc
apertiſsime teſtatur vbi dicit,Poteſtatem dedit ei & iu- *Ioan.5.*
dicium facere, quia filius hominis eſt: non ergo quia fi-
lius dei eſt,nam ſecundum hoc coæterna illi cum patre
& vna eademq; poteſtas eſt: ſed quia filius hominis eſt,
quod eſſe cœpit ex tempore, vt poteſtas ei daretur in
tempore. Quod non ita dicitur, tāquam eam ſibi & ip- L
ſe non dederit, id eſt, naturæ in ſe humanæ non dede-
rit poteſtatem,illa quę in eo natura diuina eſt:abſit hoc
credere. Quo modo enim aliquid faceret pater,niſi per
vnigenitum filium,nec ſine ſpiritu ſancto, quia inſepa-
rabilia ſunt opera trinitatis. Ac per hoc ꝙ poteſtatem fi-
lio dedit,quoniam filius hominis eſt,per eūdem ipſum
ipſi dedit, quoniā filius dei eſt. Omnia enim per ipſum
facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Sed honorifice *Ioan.1.*
& competēter tribuit patri,quod etiā ipſe facit vt deus:
quia de patre eſt deus. Ipſe nanq; deus eſt de deo, pater
autem deus,ſed non de deo. Audiuit, inquiunt, à pa- *Cap.XII.*
tre , Sede ad dexterā meam, & ideo ſedit ad dexteram *Pſal.109.*
patris: tāquam paterna iuſsione non etiam ſua id fece-
cit poteſtate. Hoc quidem niſi ſpiritaliter acceptū fue-
rit , filio pater ad ſiniſtram erit. Quid eſt autem patris
dextera , niſi æterna illa ineffabiliſq; fœlicitas, quò per-
uenit filius hominis , etiam carnis immortalitate per-
cepta? Nam ſi velut manum dei patris,non ſecūdum li-
neamenta corporis,quæ in deo non ſunt, ſed ſecūdum
effectiuam virtutem ſapienter & fideliter cogitemus,
quid intelligimus , niſi ipſum vnigenitum per quem fa-
cta ſunt omnia ? De quo etiam Propheta dixit , Et bra- *Eſa.53.*
chium domini cui reuelatum eſt? Quo modo autem fi- M
lius audit patrē,quo modo dicuntur à patre multa ver-
ba,vnico verbo: quo modo trāſeunter loquitur ei quem
ſtabiliter loquitur:quo modo aliquid tēporaliter ei di-
cit, in quo ſibi coæterno iam erant omnia quæ cōgruis
quibusq; tēporibus dicit,quis hæc audeat quærere, quis
valeat inuenire? Et tamē,Dixit dominus domino meo, *Pſal.109.*
ſede ad dexterā meam: & quia dictum eſt,ideo factum
eſt. Hoc ergo iam erat in verbo,quod verbū caro factū *Ioan.1.*
eſt. Et quia in verbo ante carnem iam erat veraciter,
ideo in carne completum eſt efficaciter. Quia in verbo
iam erat ſine tempore , ideo in carne cōpletum eſt ſuo
tempore, In qua carne aſcendit in cœlum, qui de cœlo
non receſsit,etiam cum inde deſcendit: & in qua ſedet
ad dexteram patris, brachium patris: & in qua deſcen-
ſurus eſt ad iudicium in iuſſu,in voce archangeli, & in
tuba dei. Vbi illi minorem volunt videri filij pote- *Cap.XIII.*
ſtatem,quia in iuſſu dictus eſt deſcenſurus. Sed quæren
dum eſt ab eis,iuſſu cuius? Si patris,interrogādi ſunt ite-
rum , quibus temporalibus iubeat verbis pater æterno
ſuo verbo vt deſcēdat de cœlo ? Siquidē ipſa dei iuſsio
quæ fiet in tempore ſuo, iam erat ante omnia tempora
in ipſo

A in ipſo dei verbo. Quòd ſi filius dei per hoc quod filius hominis eſt, deſcẽdit de cœlo: ergo per hoc quod verbum eſt, per ipſum iubetur vt deſcẽdatur de cœlo. Nam ſi nõ per ipſum pater iubet, nõ ergo pater per ſuũ verbũ iubet: aut aliud erit verbũ, per quod iubeatur vnico verbo. Et minor ſi iam illud vnicũ erit, ſi & aliud erit. Factę ſunt quidem patris ad filium, quędam etiam temporaliter voces, ſicut de nube ſonuit, Tu es filius meus dile- *Matth. 3. & 7. Marci. 1.* ctus: nõ tamen vt filius vnigenitus per illas aliquid diſceret, ſed hi potius quos ita oportebat audire. Ac per hoc etiam ille tranſeuntium verborum ſonus, non ſine filio factus eſt filio, alioquin non omnia per ipſum facta ſunt. Sed nunquid, cum iubebitur vt deſcẽdat de cœlo, talibus ſonis & vocib⁹ opus erit, quibus filius paternam nouerit voluntatem? Abſit hoc credere. Quicquid ergo illud erit quod fieri oportebit ad filium, non faciet pater niſi per eundem filium. Ad ipſum ſcilicet, quia filius hominis eſt, & factus eſt inter omnia. Per ipſum autem, quia filius dei eſt, etiam per illum fiunt à patre omnia. Si *1. Theſ. 4.* autem quod dictum eſt, In iuſſu, in voce archangeli: ipſius

B archangeli iuſſum volunt intelligi, ſicut verba ipſa videtur ſonare: quid eis reſtat, niſi vt angelis etiam minorem dicãt vnigenitum filium, quorum iuſsis obedire perhibetur, ſi iubente minor eſt cui iubetur? Quanuis quod dictũ eſt, In iuſſu, in voce archangeli: poſsit etiam ſic intelligi, vt ipſa vox archãgeli iuſſu dei fieri accipiatur, id eſt, vt angelus qui tuba dei eſſe intelligẽdus eſt, à domino deo iubeatur emittere vocem ſuam, quod inferiori creaturæ neceſſarium erit audire, cum filius dei deſcendet de cœlo. Ipſa eſt enim tuba de qua dicit alio *1. Cor. 15.* loco, Canet enim tuba & mortui reſurgent incorrupti. *Ioan. 5.* Dixit ergo filius, Sicut audio, iudico: ſiue ex humana ſubiectione, quia & filius hominis eſt: ſiue ſecundum illam incommutabilem ſimplicemq; naturam, quæ ſic eſt filij, vt tamen ei de patre ſit: in qua natura non eſt aliud audire, aliud videre, aliud eſſe: ſed quod eſt eſſe, hoc audire, hoc videre. Vnde ab illo ei eſt audire & videre, à

Cap. XIIII. quo illi eſt ipſum eſſe. Nã & illud quod alibi ait, Nõ *Ioan. 5.* poteſt filius à ſe facere quicquam, niſi quod viderit patrem facientem: multo eſt ad intelligendum difficilius, quàm hoc quod iſti poſuerũt, vbi dicit, Sicut audio iu- *Ibidem.* dico. Si enim non poteſt filius à ſe facere quicquam, niſi quod viderit patrem faciẽtem, quo modo poterit iudicare, ſi patrem non viderit iudicãtem? ſed pater non

C iudicat quenquam, omne quippe iudicium dedit filio. *Ioan. 5.* Iudicat ergo filius, accepto à patre non aliquo, ſed omni iudicio, quanuis patrem non videat iudicãtem, quia ille neminem iudicat. Quo modo igitur filius non poteſt à ſe facere quicquam, niſi quod viderit patrem facientem, cum iudicet, nec patrem videat iudicantem? Non enim ait, nõ poteſt filius à ſe facere quicquam, niſi quod audierit patrem iubentem: ſed, quod viderit patrem facientem. In iſta intẽdant, iſta cogitent, iſta conſiderent, & eorum quodam modo, quantum fieri poteſt excarnetur intentio, qui carnalibus cogitationibus moliuntur vnam trinitatem eãdemq; naturam, & ſubſtantiarum ſeparare diſtantia, & poteſtatum gradibus ordinare. Ideo enim dictum eſt, quod non faciat aliquid filius à ſe, quia non eſt à ſe, & ideo quicquid facit, patrem videt facientem: quia videt ex ipſo faciendi ſe habere potentiam, ex quo ſe videt exiſtẽdi habere naturam. Et quòd ait ſe non poſſe, non deficiẽtis eſt, ſed in eo quod de patre nat⁹ eſt permanẽtis: tamq; laudabile eſt omnipotentẽ non poſſe mutari, quàm laudabile eſt ꝙ omnipotens non poteſt mori. Poſſet enim filius facere, quod non vidiſſet patrem faciẽtem, ſi poſſet facere quod per

D illum non fecit pater, hoc eſt, ſi poſſet peccare, neq; naturæ immutabiliter bonæ, quę à patre genita eſt, conuenire. Hoc autẽ quia non poteſt, non deficiẽter non poteſt, ſed potẽter. Eadem nanq; ſunt opera patris & fi- *Cap. XV.* lij, non ꝙ filius ſit idẽ ipſe qui pater eſt, ſed quia nullum opus eſt filij, quod non per eum pater facit: nec vllũ pa- *Ioan. 5.* tris, quod non per filium ſimul faciẽtem facit. Quæcũq; enim pater facit, hæc eadem filius ſimiliter facit. Euangelica eſt & iſta ſententia, filij ipſius conſequenter ore prolata. Non ſunt ergo alia filij, & alia patris opera, ſed hæc eadem: nec diſsimiliter fiunt à filio, ſed ſimiliter. Cum autem non alia ſimilia, ſed hæc eadem fiãt à filio, quę fiunt à patre, quid eſt, ſimiliter, niſi non diſsimili facilitate, non diſsimili poteſtate? Si enim hæc eadem ambo quidem faciunt, ſed alter altero facilius & potentius, non vtique ſimiliter ea facit filius. Cum vero & hæc eadem & ſimiliter, profecto nec alia ſunt filij quàm patris opera: nec operantium eſt diuerſa potentia, nec vtique ſine ſpiritu ſancto. Neque enim à faciendis bonorum† *†amborum* operibus, vllo modo amborum ſeparabitur ſpiritus.

E Miro itaq; eodemq; vtique diuino modo ab omnibus fiunt opera omnium, ab omnibus etiam ſingulorum. Nam omnium opera ſunt cœlum & terra, omniſq; creatura. De filio quippe dictum eſt, Omnia per ipſum facta *Ioan. 1.* ſunt. Quis autem ab ſpiritu ſancto audeat alienare opera quarumlibet creaturarum, quem cernit operari dona ſanctorum? De quibus ſcriptum eſt, Omnia autẽ hæc *1. Cor. 12.* operatur vnus atq; idem ſpiritus, diuidẽs propria vnicuique pro vt vult. Poſtremo cum ſit Chriſtus dominus *1. Cor. 8.* omnium & ſuper omnia benedict⁹ deus in ſecula, quid *Roma. 9.* ex omnibus negari poteſt, etiam ſpiritus ſancti opus, qui eſt ipſum Chriſtum in vtero virginis operatus? Cũ enim angelo futurum partum ſibi annũcianti virgo dixiſſet, Quo modo fiet iſtud, quoniam virũ non cognoſco: re- *Lucæ. 1.* ſponſum accepit, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. Singulorum autem opera dicũtur, quæ ad vnamquamque eorum manifeſtantur pertinere perſonam. Sicut natus *Marc. 1. & Matth. 3.* ex virgine non niſi filius. Et vox de nube, Tu es filius meus dilectus: ad ſolius perſonã pertinet patris. Et ſpecie corporali, ſicut columba, ſolus apparuit ſpiritus ſanctus: tamen & illam carnem ſolius filij, & illam vocem ſolius patris, & illam ſpeciem ſolius ſpiritus ſancti, vniuerſa trinitas operata eſt: non quòd inualidus ſit vnuſ-

F quiſque eorũ, ſine aliis quod operatur implere: ſed non poteſt operatio eſſe diuiſa, vbi nõ ſolum æqualis eſt, verumetiam indiſcreta natura: ita vt cum tres ſint, & eorũ ſingulus quiſque deus ſit, tres tamen dij nõ ſint: nam & pater deus eſt, & filius deus eſt, & ſpiritus ſanctus deus eſt: nec filius idem qui pater eſt, nec idẽ ſpiritus ſanctus qui aut pater aut filius: ſed pater ſemper eſt pater, & filius ſemper filius, & amborum ſpiritus nunquam cuiquam eorũ aut pater aut filius, ſed ſemper vtriuſq; ſpiritus: vniuerſa tamẽ trinitas vnus eſt deus. Quis itaque neget, non patrem, non ſpiritum ſanctum, ſed filium *Matth. 14.* ambulaſſe ſuper aquas? Solius enim filij caro eſt, cuius carnis illi pedes aquis impoſiti & per aquas ducti ſunt. Abſit autem vt hoc ſine patre feciſſe credatur, cum de ſuis operibus vniuerſaliter dicat, Pater autem in me ma- *Ioan. 14.* nens, facit opera ſua: aut ſine ſpiritu ſancto, cum ſimiliter opus ſit filij quòd eiiciebat dæmonia. Illius quippe *Marci 1.* carnis ad ſolum filium pertinentis lingua erat, qua imperabatur dæmonibus vt exirent: & tamen dicit, in ſpi- *Matth. 9.* ritu ſancto eiicio dæmonia. Item quis niſi ſolus filius *Marci. 3.* reſurrexit, quia ſolus mori potuit, qui carnem habuit: &

G tamen ab hoc opere quo ſolus filius reſurrexit, non erat
Galat. 1. pater alienus, de quo ſcriptum eſt, Qui ſuſcitauit à mor-
tuis Ieſum. An forte ſe ipſe nõ ſuſciauit? Et vbi eſt quod
Ioan. 2. ait, Soluite tẽplum hoc, & triduo ſuſcitabo illud, Et ꝙ
Ioan. 10. poteſtatem habere ſe dicit ponendi & iterum ſumendi
animam ſuã? Quis autẽ ita deſipiat, vt ſpiritum ſanctum
reſurrectionem hominis Chriſti dicat non cooperatũ,
Cap. XVI. cum ipſum hominem Chriſtum fuerit operatus? Eſt
in homine ſimile quiddam, quamuis nequaquam illius
trinitatis, quæ deus eſt, excellẽtię cõparandum: ille enim
deus eſt, iſta creatura: habet tamen aliquid & iſta, vbi
qualicũque modu id quod de illa ineffabili dei natura
dicitur, poſsit intelligi. Neque enim fruſtra non eſt di-
Gene. 1. ctum, Faciamus hominem ad imaginem tuam: tãquam
pater filio loqueretur, aut ad imaginem meam: ſed di-
ctum eſt, ad imaginem noſtram. Quod ex perſona ip-
ſius trinitatis rectiſsime accipitur. Tria itaq; iſta in ho-
minis anima cogitemus, memoriam, intelligentiã, vo-
luntatem, ab his tribus fit omne quod agimus. Et cũ tria
H iſta bene recteq; ſeſe habent, & bonũ & rectum eſt om-
ne quod facimus: ſi nec memoriam decipiat obliuio,
nec error intelligentiam, nec iniquitas voluntatem. Ad
dei quippe imaginẽ ſic reformamur. Omne igitur opus
noſtrum ab his tribus fit. Nihil enim agimus quod non
hæc tria ſimul agãt. Deinde cum de ſingulis loquimur,
etiã quod ad ſingula pertinet agitur ab omnibus. Neq;
enim ſermonem quem de ſola memoria facimus, me-
moria ſola facit: ſed intelligẽtia voluntasq; cooperan-
tur eum, quamuis ad ſolam memoriam pertinẽtem. Hoc
& de duobus cæteris videre facillimum eſt. Nam quic-
quid de ſeipſa intelligentia loquitur, ſine memoria &
voluntate non loquitur. Et quicquid de ſeipſa voluntas
dicit aut ſcribit, ſine intelligentia memoriaq; non facit.
Quatenus ſint autem iſta ſimilia, & rurſus quãtũ diſſi-
milia illi incommutabili trinitati, quæ deus eſt, lõgum
eſt enucleatiſsime diſputare. Sed ideo tãtum hoc com-
memorandum putaui, vt etiam de ipſa creatura aliquid
adhiberem: vnde iſti ſi poſſunt intelligãt, quàm non ſit
abſurdum quod de patre & filio & ſpiritu ſancto dici-
mus, inſeparabilia fieri ab omnibus opera, nõ ſolum ad
Cap. XVII. omnes, verumetiã ad ſingulos pertinẽtia. Sicut ergo
audit filius, iudicat: ſiue quia & filius hominis eſt, ſiue
quia non de ſeipſo eſt, ſed verbũ patris eſt. Quod enim
I nobis eſt cum audimus, verbũ accipere, hoc illi eſt à pa-
tre verbum eſſe. Quoniam ſic dici poteſt pater dediſſe
filio verbũ, hoc eſt, vt verbum ſit: quemadmodum dici-
tur dediſſe filio vitam, hoc eſt, vt vita ſit. Ipſe nanque
Ioan. 5. ait, Sicut habet pater vitam in ſemetipſo, ſic dedit filio
habere vitam in ſemetipſo: non vtique vt aliud ſit ipſe,
aliud vita quæ in ipſo eſt, ſed vt eadẽ vita ſit idemipſe.
Sicut nec pater aliud eſt quàm vita, quæ in ipſo eſt: ſed
eam filius patri non dedit, quia patrem non genuit: de-
dit autem pater filio vitam, gignendo eum vitam, ſicut
eſt etiam ipſe vita: non autem ſic genuit verbũ tãquam
& ipſe ſit verbum. Vitam quippe cum dicimus, poteſt
eſſe de nullo alio: ſicut eſt patris vita, vel quod expreſ-
ſius dicitur, pater vita cui de alio non eſt vt ſit: cũ vero
dicitur verbum, nullo modo poteſt niſi alicuius intel-
ligi, & illius vtique de quo eſt: non itaque ſicut eſt filius
deus de deo, lumen de lumine, vita de vita, ita dici po-
teſt verbum eſſe de verbo, quoniam ſolus eſt verbum: &
ſicut patri proprium eſt generare verbum, ita filio pro-
prium eſt eſſe verbum: & ideo ſicut audit iudicat, quia
ſicut genitum eſt verbum, vt idem verbum ſit veritas,
Cap. XVIII ita ſecũdum veritatem iudicat. Et iudicium eius vti-
que iuſtum eſt, quia non quærit voluntatem ſuam, ſed K
voluntatem eius, qui eum miſit. Hoc enim dicens, ad il-
lum hominem voluit referre intẽtionem noſtram, qui
voluntatem ſuam quærendo, non eius à quo factus eſt,
non habuit iuſtum iudicium de ſeipſo, ſed iuſtum iudi-
cium habitum eſt de ipſo. Ipſe quippe faciens volunta-
tem ſuam non dei, moriturum ſe eſſe non credidit: ſed
hoc iudicium eius, non iuſtum fuit: deniq; fecit & mor-
tuus eſt, quia iudicium dei iuſtum eſt. Quod iudiciũ fa-
cit dei filius non quærendo voluntatem ſuam, cum ſit
etiam hominis filius: non quia ipſius in iudicãdo nulla
voluntas eſt: quis enim hoc inſipientiſſimus dixerit? ſed
quia non ita eſt voluntas eius propria, vt ſit à voluntate
patris aliena. Hæc iſti ſi cogitarent, non carnalibus co-
gitationib⁹ ſic trinitatis poteſtates vel officia gradibus
imparibus ordinarent, vt tanquam tres homines inæ-
qualis ac diſsimilis dignitatis facerẽt, tanq̃ imperatorẽ
patrem, iudicem filium, aduocatum ſpiritum ſanctum.
Secundum quas enim iudicat filius, velut imperiales le-
ges patris eſſe aſſerunt: in quibus honorem & authori-
tatem filij cõſtituunt iudicantis: officioſam vero aduo- L
cationem & conſolationem ſpiritus ſancti ad dignita-
tem iudicis hoc eſt dei vnigeniti pertinere: tanquam
iudicis ſit dignitas quòd habeat aduocatum, ſicut im-
peratoris eſt dignitas, ꝙ ſecundum ſuas imperiales le-
ges iudicaturum iudicem mittit. Qua ſua cogitatione
carnali, tamen naturæ diuerſitatem, de qua inter nos &
ipſos maxima quæſtio eſt, in his tribus perſonis demon-
ſtrare non poſſunt. Cum enim ad humanos mores iſta
referunt, & ab humani generis cõſuetudine quam co-
gitãdo poſſunt capere non recedũt, animalis enim ho- 1. Cor. 2.
mo nõ percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei, quid aliud nos
admonent, niſi quia & imperator & iudex & aduoca-
tus homines ſunt? Proinde iudex imperatore etiam ſi
poteſtate minor eſt, non minus homo eſt. Nec minus
quàm iudex homo eſt aduocatus, etiam ſi officio vide-
tur iudici eſſe ſubiectus. Patris ergo & filij & ſpiritus
ſancti, etiam ſi diſparem cogitent poteſtatem, naturam
ſaltem confiteantur æqualem. Quid quòd eos deterio-
re etiam quam humana eſt conditione confingunt? Fie-
ri enim poteſt in rebus humanis, vt qui iudex fuerit, e-
tiam imperator fiat. Hoc iſti in illa trinitate nec impe-
ratoris vnico filio præſtare dignantur. Quod ſi forte M
ex humani iuris vel conſuetudinis formula, maieſtatis
crimen etiam in filio nimium reformidant, aduocato
certe puto quod concedere debeant, vt ad iudiciariam
poteſtatem etiam aliquãdo perueniat. Ne hoc quidem
volunt. Deterior ergo eſt, quod abſit, in illa trinitate q̃
in generis humani mortalitate cõditio. Porrò ſcrip-
tura ſancta, quæ iſtos diuinos actus non differentia po- Cap. XIX.
teſtatum, ſed operum ineffabilitate metitur, aduocatum
noſtrum etiam ipſum iudicem nouit, dicente Apoſtolo
Ioanne, Si quis peccauerit, aduocatum habemus ad †pa- 1. Ioan. 2.
trem Ieſum Chriſtum iuſtum. Quod etiam ipſe ſignifi- † al. apud
cat vbi dicit, Rogabo patrem, & alium aduocatum da- Ioan. 14.
bit vobis. Neque enim eſſet ſpiritus ſanctus aduocatus
alius, niſi hoc eſſet & filius. Qui tamen vt inſeparabilia
ſua & patris opera demonſtraret, ait, Cum ipſe iero, Ioan. 16.
mittam eum ad vos. Quamuis alio loco dicat, Quem Ioan. 14.
mittet pater in nomine meo: vbi oſtenditur quod &
pater & filius miſerint ſpiritum ſanctum. Sicut oſten-
ditur per Prophetam quòd & pater & ſpiritus ſanctus
miſerint filium. Nam quis niſi filius per Eſaiam aduen-
tum ſuum prænũcians dixit, Audite me Iacob & Iſraël Eſa. 48.
quem ego vocabo: ego ſum primus, & ego in æter-
num,

A num,& manus mea fundauit terram , dextera mea ſo-
lidauit cœlos,vocabo illos & aſtabunt ſimul, cōueniēt
etiam vniuerſi & audient, quis illis annunciauit hæc?
Diligens autem te, feci voluntatem tuam ſuper Baby-
lonem,vt tollatur ſemē Chaldæorū. Ego locutus ſum,
ego vocaui,adduxi illum,& proſperam viam eius feci:
cōuenite ad me & audite iſta,nec enim ab initio in ob-
ſcuro locutus ſum:cum fiebant ibi erā , & nunc domi-
nus miſit me & ſpiritus eius. Quid euidētius?Ecce ipſe
ſe dicit miſſum à ſpiritu ſancto,qui fundauit terram &
ſolidauit cœlum. Vbi agnoſcitur vnigenitus per quē fa
cta ſunt omnia. Conſolatorem vero, quod officiū tan-
quā perſonæ infimæ in illa trinitate iſti ſpiritui ſancto
deputāt,deum dicit Apoſtolus,ſicut in epiſtola eius le-
2.Corin. 7. gimus ad Corinthios,Is qui conſolatur humiles, cōſo-
latus eſt nos deus in præſentia Titi. Sāctorū ergo deus
eſt conſolator. Ipſi quippe ſunt humiles. Vnde tres viri
illi in camino dicūt, Benedicite ſancti & humiles cor-
Danie. 3. de dominum. Deus eſt itaque ſpiritus ſanctus qui con-
ſolatur humiles. Proinde iſti aut,quod nolunt, fateātur
deum eſſe ſpiritum ſanctum:aut ſi hoc de patre, vel de
filio dictum ab Apoſtolo volunt accipi,deſinant cōſo-
B lationis tanquam munere proprio ſeparare à patre & à
filio perſonam ſpiritus ſancti. Iam illud, quòd ideo
Cap. XX. ſpiritum ſanctum filio minorem conantur oſtendere,
quòd iſte ſit illius tanquam iudicis aduocatus , etiā ho-
mines ſanctos eidem mira cæcitate præponūt , de qui-
Matth. 19. bus ait idē dominus, Sedebitis ſuper duodecim ſedes,
iudicātes duodecim tribus Iſraël. ibi reſpondeāt, quid
erit ſpiritus ſanctus, cum filio iudex, an apud homines
etiam iudices aduocatus? Abſit autē iſta à fideli corde
vecordia,vt ſit iudicibus minor aduocatus ſpiritus ſan-
ctus,cum illi vtique vt iudices ſint , repleantur ſpiritu
1.Corin. 2. ſancto,ſecundum quem viuentes fiunt ſpiritales. Spiri-
talis enim omnia iudicat . Quo modo ergo minor eſt
iudice qui iudices facit, cū facit vt mēbra ſint iſtius iu-
dicis & ſuum templum, dicēte Apoſtolo, Corpora ve-
1.Corin. 6. ſtra membra ſunt Chriſti . Eodemq; dicente, Corpora
veſtra templum in vobis eſt ſpiritus ſancti. Et tamen ſi
apertiſsime legerent in ſanctis ſcripturis Salomonem
regem lignis & lapidibus iuſsi dei templū ſtruxiſſe ſpi-
ritui ſancto,deum eſſe ſpiritum ſanctum dubitare non
poſſent:cui tanta religionis ſeruitus quæ latria dicitur,
3.Reg. 6. legitime exhiberetur in populo dei , vt illi etiā templū
Deute. 6. fabricaretur:cū dominus dicat, Dominum deum tuum
C adorabis,& illi ſoli ſeruies: quod in Græco eſt, λατρεύ-
σεις. Et eum negare audent deum, qui nō ligna & lapi-
des,ſed membra Chriſti habet templum. Sic enim ſpi-
ritum ſanctū ſubiiciunt poteſtati Chriſti, cum eius tem
plum membra ſint Chriſti:quemadmodū ipſum filium
imperialibus legibus dei, cum ipſe ſit verbum dei, nec
vllo modo imperatoris verbum legibus ſubiaceat , ſed
Cap. XXI. leges faciat. Iſti ſanè quorum diſputationem acce-
10 pi, cui reſpondeo,non audent idem dicere factum eſſe
quod genitum, & duo iſta diſcernunt, ita vt à patre fi-
lium genitum dicant,factū vero & à filio ſpiritum ſan-
ctum. Quod in ſcripturis ſanctis nuſquam legunt,cum
filius ipſe dicat,quòd ſpiritus ſanctus à patre procedat.
Ioan. 15. Filius,inquiunt,patrē prædicat, ſpiritus ſanctus fi-
11 lium annunciat. Quaſi non annunciauerit filius ſpi-
Marci 1. ritum ſanctum eſſe venturum, aut & pater non prædi-
Matth. 3. cauerit filium, dicendo, Hic eſt filius meus dilectus in
12. quo mihi bene complacui,ipſum audite. At per hoc
non ſolum patris gloriam filius, verumetiam filij glo-
riam reuelat pater : nec ſolum filij ſpiritus ſanctus, ſed
Tomus ſextus.
a

etiam filius manifeſtat ſancti ſpiritus dignitatem. D
Et ideo ſicut filius patri,ita & pater filio:& ſicut ſpi- 13
ritus ſanctus filio,ita & filius ſpiritui ſancto perhibet te-
ſtimoniū. A patre autem & filio miſſus eſt ſpiritus ſan-
ctus : & à patre & ſpiritu,miſſus eſt filius. Filius,in- Cap. XXII.
quiunt,miniſter eſt patris : ſpiritus ſanctus miniſter eſt
filij. Nec attendunt quòd iſto modo meliores faciūt 14
ſpiritu ſancto Apoſtolos ſanctos: qui cum ſe dei mini-
ſtros eſſe dicunt,non eos iſti vtique etiam dei patris mi
niſtros negabunt. Eius quippe miniſtri facti ſunt, in cu
ius nomine etiam baptizauerunt,id eſt, patris & filij &
ſpiritus ſancti . Ac per hoc ſecundū iſtorū vaniloquia,
meliores erunt trinitatis miniſtri : ſi propterea minor
eſt ſpiritus ſanctus,quia ſolius miniſter eſt filij. Filius, 15
inquiunt, iubetur à patre , ſpiritus ſanctus iubetur à fi-
lio. Nuſquam hoc in ſcripturis ſanctis legunt, quan-
uis obedientem filium legamus ſecundū formam ſer- Philip. 2.
ui,qua maior eſt pater : non ſecundum formam dei,in
qua vnum ſunt ipſe & pater. Legitur itaque in ſcrip- 16
turis ſanctis filius ſubditus patri. Ibi eſt enim forma ſer
ui,in qua & parentibus hominibus ſubditus erat, ſicut
Euangelium loquitur. Et deſcendit cū illis & venit Na- Luca 2.
zareth : & erat ſubditus illis. Non autem alicubi ſancta E
ſcriptura dicit ſpiritum ſanctū ſubditum filio. Pro- 17
inde & quæ iubet pater, operatur filius propter formā
ſerui. Et quæ pater operatur , operatur & filius propter
formam dei. Non enim ait,quęcunque pater iubet,hęc
filius facit:ſed ait, Quæcunque pater facit, hæc & filius Ioan. 5.
facit ſimiliter. Porrò ſi ſpiritum ſanctū ideo hæc loqui
dicunt quæ mandat filius,quia ſcriptū eſt, De meo ac- Ioan. 16.
cipiet & annunciabit vobis:cur nō & filius ea loquitur
quæ mandat ſpiritus ſanctus, cū dicat Apoſtolus, Quæ 1.Corin. 2.
dei ſunt nemo ſcit niſi ſpiritus dei:& cum ipſe Ieſus de
ſeipſo impletum eſſe confirmet,quod ſcriptum eſt, Spi Eſaia. 61.
ritus domini ſuper me,propter quod vnxit me euange- Luca 4.
lizare pauperibus? Si enim propter hoc vnctus eſt euā-
gelizare pauperibus,quia ſpiritus domini ſuper eū erat:
quid euangelizabat pauperibus, niſi quod ſpiritus do-
mini habebat,quo repletus erat? Nā & hoc de illo ſcrip Luca 3.
tum eſt , quod repletus ſit ſpiritu ſancto. Filius, in- Ca. XXIII.
quiunt,adorat & honorat patrē:ſpiritus ſanctus adorat
& honorat filium. Hic non opus eſt ſcrupuloſe velle 18
diſcernere,inter honorare & adorare,quid diſtet, Prop
ter formam enim ſerui dicuntur iſta de filio . Dicant
ſi poſſunt, vbi legerint adorari filium à ſpiritu ſancto.
F
Quod enim ſubiiciūt vnde hoc probare conētur,quia
videlicet ſcriptum eſt , Pater ego te honorificaui ſuper Ioan. 17.
terram,opus quod dediſti mihi conſummaui:& de ſpi-
ritu ſancto,ille me honorificabit,quia de meo accipiet Ioan. 16.
& annūciabit vobis , ad rem de qua agitur nō pertinet.
Honorat enim omnis qui adorat,non autē adorat om
nis qui honorat. Nam & fratres ſecundum Apoſtolum Roma. 12.
inuicem ſe honore præueniunt,nec tamen inuicem a-
dorāt. Alioquin ſi honorificare,hoc eſt adorare: dicāt,
ſi placet, quòd filium adoret & pater,& hoc iubente fi-
lio qui ei dicit, Honorifica me. Quod autem dixit 19
de ſpiritu ſancto, De meo accipiet : ſoluit ipſe quæſtio- Ioan. 16.
nem:ne putetur quaſi per quoſdā gradus ſic de illo eſſe
ſpiritus ſanctus,quo modo eſt ipſe de patre,cum ambo
de patre,ille naſcatur,ille procedat . Quæ duo in illius
naturæ ſublimitate diſcernere,omnino difficile eſt. Er-
go ne hoc putaretur,vt dixi,continuo ſubiecit, Omnia
quæ habet pater,mea ſunt,propterea dixi,de meo acci-
piet. Ita ſine dubio intelligi volens quòd de patre acci-
piat. Sed ideo de ipſo,quia omnia quæ habet pater,ipſius
t ſunt.

G ſunt.Hæc autem non eſt diuerſitatis naturæ, ſed vnius
20 principij commendatio. Secundum hoc itaq; ſpiri-
tus ſanctus nõ à ſeipſo loquitur,quia nõ eſt à ſeipſo qui
de patre procedit.Sicut nec fili⁹ poteſt à ſe facere quic-
quã,quia nec ipſe à ſeipſo eſt, ſicut iam ſuperius expo-
ſui: non quòd in omnibus nutum patris expectet : non
enim ait,Niſi quod viderit patrẽ innuentem:ſed quod
viderit patrem facientẽ, ſecundum ea quæ iam diſpu-
tauimus. Quòd autem in omnibus ſpiritus ſanctus
21 Chriſti præceptum expectet vt dicunt,legãt ſi poſſunt.
Quod enim dictum eſt,non à ſe loquetur: nõ eſt dictũ
quæcunq; à me audierit,ſed quæcũq; audierit loquetur.
Cur autem dictum ſit, pauloante iam claruit ex ipſius
quã cõmemoraui domini expoſitione, vbi ait, Omnia
quæ habet pater,mea ſunt,propterea dixi de meo acci-
piet. Vnde autem accipiet, inde eſt proculdubio quod
loquitur,quia inde audit vnde procedit.Scit enim dei
verbũ procedendo inde vnde naſcitur verbũ, ita vt ſit
C. XXIIII. communiter ſpiritus & patris & verbi. Nec moueat
quòd futuri temporis verbum eſt,accipiet:quaſi nondũ
haberet.Indifferẽter quippe dicuntur temporis verba,
quãuis ſine tẽporẽ manere intelligatur æternitas. Nam
H & accepit,quia de patre proceſsit:& accipit, quia de pa
tre procedit:& accipiet, quia de patre procedere nun-
quã deſinet:ſicut deus & eſt & fuit & erit,& tamen ini-
tium vel finem temporis,nec habet,nec habuit,nec ha-
Cap. XXV. bebit. Filius,inquiunt, pro nobis interpellat patrem,
22 & ſpiritus pro nobis poſtulat filiũ. Sicut legũt, quòd
filius interpellat patrẽ , ſecundum ea quæ ſuperius nos
etiam commemorantes diſſeruimus, ita inueniant vn-
de proferant,quòd ſpiritus poſtulet filium.Quod enim
Roma.8. dicit Apoſtolus, Quid enim oremus ſicut oportet ne-
ſcimus,ſed ipſe ſpiritus interpellat gemitibus inenarra-
bilibus:qui autem ſcrutatur corda, ſcit quid ſpiritus ſa-
piat,quia ſecundũ deũ interpellat pro ſanctis: quomo-
dolibet iſti accipiant,multũ enim ad eos eſt hoc ſic ac-
cipere quemadmodum accipiendũ eſt, nõ eſt dictum,
interpellat Chriſtum aut interpellat filium : interpellat
autem ſpiritus ſanctus dictum eſt,quia interpellare nos
Gene.22. facit.Sicut deus dicit,Nũc cognoui:quaſi ante neſciret:
quod quid eſt aliud,niſi feci vt cognoſcas? Vnde eſt &
Galat.4. illud Apoſtoli,Nunc autem cognoſcentes deũ, immo
cogniti à deo.Ne ſibi tribuerẽt quòd cognouerũt deũ:
ſic ergo ait,cogniti à deo,vt intelligerẽt quòd illos gra
tia ſua deus fecit cognitores ſuos. Secundum iſtum lo-
I cutionis modum dictum eſt, Et nolite contriſtare ſpi-
Ephe.4. ritum ſanctũ dei:hoc eſt, nolite nos contriſtare qui ſe-
cundum ſpiritum dei contriſtamur ex vobis.Charitate
quippe contriſtabãtur,quã diffundebat ſpiritus ſanctus
in cordibus eorũ, & per hoc eos de malis fratrum tri-
ſtes ipſe faciebat. Denique idem Apoſtolus, Accepiſtis,
Roma.8. inquit,ſpiritum adoptionis filiorum,in quo clamamus
Gala.4. abba pater.Et alibi eundem ſenſum commemorãs,Mi-
ſit,inquit,deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra, clamã-
tem abba pater. Quo modo ibi in quo clamamus, quo
modo hic clamantem,niſi quia clamantem hic ait,cla-
mare facientem? Vt autem ſecundum ipſorum ſenſum
ſic accipiamus clamantem, tanquam non clamare nos
faciat,ſed ipſe clamet:ecce dicendo,abba pater , nõ in-
terpellat filium ſed patrem. Nõ enim audebunt dicere
filium Chriſti eſſe ſpiritum ſanctum.Nam vtiq; ne hoc
dicerent,nõ genitum à filio, ſed factum dicere malue-
runt. Non ergo ſcimus per noſipſos quid oremus ſicut
oportet,ſed ipſe ſpiritus interpellat, id eſt, interpellare
nos facit quæ ſunt ſecundũ deum.Quod niſi faciat, nõ
oramus,niſi ſecundum iſtum mundum, ad explendam K
concupiſcentiam carnis,& concupiſcentiã oculorum,
& ambitionẽ ſeculi,quæ non ſunt à patre, ſed ex mun-
do ſunt. Quanuis nõnulli id quod dictum eſt, ipſe ſpi
ritus interpellat gemitibus: de ſpiritu hominis intelli-
gendum arbitrentur. Totius bonitatis & ſapientiæ Ca. XXVI.
& virtutis patris,viuam & veram,propriam & condi- 23
gnam imaginem dicunt filiũ.At Apoſtolus Paulus,non
virtutis dei & ſapientiæ imaginem,ſed cum ipſum eſſe
dicit dei virtutem & dei ſapientiã. Eo ipſo igitur quòd
imago patris eſt filius, virtus eius & ſapiẽtia eſt. Imago
autem plena atque perfecta,id eſt,non ab illo ex nihilo
facta,ſed de illo genita,nihil minus habet quàm ille cu
ius imago eſt.Patris quippe imago ſumma,id eſt, ita ſi-
milis vt in ea diſsimile aliquid non ſit, filius eſt vnige-
nitus. Non ſunt tamen auſi dicere imaginem filij 24
ſpiritum ſanctũ,ſed manifeſtationem.Propter hoc nec
genitũ,ſed factum ab illo eſſe dixerũt . Quod de ſcrip-
turis ſanctis omnino non intelligunt. † Quis autem † legunt.
catholicus dixerit,partem patris eſſe filium,aut partem C. XXVII.
filij ſpiritum ſanctum ? Quod ita negandum putaue- 25
runt , tanquam inter nos & ipſos nulla inde ſit quæ-
ſtio. Eiuſdem naturæ dicimus eſſe trinitatem non ali- L
quam ibi perſonã partem cuiuſpiam nuncupamus. Sed
quòd ita negant partem patris eſſe filium, vt tamen di-
cant proprium & dilectiſsimum,perfectum & plenum
vnigenitum filium: quærendũ eſt ab eis,quos filios ſuos Iacobi.1.
facit deus voluntarie,gignẽs eos verbo veritatis, cũ ad
eam perfectionem peruenerint,vt perfectiores eſſe nõ
poſsint,vtrum ſint etiã ipſi proprij & dilectiſsimi,per-
fecti & pleni filij dei? Quod ſi erunt, nec vnigenitus ille
erit,quia æquales multos habebit, ſed tantũmodo pri-
mogenitus.Si autẽ non erunt, quo modo accipiẽda eſt
illius plenitudo atq; perfectio,niſi vt ſit prorſus gignẽti
ęqualis,& in nullo omnino diſsimilis:atq; vt id breuius
planiúſque dicamus,ſint iſti filij gratia,ille natura: quia
in iſtis eſt participatio diuinitatis,in illo eſt plenitudo.
Quanuis & ille quòd ſuſcepit hominẽ,& verbum caro Ioan.1.
factum eſt,non ſit natura ſed gratia: verbi tamen quod
patri æquale eſt permanente natura. Deinde reſpon- 26
deant,quia nõ filium,ſed primum & præcipuum opus
filij præ cæteris vniuerſis dicunt eſſe ſpiritum ſanctum:
vtrũ illi filij meliores futuri ſint ſpiritu ſancto, quos vo
luntarie genuit pater verbo veritatis? Quo modo enim M
non coguntur hoc dicere,cũ proculdubio melius ſit fi-
lios eſſe patris,quàm opus filij? Hæc cogitent, & emen-
dent vanas impiasq; blaſphemias , atq; fateantur in illa
trinitate nullam perſonam, præter quod filius manens
deus,homo fact⁹ eſt,omnino eſſe creaturã, aut aliquid
à deo factum eſſe:ſed totũ quicquid illud eſt,ſummum
verum immutabilem deum. Abſit enim vt quemad- 27
modum ſapiunt,pater maior ſit filio ſuo,ſecundum id
quod vnigenitum verbũ eius eſt, ſed ſecundũ id quod
verbum caro factũ eſt.Sed quid mirum,quando in ea-
dem carne factus eſt etiã angelis minor? abſit vt quem-
admodum blaſphemant,incõparabiliter maior & me-
lior ſit filius ſpiritu ſancto. Et quod inſaniſsimũ eſt 28
credere, templũ minoris ſint mẽbra maioris. Pater C.XXVIII.
quidem,deus & dominus eſt filio ſuo,quia in eo forma 29
ſeruilis,quæ prophetabatur,cũ diceretur, Dominus di- Pſal.2.
xit ad me,filius meus tu. Cui etiam in eadem prophetia
dicit idẽ filius, De ventre matris meæ deus meus es tu.
De ventre quippe matris eius vbi hominem aſſumpſit, Pſal.21.
deus eius eſt. Qui propter quod eum non ſolũ ante vẽ-
trem matris,ſed ante omnia ſecula coæternum genuit,
pater

A pater eius eſt. Vbi autem vel in ſomnis audierunt,
ſcripturam ſanctã dixiſſe filium deum & dominũ eſſe
31 ſpiritus ſancti? Pater,inquiunt,immobiliter & im-
paſsibiliter volens filium genuit:filius ſine labore & fa-
tigatione ſola virtute ſua ſpiritũ fecit. O præcipuã lau-
dem filij & ſpiritus ſancti. Quaſi nos pater mobiliter &
paſsibiliter inuitus genuerit,qui nos voluntarie genuit
verbo veritatis:aut filius cum labore & fatigatione cœ-
32 lum & terrã creauerit? Aequẽtur ergo iſta opera ſe-
cundũ iſtos,vel filio vel ſpiritui ſancto: aut ſi nullo mo
do æquãtur, quid ꝓſuit hoc dicere vnde nulla ſit quæ-
ſtio,quod ſcilicet ſine vllo labore & fatigatione vel gi-
gnat pater,vel faciat filius? Videant ſanè quo modo di-
cant,quòd ſola virtute ſua filius fecerit ſpiritũ ſanctũ. I-
ſto eni modo coguntur fateri aliquid feciſſe filiũ,quod
non viderit patrem ſacientẽ. An placet eis dicere,quòd
etiã pater fecerit ſpiritum ſanctum? Non ergo eum ſo-
la virtute ſua fecit filius. An alterum fecit prior pater,
vt poſſet filius facere quem fecit, qui non poteſt facere
niſi quod viderit patrem ſacientem? Et quid eſt quòd
nõ alia ſimilia,ſed quæcunq; pater facit, hæc eadem fi-
B lius facit ſimiliter? Si hęc cogitare conentur,proculdu-
bio turbabuntur eis omnia quę ſibi carnali cogitatione
C.XXIX. componunt. Verum eſt autem, quòd pater omnibus
33 quæ ſunt dedit vt eſſent,& ipſe quod eſt à nemine acce
pit:ſed æqualitatem ſuã nulli dedit, niſi filio qui natus
eſt de illo, & ſpiritui ſancto qui procedit de illo. Quæ
cum ita ſint,non eſt iſta,quã volunt iſti, differentia tri-
nitatis: quia indifferens in trinitate natura, indifferens
in trinitate potentia eſt: vt omnes honorificent filium
Ioan.5. ſicut honorificãt patrẽ,quod ipſe ait, Et qui volunt pie
Deute.6. viuere,dominum deum ſuum adorent,& illi ſoli ſerui-
ant. Quod & antiquis patribus dei lege pręceptum eſt,
nec vllo modo aliter fieri poteſt, vt ſoli domino deo
noſtro ea quæ deo debetur ſeruitute ſeruiamus:ipſa eſt
enim quæ Græcè appellatur λατρεία. Quod verbum ibi
Ibidem. poſitum eſt cum diceretur, Illi ſoli ſerui es. Nullo modo
Matth.4. inquã hoc fieri poteſt,niſi ipſe dominus deus noſter v-
niuerſa ſit trinitas. Alioquin iſtã ſeruitutem, quæ latria
dicitur,quam non debent ſerui eis quos ſecundum car
nẽ dominos habent,ſed omnes homines ſoli domino
deo ſuo. Hanc ergo ſeruitutem nõ exhibebimus filio,ſi
de patre dictum eſt,& illi ſoli ſerui es. Aut non exhibe-
bimus patri,ſi de filio dictum eſt,& illi ſoli ſerui es. Iam
vero ſi aliquibus terræ molibus ſpiritui ſancto templũ
C fabricaremus,quis dubitaret ei nos latria, id eſt, iſta de
qua nunc loquor ſeruitute ſeruire? Quo modo ergo nõ
ei ſeruitutem quæ latria dicitur,exhibemus, cui templũ
nõ facimus,ſed nos ipſi ſumus? Et quo modo nõ & ipſe
deus noſter eſt,de quo dicit Apoſtolus, Neſcitis quia tẽ
1.Corin. 3. plum dei eſtis,& ſpiritus dei habitat in vobis. Et paulò
pòſt, Glorificate ergo deũ in corpore veſtro? Corpora
autẽ noſtra,templum in nobis dicit eſſe ſpiritus ſancti.
Cũ igitur & patri & filio & ſpiritui ſancto iſta quæ la-
tria vocatur ſeruitute ſeruiamus, audiamusq; legẽ dei
præcipientem,vt nulli alteri, ſed ſoli domino deo no-
ſtro hãc exhibeamus:proculdubio vnus & ſolus domi
nus deus noſter eſt ipſa trinitas, cui vni & ſoli talẽ ſer-
Cap. XXX. uitutem pietatis iure debemus. Sicuti nemo poteſt,
34 inquiunt,ſine filio ad patrẽ tranſire: ita & nemo poteſt
ſine ſpiritu ſancto filiũ in veritate adorare: quaſi & ad
filium ſine patre quiſquã poſsit venire, cum ipſe dicat,
Ioan.6. Nemo venit ad me niſi pater qui miſit me traxerit illũ:
aut ad ſpiritũ ſanctum ſine patre & filio peruenire poſ
ſemus, quia eum ſua nobis conferunt gratia. Quid eſt
enim aliud ad eos venire, niſi eos habitantes in nobis D
habere? Hoc enim modo & ipſi ad nos veniũt, cũ deus
vbique ſit,& nullo corporali contineatur loco. Ipſe ſal
uator dicit de ſe & de patre, Veniemus ad eum,& man- Ioan.14.
ſionem apud eum faciemus. Et de ſpiritu ſancto dicit,
Niſi ego abiero,aduocatus non veniet ad vos. Quid eſt Ioan.16.
ergo quod dicũt, Sicuti nemo poteſt ſine filio ad patrẽ
tranſire,ita & nemo poteſt ſine ſpiritu ſancto filium in
veritate adorare: & deinde ſubiungunt, Ergo in ſpiritu
ſancto adoratur filius. Nũquid nam hæc indicant diffe
rentiã naturarũ, de qua inter nos & illos vertitur quæ-
ſtio? Nam ſi nemo poteſt ſine ſpiritu ſancto filiũ in ve-
ritate adorare, & in ſpiritu ſancto adoratur filius, pro-
fecto veritas eſt etiã ſpiritus ſanctus: quia cum in illo
adoratur filius, ſicut ab eis dictũ eſt, in veritate adora-
tur,vt ipſe filius ait, Ego ſum veritas: ergo & in ſeipſo Ioan.14.
adoratur,cũ in veritate adoratur. Ac per hoc & in ipſo
& in ſpiritu ſancto adoratur filius. Quis autẽ ita ſit im
pius,vt inde ſeparet patrẽ? Quo modo enim non & in
illo adoramꝰ,in quo viuimus,mouemur & ſumꝰ? Pro-
inde adorari filium in ſpiritu ſancto etiã nos dicimus, E
Adorari autẽ filium ab ſpiritu ſancto,legant ſi poſſunt.
Nam per filium glorificari patrem, quis negat? Sed Acto.17.
& filium glorificari per patrẽ negare quis audeat? Cui Ca. XXXI.
dicit ipſe filius, Glorifica me. Cui etiã dicit, Ego te glo- 35
rificaui. Glorificare autẽ & honorificare & clarificare, Ioan.17.
tria quidem verba,ſed res vna eſt, quod Græcè dicitur
δοξάζειν: interpretum autẽ varietate, aliter atque aliter
poſitum eſt in Latino. Spiritus ſancti opus & dili- C. XXXII.
gentia eſt,inquiunt,ſanctificare & ſanctos cuſtodire,& 36
non ſolum rationabilia, vt quidam putant, ſed & irra-
tionabilia plura ſanctificare:& eos qui ceciderũt prop-
ter ſuam negligentiam,ad priſtinum ſtatum reuocare:
ignorantes docere,obliuiſcentes admonere,peccantes
arguere,pigros hortari, de ſalute ſua cogitare & ſolici-
te agere,errãtes ad viã veritatis deducere, infirmos cu
rare,& fragilitatẽ corporis per alacritatem animæ con
tinere, & ad amorem pietatis & caſtitatis confirmare,
& omnes illuminare:ſuper omnia fidem & charitatem
præbere ſingulis:pro ſtudio quoq; & diligẽtia,pro ſim-
plicitate & ſynceritate mẽtis,pro menſura fidei & me-
rito conuerſationis,gratiã(donationis)ad vtilitatẽ di-
uidere, & vnuſquiſq; in quo opere & propoſito fuerit
habilis in ipſo ordinare. Facit hæc quidẽ ſpiritus ſan
ctus. Sed abſit vt ſine filio faciat. Quis enim ſic deuiet à F
via veritatis,vt neget à Chriſto cuſtodiri ſanctos, lap-
ſos autẽ in ſtatũ priſtinum reparari, ignorantes doceri,
obliuiſcentes admoneri,peccantes argui,pigros horta-
ri,errantes ad viã veritatis adduci,infirmos ſanari,cæ-
cos illuminari,& cætera quę iſti ſpiritui ſancto,tanquã
ſolus ea faciat,tribuenda putauerunt? Vt enim de cęte-
ris,ne longum ſit,taceam,quo modo negabunt à Chri-
ſto doceri ſanctos,quibus idem dicit, Nolite vocari ab
hominibus rabbi, vnus eſt enim magiſter veſter Chri- Marci. 23.
ſtus? Quo modo negabũt à Chriſto illuminari, de quo
ſcriptum legunt, Erat lumen verũ quod illuminat om- Ioan.1.
nem hominem? Spiritus ergo ſanctus,ſicut ſine Chri-
ſto nõ docet aut illuminat quenquam,ita ſine Chriſto
non ſanctificat quicquã. Illud autem quod per Prophe
tã deus dicit, Vt ſciãt quia ego ſum qui ſanctifico eos:
eligãt à quo dictum velint credere. Si à patre,cur ab eo Exod. 31.
ſeparant opera(ſanctificatoris) ſpiritus ſancti,eum ſan
ctificari ſanctos à ſpiritu ſancto tanquã proprie ac ſe-
parabiliter putãt? Si à filio,ſaltem ab ipſo non ſeparent
opera ſanctificatoris ſpiritꝰ ſancti. Si ab ſpiritu ſancto

G deus eſt etiam ſpiritus ſanctus, quod illi nolunt, qui per
Prophetam dicit, Vt ſciāt quia ego ſum qui ſanctifico
eos. Si autē, quod melius intelligitur, vox illa ipſius tri-
† aliàs, nullo modo dubitant. nitatis eſt per Prophetam: nullo dubitante, † vnus deus
eſt pater & filius & ſpiritus ſanctus, ex quo omnia, per
quem omnia, in quo omnia, ipſi gloria in ſecula ſecu-
Roma. 11. lorum, Amen. Cum itaque fateamur fieri à ſpiritu
Capue XXXIII. ſancto quæ ab illo fieri commemorauerunt, non eſt ex
eo conſequens quod adiungunt, Alium eſſe à filio ſpi-
37 ritum ſanctū natura & ordine; gradu & affectu, digni-
tate & poteſtate, virtute & operatione. Quandoquidē
nec hominū diuerſa natura eſt, quorū ſeparabilia opera
eſſe poſſunt, quod trinitatis eſſe nō poſſunt. Ordo autē,
gradus, affectus, qui inuenitur in creaturæ diſparilitate
& infirmitate, null⁹ eſt in illa coæterna & ęquali & im-
paſſibili trinitate. Dignitas vero, poteſtas, virtus, quo
modo non ęqualis eſt omnibus, qui & eadem & ſimili-
ter operantur? Quod enim dicūt eos operatione diuer
ſos, hoc omnino falſum eſſe conuincimus. Quòd
Capue XXXIIII. autem in iſto ſermone ſubnectunt, Impoſſibile eſſe vt
vnus idēq; ſit pater & filius, generans & naſcens, cui te-
38 ſtimonium perhibetur & qui teſtimoniū perhibet: ma-
H ior, & is qui maiorem confitetur: is qui ad dexteram ſe-
det aut ſtat, & is qui ſedis dat honorem: qui miſſus eſt,
& is qui miſit: diſcipul⁹ & doctor, vt ipſe docuit dicēs,
Ioan. 8. Sicuti docuit me pater, ſic loquor: ſimilis & imitator:
& is cuius eſt ſimilis, & quē imitatur: is qui orat, & is qui
exaudit: is qui gratias agit, & is qui benedicit: is qui ſu-
ſcipit mandatum, & is qui dedit mandatū: miniſter &
præcipiēs, ſupplex & eminēs, ſubditus & ſuperior, vni-
genitus & ingenit⁹, ſacerdos & deus. Ex parte aliqua
veriſſime dicunt, ſed ea contra Sabellianos, nō contra
catholicos dicunt. Illi enim vnum & eundem dicūt fi-
lium eſſe qui pater eſt. Nos autem patrem gignentē &
filium genitū duas dicimus eſſe perſonas, ſed non duas
diuerſaſq; naturas. Non ergo vnus & idem eſt pater &
filius, ſed vnū ſunt pater & filius. Quòd vero maior eſt
pater, non pertinet ad naturam gignentis & geniti, ſed
hominis & dei. Secundum quam formam ſuſcepti ho-
minis, & ad dexterā patris ſedet vel ſtat, & orat & gra-
tias agit: & ſacerdos eſt, & miniſter eſt: & ſupplex eſt, &
ſubditus eſt. Secundum autē formam dei in qua æqua-
lis eſt patri, vnigenitus eſt & gignenti coæternus. Et li-
Coloſ. 1. cet ſit primogenitus omnis creaturæ, quia in illo cun-
I dita ſunt omnia, priuſq; ille eſt genitus quàm hæc con-
dita, tamen ſempiternus eſt ſicut pater, nec cœpit ex tē-
pore. Nam & patrem rectiſſime dicimus priorem eſſe
quàm vniuerſa quæ condidit, quanuis genitus non ſit.
Nihil enim tam primum quàm id ante quod nihil eſt.
Sed ſicut nihil eſt ante patrem, ita nihil eſt ante vnige-
nitum filium, patri vtiq; coæternum. Neque enim quia
ille genuit, ille genitus eſt, ideo eſt pater tempore ante-
rior. Nam ſi inter patrem gignentem & genitum filiū
aliquod tempus eſt, profecto tempus eſt ante filium. Et
nō eſt iam filius primogenitus omnis creaturæ, quia &
tempus vtiq; creatura eſt. Nec omnia per ipſum, ſi tem-
pus ante ipſum: ſed omnia per ipſum, nullum ergo tem
pus ante ipſum. Ac per hoc, quemadmodū ignis & ſplē
dor qui ex igne gignitur & circunquaq; diffunditur,
ſimul eſſe incipiunt, nec genitus à gignente pręceditur:
ſic deus pater & deus de deo filius eſſe ſimul incipiunt,
quia pariter ſine vllo initio tēporis ſunt, nec genitus à
gignente præceditur. Et ſicut ignis gignens & ſplēdor
genitus coæui ſunt, ita & deus pater gignens, & deus fi-
lius genitus, coæterni ſunt. Sed quia iſte eſt de illo, non
ille de iſto, ideo & mandatum accepit à patre, cū man- K
datum ipſe ſit patris: & docet eū pater, cum ipſe ſit pa-
terna doctrina. Sic enim accepit a patre vitam, cū ſicut
pater ipſe ſit vita: ita eſt & patri ſimilis, vt in illo ſit om
nino diſſimilis. Teſtimonium vero cum inuicem ſibi
perhibeant pater & filius, quo modo iſti alterum eorū
faciant teſtimonium perhibentem, & alterū cui teſti-
moniū perhibeatur, ignoro. Nónne pater dicit, Hic eſt Matth. 3.
filius meus dilectus. Nónne filius dicit, Teſtimonium Ioan. 8.
perhibet de me qui miſit me pater? Cur ergo eos ita di-
ſtinguunt, vt patrem dicant cui teſtimonium perhibe-
tur, & filium qui perhibet? Cur vſque ad iſta ſunt vani,
vſque ad iſta ſurdi, vſque ad iſta cæci? De patre autem
mittente & miſſo filio, iam in ſuperioribus huius diſ-
putationis partibus ſatis abundéque tractatum eſt.

Nunquam ſanè, vt impietas iſta delirat, pater præ- C. XXXV.
ſcius erat ſe vnigeniti dei patrē futurum: quia nunquā 39
non pater erat, habens filiū coæternum, & generans ſi-
ne tempore, per quem condidit tempora. Et ſicut deū
ſe non præſciuit futurum quod ſemper erat: ſic nec pa-
trem, quia cū filio ſemper erat, nec magno filio maior,
nec bono melior: quia non patri tantum, ſed vniuerſæ L
trinitati dictū eſt, Tu es deus ſolus magnus: Nec de pa Pſal. 46.
tre tantum, ſed de vniuerſa trinitate recte intelligitur
dixiſſe idem filius: Nemo bonus niſi vnus deus: [Tunc Marci. 10.
inquam, hoc dixit,] quando eum appellauit magiſtrum
bonum, qui eum nondum intelligebat deum: Tanquā
diceret, Si vocas bonū, intellige deum: nemo enim bo-
nus niſi vnus deus. Trinitas ergo vnus deus ſolus ma-
gnus & bonus, cui vni & ſoli, ſicut præcepit lex eius, il-
la quæ latria dicitur ſeruitute ſeruimus. Abſit autem C. XXXVI.
vt dicamus, humilitatis, non veritatis gratia filium ali- 40
quādo ſic loqui, vt ſe patri ſubiiciat, eumq; maiorē eſſe
teſtetur. Nouimus quippe in filio formam ſerui, non fi-
ctam ſimulatamq;, ſed veram: propter quem ſcilicet hu
manum habitū, & propter quod ipſe de patre, nō pater
de illo deus eſt, dicit illa omnia, de quib⁹ iſti occaſionē
accipiunt, diuerſas patris & filij credere ac prædicare
naturas. Et cū ſe tanta iſta voragine impietatis immer-
gāt, nos tanquam opprobrio noui nominis homouſia-
nos vocant. Ita enim ſeſe habet catholicæ veritatis an-
tiquitas, vt ei omnes hæretici diuerſa nomina impo-
nant, cum ipſi ſua ſingula ſicut ab omnibus appellantur
obtineant Arriani quippe & Eunomiani, non alij hęre-
tici nos vocitant homouſianos, quia contra eorum er- M
rorem, Græco vocabulo ὁμοούσιον defendimus patrem
& filiū & ſpiritum ſanctum: id eſt vnius eiuſdemq; ſub-
ſtātiæ, vel vt expreſſius dicatur, eſſentiæ, quæ οὐσία Græ
ce appellatur: quod planius dicitur, vnius eiuſdēq; na-
turæ: Et tamen ſi quis iſtorū qui nos Homouſianos vo-
cant, filium ſuū non cuius ipſe eſſet, ſed diuerſę diceret
eſſe naturæ, exhæredari ſe ab eo mallet filius q̄ hoc pu-
tari. Quanta itaq; impietate iſti cæcantur, qui cum con-
fiteantur vnigenitum dei filium, nolunt eiuſdem natu-
ræ cuius pater eſt cōfiteri, ſed diuerſæ atque imparis &
multis modis rebuſq; diſſimilis, tanquam non de deo
natus, ſed ab illo de nihilo ſit creat⁹: Ac per hoc & ipſe
creatura ſit, gratia filius non natura. Ecce qui nos quaſi
macula noui nominis vocant homouſianos, nec ſeip-
ſos cum iſta ſentiunt intuentur inſanos. Quòd autē
ante omnia ſecula natum fatētur filium, quo modo nō Capue
ſibiipſi cōtrarij ſunt, cum natum dicere ante omnia ſe- XXXVII.
cula, cuius natiuitati anteponūt aliquid temporis, quaſi
nō aut ſecula aut ſeculorum partes quæcunq; ſint tem-
pora? Quod vero dicit Apoſtolus, etiā in futuro ſeculo
patri

A patri filium ſubiectum futurũ, vbi ait, Tunc & ipſe ſub-
1.Corin 15. iectus erit ei qui illi ſubiecit omnia: quid mirum, quan-
doquidem illa in filio forma humana manſura eſt, qua
ſemper maior eſt pater? Quanuis non defuerint, qui illã
tunc filij ſubiectionem, ipſius humanæ formæ in diui-
nam ſubſtantiam commutationem intelligendam pu-
tauerint, tanquam hoc cuique rei ſubiiciatur, quod in
eam conuertitur & mutatur. Sed nos quid hinc ſentia-
mus oſtendimus, magis ideo dixiſſe Apoſtolum etiam
tunc patri filium ſubiectum futurum, ne quis in eo pu-
taret ſpiritum, & corpus humanum aliqua conuerſione
periturum: vt ſit deus omnia, nõ tantum in illius vnius
forma hominis, ſed in omnibus, id eſt, vt ad habẽdam
vitam, & ſatiandum in bonis deſiderium noſtrum, na-
tura diuina ſufficiat. Tũc enim deus omnia erit in om-
nibus, cum præter ipſum nihil omnino habere velle
cœperimus. Omnia quippe ipſe nobis erit, quãdo ipſo
ſufficiente, nihil deerit. Iuſſum vero obaudiſſe filium
Caput XXXVIII. antequam acciperet carnẽ, vnde iſti exiſtiment neſcio.
An accipere carnem miſſus eſt, vt hoc videatur feciſſe
iuſſus, quod fecit miſſus? Iterũ ergo ad illa redeant, quæ
ſuperius diſputata ſunt, & quærant atq; inueniãt ſi poſ-
B ſunt, pater vnico verbo quo alio iuſſerit verbo: & vtrũ
dignum fuerit, vt temporali iubentis verbo verbũ ſub-
deretur æternum. Atque hinc intelligant, quia nõ eum
patris iuſsio, tanquam ſuæ non fuerit poteſtatis, com-
Philip. 2. pulerit: ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui acci-
piens. Quòd autem humiliauit ſemetipſum, factus obe
diens vſque ad mortem, iam vtique acceperat carnem.

Arbitror me ad omnia reſpõdiſſe quæ continet Ar-
Caput XXXIX. rianorum ſermo, qui nobis vt ei reſponderemus à qui-
buſdam fratribus miſſus eſt. Qui vt poſsit inſpici ab iis
qui hæc legunt, & verum ad omnia reſpõſum fuerit ex-
plorare deſiderant, huic eum noſtræ diſputationi præ-
ſcribendum putauimus: vt prius legatur ipſe, ac deinde
noſtra reſponſio. Quoniam nõ vbique textum verbo-
rum eius interpoſuimus: ne nimis longum faceremus
hoc opus noſtrum, quod tandẽ iſto fine concludimus.

FINIS.

*HVius operis non meminit in libro Retractationum, tamẽ ip-
ſius eſt phraſis. Prior pars habet acta, quibus adiecit
ſcripto coronidem.*

C
DIVI AVRELII
AVGVSTINI HIPPONENSIS
Epiſcopi, contra Maximinum hæreti-
cum Arrianorum Epiſcopum,
Liber primus.

CVM Auguſtinus & Maximinus
Hippone regio vnum in locum
conueniſſent, præſentibus mul-
tis, tam clericis quàm laicis, MA-
XIMINVS dixit, Ego non ob
iſtam cauſam in hanc ciuitatem
adueni, vt altercationem pro-
ponam cum religione tua, ſed
miſſus a comite regis multa contemplatione pacis ad-
ueni. Reuera enim Heraclio presbytero amicabili pa-
ctione mecũ tractanti, reſponſum dedi vt valui, ita ta-
men ab ipſo prouocatus, quiq; intantum exarſit, vt etiã
& aduentum tuũ cõtra me prouocaret. Et quia digna-
ta eſt religio tua mihi facere iniuriam, ſi interrogat, in

quibus valeo reſpõſum dabo: ſi aliquod rationabile di- D
xeris, neceſſe eſt vt ſequar. Si quod enĩ de diuinis ſcrip-
turis protuleris, quod commune eſt cum omnibus, ne-
ceſſe eſt vt audiamus. Hæ vero voces quę extra ſcriptu-
ram ſunt, nullo caſu à nobis ſuſcipiũtur. Præterea cum
ipſe domin⁹ moneat nos & dicat: Sine cauſa colũt me, Matth. 15.
docentes mandata & præcepta hominum. AVGV-
STINVS dixit, Si ad iſta omnia reſpondere voluero,
id etiã ego agere videbor, ne veniatur ad cauſam. Pro-
inde vt cito agamus quod inſtat; dic mihi fidẽ tuã de
patre & filio & ſpiritu ſancto. MAX. reſpondit, Si fi-
dem meam poſtulas, ego illam teneo fidẽ quę Arimini
à trecentis & triginta Epiſcopis, nõ ſolum expoſita, ſed
etiam ſubſcriptionibus firmata eſt. AVG. dixit, Iam
dixi, & hoc ipſum repero, quia reſpondere noluiſti: Dic
mihi fidẽ tuã de patre & filio & ſpiritu ſancto. MAX.
reſpondit, Cum enim nõ defecerim à reſponſione, cur
accuſor à tua religione quaſi reſponſum nõ dederim?
AVG. dixit, Propterea dixi te reſpondere noluiſſe, quia
dum ego quærerem vt diceres mihi fidem tuam de pa-
tre & filio & ſpiritu ſancto, quod & nũc poſco, tu mihi
non dixiſti fidem tuã, ſed nominaſti Ariminenſe con-
cilium: Fidem tuã volo noſſe, quid credas, quid ſentias E
de patre & filio & ſpiritu ſãcto. Si dignaris, ore tuo au-
diam: Noli me mittere ad ea ſcripta quæ modo aut præ
manu non ſunt, aut eorum authoritate nõ teneor. Dic
quid credas de patre & filio & ſpiritu ſancto? MAX.
reſpondit, Non ad excuſandum me Ariminenſis con-
cilij decretum intereſſe volui, ſed vt oſtẽdam authori-
tatem patrum, qui ſecundum diuinas ſcripturas fidem
nobis tradiderũt illam, quam à diuinis ſcripturis didi-
cerunt. Sin vero placet, quia corde creditur ad iuſticiã, Roma. 10.
ore autem confeſsio fit ad ſalutem: inſtructi etenim ſu-
mus & parati ad reſpondendũ omni expoſcenti de no
bis rationem de fide & ſpe quę in nobis eſt: & præterea 1.Petri 3.
cum dominus ipſe Ieſus dicat: Qui me confeſſus fuerit Matth. 10.
coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre
meo qui eſt in cœlis: Et qui negauerit me coram homi-
nibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cœ-
lis eſt: iſtud periculum timens, quanuis leges imperiales
non ignoro, tamẽ præcepto ſaluatoris edoctus, qui mo
nuit nos & dixit: Nolite timere eos qui occidũt corp⁹, Ibidem.
animam autẽ non poſſunt occidere: reſpondeo euiden
ter, Credo quòd vnus eſt deus pater, qui à nullo vitam
accepit: Et quia vnus eſt filius, qui quod eſt & quod vi- F
uit, à patre accepit vt eſſet. Et quia vnus eſt ſpiritus ſan-
ctus paracletus, qui eſt illuminator & ſanctificator ani
marum noſtrarũ, & hoc de diuinis ſcripturis aſſero. Si
iubes, proſequor teſtimonia: ſi in aliquo reprehẽdit re-
ligio tua, dabo reſponſum in his in quibus reprehendi
videor. AVG. dixit, Mouet me, quòd ita poſuiſti pro-
prie illuminatorem noſtrum ſpiritum ſanctum, quaſi
Chriſtus non ſit illuminator noſter. Hinc primo abs te
volo audire quid ſentias. MAX. reſpõdit, Nos enim
vnum authorem deum patrem cognoſcimus, à quo il-
luminatio omnis per gradus deſcẽdit. Nam deniq; &
Apoſtol⁹ Paulus profert de ſe teſtimonium in Actibus
Apoſtolorum dicẽs: Quoniam ſic mandauit enim no- Act. 13.
bis deus: & inter cætera, Poſui te in lumen gentium. Si
Apoſtolus in lumine gentiũ poſitus eſt vt doctor, quã-
to magis ſpiritus ſanctus, qui illuminator eſt Apoſtoli:
in quo & Apoſtolus locutus eſt ſecundum ipſius Apo- 1.Corin. 12.
ſtoli dicta, quia nemo poteſt dicere dominũ Ieſum, niſi
in ſpiritu ſancto. Vtiq; illuminator eſt ſpiritus ſanctus,
qui illuminauit Apoſtolũ: Sed ſpiritus ſanct⁹ à Chriſto

G accepit,ſecundum ipſius Chriſti teſtimonium, ſicut ait in Euãgelio Chriſtus: *Ioan.16.* Multa habeo vobis dicere,ſed nõ poteſtis portare modo: Cum autem venerit ille ſpirit⁹ veritatis,diriget vos in omnẽ veritatem. Nõ enim loquetur à ſe,ſed quæcunque audierit loquetur,& vẽtura annũciabit vobis.Ille me glorificabit, quia de meo accipiet & annũciabit vobis. Ergo ſpiritus ſanctus accepit à Chriſto, ſecundũ teſtimoniũ Chriſti. Sine dubio autem Chriſtus ipſe confitetur, quòd doctrina mea nõ eſt mea,ſed eius qui me miſit patris, *Ioan.7.* & quod vidi & audiui apud patrem meũ,loquor. Siue ergo Chriſtus docens nos illuminat, pater illuminat qui eum deſtinauit: ſiue ſpiritus ſanctus illuminat, illuminatio ad authorẽ recurrit,qui eſt fons bonitatis:à quo cõſecutus,ſiue beatus Apoſtolus, ſiue etiam omnes ſancti, illuminãt quidem credẽtes,ſed hæc illuminatio ad vnum authorem recurrit. *Pſal.26.* Et ea de cauſa dicebat Propheta: Domin⁹ illuminatio mea,& ſalus mea, quẽ timebo. A V G. dixit, Ego nõ nego illuminare ſpiritum ſanctum, ſed vtrum & Chriſt⁹ illuminet per ſeipſum, & pater illuminet per ſeipſum, an non illuminent iſti niſi per ſpiritum ſanctum:hoc requiſiui breuiter,hoc requiro. M A X. reſ-

H pondit,Credo non latere religionem tuam, beatum dixiſſe Apoſtolum Paulum: *Titum.3.* Cum autem benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris noſtri dei,non ex operibus iuſticiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundũ ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit,per lauacrũ regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti,quẽ effudit in nos abũde,per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum.Secundum hanc regulam dico ſpiritum ſanctũ,& profiteor illuminatorem per filium: vt ante dictum eſt, quem effudit in nos abunde,per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum. Iam dedi reſponſum:quoniam,ſiue Paulus illuminat,ad authorem deum patrem recurrit hęc illuminatio:ſiue ſpiritus ſanctus illuminat, ad authorẽ recurrit illuminatio: ſiue Chriſtus illuminat, ad authorem recurrit illuminatio. Et hoc magiſterio Chriſti edoctus, proſequor ſicut ait ipſe Chriſtus: *Ioan.10.* Oues meæ vocẽ meam audiũt, & ſequuntur me,& ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum,& nõ rapiet eas quiſquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi,maius omnib⁹ eſt, & nemo poteſt rapere illud de manu patris mei: Et iterũ ſic ait: *Ioan.14.* Ego & pater vnum ſumus. Ergo ad defendẽdas

I oues,id eſt,ad illuminandas, pater & filius vnum ſunt, concordes atq; vnanimes ſecundum hanc rationẽ quã audiſti: quoniã nemo poteſt rapere de manu mea oues quas mihi dedit pater,ſimili modo nec de manu patris. A V G.dixit,Res loqueris, neceſſarias quidẽ, ſed nõ ad cauſam.Ad interrogationem meam nõ reſpondiſti, & tã multa dixiſti.Si velis relicta quęſtione quæ inter nos vertitur,reddere totum Euangelium,qui dies ſufficiũt, quanti tẽporis ſpaciũ neceſſariũ eſt? Breuiter mihi dic, quoniã interrogaui te,vtrũ illuminet per ſeipſum Chriſtus,an nõ illuminet niſi per ſpiritũ ſanctum. Non ſolum hoc reſpondere voluiſti,ſed ſi me non fallit quod audiui,magis ſpiritum ſanctum per Chriſtũ illuminare dixiſti. M A X.reſpondit, Nõ decet in religione, præterea cum de deo loquamur,calumniã inferre. Ego & reſpõſum dedi,& ſi nõ ſufficiũt quæ diximus, addimus teſtimonia,quia per Ieſum Chriſtũ ſpiritus ſanctus effuſus eſt in omnes credẽtes. Sic enim legimus beatũ Petrũ dixiſſe: Hũc Ieſum ſuſcitauit deus, cuius nos omnes *Acto.2.* teſtes ſumus. Dextera itaq; dei exaltatus,ꝑmiſſione ſpiritus ſancti accepta à patre,effudit hoc donũ quod nũc vos & videtis & auditis. Dixi enim ꝙ omnia quæcunq; ſuggerit nobis ſpiritus ſanctus,à Chriſto cõſecutus ſit. K

Recurre ad teſtimonia ante lata,& inuenies ita. A V G. dixit,Cũ vis conari probare quod ipſe non nego,in rebus ſuperfluis neceſſarium tẽpus abſumis:Ego nõ nego per Chriſtũ diffuſum fuiſſe ſuper credentes ſpiritũ ſanctum. Sine cauſa hoc per tãtas moras teſtimoniis probare voluiſti,quod ipſe cõfiteor. Ego hoc dixi,hoc quęſiui,hoc iterum dico:vtrum Chriſtus per ſpiritum ſanctum illuminet,an ſpiritus ſanctus per Chriſtũ illuminet:quia dixiſti ſuperius per Chriſtũ illuminare ſpiritũ ſanctum. Si autẽ non recolis, recitẽtur verba tua in geſtis,vt appareat ea nos iuſsiſſe recitari,& probabo te dixiſſe quod quæro. M A X. reſpõdit, Probatio erat neceſſaria,ſi nõ ipſe temetipſum placaſſes. Iam enim proſecutus es in teſtimoniis quę protuli,vel in ratione quã dedi,quod & ipſe ſic habeas. Cũ finita ſit ergo iſta quæſtio,propone aliã ad quã tibi reſpondeam: Nam profeſſus es iam in quæſtione iſta ſatisfactũ tibi fuiſſe. A V G. dixit, Dixiſti ſpiritum ſanctũ per Chriſtum illuminare, an nõ dixiſti? Rogo te vt vnũ de duobus breuiter mihi reſpondere digneris: Reſponde,dixiſti, an non dixiſti? M A X. reſpõdit, Ego ſpiritũ ſanctum profeſſus ſum ſe- L

cundũ ſaluatoris magiſteriũ,quia ſiue illuminat, à Chriſto accepit:ſiue docet,à Chriſto accepit:omnia quęcũq; gerit ſpiritus ſanctus,ab vnigenito deo cõſecutus eſt,& ſi parua ſunt,teſtimonia addo. A V G.dixit, Ne dicat nos calũniari, legãtur verba ipſius paulo ſuperius. Antonius notarius ad locũ recitauit. Dico ſpiritũ ſanctũ, & profiteor illuminatorẽ per filiũ, vt ante dictum eſt, quẽ effudit abunde in nos, per Ieſum Chriſtum ſaluatorẽ noſtrũ. Cumq; recitatum eſſet, M A X. reſpõdit, Vt videtur, ipſe potius dilationi ſtudes, vt nõ ad principalem cauſam recurramus, ſed per totũ diem vis argumentis nos in vna detinere quæſtione. Nos enim recitauimus,quòd per filiũ ſpiritus ſanctus ſit effuſus, & nõ tantum beatum Paulum teſtẽ produximus, verumetiã & Petrum priorẽ Apoſtolorũ. Habet enim proſecutio noſtra,ꝙ ſpiritus ſanct⁹ à Chriſto accepit,ſecundũ pręcedens teſtimonium: Ille me glorificabit,quia de meo *Ioan.16.* accipiet & annunciabit vobis. Idẽ itidẽ cõpulſus iterũ dico,quia ſiue illuminat ſpiritus ſanctus,ſiue docet,ſiue inſtruit,omnia à Chriſto conſecutus eſt,quia per Chriſtum facta ſunt omnia, & ſine illo factũ eſt nihil. *Ioan.1.* Chriſtus dicit, quia à genitore ſuo omnia hæc cõſecutus eſt, M

& viuit propter patrem,& omnis lingua cõfitetur,quia *Philip.2.* dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. Et quia omnis viri caput Chriſtus eſt, caput autẽ mulieris vir, *1.Corin.11.* caput autẽ Chriſti deus. Et quia filio ſpiritus ſanctus eſt ſubiectus: [Et quia filius patri eſt ſubiectus] vt chariſſimus,vt obediẽs,vt bonus à bono genitus. Nec enim pater contrariũ ſibi genuit, ſed talem genuit, qui etiã clamat & dicit: Ego quæ placita ſunt patri, facio ſemper. *Ioan.8.* A V G.dixit,Si & Chriſtus illuminat per ſpiritum ſanctum,& ſpiritus ſanct⁹ illuminat per Chriſtũ,par poteſtas eſt. Lege autẽ tu mihi ſubiectũ Chriſto ſpiritũ ſanctum,quod pauloante dixiſti. Quòd autẽ dicis dominum dixiſſe de ſpiritu ſancto: De meo accipiet: ideo dictũ eſt,quia de patre accepit, & omnia quæ ſunt patris, ſine dubio & filij ſunt. Nã ipſe cũ hoc dixiſſet, adiecit: Ideo dixi, De meo accipiet: quia omnia quę habet pater mea ſunt. *Ioan.16.* Dic ergo quod interrogaui, & teſtimoniis ꝓba,ſubiectũ Chriſto ſpiritũ ſanctum:cũ potius legamus ipſum dicẽtẽ, *Eſaia.61.* Spiritus domini ſuper me,propter quod vnxit me,euãgelizare pauperibus miſit me. *Luca 4.* Si ſuper ſe ipſe dixit ſpiritum ſanctũ, quo modo tu dicis ſpiritum

ſanctum

A ſanctum Chriſto eſſe ſubiectum? Dixit autem Chriſtus,
ſuper ſe ſpiritum ſanctum: nō quia ſuper verbū dei eſt,
quod eſt deus, ſed quia ſuper hominem, quòd verbum
caro factum eſt. Vbi enim ſcriptū eſt, Verbum caro fa-
Ioan.1. ctum eſt, nihil alind eſt q̃ verbum homo factū eſt: Quia
Luca 3. videbit omnis caro ſalutare dei: nihil aliud q̃ omnis ho
Roma.3. mo. Et in lege nō iuſtificabit̃ omnis caro: nihil eſt aliud
quàm omnis homo. Propter quod ergo verbū caro fa-
Philip.2. ctum eſt, & ille ſemetipſum exinaniuit formā ſerui ac-
cipiēs, ex ipſa forma ſerui dixit: Spiritus domini ſuper
me. Nam par poteſtas eſt, vna ſubſtātia eſt, eadē diuini-
tas: Ideo quanuis trinitatē colamus, quia pater nō eſt fi-
lius, nec filius eſt pater, nec ſpiritus ſanctus aut pater aut
filius: tamē vnum deū colimus, quia ipſa trinitas ineffa-
bilis & excelſa coniunctio, vnum deum oſtendit, vnū
dominū. Ideo dictū eſt: Audi Iſraël, Dominus deus tu⁹,
Deut.6. deus vn⁹ eſt. Quid nobis vultis facere duos deos & du-
os dominos? Dicitis dominū patrē & deū patrē, dici-
tis dominū Chriſtū & deum Chriſtū: Interrogo, vtrū
ambo ſimul vnus ſit? Reſpōdetis, duo dij: Supereſt vt eis
& templa & idola faciatis. MAX. reſpōdit, Religio-
nis authores nunquā in calumniā vertuntur. Interro-
gaſti teſtimonia, vt ea quæ profeſſus ſum teſtimoniis
B docerē: Et ipſe pares atq; æquales profiteris tres, patrem
& filiū & ſpiritum ſanctū: Et præterea cum tres ęquales
profeſſus ſis, iterum cōuerſus protuliſti quidē teſtimo-
nium diuinarum ſcripturarū, non ad æqualitatē perti-
nens, ſed ad ſingularitatem omnipotētis dei, q̈ vnus ſit
omnium author. Ergo quia & ætate præcedis & autho
ritate maior es, profer, inſtrue prius teſtimoniis, q̈ tres
ſint æquales, tres omnipotentes, tres innati, tres inuiſi-
biles, tres incapabiles, & tūc demū neceſſe eſt teſtimo-
niis vt acquieſcamus: ſi quo minus reddere rationē de
diuinis ſcripturis nō valueris, neceſſe me eſt, vt ad om-
nia quæ in præcedēti dixi: ſiue enim patrem ſolum qui
quod viuit à nemine acipiens: ſiue filiū, quod ſum pro-
feſſus, quia quod viuit à patre accepit: ſiue de ſpiritu ſan
cto quæ dixi, etiā quanta deſideras teſtimonia proferā.
AVG. dixit, Ego quod quęſiui vt dicere dignareris nō
dixiſti, quo teſtimonio probares ſubiectū Chriſto ſpiri
tum ſanctū: reſpōdebo tamē ad ea quæ propoſuiſti. Sic
nō dicimus tres omnipotentes, quo modo nō dicimus
tres deos. Si enim de ſingulis interrogemur: vtrū deus
C ſit pater, Reſpōdemus deus: [Vtrum deus ſit filius, Reſ-
pondemus deus: Vtrū deus ſit ſpiritus ſanctus, Reſpon
demus deus.] Cū autē de omnib⁹ interrogati fuerim⁹,
vtrum tres ſint, referimus nos ad diuinā ſcripturā di-
centem: Audi Iſraël, Dominus deus tuus, deus vnus eſt:
Ibidem. Et in hac diuina pręſcriptione cōdiſcimus, eādē ipſam
trinitatē vnum eſſe deum. Sicq; de ſingulis ſi quęratur,
vtrum pater omnipotēs ſit? Reſpondemus, omnipotēs.
Si filius? hoc idem reſpōdemus. Si ſpiritus ſanctus? nec
ipſum negamus. Nec tamē dicimus tres omnipotētes,
quo modo nō dicim⁹ tres deos: Sed ſicut ſimul illi tres
vnus deus, ſic ſimul illi tres, vnus omnipotēs eſt, & in-
uiſibilis, vnus deus pater & filius & ſpiritus ſanctus eſt.
Sine cauſa ergo putas nos numero coartari, cū diuinita
tis potētia etiam rationē numeri excedat. Si enim ani-
mę multorū hominū accepto ſpiritu ſancto, & quodā-
modo conflatæ igne charitatis vnā animam fecerunt,
Act.4. de qua dicit Apoſtol⁹: Erat enim eis anima & cor vnū:
tot corda, tot milia cordium, vnum [cor] fecit charitas
ſpiritus ſancti: tot milia animarū vnam animam dixit
ſpiritus ſanctus, quā ipſe vnam animam fecit: Quanto
magis nos vnum deum dicimus, ſemper ſibi inuicē &

inſeparabiliter & ineffabili charitate cohærentes, patrē D
& filiū & ſpiritum ſanctū. MAX. reſpondit, Ac per
hoc pares atq; æquales dixiſti, quod quidē teſtimoniis
docere nō valuiſti, & ob iſtam rem ad aliā cauſam di-
uertiſti. Nos enim nō diffidimus, ſed certa cognoſcen
tes fide, quod erat cor vnū & anima vna omnium cre-
dentiū: Nec enim hoc præiudicat religioni noſtræ, ſed
magis cōcordat: Sine dubio enim ſi omniū credentiū
erat cor & anima vna, quare autē non pater & filius &
ſpiritus ſanctus in cōſenſu, in conueniētia, in charitate,
[in vnanimitate] vnum eſſe dicantur? Quid enim fecit
fili⁹ quod nō placuit patri: Quid pręcepit pater in qui-
bus nō obtemperauit filius? Quando enim ſpiritus ſan-
ctus cōtraria Chriſto, aut patri tradidit mādata? Et cō-
ſtat ſecundum ſaluatoris ſententiā quòd ait: Ego & pa Ioan.10.
ter vnum ſumus: eſſe illos in concordia & in conſenſu
vnum. Sicut autem ipſe profeſſus es: pater pater eſt, qui
nunquam fuit filius: filius filius eſt, qui ſemper filius ma-
net: & ſpirit⁹ ſanctus ſpirit⁹ ſanct⁹ eſt: quod eſt & quod
legimus, profitemur de ſpiritu ſancto, in hunc ſpiritū 1.Petri.1.
ſanctum,† qui tantus ac talis eſt, vt etiā angeli ipſi con- † in hunc
cupiſcant in eum proſpicere. Tātus eſt iſte ſpiritus ſan- ipſum filiū
ctus, vt ſufficiat vbiq; omnium poſtulationes ſuſcipere
& aduocatione fungi: Et in hoc teſtem profero beatū E
Paulum qui ait: Nam quid oremus ſicut oportet, neſci- Roma.8.
mus, ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus ine-
narrabilibus. Quod lego credo, quia gemitibus inenar-
rabilibus poſtulat ſpiritus ſanctus: Et ideo iſto eruditus
magiſterio, intantum dico ſubiectum eſſe ſpiritum ſan-
ctum, vt gemitibus poſtulet pro nobis. Vnum autē pro-
fiteor deum, non vt tres vnus ſit, ſed vnus deus eſt in-
comparabilis, immenſus, infinitus, innatus, inuiſibilis:
quem & filius ipſe & orauit & orat, apud quem & ſpiri
tus ſanct⁹ aduocatione fungitur. Nā quia orat filius pa
trem, quanuis enim ſoleatis omnia illa teſtimonia quæ
in ſancto legimus Euangelio corpori applicare, attamē
noſtrū eſt perſcrutatis diuinis ſcripturis oſtēdere, quia
& nunc ſedens ad dexteram patris interpellat pro no-
bis. Ea enim de cauſa dixi, & orauit & orat, quia nunc
vtiq; interpellat pro nobis, ſicut ait Apoſtolus: Quis ac- Roma.8.
cuſabit aduerſus electos dei? De⁹ qui iuſtificat? Quis eſt
qui condemnet? Chriſtus qui mortuus eſt, immo magis
qui & reſurrexit, qui & eſt in dextera dei, qui & inter-
pellat pro nobis? Aeque cum diſcipulis poſitus Chriſt⁹, F
ſic ſe rogaturum promiſit dicens: Si diligitis me, man- Ioan.14.
data mea ſeruate, & ego rogabo patrem, & alium aduo
catum * dabit vobis, vt vobiſcum ſit in æternum, ſpiri- * paracletū
tum veritatis, quem hic mundus accipere non poteſt,
quoniam nō videt eum, nec nouit eum: Vos autem vi-
diſtis eum, & cognoſcitis eum, quia apud vos manet, &
in vobis eſt. Si ſufficiūt hæc, bene eſt. Si quo minus, ad-
dam quāta iubes teſtimonia. AVG. dixit, Ea quæ noſ-
ipſi confitemur, probare nobis nō debes. Hoc enim fa-
ciendo, nihil aliud, ſicut ſuperius dixi, quàm neceſſariū
tēpus abſumis. Scimus filiū dei filium eſſe dei: Scimus
à ſeipſo non eſſe, ſed genitum eſſe à patre: patrem vero
ipſum ingenitum eſſe, à nullo eſſe, à nullo vitam acce-
piſſe: filium vero à patre accepiſſe vitā, ſed non ita tan-
quam fuerit aliquando ſine vita, vt acciperet vitā. De-
dit enim ei vitam, gignendo vitam: gignendo vitam
eum, dedit ei vitam. Aequalitatem autē oſtendit dicen-
do: Sicut enim habet pater vitā in ſemetipſo, ſic dedit
& filio vitam habere in ſemetipſo. Vitam in ſemetipſo Ioan.5.
habet pater. Aequalem vitę patris, vitam in ſe habet fi-
lius, ſed tamen filius à ſeipſo vitā non accepit, quia nō

G à ſeipſo natus eſt, à patre natus eſt. Gignendo dedit, nõ
quia iam erat filius ſine vita, & dedit ei vitã: quo modo
nos peccatores facti ſumus ſine vita, & per indulgentiã
& gratiam accepimus vitam: Ille vitã accepit à patre,
quia vita natus eſt à patre: Ac per hoc tu nõ potuiſti di-
cere ſubiectum eſſe filio ſpiritum ſanctum, niſi quia ge-
Roma.8. mitibus interpellat pro nobis. Videtur enĩ tibi illa per-
fectio ſanctitatis in gemitibus ſemper eſſe, nec reſpira-
re à gemendo. O æterna miſeria: intellige locutionem,
blaſphemiã deuitabis. Sic enim dictum eſt, gemitibus
interpellat, vt intelligeremus, gemitibꝰ interpellare nos
Galat.4. facit. Adeſt enim nobis, & infundẽdo charitatẽ nobis,
facit nos interpellare gemitibus. Deniq; alio loco eum
Roma.8. dicit Apoſtolus, Clamantẽ, abba pater: alio loco dicit,
In quo clamamus abba pater: expoſuit quid ſit, claman-
tem, abba pater: dicendo, in quo clamamus. Ac per hoc
quid eſt clamantem, niſi clamare facientem? Do exem-
plum locutionis huius: Nõnne deus eſt omniũ preſcius
Gala.4. futurorum? Quis hoc negabit inſanus? Tamen ait Apo
ſtolus: Nunc autem cognoſcẽtes deum, immo cogniti
à deo. Si nunc eos cognouit deus, non eos nouerat, nõ
elegerat, non prædeſtinauerat ante mundi conſtitutio-
nem: ſed ſic dixit, Nunc autem cognoſcẽtes deum, im-
H mo cogniti à deo: vt intelligerent deũ feciſſe in eis co-
gnitionem ſuam, cognoſcẽtes deum. Quid eſt, cogno-
ſcentes deum? Nolite vobis arrogare, nolite ſuperbire:
Cogniti eſtis à deo. Quid eſt cogniti eſtis à deo? Co-
gnitores ſuos vos deus fecit. Deꝰ vobis dedit vt cogno
Gene.22. ſcatis. Quo modo eſt & illud domini: Nunc cognoui,
dicit Abrahæ dominus, quoniã timeas dominũ: quan-
do attulit filiũ ſuũ ad holocauſtũ Abrahã, dicit ei deus,
Nũc cognoui: ipſa eſt tota dei præſciẽtia. Tunc cogno
uit, quando dixit, Nunc cognoui: Sed quid eſt, nũc co-
gnoui? Id eſt nunc cognoſcere te feci. Si ergo has locu
tiones ſicut libris diuinis eruditus agnoſceres, de gemi
tibus illis quibus dictum eſt gemitibus interpellare ſan
ctum ſpiritum, non eum faceres miſerũ. Quid eſt enim
aliud, ſemper gemere q̃ ſemper eſſe miſerum? Ideo nos
gemimus, quia miſeri ſumus. Et gratias ſpiritui ſancto,
quia charitate æterni ſeculi facit nos gemere, propter
quod dictus eſt gemere: Facit nos clamare, ꝑpter quod
dictus eſt clamans. Facit nos cognoſcere deum, prop-
ter quod dictum eſt, immo cogniti à deo. Facit Abrahã
deus cognoſcentem, propter quod ei dixit: Nunc co-
I gnoui. MAX. reſpondit, In quibus nos reprehẽdis, in
ipſis ipſe detegeris: Certum eſt enim, & diuina nos mo
Prouer.10. net ſcriptura, ꝙ ex multiloquio nõ effugies peccatum,
parcens autẽ labiis ſapiens eris: Quamuis etiam & ſi per
totũ diem quiſq; de diuinis ſcripturis proferat teſtimo-
nia, non in verboſitate illi imputabitur reuera: † ꝙ ſi aut
† res vera. literaria arte vſus, aut expreſsione † ſpiritus ſui: quiſque
† expoſitione. cõtinuet verba quæ nõ continuent ſanctæ ſcripturę: &
ocioſa ſunt & ſuperflua. Sufficit mihi qui ad iſtã regu-
lã te adduxi, vt profitearis ꝙ pater pater eſt, quia inna-
tus eſt, quia à nemine accepit vitã, & quia filius à patre
conſecutus eſt vitã, & quia ſpiritus ſanctus ſpiritus ſan
1 ctus eſt. Dicẽdo autẽ vnũ deum, bene quidẽ faceres,
ſi confitendo vnum deum, nõ patrẽ & filium & ſpiritũ
ſanctum vnũ diceres deum, contra tuam ſententiã ve-
2 3 niens. A nobis vnus colitur deus innatꝰ, infectus, in-
uiſibilis, qui ad humana contagia, & ad humanã carnẽ
4 5 non deſcẽdit. Eſt autẽ & filius ſecundum Apoſtolũ,
6 non puſillus, ſed magnus deus. Sic ait beatus Paulus:
Titum.2. Expectãtes beatã ſpem & aduentũ glorię magni dei, &
7 ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Iſte enim magnus deus
Chriſtus dicit, quia aſcendo ad patrẽ meum & patrem Ioan.20.
veſtrũ, deum meũ & deum veſtrũ. De ſua enim ſub- K 8
iectione vnum ſtatuit deum. Iſte eſt ergo vnus deus, 9
vt iam recitauimus teſtimoniis, quẽ Chriſtus & ſpiritus
ſanctꝰ adorãt, & omnis creatura veneratur & colit, vel
hac ratione vnũ profitemur. Nũ tamen ꝙ copulatio 10
vel permixtio filij cum patre, aut vel certe ſpiritus ſan-
cti cum filio, vel cum patre faciat vnum deum: Sed 11
quia ille ſolus vnus perfectus eſt deus, qui vt ipſe proſe-
cutus es, vitam à nemine accepit, qui filio dedit ſuo ex-
emplo habere vitam in ſemetipſo, Copulatos quidẽ 12
dicimus in charitate & in concordia. Iam vt ſuperius
reddidimus rationẽ, alterum eſſe patrẽ, & nõ ipſum fi-
lium, ipſe nos inſtruit ſaluator dicẽdo, Si ego teſtimo- Ioan.5.
nium dico de me, teſtimonium meum non eſt verum:
Alius eſt qui teſtificatur de me. Et ne preſumptorio ſpi-
ritu quidam putarẽt, ꝙ aut de Ioanne Baptiſta dixerit,
aliũ: aut forte de Petro Apoſtolo vel Paulo: ipſe proſe-
cutus eſt, Vos miſiſtis ad Ioannem, & teſtimonium red-
didit veritati, Ego autem teſtimonium ab homine non
accipio: ſed hęc dico, vt vos ſaluemini. Ille, inquit, lucer
na fuit ardens & lucens, vos autem voluiſtis ad horam L
exultare in lumine eius. Ego autem habeo teſtimonium
maius Ioanne: Opera quæ dedit mihi pater vt perficiã
ea, ipſa opera quæ ego facio teſtificantur de me, quia pa
ter me miſit. Et qui miſit me pater, ipſe teſtificatur de
me. Quis tam ſtultus eſt, vt non intelligat quoniam 13
alius de alio teſtimonium perhibuit: pater de filio, qui
vtiq; & dicebat: Hic eſt filius meus dilectus, in quo be- Matth.17.
ne complacui, ipſum audite. Dilectũ lego, & credo 14
quòd pater eſt qui diligit, & filius qui diligitur. Vnige-
nitum audio Chriſtum, & nõ dubito quia vnus ab vno
eſt genitus. Primogenitum Paulus clamat dicens, Qui Coloſſ.1.
eſt imago dei inuiſibilis, primogenitus vniuerſæ crea-
turæ: Et profiteor ſecundũ ſententiã diuinarum ſcrip-
turarum, quod eſt filius primogenitus, & non ingeni-
tus. Et quia in illo creata ſunt omnia [quæ ſunt in cœ 15
lis, &] quę ſunt in terra, viſibilia & inuiſibilia, ſiue thro-
ni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates,
omnia per ipſum facta ſunt, & in ipſo creata ſunt, & ip
ſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtãt: & iſte filius
dei, deus vnigenitus, cũ ſit ante omnes. Ipſe enim dicit:
Quod vidi apud patrem meum, loquor. Iſte filius etiã Ioan.8.
quod vos carni aſcribitis, in ſancto ait Euangelio: Si di Ioan.14.
ligeretis me, gauderetis vtiq;, quoniam vado ad patrẽ, M
quoniã pater maior me eſt. Iſta enim legẽtes credimus
& profitemur ſecũdũ Apoſtolum, quòd ei omnia ſub-
iecta ſint vt magno deo. Iſte enim magnus deus, quem
talem genuit pater, vt ipſe proſecutus es, vtiq; maiorem
patrem confeſſus eſt, vt ſtatuat illum vnũ deum, in cu-
tus & ſinu deſcribitur à Ioanne Euangeliſta: Audi vti-
que ipſum clamantem & dicentẽ de inuiſibilitate om-
nipotentis dei, ꝙ deum nemo vidit vnquam, vnigeni- Ioan.1.
tus filius qui eſt in ſinu patris ipſe narrauit. Hinc inſtru-
ctus Paulus clamat, & dicit: Beatus & ſolus potens rex 1.Timo.6.
regũ & dominus dominantiũ, qui ſolus habet immor-
talitatem, & lucem habitat inacceſsibilem, quem vidit
hominum nemo, neq; videre poteſt, cui honor & pote-
ſtas in ſecula amen. De hoc iterum dicit, Soli ſapiẽ- 16
ti deo per Ieſum Chriſtum, cui gloria in ſecula, amen.
Et ideo vnus deus à nobis pronũciatur, quia vnus eſt 17
ſuper omnia deus innatus, infectus, vt proſecuti ſumus.
Filium autem natum ſi Paulo non credis dicẽti, Pri 18
mogenitũ vniuerſæ creaturæ: vel ipſi filio crede dicen- Coloſſ.1.
ti ad Pilatum, cum ei diceret: Ergo tu rex es? Ait Chri- Ioan.18.
ſtus:

A ſtus:Ego in hoc natus ſum. Natum lego,profiteor quod
†diſcrepo. lego:primogenitũ lego,non diſcredo,†vnigenitum le-
go,etiam ſi ad eculeum ſuſpendar, aliter nõ ſum dictu-
rus:quod docent nos ſanctę ſcripturæ,confiteor. Tu e-
nim quid dicis,quod vous ſit pater & filius,dic patrem
vnigenitum,dic primogenitum, dic quæ ſunt patris in
filio,dic filium ingenitum,dic innatum,dic quia nemo
19 eum vidit vnquã,neq; videre poteſt. Proſequere de
ſpiritu ſancto talia qualia de patre legimus,vt ęqualem
oſtẽdas ſpiritum ſanctum patri. Dic rogo,habe me di-
20 ſcipulum. Proſequere de filio,quòd filius ſit innatus,
quòd ſit ſine origine. Si ęqualis,vtique talis:ſi talis,vtiq;
innatus. Si innatus, vtiq; nec vidit eum quiſquã homi-
nũ. Da teſtimonia, & inſtrue & doce,& habebis me di-
1 ſcipulum. AVG. dixit,A vobis vnum deum coli di-
xiſti, ſicut te loquente aduertere potui:cõſequens eſt vt
aut non colatis Chriſtum, aut nõ vnum deum colatis,
2 ſed duos. Dixiſti etiam de patre, ꝙ ad humana con-
tagia & ad humanam carnem nõ deſcenderit. Si forte
neſcis, cõtagia vbi dicuntur, aliquã contaminationem
ſignificant. Voluiſti ergo Chriſtum intelligi veniſſe ad
B humana cõtagia. Ergo humana carne inquinatum pro-
feſſus es Chriſtum. Ego autem dico,immo catholica fi-
des,quam cum Eccleſia Chriſti teneo,dicit dominũ no
ſtrum Ieſum Chriſtum ſic factum eſſe verbũ carnem, vt
nulla de humano genere,& de humana carne contagia
pateretur. Venit enim mundare,nõ coinquinari. Suſce-
pit ergo animam humanam, & carnem humanam ſine
vlla peſte contagij: & vtrũq;,id eſt,& animã humanam
& carnem humanam, in ſeipſo ſaluare dignatus eſt.
3 Sed quia de eius inuiſibilitate veritati quantũ video
nõ vis acquieſcere, rogo te vt cogites ſecundũ carnem
& ſecũdum hominem fuiſſe viſibilem Chriſtum. Nam
ſecũdum id ꝙ verbum eſt deus apud deum, & ipſe in-
uiſibilis eſt: Sapiẽtia dei eſt Chriſtus. Humana ſapientia
inuiſibilis eſt: [Et dei ſapientia viſibilis erit?] Quantum
ergo attinet ad illam naturã, in qua ęqualis eſt patri,pa-
riter eſt deus,pariter omnipotens,pariter inuiſibilis,pa-
4 riter immortalis. Dixiſti & quantum aduerti,ſic ac-
1.Timo.6. cipiendũ eſſe quod ait Apoſtulus, Qui ſolus habet im-
mortalitatẽ:vt in hac ſentẽtia ſolus pater accipi debeat.
Ergo verbum dei mortale vis eſſe. Sapiẽtia dei non eſt
immortalis ſecundũ te. Nõ intelligis quia nõ potuiſſet
C vllo modo mori filius, niſi carnem mortalẽ ſuſcepiſſet
à nobis. Deniq; caro in illo mortua eſt,nõ ipſe mortuus
eſt,quantũ ad deum pertinet, quantum ad diuinitatem
Luca. 12. attinet,qua ęqualis eſt patri. Sic enim hominib⁹ ait, No
lite timere eos qui corpus occidunt, & poſtea non ha-
bent quid faciant. Quia anima mori nõ poteſt,verbum
dei mori poteſt? ſapiẽtia dei mori poteſt? vnigenitus il-
5 le non aſſumpta carne mori potuit? Aſſumpta autem
carne qua factus eſt homo, ſicut æqualem ſe nouit quã-
Ioan. 10. do dicit, Ego & pater vnũ ſumus, ſicut ſe nouit mino-
Ioan. 1. rem,quia verbum caro factum eſt,& habitauit in nobis.
Philip. 2. Non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis deo. Natura e-
nim erat,nõ rapina. Non enim vſurpauit hoc:ſed natus
eſt hoc. Verumtamen ſemetipſum exinaniuit formam
Ibidem. ſerui accipiẽs. Agnouiſti æqualem,iam incipe agnoſce-
re minorem. Formam ſerui accipiens in ſimilitudinem
hominum factus, & habitu inuẽtus vt homo. Ecce qua
forma maior eſt pater diſcerne diſpẽſationem ſuſcepti
hominis,à manente immortaliter diuinitate,& non er-
ras in verbis, quæ multũ amas dicere, & ea non digna-
6 ris ſapere. Profiteor autem ſicut dicis,patrẽ innatum,
filium natum. Sed non ideo ſunt diuerſæ naturæ atque
ſubſtantiæ, quia ille nõ natus eſt,ille natus eſt. Etenim ſi D
natus eſt,filius eſt: ſi filius eſt,verus filius eſt, quia vnige-
nitus eſt. Nam & nos dicti ſumus filij: Sed nũquid vni-
geniti ſumus tot filij? Aliter ille filius vnigenitus:ille na-
tura filius,nos gratia filij:ille vnigenitus de patre natus,
hoc eſt quod pater ſecundũ naturam, ſecundũ ſubſtan-
tiam. Qui autẽ dicit eum propterea quia natus eſt,ideo
alterius eſſe naturæ,negat verũ filium. Habemus autem
ſcripturam, Vt ſimus in vero filio eius Ieſu Chriſto,ipſe 1.Ioan. 5.
eſt deus verus & vita æterna. Quare verus deus? Quia
verus dei filius. Si enim animalibus dedit vt non gene-
rent niſi quod ſunt, homo hominem generat, canis ca-
nem,& deus deum non generat? Si ergo eiuſdẽ ſubſtan-
tiæ eſt,quare dicis minorẽ? An forte,quia homo pater
quãdo generat filiũ,& ſi homo hominẽ generat,tamen
maior minorem generat? Expectamus ergo vt creſcat
Chriſtus,quo modo creſcũt omnes quos generãt homi
nes. Si autẽ Chriſtus ex quo natus eſt, quod nõ eſt à tẽ-
pore, ſed ab æternitate, quod eſt hoc eſt, & tamen mi-
nor eſt,melior eſt humana conditio: quia homo vel &
creſcere poteſt,& aliquãdo venire habet ad ætatẽ patris
ſui,ad robur patris ſui,ille nunq̃, quo modo ver⁹ filius? E
Vſqueadeo autem filiũ agnoſcimus deum magnũ,vt 7
patri dicamus ęqualẽ. Itaq; ſine cauſa nobis quod valde
profitemur, teſtimoniis & multiloquio ꝓbare voluiſti.
Dicit autem, Deum meũ & deum veſtrũ:attendẽs for- Ioan. 20.
mam hominis in qua erat. Cæterum quãtum attinet ad
illud quod dixit Ioãnes,In principio erat verbũ,& ver- Ioan. 1.
bum erat apud deũ,& deus erat verbũ:non eſt pater dei
deus,ſed deus eſt Chriſti, quia Chriſt⁹ factus eſt homo.
Vnde & ipſe dicit in pſalmis, cur illi ſit pater deus: De Pſal. 21.
ventre matris meæ deus meus es tu. Quãdo dicit de vẽ-
tre matris ſibi illum eſſe deum, oſtẽdit propter hoc eſſe
deum patrem filio,quia homo filius, ſecundũ quod pa-
ter maior eſt filio. Vnde dicit, Deũ meum & deum ve- Ioan. 20.
ſtrum. Inde eſt & illa ſubiectio,quam non debemus 8
mirari ſecundũ hominem redditam patri,quãdo ſicut
ſcriptũ eſt,Etiã parẽtibus ſubditus erat. Et de illo ſcrip- Luca. 2.
tum eſt,Minoraſti eum paulominus ab angelis. Vellẽ Pſal. 8.
autem hic etiã aliquibus ſcripturarũ teſtimoniis doce- 9
res nos, vbi legatur adorari patrẽ à ſpiritu ſancto. A fi-
lio autem accipio,etiã ſi non proferas teſtimonia, quo-
niam hic †adorat deum. Admittitur facile,ſecundũ ho- †al. homo.
minem dictũ,quãuis nec hoc legas:tamẽ ſpecialiter de F
te exigo, vt adoratũ patrẽ à ſpiritu ſancto legas nobis,
aut cõmemores teſtimoniũ diuinum: fortaſsis enim ſit,
ſed me fugiat: vt ſi inueneris,reſpõdeam quo modo id
accipi debeat, ſicut de gemitibus ſcripturarũ ſolenni lo
cutione reſpõdi. Quòd autẽ dicis,ꝙ per illã copula- 10
tionem ineffabilẽ nõ ſit vnus deus pater & filius & ſpi-
ritus ſanctus:vis noſſe quantũ valeat iſta copulatio? Nõ
ex locutionibus noſtris,ſed ex diuinis eloquiis certe ma
nifeſtũ eſt,aliud eſſe ſpiritũ hominis,aliud eſſe ſpiritum
dei. Vnde dicitur: Deus ſpiritus eſt:id eſt, quia corpus Ioan 4.
non eſt:& tamẽ ait Apoſtolus,[Qui adhæret meretrici, 1.Cor. 3.
vnũ corpus eſt:] Qui autem adhæret deo, vnus ſpiritus 1.Cor. 6.
eſt. Si ergo iſta adhæſio diuerſarũ naturarũ ſpiritus,quia
alius eſt hominis, alius dei,fecit vnũ ſpiritum,nũ vis vt
tantum adhæreat patri filius vt ſit vnus deus? Hoc acci-
pe etiã de ſpiritu ſancto qui deus eſt. Cęterum ſi deus 11
ſpiritus ſanctus nõ eſſet, templum vtique nos ipſos non
haberet. Scriptum eſt quippe in Apoſtolo,Neſcitis quia 1.Cor. 3.
templũ dei eſtis, & ſpiritus dei habitat in vobis? Et ite- 1.Cor. 6.
rum,Neſcitis quia corpora veſtra templum in vobis eſt
ſpiritus ſancti quem habetis à deo? Nonne ſi templum
alicui

Galicui ſancto angelo excellẽtiſsimo de ligois & lapidi-
Hoc nūc fit bus faceremus, anathematizaremur à veritate Chriſti &
quibuſlibet ab Eccleſia dei, quoniã creaturæ exhiberemus eam ſer-
donis. uitutẽ, quę vni taotũ debetur deo? Si ergn ſacrilegi eſſe-
mus faciendo tẽplũ cuicuoq; creaturę, quo modo nó
eſt deus verus cui non templũ facimus, ſed ooſipſi tem-
12 plum ſumus? Qunmodn autem dixerit Chriſtus, Si-
Ioan.5. cut habet pater vitã in ſemetipſn, &c. ſuperius reſpódi.
Cnncnrdia autem & charitate qua dicis factũ fuiſſe,
vt vnum ſint pater & filius, quandn mihi prntuleris di-
ctum eſſe, ꝙ vnum ſint quæ ſunt diuerſæ ſubſtãtię, tonc
1.Cor.3. cogitabo quid debeam reſpódere. Legimus enim: Qui
plantat & qui rigat vnũ ſunt, ſed ambo homioes erant,
eiuſdem ſubſtãtiæ fuerãt nñ diuerſæ. Item legimus ipſn
Ioan.17. Chriſtn dicente: Vt ſint vnum ſicut & nos vnũ ſumus.
Nó dixit, vt ipſi & nos vnũ, ſed vt ipſi ſint vnum in na-
tura ſua, & in ſubſtãtia ſua, cócnrdi æqualitate quodam
mndn vniti atque cóflati, ſicut pater & filius & ſpiritus
ſaoctus vnum, propter indiuiduã eandemq; naturam.
Nō vna nu Aliud eſt eoim, vnũ ſunt: aliud, vnus eſt. Quaodo dici-
mero. tur, vnum ſunt, & ſi oó dicatur qnid vnum, intelligitur
vna ſubſtãtia. Quãdo dicitur, vnus eſt, de duab⁹ diuer-
ſiſq; ſubſtãtiis, neceſſe eſt vt quæratur quid vnus. Verbi
H gratia, Diuerſa ſubſtãtia eſt anima & corpus, tamẽ vnus
homo: diuerſa ſubſtãtia eſt, ſpiritus hnminis & ſpiritus
1.Cor.6. dei, tamen cũ domino adhæret, vous ſpiritus. Addit, ſpi
ritus: nó dixit, vnũ ſunt. Vbi autem dicitur, vnum ſunt,
vna ſubſtãtia ſignificatur, qund vos nó vultis, & audetis
13 dicere verũ Chriſtum dei filium vos confiteri. Non
autem ideo mainr eſt pater, quia teſtimnniũ dicit de fi-
lio: Nam & Prophetæ perhibuerunt filio teſtimonium.
Alius eſt quidẽ qui perhibuit teſtimoniũ, alius cui perhi-
bet, quia pater pater eſt, filius filius eſt. Nó quia vnũ non
ſunt, aut vnus deus nó ſunt, quãdo cnhærentes atq; có-
14 inncti ſunt, quod ſemper ſunt. Sic autẽ dicis hinc in-
ter patrem & filiũ eſſe diuerſitatem, quia pater diligit, &
filius diligitur, quaſi negare pnſsis, ꝙ filius diligat patrẽ.
Si ambo ſeinuicem diligunt: cur negatis eos vnius eſſe
naturæ? Quod dixi de patre vnde dictus ſit maior,
15 quia prnpter formã ſerui dictũ eſt: hnc dico & de in-
uiſibilitate, quoniã viſibilis filius propter eandem for-
mam ſerui dictus eſt. Cæterum quantũ attinet ad ipſam
diuinã ſubſtaotiã, vel patris, vel filij, vel ſpiritus ſancti,
I nmnion eſt inuiſibilis. Nã quando ſe patribus dininitas
oſtendebat, per ſubiectam creaturã ſe viſibilem demó-
ſtrabat. Nã per ipſam ſuã naturã vſqueadeo inuiſibilis
eſt, vt ipſe Moyſes ei cũ qun facie ad faciẽ loquebatur,
Exod.33. diceret: Si ioueni gratiã ante te, oſtende mihi temetip-
ſum maoifeſte. Volebat enim eum videre, ſicut videtur
Matth.5. deus oculis cordis. Beati enim mundn corde, quia ipſi
deũ videbũt. Sic vnlebat dicere Mnyſes eum cui dice-
Exod.33. bat, Oſtende mihi temetipſum manifeſte: ſicut & iouiſi-
bilia dei, per ea quę facta ſunt intellecta cnnſpiciuntur.
Roma.1. [Sic enim ait Apoſtolus, inuiſibilia enim eius per ea quę
facta ſuot intellecta cóſpiciũtur,] ſempiterna quoq; vir-
tus eius ac diuinitas. Ecce intelligẽdn cóſpiciuntur io-
Ioan.1. uiſibilia dei, & tamen inuiſibilia dicuntur. Et omnia per
ipſum facta ſunt Chriſtũ, & viſibilia & inuiſibilia, & ipſe
16 à nobis credi viſibiliter poteſt. Hinc etiã dicis de pa
Rom.16. tre tantum intelligi debere qund ait Apoſtolus, Soli ſa-
pienti deo. Ergo ſolus eſt pater deus ſapiẽs, & nó eſt ſa-
piens ipſa dei ſapiẽtia, qund eſt Chriſtus. De quo ait A-
1.Cor.1. poſtnlus, Chriſtũ dei virtutẽ & dei ſapieotiam. Supereſt
vt dicatis, quid enim non audetis, inſipientẽ eſſe ſapien-
17 tiam dei? Sic autem dicis patrem infectũ, quaſi filius
factus ſit, per quem facta ſunt nmnia. Scito factum eſſe K
filium, ſed in forma ſerui. Nã in fnrma dei vſqueadeo
non eſt factus, vt per illũ facta ſint omnia. Si enim ipſe
factus eſt, non per illum ſunt nmnia facta, ſed cætera.
Non itaq; dicn filium iogenitũ, ſed patrem geoitn- 18
rem, filium genitum. Hoc tamen genuit pater quod eſt,
alioquin non eſt verus filius, ſi quod eſt pater, nó eſt fi-
lius: ſicut de partubus animaliũ ſupra diximus, quia veri
filij hoc ſunt per ſubſtantiã quod parentes. Quid eſt 19
autem qund poſcis, vt oſtendã tibi ęqualem patri ſpiri-
tum ſanctũ eſſe, quaſi tu nſtẽderis patrem maiorem eſſe
ſpiritu ſaocto, ſicut potuiſti oſteodere de filin, propter
formã ſerui? Scimus enim dictum eſſe patrem filio ma-
inrẽ eſſe, quia io forma ſerni erat filius, & adhuc in for-
ma eſt humana filius, quam leuauit in cœlum. Propterea *Rom.8.*
dictum eſt de illo, quòd & nũc interpellat pro nnbis: &
ſempiterna erit in regno hæc eadem forma immnrta-
lis. Propter quod dictũ eſt, Tunc & ipſe filius ſubiectus *1.Cor.15.*
erit ei qui illi ſubiecit omnia. Nam de ſpiritu ſancto qui
nullam ſuſcepit creaturã ad vnitatẽ perſonæ ſuæ, quan-
uis ſe per ſubiectam creaturã viſibiliter & ipſe, ſiue per
columbæ ſpeciem, ſiue per linguas igneas ſit demóſtra- *Matth.3.*
re dignatus, nunquã dictus eſt eo maior pater, [núquã *Acto.2.*
dictus eſt ſpiritus ſanctus adoraſſe patrem,] nunquã di- L
ctus eſt minor patre. Sed ditis de filio, Si æqualis eſ- 20
ſet, vtiq; talis: id eſt, quia nnn eſt ingenitus, oó videatur
talis. Poſſes dicere non eſſe hnminẽ quem genuit Adã,
quia ipſe Adam nnn eſt genitus, ſed factus à deo. Si au-
tem potuit Adam eſſe & non eſſe genitus, & tamen hnc
generare quod erat ipſe, nó vis vt pntuerit deus deum
æqualem ſibi? Puto me tibi ad nmnia reſpódiſſe. Sed ſi
noo vis eſſe diſcipulus, noli eſſe multiloquus. MAX. 1
dixit, Loqueris quaſi auxilio principum munitus, nihil
ſecundum timorem dei. Lógas hnras ſuſtinui, expoſui-
ſti vt tibi viſum eſt: Reſpódemus deo auxiliãte ad om-
nia, Nec enim nudo ſermone, ſed teſtimnniis diuina-
rum muniti. Tantũ ſicut nos patiẽtes fuimus exponente
tua religione, & ipſe cum tuis patientiam accómnda, vt
ad ſingulos tuos ſermones demus reſpóſum, ſicut & ip-
ſe ad noſtros reſpódiſti qund tibi placuit. Nns Chri- 2
ſtum colimus vt deum omnis creaturæ. Nam quia ado-
ratur & colitur, non tantum ab hnminũ natura, verum-
etiam & ab nmuibus virtutibus cœleſtibus, audi clamã-
tem beatum Paulum, Hoc enim ſentite in vobis qund *Philip.2.*
& in Chriſto Ieſu: qui cum in fnrma dei eſſet, nó rapinã M
arbitratus eſt eſſe ſe parem den, ſed ſemetipſum exina-
niuit formã ſerui accipiẽs, in ſimilitudinem hnminum
factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit ſemetip-
ſum factus obediens vſque ad mortem, mnrtem autem
crucis: Propter quod & deus eom ſuperexaltauit, & do
nauit ei nomen quod eſt ſuper omne nnmen. Illud vtiq;
quod tu in tuis proſecutionibus ſciens, quòd profeſsio-
ni tuę erat cótrarium, ſubducendũ putaſti, ſciẽs quia le-
ctio te argueret. Nam quòd nmne genu flectatur Chri-
ſtn, vtiq; ſic prnſequitur ipſe Paulus cũ dixiſſet, Donauit
illi nomen quod eſt ſuper nmne nomen: ſequitur, vt in
nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtiũ, terreſtriũ, &
infernnrũ: Et omnis lingua cófiteatur, quia domin⁹ Ie-
ſus Chriſt⁹ in glnria eſt dei patris. Dicẽdo enim, vt in oo
mine Ieſu nmne genu flectatur, cœleſtiũ terreſtriũ & in-
fernorũ: vniuerſa cócluſit. Nihil eſt ĩ cœlo, qund nó ge-
nu flectat Chriſtn. Nihil remãſit in terra, qund nó genu
flectat Chriſto. [Nihil in inferis, quod nnn genu flectat
Chriſto.] Et hoc pater ei dnnauit. Pnſſunt enĩ ꝓbare qui
legũt, ſi ex mea authoritate vel ex multilnquio, vt accu-
ſas, hanc

A ſas,hãc proſecutiooem feci,aut certe de authoritate di-
3 uinarum ſcripturarum reſpoodeo. Dicis de ſpiritu
ſancto quòd æqualis ſit filio.Da teſtimooia, vbi adora-
tur ſpirit⁹ ſanctus,vbi ei cœleſtia & terreſtria & ioferna
genu flectant.Nos enim quòd adorãdus ſit deus pater,
Ephe.3. beato Paulo Apoſtolo clamante didicimus: Propterea
flecto genua mea ad patrẽ domioi ooſtri Ieſu Chriſti,
ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nomina-
tur.Authoritate ſanctarum ſcripturarum adoramus pa
trem:æque ab ipſis diuinis ſcripturis inſtructi, colimus
& adoramus deum Chriſtum. Si alicubi adoraodus ſit
ſpiritus ſanctus:ſi pater ei ſic perhibuit teſtimooium, ſi
filius,ſi ipſe de ſe iſta amplexus eſt, lege præterquam di-
4 ximos ex diuinis ſcripturis. Quòd Chriſtus eſt in
Roma.8. dextera dei,quòd interpellat pro oobis, ſic etiã io alio
Coloſſ.3. loco ipſe proſequitur Paulus diceos: Quæ ſurſum ſunt
quærite, vbi Chriſtus eſt io dextera dei ſedens. Sic ad
Hebræ.1. Hebræos ipſe ſcribens ait:Purificatiooe peccatorum fa-
cta,conſedit ad dexteram magnitudinis in excelſis.Sic
B vtique & ſpiritus ſanctus iam aote per Prophetam præ-
cinuerat dicens: Dixit dominus domioo meo, ſede à
Pſal.109. dextris meis. Sic & ipſe filius io Euãgelio profeſſus eſt.
Matth.22. Præterea ad illum principem qui eum adiurans dice-
Lucæ 20. bat, Dic nobis ſi tu es Chriſtus filius dei benedicti: ait
Marci 14. ipſe,Ego ſum: vel certe, Tu dicis:Et,Amodo videbitis
Matth.26. filium hominis ſedentem à dextris virtutis dei. Nos
5 eoim ſpiritũ ſanctum, competeoter hoooramus vt do-
ctorem, vt ductorẽ, vt illuminatorem, vt ſanctificato-
rem:Chriſtum colimus vt creatorem:patrem cum ſyo-
cera deuotiooe adoramus vt authorem,quem & voum
authorem vbique omnibus pronunciamus. Iſtæ enim
calumoiæ de Philoſophicæ artis inſtructione veoiuot.
2.Cor.5. Non puto te legiſſe quod ait Apoſtolus:Quoniã Chri-
ſtus vtique cum nõ eſſet peccator, pro nobis peccatum
fecit,vt oos efficèremur iuſticia dei in ipſo.Nec hoc ſa-
Deute.21. nè ad te forte peruenit, quod dixerat ſcriptura: Male-
dictus omois qui pendet in ligno. Qood interpretans
Galat.3. beatus Apoſtolus Paulus,dicit, Factus pro nobis male-
dictum, vt beoedictio io gentibus adimpleretur. Nec
1.Cor.15. hoc ſanè peruenit ad te quod ait ipſe Paulus,Primus ho
mo Adam de terra terrenus:ſecondus homo domious
de cœlo cœleſtis aduenit.Ergo & Chriſtus ſuſcepit ho-
C minem,vt ipſe expoſuiſti.Et ea de cauſa diximus,quòd
ad terreoa contagia deſcendit.Nõ eoim igooramus il-
1.Petr.2. lud ſecundum quod legimus,Qui peccatum non fecit,
nec iouẽtus eſt dolus in ore ipſius: Qui cum maledice-
retur,non maledicebat:cum pateretur,oon commina-
†al.iniuſte. batur. Commeudabat autem ſe iudicaoti iuſte.† Non
Ioan.1. ignoramus quod ait baptiſta Ioãnes:Ecce agnus dei,ec-
ce qui tollit peccatũ mundi. Cooſtat vt & ipſe proſecu-
tus es: Nec enim ad omnia obſtioati eſſe debemus, vt
non quę benedicis laudemus. Valde enim iuſta eſt pro-
ſecutio toa,quia ad hoc venit Chriſtus, vt nos potius à
peccatis & ab iniquitatibus muodaret,nõ tamen vt ipſe
cootaminaretur, ſicut & ipſe proſecutus es. Certum eſt
eoim,quòd ſecundum diuioitatis ſuæ ſubſtãnam illam
beatam,[quam habuit]ante mundi cõſtitutionem, ante
ſecula,aote tempora,aote dies,ante menſes,aote anoos,
aotequam quicquam eſſet,ante aliquam excogitationẽ,
6 in illa beata natura deus natus à patra eſt. In deo e-
nim comparatione digna vti decet.Hoc ſanè mihi diſ-
plicet, & valde animo dolui io tua proſecutiooe: Vt
eoim diceres, quod homo hominem generat, & caois
canem, tam fœda comparatio io illam taotam immen-
7 ſitatem produci oon debuit. Quis autem ignorat
quòd deus deum genuit,quòd dominus dominum ge- D
nuit,quòd rex regem genuit,quòd creator creatorẽ ge-
nuit,quòd boous booum genuit,quòd ſapieos ſapientẽ
genuit, quòd clemeos clementem genuit, potẽs poten-
tem:Nihil ſubtraxit pater generando filium.Nec enim
inuidus,ſed vt fons bonitatis tantum booũ geouit:Cu-
ius bonitatis teſtis eſt omnis creatura, ſecuodum tuam
ipſius proſecutionem, quã valde laudo, vbi de diuiois
ſcripturis protuliſti dicẽdo, Iouiſibilia eoim eius à cre- Roma.1.
atura muodi,per ea quę facta ſunt intellecta coſpiciũ-
tur,ſempiteroa quoque virtus eius ac diuinitas. Ad- 8
huc autem adiicio,non cootraria his quę beoe ſunt di-
cta dicens,ſed ſenſum accommodans: Quoniã ex ma-
gnitudine pulchritudinis condigoe creator eorum co-
gooſcitur atque colitur, vt puto de diuinis † ad iſta re- †puto dedi
ſpooſum: Quoniam hoc & beatus Paulus iterum pro- mus.
ſequitur: Quooiam chirographũ quod erat cõtrarium Colo.2.
nobis, ipſum tulit Chriſtus de medio, ac infigeos illud
cruci,exués ſe carnem, poteſtates & principatus tradu-
xit fiducialiter, triumphans eos in ſemetipſo. Attamen E
& ſicut homo qui exercitatiooem liberalium literarum
vel rhetoricæ artis oon feci, ſi quid minus † feciſſem in †al. ſi quid
ſermone,ad ſenſum reſpicere debuiſſes, & noo vicium vicium.
ſermonis iotendens,io crimeo nos inducere. Abſit,ab-
ſit,vt vnigenitus deus, non ſit deus vniuerſæ creaturæ,
mundus,incoinquinatus, ſanctus,ſecurus, nollam in ſe
habeos immundiciam:Nã qui noo hooorificat filium,
noo hooorificat patrẽ,qui miſit illum.Quòd enim ver-
bum caro factum eſt, & habitauit io oobis, Euangeliſta
teſtatur:Et vidimus ait gloriam eius, gloriam taoquam Ioan.1.
vnigeoiti à patre,pleoũ gratiæ & veritatis.De hoc ipſo
& ante iam vetus teſtameotum præciouerat dicens: La- Gene.49.
uabit in vino ſtolam ſuã,& in ſanguine vuæ cooperto-
rium ſuum. Quod lego credo: Quoniã verbũ caro fa- Ioan.1.
ctum eſt, & inhabitauit in nobis. Iterũ lego beatũ Pau-
lum dixiſſe:Qui trãſfigurabit corpus humiliatis ooſtræ, Philip.3.
cóforme fieri imagini corporis glorię ſuę.Credo enim
quòd Chriſtus deus à patre geoitus,aote omnia ſecula,
ipſe ſibi ſecũdum Salomonem Prophetam † ædificaſſet †perfectã.
domum, [ſecundum quod legimus,Sapientia ipſa ſibi
ædificauit domum]quam domum vice templi accepe-
rit. Dum & ipſe dediſti rationem,ſecuodum quid ſit 9
viſibilis,ſecundum quid inuiſibilis, vt puto non recens F
hæc auditio peruenit ad aures tuæ religiooís: Nã & in
proſecutione quam proſecutus es, cóparationem acci-
piens animæ, oſtẽdiſti piam & iuſtam ratiooem eſſe vt
credamus & cogooſcamus, quia ſi anima humana in
corpore poſita, oculis corporalibus videri noo poteſt:
Nam ſi aogeli ſecũdum naturæ ſuæ ſubſtantiã inuiſibi-
les habentur,quanto magis creator angelorum,qui tãta
ac talia fecit,angelos,archãgelos, ſedes,domioationes,
principatus,poteſtates,cherubio, ſeraphin? Ad quorum
multitudinẽ, vt legimus io Euangelio,omne genus hu-
maoum ad voam cõparauit ouem dicens: Relictis no- Lucæ.15.
nagintanouem in mõtibus,venit quærere vnam erran-
tem. Nam deoiq; ſic erit gaudiũ ait,in cœlo,ſuper voum
peccatorem pœoiteotiã agẽtem, quàm in oooogiota-
nouem iuſtis,qui non indigent pœnitentia.Nã qui non
indigent pœnitentia qui ſunt,niſi vtiq; illę cœleſtes vir-
tutes,quibus nihil eſt cũ homana natura cõmune?Cõſi-
deranda eſt virtus voigeniti dei, & in ipſo admiraoda
eſt magnitudo omoipotentiæ dei patris,qui tantum ac
talem genuit filium, tam potentem, tam ſapientem,ſic
plenum:qui taotas ac tales cœleſtes virtutes fecit.Et na
verboſi inueniamur, ſicuti iam & denotare nos digna-
tus es:

G tus es: Quod quidem atque vtinam cõtingat, vt & nos
1.Cor.4. poſsimus dicere: Nos ſtulti propter Chriſtũ, & tãquam
purgamẽta mũdi huius facti ſumus: & ſi quid aliud tua
religio de nobis valuerit iudicare. Scimus illũ qui di-
Pſal.68. xit: Quoniã propter te improperium ſuſtinui tota die.
1.Cor.4. Ad quod exemplũ nos prouocans Paulus, dicebat: Imi-
1.Petr.2. tatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti. Nã & Petrus ait:
Chriſtus paſſus eſt pro nobis, relinquẽs vobis exemplũ,
vt ſequamini veſtigia eius. Secundũ diuinitatis ſuæ ſub-
ſtantiam, non ſolum ab hominibus non videtur filius,
ſed etiam nec à cœleſtibus virtutibus. Poteſt enim ar-
changelus angelum videre, angelus animas noſtras ſpi-
ritales & videre & penetrare: hoc eſt vtiq; maiores in-
feriores, & videre, & penetrare. Et ſecundum ſaluatoris
ſententiam, vt dicebat tunc ad illum qui ſe diuitem ia-
Lucæ.12. ctabat, Stulte, hac nocte expoſtulatur anima tua à te:
eſt officium angeli, vt animã reſtituat ante conſpectum
domini, non tamen anima poteſt angelum videre, aut
exhibere. Iſto enim ordine aſcẽde ſuperius, & inuenies
quemadmodum eſt vnus inuiſibilis deus pater, qui ſu-
periorem non habet à quo circunſpiciatur, qui quantus
H eſt, infinitus eſt, qui nec finiri verbis, nec mente concipi
poteſt. De cuius magnitudine non ſolum humana lin-
gua, ſed etiam & omnes cœleſtes virtutes pariter coa-
dunatæ dicunt vt valent, non tamen explicant vt eſt.
Plenus eſt ab omni quod dicitur. Hũc enim ſolus filius
condigne honorat & laudat, quanto plus à ſuo genito-
re ante omnem excogitationem eſt conſecutus. Nam
quia & honorat & collaudat & glorificat ſuum genito-
rem, quamuis quatuor Euangelia teſtantur, attamen in
cõpendiũ referens, eis quæ carni ſoletis applicare poſt-
poſitis, iam nunc proferã teſtimonia, vbi in cœlis ſuum
patrem adorat. [Dicit enim ſic Paulus ad Hebræos,]
Hebræ.9. Non enim in manufactis templis intrauit Chriſtus ex-
emplarium veritatis, ſed in ipſo cœlo modo apparet
perſonæ dei pro nobis. Hoc vtique poſt Chriſti regreſ-
ſum in cœlis. Poſtquam enim ei de cœlo locutus eſt di-
Acto.9. cens, Saule Saule quid me perſequeris: poſteaquam ſpi-
Acto.13. ritus ſanctus ait, Segregate mihi Barnabam & Paulum
in opus miniſterij quò vocaui eos: vocatus Paulus dicit,
Non in manufactis templis intrauit Ieſus exemplarium
veritatis, ſed in ipſo cœlo modo apparet perſonæ dei
pro nobis. Et quia ſuggeſsit religio tua, vt hic demus
I reſponſum ſi filius videat patrem. Legimus in Euange-
Ioan.6. lio, Non quia vidit patrem quiſquam niſi qui eſt à deo,
hic vidit patrem. Vidit ergo patrem, ſed vidit incapa-
bilem. Pater autem ſic videt filium, vt tenens in ſinu ſuo
†aliàs, la- & habens, ſecundum antelatum † teſtimonium, quòd
tum à te. deum nemo vidit vnquam, niſi vnigenitus filius qui eſt
Ioan.1. in ſinu patris, ipſe enarrauit. Videt enim pater filium vt
filium: filius videt patrem vt patrem immenſum. Hu-
manam ſapientiam inuiſibilem pronunciat tua religio-
Eſaiæ.7. ſitas, vt puto ſufficit Eſaiæ dictum dicentis: Nunquid
modicum eſt vobis certamen præſtare hominibus? Et
†præſtabi- quo modo domino præſtabitur † certamen? Certum eſt
tis. autem, quia non eſt modicũ hominibus certamen præ-
ſtare, cum quãdo quamuis ſit ille quiſque ſapiens, habeat
ſapientiorẽ qui eum videat: deinde huius enim ſapien-
tia non in opere eius perſpicitur, non in diſcipulis pro-
batur. Non ergo inuiſibilis eſt humana ſapientia, quæ
cõprehendi poteſt, quæ videtur, quæ & reprehenditur.
De cætero autem decet & ordinis eſt, dignis te vti cõ-
parationibus, quia de deo loqueris de illa immenſitate:
cui & ſi comparatio detur quantum fieri poteſt ſecun-
dum excogitatum humanum, aut certe ſecundum au-
thoritatem diuinarum ſcripturarum, non per omnia K
comparatio vlla digna inuenitur ad illum, qui eſt in-
comparabilis. Ego patrem ſolum ſecundum antela- 10
ta teſtimonia, nõ cum altero & tertio dico quòd vnus
eſt, ſed quòd ſolus eſt deus. † Si vero ſolus vnus non eſt, †aliàs, vn°
pars eſt. Nec enim ex partibus compoſitum vnum dico
deum: ſed ille quod eſt, virtus eſt ingenita ſimplex: filius
ante omnia ſecula & ipſe virtus eſt genita. De hac ſanè
virtute filij beatus Apoſtolus Paulus dicebat, Congre- 1.Cor.5.
gatis vobis & meo ſpiritu cũ virtute domini Ieſu. Dico
enim & profiteor quod nos ſancta docent Euangelia.
Et quia ſpiritus ſanctus & ipſe ſit [virtus] in ſua proprie-
tate: De quo dominus teſtimonium perhibet dicendo,
Vos autem ſedete, ad ſuos diſcipulos in ciuitate Hie- Lucæ.24.
ruſalem, quoadusque induamini virtute ab alto. Si 11
ob hoc inuiſibilis filius à te pronũciatur, eo quòd ocu-
lis humanis contemplari non poſsit: cur non & cœle-
ſtes virtutes pariter inuiſibiles pronuncias, cum quan-
do nec ipſę obtutibus humanis videri poſsint? Ego qui-
dem teſtimonium protuli ſine aliqua interpretatione
verborum meorum dicens, Beatus & ſolus potens, rex 1.Tim.6.
regum & dominus dominantium. Si ſcripturam reci-
taui, reprehẽdi nõ debui: Sin vero perſcrutaris ſenſum L
ſcripturę, reddo rationem. Ait enim Apoſtolus, Bea- 12
tus & ſolus potens rex regum. Solũ dicit potentem pa-
trem, non quia filius non ſit potẽs. Audi igitur teſtimo-
nium de filio, ipſum ſpiritum ſanctum clamãtem & di-
centem, Tollite portas principes veſtras, & eleuamini Pſal.23.
portæ æternales, & introibit rex gloriæ: [Et ſequitur,]
Quis eſt iſte rex gloriæ? Et reſponſum intellige, Domi-
nus fortis & potens. Quo modo non potens, cuius po-
tentiam omnis prædicat creatura? Quo modo non 13
ſapiens, de quo ſpiritus ſanctus collaudans eius ſapien-
tiam clamat & dicit, Quàm magnificata ſunt opera tua Pſal.103.
domine, omnia in ſapientia feciſti. [Nam cum omnia
per Chriſtum ſint facta, ſine dubio illum ſpiritus ſan-
ctus dicebat laudans, Omnia in ſapientia feciſti.] Et cũ
ita habeatur, requirendum eſt ergo, quo modo beatus
Paulus dicit, Beatus & ſolus potẽs? Vt puto ideo ſolum
potentem dicit, quia ſolus eſt incomparabilis in ſua po
tentia. De cuius incomparabilitate Propheta admirans
dicebat, Deus quis ſimilis ſit tibi? Vis noſſe quòd ſolus Pſal.82.
eſt potens, intuere filium, admirans potentiam filij. In
ipſo enim aduerte, quia ſolus eſt potens, qui tam poten- M
tem genuit. Pater enim in illa immenſa potentia poten-
tem creatorem genuit. Filius in ſua illa à patre accepta
potentia, vt ipſę ait, Omnia mihi tradita ſunt à patre Matth.11.
meo, non creatorem creauit, ſed creaturam conſtituit.
Iſtam enim potentiam admirans dei patris, dicebat
Paulus, Beatus & ſolus potens. Nam & ſi homo potens 1.Tim.6.
& verus, ſecundum quod & de Iob legimus, Erat ho- Iob.1.
mo ille verus & iuſtus dei cultor. Adhuc & regionem
illius deſcribens dicit, quòd eſſet potens & magnus in-
ter omnes ex parte Orientis: quo modo ergo ſolus po-
tens pater? Sed ſolum dicit ob hoc, quia nullus ei com-
paratur, quia ſolus eſt tãtæ magnitudinis, tantę poteſta-
tis, tantæ potentiæ. Pari modo & ſapientem ſolum pa-
trem prædicat beatus Paulus Apoſtolus dicens ſic, Soli Roma.16.
ſapienti deo. Sed requirenda eſt ratio, quemadmodum
ſolus ſapiens, nõ quòd Chriſtus nõ ſit ſapiens. Iam pro- 1.Cor.1.
tuliſti Chriſtum dei virtutem & dei ſapientiam. † Didi- Pſal.103.
cimus & nos teſtimonia, quòd omnia in ſapientia con- †potẽtiam.
didit. Sed vere ſolus ſapiẽs pater. Credim° ſcripturis, &
veneramur ipſas ſcripturas diuinas: & neq; apicem vnũ
præterire optamus, timẽtes periculũ quod in ipſis diui-
nis ſcripturis

A nis ſcripturis eſt poſitum, Vę detrahentibus aut adden-
Deut.4. & 12. tĕbus. Vis ſcire quanta eſt ſapiētia patris? Intuere filium,
& videbis ſpientiam patris. Et ea de cauſa ipſe Chriſtus
Ioan.14. dicebat, Qui me videt, videt & patrem: hoc eſt in me e-
ius videt ſapiētiam, eius laudat virtutem: illum glorifi-
cat qui me tantū ac talē genuit ante omnia ſecula, vnus
vnum, ſolus ſolum. Non quærens materiam vnde face-
ret, non in auxilio aliquem accipiens, ſed vt nouit ipſe
ſua virtute & ſapientia genuit filium. Non eſt vt calum-
niam facientes dicatis, quoniam ſicuti alia creatura ex
nihilo facta eſt, ita & profiteamur, quòd ex nihilo quaſi
vnus de creatureis ſit factus. Quod quidem audi autho-
ritatem ſynodicæ lectionis, quia in Arimino patres no
ſtri inter cætera & hoc dixerūt, Si quis ex nihilo filium
dicit, & non ex deo patre, anathema ſit. Si vis ſanè teſti-
monia profero. Ait enim ſic beatus Apoſtolus Ioannes,
1.Ioan.5. Qui diligit genitorē, diligit & eum qui ex eo natus eſt.
14 Miror nanque chariſsime, Cum enim & ſpiritū ſan-
ctum de ſubſtantia patris eſſe dicatis, ſi filius ex ſubſtan-
tia dei patris eſt, de ſubſtantia patris & ſpiritus ſanctus,
cur vnus filius eſt: & alius non eſt filius? Quid vobis de-
B liquit cum ex eadem ſit ſubſtantia, cum æqualis ſit filio
vt dicis: quare enim non [& ipſe hæres omnium conſti-
tutus? quare & non] ipſe filius? Quare non & ipſe eo vo-
Coloſſ.1. cabulo vocatur quo & Chriſtus, primogenitus omnis
creaturæ? Aut ſi æqualis, iam non vnus vnigenitus, ha-
bens & alterum ſecum genitum, & præterea ex eadem
ſubſtantia patris, vnde & filium dicitis eſſe. Quod qui-
dem & doloris eſt audire. Non enim ad animæ inge-
nuitatem comparatis illam tantam magnificētiam, ſed
ad fragilitatem corporis. De corpore vtiq; naſcitur ca-
ro corporalis filius: non tamen anima de anima naſci-
tur. Si ergo noſtra anima incorruptibiliter generat &
impaſsibiliter, nullam ſentiens diminutionem, non in-
quinationem aliquam: ſed legitime ſecūdum iura diui-
na generat† filium, ſapientium conſenſu, accommodās
† al. filium, & ſapiētia conſenſum accōmodās corpori &c. corpori ipſa integra manet: quanto magis omnipotens
deus, iam & pauloante dixi, ad quem omnis compara-
tio humana ſileat, tamen vt valemus dicere conamur,
quanto magis deus pater incorruptibilis incorruptibi-
liter genuit filium. Genuit autem, Cautionem meam te-
ne, vtique habens teſtimonia ſanctarum ſcripturarum.
Eſaiæ.53. Generationem eius quis enarrabit? Genuit vt voluit, vt
C potens, nihil ſubtrahens, nulla inuidia intercipiente po-
tentem genuit. Dixi, religioſis nō decet calumniam fa-
cere, Ego verbum dei, verbum dei profiteor, non mor-
tale, non corruptibile. Siquidem [corpus] quod ſuſcepit
Pſal.15. pro ſalute noſtra, clamat de illo ſcriptura, Requieſcet
caro mea in ſpe: hoc eſt, reſurrectionis ſpe, Quoniā non
derelinques animam meam in inferno, neq; dabis ſan-
ctum tuum videre corruptionē. Si enim illud quod ſan
ctum vocatum eſt filius dei, corruptionē nō vidit, quia
tertio vtique die reſurrexit à mortuis: quanto magis di-
uinitas, quæ ſuſcepit corpus, incorruptibilis manet. Cur
dicis quod non intelligis? Si non tibi ad omnia reſpon-
ſum dedero, merito ſine intellectu eſſe iudicabor, Si
quo minus, tamen non eſt religionis iniuriis appetere.
Ego enim non ſolum filij dei ſapientiam immortalem
eſſe aſſero, ſed etiam cōprobabo, quòd & ſanctorū dei
ſapiētia immortalis ſit. Nam ſi & ipſi, hoc eſt, eorū cor-
pora ad immortalitatem reuocantur: quanto magis eo-
rum viua illa ſapientia, quæ vſque ad cōſummationem
ſeculi in omnibus credētibus floret, vtique immortalis
manet. Licet in prolixitate ſermonis prætermiſerim de
immortalitate omnipotētis dei, de eo quod dixit bea-
tus Apoſtolus Paulus, Qui ſolus habet immortalitatem: D
attamen replicabo textum. Subſequar autē & interpre- *1.Timo.6.*
tationem deo fauente & donāte gratiam, Sic enim ſo-
lus immortalitatē habere deſcribitur, ſicut & ſolus po-
tens, ſicuti & ſolus ſapiens. Quis autem ſpiritalium ho-
minum ignorat, quia anima humana immortalis eſt?
Præterea cum ſaluatoris ſit ſentētia dicentis, Nolite ti- *Matth.10.*
mere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſ-
ſunt occidere, vt immortalem. Cum ergo anima ſit im-
mortalis, multo magis omnes cœleſtes virtutes immor-
tales eſſe conſpicimus. Nam cū dicat ſaluator, Qui ver- *Ioan.8.*
bum meum cuſtodit, mortem non videbit in æternum,
Et ſi quis verbum Chriſti cuſtodit, mortem nō videbit
in æternum: quanto magis ille ſecūdum diuinitatis ſuæ
potentiam immortalis eſt, cuius tātam vim habet ver-
bum. In eo autem cum dicit, Qui ſolus habet immorta-
litatem: iam reddidimus rationē. Habet quidem filius
immortalitatem, ſed accipiens [à patre. Habent & om-
nes virtutes cœleſtes immortalitatem, ſed accipientes
per filium,] quia omnia per illum ſunt. Pater autem vere
ſolus habet immortalitatem, quoniam aliunde non eſt
conſecutus, qui genitorem non habet, qui originē non E
habet. Filius autem, vt ipſe proſecutus es, quòd ex patre
ſit genitus, ſæpius æqualem filium aſſeris patri: cum ipſe
vnigenitus deus ſemper & in omnibus authorē ſuum
prædicet patrē, A quo vt pauloante dixi, & vitam ſe cō- *Ioan.5.*
ſecutum hoc modo profeſſus eſt dicens, Sicut pater ha-
bet vitam in ſemetipſo: ſic dedit & filio vitā habere in
ſemetipſo. Intuere igitur, quoniā & immortalitatem, &
incorruptibilitatē, & inacceſsibilitatē vtiq; à patre cum
vita accepit. Pater autē habet in ſe vitam, nō ab aliquo
accipiēs, & ideo vere beatus & ſolus potēs. Quis ſemet- *Philip.2.*
ipſum exinaniuit, pater aut filius? quis cui per obedien- *Ioan.8.*
tiam feſtinauit placere, quàm qui dicebat, Ego quæ pla-
cita ſunt ei facio ſemper? Quis eſt iſte qui ad monumē-
tum Lazari veniens dicebat, Pater gratias ago tibi quo- *Ioan.11.*
niam audiſti me, & ego ſciebam quia ſemper me audis,
ſed propter eos, qui circunſtant dixi, vt credant, quia tu
me miſiſti. Quis vtiq; iſte eſt, qui cū cæci nati oculos fi-
guraret, dicentibus diſcipulis, Quis peccauit: hic aut pa *Ioan.9.*
rentes eius vt cęcus naſceretur: reſpondit, Neq; hic pec-
cauit neq; parentes eius, ſed vt manifeſtentur opera dei
in illo, me oportet operari opera eius qui me miſit. Iſte
eſt vbiq; filius chariſsimus patri, qui & vbiq; accipiens F
panes, nō prius fregit, ſed prius in cœlū reſpexit, & gra-
tias egit ſuo genitori, & ſic fregit & diſtribuit. Sic vtiq;
& in ipſa paſsione, imò magis proximus paſsioni, vt re-
fert Euangeliſta: Etenim dominus Ieſus in ea nocte qua *Matth.26.*
tradebatur, accepit panē, & gratias agens fregit. Hic eſt
filius, vt ſanctum *† non obtundam eloquentia ſermo- **al. tertiū.*
nis, vel copia teſtimoniorum proferēs plurima, ſed cō- *† ne iam nō*
pendium finiam, qui vſq; ad paſſeris mortem nihil ſine *ob tantam*
permiſsione patris fieri, hoc modo prædicauit dicens, *eloquētiam*
Nonne duo paſſeres aſſe veneūt, & vnus ex illis nō ca- *ſermonis*
det in terrā ſine voluntate patris? Hic ſanè & de ſua po *vel copiam*
teſtate quā accepit à patre, dicebat, Poteſtatē habeo po- *teſtimonio-*
nendi animā meam, & poteſtatem habeo iterū ſumēdi *rū proferam*
eam. Hoc enim præceptū accepi à patre meo. Si ita re- *plurima,*
ferunt Euangelia, teneatur quod legimus, Si quo minus *ſed per cō-*
aliud aliquid forte, aut vt obliuioſus minus dixi, repre- *pendiū fi-*
hendar. Nec enim talis ſum, vt emendationē non acci- *niam &c.*
piam. Præterea cū Epiſcopū præcipiat beatus Apoſtolus
Paulus docibilem eſſe, Ille eſt autē docibilis, qui quoti- *1.Timo.3.*
die & diſcit & proficit docēdo meliora: nō reſpuimus ſi
quid melius dictū fuerit, ad omnia ſumus parati, quāuis
inuiti

G inuiti†afficiamur, veruntamen vt non obſtrepatur ve-
†iniuriis. ritati, non noſtram querimur iniuriam, ſed dei gloriam
15 prædicamus. Certum eſt quod ait Apoſtolus, Qui cũ
Philip.2. in forma dei eſſet. Quis enim negat filium eſſe in forma
dei? Quòd enim ſit deus, quòd ſit domin⁹, quòd ſit rex,
iam puto latius expoſuimus. Et quia non rapinam arbi-
tratus eſt eſſe ſe æqualem deo, hoc nos beatus Apoſto-
lus Paulus inſtruit quòd ille non rapuit, nec nos dici-
mus: ſed quia exinaniuit ſemetipſum factus obediẽs pa-
tri vſque ad mortem, mortem autẽ crucis, totis viribus
prædicamus. Nos dicti ſumus filij gratia, nõ natura hoc
nati. Ideo vnigenitus eſt filius, quia quod eſt ſecundum
diuinitatis ſuæ naturam, hoc eſt natus filius. Cui forte ſi
ipſi fratrem applicas, quia ſpiritum ſanctum parem atq;
æqualẽ aſſeris filio, ęque & de ſubſtantia patris eum eſſe
profiteris. Si ita eſt, ergo iam non eſt vnigenitus filius,
cum & alter ſit ex eadem ſubſtantia. Nos in patrẽ deum
innatum naturam non accipimus, Credimus quod ait
Ioan.4. Chriſtus, Spiritus eſt deus. Filius natus eſt, vt diximus:
nos & verum filium profitemur, & ſimilẽ patri non de-
negamus. Præterea de diuinis ſcripturis inſtructi, nam
H quia diuerſas accuſamur dicere naturas, hoc ſcito, quòd
nos dicimus, quòd pater ſpiritus ſpiritum [filium] ge-
nuit ante omnia ſecula, deus deũ genuit: & cætera quæ
iam ſuperius dicta ſunt, Verus innatus pater verum ge-
Ioan.17. nuit filium. Sed cum dicit dominus in Euangelio, Vt
cognoſcant te ſolum deum verum, & quem miſiſti Ie-
ſum Chriſtum: ſic ſolum verum dicit patrem, quo mo-
do & ſolum bonum, & ſolum potentem, quo modo &
ſolum ſapiẽtem, Vt puto nec ipſe diabolus auſus eſt di-
cere, quòd pater nõ perfectũ genuit ante omnia filium.
Non enim proficientẽ genuit. Homo enim cuius & ac-
cepiſti cõparationem, ſi poterat perfectum mox gene-
rare filium, non paruulum generaret, qui eo augmenta-
tis annis tandem aliquãdo compleat ſui genitoris vo-
luntatem. Pater autẽ qui vere beatus eſt & ſolus potens,
tamen genuit filium qualis & nunc eſt, qualis & perma-
net ſine fine: non proficientem, ſed perfectum, quiq; &
perfectionem à ſuo genitore accepit, à quo & vitã cõ-
ſecutus eſt. Saluatoris eſt ſententia, In ore duorum aut
Matth.18. trium teſtium conſtabit omne verbum. Protuliſti Apo-
Philip.2. ſtolicum teſtimonium, Qui cum in forma dei eſſet, non
rapinã arbitratus eſt, quod pro tuo arbitrio interpreta-
I tus es, æque & nos vt ſenſimus reſpõdimus. In audito-
rum ſanè erit arbitrio, quid eligant alterum de duo-
bus: aut certe ſecundum ſequentiam lectionis filiũ obe-
dientem patri approbent, qui ſe exinaniuit formã ſerui
accipiẽs, cui & pater donauit, vt diximus, nomen quod
eſt ſuper omne nomen: an tuam quiſq; intelligat inter-
16 pretationem. Aſcendo ad deum meum & ad deum
Ioan.20. veſtrum, dominum † propter formã ſerui dixiſſe quam
‡deum. ſuſcepit, aſſeris, vt puto vt dicis: ſi ipſe humilians ſe in
corpore dñm eſſet humano, quãnis deuicta morte tri-
umphato diabolo poſt reſurrectionẽ ſuã, iſtos ergo ſer-
†aliâs, iſto monest dicens, Aſcendo ad patrem meũ & ad patrem
vtitur ſer- veſtrum: vbi iam humilitas carnis neceſſaria non erat,
mone. vt dicis propter Iudæos, ſed integra regula fidei trade-
batur. Sicuti & in alio loco poſt reſurrectionem ſuam,
Matth.28. aſſumptis diſcipulis in mõtem Oliueti, dicebat, Data eſt
mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra, Euntes docete
omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij
& ſpiritus ſancti, docẽtes eos ſeruare omnia quæcunq;
mandaui vobis. Et ſi filius humilitatis gratia & non ve-
ritatis hoc dixit, cur auſus fuit Apoſtolus eadẽ repetere
2.Cor.11. & dicere, vt deus domini noſtri Ieſu Chriſti pater glo-

riæ? Aut vel certe, De⁹ & pater domini noſtri Ieſu Chri- K
ſti ſcit, qui eſt benedictus in ſecula? Nec non, Vt vnani- Rom.15.
mes in vno ore honorificetis deum & patrem domini
noſtri Ieſu Chriſti. Adhuc autem aggregat & dicit, Be- 2.Cor.1.
nedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti. Cur
ſanè & ante incarnationẽ Chriſti etiã ſpiritus ſanctus
ad filiũ dicebat, Propterea vnxit te deus deus tuus? Quã Pſal.44.
vnctionem quamuis argumẽtari volueris, probare non
poteris in corpore factam: ſiquidẽ baptizatũ legimus,
vnctum autẽ nõ legimus in corpore, ſed ex ipſa lectio-
ne, cũ dicat, Propterea oleo lætitiæ vnxit te prę cõſorti-
bus tuis deus deus tuus: vtiq; oſtenditur quoniã lætitiæ
oleum pro vocabulo olei illã lætitiam deſignat, de qua
dicebat per Salomonem, Ego eram ad quẽ aggaudebat Prouer.8.
quotidie, Lætabar autẽ ante faciem eius in omni tẽpo-
re, cum lætaretur orbe perfecto, & lætaretur in filiis ho-
minũ. In eo autem quod dicit, Ego eram ad quem ag-
gaudebat quotidie: vtiq; legitur in libro Geneſeos, quo-
niam ad omnia opera filij pater, ſicut legimus, Et vidit Gene.1.
deus, & ecce omnia bona valde: laudãs filij ſui opus, gau
debat & lętabatur in filio: ęque & filius perfecta volun-
tate patris lætabatur in conſpectu ſui genitoris. Omnis 2.Timo.3.
ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendũ. Ob L
quam rem nõ trãſibit iota vnũ vel vnus apex. Dominus Matth.5.
dixit, Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non Matth.24.
pręteribunt. Conſtat quòd in principio erat filius, & 17
apud patrem erat, & deus erat: & hic erat in principio Ioan.1.
apud deum, vt primogenitus omnis creaturę. Et omnia Coloſſ.1.
per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil, quod in
ſpiritus ſancti perſona ſuſcipi nõ poteſt. Nec enim talia
inuenies referri ex diuinis ſcripturis, vt eum æqualẽ aſ-
ſeras filio. Siquidẽ & filius in principio erat, pater vero
ante principium & ſine principio eſt, vt ingenitus, vt
innatus. Erat autẽ in principio vt primogenitus omnis
creaturæ. Ante omnem creaturã erat, antequã quicquid
eſſet, & apud deum erat, & deus erat, & hic erat in prin-
cipio apud deum. Quid ſi audieris patrem dicen- 18
tem, Tecum principium in die virtutis tuæ, in ſplendo- Pſal.109.
ribus ſanctorum, ex vtero ante luciferũ genui te? Ex vẽ-
tre matris, quod nec Iudæi diffidunt, Chriſtum natum
profiteris ſecundũ carnẽ, Et cur iſta teſtimonia in me-
dium non proferantur, quæ illam natiuitatem demon-
ſtrant in principio, ſicut & præcedens nos inſtruit teſti-
monium? Si propter corpus in quo exinaniuit ſemetip- M
ſum, qui cum diues eſſet, propter nos pauper factus eſt, Philip.2.
vt ait Apoſtolus, debitorẽ ſe ſentit ſuo genitori: multo 2.Cor.8.
magis qui illũ tãtum ac talem genuit, ei debitam vene-
rationem & debitũ obſequium, vt chariſsimus filius ne-
ceſſe eſt ſemper offerat ſuo genitori. Optime proſecu-
tus es dicens, quoniã & parentibus propter formã ſerui
eſſet ſubiectus. Si enim parentibus ſubiectus inuenitur Ioan.1.
quos ipſe creauit, quia omnia per ipſum ſunt facta: nec
enim poſt tempora, ſed ante tempora nouimus filiũ ge-
nitum à patre: ſi parentibus ſubditus, vt diuinarũ ſcrip- Lucæ.2.
turarum authoritas luce clarius prædicat: quãto magis
vtiq; illi ſuo genitori eſt ſubditus, qui tantũ ac talem ge-
nuit, ſecũdũ quod ait Apoſtolus Paulus, Cũ omnia fue- 1.Cor.15.
rint filio ſubiecta, tũc & ipſe filius ſubiectus erit illi qui
ſibi ſubiecit omnia. Hoc vis vt & à nobis dicatur, quòd
corpori, imò magis diſpẽſationi quã pro noſtra ſalute
ſuſcepit, omnia ſubiecta ꝓfiteamur, cetera & corpus pa-
tri ſubiectum nõ filium ipſum vnigenitum deum. Nos Ioan.5.
enim ſcimus & credimus ꝙ pater iudicat neminẽ, ſed
omne iudiciũ dedit filio, vt omnes honorificẽt filium,
ſicut honorificãt & patrem. Hoc enim profitemur, quia
& in

A & in reſurrectione,cũ omnia fuerint filio ſubiecta,cum
omnes eum honorant, & venerantur & adorant, nec
tunc ſané filius extollit ſe: ſed etiam cum omnibus ſibi
ſubiectis ſubditus patri hoc modo inuenitur vt dicat,
Matth.25. Venite benedicti patris mei, poſsidete regnũ paratum
19 vobis ab origine mundi. Iam dictum eſt,quod & ip-
ſe pro tuo arbitrio ſecũdum ſenſum tuum viſus es alie-
Roma.8. nare, Stat tamen Apoſtolicum dictum,quia ſicut opor-
tet orare neſcimus, ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis
gemitibus inenarrabilibus. Et quia argumento viſus es
obſtrepere dicẽs, Ergo tam miſerabilis ſpiritus ſanctus
vt gemat? Nos enim nõ miſerabilem ſpiritum ſanctum
dicimus,ſiquidem ex ipſa lectione gloria ſpiritus ſancti
oſtẽditur,quia nõ pro ſe gemit, ſed pro dilectione, quia
pro ſanctis. Siquidem nec filius pro ſe orat,ſed pro no-
bis vtiq; poſtulat & interpellat,ſicut iam protuli in præ-
Lucæ 16. cedẽti, Qui in modico fidelis eſt & in maius fidelis in-
20 uenitur. Nec enim aliter aſſeri poteſt, quòd pater &
filius vnum ſint, niſi hoc ſanè modo quo tuipſe & nos
1.Cor.6. probare poſſumus hiſipſis exẽplis quibus vſus es. Nam
ſi vt dicis & Apoſtolus confirmat, Qui adiungit ſe do-
mino,vnus ſpiritus eſt:eſt vtiq; vnus ſpiritus in conſen-
B ſu implens voluntatem dei, ſecũdum ſaluatoris magi-
ſterium:qui etiam hoc modo nos orare docuit vt inter
Matth.6. cætera precum noſtrarum,& hoc dicamus, Fiat volun-
tas tua ſicut in cœlo & in terra. Terra vtiq; nos ſumus.
Sicut ergo in cœleſtibus dei fit voluntas, vt & in nobis
hoc modo cõpleatur qui hoc oramus, & hoc factis ad-
impleamus: vt vnus ſpiritus efficiamur cum domino,
quãdo hoc volumus quod deus vult. Nam & ipſe filius
paſsioni proximus,hoc ad ſuum genitorem vtique cla-
Marci.14. mabat dicens, Abba pater,trãſeat à me calix iſte: Verun-
tamen non ſicut ego volo,ſed ſicut tu vis, Oſtendit ve-
re ſuam voluntatem ſubiectam ſuo genitori, propter te
cuius voluntatem faciendam de cœlo deſcendit vt ait,
Ioan.6. Deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam,
ſed voluntatem eius qui miſit me. Conſonans ergo &
conueniens eſt filij voluntas ad voluntatem patris. In-
quantũ maior eſt filius vt deus ab omni creatura, intan-
tum magis conſonans voluntatem patris inuenitur, &
magis adhæret ſuo genitori. Dico enim adhęret ſuo ge
nitori vt chariſsimus filius in amore & dilectione, &
† vnanimitate. humanitate,† & conſenſu & conuenientia. Omnia quæ
C proferũtur à ſanctis ſcripturis, plena veneratione ſuſci-
pere debemus, Nec enim in noſtrum magiſterium de-
uenit diuina ſcriptura, vt à nobis emendationem acci-
piat. Atq; vtinã & digni inueniamur ſcripturarũ diſci-
21 puli approbari. Suſcipio quæ protuliſti, Neſcitis quia
1.Cor.3. templum dei eſtis,& ſpiritus dei habitat in vobis? Non
enim deus habitat in homine, quem non ante ſpiritus
ſanctus ſanctificauerit atque purgauerit. Denique & ad
Lucæ.1. Mariam illam beatã virginem dicebatur, Spiritus ſan-
ctus ſuperueniet in te, vtiq; ad ſanctificandũ & ad pur-
gãdum. Deinde ſequitur, Et virtus altiſsimi obumbra-
bit tibi. Altiſsimi autem virtus quòd Chriſtus ſit,iam &
ipſe protuliſti, Veritas non ex argumẽto colligitur:ſed
certis teſtimoniis comprobatur. Ob quam cauſam teſti-
monia proferre debebis, quia ſpiritus ſanctus deus eſt,
quia dominus eſt, quia rex eſt, quia creator eſt, quia fa-
ctor eſt,quia cõſidet patri & filio, quia adoratur, ſi non
à cœleſtibus,vel certe à terreſtribus:vt dicã, forte enim
oſtẽſurus es,quia vel ab inferis adoratur. Hæc enim di-
camus,non derogantes ſpiritui ſancto. Eſt enim ſpiri-
tus ſanctus,vt iam ſuperiꝰ proſecuti ſumus, ſine quo ne-
1.Cor.12. mo poteſt dicere dominũ Ieſum. Iſte eſt ſpiritus ſanctus

in quo clamamus,abba pater. Iſte eſt ſpiritus ſanctus tã- D
tus ac talis, in quem etiam & angeli proſpicere concu- *Rom.8.*
piſcunt. Talis eſt,tam potẽs,vt vbiq; in omni creatura, *1.Petr.1.*
ſiue in Oriente,ſiue in Occidente,quã etiam in Septen-
trione & Meridie,quiſque eum adorat, nõ poſsit dice-
re dominum Ieſum,niſi in ſpiritu ſancto. Talis eſt huius *1.Cor.12.*
natura,qui vbique pręſens ſit in omnibus inuocantibus
deum in veritate. Tantus ac talis eſt,vt vbi quiſque fue-
rit baptizatus,in eodem enim momento,& ſi in Orien-
te baptizetur,& ſi in Occidente,& vbi & vbi aſsit ſpiri-
tus ſanctus. Intuere quanta eſt potentia ſpiritus ſancti.
Si enim quis derogat ſpiritui ſancto,derogat vtiq; vni-
genito dei,per quem omnia facta ſunt,& ſine quo factũ
eſt nihil:ſicut & qui non honorificat filium,non hono- *Ioan.1.*
rificat patrem qui miſit illum. Dicis quòd non dixe- 22
rit ſaluator noſter Chriſtus, vt ipſi & nos vnum,ſed vt
ipſi ſint vnum in natura ſua & ſubſtantia ſua, cõcordiæ
æqualitate quodam modo vniti atque conflati:& pater
& filius & ſpiritus ſanctus, vnum propter indiuiduam
eandemq; naturã. Recito lectionem quã legentes poſ-
ſunt probare,quid enim Chriſtus dixerit. Sic ait in Euã-
gelio,patrem ſuum orans pro diſcipulis, Pater,fac illos *Ioan.17.*
vnum,ſicut nos vnũ ſumus: ſicut ego in te & tu in me, E
vt & illi in nobis vnum ſint: vt cognoſcat hic mundus
quoniam tu me miſiſti, & dilexiſti illos ſicut me dilexi-
ſti. Quod lego,credo:dilectionis fecit mẽtionem,& nõ
ſubſtãtiæ. Certum eſt autem ipſum ſaluatorem dixiſſe,
Qui audit mãdata mea & cuſtodit ea,ille eſt qui diligit *Ioan.14.*
me. Qui autem diligit me,diligitur à patre meo,& ego
diligam illum,& veniemus,& mãſionem apud eum fa-
ciemus. Si enim tanta illa ſublimitas atque maieſtas pa-
tris,nec nõ etiam filij,intra vnam ędiculam mentis no-
ſtræ recipitur:quãto magis vtique filius certũ eſt & ſine
dubio quòd erit in patre? Ita tamen vt filius, vt alius à
patre,quod quidem expoſuiſti. Vnũ ſunt pater & filius,
non tamẽ vnus:vnum ad cõcordiam pertinet, vnus ad
numerũ ſingularitatis. Nam & Pauli beati teſtimonium
protuliſti,quod libenti animo ſuſcepimus. Siquidẽ fir-
mum genus eſt veritatis, quod ab ipſis etiã cõtradicen-
tibus promitur. Recitaſti enim Paulũ dixiſſe, Ego plan-
taui, Apollo rigauit, ſed deus incrementũ dedit. Itaque *1.Cor.3.*
neque qui plãtat eſt aliquid,neque qui rigat,ſed qui in-
crementũ dat deus. Qui plantat autẽ & qui rigat vnum
ſunt,vnuſquiſque autem ſuam mercedẽ accipiet ſecun- F
dum ſuum laborem. Aduerte igitur, quia licet vnũ ſint
cõcordia, ſed tamen vnuſquiſque ſuam mercedem ac-
cipiet ſecundum ſuum laborem. Intuere ergo & illud
quod dominus ait, Ego & pater vnũ ſumus. Quod cer-
ta fide à nobis creditur & ſuſcipitur. Qui dicit, ego, fi- *Ioan.10.*
lius eſt. Qui dicit,& pater,alterũ patrem oſtendit,vnum
ait,nõ vnus. Sæpius dictum eſt, quia vnum ad concor-
diam pertinet. Quo modo non vnũ pater & filius,cum
quando clamat filius, Ego quæ placita ſunt patri facio *Ioan.8.*
ſemper. Tunc demũ nõ eſſet vnum cum patre,ſi cõtra-
ria patri faceret aliquando. Si autẽ & Apoſtoli vnũ ſunt
cum patre & filio,in eo quòd in omnibus ad voluntatẽ
dei patris reſpicientes, ad imitationem filij ſubditi vni
deo patri & ipſi inuentũtur. Et nõ tantum pro Apoſto-
lis legimus ſaluatorem oraſſe,vt vnum ſint,ſed etiã pro
credituris per verbũ illorum[dicens, Nõ ſolum pro his *Ioan.17.*
rogo,ſed & pro credituris per verbum illorum] in me,
vt omnes vnum ſint:ſicut tu pater in me, & ego in te,vt
& illi in nobis vnũ ſint, vt cognoſcat hic mundus quia
tu me miſiſti, & dilexiſti illos ſicut me dilexiſti. Dile-
ctionis fecit:vt diximus,mentionem, & nõ diuinitatis.
Quis

G Quis autem ignorat quòd Paulus,Paulus eſt:& Apollo,
1.Cor.15. Apollo eſt:cum quãdo dicat ipſe Paulus, Plus omnibus
illis laboraui,nõ ego autem,ſed gratia dei mecũ? Nam
qui plus laborat,plus conſequitur. Veruntamen vnum
ſunt,in conſenſu,in cõuenientia,in dilectione:quando
23 id faciunt quod deus vult. Dicis quòd vnus eſt deus,
Aſtrue ſi pater & filius & ſpiritus ſanctus vnus eſt deus,
an ſolus pater vnus deus dicendus eſt,cuius filius Chri-
ſtus noſter eſt deus. Iudaico more hortaris nos profite-
ri vnum deum?An de ſubiectione filij potius, ſecũdum
quod habet fides Chriſtiana,oſtenditur vnus eſſe deus,
cuius filius noſter eſt deus,vt diximus?Nã quia pater &
filius non eſt vnus vel Paulo crede dicẽti,quod per ſin-
gulas ferè epiſtolas pronunciat dicens, Gratia vobis &
pax à deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto.Adhuc
1.Cor.8. autem:vnus deus pater,ex quo omnia,& nos in ipſo: &
vnus dominus Ieſus Chriſtus,per quẽ omnia & nos per
ipſum.Iſte eſt qui à nobis Chriſtianis vnus deus prędica-
Marci 10. tur,quem filius vnũ pronunciat bonum,dicens,Nemo
bonus,niſi vnus deus:non quòd Chriſtus nõ ſit bonus.
Ioan.10. Ipſe enim ait,Ego ſum paſtor bonus:non quòd ſpiritus
Pſal.142. ſanctus nõ ſit bonus.Audi Prophetã clamantem,Spiri-
H tus tuus bonus deducet me in viam rectã. Audi autem
Matth.12. adhuc ſaluatoris teſtimonium dicẽtis, Bonus homo de
theſauro cordis ſui profert bona. Necnõ etiã & omnis
creatura dei bona valde. Si creatura bona,ſi homo bo-
nus,ſi ſpiritus ſanctus bonus,ſi Chriſtus bonus, quemad-
modum vnus bonus requirendum eſt. Quia vtique ſic
Marci.10. ait ſaluator,Nemo bonus,niſi vnus deus : eo quòd ipſe
eſt fons bonitatis qui quòd eſt bonus à nemine accepit.
Nam & Chriſtus quòd eſt bonus, à ſuo genitore eſt vt
ſit bonus:& omnis creatura dei bona,per Chriſtũ acce-
pit bona vt eſſet bona. Sed ſiue filius, ſiue qui per illum
ſunt facti,de illo vno fonte bonitatis vnuſquiſq; ſecun-
dum menſuram fidei ſuæ aſſumpſerunt vt eſſent boni.
Pater autem vnus quòd eſt bonus, à nemine accepit. Et
Ibidem. ideo ait Chriſtus, Nemo eſt bonus niſi vnus. Sic ergo
vnus eſt deus, quia vnus eſt incõparabilis,quia vnus eſt
24 immẽſus,vt iam ſumus proſecuti. Non denegamus,
quòd filius diligat patrem, cum quãdo & ſcriptũ legi-
Ioan.14. mus, Vt ſciat hic mundus quia diligo patrem, & ſicut
mandatum mihi dedit pater, ſic facio. Cõſtat filium &
diligi [& diligere,] & mandatũ patris vt ipſe aſſerit im-
I plere.Et ideo vnũ ſunt,ſecũdum quod ait, Ego & pater
Ioan.10. vnum ſumus.Nã in eo quod dicit, Qui me videt,videt
Ioan.14. & patrem: certa fide credẽdum eſt, quia qui videt filiũ:
25 per filiũ videt & intelligit patrem. Propter formam
ſerui,maiorem patrem profeſſus es,quod mihi nimium
ſtultum eſſe videtur. Scimus enim, quod & ipſe protu-
liſti,in forma ſerui etiã & angelis minor eſt factus. Nec
† profuſus. enim ſatis in gloriam dei prouectus† es,qui ad formam
ſerui maiorem patrem profiteris. Ad formã ſerui & an-
geli maiores ſunt. Nec enim ad hoc venit Chriſtus,vt
nos inſtrueret quòd ad formam ſerui maior eſt pater : ſed
ideo veritas ad nos venit,vt vtique doceret nos: atque
[inſtrueret] quòd pater filio maior eſt, & hoc filio qui
magnus eſt deus. Nos enim ſic glorificamus patrem,vt
magno deo maiorem illum profiteamur, vt alto ſubli-
miorem annunciemus. An vero hic iſte eſt debitus ho-
nor dei, vt forma ſeruili maior ſit pater, tu videris.
26 Dicis quòd ſe diuinitas patribus oſtendit, & paulo-
ante proſecutus es, quòd vtique diuinitas ſit inuiſibilis.
Oſtendit ſe ſanè non pater qui inuiſibilis eſt:ne ſi dica-
mus patrem viſum fuiſſe, Apoſtolũ reddamus menda-
1.Timo.6. cem qui ait,Quem vidit hominum nemo,neque videre
poteſt. Et nõ ſolum inuenimur nouo reſiſtere teſtamen- K
to, verumetiam & veteri pari modo contrarij inueni-
mur. Denique ſic ait Moyſes, Nõ poteſt quiſque deum *Exod.33.*
videre & viuere. Ipſe ſanè Moyſes deſcripſit in libro
Geneſeos,quòd ab illo primo homine Adam vſque ad
ipſam incarnationem,ſemper filius viſus eſt. Nã ſi teſti-
monia quęris, vtique habes poſitum patrem ad filiũ di-
centem, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitu- *Gene.1.*
dinem noſtram. Sequitur,Et fecit deus hominem. Quis
vtique deus niſi filius?Hoc vtiq; & tu in tuis tractatibus
expoſuiſti. Iſte ergo filius qui Propheta ſui genitoris,
qui & dicebat, Nõ eſt bonum ſolum eſſe hominem, fa- *Gene.2.*
ciamus ei adiutorium ſecũdum ſe. Iſte filius Adæ eſt vi-
ſus,ſecundum quod legimus Adam dicentem, Vocem *Gene.3.*
tuam audiui ambulantis in paradiſo, & abſcondi me,
quia nudus eram. Habes vtique quod deus dixit ei, Et
quis tibi indicauit quia nudus eras,niſi de ligno de quo
præceperam tibi ne manducares,ex eo mãducaſti? Hic
deus & Abrahæ viſus eſt,Et quia filius viſus eſt Abrahę, *Gene.18.*
ſi vis credere, vtique ipſe vnigenitus deus in ſancto af-
firmauit Euangelio, dicens ſic, Abrahã pater veſter ex- *Ioan.8.*
ultauit vt videret diem meũ,& vidit,& gauiſus eſt. Hic
etiam filius à Iacob viſus eſt, qui in figura qua erat ven- L
turus: id eſt,hominis, ante præmeditatus colluctaſſe cũ
Iacob inuenitur. Vnde & Iacob dicebat, Vidi dominũ *Gene.30.*
facie ad faciem,& ſalua facta eſt anima mea. Et loci ip-
ſius vocabulum nuncupatum eſt, viſio dei. Hoc ipſum
affirmãs vtiq; deus, qui in præmeditatione colluctaba-
tur cum Iacob, quod in paſſione Chriſti impletũ vide-
mus. Ait enim ad ipſum Iacob, Iam non vocabitur no-
men tuum Iacob, ſed Iſraël erit nomen tuum : hoc eſt,
homo videns deum,Hũc & in nouo & in veteri teſta-
mento viſum probamus. De hoc Apoſtoli dicebant,Et *Ioan.1.*
vidimus gloriam eius,gloriam quaſi vnigeniti à patre.
Cæterũ ſi vt ipſe conaris,pater viſus eſſe aſſeratur,men-
daces ſunt apud nos omnes ſcripturæ, Nã denique in-
uiſibilem patrem Paulus prædicat,& dominus in Euã-
gelio affirmat. Sæpius nos accuſas, quod audẽter atque
præſumenter ea quæ non ſunt dicenda à nobis dican-
tur,quod quidem in arbitrio erit legentiũ probare. Nec
enim ſic loquimur vt alicuius laudẽ conſequamur, ſed
ſtudio colligendæ fraternitatis, quæ vobiſcum eſt. Aut
ob quam forte & ipſe prouocare nos dignatus es vt re-
ſponſum demus, vt in nobis illi denotati ſic tuæ con- M
ſentiant,vt dixerim, profeſſioni, neceſſe fuit me prop-
ter timorẽ dei dare tibi reſponſum. Siquidem non tan-
tum verbis me nudare conatus es à diſcipulatu eorum,
verumetiam & tractatum tuũ dediſti, ad quod neceſſe
eſt me reſpondere ea quæ de inuiſibilitate omnipoten-
tis dei proſecutus ſum. Et iam & ipſe,licet alio propoſi-
to,attamen tuis verbis affirmaſti, quòd ſpiritus ſanctus
in ſpecie columbæ ſit viſus, necnon & in ſpecie ignis.
Filius ſane in forma hominis, Pater autẽ neque in ſpe- *Matth.3.*
cie columbæ,nec in forma hominis,nec aliquãdo ver- *Act.2.*
tit ſe in formas,ſed nec aliquãdo vertitur. De quo ſcrip-
tum eſt, Ego ſum qui ſum, & non ſum mutatus. Filius *Exod.3.*
ſanè in forma dei cõſtitutus iam, vt ipſe protuliſti, for-
mam ſerui accepit,quod non pater. Spiritus atque ſan-
ctus ſuſcepit ſpeciem columbæ, quam non ſuſcepit pa-
ter. Scio ergo,quia vnus eſt inuiſibilis,vnus etiam inca-
pabilis atque immenſus. Oro & opto diſcipulus eſſe di-
uinarum ſcripturarum: nam & ſuperius credo retinere
religionẽ tuam, quòd ſicut dedi reſpõſum, quia ſi pro-
tuleris,quòd pater & filius & ſpiritus ſanctus vnam ha-
beant virtutem,vnam ſubſtãtiam, vnã deitatem,vnam
maieſtatem,

A maieſtatem, vnam gloriam: ſi affirmaueris de diuinis
ſcripturis,ſi alicubi ſcripti lectionem protuleris,nos di-
uinarum ſcripturarum optamus inueniri diſcipuli.

Subſcriptio.

MAXIMINVS Epiſcopus ſubſcripſi.

Et poſt collationem præſentium, AVGVSTI-
NVS ita dixit, Auxilio principum munitũ me lo-
qui dixiſti,non ſecundum timorẽ dei. Sed hominibus,
quibus donat deus intellectũ,ſatis apparet quis loquatur
ſecundum timorẽ dei:vtrũ qui obedienter audit domi-
Deut.6. num dicentẽ,Audi Iſraël,dominus deus tuus deus vnus
eſt,quod nos & obtẽperanter audimus,& fideliter prę-
dicamus,an ille qui hoc ſic audire non vult,vt duos do
minos deos eſſe contendat: atq; ita introducẽdo duos
deos & duos dominos, oſtendat ſe nõ timere vnũ do-
minum deũ dicentem, Audi Iſraël, dominus deus tuus
deus vnus eſt. Scis autem ſermonem tuum prolixiſſimũ
occupaſſe nobis tempora, quibus reſpõdere poſſemus,
& tantũ diei remanſiſſe, quantũ omnino nõ ſufficeret,
vt ea quæ dixiſti,ſaltẽ nobis relegerentur. Noueris tamẽ
omnia quæ protuliſti,vt probares deũ eſſe filium dei,&
B magnũ deum, & natũ eſſe ex patre,& aliũ eſſe ipſum,&
aliũ eſſe patrem: quoniã non eſt pater ipſe qui filius,ad
ingentes moras pertinuiſſe, quibus neceſſariũ tẽpus ab-
ſumeres,quaſi nobis abs te probandũ eſſet,quod & nos
eſſe verũ fatemur. Non enim dicimus ipſum eſſe patrẽ,
qui eſt filius, aut ipſum eſſe patrẽ vel filiũ, qui eſt in ipſa
trinitate ſpiritus ſanctus. Prorſus alius eſt ille, alius ille,
& alius ille:ſed ſimul omnes vnus eſt dominus deus. Si
enim dixerimus duos eſſe dominos deos, vnũ magnũ,
alterum maiorẽ:vnum bonũ,alterum meliorẽ:vnum ſa
pientẽ,alterum ſapientiorem:vnum clementẽ,alterum
clementiorẽ:vnum potentẽ,alterum potentiorẽ:vnum
inuiſibilem, alterũ inuiſibiliorem: vnum verum, alterũ
veriorẽ:& ſi quid aliud iſto modo te ſentire monſtraſti,
vt duos dominos deos nos habere ſuaderes. Si hoc er-
go dixerimus,arguet nos ipſe deus,dicẽs quod iam cõ-
memoraui, Audi Iſraël, dominus deus tuus deus vnus
Pſal.4. eſt. Tanquã dicat nobis,Filij hominum vſquequo graui
corde,vt quid diligitis vanitatẽ,& quæritis mendaciũ?
Vt quid vobis facitis duos dominos deos? Quare me
Deut.6. clamantẽ, Audi Iſraël,nõ vultis audire, Dominus deus
tuus deus vnus eſt: ſed contra me clamatis, domini dij
C noſtri domini duo ſunt. Nunquid hoc faceretis ſi Iſraël
eſſe velletis? Cum hoc ergo nomẽ interpretetur,homo
videns deũ,rogo te da veniã,ſi tu non vis,ego volo eſſe
Iſraël. Volo quippe in eorũ conſortio cõputari,quibus
donatur videre deum. Et gratias illi agimus, quia facit
1.Corin.13. nos videre nũc per ſpeculum in ænigmate,tunc autẽ fa-
cie ad faciẽ,ſicut Apoſtolus dicit. Videmus itaq; donã-
te ipſo, & ſi adhuc per ſpeculũ in ænigmate,tamẽ vide-
mus,quo modo inter ſe non ſint duo iſta cõtraria,vt &
alius pater ſit,alius filius, alius ſpiritus ſanctus,& tamen
hi tres ſimul vnus ſit dominus deus. Egi ſicut potui,vt
hoc etiã tu videres,ſed reſiſtere maluiſti,quia Iſraël eſſe
noluiſti. Sed ſi hoc videre adhuc forſitan nõ potes,cre-
de & videbis. Intelligendo enim videntur iſta,nõ ocu-
lis carnis intuẽdo. Et ſcis vtiq; dixiſſe Prophetam, Niſi
Eſaia.7. credideritis nõ intelligetis. Cum ergo audis,Dominus
Deut.6. deus tuus deus vnus eſt: noli duos dominos deos face-
re,patrẽ & filium. Et cum audis,[Neſcitis quia corpora
1.Corin.6. veſtra templum in vobis eſt ſpiritus ſancti, quẽ habetis
à deo: Et eodẽ loco,] Neſcitis,quia corpora veſtra mem
bra ſunt Chriſti. Cum ergo hæc audis, noli negare deũ
eſſe ſpiritum ſanctũ,ne templum creaturę facias mẽbra

creatoris, Prius crede iſtos tres, & in ſuis ſingulis per- D
ſonis tres eſſe, & tamen ſimul non tres dominos deos,
ſed vnum dominum deum eſſe:& dabit credenti & o-
ranti ipſe dominus intellectum, vt id quod credis,etiã
videre,id eſt,intelligere merearis, Nam conſidera dili-
genter omnia,quę prolixa diſputatione dixiſti,& vide-
bis ex hoc errore deſcendere, quòd facitis duos domi-
nos deos,contra clariſſimam vocẽ domini dei dicẽtis,
Dominus deus tuus deus vnus eſt: Et negatis deum ſpi- Deut.6.
ritum ſanctũ, cuius ſanctum negare non poteſtis tem-
plum. Hæc interim poſt collationẽ noſtrã,qua præſen-
tes alternatim locuti ſumus,te admonuiſſe ſuffecerit. Si
autẽ dominus voluerit,quoniã longum eſt,& tu remea-
re feſtinas,[proſecutiones noſtras] ante oculos eorum,
qui legere voluerint,quanta potero perſpicuitate cõſti-
tuam, & te veris quidem teſtimoniis diuinis,falſa tamẽ
veſtra dogmata probare voluiſſe velis nolis oſtendam.

Alia manu.

AVGVSTINVS Epiſcopus ſubſcripſi.

Item econtra, alia manu, MAXIMINVS,
Cum explicueris hunc libellum, & ad me tranſmiſeris, E
niſi† ad omnia reſponſum dedero,culpa explicaberis.† † ſi non. † tũc ero cul pabilis.

ANTONIVS, geſta contuli,

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPponenſis Epiſcopi,contra Maximinũ hæreticum Arrianorum Epiſcopum, Liber ſecundus.

Diſputationi Maximini Arria- Præfatio.
norum Epiſcopi,cuius prolixi-
tate ſpacium diei, quo præſen-
tes cõferebamus, abſumpſit,re-
ſponſionem debitam reddens,
ad ipſum loqui debeo vtiq;:ſiue
adhuc exiſtimet contradicen-
dum eſſe cũ legerit, ſiue domi-
no in eius corde mirabiliter operante, manifeſte con-
ſentiat veritati. Quid tibi viſum eſt ô homo Arriane,tã
multa dicere,& pro cauſa quæ inter nos agitur nihil di-
cere,quaſi hoc ſit reſpondere poſſe,quod eſt tacere non
poſſe? Prius itaque oſtendam refellere te non potuiſſe,
quæ dixi: deinde quantum neceſſarium videbitur, ego
refellam quæ ipſe dixiſti. [De duobus diis quæ ipſe Caput I.
dixiſti,] ego certe reſpondens verbis tuis,vbi aiſti à vo-
bis vnũ deum coli, Conſequens eſt,inquam,vt aut non F
colatis Chriſtũ,aut non vnum deũ colatis,ſed duos. Ad
hoc tu reſpondere conatus, multũ quidem locutus es,
aſſerens quòd & Chriſtũ deum colatis, Sed duos deos
à vobis coli, quanuis nõ negaueris, tamen non auſus es
confiteri, Senſiſti enim duos deos eſſe colendos,Chri-
ſtianas aures ferre non poſſe. O quam de proximo te
corrigeres,ſi timeres credere quod dicere timuiſti. Cum
enim clamat & Apoſtolus, Corde creditur ad iuſticiã, Roma.10.
ore autem cõfeſſio fit ad ſalutem: ſi ad iuſticiam putas
pertinere quod credis,cur hoc ad ſalutem etiã ore non
confiteris? Si autem duos deos colendos ad ſalutẽ non
pertinet confiteri, ſine dubio nec ad iuſticiam pertinet
credere. Qui ergo non vis tali confeſſione reum tene-
ri os tuum,quare non mundas à tali crudelitate cor tuũ?
Tene cum catholica fidem rectã,non te pudeat emen-
dare peruerſam, Tene cum catholica,patrẽ quidem nõ
eſſe qui filius eſt, & filium nõ eſſe qui pater eſt, & deum
eſſe patrem & deum eſſe filium, veruntamen ambos ſi-
mul non duos deos eſſe,ſed vnum. Iſto modo ſolo fiet,
vt & patrem colas & filium, nec tamen duos deos eſſe
colendos dicas,ſed vnum, ne reatu impietatis tua con-

G ſcientia compungatur, quãdo ſonuerint in auribus tuis
dicta diuina, quia nullus deus niſi vnus, Et, Audi Iſraël,
Deut.6. dominus deus tuus deus vnus eſt: vt quando audis, Do-
Matth.4. minum deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies: ſecurus
poſſis non ſoli patri, ſed & filio ea quę vni deo debetur
ſeruitute ſeruire. Memento ergo non te reſpondiſſe ad
illud quod obieceram, non à vobis coli vnũ deum, ſed
Caput II. duus. Secundo loco egi tecũ de verbis tuis, vbi di-
xeras, deum patrem ad humana nõ deſcendiſſe conta-
gia, quaſi Chriſtus illa in carne perpeſſus ſit: & admo-
nui, quo modo contagiũ intelligi ſoleat, non vtiq; niſi
in aliquo vicio, à quibus omnibus immunem nouimus
Chriſtũ. Nec ad hoc quicquã reſpõdere potuiſti. Teſti-
monia quippe diuina, quæ abs te cõmemorata ſunt, ni-
hil te adiuuare potuerunt, Non enim eis probare potui-
ſti humano Chriſtũ attaminatũ eſſe contagio. Quod e-
2.Corin.5. nim Apoſtolum dixiſſe cõmemoras, Quoniã Chriſtus
cum peccator non eſſet, peccatum pro nobis fecit: lege
diligentius: & ne forte mendoſum incurreris codicem,
aut Latinus interpres errauerit, Græcum inſpice: & in-
H uenies non Chriſtum pro nobis feciſſe peccatum, ſed à
patre deo ipſum Chriſtum factum eſſe peccatum: id eſt,
ſacrificium pro peccato. Ait enim Apoſtolus, Obſecra-
mus pro Chriſto reconciliamini deo, eum qui non no-
uerat peccatum, pro nobis peccatum fecit. Non ergo fe
cit ipſe peccatum, ſed eum deus pro nobis peccatum fe
cit: hoc eſt, vt dixi, ſacrificium pro peccato. Si ergo re-
colas vel relegas, inuenies in libris veteris teſtamẽti, pec-
cata appellari ſacrificia pro peccatis. Similitudo etiam
carnis peccati, in qua venit ad nos, dicta eſt & ipſa pec-
Roma.8. catum. Miſit, inquit, deus filium ſuũ in ſimilitudine car-
nis peccati, & de peccato damnauit peccatũ in carne:
hoc eſt, de ſimilitudine carnis peccati, quæ ipſius erat,
damnauit peccatũ in carne peccati, quæ noſtra eſt. Pro-
Roma.6. pter hoc etiam de illo dicitur, Quòd enim mortuus eſt
peccato, mortuus eſt ſemel: quòd autem viuit, viuit deo.
Peccato enim mortuus eſt ſemel, quia in ſimilitudine
carnis peccati mortuus eſt, quãdo moriendo exutus eſt
carne: vt per hoc myſteriũ ſignificaret eos, qui in mor-
Gala.3. te ipſius baptizantur, mori peccato vt viuant deo. Sic e-
tiam per crucem factus eſt pro nobis maledictum. Pen-
dens quippe in ligno, mortẽ quæ de maledicto dei ve-
Roma.6. nerat, ſuſpendit in ligno, atq; ita vetus homo noſter ſi-
I mul fixus eſt cruci, Ve non mendaciter dictum intelli-
Deute.21. gatur in lege, Maledictus omnis qui pendet in ligno.
Gene.3. Quid eſt maledictus, niſi terra es & in terram ibis? Et
quid omnis, niſi quia & ipſe Chriſtus: qui cum eſſet vi-
ta, mortuus eſt tamen vera morte, non ficta? Si intelli-
gas iſta myſteria, ſimul intelliges non eſſe contagia. Sed
quid ad nos, ſi more tuo loquens, cõtactum forte mor-
talium voluiſti appellare contagium: cum tamen no-
biſcum ſentias, dominum Ieſum, nec in ſpiritu, nec in
carne vllum habuiſſe peccatum? Tertio loco de in-
Caput III. uiſibili deo cum agerem, admonui vt crederes, inuiſibi-
lem non ſolum patrem, ſed etiam filium ſecundum di-
uinitatẽ, non ſecundum carnẽ, in qua eum viſibilẽ mor-
talibus apparuiſſe quis negat? Vnde & alio loco poſtea
diſputaui. Tu autẽ cedens manifeſtiſſimæ veritati, con-
ſenſiſti eſſe inuiſibilem filiũ: ac per hoc deſtruxiſti quod
dixeras, vnum inuiſibilem patrem. Sed rurſus tua cõſen
† alias, con- ſione † turbatus, quia inuiſibilem etiam filium eſſe con-
feßione. ſenſeras, auſus es dicere, minora videri à maioribus, ma
iora vero à minoribus non poſſe videri, Dicens ange-
los videri ab archãgelis, animas ab angelis, angelos ve-
ro ab animabus non videri: Vnde etiã Chriſtum ſecun-
dum diuinitatis ſuæ ſubſtantiã non ſolum ab homini- K
bus, ſed nec à virtutibus (cœleſtibus) videri aſſeris. Ideo
patrem ſolum inuiſibilem eſſe dixiſti, quia ſuperiorem
non habet, à quo circunſpiciatur. Dic nobis rogo te,
quando tibi indicauerunt archangeli, quòd ipſi videãt
angelos, non autẽ videantur ab angelis? Quibus narran
tibus angelis cognouiſti, quòd ipſi videant animas, ani
mæ illos nõ videant? A quo hoc audiſti, vnde didiciſti,
vbi legiſti? Nónne melius diuinis libris animum inten-
deres, vbi legimus & ab hominibus angelos viſos quã-
do voluerunt, & quo modo voluerunt videri, iubente
vel ſinente omnium creatore? Veruntamẽ qui dixeras,
ideo ſolum dicẽdum inuiſibilem patrẽ, quia non habet
ſuperiorem à quo circunſpiciatur, confeſſus es poſtea,
filio eſſe viſibilem, contra teipſum proferens Euangeli-
cum teſtimoniũ, vbi dicit ipſe filius, Non quia patrem *Ioan.6.*
vidit quiſquam, ſed qui eſt à deo, hic vidit patrem. Vbi
te quidem veritas apertiſſime vicit, ſed tu nolens ab er-
rore liberari, noluiſti ſalubriter vinci. Cum enim cõtra
te cõmemoraſſes Euangelicum teſtimoniũ, quo claruit
à filio videri patrem, dicente ipſo filio, ſed qui eſt à deo, L
hic vidit patrẽ: mox addidiſti de tuo, ſed vidit incapa-
bilem. Interim quod dixeras perdidiſti, ſolum eſſe inui-
ſibilem patrẽ, quia non habet ſuperiorem: quandoqui-
dem veritate victus, eum videri ab inferiore cõfeſſus es.
Vos enim dicitis inferiorẽ filium, à quo tamen patrem
videri teſte filio cogente dixiſti. De incapabili poſtea vi
debimus, vt etiã te illic veritas vincat. Non enim de ca-
pabili & incapabili, ſed de viſibili & inuiſibili inter nos
quæſtio verſabatur, in qua quęſtione ſi tibiipſi tuipſe vi-
ſibilis es, victũ te eſſe vides. Quarto loco egi tecum *Cap.IIII.*
de immortali deo, etiam filio, quoniã tu illud quod ait *1.Timo.6.*
Apoſtolus, Qui ſolus habet immortalitatẽ: ſic intelligi
voluiſti, tanquam de ſolo patre ſit dictum, cum ille hoc
non de patre dixerit, ſed de deo, quod eſt pater & filius
& ſpiritus ſanctus. Oſtendi ergo & filiũ habere immor
talitatem ſecundũ ſubſtantiam diuinitatis ſuæ. Nam ſe-
cundum carnẽ, quis negat eum fuiſſe mortalem? Tu au
tem cum mihi reſpondere ad hũc locum velles, perſpi-
cua veritate concluſus, etiam deum filium immortali-
tatem habere confeſſus es. Victus es igitur in eo quòd
dicebas de patre tantum dixiſſe Apoſtolum, quòd ſolus
habeat immortalitatem. Neq; enim propterea vinculis
veritatis elaberis, quoniã dicis, habet quidem filius im- M
mortalitatem, ſed accipiens à patre: non quæritur vnde
habeat, ſed vtrum habeat. Tu enim de patre ſolo vis in-
telligi quod ſcriptum eſt, ſolus habet immortalitatem.
Prorſus à nullo acceptam habet immortalitatẽ, & à pa-
tre acceptã filius habet immortalitatẽ, tamen & pater &
filius habet immortalitatẽ. Alioquin ſi eam non habet
filius, pater eam non dedit filio, aut acceptam perdidit
filius. Dedit autẽ pater filio, nec perdidit filius. Nec pa-
ter dando perdidit quod generando dedit. Habet er-
go immortalitatẽ & pater & filius, non pater ſolus. Co-
geris itaque confiteri nõ de ſolo patre dictum eſſe, qui
ſolus habet immortalitatem: quia iam coactus es confi-
teri quod & filius habeat immortalitatem: habet autem
hanc ſolus, ſed deus, quod nõ ſolus eſt pater: quia hoc
eſt & filius, & vterque adiuncto ſpiritu ſancto vnus eſt
deus. Sed quare ſolus deus dictus ſit habere immortali-
tatẽ, cum & anima pro ſuo modo ſit immortalis, & alia
ſpiritalis cœleſtiſque creatura, poſtea videbimus. Nunc
autem ſufficit nobis, quòd ad ea quæ dixi nihil reſpon-
dere potuiſti: & non ſolum patrem, ſed quamuis ab ip-
ſo, habere tamen immortalitatem etiam filium coactus
es con-

A es confiteri. Quinto loco oſtendi, vnde maior ſit pa-
Caput V. ter filio: quia non deo† maior eſt, vnde illi coæternus eſt
†inde. filius, ſed homine maior eſt, quòd ex tempore factus eſt filius. Ibi commemoraui Apoſtolicum teſtimonium,
Philip. 2. Quia cum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo. Natura quippe illi fuerat dei æqualitas, nõ rapina. Ad quod tu reſpondẽs dixiſti, Quis enim negat filium eſſe in forma dei? Quod enim ſit deus, quòd ſit dominus, quòd ſit rex, iam puto latius expoſuimus. Et quia non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo, hoc nos beatus Apoſtolus Paulus inſtruit, quòd ille non rapuit, nec nos dicimus. Hæc verba tua non ſolum nihil habent aduerſus nos, ſed magis apparent eſſe pro nobis. Si enim confiteris dei formam, cur non aperte dei filium deo confiteris æqualem? Præſertim, quia de verbis Apoſtoli vbi ait, Non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem deo: non potuiſti pro tuis partibus inuenire quod diceres. Et quia hoc dixiſſe Apoſtolum non potuiſti negare, ideo dixiſti, quòd ille non rapuit, nec nos dicimus: tanquã hoc ſit, non rapuit, quod eſt nõ habuit: id eſt, æqualitatem dei. Atq; ita dictum ſit, Non rapinã arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem deo: ac ſi diceretur, Non arbitratus eſt, eſſe rapiendam æqualitatem dei, eo quòd ab illo fuerit aliena. Raptor enim rei alie-
B næ vſurpator eſt: tanquã hoc filius cũ poſſet rapere noluiſſet. Quod vides quanta inſipiẽtia ſentiatur, Ergo intellige Apoſtolum ideo dixiſſe, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis deo: quia non alienum arbitratus eſt eſſe quod natus eſt: ſed tamẽ quanuis æqualitatem dei non fuerit arbitratus alienã ſed ſuã, ſemetipſum exinaniuit, nõ quærens quæ ſua ſunt, ſed quæ noſtra ſunt. Quod vt noueris ita eſſe, attẽde vnde ad hoc Apoſtolus venerit. Cum enim Chriſtianis humilitatẽ præciperet charita-
Ibidem. tis, Alter alterutrũ, inquit, exiſtimantes ſuperiorem ſibi, non quæ ſua ſunt vnuſquiſq; intendentes, ſed quæ aliorum. Deinde vt exẽplo Chriſti hortaretur nõ ſua quærere vel intendere, ſed quæ aliorũ ſunt, Singuli quique, inquit, hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu. Qui cum in forma dei eſſet, quæ illi erat ſua, non rapinam arbitratus eſt: hoc eſt, nõ alienum arbitratus eſt eſſe æqualis deo: ſed tamen quærens noſtra non ſua, ſemetipſum exinaniuit, non formam dei amittens, ſed formam ſer-
C ui accipiens. Non enim eſt mutabilis illa natura, vt ſe exinaniret perdendo quod erat, ſed accipiendo quod non erat: nec conſumendo quæ ſua ſunt, ſed aſſumẽdo quæ noſtra ſunt, ac deinde in forma ſerui obediendo ſicut homo vſq; ad mortem crucis. Propter quod & deus eum exaltauit, & donauit ei nomen quod eſt ſuper omne nomẽ: & cætera. Homini ergo donauit iſta, nõ deo, Neque enim cum in forma dei eſſet non excelſus erat, aut non ei genua flectebant cœleſtia, terrena & inferna. Sed cum dicitur, Propter quod eum exaltauit: ſatis apparet propter quod exaltauerit: id eſt, propter obedientiam vſq; ad mortem crucis. In qua ergo forma crucifixus eſt, ipſa exaltata eſt, ipſi donatum eſt nomen quod eſt ſuper omne nomen: vt cum ipſa forma ſerui nominetur, filius vnigenitus dei intelligatur. Non itaq; facias imparem deo formã dei, quod nec in ipſis hominibus dici poteſt. Nam cum dictum fuerit, iſte homo in forma eſt illius hominis, nemo intelligit niſi æqualis. An forte non vis ſic accipere quod dictum eſt, Cum in forma dei eſſet: vt in forma dei patris intelligas filium, vbi nihil aliud quàm æqualitas apparet amborũ: ſed in for-
†putas. ma dei apparet † intelligendum, in forma ſua, quia & ipſe vtiq; deus eſt? Non multum curo ſi etiam ſic intelligas. Vbi enim plenitudinem formæ ætatis incremẽta D nõ faciunt, ſed deo gignente perfectus eſt patris filius:† †al. perfectus natus eſt filius. proculdubio ſi forma filij formæ patris nõ eſt æqualis, non verus eſt filius. Scriptum eſt autem, Vt ſimus in vero filio eius Ieſu Chriſto. 1. Ioan. 5. Forma ergo veri filij, formæ dei patris eſſe non poteſt inæqualis. Proinde nec huic loco proſecutionis meæ, vbi de verbis Apoſtoli æqualem patri filium cõprobaui, reſpondere aliquid pro veſtra intentione potuiſti. Sexto loco, vt eiuſdem na- Caput VI. turæ cuius & pater eſt, oſtẽderem filium, etiam mortalium fœtus animalium immanitati veſtri erroris obieci, increpans cor veſtrum, qui eiuſdem naturæ cuius pater eſt, negatis eſſe dei filiũ, quanuis verũ eſſe filium nõ negetis: cum deus ipſe dederit animalibus hoc generare quod ipſa ſunt: vbi non ſolum hominis hominẽ, verumetiam canis canem filium nominaui: nõ ad ſimilitudinẽ dei, ſed ad confuſionem detrahentium filio dei: qui cum videant corruptibiles mortaleſq; naturas, habere tamen naturæ de ſuis parẽtibus vnitatem, filio dei vero nolunt concedere communionem naturæ vnius habere de patre: cũ ſit inſeparabilis à patre, & incorruptibilis æternuſq; cum patre. Vnde etiã dixi quòd melior ſit ſecundum vos humana conditio, vbi conceditur creſcere, vt ad robur parentum vel creſcendo poſſint filij peruenire. Filius autem dei, ſicut dicitis & do- E cetis, minor patre genitus ſic remanſit, [atque] vt ad patris formam non poſſet peruenire, nec creuit. Hic tu, vt appareret quàm magna veritatis mole premereris, omnino ad rem non reſpondiſti: ſed tanquam deficienti flatu anhelares, reprehendendũ me putaſti, dicẽs quòd tam fœda comparatio, de filio ſcilicet hominis ſiue canis, in illam tantam immenſitatem produci nõ debuit. Hoc reſpondere eſt, an potius inopiam reſponſionis oſtendere? Quaſi ego propterea terrenarum naturarum iſta exempla produxerim, vt incorruptioni corruptionem, immortalitati mortalitatẽ, inuiſibilibus viſibilia, æternis temporalia coæquarem: ac nõ potius vt vos in magnis & ſummis rebus errantes, de rebus paruulis infimiſq; conuincerem, qui non videtis bonũ quod creator ſumme bonus dedit etiã extremis viliбuſq; creaturis, vt cum longe aliud ſint quàm eſt ipſe, hoc tamẽ generẽt quod ſunt ipſæ. Nec attenditis quid mali dicatis, vt cum homines & canes & cætera huiuſmodi, habeãt F filios veros, quos illis gignentibus creat veritas, non ſit verus dei filius ipſa veritas. Aut ſi ſancta ſcriptura cogente permittitis, vt verus filius ſit, rogamus permittite vt degener non ſit. Et degener quo modo? Audiant catholici vnde erubeſcant hæretici. Filius viri fortis ſi nõ habeat fortitudinem, degener dicitur, tamen homo eſt quod & pater [eius] eſt: atque in diſſimili vita, nũ eſt tamẽ aliena ſubſtantia. Vos vnigenitum dei filium ita degenerem vultis, vt ipſam patris ei ſubſtantiam denegetis: minorem natum, minorem remanſiſſe iactatis. Non vllam datis ætatem, qua poſſit augeri, nõ datis eandem formam, qua poſſit æquari. Cuius naturæ tanta ſubtrahitis, miror vero filium, qua fronte dicatis: niſi quia infœliciſſimo errore non vos putatis ad vnius patris gloriam, niſi per vnici filij contumeliam peruenire.

Caput VII. Septimo loco dixi, vſqueadeo autẽ filium agnoſcimus magnum deum, vt patri dicamus æqualem. Itaque ſine cauſa, inquam, nobis quod valde profitemur, teſtimoniis & multiloquio cõprobare voluiſti. Et his verbis meis addidi diſputationem, in qua rationem reddidi, quare filius cum ſit patri æqualis, dicat eum tamẽ deum ſuum, vbi ait, Aſcẽdo ad patrem meum & ad patrẽ ve- Ioan 20.

G ſtrum, deum meũ & deum veſtrum. Quoniã tu comme
moraueras hoc Euangelicum teſtimonium, quo te pro-
bare exiſtimaſti, quòd filius patri non eſſet æqualis. Ego
itaq; tibi ad iſta reſpondens, dixi patrẽ propterea etiam
deũ eſſe vnigeniti filij, quoniã factus eſt homo & natus
Pſal.21. ex fœmina: & hoc eſſe quod dicit in Pſalmo, vbi quod
futurũ fuerat prænunciauit, De vẽtre matris meæ deus
meus es tu: vt oſtenderet & patrẽ hinc eſſe deum ſuum,
quia homo factus eſt. Homo enim de ventre matris eſt
natus, & ſecundum hominẽ de virgine natus eſt deus:
vt non ſolum pater illi eſſet, qui eũ de ſeipſo genuit, ve-
rumetiam deus eius eſſet, quẽ de ventre matris hominẽ
creauit. Ad hæc tu cum reſpondere voluiſſes, multa di-
xiſti, & multa teſtimonia, quæ te nihil adiuuant, protu-
liſti. Quo modo tamen dictũ ſit, De ventre matris meæ
deus meus es tu: quanuis eadem ſcripturæ ſanctæ verba
memoraſſes, nullo modo inuenire potuiſti. Cur autẽ in
Pſal.109. eo loco poſueris Pſalmi alterius teſtimonium, vbi ſcri-
ptum eſt, Tecum principiũ in die virtutis tuæ in ſplen-
doribus ſanctorum, ex vtero ante luciferũ genui te: om
nino nõ video. Non enim filij perſona eſt dicentis, Ex
H vtero tuo, aut de vẽtre tuo, deus meus es tu. Illa ineffabi
lis generatio, etiã ſi ex vtero patris accipitur, hoc ſignifi
catum eſt, quia de ſeipſo, hoc eſt, de ſubſtantia ſua deus
deum genuit: ſicut ex vtero matris quãdo natus eſt, ho-
mo hominẽ genuit: vt intelligeremus in vtraq; genera-
tione non diuerſas eius qui natus eſt, & eorũ de quibus
natus eſt, eſſe ſubſtantias. Diuerſa quidem ſubſtantia eſt,
deus pater, & homo mater: non tamen diuerſa ſubſtan
tia eſt, deus pater & deus filius: ſicut nõ eſt diuerſa ſub-
ſtãtia, homo mater, & homo filius. Sed audi quid dicat
in Prophetia iſte filius, De ventre, inquit, matris meæ
Pſal.21. deus meus es tu. Noli multis verbis, ad rem nõ neceſſa-
riis, conari operire res claras. Qui eſt pater filio ex vte-
ro ſuo, de vẽtre matris [ſuæ] deus eius eſt, nõ de ſuo. Ad
Cap. VIII. hoc ergo prorſus nihil reſpondere potuiſti. Octauo
loco de ſubiectione qua ſubiectus eſt patri filius, reſpon
di tibi, quoniam dixeras de ſua ſubiectione, vnũ ſtatuit
deum. Reſpondi ergo etiam hoc ſecundum hominem
recte accipi, quòd filius ſubditus eſt patri. Neq; hoc eſſe
Luca.2. mirandum, cũ legatur vtiq; ſecundum ipſam ſerui for-
Pſal.8. mam etiam parẽtibus ſubditum. Et de illo ſit ſcriptum,
Minoraſti eũ paulominus ab angelis. Ad quod tu quaſi
I reſpondẽs dixiſti me optime proſecutum, quoniam &
parentibus propter formam ſerui eſſet ſubiectus. Dein-
de volens velut pro te eſſe oſtendere, quod cõtra te eſſe
cernebas, ac ſic incautis minúſque attentis hominibus,
quicunq; eſſent iſta lecturi, tanquam reſpondentem te
facere, vbi quod diceres nõ habebas, adiungis & dicis,
Ioan.1. Si enim parentibus ſubiectus inuenitur, quos ipſe crea-
uit, quia omnia per ipſum facta ſunt. Nec enim poſt tẽ-
pora, ſed ante tempora nouimus filium genitũ à patre.
Si ergo parentibus, inquis, ſubditus, vt diuinarũ ſcriptu
rarũ authoritas luce clarius prædicat: quanto magis vti-
que illi ſuo genitori eſt ſubditus, qui tantum ac talem eũ
1.Corin.15. genuit, ſecundũ id quod ait Paulus, Cum omnia fuerint
filio ſubiecta, tũc & ipſe filius ſubiectus erit illi, qui ſibi
ſubiecit omnia. Hæc verba tua poſſent à me putari di-
cta eſſe, & omnino mea eſſe, niſi te audientibus cum di-
cerẽtur, & poſtea hæc cuncta legentibus, euidentius ap-
pareret te illa dixiſſe. Quis enim crederet, conſentire
† vos nobis. poſſe nos vobis, † ſecundum formã ſerui, ac per hoc nõ
Cap. IX. ſecundum formã dei Chriſtum eſſe ſubiectũ. Nono
loco abs te quæſiuimus, vt per ſcripturas diuinas oſten-
deres ſi valeres, vtrum adoret patrem ſpiritus ſanctus.

Hoc enim dixeras: ſed ſicut ipſa tua proſecutio cui re- K
ſpondi, ſatis indicat, non probaueras. Ad hanc ergo in-
quiſitionem meam vide quid poſteriore proſecutione
reſponderis. Cum enim dixiſſes quantũ voluiſti de iudi
cio filij, quod & nos fideliſſime credimus, & de ſubie-
ctione, quã ſecundum formã ſerui filium patri reddere
non negamus: vbi veniſti vt probares à ſancto ſpiritu
adorari patrẽ, rediſti ad illos gemitus, de quibus tibi iã
ante reſponderã, ſecundum morem ſanctarũ ſcriptura-
rum, qua locutione ſit dictũ. Et ipſe ſpiritus interpellat *Roma.8.*
gemitibus inenarrabilibus: ne credamus ſpiritũ ſanctũ
nunquã eſſe ſine gemitibus poſſe, quoniam nullus dies,
nulla hora, nullum momentũ temporis inuenitur, quo
nõ à ſanctis orationes deo vbiq; fundantur, ab aliis hic,
ab aliis alibi: cũ tamen ab orationibus ſanctorũ nullum
ſit tẽpus immune, quãdoquidem diebus & noctibus, cũ
alij cibo ac potu reficiuntur, alij quodlibet aliud agunt,
alij dormiunt, nõ vtiq; deſunt quos deſideriũ ſanctum
orare cõpellat. Ita fit vt ſpiritus ſanctus, qui vbiq; omni-
bus adeſt, aliquantulum ceſſare à gemitibus nõ ſinatur,
quod eſt extremæ miſeriæ, cũ pro quibuſcunq; orãtibus
cogitur gemere. Niſi gemitibus inenarrabilibus inter- L
pellare ſic intelligatur, vt dixi: id eſt, quia gemitibus ſan
ctorũ deſideriorũ interpellare ſanctos facit, quibus affe
ctum piũ gratiæ ſpiritalis infundit. Sed cum ſimiles lo-
cutionũ modos, quando per efficientem ſignificatur id
quod efficitur: ſicut frigus pigrũ dicimus, quia pigros fa
cit: & diem triſtem vel lætũ, quia triſtes vel lætos facit: e-
tiam de ſcripturis ſanctis commemorauerim, vbi deus
dicit ad Abraham, Nunc cognoui: quod nihil eſt aliud, *Gene.22.*
quàm nunc vt cognoſceres feci. Nõ enim tunc deus di-
cendus eſt cognouiſſe, quod antequã fieret nunquã po
tuit ignorare. Quos locutionis modos de diuinis elo-
quiis à me prolatos, quo modo aliter interpretareris nõ
inueniſti: nullo modo itaq; ad iſtos gemitus redire de-
buiſti. † Nemo enim ſic de ſpiritu ſancto ſapit, niſi qui *† voluiſti.*
ſecundũ carnem, non ſecundum ſpiritũ ſapit. Quanuis
& ſi tibi concederetur quo modo tu ſentis, dicis ſpiritũ
ſanctũ interpellare pro ſanctis: aliud eſt interpellare vel
orare, aliud adorare. Omnis qui orat, rogat: [nõ omnis
qui adorat, rogat:] nec omnis qui rogat, adorat. Reco-
le conſuetudinem regũ, qui plerunq; adorãtur, & non M
rogantur: aliquando rogantur, & nõ adorantur. Ac per
hoc à ſpiritu ſancto adorari patrẽ nullo modo demõ- *Caput X.*
ſtrare potuiſti. Decimo loco egi tecum vt intellige-
res, quo modo per ineffabilẽ copulationẽ ſit vnus deus
ipſa trinitas, quã didicimus vnius eſſe ſubſtantiæ: quan-
doquidẽ etiã diuerſas ſubſtãtias inuenimus, hoc eſt, ſpi-
ritum hominis, & ſpiritum domini per copulationẽ,
qua homo adhęret domino vnũ ſpiritũ dictum, vbi ait
Apoſtolus, Qui autẽ adhæret domino, vnus ſpiritus eſt. *1.Cor.6.*
Ad quod tu reſpondẽs, vel potius nõ tacens, conatus es
oſtẽdere, quo modo pater & filius vnũ ſint, non vnita-
te naturæ, ſed voluntatis. Hoc quidẽ dicere ſoletis, ſed
tunc ſoletis cũ vobis obiicitur quod ait dominus, Ego *Ioan.10.*
& pater vnum ſumus. Ego autẽ hoc loco nõ hoc volui
probare, ꝙ pater & filius & ſpiritus ſanctus vnum ſint,
quod quidẽ propter vnitatẽ ſubſtantiæ fideliſſime cer-
teq; credimus, ſed quòd eadem trinitas vnus eſt deus: a-
liud eſt quippe, vnũ ſunt: aliud, vnus eſt deus. Diſcerne,
eſt, & ſunt. Nec ait Apoſtolus, Qui adhærent domino, *1.Cor.6.*
vnum ſunt, quoniam diuerſa ſubſtantia eſt: ſed ait, Qui
adhæret domino, vnus ſpiritus eſt. Si autem vos cum
de duobus dicitur, vnus eſt, & dicitur quid vnus, ſicut
dicit Apoſtolus, vnus ſpiritus eſt: hoc idem putatis eſſe,
quod

A quod eſt cum de duobus dicitur, vnum ſunt, nec dicitur
Ioan.10. quid vnum? ſicut ait ſaluator, Ego & pater vnũ ſumus:
cur non dicitis, pater & filius vnus eſt deus? Quare quã-
Deute.6. do auditis, Audi Iſraël, dominus deus tuus deus vnus eſt:
de patre tantum vultis intelligi? Nempe pater dominus
deus eſt, & filius dominus deus eſt. Cur non apud vos
vterq; vnus dominus deus eſt, ſicut apud beatũ Apoſto-
lum ſpiritus hominis & ſpiritus domini vnus ſpiritus
eſt? Quid autem prodeſt cauſæ veſtræ, quia per conſen
ſionẽ voluntatis hoc dicitis fieri? Quod quidem ita ſit,
ſed vbi eſt diuerſa natura: ſicut diuerſa natura eſt ho-
minis & domini, & tamẽ qui adhæret domino, per con
ſenſionem vtique voluntatis vnus ſpiritus eſt. Si ergo
non vultis per vnitatem ſubſtantiæ, certe per conſen-
ſionem voluntatis dicite, tamen aliquando dicite, quo-
quo modo dicite, pater & filius vnus deus eſt. Sed non
dicitis, ne quod nunquam voluiſtis, cogamini confite-
ri de vtroque dictum eſſe, non de patre ſolo, Audi Iſ-
raël, dominus deus tuus deus vnus eſt: quoniam ſpiritũ
ſanctum non vultis deum, non vultis dominum confi-
teri. Dicite, inquam, ratione qua vultis, quòd pater & fi-
B lius vnus dominus deus eſt, vt patri & filio ſeruientes,
† al. dei, ſed deo vni & domino vni ſeruiatis. non duobus diis & duobus dominis contra præceptũ †
dei & domini vnius ſeruiatis. Sed nunc de hac re ſatis
dictum ſit. Puto cum iſta legeris, nihil te reſpondere po
tuiſſe ad id quod de Apoſtolo commemoraui, Qui ad-
1.Corin.6. hæret domino vnus ſpiritus eſt: ſi contentionem depo-
Caput XI. ſueris non negabis. Vndecimo loco, deum eſſe ſpi-
ritum ſanctũ, de templo eius quod noſipſi ſumus, teſte
1.Corin.3. Apoſtolo oſtẽdi, vbi ait, Neſcitis quia templũ dei eſtis,
1.Corin.6. & ſpiritus dei habitat in vobis? Et iterum, Neſcitis quia
corpora veſtra templũ in vobis eſt ſpiritus ſancti, quem
habetis à deo? Tu autem ad iſta reſpondiſti nihil. Aiſti
enim, Suſcipio quæ protuliſti. Neſcitis quia templum
dei eſtis, & ſpiritus dei habitat in vobis? Neque enim
deus, inquis, habitat in homine, quem non ante ſpiritus
ſanctus ſanctificauerit atque purgauerit. Atque iſto mo
do intelligi voluiſti, non ſpiritum ſanctum eſſe dictum
deum, nec templum ſpiritus ſancti nos eſſe, ſed dei: &
hoc eſſe dictum, templum dei eſtis: Sed ideo additum,
ſpiritus dei habitat in vobis: quia purgat ſpiritus ſanctus
templum dei, non ſuum, vt cum ipſe purgauerit, tunc
illic inhabitet deus. Quem ſenſum tuũ quanta ſequatur
C abſurditas, nolo nunc dicere, Illud enim nunc oſtende-
re debeo, quo modo multa dicendo, nihil quod ad rem
pertinet dixeris. Dimiſiſti enim cauſam, & perrexiſti in
laudem ſpiritus ſancti, eámque copioſe contra teipſum
executus es. Contra teipſum ideo dixi, quoniam nõ vis
eum dicere deum, cuius tãtam diuinitatem per laudem
coactus es confiteri: vt cum ſit vnus, vbique ſit præſens,
& nemini ſanctificando deſit, vbicunque quiſque Chri
ſtianus eſſe & deum orare voluerit, ſimul ſe omnibus
exhibendo, ſiue in Oriente, ſiue in Occidente baptizen
tur in Chriſto: hoc & nos dicimus. Sed quem dicimus
talem ac tantum, abſit à nobis vt eum negemus deum,
quod etiam per ſuum templum, quod noſipſi ſumus, ci-
tiſſime & facile oſtenditur. Neque enim niſi deus no-
ſter eſſet, templum noſipſos habere potuiſſet: quod tu
vt occultares, & in ſermone tuo mentes hominum à
luce veritatis auerteres, de templo dei quodcunque di-
xiſti, quem noluiſti intelligi ſpiritum ſanctum: de tem-
plo autem ſpiritus ſancti, quod apertiſſime demonſtra-
tũ eſt, omnino tacuiſti. Cum enim tibi duo teſtimonia
Pauli Apoſtoli propoſuerim. Vnum vbi ait, An neſcitis
1.Corin.3. quia templum dei eſtis, & ſpiritus dei habitat in vobis?

Alterum vbi ait, Neſcitis quia corpora veſtra templum D
in vobis eſt ſpiritus ſancti: quare tam fraudulenter egi- 1.Corin.6.
ſti, vt vnum horum commemorares, quod dictum eſt,
Templum dei eſtis: & alterũ taceres, quod eſt, Corpora
veſtra templum in vobis eſt ſpiritus ſancti? Cur hoc fe-
ciſti, rogo te, niſi quia nullo modo poſſes argumentari,
quo modo deus noſter nõ eſſet, qui templum noſipſos
haberet: quem ſine dubio deum cognoſceremus, ſi ei
templum de lignis & lapidibus per diuinam ſcripturã
facere iuberemur. Duodecimo loco admonui te, Caput XII.
vt proferres ſi poſſes, qua diuina authoritate ſit dictum,
quod vnum ſint, vbi ſubſtantiæ ſunt diuerſæ. Tu autem
reſpondere ad hoc volens, nihil tale proferre potuiſti:
ſed magnis coarctat⁹ anguſtiis affirmare auſus es, quòd
Apoſtoli vnum ſint cum patre & filio. Quod Chriſtus
omnino nõ dixit, Sic enim abs te dictum eſt, tanquam
pater & filius & Apoſtoli vnum ſint. Chriſtus autem nõ
ait, vt ipſi & nos vnum ſimus: ſed ait, vt ſint vnum, ſicut
& nos vnum ſumus. Nam & verba ipſa Euangelica po-
nam, Pater ſancte, inquit, ſerua eos in nomine tuo, quos
dediſti mihi, vt ſint vnum ſicut & nos vnum. Nunquid Ioan.17.
dixit, vt nobiſcum ſint vnum, aut, ipſi & nos ſimus vnũ?
Item pòſt aliquãtum, Non, inquit, pro eis rogo tantum, E
ſed & pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum in
me, vt omnes vnum ſint. Neque hic dixit, vt nobiſcum
vnum ſint. Deinde ſequitur, Sicut tu pater in me, & ego Argutia.
in te, & ipſi in nobis vnum ſint. Et hic non dixit, vnum
ſimus: aut, vnum nobiſcum ſint: ſed, vnum ſint in nobis:
vt qui natura vnũ ſunt, quia homines ſunt, etiam in pa-
tre & filio ſint vnum: non cum ipſis vnum: id eſt, non
vt ipſi & iſti ſint vnũ. Adhuc adiungit & dicit: Vt mun-
dus credat quia tu me miſiſti: Et ego claritatem quã de-
diſti mihi dedi illis, vt ſint vnum ſicut nos vnũ ſumus.
Ego in eis & tu in me, vt ſint conſummati in vnũ. Cum
ergo toties dixerit, vt ſint vnum: non tamen alicubi di
xit, vt ipſi & nos ſimus vnus: † hoc eſt, vt nobiſcum ſint † vnum.
vnum: ſed aut in nobis dixit, aut ſicut nos: id eſt, ipſi ſe-
cundum naturam ſuam, nos ſecundum noſtram. Vole-
bat enim eos, qui natura vnum erant, in hoc ipſo quod
vnum erant, eſſe perfectos. Non enim quia dicit, Eſtote Matth.5.
ergo & vos perfecti, ſicut pater veſter cœleſtis perfectus
eſt: vult illos deo naturæ vnitate coniungere, tanquam
illorum & illius vna eadémque natura ſit: ſed perfectos
vult eſſe in natura ſua, ſicut eſt deus perfectus in ſua,
quanuis diuerſa nõ vna: quod, niſi in ipſo ſimus, omni- F
no eſſe non poſſumus. Non ſicut in illo ſunt omnes,
quia ipſe continet omnia, quæ creauit. Propter quod di- Actor.17.
ctus eſt, nõ longe poſitus ab vnoquoque noſtrum, quia
in illo viuimus & mouemur & ſumus. Sed ſicut in illo Ephe.5.
ſunt tales qualibus dictum eſt, Fuiſtis enim aliquando
tenebræ, nunc autem lux in domino. Vnde & illud eſt,
Cui vult nubat, tãtum in domino. Non igitur proferre
potuiſti vbi dictum ſit, vnum ſunt, quorum eſt nõ vna, 1.Cor.7.
ſed diuerſa ſubſtantia: & tanquã in obſcuro loco nobis
ſurrepere voluiſti, vt diceres Apoſtolos vnum eſſe cum
patre & filio, tãquam vnum eſſent Apoſtoli & pater &
filius: cum Apoſtolorum ſubſtantiam manifeſtum ſit à
patre & filio eſſe diuerſam. Sed quoniam, vt ipſi & nos
vnũ ſimus, aut nobiſcum ſint vnum, nuſquã Chriſtum
dixiſſe manifeſtũ eſt, te quoq; nobis reſpondere non po
tuiſſe, & fraudẽ facere voluiſſe manifeſtũ ſit. Tertio-
decimo loco te cõmonui, nõ ideo patrem filio eſſe ma- Cap. XIII.
iorẽ, quia teſtimoniũ perhibuit pater filio. Nam & Pro-
phetas ei teſtimoniũ perhibuiſſe memoraui, quos maio-
res illo eſſe non potes dicere. Dixeras enim, quòd pater

G filio perhibuerit teſtimonium, quod ſic accepi, tãquam
hinc ipſe probare volueris, illo cui teſtimonium per-
hibuit eum eſſe maiorem. Sed quoniam poſteriore tua
proſecutione hinc omnino tacuiſti, taciturnitatem tu-
† cõſeßionis am in locum conſenſionis † accepi: & fieri poteſt, vt
ideo commemoraueris patrem filio perhibuiſſe teſti-
monium, vt hinc illum eſſe alium, iſtum autem alium,
non vt illum iſto probares eſſe maiorem, alium vero
eſſe patrem, alium eſſe filium, quoniam non eſt pater
ipſe qui filius, & vobis & nobis contra Sabellianos eſt
dogma cõmune. Illi enim dicunt, non alium, ſed eun-
dem filium eſſe qui eſt pater. Nos autem alium quidem
eſſe patrem, & alium filium, ſed tamen quod pater eſt,
Cap. XIIII. hoc eſſe dicimus filium. Quartodecimo loco ad
illud quod dixeras, dilectum lego & credo, quòd pa-
ter eſt qui diligit, & filius qui diligitur: reſpondens di-
xi, Sic autem dicis hinc inter patrem & filium eſſe di-
uerſitatem, quia pater diligit, & filius diligitur, quaſi ne-
gare poſſis, quòd & filius diligat patrem. Deinde addi-
di, Si ambo ſe inuicem diligunt, cur negatis eos vnius
H eſſe naturæ? Quod vtique ideo dixi, ne hinc vnam na-
turam negaretis amborum, quia illum diligere, hunc di
ligi ipſe dixiſti. Ad hoc tu reſpondens conſenſiſti qui-
dem, quòd & filius diligat patrem, ſed vnius eſſe natu-
ræ cõſentire noluiſti: tanquam filius ita diligat patrem,
ſicut creatura creatorem, non ſicut vnigenitus genito-
rem, quem diuerſitate ſubſtãtiæ vultis eſſe degenerem.
Cap. XV. Quintodecimo loco dixi pariter eſſe inuiſibilem
trinitatem, non ſolum patrem: ſed apparuiſſe tamen vi-
Ioan. 14. ſibilem filium in forma ſerui, propter quam dixit, Pater
maior me eſt. Sed quoniã patribus ſe diuinitas demon-
ſtrabat, dixi per ſubiectam creaturã id eſſe factum, non
per naturã ſuam, qua eſt inuiſibilis trinitas. Atq; vt hoc
probarem, Moyſem cõmemoraui ei dicentẽ, cum quo
facie ad faciem loquebatur, Si inueni gratiam ante te,
Exod. 33. oſtende mihi temeipſum manifeſte: vt intelligeres quo
modo eum videbat, quẽ ſibi cupiebat oſtendi: quia vtiq;
ſi deum in ſubſtantia qua deus eſt videret, profecto vt
ſe illi oſtenderet non rogaret. Dixi etiam eſſe Chriſtum
viſibilium & inuiſibilium creatorẽ, vt ipſum probarem
per ſubſtantiam ſuam non eſſe viſibilem, à quo creari
non ſolum viſibilia, verumetiam inuiſibilia potuerunt.
Ad quod tu reſpondere conatus, quàm multa quæ ad rẽ
I non pertinent dixeris, intueantur qui legunt: & tamen
de Moyſe, cur ſibi deum, cum quo loquebatur vellet o-
ſtendi, ſi eius naturam ſubſtantiamque cernebat, pror-
ſus nihil auſus es dicere: & adhuc affirmare non deſtiti-
ſti, dei filium inuiſibilium creatorem, & antequam for-
mam ſerui acciperet, in forma dei fuiſſe viſibilem: quẽ
ſuperius in forma ſerui videri potuiſſe, in ſubſtantia ve-
ro ſuæ diuinitatis eſſe inuiſibilem, iam fueras & ipſe
Cap. XVI. confeſſus. Sextodecimo loco, quia de patre tan-
tum dixiſſe Apoſtolum dixeras, Soli ſapienti deo: ego
dixi, Ergo ſolus pater eſt deus ſapiens, & nõ eſt ſapiens
ipſa dei ſapientia, quod eſt Chriſtus. De quo ait Apo-
1. Cor. 1. ſtolus, Chriſtum dei virtutẽ & dei ſapientiam. Deinde
addidi, Supereſt vt dicatis, quid enim non audetis? in-
ſipientem eſſe ſapientiam dei. Ad hæc tu, Sapientem ſo
lum, inquis, patrem prædicat Paulus beatus Apoſtolus,
dicens ſic, Soli ſapienti deo. Sed requirenda eſt, inquis,
ratio quemadmodum ſolus ſapiens, non quòd Chri-
ſtus non ſit ſapiens. Sequeris deinceps & adiungis quo
modo ſapientẽ confitearis & Chriſtum: nam poſt non-
nulla quæ ad rem nõ pertinentia texuiſti, vt ſermonem
tempúſque produceres, etiam hoc inſeruiſti verbis tuis
vt diceres. Sed vere ſolus ſapiens pater: quaſi Apoſtolus K
dixerit, ſoli ſapiẽti patri: ſed dixit, ſoli ſapienti deo: quia
deus eſt & filius, quod & vos vultis: deus eſt & ſpiritus
ſanctus, etſi non vultis. Et iſta trinitas eſt ſolus ſapiens
deus, qui nec potuit vnquam eſſe inſipiẽs omnino, nec
poterit: nõ per gratiam particeps ſapientiæ, ſed ſapiens
immobilitate atq; immutabilitate naturæ. Nam ſi tibi di
cã, Itáne vero ô homo, qui Chriſtiano nomine gloria-
ris, Chriſtus ſic eſt ſapiens, vt nõ ſit vere ſapiens? ergóne
Chriſtus qui eſt verus deus, non eſt vere ſapiens? nónne
ita ſub hac interrogatione turbaberis, vt continuo re-
ſpondeas, Chriſtum vere eſſe ſapientem? Quid eſt ergo
quod dixiſti, ſed vere ſolus ſapiẽs eſt pater? Nempe quò
perueneris, & à quanta blaſphemia te debeas reuocare,
iam ſentis. Septimodecimo loco egi tecum, quod Cap. XVII.
etiã filius non ſolus pater infectus eſt, hoc eſt, factus non
ſit. Dixeras enim ideo a nobis vnum deum pronuncia-
ri, quia vnus eſt ſuper omnia innatus, infectus. Reſpon-
dens ergo huic audaciæ tuæ, Sic autẽ inquam dicis pa-
trem infectum, quaſi filius factus ſit, per per quem facta
ſunt omnia. Deinde addidi, Scito factũ eſſe filium, ſed L
in forma ſerui, nam in forma dei vſqueadeo non eſt fa
ctus, vt per illũ facta ſint omnia. Si enim ipſe factus eſt,
inquam, non per illum facta ſunt omnia, ſed cætera. Ad
hæc tu cum tota tui prolixitate ſermonis, ita nihil quod
diceres inueniſti, vt hinc omnino tanquam id non au-
dieris, conticeſceres. Octauodecimo loco etiam de
innato patre, id eſt ingenito, quia & hoc dixeras, tecum Ca. XVIII.
agendum putaui, & dixi, Non itaque dico filium inge-
nitum, ſed patrem genitorem, filium genitum. Hoc ta-
men genuit pater quod eſt, alioquin non eſt verus filius,
ſi quod eſt pater, non eſt filius: ſicut de partubus anima-
lium ſupra iam diximus. Et iam ad hoc tu nec verum
nec falſum aliquid protuliſti. Nonodecimo loco,
quia popoſceras à me, vt oſtenderem æqualem eſſe pa- Cap. XIX.
tri ſpiritum ſanctũ: reſpondi tibi dicens, Quid eſt autẽ
quod poſcis, vt oſtendam tibi æqualem patri eſſe ſpiri-
tum ſanctum, quaſi tu patrem oſtenderis maiorem eſſe
ſpiritu ſancto: ſicut potuiſti oſtendere de filio propter
formam ſerui? Scimus enim, inquam, dictum eſſe patrẽ
filio maiorẽ, quia in forma ſerui erat filius, & adhuc in
forma eſt humana filius, quam leuauit in cœlũ: propter-
ea de illo dictum eſt, quòd & nunc interpellat pro no- M
bis. Et ſempiterno erit in regno hæc eadem forma im- Roma. 8.
mortalis: propter quod dictum eſt, Tunc & ipſe filius
ſubiectus erit ei, qui illi ſubiecit omnia. Nam de ſpiritu
ſancto qui nullam ſuſcepit creaturã ad vnitatem per- 1. Cor. 15.
ſonæ ſuæ, quanuis ſe per ſubiectam creaturam viſibili-
ter & ipſe, ſiue per columbæ ſpeciem, ſiue per linguas
igneas ſit demonſtrare dignatus, nunquam dictus eſt Matth. 3.
eo maior pater, nũquam dictus eſt ſpiritus adoraſſe pa- Acto. 2.
trem, nunquam dictus eſt minor patre. Ad hæc tu quaſi
reſpondens, non tamen reſpondiſti, Non enim potui-
ſti oſtẽdere ſpiritu ſancto alicubi patrem dictum fuiſſe
maiorem, ſicuti filius propter formam ſerui dixit, Pater
maior me eſt. Et cum ego dixerim, ſpiritum ſanctũ non
ad vnitatem perſonæ ſuæ vllam ſuſcepiſſe creaturam: Ioan. 14.
tu ita ſpiritum ſanctum in columba & igne apparuiſſe
dixiſti, ſicut apparuit Chriſtus in homine: quaſi colum-
ba & ſpiritus, vel ignis & ſpiritus vna perſona ſit, ſicut
verbũ & homo vna perſona eſt. Ad horam quippe appa
ruerunt illa, quæ ſpiritum ſanctũ ſignificando monſtra-
rent viſibiliter inuiſibilem, columba propter amorẽ ſan
ctum, ignis autẽ propter charitatis lumẽ atq; feruorem.
Et peracto ſignificationis officio, corporales illę ſpecies
tranſie-

A tranſierunt,atque eſſe vlterius deſtiterunt: ſicut colum-
na nubis,nebuloſa per diem,luminoſa per noctem.De-
Exod.13. nique ne putaretur columba vel flamma ad ſubſtantiã
pertinuiſſe ſpirinus ſancti , vel quod ſe io hæc viſibilia
tantæ maieſtatis natura cõuerterit,aut io vnitatem per-
ſonæ ſuæ iſta ſuſceperit, nunquam poſtea ſic apparuiſſe
legitur ſpiritus ſanctus. Chriſtus autem, qui humanam
non ad horam ſumpſit effigiem, in qua hominibus ap-
† al. ſed vni pareret,ac deinde illa ſpecies præteriret:ſed io vnitatẽ†
tate perſonę perſonæ ſuæ,manente inuiſibili dei forma accepit,viſi-
ſuę manẽte, bilem hominis formam, non ſolum natus eſt in ea de
inuiſibilis homine matre , verumetiam creuit io ea, & manduca-
dei,&c. uit,& bibit,& dormiuit in ea: & occiſus eſt in ea, & re-
ſurrexit in ea,& aſceodit in cœlum,& ſedet ad dexterã
patris in ea, & ad iudicandos viuos & mortuos eſt ven
1.Corin.15. turus in ea,& in regno ſuo,ei qui illi ſubiecit omnia,erie
ſubiectus in ea. Hæc tu in mea reſponſione breuiter di-
cta,quæ nunc aliquanto latius,vt vel ſic intelligeres ex-
plicaui,attendere & conſiderare ooluiſti:irruens in tã-
tam blaſphemiam , vt naturam diuinam dei & ſpiritus
ſancti, conuertibilem, proh nefas , & mutabilem dice-
res. Tua oanque iſta ſunt verba,Ea,inquis,quæ de inui-
† al. omni- ſibilitate omnitenentis † dei proſecutus ſum , etiam &
potentis. ipſe,licet alio propoſito, attamen tuis verbis affirmaſti,
B quod ſpiritus ſanctus in ſpecie colũbæ ſit viſus,necnon
& io ſpecie ignis . Filius ſanè in forma homiois : pater
autem neq; in ſpecie columbæ, nec in forma hominis:
nec aliquando vertit ſe in formas, nec aliquando ver-
Exod.3. titur. De quo ſcriptum eſt, Ego ſum qui ſum,Et nõ ſum
mutatus.Deinde adiuogis & dicis,Filius ſanè in forma
dei conſtitutus iã vt ipſe protuliſti,formã ſerui accepit,
quod non pater:ſpiritus æque ſanctus ſuſcepit ſpeciem
columbæ,quam non ſuſcepit pater. Scito ergo, inquis,
quia vnus eſt inuiſibilis , vnus etiam incapabilis atque
immenſus.Hæc nunquid diceres,ſi ſecuodum ſpiritum
non ſecundum carnẽ poſſes cogitare quid diceres?Ho-
Ibidem, mo es enim qui legis in ſcripturis ſanctis, Ego ſum qui
Malach.3. ſum.Et, Non ſum mutatus. Et cum verba iſta ſint,non
patris ſolius,ſed ipſius trioitatis,quę eſt vous deus,tu ea
patri tantummodo tribuens, filium mutabilem credis.
Vnigenitum,per quẽ facta ſunt omnia, mutabilem cre-
Ioan.1. dis.Eum de quo dicit Euangeliũ,In principio erat ver-
bum,'& verbum erat apud deum, & deus erat verbum,
& omnia per ipſum facta ſunt,mutabilem credis.Quid
C iam dicam de ſpiritu ſancto,quãdo illum quem verum
filium dei & verum cõfiteris deum, mutabilem credis?
Quod vtique non crederes , ſi formam ſerui à forma
dei eſſe ſuſceptam,nõ formam dei in formam ſerui eſſe
mutatam,tãquam catholicus crederes:& viſibili homi-
ne aſſumpto,permanſiſſe inuiſibilem deum,non carna-
liter,ſed ſpiritaliter cogitares : nec contendendo diffi-
deres, ſed intelligendo conſpiceres,& ſpiritum ſanctũ
iouiſibili ſua manente natura, nullo modo in ignis aut
Actor.2. columbæ ſpeciem mutata atque cõuerſa,per ſubiectam
Matth.3. creaturã apparuiſſe,ſicut voluit viſibiliter,tu poſſes con
ſiderare fideliter.Memẽto tamen,nec maiorem patrem
ſpiritu ſancto,nec adoratum patrẽ ab ſpiritu ſancto vl-
lis diuinis teſtimonũs contra propoſitionem meam ta
Caput XX. demonſtrare potuiſſe. Viceſimo loco,quoniam di
xeras de filio, Si æqualis patri,vtique talis: ſi talis,vtique
innatus. Ego reſpoodẽs tibi, ſed dicis inquam de filio,
ſi æqualis, vtique talis: id eſt, vt quia non eſt ingenitus,
non videatur talis:poſſes dicere non eſſe homioẽ quem
genuit Adam , quia ipſe Adam non eſt genitus , ſed fa-
ctus à deo . Si autem potuit Adam & non eſſe genitus,

& tamẽ hoc generare quod erat ipſe,non vis vt potue- D
rit deus deum æqualem ſibi? Ad hæc nõ miror nullum
te inneniſſe reſpooſum,ſed planè laudo,nec reſponde-
re conatum: atq; vtinam hoc vbique feciſſes. Nuſquam
anim in ſermonibus ooſtris,quid recte reſponderes in-
uenire potuiſti,& tamen penè vbiq; tacere noluiſti. Sed
cum in aliis tam multa dixeris,cauſæ quæ inter nos agi-
tur non neceſſaria,& tempus loquendo conſumpſeris:
gratiæ tibi agendæ ſunt,vbi nonnulla ſic vidiſti te refu-
tare non poſſe,vt ea malles ſummo ſilentio præterire.

Libri ſecundi finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPponenſis Epiſcopi,contra Maximinũ hæreticum Arrianorum Epiſcopum, Liber tertius.

REſiam poſtulat,vt in eo quod re-
liquum eſt, opitulante domino
impleam promiſſiooem meam.
In operis quippe huius exordio,
prius,inquam,oſtendam refelle- E
re te noo potuiſſe quæ dixi. De-
inde quantum neceſſarium vi-
debitur , ego refellam quæ ipſe
dixiſti.Quia ergo ſicut adiuuante deo potui,oſtendi ea
quæ dixi non te potuiſſe refellere:ſupereſt vt ea quæ di
xiſti,ego refellam,ſicut deo adiuuante potuero.Priores
itaq; perſecutiooes tuas, quibus cõtinuo reddidi meas,
io hac diſputatione quæ ounc à me ſuſcepta eſt,non re-
tractabo?Ad illam vero vltimã tam prolixam, vt mihi
de illa † ſpacium reſponſionis auferret, ita redarguam, *† die illo.*
ſi voluerit qui oos regit, vt acquieſcas lumini veritatis,
ſi contentioois tenebras non amaueris. In primis ergo
ſuperflua detraham neceſſitati reſponſionis meæ. Cau-
ſa quippe inter nos agitur, vtrum pater & filius & ſpiri-
tus ſanctus,diuerſæ,vt vos dicitis: an potius,vt oos di-
cimus,vnius ſint eiuſdémque ſubſtantiæ, vnúſque deus
ſit ipſa trinitas : cum conueniat inter nos patrem oon
eſſe qui eſt filius:nec filium eſſe qui eſt pater:nec patrem
eſſe vel filium qui ſpiritus ſanctus eſt . Quicquid igiur
tanta tuæ proſecutionis prolixitate dixiſti,vnde oſten-
deres alium eſſe patrem , alium eſſe filium , alium eſſe F
ſpiritum ſanctum: quando oobiſcum agis, ſuperfluum
prorſus eſſe cognoſcis. Et ſi tibi expugoãdi occurrerint
Sabelliani, in eos iſta nobis vobiſque commuoia,ſi pla
cet, arma conuerte. Multa etiam locutus es,vt probares
magnum deum eſſe dominum Ieſum Chriſtum. Et hoc
quid ad nos, cum hoc dicamus & nos? Laudes quoque
ſpiritus ſancti magnas veráſque fudiſti. Sed nos eas au-
gere poſſumus, nõ oegare. Non itaque opus erat,vt eas
contra nos diceres, quas dicimus tecum . Chriſtum ſe-
dere ad dexteram patris, nónne pariter confitemur?
Quod tamen teſtimoniis diuinorum eloquiorum ſic
probare voluiſti,taoquam id alicubi negaremus. Chri-
ſtum in carne veniſſe , vtrique nonimus & tenemus.
Sic adhibuiſti vt hæc diceres diuina teſtimonia , tan-
quam repugnemus. Hæc & alia quæ ſuis oſtendam lo-
cis, in quibus operam ſuperuacuam contriuiſti vt mo-
ras necteres , tempúſque produceres , commemoran-
do attingere debeo, non redarguere diſputando.

Dicis me auxilio principum munitum, loqui non *Caput I.*
ſecundum timorẽ dei:cum ſcias nobis eſſe præceptum

G orare pro regibus, vt in agnitionem veniant veritatis:
1.Timo.2. quod in quibuſdam eſſe impletum, nos deo agimus gra
tias, vos doletis. Verba autem noſtra recte intelligenti-
bus indicant, quis noſtrum loquatur ſecundum timorē
dei: vtrum qui ſic laudat deũ patrem, vt ad eius laudem
referat, quòd ſibi filiũ generauerit æqualem. An ille qui
ſic genitorem dehoneſtat & genitum, vt & illum dicat
non potuiſſe gignere per omnia ſui ſimilem filium: &
illum dicat nō degeneraſſe iam natum, ſed degenerem
Caput II. natum. Dicis vos Chriſtum colere, vt deum omnis
creaturæ, cui flectitur omne genu, cœleſtium, terreſtriũ
& infernorum: quem tamen deo patri eſſe nō vultis æ-
qualem, quia hoc pater ei donauit: ait enim Apoſtolus,
Philip.2. Propter quod & deus eum exaltauit, & donauit ei no-
men quod eſt ſuper omne nomē, vt in nomine Ieſu om
ne genu flectatur: & cætera. Nec quęritis cui donauerit,
vtrum homini, an deo. Quo modo enim donauerit, e-
uidenter apparet. Humiliauit, inquit, ſemetipſum vſque
ad mortem, mortem autē crucis. Propter quod & deus
eum exaltauit, & donauit ei nomen. Si ergo propterea
donauit ei nomen quod eſt ſuper omne nomen, quia fa
ctus eſt obediens vſq; ad mortē crucis: nunquid ante-
H quam hoc fieret, non erat altus dei filius deus, dei ver-
bum, deus apud deum: ſed poſteaquā propter hoc exal-
tatus eſt, quia factus eſt obediēs vſq; ad mortem crucis,
tunc cœpit eſſe altus dei filius, vnicus dei, deus: tunc cœ-
pit habere nomen, quod eſt ſuper omne nomen? Quis
hoc inſipientiſſimus dixerit? Hoc ergo illi donatum eſt
vt homini, ſecundum quē filius factus eſt obediens vſq;
ad mortem crucis, quod iam habebat idem ipſe dei fi-
Caput III. lius, deus de deo natus æqualis. Obiicis mihi, quòd
dicam ſpiritum ſanctum æqualem eſſe filio. Dico pla-
ne. Da, inquis, teſtimonia vbi adoratur ſpiritus ſanctus?
Vt video, hinc eũ vis oſtendi æqualem Chriſto, ſi ado-
ratur vt Chriſtus. Iam ergo confitere Chriſtum patri æ-
qualem, quem tuipſe adorari cōfiteris vt patrem. Qua-
les autē homines eſtis, quàm religioſæ humilitatis, qui
2.Cor.3. ſpiritum ſanctũ adorare non vultis, cum legatis, Litera
occidit, ſpiritus autem viuificat? Non vultis ergo ado-
rare, quē viuificare animas non negatis: cũ pater Abra-
ham homines adorauerit, quia conceſſerunt ei monu-
mentum, vbi poneret mortuæ corpus vxoris. Sic enim
Gene.23. ſcriptũ eſt, Venit autē Abraham plangere Saram & lu-
gere. Et ſurrexit Abrahā de ſupra mortē eius, & dixit fi-
I liis Heth, Peregrinus & aduena ſum ego vobiſcũ, date
ergo mihi poſſeſſionē monumenti, vbi ſepeliam mor-
tuum meũ. Reſponderunt autē filij Heth ad Abraham
dicētes, Abſit hoc domine. Audi nũc & nos, Rex à deo
tu es in nobis. In electis monumētis noſtris ſepeli mor-
tuum tuũ: nemo enim noſtrũ prohibet te à monumen-
to ſuo, vt ſepelias mortuũ tuum ibi. Surgens autē Abra-
ham adorauit plebem filiorũ Heth. Et vos ſpiritum ſan
ctũ nō permittitis adorari, vt ipſi dei gratiæ remaneatis
ingrati. Sed da, inquis, teſtimonia vbi adoratur ſpiritus
ſanctus, quaſi non ex iis quæ legimus, aliqua etiam quæ
non legimus, intelligamus. Sed ne quærere multa com-
pellar, tu vbi legiſti patrem deũ ingenitũ vel innatum:
& tamen verum eſt? Quod vero aliquoties dixiſti, etiā
filio eſſe incomparabilem patrē: nec legitur, nec verum
eſt. Si autem religionē qua colitur deus, ſicut dignum
eſt cogitares, multo plus eſſe cerneres quod habet ſpiri-
tus ſanctus templum, quàm ſi eum legeres adoratum. Et
homines enim ſicut ſupra docui, à ſanctis nouimus a-
doratos. Templum vero nō eſt factum ab hominibus,
niſi aut vero deo, ſicut Salomō fecit: aut eis qui pro diis
habentur, ſicut gentes quæ ignorant deum. Spiritus au- K
tem ſanctus, quod cum magno honore de deo dictum Actor.7.
eſt, non in manu factis templis habitat, ſed corpus no- 1.Cor.6.
ſtrum templum eſt ſpiritus ſancti. Et ne corpora no-
ſtra contemnas, membra ſunt Chriſti. Qualis ergo eſt
deus, cui templum ædificatur, & à deo, & de membris
dei? Dicis Chriſtum eſſe in dexteram dei, & inter- Cap. IIII.
pellare pro nobis. Quod cur nobis obiicis, ſi eum non Roma.8.
ſolum deum, verumetiam hominem agnoſcis? Quid
te ergo adiuuat, quòd ſedere ad dexteram patris vel aſ-
ſidere legitur? Quid nobis, non quidem inanibus te-
ſtimoniis, ſed tamen inaniter probare niteris quod fa-
temur? Dicis vos ſpiritum ſanctum competenter Caput V.
honorare vt doctorem, vt ducatorem, † vt illumina- † ductorem.
torem, vt ſanctificatorem: Chriſtum colere, vt creato-
rem: patrē cum ſyncera deuotione adorare, vt autho- Patris au-
rem. Si authorem propterea dicis patrem, quia de ipſo thoritas.
eſt filius, non eſt autem ipſe de filio, & quia de illo & fi-
lio ſic procedit ſpiritus ſanctus, vt ipſe hoc dederit filio
gignendo eum talem, vt etiam de eo procedat ſpiritus
ſanctus: ſi creatorem ſic dicis filium, vt creatorem non
neges patrem nec ſpiritum ſanctum. Si deniq; ſpiritum † ductorem
ſanctum ſic dicis doctorem, ducatorem, † illuminato- L
rem, ſanctificatorem, vt hæc opera nec patri audeas au-
ferre, nec filio iſta tua etiam noſtra ſunt verba. Si autem
talia tibi idola ponis in corde, vt duos facias deos, vnũ
maiorem: id eſt, patrem: alium minorem: id eſt, filium:
ſpiritum vero ſanctum ita omnium trium minimũ fin-
gas, vt nec deum nuncupare digneris: non eſt hæc no-
ſtra fides, quoniam non eſt Chriſtiana fides, ac per hoc
nec fides. Etiam hoc tibi ignoſcimus, quòd imperite
vſus verbo, Chriſtum ſignificaſti ad terrena deſcēdiſſe † al. Ite cor-
contagia. Et quia hoc interrogare volui, † vti ſcires cō- rigere volui
tagia quo modo appellare debeamus: calũnias eſſe iſtas † aliàs, ſo-
dicis, & eas de philoſophiæ † artis inſtructione venire phiſticæ
arbitraris. Sufficit mihi quòd ita putaſti Chriſtũ ad ter- Cōtagia ter
rena deſcendiſſe contagia, vt tamen confiteris nullum rena ſunt, ſi
habuiſſe peccatum. Illud ſanè quòd commemora- tis, fames,
ſti partus animalium, quæ cum terrena ſint atq; morta- laſſitudo,
lia, hoc tamen gignunt quod ipſa ſunt, vt homo homi- dolor, mors:
nem, canis canem, puto quòd non aſpernatus horrui- ad hæc deſcē
ſti, ſed te aſpernari atq; horrere finxiſti, dicens, tam fœ- dit Chriſt⁹.
dam comparationē in illam tantā immenſitatem non Caput VI.
debuiſſe produci. Cur enim hoc dixiſti, niſi quia time- M
bas ne tibi de ipſis corruptibilibus fœtibus fauces veri-
tas premeret, & te reſpirare non ſineret, ſicut & facit?
Quandoquidem creaturā corruptibilem cernitis, hoc
quod ipſa eſt gignere fœtum ſuũ, & deum patrem om-
nipotentem creditis non potuiſſe niſi eius degenerante
natura gignere vnicum ſuum. Sed dicis, Dominus Caput VII.
dominum genuit, deus deum genuit, rex regē genuit,
creator creatorem genuit, bonus bonum genuit, ſapiēs
ſapientem, clemēs clementem, potens potentem. Si ſub
his verbis cauere te putas quod vobis obiicitur, non
vos credere deum non potuiſſe gignere id quod eſt ip-
ſe, & ideo dicis, Dominus dominum genuit, deus deũ
genuit & cætera: cur ergo ſicut dixiſti, potens potentē,
non dicis omnipotens omnipotentem? Si autem ſicut
ſentis vis dicere, dic, Dominus maior dominum mino-
rem genuit: deus maior, deum minorē: rex maior, regē
minorem: creator maior, creatorem minorem: melior
bonum, ſapientior ſapientē, clementior clementem, po
tentior potentem. Si autem iſta non dicis, & nihilomi-
nus quā pater habet, filium habere conſentis, cur nō di-
cis æqualem? Et illa omnia cur nō ſic percutis vt dicas,
Dominus

A Dominus æqualem dominū genuit, deus ęqualē deum,
rex æqualem regē, creator æqualem creatorem, bonus
æqualiter bonum, ſapiens æqualiter ſapiētem, clemens
æqualiter clementem, potens æqualiter potētem? Si au-
tem negas æqualem, aperte dic eſſe degenerem. Non e-
nim quem deum minorem, de deo maiore natum eſſe
dicitis, ſaltem ſicut infantem creſcere ſinitis, vt aliquā-
do ſuo patri poſſit eſſe æqualis. Ad hoc enim eum per-
fectum dicitis eſſe natum, non vt hinc laus eius creſce-
ret, ſed vt minor eius natura remaneret. Et cum iſta ſen
tiatis, ſequeris tamen & dicis, Nihil ſubtraxit pater in
generando filium. Quo modo nihil ſubtraxit pater in
generando filium, quem non æqualem genuit, ſed mi-
norem? An ideo nihil ſubtraxit, quia nihil eorum quæ
gignēdo dedit, abſtulit genito? Ita ſanè nihil ſubtraxit:
ſed & filiis hominum qui proſpere naſcuntur, nihil au
fert creator iam natis: quin potius addit, vt accedat cre
ſcentibus quod naſcentibus defuit. Quid ergo de patre
magnum dixiſti erga vnicum filium, qui non ex nihilo
vel ex aliqua materia factus, ſed ex ipſo natus eſt? Quid
magnum eſt quia nō ſubtraxit quod dedit, ſi quod da-
B re potuit non dando ſubtraxit? Vbi eſt, quòd eum inui-
dum non eſſe dixiſti? An forte dare non potuit? Vbi eſt
omnipotentia dei patris? Prorſus ad hūc articulum res
colligitur, vt deus pater æqualē ſibi gignere filium, aut
non potuerit, aut noluerit. Si non potuit, infirmus: ſi no
luit, inuidus inuenitur. Sed vtrūque hoc falſum eſt. Pa-
tri ergo deo filius verus æqualis eſt. Si ergo vt laudas pla
Roma.1. cet tibi quod à me cōmemoratum eſt, Inuiſibilia enim
eius per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur: per
id quod factū eſt in creatura viſibili, vt parētes id quod
ipſi ſunt, generent, intellige inuiſibilem natiuitatē veri
filij dei, ne deum patrem dicas id quod non eſt ipſe, ge
nuiſſe. Si autem hoc genuit quod eſt ipſe, vnam patris
Cap.VIII. & filij eſſe ſubſtantiam negare nolite. Iam vero ſe-
quentia, ſic connexuiſti, vt de cruce vel incarnatione
Chriſti probare nobis velles quod pariter credimus: ſer-
uaſti morem tuū, ſed nihil tibi ad iſta reſpōdens, etiam
Cap.IX. ego ſeruo promiſſum meum. De inuiſibili filio cū
ageremus, quem conſenſiſti eſſe inuiſibilem ſecundum
diuinitatē, qui prius ſolum patrem inuiſibilem eſſe prę-
ſumpſeras, ad rem nō pertinentia multa dixiſti de inui-
ſibilibus creaturis: quod poterunt iudicare qui legerint.
C De inuiſibili deo inter nos agit. Et hoc eſt quod quæ-
ſtionem facit, quia vos inuiſibilē ſolum patrem dictum
1.Timo.1. putatis, vbi Apoſtolus ait, immortali, inuiſibili ſoli deo.
Si dixiſſet, ſoli patri: difficilius fortaſſe quæſtio ſoluere-
tur. Quia vero dixit, ſoli deo: nō eſt vtique contra nos:
& vnigenitus quippe in forma dei, & ſpiritus ſanctus in
ſua natura eſt inuiſibilis. Vnus enim & ſolus deus, à no-
bis ipſa trinitas prædicatur. Quod vtrum verum ſapia-
mus, in aliis locis à nobis eſt demonſtratum, & vbi ad-
huc opus fuerit, demonſtrabitur. Nunc in iſta quæſtio-
ne nō immerito poteſt mouere, quo modo de ſolo deo,
qui eſt ipſa trinitas, dictum ſit, Inuiſibili ſoli deo: cū ſit
etiam quędā inuiſibilis creatura. Propter quod dictum
Coloſſ.1. eſt de Chriſto, quia in ipſo cōdita ſunt omnia viſibilia
& inuiſibilia. Quia ergo ſunt dij falſi viſibiles, ideo di-
ctum eſt, Inuiſibili ſoli deo honor & gloria. Et ſi enim
eſt creatura inuiſibilis, nō tamen deus nobis eſt. Sed &
ſi non dictū eſſet, ſoli deo: ſed dictum eſſet, Regi autem
ſeculorum, immortali, inuiſibili, ſoli honor & gloria,
quis niſi deus eſſet? Honor ergo & gloria ſoli deo, qui
deus inuiſibilis eſt, nō qui ſolus inuiſibilis, quoniam eſt
vt diximus, & creatura inuiſibilis. Itē quæri poteſt quo
modo dictum ſit, Deū nemo vidit vnquā: cum eiuſdē Ioan.1.
domini verba ſint, Neſcitis quia angeli eorum ſemper D
vident faciem patris mei qui in cœlis eſt? Quæ ſenten- Matt.18.
tia vos redarguit, qui neſcitis quemadmodū dicatis in-
uiſibilem patrem. Illud autē quod ait, Non quia patrem Ioan.6.
vidit quiſquā niſi qui eſt à deo, hic vidit patrem: ad ho
mines referri poteſt quod dictū eſt, quiſquam. Et quia
ipſe homo erat qui tunc loquebatur in carne: ita hoc di
xit, ac ſi diceret, Non quia patrem vidit quiſquam ho-
minum, niſi ego: ſicut dictum eſt, Quis ſapiens & intel- Pſal.106.
liget hæc? Non enim & de ſanctis angelis id accipi po-
teſt. Vnde Apoſtolus de inuiſibili deo apertius poſuit,
Quem nemo hominum vidit, nec videre poteſt. Non 1.Timo.6.
enim ait, nemo: ſed, nemo hominum. Vbi oſtēdit quē-
admodum intelligi debeat quod dictū eſt, Deum ne- Ioan.1.
mo vidit vnquam: id eſt, nemo hominum: ſicut, nemo
aſcendit in cœlum: cum angeli ſoleant illuc aſcendere,
quia ſolent inde deſcendere. Nec tamen Apoſtolus di-
xit, Nemo hominum poterit videre deum: ſed, nemo
poteſt. Poterit enim homo, ſed tunc cum æternum erit
fidelium præmium, videre deum. Propter quod Ioan- E
nes Apoſtolus, Dilectiſſimi, inquit, filij dei ſumus, & nō- 1.Ioan.3.
dum apparuit quod erimus, Scimus quia cum apparue
rit, ſimiles ei erimus, quoniā videbimus eum ſicuti eſt.
Quid eſt ergo quòd dicis, ſolum eſſe inuiſibilē patrem:
quod fruſtra diceres, etiā ſi à ſolo filio videretur. Nunc
vero cum diuina teſtētur eloquia eum videri, & ab an-
gelis, vidēdum etiam ab hominibus, cum facti fuerint
æquales angelis: quid eſt quod dicis? Vbi eſt quod defi- Matt.22.
nire auſus es, minora videri à maioribus, maiora autē
à minoribus non videri? Quod quidem poſtea perdi-
diſti, quando videri à filio confeſſus es patrem, cum &
in ipſa ſubſtantia diuinitatis dicas filium minorem, pa-
tremq; maiorem. Sed quid dicturus es de angelis, qui
ſemper vident faciem dei patris? Nunquid propter re- Matth.18.
gulam tuam, quam ſine conſideratione finxiſti, putādi
ſunt angeli patre deo eſſe maiores? Sed elegāter te exi-
ſtimas inueniſſe quod diceres vbi aiſti de filio, Vidit er
go patrem, ſed vidit incapabilem. Nec attendis, quia
& ſi vidit incapabilem, quem ſicut putas capere nō po-
tuit, non tamen inuiſibilem quem videre potuit. Tu au
tem nobiſcum non de capabili & incapabili, ſed de vi-
ſibili & inuiſibili, cum iſta diceres, diſputabas: quia nec F
Apoſtolus ait, incapabili: ſed ait, inuiſibili ſoli deo. Vn-
de hoc teſtimoniū pro te adhibendum putaſti, vt hinc
etiam decolorares filium, tāquam ipſe in dei forma in-
uiſibilis non ſit. Sed quoniā veritate cōuictus & filium
cōfeſſus es inuiſibilem, præparaſti tibi quantum exiſti-
mo ſic dicere, Inuiſibilis inuiſibilem genuit: quo modo
dixiſti, potens potētem: vt cū diſcutereris, hoc à te quo
modo diceretur, reſpōderes, Inuiſibilior inuiſibilem ge
nuit, ſicut potentior potentē, ſapientior ſapientē, & cæ-
tera tua †. Sed quàm ſapienter oſtēdiſti filio incapabilē † talia.
patrem, filiū vero capabilem patri. Dixiſti enim, Vidit
ergo patrē, ſed vidit incapabilem. Pater autē, inquis, ſic
videt filiū vt tenens in ſinu ſuo & habens. Sic nō ſapiūt
niſi qui carnaliter ſapiunt. Sinū quippe tibi fingis vt vi-
den, aliquā capacitatem maioris patris, qua filiū mino-
rē capiat atq; cōtineat: ſicut hominē corporaliter capit
domus, aut ſicut ſinus nutricis capit infantē. Ergo inter
mirabilia Chriſti & hoc deputabitur, quia in forma ſer
ui creuit, & maior eſt factus quàm in forma dei fuerat,
vt cum prius portaretur in ſinu patris, nunc ſedeat ad
dexterā patris. Abiice iſta puerilia vel anicularia phan-
taſmata de corde tuo, & ſinum patris ideo dictum ac-
cipe, vt

G cipe,vt intelligatur iſte genitus,ille genitor:non vt ille
maior,hic minor.Nā ſi incapabilis eſt pater, filius vero
incapabilis nō eſt:non veraciter dictū eſt, Omnia quæ
habet pater,mea ſunt:quandoquidem reſponderi ei po
teſt,Ecce incapabilitatē habet pater,quæ nō tua eſt.Sed
quoniā veraciter dictum eſt quod veritas dixit,Et om-
nia quæ habet pater filij ſunt : non poteſt non eſſe filij
quantacunque ſit incapabilitas patris. Et hanc domini
Ioan.16. ſententiam vbi ait , Omnia quæ habet pater, mea ſunt:
tanquam rectiſsimam regulam ad vos,ſiue conuincen-
dos,ſiue quod magis cupim⁹ corrigēdos,per multa ad-
hibere debemus:vt vbicūq; aliquid tribuitis patri quod
filio denegatis,ipſam fideliſsimam teſtem contra erro-
res veſtros , vel contra mendacia producamus. Quid
opus eſt autē in eo tibi reſiſtere, quòd humanam ſapiē-
tiam contendis eſſe viſibilem,cum ipſam animam hu-
manam,in qua eſt vtique humana ſapiētia, inuiſibilem
eſſe conceſſeris. Sed quodlibet ſentias de vniuerſa inui-
ſibili creatura, quātum ad deum pertinet de quo inter
nos agitur, ſatis tibi demonſtratum eſt non eſſe ſolum
Cap.X. inuiſibilem patrem. Putas deum patrem cum filio
H & ſpiritu ſancto vnum deum eſſe nō poſſe:times enim
ne pater ſolus non ſit vnus deus, ſed pars vnius dei qui
1.ſent.diſt. conſtat ex tribus . Noli timere,nulla ſit partium in dei-
19.cap.Net tatis vnitate diuiſio. Vnus eſt deus pater & filius & ſpi-
ſit. ritus ſanctus,hoc eſt ipſa trinitas : vnus eſt deus de quo
dictum eſt,quia nullus deus niſi vnus:& qui dixit,Audi
Deut.6. Iſraël,dominus deus tuus deus vnus eſt. Cui vni & ſoli
deo ſeruire nos ſine vllo ſcrupulo agnoſcimus , quādo
Matt.4. audimus aut legimus , Dominū deum tuum adorabis,
1.Cor.6. & illi ſoli ſeruies. Ne forte propter hæc verba Chriſto,
1.Cor.3. cuius mēbra ſumus,vel ſpiritui ſancto , cuius templum
Deut.6. ſumus,ſeruire nolim⁹,ſi quod dictum eſt,Domino deo
tuo ſoli ſeruies: ſic acceperimus tāquam de ſolo patre,
& nō de ipſa trinitate ſit dictum. Vos autem cum quæ-
ritur à vobis,quē credatis eſſe de quo ſcriptum eſt,Do-
minus deus tuus deus vnus eſt:reſpondetis,Deus pater
eſt . Itemq; cum quæritur de quo domino deo dictum
ſit,Dominum deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies:
rurſus reſpondetis,de deo patre. Tunc vobis dicitur,Si
dominus de⁹ noſter deus vnus eſt, & hic pater eſt, qua-
re vos facitis duos dominos deos, dicēdo etiam Chri-
I ſtum eſſe dominum deum?Item ſi pater eſt, cui vni do-
mino deo noſtro ſoli ſeruiēdum eſt,quo modo obtem-
peratis huic pręcepto,qui tanquam domino deo ſerui-
†al. Neque tis & Chriſto?Neque enim illi ſoli,ſeruitis & huic.† Se-
enī illi ſoli cundum fidem autem rectam, quicunque ipſam Trini-
ſeruit, qui tatem vnum dominum deum eſſe noſtrum didicimus,
ſeruit & profecto cū ei ſoli ea quæ deo debetur ſeruitute ſerui-
huic. mus,domino deo ſoli nos ſeruire cōfidimus . Ergo in-
quis,deus pater pars eſt dei ? Abſit. Tres enim perſonæ
ſunt pater & fili⁹ & ſpiritus ſanct⁹. Et hi tres quia vnius
ſubſtantię ſunt,vnū ſunt,& ſumme vnum ſunt,vbi nul
la naturarum,nulla eſt diuerſitas voluntatum. Si autem
natura vnū[eſſent, & conſenſione] nō eſſent,non ſum-
me vnū eſſent: ſi vero natura diſpares eſſent , vnum nō
eſſent. Hi ergo tres qui vnum ſunt propter ineffabilem
coniunctionem deitatis , qua ineffabiliter copulantur,
vnus deus eſt.Porrò autem Chriſtus vna perſona eſt ge
minæ ſubſtantiæ,quia & deus & homo eſt. Nec tamen
deus pars huius perſonæ dici poteſt , alioquin filius dei
deus antèquam ſuſciperet formam ſerui , nō erat totus,
& creuit cum homo diuinitati eius acceſsit.Quod ſi in
vna perſona abſurdiſsime dicatur,quia pars rei vlli⁹ eſ-
ſe non poteſt deus , quāto magis pars trinitatis eſſe nō
poteſt, quicunque vnus in tribus ? Deinde vbi ait Apo- K
ſtolus,Qui adhæret domino,vnus ſpiritus eſt . Nūquid 1.Cor.6.
huius vnius pars eſt dominus? Si enī hoc dicimus,quid
aliud dicere deprehendimur,niſi quòd augeatur adhę-
rente homine,& recedente minuatur? In trinitate ergo
quæ deus eſt,& pater deus eſt,& filius deus eſt , & ſpiri-
tus ſanctus deus eſt,& ſimul hi tres vnus deus : nec hu-
ius Trinitatis tertia pars eſt vnus , nec maior pars duo
quàm vnus eſt ibi:nec maius aliquid ſunt omnes quàm
ſinguli,quia ſpiritalis hæc,non corporalis eſt magnitu-
do.Qui poteſt capere capiat:qui autem non poteſt,cre- Matt.19.
dat & oret , vt quod credit intelligat . Verum eſt enim
quod dicitur per Prophetam,Niſi credideritis,non in- Eſa.7.
telligetis. Tu nempe dixiſti,vnum deum non ex parti-
bus eſſe compoſitum. Et quia de patre hoc vis intelligi,
Ille inquis quod eſt, virtus eſt,ingenita ſimplex:& tamē
in hac ſimplici virtute quàm multa commemoraueris,
vide. Nam ſuperiora verba tua ſunt. De⁹ deum genuit,
dominus dominum genuit,rex regem genuit , creator
creatorem genuit,bonus bonum genuit, ſapiens ſapiē-
tem genuit,clemens clemētem,potens potentem . Cur
ergo in virtute ſimplici quod eſt deus, non timuiſti tot
cōmemorare virtutes? Vt enim omittam quatuor,quas L
loco ſuperiore poſuiſti,& alias quatuor dicam , quas e-
nunciare vſitatis nominibus poſſumus:nunquid boni-
tas & ſapiētia & clementia & potētia partes ſunt vnius
virtutis , quam ſimplicem eſſe dixiſti ? Si dixeris, partes
ſunt,ſimplex ergo virtus ex partibus cōſtat , & ſimplex
iſta virtus te definiente vnus eſt deus. Vnum ergo deū
ex partibus cōpoſitum eſſe dicis. Non dico inquis. Non
ſunt ergo partes,& tamē quatuor ſunt,& vna virt⁹ eſt,
eademq; ſimplex eſt . Si ergo in vna patris perſona , &
plura inuenis,& partes non inuenis : quanto magis pa-
ter & filius & ſpiritus ſanct⁹, & propter indiuiduā dei-
tatem vnus deus eſt, & propter vniuſcuiuſque proprie-
tatem tres perſonæ ſunt , & propter ſingulorum perfe-
ctionem partes vnius dei nō ſunt ? Virtus eſt pater, vir-
tus eſt filius,virtus & ſpiritus ſanctus. Hoc verum dicis.
Sed quòd virtutem de virtute genitam,& virtutem de
virtute procedentem nō vis eandem habere naturam,
hoc falſum dicis, hoc cōtra fidē rectam & catholicam
dicis. Redis vt quæras à me,quo modo ſit inuiſibi- Cap.XI.
lis filius,vnde iam dixi ſuperius,quod viſum eſt eſſe di- M
cendum. Sed ſi ob hoc inquis,filius inuiſibilis à te pro-
nunciatur, eo quòd oculis humanis contēplari nō poſ-
ſit , cur non & cœleſtes virtutes pariter inuiſibiles pro-
nuncias, quādo nec ipſæ obtutib⁹ humanis videri poſ-
ſunt? Ita hoc dicis,quaſi poſsit ab homine comprehēdi
quis ille ſit modus quo cœleſtes virtutes ſunt inuiſibi-
les:aut ad hoc quærendū eſſe debeamus intenti,dicen-
te ſcriptura, Altiora te ne quæſieris. Quod præceptum
ipſe cōtemnens,auſus es dicere , angelum videri ab ar- Eccli.3.
changelo,archangelum ab angelo non videri. Satis ſit,
quòd oſtendi nō eſſe conſequens vt ideo credamus in
forma dei viſibilem filium, quia ſcriptum eſt , Inuiſibi- 1.Timo.1.
li ſoli deo. Quod tu de patre ſic te accipere demonſtra-
bas,tanquam filius inuiſibilis non ſit, cum eum & inui-
ſibilium creatorē ſcripturæ teſtentur . Veruntamen re-
ſtat vt dicas, Ambo quidem inuiſibiles ſunt,id eſt,& pa
ter & filius,ſed pater inuiſibilior eſt:ac ſic dādo aliquid
patri quod non ſit filij,mendacem facis eundem filium
dicentem , Omnia quæ habet pater,mea ſunt. Hoc Cap.XII.
& de potentia ſapis, quod ſcilicet ſit quidem potens &
filius,ſed potentior pater filio: vt authoribus & docto-
ribus vobis,potuerit potentē potens, nec potuerit om-
nipotentem

A nipotentē gignere omnipotens. Ac per hoc ſi habet pa
ter omnipotentiã quã non habet filius, falſum eſt quod
ait filius, Omnia quæ habet pater mea ſunt. Deinde ſi
aliquid facit pater quod facere nō poteſt filius, merito
dicitur potentior pater quàm filius. Cum vero dicat,
Ioan.5. Quæcunque pater facit, hæc & filius ſimiliter facit: nō-
ne melius auditur ipſe quàm vos, meliusq; ipſi creditur
docenti quàm decipientibus vobis? Sed potentiam pa
ter inquis, à nemine, fili⁹ vero accepit à patre. Fatemur
& nos filium ab illo accepiſſe potentiam, de quo natus
eſt potens: patri vero potentiam nullus dedit, quia nul-
lus eum genuit. Gignendo enim dedit potētiam pater
filio, ſicut omnia quæ habet in ſubſtantia ſua, gignēdo
dedit ei quē genuit de ſubſtantia ſua. Sed quæritur vtrū
tantam quanta ipſi eſt potentiam pater filio dederit, an
minorem? Si tantam, non ſolum potentem potens, ve-
rūetiam omnipotentem genuiſſe dicatur, credatur, in-
telligatur omnipotens. Si minorem, quo modo omnia
quæ habet pater filij ſunt? Si patris omnipotētia filij nō
eſt, quo modo quęcunq; pater facit, hęc & filius facit ſi-
militer, quod vtique nō poteſt, ſi omnipotens non eſt?
B Ac per hoc quod ait Apoſtolus, Beatus & ſolus potens:
non cogor de patre tãtummodo accipere, ſed de deo,
1.Timo.6. quod eſt ipſa Trinitas: Loquens enim ad Timotheum,
Pręcipio, inquit, tibi coram deo qui viuificat omnia, &
Chriſto Ieſu, qui teſtimonium reddidit ſub Pontio Pi-
lato bonã confeſsionem, vt ſerues mandatum ſine ma-
cula irreprehenſibile, vſque ad aduentum domini no-
ſtri Ieſu Chriſti: quē temporibus propriis oſtendet bea-
tus & ſolus potēs, rex regum & dominus dominantiū:
qui ſolus habet immortalitatē, & lucem inhabitat in-
acceſsibilem: quem nemo hominū vidit, nec videre po
teſt, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum, amen.
Nihil hic video dictum quod non cōueniat Trinitati.
Sed vt nūc taceam de ſpiritu ſancto, quem nec ſaltem
minorem filio deum vultis, quia omnino deū eſſe non
vultis, ſufficit vt vos de patre cōuincamus & filio. Nū-
Ibidem. quid enim quia dixit Apoſtolus, Teſtificor tibi coram
deo qui viuificat omnia: pater ſolus, nō & filius viuifi-
cat omnia? Si dixeris patrem ſolum viuificare omnia,
quo modo ergo quæcunque pater facit, hæc & filius ſi-
militer facit? Quandoquidem pater, vt putas, viuificat
Ioan.5. omnia, quud filius nō facit. Deinde vbi ait: Sicut pater
ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & filius quos vult viui-
C ficat: quo modo verū eſt, ſi pater ſine filio viuificat om-
nia? Proinde quod addidit, Et Chriſto Ieſu qui teſti-
monium reddidit ſub Pontio Pilato, bonam cōfeſsio-
nem: de filio proprie dicere voluit: quia filius quidē ſi-
cut pater viuificat omnia: ſed ſub Pontio Pilato in for-
ma ſerui filium nouimus paſſum fuiſſe, nō patrem. De-
inde ſubiungitur, Vt ſerues mandatū ſine macula irre-
prehenſibile vſq; ad aduētum domini noſtri Ieſu Chri
ſti, quem temporibus propriis oſtendet beatus & ſolus
potens: quem ſcilicet aduentum domini Chriſti oſten-
det vtiq; deus, quod non ſolus eſt pater, quia ſecūdum
veritatem, non ſecundum veſtrum errorem, Trinitatis
vnus eſt deus, beatus & ſolus potens, rex regum & do-
minus dominãtium. Nunquid enim vel vos dicere au-
detis filium nō eſſe regem regum & dominum domi-
nantium? De quo inter cætera ſcriptum eſt in Apoca-
Apoc.19. lypſi Ioannis: Et ipſe calcat torcular vini potentis, & in
tunica & io ſemore habet nomē ſcriptum: Rex regum
& dominus dominantium. Sed ne forte dicatis, quòd
nomen patris filius habeat ſcriptum in veſte & in ſe-
Apoc.17. more, alio loco eiuſdem libri ſuperius legitur: Et agn⁹
vincet eos, quoniam dominus dominantium eſt & rex D
regum. Quapropter ſecūdum vos, duo ſunt reges regū
& domini dominantium: & contra vos eſt, ſi de patre
tantum ait Apoſtolus: Beatus & ſolus potēs, rex regum 1.Timo.6.
& dominus domioantium. Verum ſecundum rectam
fidē ipſa Trinitas vnus eſt deus, beatus & ſolus potens,
rex regum & dominus dominantium, qui ſolus habet
immortalitatē, & lucem habitat inacceſsibilem. Et quo
modo erit verū, Accedite ad eum & illuminamini: niſi Pſal.33.
quia hoc nemo poteſt ſi de ſe quiſque pręſumpſerit, ſed
ſi ipſe donauerit? Immortalitatē autem deus habere di-
citur ſolus, quia eſt immutabilis ſol⁹. In omni enim mu
tabili natura nonnulla mors eſt ipſa mutatio, quia facit
aliquid in ea non eſſe quod erat. Proinde & ipſa anima De anima
humana, quæ propterea dicitur immortalis, quoniam immortali-
qualitercūque ſecundum modum ſuum nunquam de- tate & mor
ſinit viuere: habet tamen pro ipſo ſuo modo quandam talitate.
mortem ſuam: quia ſi iuſte viuebat & peccat, moritur iu
ſticię: ſi peccatrix erat, & iuſtificatur, †moritur peccato: †al. viuifi-
vt alias eius mutationes taceam, de quibus longum eſt catur.
diſputare. Et creaturarum natura cœleſtium mori po-
tuit, quia peccare potuit: Nam & angeli peccauerūt, & E
dęmones facti ſunt, quorū eſt diabolus princeps: Et qui
non peccauerunt, peccare potuerunt: Et cuicunq; crea-
turæ rationali præſtatur vt peccare non poſsit, non eſt
hoc naturę proprię, ſed dei gratiæ. Ac per hoc ſol⁹ de⁹
habet immortalitatem, qui non cuiuſquam gratia, ſed
natura ſua, nec potuit, nec poteſt aliqua cōuerſione mu
tari, nec potuit nec poterit aliqua mutatione peccare.
Quem ſecundum naturam qua deus eſt, nemo hominū
vidit, nec videre poteſt, ſed poterit aliquando, ſi ad illū
numerum hominū pertinet, de quibus dictum eſt: Bea- Matth.5.
ti mundicordes, quoniam ipſi deum videbūt: Cui deo,
id eſt patri & filio & ſpiritui ſancto, quæ Trinitas vnus
eſt deus, honor & gloria in ſecula ſeculorum amē. Ab-
ſit autem vt quo modo putas, ideo ſit potētior pater fi-
lio, quia creatorem genuit pater, filius autē non genuit
creatorem: Neque enim non potuit, ſed non oportuit.
Immoderata enim eſſet diuina generatio, ſi genitus fi-
lius nepotem gigneret patri: quia & ipſe nepos, niſi auo
ſuo pronepotē gigneret, ſecundum veſtram mirabilem
ſapientiam, impotens diceretur. Similiter etiam ille ſi
nepotem nō gigneret auo ſuo, & pronepotem proauo
ſuo, nō à vobis appellaretur omnipotens: nec implere-
tur generationis ſeries, ſi ſemper alter ex altero naſce-
retur: nec eã perficeret vllus, ſi non ſufficeret vnus om-
nipotens. Itaque omnipotentem genuit filium, quoniã
quæcunque pater facit, hæc & filius facit ſimiliter. Filiū Ioan.5.
quippe ipſum genuit vtique patris natura, non fecit.

In illo etiam teſtimonio, vbi ait Apoſtolus: Soli ſa- Cap.XIII.
pienti deo: non diſsimilis error eſt veſter: ſed quod vo Roma.16.
bis reſpondimus de potentia, hoc etiam de ſapiētia re-
ſpondemus. Si enim dixiſſet Apoſtolus, Soli ſapienti pa
tri: nec ſic inde filium ſepararet. Nō enim quia in Apo-
calypſi de filio legitur, Habens nomen ſcriptum quod Apoc.19.
nemo ſcit, niſi ipſe: ideo pater neſcit hoc nomē, à quo
eſt inſeparabilis filius. Sicut ergo ſcit & pater quod ne-
mo ſcire dictus eſt niſi filius, quia inſeparabiles ſunt: ſic
etiam ſi dictum eſſet, ſoli ſapienti patri: ſimul intelligi
deberet & filius, quia inſeparabiles ſunt. Cum vero nō
ſit dictū, ſoli ſapienti patri: ſed, ſoli ſapiēti deo: & deus
vnus ſit ipſa trinitas, multo eſt facilior nobis huius ſo-
lutio quæſtionis: vt ſic intelligamus ſolum deū ſapien-
tem, ſicut intelleximus ſolum potentem, id eſt, patrem
& filium & ſpiritum ſanctū, qui eſt vnus & ſolus deus,
cui ſoli

G cui ſoli ſeruire iuſsi ſumus: ne male intelligentes, [vel
potius non iotelligentes,] contra hoc præceptum face-
re videamur, quia & domino Chriſto ea quæ deo de-
Matt.4. betur ſeruitute ſeruimus. Nõ enim dictum eſt: Dominũ
†plus. deuoi tuum patrem adorabis, & illi ſoli† ſeruies: vt ſer-
uire permitteremur & filio, plus tamen patri tanquam
maiori: mious autem filio tanquam mioori deo: ſed di-
ctum eſt, Domioũ deum tuum adorabis, & illi ſoli ſer-
uies: ſoli ſcilicet omnipotẽti, ſoli ſapiẽti deo: vt vos re-
pelleremini, qui nolentes accipere vnum ſolum deum
patrem & filium & ſpiritum ſanctum, & dicẽtes vnum
dominum deum, cui ſoli ſeruiendum eſt, non eſſe niſi
deum patrem, & tamẽ etiam filium deum & dominum
coofitentes: apertiſsime duos deos & dominos, maiorẽ
vnum, minorem alterum dicitis: & reos vos, ſecũdum
errorem veſtrum, præcepti huius violati eſſe monſtra-
tis, quia non ſolum maiori, verumetiam minori, ea quæ
domino deo debetur ſeruitute ſeruitis. Vbi autẽ dixit
Roma.16. Apoſtolus, Soli ſapienti deo: cũ ſcriberet ad Romanos,
in fine Epiſtolæ ſic locutus eſt: Ei autem qui potens eſt,
inquit, vos confirmare ſecundum Euangelium meum,
H & præconium Ieſu Chriſti: ſecundũ reuelationem my-
ſterij temporibus æternis taciti, manifeſtati autem nũc
per ſcripturam Prophetarum: ſecuodum præceptum
æterni dei, in obedientiã fidei in omnes gentes cogni-
ti ſoli ſapieoti deo per Ieſum Chriſtũ, cui gloria in ſe-
cula ſeculorum: Hoc eſt, ei qui potens eſt vos cõfirma-
re ſoli ſapiẽti deo gloria in ſecula ſeculorũ. Quod autẽ
interpoſitũ eſt, per Ieſum Chriſtum: vtrum ſoli ſapien-
ti deo per Ieſum Chriſtum accipi debeat, vt ſcilicet ſo-
lus deus ſapiens per Ieſum Chriſtum ſapiens eſſe intel-
ligatur, nõ participando, ſed gignendo ſapientiã, quod
eſt Chriſtus Ieſus: an vero [nõ] per Ieſum Chriſtum [ſa-
pienti: ſed, per Ieſum Chriſtum] gloria ſoli deo ſapien-
ti: videtur ambiguũ. Sed quis audeat dicere, per Ieſum
Chriſtum fieri, vt ſit ſapiens deus pater: cum ſecundum
ſubſtantiam ſuam nõ dubitandum ſit eum eſſe ſapien-
tem: potiusq; ſit ſubſtantia filij per gignentem patrem,
quàm ſubſtãtia patris per genitum filium? Reſtat ergo
vt ſoli ſapienti deo gloria ſit per Ieſum Chriſtum, hæc
eſt clara cum laude noticia, qua innotuit gentibus deus
trinitas. Ideo per Ieſum Chriſtum, vt alia taceam, ipſe
Matt.28. præcepit baptizari gẽtes in nomine patris & filij & ſpi-
ritus ſancti: Vbi præcipue cõmendata eſt huius indiui-
I duæ gloria trinitatis. Deus itaq;, quod eſt ipſa trinitas,
propterea ſolus ſapiẽs recte dicitur, quia ſolus ſecundũ
ſubſtantiam ſuam ſapiens eſt: non ſecundum accipien-
† accidẽtẽ. tem† vel accedentem participationem ſapiẽtiæ, ſicut ſa
piens eſt rationalis quæcũque creatura. Quod vero ad-
ditum eſt, cui: vt diceretur, cui gloria: cũ ſufficeret ſi di-
ctum eſſet, ei autem gloria: inuſitatã noſtræ linguæ in-
dicat locutionem, oõ ſenſum quem requiramus, vel de
quo ambigamus inſinuat. Quid enim ſenſui deperit, ſi
dicatur, ei gloria: cui per Ieſum Chriſtũ gloria? hoc eſt
nãque, per Ieſum Chriſtum cui gloria: quod eſt, cui per
Ieſum Chriſtum gloria. Sed alter horum iouſitatus, al-
Cap. XIIII. ter vſitatus eſt ordo verborum. Quæris à me: Si de
ſubſtantia patris eſt filius, de ſubſtantia patris eſt etiam
ſpiritus ſaoctus, cur vnus filius ſit, & alius non ſit filius?
Ecce reſpondeo, ſiue capias, ſiue nõ capias. De patre eſt
filius, de patre eſt ſpiritus ſanctus: ſed ille genit⁹ eſt, iſte
procedens: Ideo ille filius eſt patris, de quo eſt genitus:
iſte autem ſpiritus vtriuſque, quoniam de vtroque pro-
Ioan.15. cedit. Sed ideo cum de illo filius loqueretur, ait, De pa-
tre procedit: quoniã pater proceſsionis eius eſt author,
qui talem filium genuit, & gignendo ei dedit vt etiam K
de ipſo procederet ſpiritus ſanctus. Nam niſi procede-
ret & de ipſo, non diceret diſcipulis: Accipite ſpiritum Ioan.20.
ſanctum: eumq; inſufflãdo daret, vt à ſe quoque proce-
dere ſignificans, aperte oſtenderet flando, quod ſpiran-
do dabat occulte. Quia ergo ſi naſceretur, non tantum
de patre, oec tantum de filio, ſed de ambobus vtiq; na-
ſceretur, ſioe dubio filius diceretur amborũ: Ac per hoc
quia filius amborum nullo modo eſt, non oportuit na-
ſci eum de ambobus. Amborũ eſt ergo ſpiritus ſanctus
procedẽdo de ambobus. Quid autẽ inter naſci & pro-
cedere interſit, de illa excellẽtiſsima natura loquẽs ex-
plicare quis poteſt? Non omne quod procedit naſcitur,
quãuis omne procedat quod oaſcitur: Sicut non omoe
quod bipes eſt, homo eſt, quãuis bipes ſit omnis qui ho-
mo eſt: Hæc ſcio. Diſtinguere autem inter illam gene-
rationem & hanc proceſsionem neſcio, non valeo, nõ
ſufficio: Ac per hoc quia & illa & iſta eſt ioeffabilis, ſi-
cut Propheta de filio loquẽs, ait, Generatiooẽ eius quis Eſa.53.
enarrabit: ita de ſpiritu ſancto veriſsime dicitur: proceſ
ſionem eius quis enarrabit? Satis ſit ergo nobis, quia nõ
eſt à ſeipſo filius, ſed ab illo de quo natus eſt: non eſt à L
ſeipſo ſpirit⁹ ſanctos, ſed ab illo de quo ꝓcedit. Et quia
de vtroque procedit, ſicut iam oſtendimus, vnde & ſpi
ritus patris dictus eſt, vbi legitur, Si autem ſpiritus eius
qui ſuſcitauit Chriſtum à mortuis habitat in vobis: &
ſpiritus filij, vbi legitur: Qui autem ſpiritũ Chriſti non Roma.8.
habet, hic nõ eſt eius. Non enim duo ſunt ſpiritus ſan-
cti, taoquam ſinguli ſingulorum, vnus patris & alter fi-
lij, ſed vous potius patris & filij: De quo vno ſpiritu 1.Cor.12.
ſcriptũ eſt, Etenim io ſpiritu vno nos omnes in voum
corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue Greci, ſiue ſerui,
ſiue liberi, & omnes vnũ ſpiritũ potauimus. Et alio lo-
co: Vnũ corpus & vnus ſpiritus. Quid ergo hæc trini- Ephe.4.
tas, niſi vnius eiuſdemq; ſubſtantiæ eſt? Quãdoquidem
nõ de aliqua materia vel de nihilo eſt filius, ſed de quo
eſt genitus: itemq; ſpiritus ſanctus non de aliqua mate-
ria, vel de oihilo, ſed inde eſt vode procedit. Vos autẽ
nec filium de patris ſubſtãtia genitum vultis, & tamen
eum nec ex nihilo nec ex aliqua materia, ſed ex patre
eſſe conceditis. Nec videtis quàm neceſſe ſit, vt qui nõ
eſt ex nihilo, non eſt ex aliqua re alia, ſed ex deo, niſi ex
dei ſubſtantia eſſe nõ poſsit, & hoc eſſe, quod [deus] eſt,
de quo eſt: hoc eſt deus de deo. [Quocirca de⁹ de deo]
natus: quia non alius prius fuit, ſed natura coæterna de
deo eſt, non eſt aliud quàm eſt ille de quo eſt, hoc eſt M
vnius eiuſdẽq; naturæ, [vel vnius] eiuſdemq; ſubſtãtiæ.
Quod cũ auditis, quale cor habeatis ignoro, qui puta-
tis nos dicere ſic filium natum eſſe de patre, quo modo
naſcũtur de corporibus corpora. Et quoniam corrup-
tibiliter iſta naſcuntur, accuſatis nos tanquam geoera-
tioni vnigeniti quæ de patre eſt corporalem paſsiooẽ
corruptionemq; tribuamus. Carnalibus quippe cogita-
tionibus pleoi ſubſtantiam dei de ſeipſa gignere poſſe
filiũ non putatis, niſi hoc patiatur quod ſubſtantia quã-
do gignit patitur carnis. Erratis, nõ ſcientes ſcripturas
neque virtutem dei. Quando legitis: Vt ſimus in vero
filio eius Ieſu Chriſto: verum dei filium cogitare. Hunc 1.Ioan.5.
autem filium nullo modo verum dei filium cogitatis, ſi
eum natum eſſe de ſubſtantia patris negatis. Non enim
iam erat hominis filius, & deo donante factus eſt dei
filius: ex deo quidem natus, ſed gratia, non natura. An † al. filium
forte & ſi non hominis filius, tamen aliqua iã erat qua- deũ muta-
liſcunque creatura, & in dei filium deo mutante con- ta atque cõ
uerſa† eſt? Si nihil horum, ergo aut de nihilo aut de ali- uerſa &c.
qua

A qua ſubſtaotia natus eſt. Sed oe crederemus de oihilo
eiſe dei filium vos putare, iam oos ab iſta ſolicitudine li
beraſti. Affirmaſti enim oon vos dicere, de nihilo eſſe
dei filium: De aliqua ergo ſubſtantia eſt. Si ooo de pa-
tris: de qua? Dicite. Sed nõ inuenitis. Iam igitur vnige-
nitum dei filium Ieſum Chriſtum dominum ooſtrum
de patris eiſe ſubſtantia oon vos nobiſcum pigeat cõ-
fiteri. Pater ergo & filius vnius ſunt eiuſdemq́; ſubſtao-
tiæ: Hoc eſt illud Homouſion quod in cõcilio Niceno
aduerſus hereticos Arrianos à catholicis patribus veri-
tatis authoritate & authoritatis veritate firmatum eſt:
quod poſtea in concilio Ariminenſi, propter nouitatẽ
in verbis minus quàm oportuit intellectum, quam ta-
men fides antiqua pepererat, multis paucorum fraude
deceptis, hæretica impietas ſub hæretico imperatore
Conſtantio labefactare tentauit. Sed poſt uon longum
tempus libertate fidei catholicæ præualẽte, poſteaq̃ vis
verbi ſicut debuit, intellecta eſt, Homouſiõ illud catho
licæ fidei ſanitate longe lateq́; defeoſum eſt. Quid eſt
enim Homouſion, niſi vnius eiuſdẽq́; ſubſtantiæ? Quid
Ioan. 10. eſt inquam Homouſiũ, niſi, Ego & pater vnum ſumus?
B Sed nunc oec ego Nicenum, oec tu debes Arimineoſe
" tanquam præiudicaturus proferre concilium: Nec ego
" huius authoritate, nec tu illius detioeris: ſcripturarũ au-
" thoritatibus, non quorũque propriis, ſed vtriſque com-
" munibus teſtibus, res cum re, cauſa cum cauſa, ratio cũ
" ratione coocertet. Vtrique legimus: Vt ſimus in vero fi-
1. Ioan. 5. lio eius Ieſu Chriſto: Ipſe eſt verus deus & vita æteroa.
Vtrique tanti ponderis molibus cedamus. Dicite ergo
nobis, vtrũ iſte verus dei filius, ab eis qui gratia filij ſunt
huius noioinis quadam proprietate diſcretus, de nulla
ſubſtaotia ſit, ao de aliqua? Nõ dico, inquis de nulla, ne
de uihilo dicã. Ergo de aliqua eſt: quęro, de qua? Si non
de patris, aliã quære. Si aliam non inuenis, quia omoi-
no non inuenis, patris agnoſce, & filiũ cum patre Ho-
mouſion cõfitere. Caro de caroe oaſcitur, filius carnis
de ſubſtãtia carnis naſcitur: Corruptiooem de medio
tollite, paſſiões carnales à lumine mẽtis abiicite, & in-
Roma. 1. uiſibilia dei per ea quæ facta ſunt iotellecta conſpicite.
Credite creatorem qui dedit carni carnẽ gignere, qui
dedit parentibus veros carnis filios de carnis ſubſtan-
tia generare, ac ſic filios cum parentibus voius eſſe ſub-
ſtanti æ: multo magis potuiſſe verum gignere filium de
ſua ſubſtantia, & vnam cũ vero filio habere ſubſtantiã,
manente incorruptiooe ſpiritali, & longiſſime hinc
C alieoa corruptiooe carnali: Nã de anima quid dixeris,
neſcio. Verba enim tua ſunt vbi dicis: Nec enim ad ani
mæ ingeouitatem cõparatis illam tantam magnificeo-
† carnis. tiam, ſed ad fragilitatem corporis. † De corpore vtiq́;,
ioquis, naſcitur caro, corporalis filius: nõ tameo de ani-
ma aoima naſcitur. Poſt iſtam quaſi definitionẽ tuam,
rurſus affirmas animam filios generare. Adiũgis enim
& dicis: Si ergo noſtra anima incorruptibiliter gene-
rat & impaſſibiliter, nullam ſeotiens diminutiooẽ, oõ
inquinatiooem aliquã, ſed legitime ſecundum iura di-
† al. gene- uioa generaũ filiũ, ſapiẽtium conſeoſu, accõmodans †
rat filiũ, & corpori, ipſa integra manet, quãto magis omnipotens
ſapiẽtia cõ- deus? Et paulopoſt dicis: quãto magis deus pater incor-
ſenſum ac- ruptibilis incorruptibiliter genuit filiũ? Iam ſupra dixi,
commodãs neſcire me quid volueris de anima iotelligi, de qua priꝰ
&c. dixiſti, ꝙ non naſcatur anima de aoima: & poſtea, ꝙ
anima iocorruptibiliter gignat filiũ: Si [anima] animã
gignit, quo modo oõ naſcitur anima de anima? Si car-
nem, tu videris quo modo ſit caro verus animæ filius.
Chriſtus enim, propter quem putaſti haoc adhibẽdam

ſimilitudinem, verus eſt dei filius. Si autem incorrupti- D
biliter gignere animam filium ſic accipi voluiſti, quo
modo ait Apoſtolus, Io Chriſto enim Ieſu per Euange- 1. Cor. 4.
lium ego vos genui: Cur oon atteodis quod iam erant
illæ aoimæ io veteri vita, quas per Euangelium reno-
uando Apoſtolus genuit? Verbum autem dei deus voi-
genitus filius, ſicut iam diſputauimus, oõ prius aliquid
fuit, & renouatione eſt generatus a patre, ſed cũ patre
ſemper fuit: ſicut eſt ſemper atque erit mirabili atque
ineffabili modo genitꝰ ab æterno coæternus. Sed ſi ob
hoc iotroduxiſti hãc diſſimilem ſimilitudinem, vt aſ-
ſereres deum patrem incorruptibiliter genuiſſe, noli la
borare, cõfiteor omnino, incorruptibiliter genuiſſe de-
um patrẽ, ſed quod eſt ipſe genuiſſe. Iterum enim dico
hoc, quod vobis ſæpe dicendũ eſt, Aut de aliqoa ſubſtã
tia oatus eſt dei filius, aut de nulla: Si de oulla, ergo de
oihilo: quod vos non dicere iam tenemus. Si de aliqua,
nec tamẽ de patris, oõ verus eſt filios. Si de patris, vnius
eiuſdemq́; ſubſtãtiæ ſunt pater & filius, Quo modo au-
tem nihil filio ſubtraxit vt dicis, ſi eiuſdem ſubſtaotiæ
eſt, & tamen minor eſt, nec ſicut infaos creſcere poteſt? E
Iam vero de immortalitate dei, quia non patrem, ſed
deum, qui & pater eſt & filius & ſpiritus ſanctus, ſolum
habere immortalitatem dixit Apoſtolus, ſatis ſuperius
diſputauimus, quaodo ipſum Apoſtolicũ teſtimonium
& poſui totum & expoſui. Diſplicet tibi, quòd æqualẽ
patri aſſerimus filiũ, quaſi poſſit eſſe inæqualis, qui ve-
rus eſt filius, nõ natus ex tempore, ſed gigoenti coæter-
nus, ſicut ſplendor ab igne genitus gignenti manifeſta-
tur æqueuus. Sed habet, inquis, dei filius authorem pa-
trem. Si propterea deum patrem deo filio dicis autho-
rem, quia ille genuit, genitus eſt iſte, quia iſte de illo eſt,
ooo ille de iſto, fateor & cõcedo. Si autem per nomen
authoris mioorem vis facere filiũ, patremq́; maiorem,
oec eiuſdem ſubſtãtiæ filium cuius eſt pater, deteſtabor
& reſpuam: quia & filius hominis, inquantom eſt filius,
habet authorem, de quo oatus eſt, patrẽ: nec tamẽ ideo
non eſt eiuſdem ſubſtantiæ cuius eſt pater, & quòd iſte
minor, maior eſt ille: poteſt tamen ad formam patris
valentiamq́; peruenire creſceodo, in qua patrem prop-
terea † oon omoino inuenit talem, quia & ille defecit † al. poſtea.
ſeoeſceodo. Sic enim neceſſe eſt varietur ætate morta-
litas, vbi temporalis eſt non æterna natiuitas. Non autẽ
illa ſic eſt, vbi oec creſcit filiꝰ, nec ſeneſcit pater: Et ideo
amborũ non impar eſt ætas, quia vbi eſt æternitas, non
eſt ætas. Ideo forma nõ iopar amborum, quoniam ve- F
rus filius qui oõ vt augeretur eſt oatꝰ, ne remaoeret de-
geoer, æqualis eſt natus. Sit ergo natiuitate humana lõ
ge melior & excellentior diuina oatiuitas incorrupti-
bili & iouiolabili generatione, non tameo ſit deterior
diuerſitate naturæ. Sed vitam filius, inquis, accepit à pa
tre. Accepit ſicut genitus à gignẽte. Omoia, inquit, quę Ioan. 16.
habet pater, mea ſunt. Omnia ergo quę habet pater, de-
dit ille gignendo, accepit iſte naſcẽdo: Nec daodo ille
amiſit quod habuit: nec iſte cũ eiſet & non haberet, ac-
cepit. Sed ſicut ille permanſit habẽs omnia, cum ea quæ
habet filio dederit omnia: ſic iſte ounquã fuit ſine om-
nibus, quæ oon egendu, ſed naſcendo accepit vt filius:
qnia nunquam potuit eſſe non natus, & ea ſine quibus
non eſt oatus, & eſt immutabilis oatus, ſemper habuit,
quia ſemper eſt oatus. Si enim aliquid eorum quæ ha-
bet pater nõ dedit filio, falſum eſt quod ait filius, Om- Ibidem.
nia quæ habet pater, mea ſunt, Sed quia [quod dixit fi-
lius] verũ eſt, prorſus omnia quæ habet pater, dedit vt
diximus ille gigoẽdo, accepit iſte naſcẽdo: Ac per hoc
dedit

G dedit ille vitam, quia genuit vitam: accepit iſte vitam,
quia natus eſt vita: ſi minor, ſi diſcolor, ſi diuerſa, nō er
go quā pater habuit hanc dedit filio: Et quo modo ve-
Ioan.16. rum eſt: Omnia quæ habet pater, mea ſunt? Sed quis au-
deat dicere, verū non eſt quod veritas dixit? Quaprop-
Ioan.5. ter ſicut habet pater vitā in ſemetipſo, ſic dedit & filio
vitam habere in ſemetipſo: Sicut habet, dedit: quod ha
bet, dedit: qualem habet, talem dedit: quātam habet, tā-
tam dedit. Omnia quæ habet pater, filij ſunt. Non ergo
aliquid minus quàm pater habet, filio dedit: Nec amiſit
pater vitā quam filio dedit: Viuēdo enim timuit quam
gignendo dedit. Vita eſt autem ipſe pater, vita eſt ipſe
filius: Et ille quippe & iſte id habet quod eſt ipſe: Sed il-
le de nullo vita, iſte vita de vita: ſed talis qualis illa, tāta
quanta illa, hoc omnino quod illa, quia verus eſt filius,
quia perfectus eſt filius, qua nō eſt degener ab vno deo
patre, deus vnicus filius: Patri ergo æqualis eſt filius.
Quicquid eum dicis à patre accepiſſe, fatemur & nos
prorſus: Pater dedit, filius accepit. Sed cū pater omnia
H quę habet gignēdo dederit, æqualem vtiq; genuit, quo-
niam nihil minus dedit. Quo modo ergo tu dicis, quia
ille dedit, ille accepit, ideo æqualē filium patri non eſſe:
cum eū cui data ſunt omnia, & ipſam æqualitatem vi-
Act.20. deas accepiſſe? Scriptum eſt quidem, Beatum eſt magis
dare quàm accipere: Sed in hac vita vbi eſt inopia, qua
vtique melior eſt copia: Melius enim eſt habere quàm
egere: & melius eſt donare q̃ [accipere: erogare quàm]
mendicare. Vbi autem qui dedit, gignēdo dedit: & qui
accepit, naſcendo accepit: non inopi ſubuētum eſt, ſed
ipſa copia generata eſt. Nec poteſt qui accepit ei qui
dedit eiſe inęqualis, quia & hoc accepit vt eſſet æqualis.
Ioan.16. Nihil eoi patre minus habet ille qui dicit, Omnia quæ
habet pater, mea ſunt: Aequalis eſt igitur: Sed quia ſe-
Philip.2. metipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, nō for-
mam dei perdens, ita factus eſt in eadem ſerui forma
obediens vſque ad mortem crucis, in qua paulominus
Pſal.8. minoratus eſt ab angelis, vt patri io forma dei mane-
ret æqualis, quia non eſt forma illa mutabilis. Quid ita-
Ioan.8. que mirum eſt, ſi ea quæ commemoras dicit: Ego quæ
placita ſunt patri meo, facio ſemper? Et ad monumen-
Ioan.11. tū Lazari: Pater, gratias ago tibi quia audiſti me, & ego
ſciebam quia ſemper me audis, ſed propter eos qui cir-
Ioan.9. cūſtant dixi, vt credāt quia tu me miſiſti. Et iterum: Me
I oportet operari opera eius qui me miſit. Et antequā pa
Matt.26. nes frangeret, prius patri gratias egit. Si his atque hu-
iuſmodi teſtimoniis id oſtēdere voluiſſes, quòd io for-
ma ſerui filius minor eſt patre, & in ipſa forma dei iſte
de illo, non ille de iſto eſt: quod ſæpe ſignificans, multa
ita dicit, vt eum non intelligentes etiam in ipſa diuini-
tate arbitrentur minorem: ſic teneres rectam regulam
fidei, vt nō contradiceres veritati: nec per alia teſtimo-
nia oppugnares Euangelium, ſed doceres. Quæ ſunt e-
nim placita patri quæ noo ſunt & filij? aut vnde poteſt
facere fili⁹, niſi quæ placita ſunt patri, à quo habet om-
nia in quibus æqualis eſt patri? Quo modo non gra-
tias agit patri de quo eſt, præſertim in forma ſerui, in
qua illo minor eſt? Quo modo nō patrem rogat vt ho-
mo, qui cum patre exaudit vt deus? Quis autem Chri-
ſtianus ignorat ꝙ pater miſerit, miſſusq; ſit filius? Non
enim geoitorem ab eo quem genuit, ſed genitum à ge-
nitore mitti oportebat. Verum hoc non eſt inęqualitas
ſubſtaotiæ, ſed ordo naturæ: non quòd alter prior eſſet
altero, ſed quòd alter eſſet ex altero. Oportebat ergo
operari eū qui miſſus eſt, opera eius à quo miſſus eſt. Et
quæ ſunt opera patris, quæ noo ſunt & filij: cū dicat idē

filius, Quæcunque pater facit, hæc & filius ſimiliter fa- Ioan.5.
cit? Opera tamē patris eſſe dicit, Nō enim obliuiſcitur K
à quo ſit: à patre quippe illi eſt, vt operator taliū operū
ſit. Hæc autem vos ita intelligitis, vt hinc etiam putetis
patrem filio eſſe maiorem, quia dixit paſſerem non ca-
dere in terram ſine patris volūtate, quaſi cadat ſine vo
luntate filij. An vſqueadeo minorē vultis filium, vt non Matt.10.
habeat in poteſtate nec paſſeres? Sed ſi non vultis huic
regulæ acquieſcere, vt vbicunque legeritis in authori-
tate diuinorum eloquiorum, quibus minor patre filius
videatur oſtendi: aut ex forma ſerui dictum accipiatis,
in qua vere minor eſt patre: aut ideo dictum, quòd non
demōſtretor maior vel minor vllus eſſe altero, ſed de-
monſtretur eſſe alter ex altero: ſi huic, inquam, rectiſſi-
mæ regulæ non vultis acquieſcere: certe tamen verum
dei filium nulla ratione dicetis, ſi non eiuſdem ſubſtā-
tiæ, cuius pater eſt, eum eſſe dicatis. Vt enim humanum
aliquid dicam propter infirmitatem carnaliū, cum ho-
mines duo ſunt, pater & filius, ſi obediēs ſit patri filius,
& aliqua exiſtente cauſa roget patrem, gratias agat pa- L
tri, aliquò denique mittatur à patre, vbi ſe dicat nō ve-
niſſe facere volūtatem ſuam, ſed eius à quo miſſus eſt,
nunquid hinc oſtēditur non eiuſdē cuius pater eſt eſſe
ſubſtantiæ? Cur ergo vbi de filio dei talia legitis, ſtatim
in tantum ſacrilegiū corde atque ore proruitis, vt veri
filij dei vnam eandemq; cum patre ſubſtantiā non eſſe
credatis atque dicatis? Quid quòd etiam illud comme-
morandum putaſti, quod manifeſtiſſime vt homo lo-
quitur: Poteſtatem habeo pooendi animā meam, & po Ioan.10.
teſtatem habeo iterū ſumendi eam. Hoc enim præcep-
tum accepi à patre meo? Quid hoc adiuuat cauſam tuā?
Nunquid eoim aliud dixit, niſi poteſtatem habeo mo-
riendi & reſurgēdi? Quod itaque ait: Nemo eam tollit
à me, ſed ego eam pono à me, & iterum ſumo eam: quid
intelligi voluit, niſi ſe non fuiſſe moriturum, niſi ipſe
voluiſſet? Nūquid tameo niſi homo eſſet, mori & reſur
gere potuiſſet? Sic autē introduxiſti hoc teſtimonium,
vt præloquereris dicens: Hic ſanè & de ſua poteſtate
quam à patre accepit, dicebat: Poteſtatem habeo ponē-
di animā meam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi
eam: tanquam ſi homo nō eſſet, poſiturus eſſet animam
ſuam. Vt homo ergo, oon vt deus accepit hanc pote-
ſtatem: quanuis non dixerit, hanc poteſtatem: ſed, hoc
præceptum accepi à patre meo. Quis autem neſciat a- M
liud eſſe præceptū, aliud poteſtatem? Hoc enim habe-
mus in poteſtate, quod cū volumus poſſumus: Præcep-
tum vero id nobiſcum agit, vt quod iam eſt in pote-
ſtate, faciamus. Si autem oondum eſt io poteſtate, ore-
mus nobis poteſtatem dari, vt quod præceptū eſt, im-
pleamus. Quocirca ſi ea quæ aperta ſuot, velitis atten-
dere, vt homo acceperat hāc poteſtatem: Sed propter
contentioſos ego ad vtrunq; concludam: Si vt homo
accepit hanc poteſtatem, nihil tibi prodeſſe hoc teſti-
moniū & tu vides? Quia ſi ex hac poteſtate à patre ac-
cepta, minorem patre filium vis probare, nec nos dubi-
tamus, quòd inquantum homo eſt Chriſtus, minor eſt
patre. Si autem vt deum vis accepiſſe haoc poteſtatem,
gignēdo eum pater æqualem ſibi, dedit ei omnium re-
rum tantā, quanta ipſi patri eſt, poteſtatem. Si enim mi-
nus habet io poteſtate aliquid quàm pater, nō ſunt eius
omnia quæ habet pater: ſed quia eius ſunt, tantam pro-
culdubio habet poteſtatem quantam pater. Pręceptum
quoque, aut vt homo accepit, aut vt deus. Si vt homo,
nulla quæſtio eſt, quia vt homo eſt patre minor: Si vt
deus, non hinc oſtenditur minor, quia naſcendo id ac-
cepit,

A cepit,non indigendo. In verbo enim vnico dei omnia
præcepta ſunt dei,quę ille gignens dedit naſcenti,non
cum genuiſſet addidit indigenti: Ac per hoc tantū ge-
nuit quantus eſt ipſe: quia de ſeipſo genuit verum filiū,
& perfectam genuit plenitudinem diuinitatis, nō per-
ficiēdam ætatis acceſſu. Sed humilius à te quæro,quare
filium hominis quemlibet hominem, ſi pręceptum ac-
cipiat à patre,non eum dicis alterius eſſe ſubſtantiæ,&
filium dei deū, ob hoc audes negare paternæ eſſe ſub-
ſtātiæ,quia præceptum accepit à patre? Prorſus,& præ-
ceptum à patre accepit,& eiuſdem ſubſtantię eſt,cuius
eſt ille qui dedit. Quis te contradicentem ferat,ſi ad te
audiendum homines patres filijq; cōcurrant, eiuſdem
vtriq; ſubſtātiæ? Nec ideo filij degeneres,quòd ita præ-
cepta eis dederint patres. Sed forte dicis patres doctos
filiis indoctis præcepta dediſſe. Refer nunc te ad dei fi-
lium,de deo patre natum deū: qui vtiq; imperfectus eſt
natus,ſi pręceptum accepit indoctus. Quia vero perfe-
ctus eſt natus, præceptum dedit ille gignendo,accepit
iſte naſcendo. Nūquam enim verus dei filius indoctus
Cap.XV. fuit, filius autem nunquam non fuit. In forma dei
B filium eſſe non negas,& deo patri æqualem negas,ma-
iorem patris formā putans eſſe quàm filij: tāquam non
habuerit pater vnde formam ſuam compleret in filio,
quem de ſeipſo genuit,non fecit ex nihilo,non ex alio.
Aut ſi formam ſuam in vnico filio plenam gignere po
tuit,nec tamē genuit plenam, ſed minorē, quid ſequa-
tur attēdite,& in viam redite, ne cogamini patrem in-
uidum dicere. Dicitis deū filium,dicitis dominum,ſed
vt duos deos dominoſq; faciatis, cōtra ſcripturam cla-
Deut.6. mātem: Audi Iſraël, Dominus deus tuus,deus vnus eſt.
Quid autē in hoc ſacrilegio vobis prodeſt, ꝙ patri da-
tis tantam formam,quātam non datis filio? Nunquid ſi
vnus maior,alter eſt minor, ideo nō ſunt dij & domi-
ni duo? Si carere cupitis hoc errore, ſic dicite aliū eſſe
patrem,& alium eſſe filium, vt tamē ſimul ambos non
duos dicatis, ſed vnum dominum deum. Dicitis regē
filium de rege patre vtiq; natum: nec intuemini in ge-
nere humano filios regum, etiam ſi non ſint ex regibus
reges,eſſe tamē ex hominibus homines,nec habere po-
teſtatem cum patribus regiam, & tamen eandem tene-
re naturam: Vos autem filio dei regis regnum cum pa-
C tre conceditis, & naturā paternam vanitate impia de-
Philip.2. negatis: eumq; deo patri dicitis inæqualem,qui non ra-
pinam, hoc eſt, qui non alienū arbitratus eſt eſſe æqua-
lis deo: ſed tamen non intendens quæ ſua ſunt,ſed quę
noſtra ſunt,ſemetipſum exinaniuit: nō formā dei per-
dens,ſed formam ſerui accipiens, in qua patri factus eſt
obediens vſq; ad mortē crucis. In qua forma eum non
vultis ſic agnoſcere patre deo minorem, vt in dei for-
ma patri nō negetis æqualem. Nos,inquis,dicti ſumus
filij gratia, non natura hoc nati: Ideo vnigenitus eſt fi-
lius,quia quod eſt ſecundū diuinitatis ſuę naturam,hoc
eſt natus filius. Hæc non tua ſolum,verumetiam noſtra
ſunt verba. Cur ergo quem dei filium natura nō gratia
confiteris, eiuſdem naturæ cuius pater eſt non eſſe cō-
tendis,nec quid mali abs te dicatur attendis? Nōne re-
gis dei filio, paternum regnum auferre tolerabilius eſt
quàm naturam? De ſpiritu autem ſancto quo modo &
ipſe de deo ſit,nec tamē & ipſe filius ſit, quoniam pro-
cedendo,nō naſcendo legitur eſſe de deo,iam ſuperius
quantum ſatis viſum eſt diſputaui. Nos,inquis,in patrē
deum innatum, naturam non accipimus: Et tanquam
rationem reddens, cur dei patris non dicatis eſſe natu-
Ioan.4. rā,mox adiungis & dicis: Credimus quod ait Chriſtus,
Spiritus eſt deus: quaſi Chriſtus ſecūdum id quod deus D
eſt, non ſpiritus ſit, quem tamen natura filium eſſe di-
xiſti. Non ergo pater ideo natura non eſt,quia ſpiritus
eſt. Sed forte quia natus non eſt,ideo eū non vultis eſſe
naturā. Putatis enim, quòd à naſcendo natura ſit dicta.
Scitote ergo,quòd vnaquæque res eſſe dicitur per ſub-
ſtantiam,hoc eſſe vtique per naturam. Certe ſi non pu-
tatis eſſe dicendum, eiuſdem filium cuius pater eſt eiſſe
naturæ, dicite cuius pater eſt ſubſtantiæ, & ad cauſam
quæ inter nos agitur,ſufficit nobis. Verūtamen admo-
nendi eſtis, vt intueamini quod ait Apoſtolus: His qui Galat.4.
natura non ſunt dij,ſeruiſtis. Vbi certe nos deo qui na-
tura eſt deus,ſeruire mōſtrauit. Vos ergo qui deum pa-
trem non natura deum eſſe creditis, vbi eum cōſtitua-
tis aduertite: & ſi vllus in vobis pudor eſt,erubeſcite. Ec
ce nos dicimus vobis,nō ſeruimus deo qui natura non
eſt deus: ne ſimus tales,quales fuerūt illi quibus dictum
eſt: His qui natura non ſunt dij,ſeruiſtis, Vos ſi tales eſſe
vultis, petimus ne velitis, & deum patrem natura deū
eſſe dicatis: eiuſq; filium quem nō gratia, ſed natura fi-
lium iā eſſe dicitis, eiuſdem naturæ cuius pater eſt non
negetis, ne nihil aliud quàm filium eſſe verum negetis. E
Quo modo enim dicitis, & verū filium vos profiteri,
& patri ſimilem non negare, quādo eum negatis vnius
cum patre eſſe ſubſtātiæ? Sicut autem verum filium in-
dicat vna ſubſtantia,ſic non verum diuerſa ſubſtantia.
Quo modo autem filium patri ſimilem dicitis, cui pa-
tris ſubſtantiam dare non vultis? Nōne ſimilis homini
eſt pictura vel ſtatua, & tamē filius dici nō poteſt, quia
diuerſa ſubſtantia eſt? Homo nempe ad dei ſimilitudi-
nem factus eſt, tamen quia nō eſt vnius eiuſdemq; ſub-
ſtantiæ,non eſt verus filius, & ideo fit gratia filius, quia
non eſt natura. Si ergo vultis dei filium verum cōfite-
ri, prius illum ac præcipue dicite vnius eiuſdemq; ſub-
ſtantiæ,vt tanquā verum filium, & dei filium per om-
nia ſimilem patri eſſe dicatis: Nam quem ſubſtantiam
putatis habere diuerſam,plus eum diſsimilem quàm ſi-
milem dicitis, & omnino verū filium denegatis. Nā † † Nec.
vultis noſſe,ad oſtendendū verum filiū quātum valeat
vna eademq; ſubſtantia: etiam ſi filius hominis homo
in quibuſdam ſimilis, in quibuſdam ſit diſsimilis patri,
tamen quia eiuſdem ſubſtantiæ eſt, negari verus filius
non poteſt: & quia verus eſt filius, negari eiuſdem ſub-
ſtantiæ non poteſt. Vos autem ita dicitis verum dei fi- F
lium ſimilem patri,vt ſubſtantiæ velitis eſſe diuerſę,per
quam ſolam poteſt filius verus oſtendi. Nam duo veri
homines,& ſi nullus eorum filius ſit alterius, vnius ta-
men ſunt & eiuſdem ſubſtantiæ: Homo autem alterius
hominis verus filius, nullo modo poteſt niſi eiuſdem
cum patre eſſe ſubſtantiæ, etiam ſi nō ſit per omnia ſi-
milis patri. Quocirca verus dei filius & vnius cum pa-
tre ſubſtantiæ eſt, quia verus filius eſt: & per omnia eſt
patri ſimilis,quia dei filius eſt. Neq; enim ſicut contin-
git in filiis hominum vel quorūque animalium, ita fas
eſt dicere, verum dei filium ſubſtantiæ quidem vnius
eſſe cum patre,ſed non per omnia ſimilem patri. Nice-
num ergo nobiſcū tenete concilium,ſi vultis Chriſtum
dicere verum dei filium. Diuerſas,inquis,accuſamur di
cere naturas. Et quid aliud dicis de deo patre,& de deo
filio,quid aliud dicis? An ideo putas ab iſta accuſatione
purgari,quia cōtinuo ſubiungis dicēs: Hoc ſcito quod
nos dicimus, quòd pater ſpiritus ſpiritum genuit ante
omnia ſecula,deus deum genuit? Hoc quidē dicitis, &
verū dicitis: ſed hoc tacuiſti, quod falſum & execrabi-
le dicitis. Spiritus enim ſpiritum genuit,verum dicitis:
ſed

G ſed hoc verum ea intentione vos dicitis, quia etiam di-
uerſæ naturæ dicitur ſpiritus. Nam diuerſæ naturę ſunt
ſpiritus dei, ſiue ſpiritus deus, & ſpiritus hominis, & ta-
men vterque dicitur ſpiritus. Item diuerſæ naturę ſunt
ſpiritus hominis & ſpiritus pecoris, & tamen nihilo-
minus vterque ſpiritus dicitur. Item dicitur, deus deus,
Pſal. 81. & dicitur deus homo. Sicut dictũ eſt: Dij eſtis. Et ſicut
Exo. 7. dictus eſt deus Moyſes Pharaoni. Et cum ſit dei & ho-
minis diuerſa ſubſtantia, tamen vterq; appellatur deus.
Prorſus veraciter arguimini, quãuis dicatis de deo pa-
tre & de filio, ſpiritus ſpiritũ genuit, naturas tamen di-
uerſas dicere: & quãuis dicatis, deus deum genuit, etiã
ſic non recedere à diuerſitate naturæ, quia nõ per om-
nia ſimilem patri eſſe dicitis filium: Nam ſi per omnia
ſimilem diceretis, conſequenter intelligeremini, quòd
eos diceretis etiã vnius eiuſdemq; eſſe naturæ ſiue ſub-
ſtantiæ. Si ergo ab hoc crimine quod vobis obiicitur,
dei patris & dei filij vos dicere naturas eſſe diuerſas, pur
gare te cogitas, ſicut dicis, Spiritus ſpiritum genuit: ita
dic, ſpiritus eiuſdem naturæ ſiue ſubſtãtiæ ſpiritum ge-
nuit. Itẽ ſicut dicis, Deus deũ genuit: ita dic, deus eiuſ-
dem naturæ ſiue ſubſtantiæ deum genuit. Hoc ſi credi-
H deris & dixeris, nihil de hac re vlterius accuſaberis. Si
autem hoc non dixeris, quid prodeſt quia dicis, Verus
innatus pater verũ genuit filium: cum proculdubio ve-
rus filius non ſit, ſi non eſt vnius eiuſdemq; ſubſtantiæ
cum illo qui genuit? Dicit quidem filius ad patrẽ: Hæc
Ioan. 17. eſt autẽ vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verũ deũ,
& quem miſiſti Ieſum Chriſtum: id eſt te & quem miſi-
ſti Ieſum Chriſtum, cognoſcãt ſolum verum deum. In
quibus verbis vos ſolum patrem non cum filio verum
accipiẽtes deum, quid aliud quàm filiũ negatis verum
deum? Quia vero pater & filius, non duo dij, ſed vnus
eſt deus, ſine dubio & [filius] verus eſt deus, & adiũcto
ſpiritu ſancto, ſolus eſt deus. Neque enim mouere nos
debet, ꝙ nominatus non eſt hoc loco ſpiritus ſanctus,
tanquam non ſit deus, aut non ſit verus deus. Tale eſt
enim hoc quale ſi quis dicat, neſcire Chriſtum ea quæ
1. Cor. 2. dei ſunt: Quoniã dicit Apoſtolus ſic, Ea quæ dei ſunt,
nemo ſcit niſi ſpiritus dei: hoc eſt enim, nemo ſcit niſi
ſpiritus dei: quod eſt, ſolus ſcit ſpirit⁹ dei. Sicut ergo ab
hac ſcientia, quã non habere niſi ſpiritus dei dictus eſt,
non excluditur Chriſtus, ſic ab eo quod pater & Chri-
I ſtus dictus eſt ſolus verus deus, non excluditur ſpiritus
Apoc. 19. ſanctus. Sic & nomen illud quod in Apocalypſi nemo
noſſe dictus eſt, niſi ipſe qui hoc habebat ſcriptũ, id eſt
Chriſtus, nouerat vtique & pater, quod negare non po
teſtis: nouerat & ſpiritus ſanctus, etiam ſi negetis. Spi-
1. Cor. 2. ritus enim omnia ſcrutatur: etiam altitudines dei: niſi
forte quia ſcrutatur dict⁹ eſt, negatur apprehẽdere: ne-
getur ergo deus apprehẽdere corda & renes hominũ.
Pſal. 7. Scriptum eſt enim: Scrutãs corda & renes deus. Ita er-
go dictus eſt ſolus ver⁹ deus pater & Ieſus Chriſtus, vt
ab hac veritate deitatis nullo modo alienaretur ſpirit⁹
ſanctus: Non autem filius, vt tibi videtur, ſolum poten-
tem, ſolum ſapientem, ſolum bonum patrem dicit eſſe
deum. Deus autem vnus & ſolus eſt ipſa Trinitas, vt o-
ſtendunt ea quæ ſuperius iã ſæpiſsime diximus. Quòd
autem non proficientem, ſed perfectum deus pater ge-
nuerit filium deũ, verũ dicis. Sed quòd ipſam filij per-
fectionẽ perfectioni patris non vis æquare, hoc falſum
dicis, & veritati qua verus eſt filius contradicis. Homo
enim ſi poſſet, inquis, perfectum mox generare filium,
non paruulũ generaret, qui coaugmentatus annis, tan-
dem aliquando ſui genitoris impleat volũtatem: veri-
tatem veriſsime omnino cõtra te loqueris. Sed vt con- K
tra te nõ ſit quod loqueris, agnoſce æqualitatem patris
& filij: quia & homo ſi poſſet, filium mox generaret æ-
qualem, nec expectaret annos, per quos in forma filij
poſſet volũtas eius impleri. Deus ergo cur non æqualẽ
genuit filium, cui nec anni neceſſarij fuerunt per quos
adimpleretur, nec omnipotẽtia defuit? An forte noluit?
Ergo quod abſit, inuidit: Sed nõ inuidit, æqualem ergo
genuit: Ac per hoc vnius eiuſdemq; ſubſtãtiæ: Quãdo-
quidem homo qui propterea, quia non poteſt non gi-
gnit æqualem, eiuſdem tamen ſubſtantiæ gignit filium
cuius eſt ipſe Quod ſi nõ eſſet, profecto verus filius eſſe
nõ poſſet. Quid eſt ergo quod dicis, pater talem genuit
filium, qualis & nunc eſt, qualis & permanet ſine fine?
Hoc bene diceres, ſi patri æqualem verum filium non
negares. Cum vero perfectum dicis & æqualem negas,
& talẽ qualis eſt natus, ſine fine permanere non negás,
proculdubio minorem patre filium ſine fine remanere
pronuncias: Ac per hoc naſcitur filius hominis minor
patre: & quia imperfectus naſcitur, creſcendo ad formã
peruenit patris. Natus eſt dei filius minor patre: Et quia
perfectus atque immortaliter natus eſt, nullum accipit L
incrementum, ſed eum ipſa perfectio à forma patris in
æternum efficit alienũ. Ecce quæ creditis, ecce quæ di-
citis, ecce, quod peius eſt, quæ docetis. Sed in auditorũ,
inquis, eſt arbitrio, vt eligant alterum de duobus, aut
obedientẽ patri filium, qui ſe exinaniuit formam ſerui Philip. 2.
accipiens, cui & pater donauit nomen quod eſt ſuper
omne nomen: aut interpretationem tuã. Prorſus audi-
tores, quibus donat dominus intellectum, nõ vnum de
duobus illis eligunt, ſed vtrunque, id eſt & obedientem
patri filium, & interpretationẽ, vel potius expoſitionẽ
meam, qua oſtendi ſic obedientem fuiſſe in forma ſer-
ui, vt formam non amitteret dei, in qua æqualis eſt pa-
tri: Tu vero vide quàm contumelioſe filio dei tribuas
obedientiam, cuius minuis in diuinitate naturam.

Quando autem à me audiſti, propter Iudæos hu- Cap. XVI.
militatis non veritatis gratia dixiſſe filium, quòd deus
ſit pater eius? Hoc à me ita nunquam audire potuiſti, ſi-
cut nunquam dixi, ſed planè dixi propter formam ſer-
ui dictum eſſe. Sicut autem ipſa forma ſerui vera, non
falſa eſt, ita patrẽ ſuum eſſe etiam propter illam deum
ſuum veraciter dixit, non humiliter finxit. Quis enim
eſt humilitatis fructus, vbi detrimentum eſt veritatis? M
Tu autem iſtam certiſsimam veritatem ita es refutare
conatus, vt diceres ideo verba iſta quib⁹ ait dominus,
Deum meum & deum veſtrum: ad formam ſerui non Ioan. 20.
pertinere, quia eis verbis poſt reſurrectionem vſus eſt
dominus, quaſi formã ſerui reſurrectione conſumpſe-
rit, ac non potius in melius cõmutauerit: quaſi non qui
mortuus eſt, ipſe etiam reſurrexerit: quaſi non forma
[ſerui] quæ occiſa eſt, ipſa reſurrexerit: quaſi non ipſa in
cœlum leuata ſit, in ipſa dei filius ſedeat ad dexterã pa-
tris, in ipſa vẽturus ſit ad viuos & mortuos iudicãdos?
Nónne clariſsima conteſtatio eſt angelorũ dicentium:
Sic veniet quẽadmodum vidiſtis eum euntem in cœlũ? Act. 1.
Cur ergo poſt reſurrectionem nõ diceret, Aſcendo ad Ioan. 20.
patrem meũ & patrem veſtrum, deum meum & deum
veſtrũ: quando in eadem forma fuerat aſcẽſurus, prop-
ter quam ex tempore deus eſt eius, qui ſine tempore pa
ter eſt eius? Propter quam formam non ſolum poſt re-
ſurrectionem, verũetiam poſt iudicium ſubiectus erit 1. Cor. 15.
ei, qui illi ſubiecit omnia. Quotquot ergo teſtimonia
poſuiſti, quibus probares dictum eſſe deum Chriſti, eũ
qui pater eſt Chriſti, diſcutere quẽadmodũ dicta ſint,
ſuperfluum

A ſuperfluum iudico:ſed à te fruſtra cómemorata eſſe,pu-
to quòd nec tu debeas dubitare.Iam vero illud vbi do-
minus in eadem carne quam reſuſcitauerat cóſtitutus,
Matth.28. & eundem hominẽ gerens,ait ad diſcipulos ſuos:Data
eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Euntes do-
cete omnes gentes,baptizantes eos in nomine patris &
filij & ſpiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia quæ-
cunq; mandaui vobis:vt quid cómemoraueris,& quid
inde probare volueris,prorſus neſcio. Nũquid enim ait:
Data eſt mihi à deo meo poteſtas?Quod ſi dixiſſet,pro-
pter ipſam humanam formã dictum fuiſſe ambigi non
deberet.Quia vero non dixit,quid iſto teſtimonio vo-
lueris agere,non intelligo: Immo intelligo te id egiſſe,
vt abundantius loquereris. Si enim tanquam deo data
eſt hæc poteſtas, naſcenti eam pater dedit,nó indigen-
ti:quia gignendo dedit,nó augendo. Si vero tanquam
homini data eſt hæc poteſtas,quid habet queſtionis?An
forte nos admonere voluiſti, quòd baptizari dominus
iuſſerit gẽtes, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti?
Vbi audis vnũ nomen, & vnam nó vis intelligere dei-
tatem.Quod autem dicis,& ante incarnationem Chri-
B ſti, patrem dictum eſſe deum eius,quoniã ſcriptum eſt,
Pſal.44. Vnxit te deus deus tuus: longe ante quam Chriſtus ve-
niſſet in carne, ità ne non intelligis in prophetia eſſe
prædictum,tanquam fuerit factum quod erat futurum?
Pſal.21. An non ſic in Prophetia, ait ipſe dominus, Foderunt
manus meas & pedes:& cætera quibus paſſionem ſuam
tanto ante prænũciauit,& quod futurum erat,tanquam
iam factum eſſet expreſſit? Dictum eſt ergo in prophe-
tia rerum futurarum,tanquam locutione rerum præte-
Pſal.44. ritarum. Vnxit te deus deus tuus oleo exultationis præ
participibus tuis: Participes eius ſignificans, qui futuri
fuerant ſerui eius, ſocij eius,amici eius,fratres eius,mem
bra eius. Prædictum eſt ergo quod futurum erat,vt vn-
geret deus Chriſti, hominem Chriſtum: qui tamen ſic
factus eſt homo,vt maneret deus. Vngeret autẽ non vi-
ſibili & corporali oleo,ſed ſpiritu ſancto,quem ſcriptu
ra nomine olei exultationis,figurata,vt ſolet,locutione
ſignificat. Dixit autẽ,vnxit: non dixit,vncturus eſt:quia
in prædeſtinatione iam factum erat,quod ſoo tempore
futurum erat. Vbi tu timens ne ſpiritus ſanctus,quo vn-
ctus eſt Chriſtus, maior videatur eſſe quàm Chriſtus,
quia reuera maior eſt homine Chriſto:qui enim ſancti-
C ficat,eo qui ſanctificatur eſt maior: hoc ergo timẽs,vo-
luiſti oleo exultationis eam læticiam ſignificatã videri,
qua filius exultauit cum patre,quando eſt condita crea-
tura. Et cómemoraſti vt ſoles teſtimonia cauſæ tuæ nõ
neceſſaria, de læticia patris & filij. Sed quid facturus,
quò iturus? Quo modo id quod eſt luce clarius,aut ne-
gaturus,aut in aliud quodcunq; verſurus es,cum recita-
tur tibi quod beatus Petrus in Apoſtolorum Actibus di
Act.10. xit, Hunc Ieſum à Nazareth,quẽ vnxit deus ſpiritu ſan
cto. Ecce quod prophetabatur quando dictum eſt, Vn-
Pſal.44. xit te deus deus tuus oleo exultationis, vel oleo læticiæ
præ participibus tuis. Deus enim cui dictum eſt in eodẽ
Pſalmo, Thronus tuus deus in ſeculum ſeculi:virga di-
ſectionis,virga regni tui. Dilexiſti iuſticiã, odio habui-
ſti iniquitatem,propterea vnxit te deus deus tuus:à deo
patre vnctus eſt filius, qui ſic homo factus eſt vt mane-
ret deus,qua vnctione plenus erat: id eſt ſpiritu ſancto.
Luca.4. Propter quod de illo ſcriptũ eſt,Ieſus autem plenus ſpi-
Cap.XVII. ritu ſancto,reuerſus eſt ab Iordane. Dicis & in per-
ſona ſpiritus ſancti nó poſſe ſuſcipi quod de filio dictũ
Ioan.1. eſt, Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt
nihil. Et hoc ideo dicis, vt quibus potueris perſuadeas,

quod vobis male perſuaſum eſt,ſpiritum ſanctum non D
eſſe creatorẽ: quaſi legeris, Omnia per ipſum facta ſunt
ſine ſpiritu ſancto:aut, Omnia per neminem facta ſunt
niſi per ipſum. Quanquã & ſi tale aliquid legeris,ſic ſpi-
ritum ſanctũ ab hac operatione,qua conſtituta eſt crea-
tura,credere non deberemus excluſum: ſicut filius non
excluditur ab ea ſcientia de qua dictum eſt: Quæ dei *1.Corin.2.*
ſunt,nemo ſcit niſi ſpiritus dei. Si autẽ quia non eſt no-
minatus, quòd etiam per illum facta ſit creatura, quan-
do de filio dictum eſt,Omnia per ipſum facta ſunt:ideo
putas dei ſpiritum non eſſe creatorem,proculdubio nec
in eius nomine poteris baptizatos dicere, quibus ait Pe
trus,Agite pœnitentiam,& baptizetur vnuſquiſque ve- *Actor.2.*
ſtrum in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti: quia non
ait,& ſpiritus ſancti:nec in patris nomine,quia nec ipſe
ibi eſt nominatus. Si autẽ etiam non nominatis patre &
ſpiritu ſancto,in nomine Ieſu Chriſti iuſſi ſunt baptiza-
ri:& tamen intelliguntur non baptizati niſi in nomine
patris & filij & ſpiritus ſancti: cur non ſic audis de filio
dei,Omnia per ipſum facta ſunt:vt & non nominatum
intelligas ibi etiam ſpiritum ſanctum? Nam quid excel-
lentius in creaturis quàm virtutes cœlorum? Scriptum E
eſt autem, Verbo domini cœli firmati ſunt,& ſpiritu o-
ris eius omnis virtus eorum. Dixeras nempe non me ta *Pſal.32.*
lia reperire in ſcripturis diuinis,quibus ſpiritum ſanctũ
æqualem aſſerã filio. Ecce reperi, vbi etiam maior poſ-
ſit viderit niſi reuocet pietas, quę illum veraciter confi-
tetur æqualem. Nam vtique maius aliquid ſunt virtutes
cœlorum, quæ firmatæ ſunt ſpiritu oris domini, id eſt
ſpiritu ſancto,quàm cœli qui firmati ſunt verbo domi-
ni:hoc eſt, vnigenito filio. Sed ſi cóſulas veritatem,res
vtraque ab vtroque firmata eſt:& id quod de vno dici-
tur,& de altero tacetur,de vtroq; intelligitur. Quid au-
tem eſt inconſideratius, quàm negare eſſe ſpiritum dei
creatorem, cum deo dicatur: Auferes ſpiritũ eorum & *Pſal.103.*
deficient,& in puluerẽ ſuum conuertentur. Emitte ſpi-
ritum tuũ & creabuntur,& innouabis faciem terræ:niſi
forte minus idoneus erat ſpiritus ſanctus creãdis rebus
quæ fuerant defecturæ, cum ſit idoneus creandis, quæ
ſunt ſine fine mãſuræ? Pauloante dixi,quid eſt excellen
tius in creaturis,quàm virtutes cœlorum? Quid dicam
de carne creatoris? Quandoquidem creator ipſe per
quem facta ſunt omnia: Panis, inquit,quem ego dede- *Ioan.6.*
ro, caro mea eſt pro mundi vita. Quid ergo dicemus? F
Mundus per filium factus eſt, & creator eſt filius: caro
eius quæ data eſt pro mundi vita, per ſpiritum ſanctum
facta eſt,& nó eſt creator ſpiritus ſanctus? Cũ enim vir- *Luca.1.*
go Maria dixiſſet angelo promittenti ei filium, Quo
modo iſtud fiet,quoniam virum nó cognoſco? Reſpon
dit angelus, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te,& virtus
altiſſimi obumbrabit tibi: Propterea quod naſcetur ex
te ſanctum, vocabitur filius dei. Hic tu, quod in conſe-
quẽtibus quodam loco tuæ proſecutionis aduerti, aſſe-
rere conaberis ſpiritum ſanctũ præceſſiſſe,vt mundaret
& ſanctificaret virginẽ Mariam:ac deinde veniret vir-
tus altiſſimi, hoc eſt ſapientia dei, quod eſt Chriſtus: & *1.Corin.1.*
ipſa ſicut ſcriptum eſt,ædificaret ſibi domũ:hoc eſt,ipſa *Prouer.9.*
crearet ſibi carnem,non ſpiritus ſanctus. Quid eſt ergo
quod ait ſanctum Euangelium,Inuenta eſt in vtero ha- *Matth.1.*
bens de ſpiritu ſancto? Nempe obſtructũ eſt os loquen- *Pſal.62.*
tium iniqua. Si ergo cogitas os veraciter aperire,nó ſo-
lum filium,verumetiã ſpiritum ſanctum creatorem car
nis filij confitere. An forte dicturus es, ea facta eſſe per
ſpiritum ſanctum quæ commemoraui:id eſt,quòd om-
nis virtus cœlorum per eum firmata ſit, quòd per eum

G creabuntur homines denuo, qui primo ita creantur vt
conuertantur in puluerē ſuum: quòd ipſe carnem ope-
ratus eſt Chriſti, nā de anima nolo aliquid dicere, cuius
difficillima quæſtio eſt: & ſi quid aliud per ſpiritum ſan
ctum creatum potuerit inueniri: non tamen omnia, ſi-
Ioan. 1. cut per vnigenitū filium de quo dictum eſt, Omnia per
ipſum facta ſunt? Si hoc dicis, nō times ne tibi dicatur,
† eo potiorē. ſapientiorē † filio eſſe ſpiritum ſanctum, quòd elegit ſibi
meliora quæ faceret, nec facere inferiora dignatus eſt.
† aliâs, Sed Sed quis hoc ſapit, niſi qui deſipit? † Facta ſunt ergo cun
ſi quis hoc cta per filium? Abſit, vt ſpiritu ſancto ab hoc opere ſepa
ſapit, non rato: ſicut de illis magnis operibus dictū eſt, Omnia au-
quæ dei ſūt tem hæc operatur vnus atq; idem ſpiritus: nec tamen ab
ſapit. hac operatione filius ſeparatur. Magnū ſanè aliquid ti-
bi dicere videris, quia dicis, Filius erat in principio an-
1. Cor. 12. tequam aliquid eſſet, pater vero ante principium. Vbi le
giſti vt hoc crederes? Vnde pręſumpſiſti vt hoc diceres,
vbi nec authoritas vlla, nec ratio eſt? Quid eſt enim an-
te principium, quandoquidem quicquid ante eſſet, hoc
eſſet principium? Si pater ergo principium eſt, ante ſe-
H ipſum eſt: quia & ipſe principium eſt. Quid eſt autē, In
Ioan. 1. principio erat verbum: niſi, in patre erat filius? & ipſe fi-
lius interrogatus à Iudæis quis eſſet, reſpondit, Princi-
Ioan. 8. pium qui & loquor vobis. Pater ergo principiū non de
principio: filius principium de principio: Sed vtrunq;
ſimul, non duo, ſed vnum principium. Sicut pater deus
& filius deus, ambo ſimul nō duo dij, ſed vnus deus. Nec
ſpiritum ſanctum ab vtroq; procedentem negabo eſſe
principium, ſed hæc tria ſimul ſicut vnum deū, ita vnū
Ca. XVIII. dico eſſe principium. Quid ſi audieris, inquis, patrē
Pſal. 109. dicentem, Tecum principiū in die virtutis tuæ in ſplen
doribus ſanctorum, ex vtero ante Luciferum genui te?
Quid promittis, vel quid minaris, ſi audiero quod fre-
quenter audio & fideliter credo? Sed hinc te nihil adiu
uari, cur non videas plurimū miror. Siue enim ex perſo
na ſua hoc Propheta dicat ad dominum Ieſum, ſiue ex
perſona patris ad filium, cum ego ambas generationes
Chriſti, & ex deo patre ſine tempore, & ex homine ma-
tre in plenitudine temporis accipiam, venerer, & præ-
dicem, nō eſt hoc teſtimonium aduerſum me. Sed mo-
ras innectere voluiſſe indicat te, vbi ego potius intelli-
go, quare ex vtero dixerit genui te: quia hoc & tu ex
perſona patris accipis dictum. Non enim quemadmo-
dum corporis humani ſunt membra diſpoſita, ſic habet
I vterum deus, ſed verbum tranſlatum eſt à corporali ad
incorporalem ſubſtantiam, vt intelligeremus de patris
ſubſtantia genitum vnigenitum filium, ac per hoc quid
aliud quàm vnius eiuſdemq; ſubſtantiæ? Ego itaque hoc
teſtimonium proferre contra te debui, ſed gratias ago
quia cōmonuiſti. Conſidera ergo quantum mali ſit, ꝙ
eiuſdem ſubſtantiæ filium negatis, quem genitum con-
fitemini ex vtero patris, iniuriam grauiſſimam facien-
tes deo, tanquam illud quod ipſe non eſſet, ex vtero gi-
gnere potuiſſet. Nónne ſentitis vos generationem dei
credere vicioſam, prædicare monſtruoſam, qui dicere
audetis ex vtero dei proceſſiſſe diuerſam naturā. Si au-
tem hoc ſicut debetis horretis, reſpuitisq; nobiſcū iam
tandem cōcilium Nicenum & Homouſion laudate ac
tenete nobiſcum. Quis autem nō videat defectum tuū,
vbi cum audiſſes, me commemorante, in prophetia di-
xiſſe Chriſtū ſuo patri, De vētre matris meæ deus meus
es tu: vt intelligeremus eius naturæ illum eſſe deū quam
filius ipſius ex tempore de ventre matris accepit, patrē
vero naturę illius quam de ſe ipſo ipſe generauit: tu nō
inueniens quid reſponderes, tamen ne taceres dixiſti, ex
ventre matris natum profiteris Chriſtum ſecundū car- K
nem: & addidiſti, quod nec Iudæi diffidunt. Ac deinde
quæſiſti: Cur iſta teſtimonia in medium non proferan-
tur, quæ illam natiuitatem demonſtrāt in principio, ſi-
cut & præcedens nos, inquis inſtruit teſtimoniū: quaſi
ego illam natiuitatē Chriſti non temporalem, ſed æter-
nam, propter quam dictū eſt, In principio erat verbum:
non credam, non prædicem, nō amplectar, ſed tantum
ex ventre matris natū aſſeram Chriſtum? Ecce ego dico
deum filium de deo patre ſine tempore genitum. Quo
modo ſit autem etiam deus eius qui pater eſt eius, oſten
di propter hominem quem ſuſcepit, & in quo natus eſt
de vētre matris, ſine cōcubitu hominis patris. Ad quod
probandum, teſtimonium dedi, vbi ait in prophetia pa
tri ſuo: De ventre matris meæ deus meus es tu. Tu qui *Pſal. 21.*
dicis me ex ventre matris natum profiteri Chriſtum,
quod nec Iudæi diffidunt, quaſi ego iſtam natiuitatem
Chriſti ſolam profitear: noli per inauia conari euade-
re, & dic potius, quare mihi non reſponderis, vbi dicit
Chriſtus patri: De ventre matris meæ deus meus es tu.
Ad hoc enim quoniam vidiſti non te habere quod di- L
ceres, aliam natiuitatem quæ dei de deo eſt, interponen
dam putaſti [qua fugeres: rogo te] quando quid reſpon-
deas non habes, quanto melius taceres? Si propter cor-
pus, inquis, in quo ſe exinaniuit, debitorem ſe ſentit ſuo
genitori, multo magis qui illum talem ac tantū genuit,
neceſſe eſt vt eum veneretur, eiq; offerat ſemper obſe-
quium. Quodlibet de veneratione & obſequio filij erga
patrem carnaliter ſentias, pater eius niſi de ventre ma-
tris eius non eſt deus eius. Iam quātum vis obſequatur
deo patri deus filius, quoniam video te non intelligere
quanta ſit in illa generatione geniti & genitoris æqua-
litas, nunquid ideo eſt diuerſa natura patris hominis &
hominis filij, quoniā filius obſequitur patri? Hoc eſt om
nino intolerabile in vobis, quia de obſequio filij diuer-
ſam vultis probare ſubſtantiam patris & filij. Prorſus a-
lia quæſtio eſt, vtrum ſint vnius eiuſdémque ſubſtantiæ
pater & filius, & alia quæſtio eſt, vtrum patri filius ob-
ſequatur. Interim verum filium non negemus, qui nul-
lo modo verus eſt filius, ſi non eſt ipſius & patris vna
eademq; natura. Dicite ergo deum patrem, & deum fi-
lium vnius eiuſdemq; eſſe ſubſtantiæ. Extorqueat vobis
diuinitas, quod humanitati donauit ipſa diuinitas. Ob-
ſequitur homo patri ſuo de quo natus eſt homo, tamen
obſequēdo eſſe non deſinit homo. Et ſi nō dico pariter M
honoratus, ſed honoratior eſſet filius, gauderet pater, nō
inuideret: honoraret tamen etiā ille patrē, & ſi non par-
uulus, acceſſu augendus ætatis, ſed ei natus eſſet æqualis.
Aequalem vero ſi pater homo potuiſſet, nullo dubitāte
genuiſſet. Quis ergo audeat dicere, hoc nec omnipotēs
potuit? Addo etiā, quia ſi poſſet homo, maiorem ſeipſo
melioremq; gigneret filiū: ſed maius vel melius deo quic-
quā non poteſt eſſe, ergo ei verū filium credamus æqua-
lē. Quòd ſi dixeris, eo ipſo maior eſt pater filio: quia de
nullo genitus, genuit tamē æqualem: cito reſpondebo,
Immo ideo nō eſt maior pater filio, quia æqualē genuit,
non minorē. Originis enim quæſtio eſt, quis de quo ſit:
æqualitatis autē, qualis aut quātus ſit. Proinde ſi admit-
tit ratio veritatis, vt æquali patri filius obſequatur æqua-
lis, nō negamus obſequiū. Si autem per obſequiū mino-
rē natū vultis credere, prohibemus: nullo modo enim
deus pater vt habere vnici filij poſſet obſequium, vellet
degenerare † naturam. Parentibus autem vt eſſet ſub- *† negare.*
ditus Chriſtus, non diuinæ maieſtatis fuit, ſed ætatis hu- *Lucæ 2.*
manæ. Fruſtra itaque dixiſti, ſi parentibus fuit ſubdi-
tus

A tus,quos creanit,quanto magis ſuo genitori,qui eum ta
lem ac tantum genuit? Reſpondetur enim tibi,Si paren
tibus fuit ſubditus propter puericiam,quãto magis deo
propter ipſam hominis formam? Quam formam cum
immortalem fecerit,non morte perdiderit,quid mira-
ris ſi etiã poſt huius ſeculi finem ſubiectus erit in ea illi
qui ei ſubiecit omnia? Tu autem non propter formam
ſerui dicis filinm patri eſſe ſubiectum, ſed quia eum ta-
lem ac tantum genuit , id eſt magnum deum , quanuis
patre ipſo minorem, Vbi & patri derogas,qui filium ſi-
bi vnicum,aut nõ potuit,aut non voluit gignere æqua-
lem : & ipſi filio qui vnicus patri non eſt generatus æ-
qualis : & ideo perfectus eſt natus , ne vnquam vel cre-
ſcendo fieret, quod non potuit eſſe naſcendo. Nos au-
tem non vt putas corpus tantum filij,id eſt,corpus ho-
minis , verumetiam humanum ſpiritum patri dicimus
eſſe ſubiectum : & ſecundum id quòd homo factus eſt
1.Corin.15. intelligimus dictum,Cum autẽ omnia illi ſubiecta fue-
rint , tunc & ipſe filius ſubiectus erit illi qui ſubiecit ei
B omnia. Secũdum id quòd Chriſtus eſt caput & corpus:
caput ſcilicet ipſe ſaluator qui ſurrexit à mortuis,& ſe-
Coloſſ.1. det ad dexteram patris:& Eccleſia quæ eſt corpus eius,
plenimdo eius,ſicut apertiſſime dicit Apoſtolus,Ac per
hoc cũ omnia Chriſto ſubiecta fuerint,& capiti & cor-
pori erũt ſine dubio ſubiecta. Nam ſecundum id quòd
†al. ſine tẽ- ſine tempore dicitur natus eſſe †, nihil vnquam potuic
pore deus ei nõ eſſe ſubiectum. Scimus quòd nos commemoran-
natus eſt. dos putaſti,quia pater non iudicat quenquam, ſed om-
Ioan.5. ne iudicium dedit filio . Vellem tamen diceres nobis,
quo modo pater non iudicet quenquam,ſed omne iu-
Ioan.8. dicium dedit filio, cum dicat idem filius, Ego nõ quæ-
ro gloriam meã,eſt qui quærat vt iudicet: vt ſcias ideo
dictum,Pater nõ iudicat quenquã,ſed omne iudicium
dedit filio:quoniam iudicandis viuis & mortuis forma
hominis apparebit,quam nõ habet pater: propter quòd
Zach.12. ait Propheta, Videbunt in quem pupugerunt.Sed inui-
ſibiliter etiam pater erit cum illo, quia inſeparabilis eſt
ab eo.Si enim non ſolum ſolus,quoniam pater mecum
Ioan.16. eſt, ait ipſe moriturus: quanto magis ſecum habebit pa-
trem,de mortuis & viuis iudicaturus? Cum illo erit etiã
ſpiritus ſanctus, Quo modo enim deſeret eum ſpiritus
Matth.3. ſanctus in regali ſede, quo plenus regreſſus eſt à Iorda-
Hebræ.2. ne? Quod itaq; ſcriptum eſt ad Hebræos, Nunc autem
C nec dum videmus omnia ſubiecta ei:eum autem modi-
co minus ab angelis minoratum videmus Ieſum prop-
ter paſſionẽ mortis,docere nos debet quo modo intel-
1.Cor.15. ligendum eſt quod ſcriptum eſt ad Corinthios , Cum
autem omnia illi ſubiecta fuerint:quia ſecundum id di
ctum eſt quòd factus eſt homo, nõ ſecundum id quòd
eſt deus.Sic ergo in homine apparẽs,in quo per paſſio-
nem mortis minoratus eſt modico minus ab angelis,
Matth.25. viuos & mortuos iudicabit,quãdo dicturus eſt, Venite
benedicti patris mei percipite regnum. Quo teſtimo-
nio nõ hominem , ſed deum minorem ſuo patre quaſi
probare voluiſti: ſed ſicut ab eis qui intelligunt reſpici-
Cap. XIX. tur,non probaſti. De ſpiritus ſancti autem gemiti-
bus,quia non ipſe gemit,ſed inſpirãs nobis deſiderium
2.Corin.5. ſanctum,nos facit gemere quãdiu peregrinamur à do-
mino, iam tibi ſufficienter reſpondiſſe me exiſtimo. Et
tales de ſcripturis ſanctis locutiones, quantum ſatis vi-
debatur oſtendi , quoniam ſic dicitur gemere ſpiritus
Gene.22. ſanctus,quia nos facit gemere,ſicut dixit deus,Nunc co
gnoui:quando cognoſcere hominem fecit. Non enim
tunc cognouerat quod tũc ſe dixerat cognouiſſe , quia
omnia ſcit antequam fiant. Ad quod te reſpondere nõ

potuiſſe oſtendi. Quid prodeſt,quia ſentis,quãdo non D
conſentis? Iam etiam de verbis domini vbi ait,Ego Caput XX.
& pater vnũ ſumus : nihil te reſpondere potuiſſe mon- Ioan.10.
ſtraſſe.Sed vt hic quoque oſtẽdam,ſi exemplis vt dicis,
quibus ego vſus ſum vis probare quo modo dictum ſit,
Ego & pater vnum ſumus:& ob hoc cõmemoras Apo-
ſtolicum teſtimonium, quod à me poſitum eſt, vbi ait,
Qui adhæret domino,vnus ſpiritus eſt:dic & tu,cũ ad-
hæret patri filius,vnus deus eſt. Nõ enim ait Apoſtolus,
Qui adhæret domino,vnum ſunt:ſicut dictum eſt,Ego
& pater vnum ſumus:ſed ait,vnus ſpiritus eſt. Cum au-
tem tu non dicas, Cum adhæret patri filius, vnus deus
eſt: vt quid & tu adhibes hoc Apoſtoli teſtimoniũ, vbi
ait,Qui adhæret domino, vnus ſpiritus eſt : niſi vt te e- 1.Cor.6.
tiam à te producto teſte conuincam? Nunc ſaltẽ diſtin-
gue duo iſta,quæ non potuiſti cum ſimul eſſemus in no
ſtra diſputatione diſtinguere. Diligenter itaque intelli-
ge† quod dico.Quãdo de rebus duabus aut pluribus di- †attende.
citur,vnus eſt vel vna eſt,& additur quid vnus vel quid
vna,& de his quæ diuerſæ,& de his quę ſunt vnius ſub-
ſtantiæ dici poteſt. Diuerſæ ſunt enim ſubſtantiæ ſpiri- E
tus hominis & ſpiritus domini:& tamen dictũ eſt, Qui
adhæret domino,vnus ſpiritus eſt. Vnius autẽ ſubſtan-
tiæ ſunt animæ hominum & corda hominum: de qui-
bus dictum eſt, Erat illis anima vna & cor vnum . Vbi Actor.4.
autem dicitur de duobus, aut pluribus,vnum ſunt: nec
additur quid vnum ſint,non diuerſæ intelliguntur,ſed
vnius eſſe ſubſtãtiæ, ſicut dictum eſt, Qui plantat & qui 1.Corin.3.
rigat vnum ſunt:Et,Ego & pater vnum ſumus.Tu autẽ Ioan.10.
qui patrem & filium diuerſas vis eſſe ſubſtantias, inue-
nire nõ potuiſti, vbi de diuerſis ſubſtantiis dictum fue-
rit,vnum ſunt. Et qui non vis dicere,cum filius adhæret
patri , vnus deus eſt : adhibuiſti & tu Apoſtoli teſtimo-
nium, quod ego adhibueram, ſed adhibuiſti contra te-
ipſum, vbi ait, Qui adhæret domino, vnus ſpiritus eſt.
Si enim de his qui diuerſæ ſubſtãtiæ ſunt,recte dici po-
tuit,vnus ſpiritus eſt: quãto magis de his qui vnius ſub-
ſtantiæ ſunt recte dicitur, vnus deus eſt. Si hæc intelli-
gis,nõ te ad ea reſpondiſſe iam perſpicis,& de conſen-
ſu voluntatis te inaniter tam multa dixiſſe cognoſcis.
Etiam nos quippe incomparabilem conſenſum volun
tatis,atque indiuiduæ charitatis,patris & filij & ſpiritus
ſancti confitemur, propter quod dicimus, hæc trinitas
vnus eſt deus.Sed nos hoc etiam,quod vos non dicitis, F
dicimus propter vnam eandemq; naturam atque ſub-
ſtantiam,hi tres vnum ſunt, Hæc ſi diſtinxeris, & con-
tentioſus eſſe nolueris,non te ad ea reſpondiſſe aliquid
iam videbis , & de hac quæſtione proculdubio iam ta-
cebis. Vbi autem dixit filius patri, Verum nõ quod ego Marci.14.
volo, ſed quod tu vis: quid te adiuuat ꝙ tua verba ſub-
iungis & dicis, Oſtendit vere voluntatem ſuam ſubie-
ctam ſuo genitori:Quaſi nos negemus,hominis volun
tatem voluntati dei debere eſſe ſubiectam? Nam ex na-
tura hominis hoc dixiſſe deum cito videt, qui locũ ip-
ſum ſancti Euangelij paulo attentius intuetur. Ibi enim
dixit, Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem. Nunquid
ex natura vnici verbi poſſet hoc dici? Sed homo qui pu
tas gemere naturam ſpiritus ſancti : cur nõ etiam natu-
ram verbi dei vnigeniti triſtem dicas eſſe potuiſſe? Ille
tamen ne quid tale diceretur, non ait,triſtis ſum: quan-
uis etiã ſi hoc dixiſſet, nõ niſi ex natura hominis opor-
tuiſſet intelligi:ſed ait,Triſtis eſt anima mea:quam ſicut
homo vtique habebat humanam: quanquam & in hoc
quod ait,Non quod ego volo: aliud ſe oſtẽdit voluiſſe
quàm pater, quod niſi humano corde non poſſet, cum

G inſirmitatem noſtram in ſuum, non diuinum, ſed humanum transfiguraret affectũ. Homine quippe non aſſumpto, nullo modo patri diceret vnicum verbũ, Non quod ego volo. Nunquã enim poſſet immutabilis illa natura quicqnam aliud velle quàm pater. Hæc ſi diſtingueretis, Arriani hæretici nõ eſſetis. Nam & illud quod
Ioan. 6. dictum eſt, Deſcendi de cœlo non vt faciã voluntatem meam, ſed volũtatem eius qui me miſit: poteſt quidem accipi etiam ſecundum id quod eſt vnigenitum verbũ: vt ideo voluntatẽ non ſuam dixerit eſſe, ſed patris, quoniam de patre eſt quicquid eſt filius: non eſt autem de fi-
Ioan. 7. lio quicquid eſt pater, ſecũdum quod dictũ eſt, Et mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui me miſit: quoniã patris doctrina ipſe eſt qui patris eſt verbum, & vtique nõ
Ioan. 16. eſt à ſeipſo, ſed à patre. Et rurſus cum dicit, Omnia quæ habet pater, mea ſunt: patri ſe oſtendit æqualem. Nõ abſurdum eſt tamen vt etiam hoc, ſecundum id quod homo factus eſt, dixiſſe accipiatur. Deſcendi de cœlo non
Ioan. 2. vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui me miſit. Secundus enim Adam qui tollit peccata mũ-
Roma. 8. di, iſto modo ſe diſcreuit à primo Adam, per quem peccatum intrauit in mundum: quia iſte [non fecit] volun-
H tatẽ ſuam, ſed eius à quo miſſus eſt, cum ille fecerit ſuã, non eius à quo creatus eſt. Nec moneat quo modo Chriſtus ſecundum id quod homo eſt deſcẽderit de cœlo, cum de matre quæ in terra erat factus ſit homo. Hoc enim propter vnitatem perſonæ dictum, quoniam vna
Ioan. 3. perſona eſt Chriſtus deus & homo. Propter quod etiã nemo, inquit, aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcẽdit, filius hominis qui eſt in cœlo. Si ergo attendas diſtinctionem ſubſtantiarum, filius dei de cœlo deſcẽdit, filius hominis crucifixus eſt. Si vnitatem perſonæ, & filius hominis deſcendit de cœlo, & filius dei eſt crucifixus, Ipſe eſt enim dominus glorię, de quo ait Apoſtolus,
1. Corin. 2. Si enim cognouiſſent, nunquã dominum gloriæ crucifixiſſent. Propter hanc ergo vnitatem perſonæ, non ſolum filium hominis dixit deſcendiſſe de cœlo, ſed eſſe dixit in cœlo, cũ loqueretur in terra. Non ergo voluntatem ſuam fecit, quia peccatum nõ fecit, ſed voluntatem fecit illius qui eũ miſit. Tunc enim facit homo voluntatem dei, quãdo facit iuſticiam quæ ex deo eſt. Nec ſic arbitremur à patre miſſum eſſe filiũ, vt non ſit miſſus
Eſa. 48. à ſpiritu ſancto, cũ vox ipſius ſit per Prophetam, Et nũc
I dominus miſit me, & ſpiritus eius. Hoc enim filium dixiſſe indicãt ea quæ ſunt dicta ſuperius, Nam ſic ad iſta verba peruentum eſt, Audite me inquit, Iacob & Iſraël quẽ ego vocabo. Ego ſum primus, & ego ſum in æternum, & manus mea fundauit terram, dextera mea ſolidauit cœlũ. Vocabo illos, & aſtabunt ſimul, conuenient etiã vniuerſi & audient. Quis illis enunciauit hæc? Diligens te feci voluntatem tuam ſuper Babylonia, vt tollatur ſemẽ Chaldæorum. Ego locutus ſum, ego vocaui, adduxi illum, & proſperã viam eius feci. Conuenite ad me, & audite iſta, Nec enim ab initio in obſcuro locutus ſum, cum fiebant ibi eram, Et nunc dominus miſit me, & ſpiritus eius. Quid hoc apertius? Nec ſic à patre & ſpiritu ſancto miſſus eſt vt ſe ipſe non miſerit: ſicut à patre
Roma. 8. oſtenditur traditus, vbi legitur, Qui filio proprio nõ pe-
Gala. 2. percit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum. Alio autẽ loco de ipſo filio dicitur, Qui me dilexit, & tradidit ſe-
Ioan. 5. ipſum pro me. Quo modo autem nõ facit voluntatem ſuã qui dixit, Sicut pater ſuſcitat mortuos & viuificat,
Matth. 8. ſic & filius quos vult viuificat? Et cum ei dictum eſſet, Si vis, potes me mundare. Reſpondit, Volo mũdare. Et ad verbum continuo factum eſt quod velle ſe dixit. Sicut autem facit filius voluntatẽ patris, ſic & pater facit vo- K
luntatẽ filij. Nam filius dicit, Pater volo vt vbi ego ſum, Ioan. 17.
& iſti ſint mecum. Non dixit peto vel rogo, ſed volo: vt iſto volente faceret ille, ſicut illo volẽte faciebat iſte: & non alia ille, alia iſte, ſed quæ ille, hæc etiam iſte. Quæcunq; enim pater facit, hęc & filius ſimiliter facit. Verba Ioan. 5.
ſunt ipſius, verba veritatis ſunt, falſa eſſe non poſſunt.

Suſcipere te dicis quod protuli, Neſcitis quia templũ Cap. XXI.
dei eſtis, & ſpiritus dei habitat in vobis? Quod potuiſti 1. Cor. 3.
dicere ideo dictũ eſſe, quia in nemine habitat deus, quẽ nõ ante ſpiritus ſanctus ſanctificauerit atq; purgauerit, quaſi templũ deo habitaturo non ſibi ſanctificet & purget ſpiritus ſanctus: cum Apoſtolus hinc oſtenderit ipſum eſſe deum, cuius nos dixerat eſſe templum, quia nõ ait, & ſpiritus dei ſanctificat & purgat vos vt deus habitet in vobis: ſed ait, Spiritus dei habitat in vobis: vtique in templo ſuo deus habitat. Nam quid eſt templum dei, niſi habitaculum dei? Vidiſti autem etiam tu conſequenter eſſe deum noſtrum cuius ſumus templum, & noluiſti aliud teſtimonium commemorare quod pro-
tuli. Neſcitis quia corpus veſtrũ templum in vobis ſpi- 1. Cor. 6.
ritus ſancti eſt, quem habetis à deo? Iam ergo confitere L
deum eſſe ſpiritum ſanctum, Neq; enim niſi eſſet deus haberet templum, & templum non manufactum, ſed ædificatum de membris dei. Chriſtus enim ſuper omnia eſt deus benedictus in ſecula, cuius membra ſunt noſtra corpora. Qui enim dixit, Neſcitis quia corpus veſtrum tẽplum in vobis ſpiritus ſancti eſt: ipſe dixit, Neſcitis quia corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Itáne vero cui de lignis & lapidibus Salomon ædificauit templum, deus eſt: & cui templum ædificatur de membris
Chriſti: hoc eſt, de membris dei, deus non eſt? Cum lo- Actor. 7.
quens de deo beatiſſimus martyr Stephanus dixerit, Salomon ædificauit ei domum, ſed ſummus nõ in manufactis templis habitat. Et tamen Chriſti membra quorum caput eſt ſuper omnes cœlos, templum ſunt ſpiritus ſancti, quem conſtat veniſſe de cœlo. Iſtum negare deum quid eſt, niſi non eſſe & nolle eſſe templum eius?
Alloquitur nos Apoſtolus dicens, Obſecro autem vos Roma. 12.
fratres per miſerationes dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuam, ſanctam, deo placentem. Corpora itaq; fidelium hoſtia ſunt deo, membra Chriſti, tẽplum ſpiritus ſancti, & deus nõ eſt ſpiritus ſanctus? Quis hoc
dicit niſi in quo non habitat? Quoniam in quo habitat, M
vtique templum eius eſt. Denique cum dixiſſet Apoſto- 1. Corin. 6.
lus, Neſcitis quia corpus veſtrum templum in vobis ſpiritus ſancti eſt, quem habetis à deo, & non eſtis veſtri, Empti enim eſtis precio magno: continuo ſecutus adiunxit, Glorificate ergo deum in corpore veſtro. Vbi dilucide oſtendit deum eſſe ſpiritum ſanctum, glorificandum ſcilicet in corpore noſtro tanquam in templo
ſuo. Et quod Ananiæ dixit Apoſtolus Petrus, Auſus es Actor. 5.
mentiri ſpiritui ſancto? Atque oſtendens deum eſſe ſpiritum ſanctum, Non es, inquit, hominibus mentitus, ſed deo. Miror autem cor veſtrum quantum ſermone explicare non poſſum, quo modo cum ſic laudetis ſpiritum ſanctum, vt eum ſanctificandis fidelibus vbiq; aſſeratis eſſe præſentem, tamẽ negare audeatis deum. Itáne deus non eſt qui repleuit orbem terrarum? Scriptura e-
nim dicit, Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Sapien. 1.
Sed quid dicamus quòd repleuit orbem, qui repleuit or-
bis etiam redemptorem? Dominus enim Ieſus plenus Matth. 3.
ſpiritu ſancto regreſſus eſt à Iordane: & præſumitis dicere, quia ipſe dominus Ieſus erat, & ſpiritus ſanctus quo plenus erat, non erat deus tam male ſentien-

tes de

A tes de ſpiritu ſancto, vt nõ ei tribuatis ſaltem quod tri-
butum eſt Moyſi famulo dei, qui non munera gratiarũ,
ſed plagarũ prodigia in eodem ſpiritu ſancto, quia ip-
Exod.8.& ſe eſt digitus dei, Aegyptiis ingerebat, & tamẽ Pharao-
7. ni deus erat. [Vno loco erat ad affligendos Aegyptios,
& Pharaoni deus erat:] Vbique adeſt ſpiritus ſanctus ad
homines in æternam vitã regenerandos, & non eſt eis
deus? Imò vero eſt, & deus verus eſt, quia dei veri mem-
bra templum eius eſt: & vtique ſubiectum eſt templum
illi, cuius eſt templum. Quo modo ergo deus nõ eſt, cui
ſunt membra dei ſubiecta? Ac per hoc & dominus eſt tẽ-
pli ſui. Quis enim hoc neget, quis ita deſipiat, vt dicat
nõ eſſe aliquem dominum domus ſuæ. Quo modo er-
go ſpiritus ſanctus non eſt dominus, qui dominus eſt
membrorũ domini? Ipſe eſt quippe ſpiritus domini de
2.Corin.3. quo vno eodémque loco dictum eſt, Cum autem con-
uerſus fuerit ad deum, auferetur velamẽ. Dominus au-
tem ſpiritus eſt. Vbi autem ſpiritus domini, ibi libertas.
Iam creatorem ſuperius demõſtraui ſpiritum ſanctũ.
Quo modo autẽ rex non eſt, cuius templũ eſt qui mem
B bra ſunt regis? Quo modo nõ conſidet patri & filio, qui
repleuit filium; qui membra filij ſuam poſſidet domũ.
Niſi forte quando filius regreſſus eſt à Iordane, plenus
erat ſpiritu ſancto: & quãdo ſedere cœpit ad dexteram
patris, excluſit à ſe ſpiritum ſanctũ? Deinde cum de pa-
tre procedat, quo modo cum patre nõ ſedeat, Cum ip-
ſa ſeſſio non ſit vtique cogitanda carnaliter? Alioquin
opinaturi ſumus honorabilius filium ſedere quàm pa-
trem. Honorabilius quippe ſedetur ad dexteram, & vi-
debitur eſſe cõſequens, vt pater ſedeat ad ſiniſtram. Po-
ſtremo qualis vobis perſuaſerit ſpiritus, vt ſancto ſpiri-
tui denegetis, quod ſanctis hominibus ſancta ſcriptura
Ephe.2. concedit, vos videritis. Ait enim Apoſtolus, Cum eſſe-
mus mortui peccatis, conuiuificauit nos Chriſto: cuius
gratia ſalui facti ſumus, & ſimul excitauit, & ſimul ſede-
re fecit in cœleſtibus in Chriſto Ieſu. Sancti ergo quos
ſanctificat ſpiritus ſanctus cõuiuificati Chriſto: ita ſimul
ſeſſuri prædeſtinati ſunt, vt iam factũ dicat Apoſtolus,
quod certum eſt affuturũ: & ipſi ſpiritui ſancto ſubtra-
hitur à vobis quiſquis eſt ille cõſeſſus, tanquam ſedere
cũ patre vel filio ſit indignus, qui eadẽ ſede efficit con-
dignos. Cui mouetis etiam quæſtionem quòd nõ ado-
retur, & hoc vtiq; ſimillimo errore, cum legatis vt iam
C ſupra docui, à ſanctis etiam homines adoratos. Et tamẽ
vt inuidiam blaſphemantis euites, ita laudas ſpiritũ ſan-
ctũ, vt tribuas ei quod nõ habet vlla creatura, & detra-
Cap. XXII. has ei quod adipiſcitur & humana creatura. Dixiſſe
me quod commemoras fateor, & nũc dico, ꝙ Saluator
noſter non dixerit, vt ipſi & nos vnum: ſed, vt ipſi ſint
Ioan.17. vnũ. Et de his Euangelicis verbis ſatis à me recolo iam
fuiſſe reſponſum, cũ oſtenderem refellere te nõ potuiſſe
quæ dixi: Quoniã popoſci, vt proferres vbi legeris, vnũ
ſunt, dictum eſſe de aliquibus rebus, quę nõ eſſent vnius
eiuſdemq; ſubſtantiæ: neq; protuliſti. Quid enim te ad-
iuuat quòd dilectionis cõſenſione affirmas dictum eſſe
1.Corin.3. de Paulo & Apollo. Qui plantat autẽ & qui rigat vnũ
ſunt, cũ eos non oſtendas diuerſæ fuiſſe ſubſtantiæ: Am
bo quippe homines erant. Si enim non diligerent inui-
cem, natura vnum eſſent, dilectione nõ eſſent. Si autem
vnum natura non eſſent, vnũ dici dilectione non poſ-
ſent. Poſcit ergo filius vt ita ſint vnum, quo modo ip-
ſe & pater vnum ſunt: id eſt, non ſolum natura, quod
iam erant: verumetiam perfectione charitatis atque iu-
ſticiæ, pro ſuæ capacitate naturæ, quantum in dei regno
eſſe potuerint. Vt etiam ipſi ſumme vnum ſint in natu-

ra ſua, quemadmodum pater & filius ſumme vnũ ſunt, D
quamuis in excellentiore atque incomparabiliter me-
liore natura ſua. Dixit ergo ad patrem filius, Pater ſan- Ioan.17.
cte ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi, vt ſint
vnum ſicut & nos. Non dixit, vt ſint vnum nobiſcum:
aut vt ſimus vnũ ipſi & nos. Item paulopoſt, Non pro
his autem rogo tantum, ſed etiam pro eis qui credituri-
ri ſunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum ſint;
ſicut tu pater in me & ego in te, vt & ipſi in nobis vnũ
ſint. Neque hic dixit, vt ipſi & nos vnum ſimus: ſed, vnũ
ſint in nobis. Quoniam homines qui natura vnum
ſunt, ſumme atque perfecte ſecundum ſuum modum
vnum eſſe non poſſunt iuſticiæ plenitudine, niſi in deo
perficiantur, vt vnum ſint in patre & filio: id eſt, in ip-
ſis vnum, non cum ipſis vnum. Adhuc ſequitur & ad-
iungit, vt mundus credat quia tu me miſiſti, & ego cla- Ibidem.
ritatem quam dediſti mihi, dedi illis, vt ſint vnum, ſi-
cut nos vnum ſumus: Ego in eis & tu in me, vt ſint con-
ſummati in vnum. Neque hic dixit, vt nobiſcum ſint
vnum: aut, vt ipſi & nos ſumus vnum. Deinde cum ad-
didiſſet, Vt cognoſcat mundus quia tu me miſiſti, & di- E
lexiſti eos ſicut & me dilexiſti: ſecutus adiunxit, Pater,
volo vt vbi ego ſum & illi ſint mecum. Vbi ſum, inquit,
mecum ſint. Hoc ergo voluit vt cum illo eſſent, non vt
illi & ipſe vnum eſſent. Quid eſt quod dicere voluiſti,
Dilectionis fecit mentionem, & non ſubſtantiæ: quan-
uis tu non eo loco iſta domini verba poſueris, quo ab
ipſo ſunt poſita. Sed quid ad nos? quandoquidem non
ipſos & ipſe, vel ipſos & patrem dixit aut voluit vnum
eſſe, ſed ipſos vnum eſſe voluit, quos nouerat vnius eſſe
ſubſtantiæ. Sicut & nos, inquit, vnũ ſumus, quos identi-
dem nouerat vnius eſſe ſubſtantiæ. Tu ſi vis aliquid re-
ſpondere, oſtende ſecundum ſcripturas ſanctas de ali-
quibus rebus dictum, vnum ſunt, quarũ eſt diuerſa ſub-
ſtantia. Hoc enim Chriſtus non dixit, quod tamen tu
auſus es dicere: id eſt, Apoſtolos vnum eſſe cum patre &
filio: in eo quod in omnibus ad voluntatem dei patris
reſpicientes, ad imitationem filij ſubditi vni deo patri
& ipſi inueniuntur. Hæc dicens, deum & homines ſan-
ctos vnum eſſe feciſti. Poteſt ergo quiſquam ſanctorũ
dicere, Ego & deus vnum ſumus? Abſit hoc à cordibus
& oribus ſanctis. Puto autẽ quòd & vos à quocunq; hoc
audiatis, horreſcitis, nec fertis quenquã hominem quan-
tolibet munere ſanctitatis excellat dicentẽ, Ego & deus F
vnum ſumus. Sed forte arrogantiæ videatur, vt hoc de
ſeipſo aliquis dicat. Itáne vero quiſquã veſtrum: & ſi nõ
audet dicere, Ego & deus vnum ſumus: ſaltem audet di-
cere, Paulus & deus vnum ſunt: ſicut incunctanter dici-
mus, Paulus & Apollo vnum ſunt: Deus pater & deus fi-
lius vnum ſunt? Porrò ſi nõ audetis dicere, quilibet ho-
mo ſanctus, quilibet Propheta, quilibet Apoſtolus &
deus vnũ ſunt: quis te vrgebat, quis præcipitabat, vt di-
ceres, Apoſtoli vnum ſunt cum patre & filio? Vnũ ſunt,
inquis, pater & filius, non tamen vnus: continuoq; ſub-
iungis, Vnum ad concordiam pertinet, vnus ad nume-
rum ſingularitatis. Volebas autẽ dicere, Vnum ſunt, ad
concordiam pertinet: vnus eſt, ad numerum ſingulari-
tatis. Sed te à conſideratione verborum tuorum impe-
tus diſputationis auertit. Nam & vnũ & vnus vtiq; ad
numerum pertinet ſingularem. Sed quod verum † eſt, † dictum.
vnũ ſunt: propter id quod additum eſt, ſunt: pluralem
indicat numerũ, quadam ſingularitate connexum: vnus
eſt autem, apertiſſime numerus eſt ſingularis. Sed nun-
quid Apoſtolus diceret, Qui autẽ adhæret domino, vnũ
ſunt? Quid enim aliud diceret ſi hoc diceret, niſi homo

G ſanctus & deus vnum ſunt? Sed abſit abſit ab illa ſapien
1.Cor.6. tia iſta ſentẽtia, & tamen dixit, Qui autem adhæret do-
mino, vnus ſpiritus eſt: vt noueris de his dici, vnũ ſunt,
qui vnius ſunt eiuſdemq́; ſubſtantiæ: ſicut quibuſdã ho-
Gal.3. minibus dictum eſt, Omnes enim vos vnũ eſtis in Chri
Ioan.10. ſto Ieſu. Et ſicut ait ipſe Chriſtus, Ego & pater vnum ſu-
mus. Cum autem vnus dicitur, & quid vnus natura, &
quid vnus adiicitur: & de diuerſis ſubſtantiis dici po-
1.Corin.6. teſt, ſicut dictum eſt, Qui adhæret domino, vnus ſpiri-
tus eſt: & de rebus vnius ſubſtantiæ, ſicut dictum eſt,
Acto.4. Erat eis anima vna & cor vnum. Vnum erat, dixit, (nõ
dixit, erant:) & quid erat dixit, id eſt, anima & cor. Sic
& de patre & filio, vnum ſunt dicimus, quia vnius ſub-
ſtantiæ duo ſunt, & vnus eſt, dicimus, ſed addimus quid
vnus: id eſt, vnus deus, vnus dominus, vnus omnipotẽs,
& ſi quid huiuſmodi. Satis me vobis duarũ iſtarum lo-
cutionum arbitror inculcaſſe diſtantiam. Scrutare ita-
que ſcripturas canonicas veteres & nouas, & inueni ſi
potes vbi dicta ſunt aliqua, vnum ſunt, quæ ſunt diuer-
H ſæ naturæ atque ſubſtantiæ. Sanè falli te nolo in epiſto-
1.Ioan.5. la Ioannis Apoſtoli, vbi ait, Tres ſunt teſtes, ſpiritus, a-
Triplex te- qua & ſanguis, & tres vnum ſunt: Ne forte dicas ſpiritũ
ſtimonium. & aquam & ſanguinem diuerſas eſſe ſubſtantias, & ta-
mẽ dictum eſſe, tres vnum ſunt. Propter hoc admonui
ne fallaris. Hæc enim ſacramẽta ſunt, in quibus nõ quid
ſint, ſed quid oſtendant ſemper attenditur: quoniam ſi-
gna ſunt rerum, aliud exiſtentia, & aliud ſignificantia.
Si ergo illa quæ his ſignificantur, intelliguntur, ipſa in-
ueniuntur vnius eſſe ſubſtantiæ: tanquã ſi dicamus, Pe-
tra & aqua vnum ſunt, volentes per petram ſignificare
Chriſtum, per aquam ſpiritum ſanctum. Quis dubitat
petram & aquam diuerſas eſſe naturas? Sed quia Chri-
ſtus & ſpiritus ſanctus vnius ſunt eiuſdẽmque naturæ,
ideo cum dicitur, Petra & aqua vnum ſunt: ex ea parte
recte accipi poteſt, quia iſtæ duæ res quarum eſt diuerſa
natura, aliarum quoq́; ſigna ſunt rerum, quarum eſt vna
natura. Tria itaque nouimus de corpore domini exiſſe
cum pẽderet in ligno. Primo ſpiritum, Vnde ſcriptum
Ioan.19. eſt, Et inclinato capite tradidit ſpiritum. Deinde quan-
do latus eius lancea perforatum eſt, ſanguinem & aquã.
Quæ tria ſi per ſeipſa intuemur, diuerſas habent ſingu-
la quæque ſubſtantias. Ac per hoc nõ ſunt vnum. Si ve-
I ro ea quæ his ſignificata ſunt velimus inquirere, nõ ab-
ſurde occurrit ipſa trinitas, quæ vnus ſolus, verus, ſum-
mus eſt deus, pater & filius & ſpiritus ſanctus: de quibus
veriſſime dici potuit, Tres ſunt teſtes, & tres vnũ ſunt:
vt nomine ſpiritus ſignificatum accipiamus deum pa-
trem. De ipſo quippe adorando loquebatur dominus
Ioan.4. vbi ait, Spiritus eſt deus: Nomine autẽ ſanguinis filium,
Ioan.1. quia verbum caro factum eſt, Et nomine aquæ ſpiritum
ſanctum. Cum enim de aqua loqueretur Ieſus, quã da-
Ioan.7. turus erat ſitientibus, ait Euangeliſta, Hoc autem di-
xit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum.
Teſtes vero eſſe patrem & filium & ſpiritum ſanctum,
Ioan.8. quis Euangelio credidit, & dubitat, dicente filio, Ego
ſum qui teſtimonium perhibeo de me, & teſtimonium
perhibet de me qui miſit me pater. Vbi etſi nõ eſt com-
memoratus ſpiritus ſanctus, non tamen intelligitur ſe-
paratus. Sed nec de ipſo alibi tacuit, eumq́; teſtem ſatis
aperte monſtrauit. Nam cum illum promitteret, ait, Ip-
Ioan.15. ſe teſtimonium perhibebit de me. Hi ſunt tres teſtes, &
tres vnum ſunt, quia vnius ſubſtantiæ ſunt. Quòd au-
tem ſigna quibus ſignificati ſunt, de corpore domini
exierunt, ſignificauerunt Eccleſiam prædicantem tri-
nitatis vnam eandemq́; naturam: quoniam hi tres qui
trino modo ſignificati ſunt, vnum ſunt: Eccleſia vero *Coloſ.1.*
eos prædicans, corpus eſt Chriſti. Sic ergo tres res qui- K
bus ſignificati ſunt, ex corpore domini exierunt, ſicut
ex corpore domini ſonuit, vt baptizarentur gentes in
nomine patris & filij & ſpiritus ſancti: in nomine, non *Matth.28.*
in nominibus. Hi enim três vnum ſunt: & hi tres vnus
eſt deus. Si quo autem alio modo tanti ſacramenti iſta
profunditas, quæ in epiſtola Ioannis legitur, exponi &
intelligi poteſt ſecundũ catholicã fidem, quæ nec con-
fundit nec ſeparat trinitatem, nec abnuit tres perſonas,
nec diuerſas credit eſſe ſubſtantias, nulla ratione reſpu-
endum eſt. Quod enim ad exercendas mentes fidelium
in ſcripturis ſanctis obſcure ponitur, gratulandum eſt
ſi multis modis, non tamen inſipienter exponatur.

Quid eſt autem quod poſcis vt aſtruam, ſi pater & *Ca. XXIII.*
filius & ſpiritus ſanctus vnus eſt deus, cum hoc aſtruat
voce clariſſima ſcriptura diuina dicens, Audi Iſraël, do *Deute.6.*
minus deus tuus deus vnus eſt? Quod & vos vtique au-
diretis ſi Iſraël eſſe velletis, non carnaliter vt Iudæi, ſed
ſpiritaliter vt Chriſtiani. Qui enim non vult fideliter *Ibidem.*
audire quod dictum eſt, Audi Iſraël, dominus deus tuus L
deus vnus eſt: ſupereſt vt eum qui hoc dixit credat eſſe
mendacem. Si autem mendax ille non eſt, vox iſta ve-
ra eſt. Si vox iſta vera eſt, quæſtio iſta finita eſt. Procul-
dubio quippe vos veritas cogit patrem & filium & ſpi-
ritum ſanctum confiteri vnũ deum verum†. Sed ſi ſpi- *†vnũ domi*
ritum ſanctum, cuius templum non manufactum, ſed *num deum.*
corpus eſt noſtrum: cuius templum non ligna & lapi-
des, ſed membra ſunt Chriſti, negatis deum: de ipſo
Chriſto quid dicturi eſtis, quem deum & dominũ con-
fitemini? Reſpondete itaque nobis, vtrum pater & fi-
lius vnus ſit dominus deus? Si enim non eſt vnus, duo
ſunt: Si duo ſunt, mentitur qui dicit, Audi Iſraël, domi- *Deute.6.*
nus deus tuus deus vnus eſt. Mentitur qui dicit, Videte *Deute.32.*
quoniam ego ſum deus †, & non eſt alius præter me. *† dominus.*
Sed quia illum mentientem dicere non audetis, quare
vos corrigere dubitatis, & venire vel redire ad catholi-
cam fidem: quæ patrem & filium & ſpiritum ſanctum
nõ tres dominos deos, ſed vnum dominum deum cre-
dit & dicit, clamantem populo ſuo, Audi Iſrael, domi-
nus deus tuus deus vnus eſt: Et, Videte quoniã ego ſum
deus †, & non eſt alius præter me? Si te dicam ſurdum *†dominus.*
& cæcum, qui nec audis iſta nec vides, contumelioſum M
ſine dubio me putabis. Ecce non dico, Expone ergo no
bis quo modo accipias, Audi Iſraël, dominus deus tuus
deus vnus eſt: vtrum ibi ſit intelligendus & Chriſtus, an
non ſit. Si enim dixeris: ibi eſt, confiteberis mecum pa-
trem & filium vnũ eſſe dominum deum: Si autem re-
ſponderis, Chriſtũ non eſſe ibi intelligendũ; duos con-
tra vocẽ diuinã introducturus es dominos deos, quo-
niam non negas etiam Chriſtum eſſe dominum deum.
Similiter abs te quæro quo modo accipias, Videre quo- *Malach.3.*
niam ego ſum dominus, & non eſt alius præter me. Ibi
eſt Chriſtus, an non eſt? Si ibi eſt, profectò pater & filius
vnus eſt dominus: Si autem ibi non eſt, & tamen domi-
nus eſt: mentitur qui dicit, non eſt alius præter me do-
minus. Eſt enim alius dominus filius, ſi nõ eſt vnus do-
minus pater & filius. Quantumcunque enim excellen-
tius laudes patrem, & infra eum deprimas filium, id
agis, vt æquales non ſint: non vt duo non ſint. Clama
quantum vis, pater eſt maior, filius minor: reſponde-
tur tibi, duo ſunt tamen maior & minor. Nec dictum
eſt, dominus deus tuus maior dominus† eſt: ſed dictum *† al. deus*
eſt, Dominus deus tuus, deus vnus eſt: Neque dictum *vnus.*
eſt, non eſt alius æqualis mihi: ſed dictum eſt, Non eſt
alius

A alius dominus præter me. Aut ergo cófitere patrem &
filium vnum eſſe dominum deum, aut aperte nega do-
minum deum eſſe Chriſtum, ſicut aperte negas domi-
num deum eſſe ſpiritum ſanctum. Quod ſi feceris, il-
lis quidem te diuinis vocibus nó vrgebo, ſed alia teſti-
monia diuina proferam, quibus te & in iſto errore de-
teſtabiliore conuincam. Nunc autem & ſi negas domi-
num deum eſſe ſpiritum ſanctũ: vt iſtis tamen vocibus
conteraris, ſatis eſt quòd Chriſtum deum & dominum
confiteris: qui ſi non eſt cum patre vnus dominus deus,
duo domini dei veſtri erũt, & falſæ illæ dei voces erũt.
Deute.6. Dominus deus tuus deus vnus eſt: & non eſt alius præ-
Deute.32. ter me. Sed quanto melius erunt verba veſtra emenda-
ta, quàm dei verba mendacia? Quæris à me, vtrum Iu-
daico modo te horter profiteri vnum deum: an de ſub-
iectione filij potius, ſecundũ quod fides habet Chriſtia-
na, oſtẽdatur vnus eſſe deus: cuius filius noſter eſt deus?
Ita hoc dicis quaſi Iudæorum ſit vox, Audi Iſraël, domi
nus deus tuus deus vnus eſt: aut, Ego ſum dominus, &
nó eſt alius præter me. Ipſe deus hoc dixit, agnoſce & ta
ce: vel potius ediſſere quo modo verũ dixerit, quẽ nul-
B lus veſtrum audet affirmare mentitum. Ediſſere, inquã,
quo modo verum ſit, dominus deus tuus deus vnus eſt:
ſi domini dei noſtri vt dicitis duo ſunt: vnus maior, a-
lius minor. Ediſſere quo modo verum ſit, Ego ſum do-
minus, & nõ eſt alius præter me. Quis enim hoc dixe-
rit quæro, vtrum pater, an filius? Si pater dixit, Ego ſum
dominus, & non eſt alius præter me: non verum dixit,
quia eſt alius dominus filius. Si filius hoc dixit, nec ipſe
verum dixit: quia eſt alius dominus pater. Si autem hoc
dixit trinitas, profecto & verum dicit, & vos falſum di
cere oſtendit. Trinitas quippe ſecundum veram fidem,
id eſt, pater & filius & ſpiritus ſanctus, in cuius nomine
baptizamur, & vnus dominus deus noſter eſt, & præter
ipſum alius non eſt. Ipſe eſt enim deus de quo dicit A-
1.Corin.8. poſtolus, Nullus eſt deus niſi vnus. Nam ſi hoc de patre
acceperis dictum, non tibi erit deus Chriſtus, quia non
poteſt ſolui ſcriptura dicẽs, Nullus deus niſi vnus: vt hic
vobis taceam de ſpiritu ſancto, quem ſuperius dominũ
deũ oſtendimus, vobis negantibus. Quapropter ſi Ma-
cedoniani hæretici eſſetis, qui de ſolo ſpiritu ſancto ca-
tholicæ fidei conſentire detrectant: patrem vero & fi-
lium duos quidem eſſe, id eſt, illum patrẽ, illum filiũ, &
C æquales eſſe, atq; vnius eiuſdemq; ſubſtantiæ: nec tamen
duos dominos deos, ſed ambos ſimul vnum dominum
deum eſſe conſentiunt. Si ergo & vos ſaltem hactenus
erraretis, non vtiq; his diuinis vocibus vrgeremini, Pa-
trem quippe & filium aſſereretis vnũ dominum deum
dixiſſe, non eſt alius præter me. Vtinam non reſtaret a-
gere vobiſcum, niſi vt adiũgeretis ſpiritum ſanctum, &
nó dualitatem, ſed trinitatem diceretis vnũ dominum
deum. Nũc vero cũ ſic aſſeritis, patrem dominũ deum,
& filium dominum deum, vt ſimul ambos non dicatis
vnum dominum deum, ſed duos, maiorẽ vnum, & mi-
norem alterum, prorſus confodimini gladio veritatis
dicentis, Audi Iſraël, dominus deus tuus deus vnus eſt:
qui clamat, Ego ſum dominus, & non eſt alius præter
me. Neque enim deus pater ſic vellet Iſraëlitas à cultu
deorũ reuocare multorum atq; falſorum, vt eis de vno
domino ac deo mentiretur & diceret, nó eſſe præter ſe
alium deum, cum ſciret deum & dominũ eſſe ſuum fi-
lium. Abſit vt veritas & veritas pater mendacio deci-
peret populum ſuum: hæreticorum ſit hæc, non catho-
licorum tam horrẽda & deteſtanda blaſphemia. Pror-
†dominum ſus deum† verum dicit cum dicit, Audi Iſraël, dominus
deus tuus deus vnus eſt: quia pater & filius & ſpiritus D
ſanctus nó tres dij, ſed vnus deus: nec tres domini, ſed
vnus dominus eſt. Prorſus verum dicit, Ego ſum domi
nus, & non eſt alius præter me: quia non hoc pater tan-
tum, ſed ipſa trinitas dicit, hic eſt vnus deus†, & non a-
lius præter ipſum. Nam ſi pater diceret, Ego ſum domi †dominus
nus, & non eſt alius præter me: negaret vtique deum†
eſſe vnigenitum filium. Et quis noſtrum auderet eum †dominum
dominum confiteri, contradicente patre atque dicen-
te, Ego ſum dominus, & non eſt alius præter me? Ac per
hoc ſecundum rectam fidem, non patris, ſed trinitatis
hæc vox eſt, & patris ergo & filij & ſpiritus ſancti. Obti-
ceſcant igitur linguæ ignorantiũ veritatem, Hæc trini-
tas deus vnus eſt. De hoc vno deo dicitur, Audi Iſraël,
dominus deus tuus deus vnus eſt: hic deus vnus dicit,
Ego ſum dominus, & non eſt alius pręter me. Subiectus
eſt quidem patri filius ſecundum formam hominis: nó
tamen ſunt duo dij & duo domini ſecundum formam
dei, ſed ambo cũ ſpiritu ſuo† vnus eſt dominus. Teſti- †al. ſancto.
monia quæ de Paulo Apoſtolo protuliſti, contra te lo-
quuntur, & neſcis. Dicit enim ille, Gratia vobis & pax à Roma.1.
deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto. Quo modo
eſt autem dominus Ieſus Chriſtus, ſi pater dicit, Ego E
ſum dominus, & non eſt alius præter me? Non ergo ſo
lius patris, vt dixi, ſed trinitatis hęc vox eſt. Adhibes al-
terum teſtimonium, & ipſum contra teipſum, vbi ait
Apoſtolus, Vnus deus pater, ex quo omnia, & nos in ip- 1.Cor 8.
ſo: & vnus dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, &
nos in ipſo, ſicut tu locutus es, Apoſtolus autem, & nos
per ipſum ait, non ait in ipſo. Sed hæc quid ad cauſam?
ſolent iſta contingere, ex memoria proferentibus teſti-
monia, non ex codice illa legẽtibus. Quod ad rem per- Ibidem.
tinet potius intuere. Ecce dicit Apoſtolus, Vnus deus pa
ter, ex quo omnia, & nos in ipſo: & vnus dominus Ieſus
Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum. Omnino
duas perſonas, vnam patris, alteram filij, ſine vlla con-
fuſione & ſine vllo errore diſtinxit. Neque enim duo
ſunt dij patres, ſed vnus deus pater. Nec duo ſunt domi
ni Ieſu Chriſti, ſed vnus dominus Ieſus Chriſtus. In illa
quippe trinitate quæ deus eſt, vnus eſt pater, nó duo vel
tres: & vnus filius, non duo vel tres: & vnus amborum
ſpiritus, nó duo vel tres. Et ipſe vnus pater vtique deus
eſt, & ipſe vnus filius etiam vobis fatentibus deus eſt, &
ipſe amborum ſpiritus etiam vobis negãtibus deus eſt. F
Sic & dominum ſi quæras, ſingulum quemq; reſpódeo,
ſed ſimul omnes nó tres dominos deos, ſed vnum do-
minum deum dico. Hęc eſt fides noſtra, quoniã hæc fi-
des eſt recta, quæ fides etiam catholica nuncupatur. Tu
autẽ qui huic fidei cótradicis, quæſo expone nobis, etiã
Ieſus Chriſtus quo modo ſit dominus, qui non trinita-
tis, ſed ſolius patris eſſe aſſeris vocẽ, Ego ſum dominus,
& non eſt alius pręter me? Nempe turbaris, nempe quid
reſpondeas nõ inuenis, niſi quia tacere quãdo conuin-
ceris non vis. Si enim non deus trinitas, ſed pater tan-
tum dixit, Ego ſum dominus, & nó eſt alius præter me:
proculdubio negauit eſſe dominum filium: quoniam ſi
dominus eſt & filius, falſum dictum eſt, nõ eſt alius do-
minus præter me. Non enim agitur de domino, quales
ſunt domini hominum ſeruorum, quos Apoſtolus ſe-
cundum carnẽ dominos eſſe dicit: ſed de domino agi-
tur, cui ſeruitus illa debetur, quæ Græce λατρεία dicitur,
ſecũdum quam dictum eſt, Dominum deũ tuum ado- Deute.6.
rabis, & illi ſoli ſeruies, Qui dominus deus ſi non trini- Matth.4.
tas eſt, ſed ſolus eſt pater: prohibemur vtique domino
deo Chriſto tali ſeruitute ſeruire, in eo quòd audimus,

G illi ſoli ſeruies:ſi ita dictum eſt,ac ſi diceretur,deo patri
ſoli ſeruies.Qui profecto ſi ſolus,& non ipſa trinitas di-
xit,Ego ſum dominus,& non eſt alius præter me:nega-
uit eſſe filium dominum talem, quali domino ſeruitus
illa debetur,qua non niſi deo cum vera religione ſerui-
tur. Non enim dixit, ego ſum dominus maior aut me-
lior,& non eſt tantus ac talis præter me:ſed volens ſibi
ſoli ea quæ domino deo debetur ſeruitute ſeruiri, Ego
ſum,inquit,dominus,& non eſt alius præter me.Porro
ſi vox iſta,Sicut catholica fides dicit,vnius dei eſt,quod
eſt ipſa trinitas,ſine vlla dubitatione huic ſoli ſeruiendũ
eſt ea ſeruitute, quæ nõ niſi domino deo debetur, quia
ipſe eſt dominus,& oon eſt alius præter ipſum.Deinde
1.Cor.8. quęro quo modo accipias quod dictũ eſt,Vnus eſt deus
pater,ex quo omnia,& oos in ipſo:& vnus domious Ie-
ſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum: Nun-
quid non & ex filio ſunt omnia? Quandoquidem ipſe
Ioan.5. dicit, Quæcunq; pater facit, hæc & filius ſimiliter facit.
Si autem ita diſtinguis, vt non ſint per patrem omnia,
ſed ex patre:nec omnia ſint ex filio,ſed per filium:quis
H eorum tibi videtur eſſe ille,de quo idẽ Apoſtolus dicit,
Roma.11. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei, quàm
inſcrutabilia ſunt iudicia eius,& inueſtigabiles vię eius:
Quis enim cognouit ſenſum domini,aut quis conſilia-
rius eius fuit? Aut quis prior dedit illi & retribuetur ei?
Quoniam ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia,
Ipſi gloria in ſecula ſeculorum,amen. Vtrum pater eſt
intelligendus an filius? Deum naoque prius nominauit
dicens,O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei.
Poſt ea vero eum dominũ appellauit,vbi ait,Quis enim
cognouit ſenſum domini?Sed hoc non habet contro-
uerſiam: vtrunque enim nomẽ etiam vos aſſigoatis pa-
tri & filio.Neque enim ſic dicitis deum patrem, vt oe-
† dominum getis deũ eſſe filium:aut ſic dicitis deum † filium,vt ne-
getis eſſe deum† patrem.Quãuis in hoc Apoſtolico te-
ſtimonio quod adhibuiſti,deus dicatur pater,domious
filius:id eſt,vnus deus pater ex quo omoia, & vnus do-
minus Ieſus Chriſtus per quem omnia.Sed illud attẽde
vbi dictum eſt, O altitudo diuitiarũ ſapientiæ & ſcien-
tiæ dei:Nam ſiue pater ſit iſte,ſiue filius,ex ipſo & per ip-
ſum & in ipſo ſunt omnia. Quo modo ergo ex patre
omnia non ex filio: & per filiũ omnia,non per patrem:
quandoquidem quemlibet eorum Apoſtolus voluerit
I hoc loco intelligi,ex ipſo,inquit, & per ipſum & in ipſo
ſunt omoia? Si ergo ſiue de patre ſiue de filio,veriſſime
tamẽ dicitur,quòd ex ipſo & per ipſum & io ipſo ſunt
omoia: ſine dubio patris & filij demõſtratur æqualitas.
Si autem quoniam non nominauit patrem & filium &
ſpiritum ſanctum,ſed deum & dominum,quod & ipſa
trinitas dici poteſt, ſingula horum trium referri ad ſin-
gulos voluit:ex ipſo diceñs,propter patrẽ: & per ipſum,
propter filiũ:in ipſo, propter ſpiritum ſanctũ:cur hanc
trinitatem vnum dominum deum nõ vultis agnoſce-
re?Quandoquidem nõ ait,ex ipſis & per ipſos & in ip-
ſis: ſed ait, ex ipſo & per ipſum & io ipſo ſunt omnia:
nec ait,ipſis gloria: ſed,ipſi gloria in ſecula ſeculorum,
amen. Falleris ſanè,qui putas de patre ſolo eſſe dictum,
Marci.10. Nemo bonus oiſi vnus deus.Si enim dixiſſet,nemo bo-
nus niſi vnus pater: nec ſic excluſum filium & ſpiritum
ſanctũ ab iſta voitate bonitatis voluiſſet intelligi: quia
& illud quod ſimili locutione dictum eſt, quam ſupra
1.Corin.2. commemoraui,Ea quæ dei ſunt nemo ſcit niſi ſpiritus
dei:non excludit ab hac ſcientia filiũ dei.Quanto ergo
nobis latitudo intelligentiæ magis patet, quia non di-
xit Ieſus, nemo bonus niſi vnus pater:ſed, nemo bonus
niſi vnus deus: quod eſt ipſa trinitas. Quærebat quip- K
pe ille cui hoc reſpondit dominus,non bonum quale-
cunque,ſed bonum quo fieret beatus:immo ipſam bea-
titudinem veram,id eſt,vitam deſiderabat æternam:&
interpellauerat tanquam homioem Chriſtum,neſciens
eum eſſe etiam deum. Dixerat enim, Magiſter bone, Marci.10.
quid faciam vt vitam æternam percipiam? Tunc ait il-
li,Quid me dicis bonum?Nemo bonus niſi vnus deus,
Vel ſicut legitur apud alium Euangeliſtam, quod tan-
tundem valet, Nemo boous niſi ſolus deus. Tanquam Luca.18.
diceret,Recte me appellabis bonum,ſi me noueris deũ.
Nam quando me oihil aliud quàm hominẽ putas,quid
me dicis bonum? Non te facit bonum,nec beatum,ni-
ſi bonum immutabile quod ſolus eſt deus. Nam bonus
angelus, bonus homo, bona cætera creatura: hæc non
ita bona ſunt, vt ea quiſquis adeptus fuerit, ſit beatus,
nec vlla eſt beata vita ſi non ſit æterna. Quo modo au-
tem nũ eſt tale bonũ dei filius verus, cum ſit verus deus
& vita æterna, ad quã cupiebat ille qui interrogauerat
peruenire? Proinde cum ego aſſeram, nemo bonus niſi
vnus & ſolus deus, de ipſa trinitate dictũ eſſe qui deus L
vous & ſolus eſt:tu autem aſſeras de ſolo deo patre di-
ctum eſſe,quia ipſe de nullo alio deus,de oullo alio bo-
nus eſt: filius autem de patre deus,de patre[magnus &]
bonus eſt: diligenter attende quis oostrum beoe ſen-
tiat de deo patre & de deo filio. Vtrum ergo qui dico,
Deus quidem pater,non de alio deo deus eſt:deus autẽ
filius de patre deo deus eſt,ſed tantus iſte de illo,quan-
tus ille de nullo: & bonus pater nõ de alio bono bonus
eſt, filius vero de patre bono bonus eſt: ſed tam boous
hic de illo, quàm bonus ille de nullo. An tu qui prop-
terea dicis ſolum eſſe patrẽ deum bonum,quia nec deus
eſt de alio deo, nec bonus de alio bono: filiũ vero ideo
patri non eſſe coæquandum, quia de illo deus eſt,de il-
lo bonus eſt? In qua ſententia vtrunque blaſphemas: &
patrem ſcilicet,quia noo taotum genuit quantus eſt ip-
ſe,nec talem qualis eſt ipſe: & filium,quia talis tantuſq;
naſci non meruit,qualis quaotúsque eſt ille qui genuit.
Denique iſta ipſa duo de quibus agimus, hoc eſt,deitas
& bonitas,quoniam dictum eſt,Nemo bonus niſi vnus
deus:in hac tua opinione deficiunt. Tantũ enim quan-
tus eſt ipſe, & talem qualis eſt ipſe,ſi nõ potuit gignere,
quo modo deus eſt?Si noluit,quo modo bonus eſt?Pa-
ter inquis,fons bonitatis eſt,qui quòd eſt boous à nemi- M
ne accepit.Nuoquid ideo minus bonus eſt filius:quoniã
quòd bonus eſt,ab eo patre accepit,qui naſcẽti filio tan-
tam bonitatem quaotacunque illi eſt,quia deus eſt,dare
potuit: & dedit,quia bonus inuidere non potuit? Nam
ſi minus bonitatis, quàm quod ipſe habet vnico dedit,
minus bonus eſt & ipſe quàm debuit,Quod ſentire de-
meotiæ eſt.Ergo quaotum ipſe habet booitatis, tantum
filio dedit. Et quia natura eſt,non gratia filius,naſcenti
non indigenti dedit: & plenus plenum, fons bonitatis
fontem genuit bonitatis,Ac per hoc nec auxit in ſe hic
quod accepit,nec minuit in ſe ille quod dedit: quia nõ
habet immutabilitas vnde deficiat, noo habet plenitu-
do quò creſcat. Quid eſt autem ipſa bonitas, niſi vita
viuificans? Proinde,quia fons fontem genuit, ſicut pa- Ioan.5.
ter ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & filius quos vult
viuificat. Hoc ipſe filius dixit, non ego. Vode merito
deo patri dicitur,Quoniam apud te eſt fons vitæ.Quis Pſal.35.
eſt autem iſte fons vitæ papud patrem, niſi de quo dici-
tur,In principio erat verbũ,& verbum erat apud deum, Ioan.10.
& deus erat verbũ: hoc erat in principio apud deũ: De
quo etiam paulopoſt dictum eſt, Et vita erat lux homi-
num.

A num. Hæc vita fons vitæ eſt, & lux iſta lux lucis eſt. Vn-
de cum dictum eſſet, Apud te eſt fons vitæ: continuo
ſubiunctum eſt, In lumine tuo videbimus lumen: hoc
eſt, in filio tuo ſpiritum ſanctum, quem tu quoque eſſe
illuminatorem in collationis noſtræ prima parte pro-
feſſus es. Fons ergo de fonte, filius de patre, & ſimul am
bo fons vnus: lux de luce, filius de patre, & ſimul ambo
lux vna: ſicut deus de deo, & ſimul ambo vtique deus
vnus, & hoc totum non ſine ſpiritu amborum. Ex hoc
fonte booitatis, ex hoc fonte vitæ, ex hoc immutabili
lumine, ex hac indeficienti plenitudine: id eſt, patre, &
filio, & ſpiritu ſancto, vno domino deo ſolo, ſecũdum
menſurã fidei ſuæ, qui veraciter credunt, ſumentes bo-
ni fiunt, viuificantur, illuminantur, implentur: Quibus
tu vnigenitum filium, pace tua dixerim, neſcio qua in-
credibili temeritate iuoxiſti, Tua quippe iſta ſunt ver-
ba, Siue, inquis filius, ſiue qui per filium ſunt facti, de il-
lo vno fonte bonitatis vnuſquiſque ſecundum menſu-
ram fidei ſuæ id ſumpſerunt vt eſſent boni. Vbi eſt er-
go quod fueras ante confeſſus, illum natura filium eſſe,
†al. nos, non † gratia? Ecce contra ſententiam tuam venis, Ecce
B iam prodis oefarium ſecretum hæreſis veſtrę, quia vni-
genitum verum dei filium, verum deum, oon natura
filium, ſed gratia profitemini. Si enim & ipſe, ſicut ver-
ba tua clamant, ſecũdum menſuram fidei ſuæ vt bonus
eſſet, aſſumpſit, gratia eſt ergo filius, non natura: & fuit
aliquando nõ bonus, & credẽdo factus eſt bonus, quia
vt eſſet bonus, quemadmodũ dicis, ſecundum menſu-
rã fidei ſuę de illo qui pater eſt, fonte bonitatis aſſump-
Lucæ.2. ſit. Legimus quidem quòd Ieſus proficiebat ætate & ſa
pientia: & gratia dei erat in illo, Sed ſecundum for-
Philip.2. mam hominis quã pro nobis accepit ex nobis, oon ſe-
cũdum formam dei, in qua non alienum arbitratus eſt
eſſe æqualis deo. Veruntamen etiam in ipſa forma ho-
minis legimus eũ ætate & ſapientia profeciſſe: non ta-
men vt ex noo bono bonus fieret credeodo meruiſſe.
Neque nuoc inter nos quæſtio vertitur de oatura filij
hominis, in qua dei filius minor eſt patre: ſed de natura
filij dei, in qua vt nos dicimus vos negatis, æqualis eſt
patri: quia filius verus, filius vnicus, filius de vero deo
verus deus, io nullo degenerauit à patre. Proinde iocõ
parabilem patrem filio, nec in ſcripturis ſanctis alicubi
C legere potuiſti. Nec ſana fide ipſe dixiſti: immenſum
etiam patrem, quem propterea dicis, vt filium non pa-
riter immenſum, ſed menſura exiſtimes terminatum.
Tecum habeto menſuram tuã, qua tuum falſum domi-
Ca. XXIIII num metiaris, & de vero domino mentiaris. Bene
Ioan.14. confiteris ꝙ & pater diligat filium, & filius diligat pa-
trem: ſed ſi & hoc confitearis quia noo eſt maior dile-
ctio in patre quàm in filio. Quia enim oatura diuinita-
tis æquales ſunt, æqualiter ſeinuicem diligunt. Facit au
tem filius ſicut homo mãdatum patris, Nam ſicut deus,
ipſe eſt mandatum patris, quia ipſe eſt verbum patris.
Vode alio loco de mãdato patris, hoc eſt, de ſeipſo di-
Ioan.12. cit, Scio quia mãdatum eius vita æterna eſt. Quòd au-
tem ipſe dei filius ſit vita æterna, ſcriptura diuina teſta-
Ioan.14. tur. Vbi autem ait, Qui me videt, videt & patrem: quis
neſcit ideo dictũ, quoniam quiſquis per intelligentiam
videt filium, patri vtiq; videt æqualem? Quod vos ideo
non vultis, quia per oculos cordis, quãtum in hac vita
Cap. XXV. videri poteſt, filium non videtis. Putas non rectè à
Philip.2. me dictum eſſe, ꝙ propter formam ſerui quam ſuſcepit
filius, maior ſit pater. Tu enim ſecundum hæreſim ve-
ſtram, in ipſa dei forma patrem filio vis eſſe maiorem:
cui paternam ſic inuides formã, vt ideo perfectũ velis
natum eſſe filium æterna perfectione, ne ad paternam D
formam ſaltem creſcendo valeat peruenire. Sed inani-
ter inuidet homo paternam formã dei filio, cui pater
eam non inuidit, quia æqualem ſibi vnicũ genuit. Sed
dicis non eſſe dei patris magnam gloriam, ſi ea forma
ſerui maior eſt, qua forma maiores ſunt & angeli. Vide
ſi aliud conaris, niſi ad vnius patris gloriam, per vnici
filij contumeliã peruenire, vt ſcilicet oon augeatur pa-
ter in gloria, niſi minuatur filius in natura. Cohibe te,
neſcis & patri & filio te ingerere contumeliam, ſi nec
ille potuit aut noluit gignere æqualẽ ſibi, nec iſte naſci
æqualis patri. Noo ſe vult deus ita laudari patrem, vt fi-
lium dicatur de ſeipſo generaſſe degenerem. Non vult
bonus filij dilector ita prædicari formam ſuam, vt eam
non potuerit vnicus eius vel naſceodo ſumere, vel cre
ſcendo cõprehendere. Quòd autem tibi videtur, nihil
magnũ de deo patre dici, ſi forma ſerui maior eſt, quia
maiores videntur & aogeli: oõ rectè cogitas, quem lo-
cum in rebus habeat humana natura, quæ cõdita eſt ad
imaginẽ dei. Maiores angeli dici poſſunt homine, quia
maiores ſunt homiois corpore: maiores ſunt & animo,
ſed infirmo, quem peccati originalis merito corrupti- E
bilem † aggrauat corpus. Natura vero humana, qualem Anima
naturam Chriſtus humanæ mentis aſſumpſit, quæ nul- Chriſti.
lo peccato potuit deprauari, ſolus maior eſt deus. De- † al. ſed in
nique propter quid dictũ ſit, Mioorasti eum paulomi- forma quã
ous ab angelis †: aperuit ſcriptura vbi legitur, Eum autẽ peccati &c.
modico minus q̃ angelos minoratum vidimus Ieſum corruptibi-
propter paſsionem mortis, Nõ ergo propter naturam le.
hominis, ſed propter paſsionẽ mortis. Natura vero ho- Pſal.8.
minis, quæ mente rationali & intellectuali creaturas cę Hebr.2.
teras antecedit, deus ſolus eſt maior: cui vtiq; iniuria fa † modico
cta nõ eſt, vbi ſcriptũ eſt, Maior eſt deus corde noſtro. min' quàm
Filius ergo dei ſuſceptum hominẽ leuaturus ad patrẽ angelos.
quaodo dicebat, Si diligeretis me, gauderetis vtiq;, quia 1. Ioan. 3.
vado ad patrem, quia pater maior me eſt: nõ carni ſuæ Ioan.14.
ſolum, ſed etiam menti quam gerebat humaoam, deum
patrem vtique præferebat: quæ tota ſioe dubio forma
agnoſcitur ſerui, quando tota ſeruit creatura creatori.

Poſtrema tibi diſputatio fuit, quo modo ſit deus pa Ca. XXVI.
tribus viſus, quando corpus humanum in quo videre-
tur nondum acceperat Chriſtus, cum inuiſibilis ſit per
ſeipſa diuina natura. Quod cum etiam tu ita confeſſus F
fueris, vt inter cætera, nõ ſolum patrem, ſed nec ipſum
filium in ſubſtantia diuinitatis ſuæ diceres eſſe viſibilẽ,
oon ſolũ hominibus, ſed nec ipſis cœleſtibus poteſtati-
bus: poſtea mutata ſentẽtia dicis eum & ante incaroa-
tionem ſuam conſpectibus apparuiſſe mortalium, aſſe-
rens illud quod ait Apoſtolus, Quem nemo hominum 1. Timo.6.
vidit nec videre poteſt: de ſolo deo patre dictum eſſe,
Filium vero ex initio generis humani videri ſolitũ eſſe
ab hominibus. Quod cum probare voluiſſes, multa de
ſcripturis ſanctis teſtimonia protuliſti, quæ te nihil ad-
iuuare potuerũt. Nõ enim legis alicubi ſcripſiſſe Moy-
ſem, ſicut dicis, ꝙ ab illo primo homine Adam vſq; ad
ipſam incarnationem ſemper filius viſus eſt. Hoc eoim
eum deſcribere pronũcias io Geneſeos libro, quod ita
falſum eſt, vt etiã ridiculũ ſit. Nunquid enim liber Ge-
neſeos ab Adam vſq; ad incarnationem Chriſti ea quæ
geſta ſunt cõtinet? Aut ipſe Moyſes vſque ad tempora
incarnationis Chriſti, vel in carne vixit, vel quæ facta
ſunt ſcripſit? Hęc dicis, & putas te aliquid dicere: vel pu
taris ab eis, qui nec iſta poſſunt, quę tam manifeſte falſa
ſunt, cernere. Deinde quod cõmemoras patrẽ ad filium
dicentem, Faciamus hominem ad imaginem & ſimi- Gene.1.
litudinem

G litudinem noſtrã, quid hoc ad rẽ pertinet, rogo te quid
ad rẽ pertinet? Tãtum netibi vacabat loqui, vt nõ attẽ-
dẽs quid probare ſuſceperis, memoriter nobis & inani-
ter ſcripturã Geneſeos vẽtilares? Nunquid hinc proba-
tur ante carnẽ ſuſceptã viſus ab hominibus Chriſtus,
quia dixit pater ad filiũ, Faciamus hominẽ ad imaginẽ
& ſimilitudinẽ noſtram? Deinde adiũgis & dicis, Et fe-
cit deus hominem: atq; addis, Quis deus, niſi filius? Et
vt mihi de opere quaſi præſcribas meo, Hoc vtique, in-
quis, & tu in tuis tractatibus expoſuiſti, Vbi nolo quæ-
rere q̃ verum loquaris, quando video ad cauſam nihil
pertinere quod loqueris. Agitur quippe inter nos, vtrũ
per diuinitatis ſuæ ſubſtantiam Chriſtus viſibus appa-
ruiſſet humanis, Et tu dicis, Fecit deus hominẽ: & ad-
dis, Quis deus, niſi filius? quaſi propterea neceſſe fuerit
vt homo deum opificem ſuum videret oculis carneis.
Hoc ſi ita eſſet, omnes homines viderent deũ. Quis enĩ
alius eos facit in vteris matrum? Adhuc adiũcis talia &
dicis, Iſte ergo filius qui eſt Propheta ſui genitoris, di-
Gene.2. cebat, Non eſt bonum eſſe ſolum hominẽ, faciamus ei
adiutorium ſecũdum ſe. Si quæram, quis tibi indicaue-
H rit quia filius hoc dicebat, in quibus anguſtiis te vide-
Gene.1. bis? Scriptura enim quæ dixit, In principio fecit deus
cœlum & terram: nõ exprimens vtrum pater, ao filius,
an ſpiritus ſanctus, an ipſa trinitas fecerit, quæ vnus eſt
deus: per cætera etiam ita cõmemorat deum, vt dicat,
Et fecit deus, & dixit deus, per quæq; opera eius, quorũ
illum aſſerit conditorem. Simili ergo locutione ait, Et
Ibidem. dixit deus, Faciamus hominem ad imaginem & ſimi-
litudinem noſtram, Et fecit deus hominem. Nec aliter
locuta eſt vbi ait, Nõ eſt bonum eſſe hominem ſolum,
faciamus ei adiutoriũ ſecũdum ſe. Vnde ergo tibi per-
ſuaſum eſt, cætera ſuperiora patrem dixiſſe, hoc autem
filium? Vnde quęſo diſtinguis, vnde diſcernis patrẽ di-
xiſſe, Fiat lux: & cætera? Patrem denique dixiſſe, Facia-
mus hominẽ. Et filium dixiſſe, Faciamus ei adiutoriũ:
cum tibi ſcriptura vbiq; non dicat niſi, dixit deus? Quę
eſt iſta temeritas, quæ præſumptio? Deinde cũ ideo pa-
trem maiorẽ ſoleatis aſſerere, quia dixit, Fiat illud, aut
illud, tãquam iubens filio: filium vero ideo minorem,
quia iuſſa perfecit, quid dicturi eſtis vbi ſcriptũ eſt, Fa-
ciamus hominem? Non enim ait ſicut in ſuperioribus,
I Fiat homo, tanq̃ id iuſſerit filio: ſed, faciamꝰ, inquit, ho-
minem, Quod non quæro quem dixiſſe arbitreris, Iam
enim verba tua tenemus, ꝙ pater hoc dixerit filio, Cur
ergo non ait, fiat, vel fac: ſed ait, faciamus. An cætera
deus imperauit, & filius fecit: hominem vero ambo fe-
cerunt, ſed patre & iubente & cooperante filio: filio au
tem non iubente, ſed tantum iuſſa faciẽte? Sed ſi prop-
terea patrem iubentem iotelligis, quia ſcriptum eſt, Di-
xit deus, Faciamus hominem: ergo iuſſit & filius, quia
tuipſe non patrẽ accipis dixiſſe, ſed filium, Faciamus ei
adiutorium. Et ſicut illud vbi dictum eſt, Et fecit deus
hominem: obediſſe iubenti patri filium vis videri, quia
pater dixerat, faciamus hominẽ: ita etiam vbi legimus,
Gene.2. Et immiſit deus ſoporem in Adam: & ſumpſit vnam
de coſtis eius, & cætera, quibus oſtẽditur factum homi-
ni eſſe adiutorium, obediſſe patrem iubenti filio, te au-
thore intelligamus: quia non patrem, ſed filium dixiſſe
aſſeris, Faciamus ei adiutoriũ. Sed hæc ita loquor quaſi
ad cauſam quæ à nobis agitur quicq̃ pertineat. Quod-
libet hinc volueris credere aut ſuſpicari: prorſus, ſicut
dicis, pater iuſſerit vbi dictum eſt, Faciamus hominẽ, &
filius obedierit vbi dictum eſt, Et fecit deus hominem:
prorſus ſicut te delectat filius dixerit, Nõ eſt bonũ eſſe
ſolum hominem, faciamus ei adiutorium: ſed talia di- K
cens ipſe non iuſſerit, quia hoc vultis: quo modo oſtẽ-
dis filium qui hominem fecerit, ab homine viſum: quo
modo oſtendis filium qui dixit, Non eſt bonũ eſſe ho-
minem ſolũ, faciamus ei adiutoriũ, ab homine viſum,
vel ab ipſa muliere, ſi eã factam non vis à patre, ne filio
pater obediſſe videatur, ſed ipſe eam filius tanq̃ ſibi iu-
bens ſibiq; obediens, & faciendã dixit & fecit. Demon-
ſtra filium viſum eſſe à viro, viſum eſſe à muliere, De-
monſtraturum te quippe promiſeras, & antequam in-
carnaretur viſum fuiſſe humanis aſpectibus filiũ. Oſtẽ-
de promiſſa, quid pergis in vacua? Quid deludis expe-
ctationem noſtram, nec exhibes pollicitationẽ tuam?
Multiplicas verba nõ neceſſaria, vt neceſſaria occupes
tempora. Si propterea viſus eſt à viro filius, quia fecit
eum, & propterea viſus ab eius muliere, quia fecit eam:
defini ſi audes, non poſſe deum filium & operari vidẽ-
tia, & à ſuis operibus quamuis alia videntibus nõ vide-
ri. Si autem hoc poteſt deus filius, ipſe quippe vſq; nunc
operatur cuncta vidẽtia, & tamen eorũ à ſeipſo creatis
oculis non videtur, quid eſt quod dixiſti? Cur iſta de li-
bro Geneſeos in tuo ſermõe poſuiſti? Cur nobis neceſ- L
ſaria temporũ ſpacia ſuperflua loquacitate finiſti? Sed
iſte inquis, filius viſus eſt Adæ, ſecundũ ꝙ legimus Adã
dicentẽ, Vocem tuã audiui deambulantis in paradiſo, Gene.3.
& abſcondi me, quia nudus ſum. Hoc ergo prius dice-
res homo bone, inde inciperes promiſſa monſtrare.
Quamuis & hic Adam, vocem tuam, ioquit, audiui: nõ
ait, faciẽ vel ſpeciem tuã vidi. Et quod ait, abſcõdi me,
quia nudus ſum: videri ſe à deo timuit: non à ſe viſum
eſſe deum monſtrauit. Nam ſi vox quaodo auditur, ſe-
quitur viſio: viſus eſt & deus pater quoties voce atte-
ſtatus eſt filio. Nouimus quippe in Euangelio verba pa
tris ſonaotis atque dicentis, Tu es filius meus dilectus Matt.3.
&c. vbi ab hominibus auditus, non tamen viſus eſt. Ac
per hoc & in illis verbis quæ adiungis, vbi dicit, Quis
nunciauit tibi, quia nudus es? & ſequẽtia, potuit audiri,
& noo videri deus. Nõdum itaque aliquid ex eo quod
promiſeras dixiſſe te vide: & dic tandem aliquid quod
diſcutere debeamus, aut quod pro tua cauſa eſſe fatea-
mur. Hic deus, inquis, & Abrahæ viſus eſt. Viſum eſſe
deum Abrahæ negare non poſſumus. Scriptura quippe
fideliſſima apertiſſime hoc loquitur dicẽs, Viſus eſt au Gene.18.
tem illi deus ad quercum Mambre. Sed neque hic ex- M
preſſum eſt, vtrum pater an filius. Cum autem narraret
ſcriptura, quo modo ei viſus ſit deus, tres viros illi ap-
paruiſſe declarat, in quibꝰ magis ipſa trinitas, quæ vnus
eſt deus, intelligi poteſt. Denique tres videt, & non do-
minos, ſed dominum appellat, quoniam trinitas tres
quidem perſonę ſunt, ſed vnus dominus deus. Sic autẽ
narratur quod vidit Abraham, Reſpiciens, inquit, ocu-
lis ſuis vidit, & ecce tres viri ſtabãt ſuper eum, & vidẽs
procurrit in obuiã illis ab oſtio tabernaculi ſui, & ado-
rauit ſuper terram & dixit, Domine, ſi inueni gratiam
ante te, ne prætereas ſeruum tuum. Hic videmus tres
viros apparuiſſe, & vnum dominũ deum dici, vnumq;
dominum rogari ne prætereat ſeruum ſuum, quoniam
congruit deo viſitare famulos ſuos. Deinde tres perſo-
nas pluraliter alloquitur dicens, Sumatur nũc aqua, &
lauem pedes veſtros, & refrigerate ſob arbore: & ſumã
panẽ & manducate, & poſtea trãſibitis in viã veſtram,
propter quod declinaſtis ad ſeruum veſtrum. Manife-
ſtum eſt eos tanquam homines inuitari. Non enim ta-
le illis præberetur obſequium, quo indigentia reficerẽt
corpora, niſi homines putarẽtur: & ſcriptura pluraliter
eos

A eos reſpondiſſe cõmemorat,ait enim, Et dixerunt, Sic
fac quemadmodum dixiſti , Non ait,& dixit:ſed dixe-
runt . Deinde cum eſſet parata refectio,dicit ſcriptura,
Et appoſuit ante illos,& ederuot. Nõ ait,appoſuit ante
illum,& edit . Sed vbi ad id vẽtum eſt,vt Abrahæ filius
promitteretur ex Sara,quia diuinum offerebatur bene-
ficium, non vt hominibus humanum exhibebatur ob-
ſequium,vnum narrat ſcriptura diceotem,Vbi eſt Sara
vxor tua?Non ait,dixerunt autem ad illum,ſed ait, Di-
xit autem ad illum , Vbi eſt Sara vxor tua? Quis autem
hoc dixerit,poſtea manifeſtat, Vbi cum riſiſſet Sara,ait
eadem ſcriptura,Et dixit dominus ad Abraham, Qua-
re riſit Sara in ſemetipſa? & cætera vſque in fioem,tan-
quã vnus dominus ſingulariter loquitur . Ac poſt hæc,
vt homines pluraliter abire narrãtur: & dicitur , Exur-
geotes autem inde viri,conſpexerunt io faciem Sodo-
morum & Gomorræ , Abraham vero ambulabat cum
illis deducens . Rurſus autem redit ſcriptura ad ſingu-
larem numerum,ac dicit,Dominus autem dixit , Nun-
quid celabo ego puero meo Abraham quæ ego facio?
Deinde promittitur Abrahæ pręclara & copioſa poſte-
B ritas,& Sodomorũ denunciatur interitus.Sequens au-
tem ſcriptura dixit , Et conuerſi inde viri, veneruot in
Sodoma,Abraham autem erat adhuc ſtans ante domi-
num.Et appropians Abrahã dixit, Ne ſimul perdas iu-
ſtum cum impio,& erit iuſtus tanquam impius. Et poſt
collocutionẽ domini atque Abrahæ , ſequitur ſcriptu-
ra & dicit,Abiit autẽ domious vt deſiit loqui ad Abra-
Gene.19. ham . Et Abraham regreſſus eſt in locum ſuum . Veoe-
runt autem duo angeli in Sodoma ad veſperã.Hi ſuot
de quibus pauloante dixerat , Conuerſi inde viri vene-
rũt inde in Sodoma.Sed duos eſſe nõ expreſſerat,cũ ab
initio tres viros dixiſſet apparuiſſe Abrahæ, & hoſpita-
liter ab illo eſſe ſuſceptos,quos & abeũtes deduxit am-
bulãs cum eis. Fortaſsis ergo iam pronunciare feſtinas
voũ fuiſſe in eis dominũ Ieſum,qui ſingulariter promit
tebat & reſpondebat Abrahæ.Duos vero illos angelos,
qui venerunt io Sodoma , taoquam miſsi angeli à do-
mino deo ſuo.Sed expecta,quid properas? Cooſidere-
mus omoia diligẽter, ac prius intueamur verba domi-
Gene.18. ni loquentis Abrahæ, Clamor Sodomorum,inquit, &
Gomorræ multiplicatus eſt , & peccata eorum magna
valde.Deſcendens ergo videbo,ſi ſecũdum clamorem
ipſorum venieotẽ ad me cõſummant.Hic ſeipſum de-
C ſcenſurũ dixit in Sodoma , quò tamẽ non ipſe deſcen-
dit, ſed angeli duo . Ipſe quippe abiit vt deſiit loqui ad
Gene.19. Abraham , Abrahã aurem regreſſus eſt in locum ſuum.
Venerũt autẽ ſicut dictum eſt, duo aogeli ad veſperam
in Sodoma. Quid ſi & in illis duob⁹ angelis vous do-
minns inuenitur,qui ſecũdum verbum ſuũ in ipſis an-
gelis deſcendit in Sodoma? Nòooe manifeſtum erit in
tribus illis viris vnum dominum viſum fuiſſe,vbi quid
aliud q̃ ipſa trinitas figurata eſt? Sed videamus vtrum
nobis ſancta ſcriptura demonſtret, etiam in illis ange-
lis duobus vt dixi,vnum deum inuentum,ne forte hoc
ex noſtro corde affirmare videamur . Venerunt ergo
Ibidem. duo angeli in Sodoma ad veſperã,Loth vero ſedebat,
vt ſcriptum eſt,iuxta portam Sodomorum.Videns au-
tem Loth, ſurrexit in obuiã illis , & adorauit in faciem
in terram . Vides nempe hic à iuſto viro aogelos ado-
ratos,& tu nõ vis adorari ſpiritum ſanctum,quem vos
quoque omnibus angelis ſine ambiguitate præpooitis?
Sed dicturus es,homines eſſe credebat , nã & in hoſpi-
tium tanquam homines inuitauit . Hoc magis eſt con-
tra te,qui dicis non adorari ſpiritum ſanctũ , omnibus
angelis præferendum: cum videas & homines inferio- D
res aogelis à iuſtis hominibus adorari . Sed adhuc di-
cturus es,Deum adorauit. Eum quippe in duobus illis,
quos putabat eſſe homioes , tanquam in Prophetis eſſe
cognouit.Iam ergo probatũ eſt , quod me per ſcriptu-
ram ſanctam demõſtraturum eſſe promiſeram , eũdem
deũ , qui dictus fuerat abiiſſe vt ceſſauit loqui ad Abra-
ham, io illis duobus angelis deſcendiſſe io Sodoma ſi-
cut dixerat , & in eis ab homine iuſto agnitum fuiſſe.
Exhibuit itaque hoſpitalitatem, quo modo ſaoctis ho-
minibus dei,in quibus deum eſſe cognouit, cum eos ſi-
cut etiam ipſe Abraham angelos eſſe neſciret . Hi enim *Hebr.13.*
Patriarchæ ſunt ſigoificati in Epiſtola ad Hebręos,vbi
de hoſpitalitate loquens ait, Per hanc quidam neſcien-
tes hoſpitio receperũt angelos.Receptis ergo eis Loth,
neſciens ꝙ angeli eſſent , cognoſcens tamen ſicut ipſo
domino demõſtrante cogooſcere potuit,quis in eis eſ-
ſet,vt ea quæ interea facta ſunt taceã, exiit cũ eis de So-
domis:quod antequã fieret,ſicut ſcriptura loquitur, di
xerunt viri ad Loth, Sunt tibi hic generi,aut filij, aut fi- *Gene.19:*
lię,aut ſi quis tibi alius eſt in ciuitate,educ de loco hoc,
quoniam perdemus nos locum hunc:quia exaltatus eſt E
clamor eorum ante deum , & miſit nos dominus con-
terere eũ.Ecce vbi apparet illud incẽdium Sodomorũ
per angelos factum,quos miſit dominus , in quibus ta-
mẽ & ipſe erat . Neque enim ſic mittit ſuos vt recedat
ab eis.In his ergo deſcẽdit in Sodoma,quod ſe facturũ
eſſe prædixerat quaodo cum Abrahã loquebatur:quod
poſteaquã fecit, abiiſſe ipſe dictus eſt , & angeli veoiſſe
in Sodoma ad veſperã. Deinde paulopoſt,mox vt edu
xerunt illum foras & dixerũt, ſicut eadẽ ſcriptura nar-
rat,Saluam fac animã tuam,ne reſpexeris retro , ne ſte- *Ibidem.*
teris in tota regiooe:io moote ſaluum te fac,nequando
comprehẽdaris.Dixit Loth ad illos,Oro domine,quia
inueoit puer tuus miſericordiam ante te &c. Quę cum
finiſſet loquendo, & elegiſſet ſibi ciuitatem puſillam in
qua ſaluaretur,ſequitur ſcriptura , & ei dicit eſſe reſpõ-
ſum,Ecce miſeratus ſum faciẽ tuã , & ſuper verbũ hoc,
ne euerterem ciuitatem,de qua locutus es. Feſtina ergo
vt ſaluus ſis ibi, Nõ enim potero facere verbum, donec
tu in illam introëas . Quis hoc ei reſpondit,oiſi ille cui
dixerat,oro domine? Hoc autem ad ambos dixerat,nõ
ad vnum , ſicut apertiſsime ſcriptum eſt , Dixit autem
Loth ad illos,Oro domine.Agnouit ergo Loth voum
deũ in angelis duobus , ſicut Abrahã vnum agnouit in
tribus.Non eſt cur dicatur,Ille aberat † qui dominus e- F
rat , & cum Abrahã locutus erat , Duo vero aogeli eius *† al. abierat*
erãt,qui in Sodoma illo abeũte venerũt . Omnes enim
tres viri dicti ſunt,qui apparueruot Abrahę,ſicut ſcrip- *Gene.18:*
tura ſolet viros etiã angelos nuncupare . Nec eorũ ali-
cui vni prõptius & humilius Abraham obſecutus eſt q̃
duob⁹,ſed ęqualiter omoib⁹ pedes lauit,æqualiter om-
nibus epulas miniſtrauit , Ergo in omnibus deũ vidit.
Propter quod ſcriptura pręd ixerat,ꝙ viſus fuerat deus
Abrahæ ad quercum Mãbre , ſub cuius vmbra arboris
tres viros pauit,quos oculis corporeis vidit: in eis vero
deũ,oõ corporis,ſed cordis oculis vidit:id eſt , iotelle-
xit atq; cognouit:ſicut Loth in duobus,cũ quo oon plu
raliter,ſed ſingulariter loquebatur , eiq; reſpõdebat etiã
ipſe tanquam vnus . Primo quippe Abraham per tres
viros illum audiuit,poſtea per vnũ , qui duobus in So-
doma euotibus manés locutus eſt cum eo. Loth autem
per duos , tamen & ipſe vnum deum quem pro libera-
tione ſua rogabat,& qui ei reſpondebat audiuit:cũ am-
bo,id eſt,& Abraham & Loth homines putarẽt eos qui
angeli

G angeli erant:deũ vero in eis intelligerent,qui erat,non
putarent eſſe qui non erat. Quid ſibi ergo vult iſta viſi-
bilis trinitas & intelligibilis vnitas, niſi vt nobis inſi-
nuaretur: ꝙ ita tres eſſent pariter, pater & filius & ſpi-
ritus ſanctus,vt tamen ſimul non tres dij & domini eſ-
Gene.18. ſent,ſed vnus dominus deus? Tu autẽ dixiſti, Hic deus
viſus eſt Abrahę,ſciens te legiſſe quod ſcriptum eſt,vi-
ſum eſſe deum Abrahæ ad quercum Mambre: & vo-
lens quaſi probare dominum filium viſum eſſe illi Pa-
triarchæ,declinaſti ab illis tribus viris, & eos omnino
tacuiſti, in quibus narrat ſcriptura deũ viſum fuiſſe A-
brahæ: ne tuipſe nos admoneres vnius eſſe ſubſtantiæ
trinitatem deum,ſicut vnius erant ſubſtantiæ tres viri,
Ibidem. quos vidit Abraham: cum prædixiſſet ſcriptura, Viſus
eſt deus Abrahæ,nec tamen tres deos eſſe, quia & viſus
eſt deus dictum eſt,nõ viſi ſunt dij. Et ipſe Abrahã tres
vidit,& vnum adorauit.A quo præteriri noluit,ab vno
reſponſum diuinitatis accepit. Nec aliquos duos eorũ
Gene.19. duos eſſe deos ſenſit,ſed vnũ in omnibus: quia & Loth
duos vidit,& tamẽ vnum deũ agnouit. Vbi mihi vidẽ-
H tur per angelos ſignificari filius & ſpiritus ſanct⁹, quo-
niã ſe illi angeli miſſos eſſe dixerũt. Et de trinitate quæ
deus eſt,ſolus pater non legitur miſſus: leguntur autem
miſſi & filius & ſpiritus ſanctus,quorũ non ideo eſt di-
uerſa natura. Nã & illi viri,per quos ſignificati ſunt, v-
nius erant eiuſdemq; naturæ. Hanc ergo ſcripturã,qua
cõuinci poſſes,aſtuto ſilentio deuitaſti. Et cum dixiſſes,
Hic deus viſus eſt Abrahæ,volẽs filiũ ſolum viſum pu-
Gene.18. tari in eo quod in Geneſi legitur, viſum eſſe deũ Abra-
hę,quo modo ſit viſus,dicere noluiſti, ne ibi non ſolus
filius,ſed trinitas agnoſceretur deus. Dixiſti autẽ,Si vis
credere,quia filius viſus eſt Abrahæ,vtiq; ipſe vnigeni-
tus in ſancto affirmauit Euangelio dicẽs ſic, Abraham
pater veſter exultauit vt videret diẽ meum, & vidit &
Ioan.8. gauiſus eſt. O diſputare,ô probare promiſſa, quaſi dixe-
rit dei filius, Abrahã pater veſter cõcupiuit me videre,
& vidit, & gauiſus eſt. Quanuis & hoc ſic adhuc poſſet
intelligi, ꝙ ſanct⁹ Patriarcha oculis cordis viderit dei
filium,non oculis carnis: vnde inter nos vertitur quæ-
ſtio. Sed cum dixerit Chriſtus, Abraham cõcupiuit vi-
dere diem meum,& vidit,& gauiſus eſt:cur non diem
Chriſti intelligimus tempus Chriſti, quo erat venturus
in carne,quod & Abraham ſicut & alij Prophetę in ſpi-
I ritu potuit videre atq; gaudere? Neque hic igitur quod
propoſueras & pollicitus fueras,probare potuiſti. Poſt
hęc veniſti ad Iacob,qui luctatus eſt cum angelo,quem
ſcriptura ipſa Geneſeos & hominẽ dicit & deum. Nam
Gene.32. ita legitur,Remanſit autẽ Iacob ſolus, & luctabatur ho
mo cum illo vſque in mane. Vidit autem ꝙ non poteſt
ad eũ,& tetigit latitudinẽ femoris eius, & obſtupuit la-
titudo femoris Iacob dũ luctaretur cũ eo, & dixit illi,
Dimitte me,aſcendit enim aurora. Ille autẽ dixit, Non
te dimittã,niſi me benedixeris. Dixit autem illi,Quod
eſt nomen tuum? Ille autem dixit,Iacob. Et dixit ei, Nõ
vocabitur amplius nomen tuũ Iacob,ſed Iſraël erit no-
men tuum,quia valuiſti cum deo, & cũ hominibus po-
tens es. Rogauit autem Iacob eum dicens, Enuncia mi-
hi nomen tuum. Et dixit, Quare hoc interrogas tu no-
men meum? Et benedixit eum illic. Et appellauit Iacob
nomen loci illius, aſpectus dei, Vidi enim deum facie
ad faciem,& ſalua facta eſt anima mea. Ex iſta lectione
vnicum dei filium & antequam veniſſet in carne viſi-
biliter apparuiſſe conaris oſtendere:vbi & ſi non abſur
de Chriſtus intelligitur figuratus, propter prophetiam
futura nunciantem, quia futurum erat vt Iacob in filiis
qui crucifixerunt Chriſtum præualuiſſe Chriſto vide- K
retur: & in filiis ſuis videret Chriſtum facie ad faciem,
& ſalua fieret anima Iſraëlitarũ qui fideliter hoc vide-
runt: tamẽ hunc hominem qui luctatus eſt cum Iacob,
Oſee Propheta euidẽter angelum dicit, Sic enim apud
eum ſcriptũ eſt de Iacob,In vtero ſupplantauit fratrem *Oſee.12.*
ſuum,& in labore prǫualuit deo, & cõfortatus eſt cum
angelo,& potuit. Sicut ergo in Geneſi ille qui luctatus
eſt cũ Iacob,& homo & de⁹ dicitur: ita & ab hoc Pro-
pheta & deus & angelus: ac per hoc ita qui erat angel⁹,
dictus eſt homo, quo modo illi dicti ſunt viri qui appa
ruerunt Abrahæ, quando neſcientes † & ipſe & Loth *†Al. viden-*
hoſpitio receperũt angelos. Deus ergo erat in angelo, *tes.*
ſicut eſt deus in homine,maxime quãdo per hominem
loquitur. Ita vero per hunc angelum figuratus eſt Chri
ſtus,ſicut per hunc hominem. Nam & Iſaac filius Abra- *Gene.22.*
hæ,quid erat in figura niſi Chriſtus, quando ſicut ouis
ad immolandum ductus eſt, & quando ſicut dominus
crucem ſuam, ita & ipſe ſibi quibus fuerat imponẽdus,
ligna portabat? Poſtremo quid miramur per angelum
figuratum eſſe Ieſum,ſi non ſolũ per hominem, verum L
etiam per pecudem figuratus eſt? Nã quis alius erat ille
aries,qui cornib⁹ tenebatur in vepre, niſi Chriſtus cru-
cifixus,vel ſpinis coronatus? Hunc autem arietem pro
filio,cui parcere iuſſus eſt,immolauit Abrahã. Ita enim
homini parci deus iuſsit, vt tamen ex pecude propter
paſsionem Chriſti,quæ illo modo prænũciabatur,my-
ſterium ſacri ſanguinis impleretur. Si autem putas pro-
prietate,non figura Chriſtum fuiſſe angelum, qui lucta
tus eſt cum Iacob:potes dicere proprietate, non figura
Chriſtum fuiſſe arietem, quem Patriarcha immolauit
Abrahã. Potes poſtremo dicere proprietate,nõ figura
Chriſtum fuiſſe petram,quæ percuſſa ligno, ſitienti po- *Exo.17.*
pulo potum largiſsimum fudit. Sic enim dicit Apoſto-
lus, Bibebant enim de ſpiritali conſequente eos petra, *1.Cor.10.*
petra autem erat Chriſtus. Figuræ iſtæ,nõ res ipſæ fue-
runt, quibus figuris præcedentibus res ſignificabantur
eſſe venturæ:quæ figuræ per ſubiectam deo creaturam,
& maxime per angelorum miniſterium, mortaliũ ex-
hibebantur aſpectibus:dei quidem agente potentia, ſed
tamen latẽte natura,ſiue patris,ſiue filij, ſiue ſpiritus ſan
cti. Fruſtra itaque aſſeris filium dei viſum fuiſſe ab ho-
minibus,patrem autem non fuiſſe viſum: cum per ſub-
iectam ſibi creaturam & pater videri potuerit & filius M
& ſpiritus ſanctus: per ſuam vero ſubſtãtiam nullus il-
lorum viſus eſt. Ergo deus ſicut infirmis hominũ ſen-
ſibus magis ſignificatus quàm demonſtratus eſt, Non
itaque viſus eſt ſicut eſt: hoc quippe in futura vita pro-
mittitur ſanctis. Vnde dicit Apoſtolus Ioannes, Dile- *1.Ioan.3.*
ctiſsimi,nunc filij dei ſumus,& nondum apparuit quid
erimus: ſcimus autem quia cum apparuerit, ſimiles ei
erimus,quia videbimus eum ſicuti eſt. Viderũt ergo &
in hoc ſeculo Apoſtoli dominum,ſed non viderunt ſi-
cut eſt. Deniq; Moyſes eum ſibi cupiebat oſtendi, quã- *Exo.33.*
uis cum eo facie ad faciem ſcriptura indice loqueretur.
Quod cũ in mea ſuperius proſecutione dixiſſem, quaſi
non audieris prǫteriſti:cum tibi eiuſdem meę proſecu-
tionis recitari ex tabulis vniuerſa voluiſſem. Non autẽ
diſcernens quid ſit videri deum per ſubſtantiam ſuam,
& quid ſit videri deum per ſubiectã creaturam, in tan-
tam blaſphemiã deciduſti, vt vnigenitũ dei filium pro
hoc ipſo quod deus eſt mutabilẽ diceres:quandoquidẽ
ſoli patri putaſti eſſe tribuendũ quod ſcriptũ eſſe dixi-
ſti,Ego ſum qui ſum,& nõ ſum mutatus: quaſi filius vel *Exod.3.*
ſpiritus ſanctus ſit mutatus,quãdo viſibiliter apparuit, *Malach.3.*
vel

A vel ille quod conſtat natus ex fœmina, vel iſte in ſpecie
Matt.3. colũbæ aut igneis linguis ſe humanis aſpectibus mon-
Acto.2. ſtrans. Vnde iã reſpondi tibi in eo ſermone, vbi oſtẽdi
non te refelliſſe quæ dixi. Nunc vero vt intelligas quo
Exo.3. modo dixerit deus, Ego ſum qui ſum, & nõ ſum muta-
Malach. 3. tus: vel quod ſcriptum magis inuenitur, Ego enim do-
minus & non mutor: quoniã non ſolus pater, ſed deus
vnus hoc dixit, quod eſt ipſa trinitas, pſalmum attende
Pſal.101. vbi legitur, Tu in principio domine terrã fundaſti, &
opera manuũ tuarum ſunt cœli: Ipſi peribunt, tu autem
permanebis, & omnes ſicut veſtimentũ veteraſcent. Et
velut amictum mutabis eos & mutabũtur, tu autẽ idem
ipſe es, & anni tui non deficient. Hoc autem ad filium
Hebr.1. dei dictum eſſe in Epiſtola quæ eſt ad Hebræos, ſancta
ſcriptura teſtatur, Quis vero nõ intelligat vbi dicitur,
Cœli mutabũtur, tu autem idẽ ipſe es: nihil dici aliud,
niſi, tu non mutaris? Ac per hoc etiam de filio conue-
nit dicere, Ego ſum qui ſum, & non ſum mutatus. Vel,
Ego enim dominus & non mutor: Quod tu ideo ſoli
patri aſsignaſti, vt in ſua ſubſtantia crederetur eſſe mu-
tabilis filius: tanquam ita ſuſceperit hominem vt in ho-
B minem verteretur. Hanc tantã blaſphemiã non emen-
dabis, niſi credideris, in aſſumptione hominis acceſsiſ-
ſe filio, quod non erat, non autẽ receſsiſſe vel defeciſſe,
quod erat. Deide quęro, quis apparuerit Moyſi in igne
Exo.3. quando rubus inflammabatur, & non vrebatur? Quan-
quam & illic angelum apparuiſſe ſcriptura ipſa decla-
rat dicẽs, Apparuit autem illi angelus domini in flam-
ma ignis de rubo. In angelo autem deum fuiſſe quis du
bitet? Sed quis deus erat, vtrum pater an filius? Dicturus
es filius, nõ vis enim patrem vllo modo vel per ſubie-
ctam creaturã viſibus apparuiſſe mortaliũ. Sed quodli-
bet horũ eligas, ad vtrunq; reſpondeo. Si pater erat, ap-
paruit & pater hominibus. Si filius erat, nõ mutatur &
filius. Ibi enim cum quæſiſſet Moyſes, quis eſſet qui eum
mitteret. Ille reſpondit, Ego ſum qui ſum. Quod quid
eſt aliud, niſi mutabilis non ſum, ſicut propheticum te-
ſtimoninm ipſe poſuiſti, Ego ſum qui ſum, & non ſum
mutatus. Dixit etiã rurſus ad Moyſem, Ego ſnm deus
Abrahã, & deus Iſaac, & deus Iacob. Aude ſi potes ne-
gare deum patrẽ deum eſſe Abraham & Iſaac & Iacob,
ſi non ipſe de rubo, ſed filius loquebatur. Si autem pa-
ter, cõfitere etiã patrem deum hominibus viſum. Si ve-
C ro vterque eſt deus Abrahã & deus Iſaac & de⁹ Iacob,
quod eſſe annuis, quid ambigis vtrunq; vnũ deum? Ia-
Deut.6. cob quippe ipſe eſt Iſraël cuius filiis dicitur, Audi Iſraël,
dominus deus tuus de⁹ vnus eſt. Quapropter verũ eſſe
agnoſce, ꝙ dixi diuinitatem non per ſubſtãtiam ſuam,
in qua inuiſibilis & immutabilis eſt, ſed per creaturam
ſibi ſubiectam mortalium oculis apparuiſſe cũ voluit.
Nõ itaque ſicut accipere vel accipi mea verba voluiſti,
ego diuinitatem ſic patribus oſtẽdiſſe ſe dixi, tanquam
eam voluerim credi viſibilem, quam prius inuiſibilem
dixerã eſſe: ſed dixi, Quãdo ſe patribus diuinitas oſten-
debat, per ſubiectam creaturã ſe viſibilem demonſtra-
bat. Nam per ipſam ſuam naturam vſqueadeo inuiſibi-
lis eſt, vt ipſe Moyſes ei, cum quo facie ad faciẽ loque-
Exo.33. batur, diceret, Si inueni gratiã ante te, oſtende mihi te-
metipſum manifeſte. Ecce quod dixi relege, & inuenies
me verum dicere, te autem non intelligere voluiſſe vel
nõ potuiſſe quod dixi, Audi ergo idipſum me aliquãto
planius diſſerentem, Ego diuinitatem patris & filij &
ſpiritus ſancti in ſua natura atque ſubſtãtia mortalibus
oculis inuiſibilem dico. Eam vero ſe in formas viſibiles
vertere, abſit vt dicã, quia & immutabilem dico. Reſtat
ergo vt aſpectibus humanis quando ſe oſtendit vt vo- D
luit, per ſubiectam intelligatur hoc feciſſe creaturam,
quæ poteſt oculis apparere mortalibus. Quid eſt autem
ꝙ cum de patre dixiſſes, Vnus eſt inuiſibilis, vnde iam
ſatis eſt diſputatum, addidiſti, Vnus etiam incapabilis
atq; immenſus? Incapabilem quidẽ non legimus deum.
Cur ſanè dicas incapabilẽ, neſcio, Si enim capi non po
teſt, quo modo non ſolum filius, verumetiam pater ve-
niunt ad hominem, ſicut dicit ipſe filius, Et mãſionem Ioan.4.
apud eum faciunt? Puto ꝙ capiat eos apud quẽ faciunt
mãſionem. An forte dicis, non ex toto, ſed ex parte ca-
piuntur? Dic quod vis, Reſpõdetur enim tibi, Nõ ſunt
ergo incapabiles, qui ſunt vel ex parte capabiles. An
ideo tibi nõ ſufficit incapabilem dicere, ſed addidiſti,
& immenſum, vt exponeres quatenus incapabilem di-
xeris, id eſt, quia totius capax non eſt humana natura?
Immenſus eſt enim, verum hoc & de filio dici poteſt.
Neq; enim quiſquã ſic capit vnigenitũ verbum, vt eius
capacem ſe omni modo audeat profiteri. Prorſus etiã
ipſum nõ eſſe dubitamus immenſum, Nam quæro abs E
te de quo accipias quod ſcriptũ eſt, Magnus eſt, & non Baruch.3.
habet finem, excelſus & immenſus: De ipſo quoq; pau-
lopoſt dicitur, hic deus noſter, nõ æſtimabitur alius ad Ibidem.
eum, hic inuenit omnem viam diſciplinæ, & dedit eã
Iacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo: Poſt hęc ſuper ter
ram viſus eſt, & inter homines cõuerſatus eſt. Quis eſt
iſte, reſponde? Quis eſt inquam, magnus eſt & non ha-
bens finem, excelſus & immenſus, qui ſuper terram vi-
ſus eſt, & inter homines conuerſatus eſt? Video quos
æſtus, quas patiaris anguſtias. Times dicere, pater eſt:
vbi audis, ſuper terram viſus eſt, & inter homines con-
uerſatus eſt. Tu enim patrem per ſuã ſubſtantiã reuera
inuiſibilem, nec per ſubiectam creaturã vis eſſe ab ho-
minibus viſum. Times dicere, filius eſt: vbi audis, nõ ha
bet finem, excelſus & immenſus. Tu enim patrem tan-
tummodo eſſe contendis immẽſum. Times dicere, ſpi-
ritus ſanctus eſt: vbi audis, hic deus noſter: Tu enim nec
deũ vis eſſe ſpiritum ſanctũ. Quid es acturus, quid re-
ſpõſurus homo, qui nõ vis eſſe catholicus, vt Chriſtum
ſic accipias in forma ſerui ſuper terram viſum, & inter
homines conuerſatũ, vt tamen in forma dei, in qua in-
uiſibilis mãſit, confitearis immẽſum? Hic deus noſter,
nõ æſtimabitur alius ad eum. Quis alius, niſi Antichri-
ſtus, quem verum Chriſtum fides vera non æſtimat, ſed F
eum pro vero Chriſto execrabilis Iudæorum error ex-
pectat? Si oras & petis, vt dicis, diſcipulus eſſe diuinarũ
ſcripturarũ, ad rem pertinentia teſtimonia diuina cõ-
ſidera. Noli per multa quę te nihil adiuuãt euagari, Eli-
ge prudenter tacere quàm inaniter loqui, quando nõ
inuenis quid reſpondeas manifeſtiſsimæ veritati. Ti-
mere te oſtendis, ne te nudem diſcipulis tuis: Vtinam
tu Chriſto ſic induaris, vt diſcipulos tuos magis ipſius
velis diſcipulos eſſe quàm tuos. Nam me non pœnitet
quantum dominus donat, operam dare, vt tu & diſci-
puli tui ſub vno magiſtro ſitis cõdiſcipuli mei. Tracta-
tui autẽ meo, cui poſt tantum tempus adhuc te reſpon-
ſurum eſſe promittis, ſi ita reſponſurus es, vt modo re-
ſpondiſti, vel interrogationibus, vel proſecutionibus
meis, nõ planè aliquid reſpõdebis, ſed vt homines non
intelligentes quomodocũq; decipias, nõ tacebis. Ex his
ergo omnibus quæ ſicut potui diſputaui, ſatis apparet:
patris & filij & ſpiritus ſancti vnã eſſe virtutem, vnam
eſſe ſubſtantiã, vnam deitatem, vnam maieſtatẽ, vnam
gloriam: quia ipſa trinitas eſt vnus dominus deus no-
ſter, de quo dictum eſt, Audi Iſraël, dominus deus tuus Deut.6.
deus

G deus vnus eſt. Tunc autem dictum eſt, quando domi-
nus ſolus deducebat eos, & non fuit in eis deus alienus.
Neque enim nõ eos deducebat & Chriſtus, cum dicat
1.Cor.10. Apoſtolus, Neque tentemus Chriſtum, ſicut quidã illo-
rum tentauerunt: quibus Chriſtus nõ eſt deus, aut Chri-
ſtus deus eſt alienus. Hic eſt ergo deus pater & filius &
ſpiritus ſanctus, trinitas vnus deus, cui vni iubemur ea
quę non niſi deo debetur ſeruitute ſeruire, cũ audimus,
Matt.4. Dominum deum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Neque
1.Cor.6. enim hac ſeruitute nõ ſeruimus Chriſto, cuius membra
ſumus: aut ſpiritui ſancto cuius templũ ſumus. Hæc tri-
Deut.32. nitas vnus deus dicit, Ego ſum dominus, & nõ eſt alius
præter me. Neq; enim non eſt dominus Chriſtus, quem
vos quoq; deũ & dominũ cõfitemini. Aut ſpiritus ſan-
ctus nõ eſt dominus domus ſuæ, hoc eſt, templi ſui. Ipſe
2.Cor.3. eſt quippe ſpiritus domini, de quo dicitur, Domin⁹ au-
tem ſpiritus eſt: vbi autem ſpiritus domini, ibi libertas.
1.Cor.8. Hęc eſt trinitas vnus de⁹, de quo dicit Apoſtolus, Nul-
lus deus niſi vnus. Non enim cum hæc auditis, deũ ne-
Exo.3. gare vnigenitum audetis. Hic deus trinitas dicit, Ego
Malac.3. ſum qui ſum, & non ſum mutatus. Non enim mutatus
Pſal.101. eſt Chriſtus, cui dicitur, Mutabis cœlos & mutabuntur,
H tu autem idem ipſe es. Aut mutabitur ſpiritus veritatis
cũ ſit immutabilis veritas, cui tãtum honorem dat ipſe
Chriſtus vt dicat, Expedit vobis vt ego eam: Niſi enim
Ioan.16. ego abiero, paracletus non veniet ad vos. Et, Quicunq;
Matt.12. dixerit blaſphemiam in filium hominis, dimittetur ei:
qui autem dixerit in ſpiritum ſanctum, non dimittetur
Matt.28. ei. Et cum de ſeipſo dixerit, Ecce ego vobiſcũ ſum vſq;
Ioan.14. ad cõſummationem ſeculi: de illo dixit, Vt vobiſcũ ſit
in æternum. His atq; huiuſmodi teſtimoniis, quæ om-
nia quærere & colligere lõgũ eſt, ſi pacifice acquieſcas,
eris quod orare & optare te dicis, diuinarum ſcriptura-
rum diſcipulus, vt de tua fraternitate gaudeamus.

AD LECTOREM.

NOn eſt probabile hunc dialogum eſſe Auguſtini, cuius non meminit in libris Retractationum. Nam actis eccleſiaſticis ſolet addi locus, interdum etiam quid fecerit, qui proponit, aut qui reſpondet. Ad hæc non ſolent Arriani tam facile conce-
I *dere in diſputando, quàm hic facit Felicianus. Præterea denſior eſt Auguſtinus in citandis ſcripturis quàm hic eſt, ne cõmemorem phraſeos diſſonantiam. Eruditus aliquis exercendi ingenij gratia finxit dialogum, quod factum & ab Hieronymo videmus.*

DIVI AVRELII
AVGVSTINI HIPPONENSIS
Epiſcopi, contra Felicianum Arrianum, de vnitate Trinitatis ad Optatum, Liber.

Cap.I. EXtorſiſti mihi dilectiſsime fili Op-
tate, vt de vnitate Trinitatis quæ
perfectus deus ſemper ac ſummus
eſt, officij non immemor ſacerdo-
talis, aliquid ſcriberem: idq; à me
cum propriæ infirmitatis conſcius
ſæpius excuſarem, multis modis
exegiſti, aſſerens communis fidei rationem, & religio-
ſos accipere, & ſacerdotes debere fidelibus non nega-
re: ne aut illi dum non accipiunt, incipiant ab infideli-
bus facile decipi, aut ab his cum deſiderata non tri-
buunt, cœleſtis theſaurus Chriſti membris non expen- K
di, ſed in terra quodam modo ſterilis peritiæ videatur
abſcondi. Itaque victum me fateor probabilibus cau-
ſis, ne inermes tradere videar obſiſtentibus malis, dum
aduerſus infideles non inſtruuntur munimine verita-
tis. Veruntamen quia in huiuſmodi quæſtionibus quæ-
dam obſcuritas continua oratione frequẽter incurrit,
idcirco mihi viſum eſt, vt eum ſermonem qui inter me
& Felicianũ nuper eſt habitus, prænotatis propter per-
ſonarum diſcretionem principalibus nominum lite-
ris, præſentis libelli breuitate complecterer. Nã cum Cap.II.
ante hos dies pariter ſederemus, tum ille inter alia in-
quit, FELICIANVS. Quæ me in veſtris diſputa-
tionibus frequẽter offendũt, nihil deterius puto, quàm
quòd ſic præcepta fidei rudibus traditis, vt non de in-
telligẽdarum rerum ratione, ſed potius de quadam te-
ſtimoniorum oſtentatione colloquentibus præſcriba-
tis. Quod vt non dicam vafrum, interim quàm ruſticũ
ſit, nullus ignorat. Primum ꝙ ſi is qui edocetur literis
iam credidit, obtemperat iſte, non repugnat: alioquin
non magis tibi quàm iiſdem teſtimoniis, quæ pro af-
firmato ingeruntur, neceſſe eſt cõtradicat. Et ideo me-
lior mihi ad docendum videtur hæc via, qua primũ fi- L
dei ratio ſine teſtimoniis redditur: poſt ratione conui-
cto idem illud ſcripturis reſpondentibus expolitur. Et
non immerito, Si enim teſtimonia hæc eo probãtur, ꝙ
ratione non careãt, poſſunt per ſe illa ſufficere, quę etiã
hæc non niſi per ſeipſa videntur aſtruere. Sin contra,
quis poteſt irrationabilibus teſtimoniis, licet illa diui-
na fingantur, rationabilis fidei colla ſubmittere? Et illã
quidem diſputãdi viam fateor in aliis tolerarem, quos
imperitię neceſsitas, quia per ſe ſtare non queunt, cogit
ad aliena cõfugere. In te vero idcirco nullo modo iſta
perpetior, quia eloquentiam pariter cum ſcientia fidei
tibi video non deeſſe. AVG. Tum ego, Non vſque-
adeo inquam, me duci putes laudibus meis, vt iniuriam
faciam præcedẽtibus ſanctis. Nec præſumam vnquam
in ſapiẽtia verbi, ne euacuetur crux Chriſti: ſed ſcriptu- 1.Cor.1.
rarum ſanctarũ authoritate contentus, ſimplicitati po-
tius obedire ſtudebo quàm tumori. Sed melius, inquis,
ratione quis, quàm teſtimoniis edocetur. Quid ergo?
Quã rationẽ afferre potes, ſi partũ prædicas virginis, ſi
redditos oculos nõ negas cæcis, ſi ſepultos rediſſe oſtẽ- M
das à mortuis? Si ergo horũ & incomprehenſibilis ra-
tio & veritas prõpta eſt, facilius in negociis fidei teſti-
moniis creditur, quàm ratio inueſtigatur. Verũ quia nõ
nimis inconſequẽter duo iſta diſcernis, cũ ratione præ-
miſſa etiã teſtimonia nõ omittis: idcirco in hac diſpu-
tatione id me fateor ſecuturũ, quod ipſe probaueris.
FEL. Ergo, inquit, quoniã ocioſi ſum⁹, ad homouſiõ Cap.III.
veſtri quæſtionem, de quo non inter nos tantum, ſed
etiam inter maiores noſtros plerunq; tractatum eſt, ve-
niamus. Et ne longius euagetur oratio, ipſe iam vt ſoles
perſonã proponentis aſſume, & nobis rationem veſtrę
fidei quærentibus, viciſsim redditurus inquire. AVG.
Tum ego, Dic mihi inquam, verùm ne ſit quod te au-
dio dicere, patri homouſion non eſſe penitus filium?
FEL. Verum eſt, nec perſuaderi mihi poteſt id in-
genitum eſſe quod genitum, ne eundem patrem videar
prædicare quem filium. AVG. Non ita eſt, nã ne mi-
hi quidem illud in animo eſt, eundem ingenitum eſſe
quẽ genitum: ſed id potius ingenitũ eſſe quod genitũ.
FEL. Et quo modo nõ eundẽ ingenitũ dicis eſſe quẽ
genitum: ſi vtrũq; vnum putas eſſe, non alterũ? AVG.
Animaduerto vim te penitus non attẽdiſſe verborum:
nam

A nam dum vtrunq; vnum dico, ſubſtantiã veri patris ac
veri filij ex toto nõ ſeparo. Et dũ non eundem patrem,
quem filium prædico, vtriuſq; perſonã ſeruata vnioſcu-
iuſq; proprietate diſcerno. Itaq; ſi ſubſtantiã quęris, ipſa
trinitas vnus eſt deus: ſi perſonã, alter eſt filius. FEL.
Et quo modo, idẽ & eſſe dicis, & alterũ filium? AVG.
Idem in quã communione ſubſtãtiæ, alterum proprie-
tate perſonę. FEL. Neſcio quo pacto vna creditur eſ-
ſe ſubſtantia, cum nõ vna dicatur eſſe perſona. AVG.
Nõ eſt inq̃ vna perſona, quia vna genuiſſe, & altera di-
citur genita: & eſt tamẽ nati & gignentis non diuerſa
ſubſtãtia, quia non diſsimilis generãti docetur exorta.
FEL. Velim quæſo exemplo mihi faciliore dicta dilu-
cides. AVG. In rebus quidẽ incõprehenſibilibus ex-
empla non ſuppetunt diſputanti: tamen in quantũ fieri
poteſt, etiam in hac parte nõ deero. Ecce igitur homo
pater habet hominem filiũ. Eſt quidẽ cõmune vtriuſq;
quòd homo eſt, vni tamen ꝙ filius, alteri propriũ vide-
tur eſſe ꝙ pater eſt: nam in vtroq; ſic perſona diſcerni-
tur, vt cõmunis humanitas nõ negetur, dũ vnus gignit,
alius gignitur: ęquè autẽ homo & qui genit⁹ dicitur, &
Cap.IIII. ille qui genuit. FEL. Illud certe dicas velim, geni-
B tus ab ingenito vtrum initio ſeparetur, an nõ? AVG.
Ne id quidem ſpiritalis intelligentię veritate recipitur,
vt pater à filio interuentu, non dico tẽporis, quod die-
bus cõſtat ac noctibus: ſed cuioſlibet æui vel æternita-
tis ſpacio ſeparetur. FEL. Hoc ſi ita eſt, duo fateris
ingenita. Et quo modo altera patris, altera filij putatur
eſſe perſona, cum per ſignificationem cõmunis inge-
Tal.cõfuſa. niti vtraq; videatur eſſe perſona? AVG. In hoc qui-
dem à maioribus veſtris non mediocris calumniæ ſo-
phiſma contexitur: tamen per auxilium ipſius trinitatis
catholica neceſſe eſt ſimplicitate ſoluatur. Patrem nãq;
ingenitum, filium genitum dico, nec tamen ideo geni-
tum ingenito coæternum non eſſe prædico: eo tantum
docens ingenitum patrẽ, quia non proceſsit ex altero:
eo genitũ filium, quia non extitit à ſeipſo. Nõ eſt com-
mune vtriuſq;, naſci: nõ eſt cõmune, non gigni: & tamẽ
commune eſt alterum ab altero interuentu medij tem-
poris non diuelli. Itaq; ſi propriũ patris quæris, ſufficit
quia ſolus non habet patrẽ: ſi filij, ſatis eſt quia non ha-
bet prolem: vnã autem & coæternam patris & filij di-
C cimus diuinitatem. FEL. Quantũ ad me attinet, non
video quid iſta nunc colligas. Nam quanuis Ariſtoteli-
ca mecum ſubtilitate contẽdas, fieri tamen non poteſt,
vt eũ qui genitus eſt, ab eo qui genuit nulla æui interci-
dẽtis antiquitate diſcernas. AVG. Scio equidẽ, vt il-
le ait, q̃ in difficili loco verſetur oratio: tamẽ verendũ
nobis nihil eſt, qui per adiutorium ſancti ſpiritus, teſti-
monium dicimus deo. Quid ergo dicemus? Eſt ne ali-
quid in patre quod negetur ingenitũ, aut nõ? Si eſt, non
in toto, ſed in parte potius dicitur ingenitus, alioquin
non ex tẽpore cœpit eſſe filius. Nam ſi paternitas non
cœpit patris, initium inueniri nõ poteſt prolis. Si initiũ
dicitur prolis, non æterna paternitas docebitur patris.
Et quo modo ſtabit, quia totũ in patre docetis ingeni-
tũ, qui ipſius paternitatis nomẽ habere putatis initium,
cum cœpiſſe ex tempore dicitis filium, quo nõdum ex-
tante patrem dici non poteſt vocitatum. FEL. Non
ſum tam ſtultus, vt tempus pręferam filio, ſed initium
dari certũ eſt genito. AVG. Quid ergo? Inter patrẽ
& filiom dicis mediũ nihil fuiſſe? FEL. Ita prorſus.
AVG. Quo modo igitur negas filiũ patri coæternũ,
qui inter patrem & filium fateris nihil eſſe medium, ne
idipſum non tam medium conſtet eſſe quàm tertium?

FEL. Qooniam me diſputandi arte concludis, id D
quod à maioribus noſtris dictum eſt, breuiter explica- Cap.V.
bo. Aiunt enim, quoties de initio filij, & patris æterni-
tate tractatur, Erat quando non erat, & antequam na-
ſceretur non erat. AVG. Quantum aduerto, manẽte
malæ credulitatis errore, ſola verba mutata ſunt. Dixi-
ſti nanq;, Erat quando nõ erat. Erat iſtud, ad ęuum per-
tinere vultis, an ad filiũ? Si ad æuum, id eſt, velut quod-
dam ante filij natiuitatem æternitatis ſpacium: ecce ad
ſuperiorem blaſphemiã neceſsitate delaberis, cũ inter
patrem & filium tertium quoddã tempus inmittis, di-
ciſq;, quia erat ante filiũ deus pater, & tempus, poſt hæc
duo filius, poſt tria iſta quartus ſpiritus ſanct⁹. Quod ſi
admittimus, vt ſine tempore gigni non potuerit filius:
vide quàm late pateant iſta quę dicimus. Nã ſi non ſine
tempore eſt filius, certe nec niſi in loco docẽdus eſt ge
nitus. Hoc admiſſo, ante filiũ & ſpiritum ſanctum, co-
æuus quodam modo patri dicetur & locus. Quod ſi ita
eſt, ꝙ ſine loco & tempore naſci non potuerit filius, in
quo loco [locum,] aut in quo tempore factũ locum di-
cis & tempus? Si in nollo, ecce ſine tẽpore & loco fieri
potuit tempus & locus: Si in aliquo idipſum tempus E
videtur & locus, in cuius origine ſimiliter & locus re-
quiritur & tempus. Quòd ſi vſqueadeo ſine tempore &
loco fieri aliquid potuit, vt nec in loco locum, nec in
tempore factũ doceas tẽpus: neſcio qua temeritate cõ-
tendas, ꝙ naſci non potuerit filius, qui quãtum ad ſanã
fidem, & locum doceatur feciſſe & tempus. Sed de hoc
ſatis. Nunc quod à maioribus veſtris dictum prædicas
repetamus, Erat, inquis, quando non erat. Si erat iſtud,
ad tempus referas, ecce ante filium tempus: ſi ad filium,
nunq̃ non erat filius. erat enim quando non erat tem-
pus, à quo factum dicitur tempus. Sed antequã naſce-
retur, inquis, non fuit. Qui quæſo non fuit antequã na-
ſceretur filius? Ecce ipſo intellectu ante filium fuiſſe di-
citur tempus. Si autem antequam naſceretur filius, non
erat tempus, ſequitur vt dicatur patri filius coæternus,
inter quem & patrem nullũ fuiſſe dicitur tempus: ma-
xime com inter cætera Euangeliſtis atteſtãtibus, etiam
tempos feciſſe dicatur filius. Sed forte de patre dictum Ioan.1.
aliquis putet, Erat quando non erat filius. Cui ſentẽtiæ
ſecuta non cõcinunt, quibus dicitur, Et antequã naſce
retur non erat, nam per ſe pater ſemper exiſtens, etiam F
à vobis nõ poteſt dici natus, qui non ab initio docetur
exortus, & in patrẽ cadere non poteſt, erat quãdo non
erat genitus. FEL. Quoniã me verbis, vt mea fert o-
pinio, inopinata ſubtilitate certantibus non mediocri-
ter defatigas, idcirco quæſo, vt ſi fieri poteſt, exemplo
cuiuſlibet rei poſsibile id eſſe quod docere conaris, o-
ſtẽdas. Neq; enim aliter credere poſſum, licet vi ratiõis
oppreſſus, coæternũ ingenito eſſe genitum: aut vtrunq;
patrẽ dixeris ſibi. AVG. Quoniã me ad incõparabi-
lem rerũ exempla cõpellis, idcirco quæ ſit ignis poten-
tia videamus, ex quo ſemper ſplẽdor eſt, ſemper vapor
eſt. Vtrũq; de eo naſcitur, nec ideo tamẽ ignis ſine ho-
rum quolibet aliquatenus inuenitur. Hæc tria non ſe-
inuicẽ gignunt, quia non de ſplendore ignis & vapor,
aut de vapore ignis & ſplendor, ſed de igne ſplẽdor &
vapor ſemper eſt genitus. Quæ cum ita ſint, vidès ne
etiam in creatura poſſe aliquid naſci, nec oſtendi tamẽ
tẽpus, quo id de quo natũ eſt ſine genito potuerit in-
ueniri? Si ergo viſibilib⁹ exẽplis iſta reſpeximus, cur nõ
de patre & filio & ſancto ſpiritu, quãtũ ad cõmunẽ dũ-
taxat atq; indifferentẽ æternitatẽ, ſimilia prædicamus?
Neq; eni ideo neceſſe eſt patrẽ & filiũ & ſpiritũ ſanctũ
æquè

G æque dicamus ingenitũ, quia nullum ab altero æuo interueniẽte dicimus ſeparatum: cum etiam ex aliis rebus quædã genita, nec ideo tamẽ aut æque gignentia, aut ſine inuicẽ docentur extantia. Sed quid prodeſt horum multa colligere, cum paucorũ teſtimoniis etiam cętera

Caput VI. liceat æſtimare. FEL. Quoniam ſentẽtiam meã, præcedentium patrũ authoritate fundatam, noua diſputãdi arte cõturbas: idcirco velim mihi dicas de natura filij dei, id eſt, de ſubſtãtia ipſa quid ſentias. Si enim vt dicere vos ſoletis, homouſion eſt patri, ipſe quodã modo pater eſt ſibi, alioquin conſubſtantialis non poteſt eſſe genitori. Nã quidam noſtrum homouſiõ opinionẽ ſic ridere ſolebat dicens, Si non extrinſecus, ſed ex eodem ipſo prolatus eſt filius, in duos quodã modo diuiſus eſt vnus, quandoquidẽ non aliud gignens dicitur eſſe q̃ genitus. AVG. Dum nos dicis Ariſtotelica arte contẽdere, ipſe ad dialecticorum laqueos videris cõfugiſſe. Sed nos fidei veritate confiſos, nequaq̃ poſſunt iſta terrere. Quid ergo dicis, ex ſubſtantia credo patris naſci filiũ nequiuiſſe, ne ingenitum patrem filij videamur ge-

H neratione diuidere? Quod ſi ita eſt, male creditur filius, qui non ex patre, id eſt, nõ ex eodẽ ipſo genitus, ſed extrinſecus factus inter alia prædicatur. Quod vt ſit intellectu facilius, idipſum pro poſſe explicabo. Filiorũ nãque adoptiui alij, atq; alij naturales ſunt. Ij qui geniti ab initio filij ſemper ac proprij: illi primo alieni, poſt filij cũ per adoptionem in familiã videntur aſciſci. Quibꝰ ergo cõparandus eſt filiꝰ dei? Si adoptiuis, erit apud patrẽ ſimilis nobis. Si propriis, ex ſubſtantia ſubſtitiſſe dicẽdus eſt genitoris. Sed in duo, inquis, ſubſtãtia paterna diuiditur, ſi ex ſolo patre ſubſtantialiter filius generatur. Hoc q̃ ſtultũ ſit, etiã viſibilia ipſa nos docẽt. Quis enim vnq̃ vel carnalium patrum gignendo diuiſus eſt? Quòd ſi nec in cõditione corporis cadit ipſa diuiſio, nemo enim ſic genuit filiũ vt ſe perderet mediũ, & ſalua integritate patris nõ potuiſſe naſci dicitis filiũ? Sed quid plura? Natiuitatẽ filij dei ortumq; rimãtibus, hæc, niſi fallor, occurrunt, id eſt, aut ex patre ſit, aut ex nihilo, aut ex altero, aut ex ſeipſo. Horũ quæſo cõſequentiã videamus. Si ex ſeipſo: non recte filius dicitur, qui non natus, ſed ingenitꝰ prædicatur. Si ex nihilo: creatura cũ cæteris, nũ creaturæ author oſtenditur. Si ex altero: nõ eius cui creditꝰ, ſed neſcio cuius incogniti patris filiꝰ

I prędicatur. Quòd ſi pręter hæc quatuor nõ poteſt inueniri quintũ: nec de his propter euidẽtem blaſphemiam tria prædicari penitꝰ poſſunt: reſtat vt ſubſtãtialiter de patre ſit genitus: quia vt diximus, nec inueniri quintus, nec præter primũ de his doceri poteſt aliquis modus: vtpote cũ nec creatura, nec alterius patris filius, nec vt pater dicatꝰ ingenitus. FEL. Quaſi vero ego aut præter hæc quintũ, aut de his tribꝰ aliquid prædicarim: qui ſic nõ ex ſubſtantia patris extitiſſe filiũ dico, vt tamẽ ex eius voluntate non negem genitũ. AVG. In vnum de ſupradictis cõſequentia ipſa detruderis. Cum enim de filij ſubſtãtia requirimus, quẽ tu ex patre ſubſtãtialiter genitũ non fateris, ſine dubio inter alia ex nihilo factũ eſſe cõtẽdis: quãdoquidẽ nec corruptibiles quidẽ creaturas dicimus ſubſtitiſſe, niſi vt has deũ, & voluiſſe per ineffabilem diſpenſationẽ, & potuiſſe per ſingularẽ potentiam dicamus efficere: dum & voluntatẽ fuiſſe nouimus, qua placuit deo, & poteſtatẽ, qua poſſe ſubiacet deo. FEL. Ergo ad extantiã filij, poteſtas paterna non ſufficit? AVG. Quaſi ego de poteſtate patris, & nõ de ipſa paternitatis veritate contendã. An ei ſe dici maluit patrẽ, quẽ nõ ſibi, ſed creaturis voluit eſſe conſimilẽ? Et ideo fatendũ tibi eſt, ex ſubſtantia patris extitiſſe filiũ, ſi K

& natus & deus eſt: aut filiũ pariter & deũ negate, ſi nõ ex paterna ſubſtantia, ſed ex nulla, operante tantũ, ſicut etiã in aliis creaturis, patris volũtate & poteſtate creatꝰ

eſt. FEL. Quoniã me ad eius confeſſionẽ neceſſitate *Cap. VII.* cõpellis, id quod à maioribus noſtris dici aſſolet, nõ tacebo. Aiunt enim, creaturã eſſe filiũ, ſed perfectã, & quę dominari poſſit oĩbus creaturis. AVG. Gaudeo quidẽ ꝙ irreligioſæ prædicationis initio virus manifeſta cõfeſſione prodideris, nihil tamẽ quod credulitate dignũ videatur, opponis. Creatura nãq; eſt, ex eo quod adhuc *Creatura* nõ eſt, aut aliquãdo nõ fuit, rei cuiuſlibet corruptibilis, *quid ſit.* quãtũ in ſe eſt, patris oĩpotẽtis dei volũtate facta ſubſtãtia. Hæc definitio vtrũ in dei cadat filiũ, videamus. Nã filius in eo ꝙ eſt, indifferẽtis naturę veritate prolatꝰ eſt: quia ex eo qui eſt, id eſt, ex gignẽte, nõ diſſimilis natus eſt: & ideo inter filiũ & creaturã primum, ni fallor, iſta diſcretio eſt, quia ille ex patre ſubſtãtialiter gignitꝰ, creatura non ex ſubſtãtia facientis, ſed ex ſola volũtate ac poteſtate perficitur. Iſta corruptibilis per naturam, niſi fuerit ſeruata per gratiã: ille incorruptibilis, qui naſcẽ- L

do incorruptibilẽ ex incorruptibili patre videtꝰ habere ſubſtãtiã. Filius per omnia ſimilis patri, diſſimilis creaturæ. Factor ille nõ ex eo quod nõ eſt, in id quod eſt: & propterea nunq̃ in id quod nõ eſt, ex eo quod eſt. Illa, id eſt, creatura, facta ex eo quod nõ eſt, in id quod eſt: & propterea q̃tũ ad ſe attinet, ex eo quod eſt, in id quod nõ eſt ſui ortus cõditione reuertitꝰ. FEL. Neſcio quid in arcano huius obſcuritatis inuolueris: & ideo recte facies, ſi id quod à te, vt mea fert opinio, incõprehenſibiliter dictũ eſt, intelligibilius explicaueris. AVG. Dixi inquã de filio, cũ eũ à creaturæ definitione diſcernerẽ, qooniã is non ex eo quod nõ eſt, in id quod eſt: quod tale eſt ac ſi dicerẽ, non ex nihilo factus eſt. Et propterea nunq̃ in id quod non eſt, ex eo quod eſt: id eſt, nunq̃ in nihilũ ex ſeipſo quod eſt, naturæ ſuæ proprietate ſoluẽdus eſt. Creatura vero, ex eo quod nõ eſt, in id quod eſt: quo oſtenditur, quia ex nihilo prolata eſt. Et propterea quantũ ad ſe attinet, ex eo quod eſt, in id quod non eſt, id eſt in nihilũ, niſi perpetua gratia fecerit, naturæ ſuæ qualitate vertẽda eſt. Ergo nunq̃ nõ erit filiꝰ, qui ſubſtãtialiter docetꝰ eſſe perpetuus: & hoc vtpote ꝓprio, à cõditione omniũ creaturarũ, quæ per ſeipſum factæ ſunt, M

nõ iniuria noſcitur ſeparãdus. FEL. Licet intelligẽ- *Cap. VIII.* tiam meã noua rerum ſubtilitate perſtringas, neſcio tamẽ quo pacto dicas, ꝙ coæternus patri ſit filius: cum & cõmuni loquendi modo, & naturæ lege prior gignens videatur eſſe q̃ genitus. AVG. Si naturę authorẽ creaturarũ legibus æſtimamus, dũ anteriorẽ eſſe patrẽ filio prædicamus, cur nõ eadem naturæ lege, fortiorẽ patre filiũ per acceſſum tẽporis dicimus: dũ nec huic deſunt incremẽta naſcẽti, & imbecillitatis iniuriã ſenectus ingerit patri? Quòd ſi hoc ratio ipſa nõ recipit, omittamꝰ in deo corporalis intelligẽtiæ legẽ, ne operibus ſuis ſimilẽ dicamus eſſe factorẽ: maxime cũ ex eo quod apud nos euidẽs eſt, etiã id quod in occulto eſt poſſimꝰ oſtẽdere. Sicut enim ſine exemplo mater genuit authorem ſuũ: ſic ineffabiliter pater genuiſſe credẽdus eſt coæternum. De matre natus eſt, qui ante iam fuit: de patre qui aliquãdo non defuit. Hoc fides credat, intelligẽtia nõ requirat: ne aut non inuẽtum putet incredibile, aut repertũ nõ credat ſingulare. Ecce enim de matre natꝰ eſt Chriſtꝰ, nec ideo eſt per cõtactũ viri, matris pudor imminutus. Virgo peperit, quia virgo cõcepit: & non ſeruato rerũ ordine, ex integro matris corpore, integrum

corpus

A corpus Chriſtus aſſumpſit. Si ergo nouo more, nullo ex-
emplo, ſecũdum carnẽ natus docetur ex corpore: quid
mirum ſi non ſecundum conſuetudinẽ humani partus
proceſſit ex patre? Nouimus quòd de ſubſtantia matris,
ex ſola genitus eſt filius, & ſine damno corporis parien
tis, natũ filij nouimus corpus: & non minuiſſe incorpo-
ralem patris ſubſtantiã creditur, cum ex eodem ipſo ex
quo ſubſtantialiter atq; incorporaliter eſt prolatus, dici-
tur genitus. Ergo ſi naturam rerum, intelligentia duce
perpendimus, demus initium, ſi nõ negamus occaſum.
Alioquin ideo filium nõ habere dicamus initium, quia
nõ per gratiam, ſed per naturã fatemur eſſe perpetuum.
Ad ſummam, maior & minor tribus modis dici poteſt:
Maior & minor quot modis quis dicatur. id eſt, ætate, forma, potẽtia. Aetate, ſenior puero: forma,
lõgior paruo: potẽtia, fortior imbecilli. Videamus vtrũ
aliquid horum accidat filio: nam nec ætate minor eſt,
quẽ de principio patre conſtat extitiſſe principium: nec
forma, quem non aliud fas eſt prædicare quàm deum:
nec potentia, à quo totum nouimus eſſe perfectum.

Caput IX. FEL. Scire cupio quo pacto ad filiũ tranſeat digni-
tas patris, & ad patrem non recurrat humilitas prolis.

AVG. Non ſecundum naturã iſta nunc dici, quoti-
B dianarum rerum exempla nos docent. Ecce enim pute-
mus aliquẽ regem ac regis filium depoſitis regiæ maie-
ſtatis inſignibus, ſubiecti militis indumẽta ſuſcipere, &
propter certã patris diſpoſitionem, ac ſociorũ ſalutem,
rebellium contumelias ſuſtinere: nunquid quia ad hoc
participiũ regiæ poteſtatis, certum eſt natiuitatẽ decur-
rere, idcirco ad eum qui genuit, iniuriam filij non cõpa
tiendi affectu, ſed ipſa paſſionis proprietate certum eſt
peruenire? Non ita eſt, quia nõ ex filio patrem, ſex ex pa-
tre filium certum eſt natum eſſe. Et propterea totum in-
ter eos ſimile dicimus quod pertinet ad communionẽ
naturæ: illud proprium quod per accidens vni noſcitur
eueniſſe perſonæ. Habet ergo naſcendo totum filius cũ
patre quod pater eſt: ſed nõ de filio pater quicquid ſpe-
cialiter ipſe perpeſſus eſt. Non enim vtriſque commu-
ne eſt, quòd ex homine natus eſt homo, accidẽs ſpecia-
le quod plerunque ſine præiudicio communis naturæ
neuter habere docetur in altero. Vna eſt patris ſubſtan-
tia, vna perſona. Hæc cum genuit, ex hac ſine dubio nõ
diuerſa noſcitur extitiſſe, ſed altera: quæ non aliud do-
cetur eſſe quàm prima, dum & communis docetur eſſe
& propria. Communis, inquam, vnitate ſubſtantiæ:
C propria, diſcretione perſonæ. Cum ergo in ſe extet illa
quæ nata eſt, non quicquid huic acciderit ad gignentẽ
neceſſario tranſit, ſicut ad naſcentẽ quicquid proprium
ac ſubſtantiale gignentis conſtat eſſe peruenit. Non e-
nim ſicut filio ipſa generatione collata eſt diuinitas pa-
tris, ſic ad patrẽ refertur cura, ęgritudo, paupertas, mors,
humilitas prolis. Quod ideo nõ fit, quia quamuis de vna,
id eſt, patris ſubſtantia fuerit ſimilis genita: tamen quia
iam in ſeipſa extat, quæcunq; huic intrinſecus ingerun-
tur, non cõmunia dicuntur eſſe, ſed propria. Si ergo hu-
mani generis iſta conditio eſt, cum non vſqueadeo filij
ab eo qui genuit in aliud vnquam mutata ſubſtãtia eſt,
vt non eadem poſſit eſſe, ſed altera: dum extrinſecus fi-
lio accidentibus multis malis, manet nihilominus natu
ra communis: quid nos de deo atque eius filio dignum
eſt credere, quid decet prædicare? Quorum quamuis ſe-
cundum indiuiſæ maieſtatis ſimplicem gloriam nõ ſis
natura diſſimilis, ſpecialiter tamẽ à filio corpus aſſum-
ptum eſt: vt humiliaretur infirmitate carnis noſtræ, qui
pati nihil poterat in communis diuinitate ſubſtantiæ.
Non aſſumpſit homo hominis filius alteram naturam,
& cum in eadem quæ cum patre communis eſt patia- D
tur, ad patrem tamen non tranſmittit iniuriam. Nec
& humiliatus in filio deus pater paſſibiliter creditur,
cum non in eadem ipſa quæ vtriſque communis eſt,
ſed in noſtra potius, quam ſolus ipſe ſuſcepit, Iudæo-
rum creditur pertuliſſe perfidiam. Ad ſummam, quid
precor eſt quod pendebat in cruce? Quid eſt quod lan
cea dicitur vulneraſſe? Caro paſſibilis, an ſubſtantia di-
uinitatis? Si maieſtatem prophanus incorporei præ-
dicator aſſumpſeris, corruptibilem deum videris cre-
dere. Si paſſibilem carnem, non eſt communis iſta cum
patre, vt per hanc eum poſſit crux illa contingere.

FEL. Dum torrẽtis modo omnia quæ à nobis ſunt *Caput X.*
dicta præcipitas, duos admodum Chriſtos, non vnum
prædicas. Et non immerito: nam ſi in eo nihil penitus
diuinitas pertulit, ſecundum hominem Chriſtus alius
fuit: alioquin per affectum communis diuinitatis, etiam
ad patrem paſſio ipſa peruenit. AVG. Non ita eſt,
ego enim ſaluatorem noſtrum non confundo, non di-
uido. Non cõfundo, ne aut incorpoream, aut imagina-
riam carnem: aut carnalem, aut mortalem prædicem
deitatem. Non ſeparo, ne dei patris vnã ſecundum car-
nem, & alteram ſecundum maieſtatem introducere vi- E
dear prolem: quia idem dei filius & ſine initio proceſſit
ex patre, & ſecundum tempus naſci eſt dignatus ex vir-
gine. Impaſſibilis in ſuo, paſſus in noſtro, dum incõpre-
henſibilem maieſtatem velut quodam indumento car-
nis veſtire dignatus eſt ex vtero, vna mediatoris perſo-
na, non vna ſubſtantia. Vna inquam perſona, ne ſit non
vnus Chriſtus: nõ vna ſubſtantia, ne mediatoris diſpen-
ſatione ſubmota, aut dei tantum dicatur, aut hominis fi
lius. Non ego in Chriſto ſuſceptam carnem perpetui-
tate diuinæ generationis extendo: nec immenſam dei-
tatem corporei ortus ætate cõcludo: quia idem in diui-
nitate author eſt rerum, qui in carne redemptor eſt ho-
minum: idem impaſſibilis in ſe, qui paſſus in corpore:
dum ſic vtriuſque naturæ proprietatem vere ex vtraq;
gignenti ſimilis natus expreſſit, vt & veram carnem ſu-
ſcepiſſe eum conſtet ex matre, & indifferẽtem deitatem
habere conſtet ex patre. Quibus in vnam perſonam in-
comprehenſibili mediatoris diſpenſatione coniunctis,
ſeruauit ſingulis propria, ſed coniunxit propriis aliena.
Seruauit propria, dum non amiſit immenſitatem deita-
tis, & infirmitatem non reſpuit carnis. Coniunxit pro-
priis aliena, dum idem atque inſeparabilis Chriſtus, & F
proprio carnis occiditur, & proprio deitatis apud infe-
ros non tenetur. Proprio carnis guſtauit vita mortem,
& proprio deitatis perpetuam reddidit carnẽ. Non er-
go recte dicitur, in filio pater paſſus eſt, quoniã in car-
ne quæ ei non eſt cum patre communis, paſſus eſt filius.
Itaque glorificata eſt caro maieſtate, dum maieſtas hu-
miliata docetur in carne. Sed vtrunque non de duobus
Chriſtis ſicut putas, ſed de vno atque eodem ipſo quem
poſt partum virginis deum & hominem nouimus, nos
certum eſt prædicare. FEL. Si ergo ex virgine na- *Caput XI.*
tus eſt Chriſtus, quo modo deo patri dicitur eſſe coæ-
ternus? AVG. De hoc quidem nobis etiã aduerſus
alios diuerſa contentio eſt: & ideo ne difficilior ſit ex-
planatio veritatis, cauſam primùm proponamus erro-
ris. Nã ab vno malæ credulitatis orti principio in duo
quodã modo intelligentiæ diſſimilis deliramenta fun-
duntur. Eſt nanque vtriſque commune, vnam Chriſti
natiuitatem, non duas prædicare. Sed alij illam princi-
palem, qua ante omnia ex deo natus eſt deus: alij hanc
tantum, qua ex virgine proceſſit hic dominus, proprij

G dogmatis definitione recipiunt: qui per cõſequentiam
male iacti ſeminis, in ſimilis blaſphemię barathrum de-
ciderunt. Ecce enim qui ex virgine nõ credunt natum,
omnem Euangeliorum fidem, omnem baptiſmatis vti-
litatem, omnem Apoſtolorum prædicationem, & ad
ſummum omnem noui teſtamenti authoritatem, velut
quadam Iudaicæ incredulitatis cæcitate ſubuertunt: Et
ideo ne ipſam maieſtatem quidem dei filij cognouiſſe
putandi ſunt, quia ſacramentum mediatoris, quo eum
innoteſcere pater gentibus voluit, abiecerunt. At vero
hi qui non ex patre ante omne initium, ſed ex tempore
virginis partu natum eſſe contendunt, non eum crea-
torem omnium, non dominum omnipotentia patri ac
maieſtate conſimilem didicerunt. Quo modo enim fe
ciſſe putabitur cuncta, ante cuius ortum fuiſſe certum
eſt vniuerſa? Aut quo modo eius diuinitas eſt profiten-
da, quo necdum nato facta ſunt ſingula? Vel quo modo
eius diuinitas creditur eſſe perpetua, cum non ſemper
vt patris, ſed ex tempore prædicatur effecta? Negãt igi-
tur etiam hi quodam modo mediatoris cõſequenti re-
rum neceſſitate myſterium, quia deum & hominẽ non
ex æternitate, ſed ex tempore: non ex virtute, ſed ex in-
H firmitate: nõ ex patre ante omnia patri ſimilem filium,
ſed ex matre inter omnia, nõ verum, ſed imaginarium
hominis filium in manifeſto, non per veriſimilitudi-
nem natum prædicant Chriſtum: Quo fit, vt ne in car-
ne quidem uoiſſe putandi ſint deum, quem ante aſſum-
ptionem carnis de patre nõ putant genitum. Vides igi-
tur quo pacto inter hos, licet diſcrepãtibus mediis, idẽ
tamen initium, idem exitus docetur erroris. Nos con-
tra ſic natiuitatem vtramque defendimus, vt neutram
alterius affirmatione tollamus. Nam nec temporalem
primæ illius perpetuitate damnamus, nec æternam hu-
iuſcemodi temporalis breuitate concludimus: ſcientes
verbum dei inſeparabilem prolem, & huius verę prolis
poſtea veriſſimam carnem: Non tunc fatentes Chriſti
diuinitatem cœpiſſe cum virgo concepit: nec tunc cœ-
piſſe carnẽ, cum ineffabili quodam partu monas illa, ſi-
ne intercapedine medij temporis, in nullo differentem
monadem, niſi quod monas doceeur eſſe, genuit. Non
infirmitatẽ voluntariam Chriſti omnipotens eius ma-
ieſtas exhorruit, non omnipotentiam corporalis infir-
mitas extinxit. Scio ad inferos diuinitatem filij dei de-
ſcendiſſe proprietate carnis, ſcio ad cœlum aſcendiſſe
I carnem merito deitatis. Non eſt dei proprium quòd fa-
Matth. 14. mem ſenſit: ſed dei proprium eſt, quòd paucis panibus
tot milia hominum ſanauit. Non eſt proprium carnis
quòd ſuper frementes vndas ſiccis pedibus ambulauit:
ſed carnis eſt proprium, quòd ſputa, palmas, flagella ſu-
ſtinuit. Vnus tamen atque idem Chriſtus eſt, qui & in-
iurias toties pertulit, & actus in profundo non merſit.
Ex hoc pacto in mediatore dei & hominum, iniuria ſui
corporis affectam ? non ? fateor deitatem, ſicut maie-
ſtate deitatis glorificatam nouimus carnem. Ergo Chri
ſtus mortuus eſt, qui & reſurrexit: nec ideo tamen vtrũ-
que ex vno, ſed ex ſingulis ſingula, in vtroque tamen
perfectus ipſe compleuit, dum vnus atque inſeparabi-
lis tam diuerſa compleuit: Vno mortem guſtauit, alte-
ro mortuos ſuſcitauit. Sicque ſe deum & hominẽ vtri-
uſque verus mediator, nec geminata perſona, nec ſub-
ſtantia confuſa monſtrauit. Ingreſſus eſt virginis vte-
rum dei filius, vt iterum naſceretur ante iam genitus:
qui ſuſcepit totum hominem, qui iam habebat à patre
pleniſſimam deitatem. Non diſſimilis genitori cum na
ſceretur ex æterno perpetuus: non diſſimilis homini, cũ
ex matre naſceretur moriturus. Idem tamen & æternus K
in ſuo, & moriturus in noſtro, dum vtrunque continet
ex ſeipſo, & neutrum perdit ex altero: Sicque ex deo &
homine nõ imperfectus, ſed in diuerſa proprietate ple-
niſſimus natus eſt Chriſtus, ſicut ex anima & corpore
vnuſquiſq; hominum docetur eſſe perfectus. Non alius
homo corpus, alius animus, quamuis aliud animus, aliud
corpus, vnus tamen atque idem homo & corpus doce-
tur & animus. Rurſum non vnum atque idipſum cor-
pus & animus, quia ex vtroq; homo factus eſt vnus. Nõ
enim hæc aut ſubſtantiam confundunt in vnitate per-
ſonæ, aut perſonam geminant diuerſitate ſubſtantiæ,
quandoquidẽ vnus ex his homo noſcitur extitiſſe. Non
perdunt propria, ſed quia in vnum atque inſeparabile
conuenerunt, ex propriis videntur facta communia.
Afficitur in corpore mẽs doloribus corporis, fatigatur
corpus cogitationibus mentis, & vnum tamen horum
proprium eſt corporis, alterum mentis. Quod dum vni
homini acciderit, & corporis cõmune videtur, & men
tis: Sic poſt partum virginis, non alius dei, & alius ho-
minis, ſed idem Chriſtus dei & hominis filius fuit. Et
ſicut in vno homine aliud animus, aliud corpus: ſic in
mediatore dei & hominum, aliud dei filius, aliud homi L
nis fuit, vnus tamen ex vtroque Chriſtus dominus fuit.
Aliud, inquã, pro diſcretione ſubſtanniæ, non aliud pro
vnitate perſonæ. FEL. In ſuperioribus quidem me *Caput XII.*
ad credendum Chriſti ex matre natiuitatem ſalua per-
petuitate compuleras: Sed quia cõtra rationem vi ora-
tionis extorta nõ in nobis poſſunt eſſe continua: idcir-
co cum ad propoſitionem meam ſolicita intẽtione re-
ſpicio, necdũ mihi videor in his quæ à te dicta ſunt in-
ueniſſe quod quæro. Neſcio enim quo modo natũ do-
ceatis ex tempore, quem coæternum patri dicitis iam
fuiſſe. Naſci enim eſt velut quidã motus rei non extan-
tis antequam naſcatur, id agens beneficio natiuitatis vt
ſit: Quo colligitur Chriſtũ qui erat, naſci non potuiſſe:
ſi naſci potuit, non fuiſſe. AVG. Ad inquiſitionem
nos incomprehenſibilium rerũ, noua interrogandi cu-
rioſitate cõpellis: & ideo nõ niſi quibuſdam exemplo-
rum liniamentis poterit explicari quod quæris. Patere
igitur me pro affirmato afferre rem alterius quæſtionis:
quia cũ eam non pro fide ſui, ſed pro alterius oſtẽſione
nunc profero, nõ in ea me coniicias explicare quod cre
do, ſed ita me credere ad præſens puta, vt intelligere fa
cilius poſſis iſta quę dixero. Fingamus ergo ſicut pleriq;
volunt, eſſe in mundo animã generalem, quæ ſic ineffa- M
bili motu ſemina cuncta viuificet, vt non ſit concreta
cum genitis, ſed vitam præſtet ipſa gignendis. Nempe
cum hæc in vtero paſſibilem materiã ad vſus ſuos for-
matura peruenerit, vnam facit ſecum eſſe perſonã eius
rei, quam nõ eandem conſtat habere ſubſtantiam: & fit
operante anima & patiente materia, ex duabus ſubſtan-
tiis vnus homo: cũ aliud anima doceatur eſſe, aliud ca-
ro: ſicq; animam naſci fatemur ex vtero, quam ad vterũ
venientẽ vitam dicimus contuliſſe concepto. Naſci, in-
quam, ex matre dicitur, quia ex hac ſibi corpus aptauit
in quo naſci poſſet: non quia antequã naſceretur quan-
tum ad ſe attinet, ipſa penitus non fuiſſet. Hîc ſi verbo-
rum vim, quotidiani ſermonis cõtemplator attendas,
cum talia proponimus, oppugnanda prædicamus, & in
his tamen verum conſtat eſſe quod dicimus. Ex matris
vtero cum corpore ſcimus animã naſci, ſed etiam ma-
tre priorem videmus animam prædicari: In filio mater
animam gignit, ſed tamen etiam in ipſa matre non niſi
anima viuit, ſine qua nec ipſa quidẽ poteſt eſſe quæ ge-
nuit.

A nuit. Itaq; ſi originem animantis potentiæ requiramus,
prior eſt anima matre,& ex hac rurſus nata videtur eſſa
cum ſobole. Prior, inquam,anima,per quam mater eſt
animata: prior mater, per quam in filio nata videtur &
anima:ſed non mater in carnem animā vertit,nec car-
nem in animam commutauit: ſed animatam carnē de
vtero matris, idem carnis & animæ, & totius hominis
creator exhibet:qui per diſpenſationē analogiæ, diuer-
ſa iungentis in vno atq; eodem homine, & vtrunq; in-
ſolubili vnitate coniunxit,& neutrum ex alterius parti-
cipatione confudit. Sic ergo, immo multo incompre-
henſibilius atq; ſublimius,(natus eſt) ſuſceptione perfe-
cti hominis de matre filius dei,qui eſt per omnipoten-
tiam ſingularē genitis omnibus,non facultas tantū,ſed
& cauſa naſcendi: ſecundum hominē,inquam, de vir-
gine natus eſt deus, eo pacto quo cū corpore naſci do-
cetur & animus:Non quia vtriuſque vna ſubſtantia eſt;
ſed quia ex vtraq; fit vna perſona: nō alius homo cor-
pus, & alius animus,ſed vnus homo corpus & animus.
Sic poſt partū virginis, non alius dei filius, & alius ho-
minis,ſed idem Chriſtus dei & hominis filius. Et ſicut
in vno homine aliud corpus & aliud animus,ſic in vno
B mediatore aliud dei,& aliud hominis filius:ſed idē ta-
men & nō alius dei quàm hominis filius, quanuis pro-
pter aliud dei, & propter aliud hominis filius. Non ab
†temporalē. initio carnis cœpiſſe dicimus filiū dei,ne temporis† cre
dat aliquis deitatem: Non ab æterno filij dei nouimus
carnem,ne non veritatem humani corporis,ſed quan-
dam eum ſuſcepiſſe putemus imaginem. Neque enim
conſumit maieſtatem filij dei, veritas carnis: aut veri-
tatem carnis,immēſitas deitatis:dum vnū radiat virtu-
tibus ſuis,aliud docetur infirmitatibus noſtris. Vnus au
tem atq; inſeparabilis Chriſtus & humiliatur in aſſum-
ptis, & glorificatur in propriis,cum affici non dedigna
tur iniuriis, & æqualitatem cuſtodit genitoris. Genuit
ergo Maria, & non genuit filium dei. Genuit, quando
ex ipſa ſecundum carnē natus eſt Chriſtus:non genuit,
quando de patre ſine initio extitit filius. Genuit, quan-
do ex hac verbum caro proceſſit,vt habitaret in nobis:
Ioan.1. non genuit quando in principio erat deus verbū,quod
originem præſtitit vniuerſis. Nolite ergo partu virgi-
nis determinare originem dei verbi. Nolite de virgina
genitum corpus coæternum dicere deitati,quia media-
1.Timo.2. tor dei & hominū homo Chriſtus Ieſus prima natiui-
C tate coæternus eſt patri,ſecunda particeps temporis no
Cap.XIII. ſtri:In illa author temporis,in iſta particeps eſt ætatis.

FELICIANVS. Quoniam de myſterio mediato
ris perſpicua ratione,& ad credendum cuiuis ſufficien-
ter tractaſti: idcirco quæſo vt mihi quid etiam de ani-
ma Chriſti ſentiendum ſit iubeas explicari. Ita enim à
maioribus noſtris ſemper eſt traditum, quòd corpus
Chriſti ad vicem animę cōmunis,ipſius filij dei habitus
animarit:nec acceſſione vitalis ſpiritus indigens fuerit,
cui inhabitans fons vitæ potuit conferre quod vixit.

AVG. Poſſemus quidem id quod in hac quæſtione
catholicæ authoritatis definitione pręſcribitur,diuino-
rum voluminū teſtimoniis edocere: ſed quia nūc non
librorum indicio,ſed ſola ratione placuit cuncta diſcu
tere: idcirco in aliud tempus ſcripturarū monimenta
reſeruantes, ſicut ſuperius factum eſt,ſic etiā de animæ
inquiſitione tractabimus. Quod vt poſſit facilius fieri,
quæ ſaluatori noſtro ſuſcipiendi hominis cauſa fuerit,
vna tantum Apoſtoli lectione ſubiecta breuiter inquira
mus:Qua inuenta,ſine aliqua difficultate etiam ad hæc,
quæ huius pręcedentis ſunt conſequentia,tranſibimus.

Ab initio igitur ex corpore & anima deus hominem fe D
cit:Qui legis præcepta tranſgreſſus,poſt vſurpationem
interdictæ arboris,ſententiā quodam modo pœnæ ca-
pitalis excepit. Hæc ad eum ſtatū à quo lapſus eſt,nō niſi
authoris ſui gratia reformatus, poſtliminij quodā mo-
do iure potuit remeare:ſicut qui ſe de excelſo in pręceps
volūtate demiſerit, in ſua quidē habuit poteſtate quod
fecit,ſed iā ſuo arbitrio certū eſt nō ſubiacere quòd ſur
gat. Surgit itaque beneficio alieno qui cecidit proprio.
Nec ideo nō ſuo dicendus eſt cecidiſſe,quia alieno no-
ſcitur reſurgere: nec propterea ſuo reſurrexiſſe,quia nō
alieno certū eſt cecidiſſe. Sed de hoc aliâs,nūc ad pro-
poſitum redeamus. Dicit ergo venerabilis Paulus,quo-
niā idcirco ſecundum carnē natus eſt Chriſtus,vt ſicut Roma.5.
per vnum hominē peccatum in hunc mūdum intrauit,
& per peccatum mors, & ſequētia vſq; ad hunc locum
vbi ait: Sic & per vnius obedientiam iuſti cōſtituuntur
multi. Venit ergo Chriſtus ſaluum facere quod perierat. Lucæ.19.
Prius ergo videamus, quid illud eſt quod protoplaſti
tranſgreſſione perierit,& ex hoc facile ſcire poterimus;
quid dominus veniendo ſaluare potuerit. Requirendū
igitur nobis eſt quiſnam ſaluatoris † legē acceperit. Ille †creatoris;
enim ſina dubio peccauit,qui præcepta contempſit:Ille E
præcepta cōtempſit,qui quod prohibebatur admiſit. Di
cit autem ſcriptura:Præcepit dominus Adæ,dicens,Ab Gene.2.
omni ligno quod eſt in paradiſo manducabitis, de li-
gno autem ſcientiæ boni & mali,non manducabitis de
eo: Qua autem die manducaueritis,morte moriemini.
Quæramus ergo nunc, vtrum hanc legem totus homo
acceperit? Si enim vt in libro Geneſeos continetur, ex
corpore & animo iam perfectus accepit,totus [homo]
tranſgrediendo peccauit,& ſi totus trāſgrediendo pec-
cauit,totus peccati ſui vicio iam tunc periit. Si autē to-
tus periit, totus beneficio ſaluatoris indiguit. Et ſi totus
beneficio ſaluatoris indiguit, totum Chriſtus veniēdo
ſaluauit:Et ſi totū veniendo ſaluauit,non corpus aut a-
nimam,ſed corpus & animam,quibus conſtat totus ho
mo, & quibus peccaſſe antea videtur aſſumpſit. Nam ſi
toto homine peccante, ſolam huius carnē Chriſtus aſ-
ſumpſit,anima pœnæ primæ illius trāſgreſſionis ſine a-
liqua ſpe etiā nunc addicta permāſit. Quod ſi ita eſt,ne-
ſcio quid nobis mediatoris perſona cōtulerit,quæ me-
lius noſtrū ex toto non redimens,brutam per ſe carnē,
& quæ ſine anima beneficium quidem eius non poſſet
ſentire,ſuſcepit. Vellem tamen ab huiuſmodi prædica- F
toribus quærere, cur accepta carne animam diſpenſa-
tio mediatoris omiſerit. Niſi forte aut innoxiam ſciens
medicinę indigentē eſſe non credidit,aut à ſe alienam
putans,redemptionis beneficio nō donauerit,aut ex to
to inſanabilem iudicās,curare nequiuerit,aut vt vilem
& quæ nullis vſibus apta videretur abiecerit. Horū duo
in ipſum totius hominis creatorem blaſphemi ſpiritus
incredulitate deſipiūt: Nam primo impoſſibilem,ſecū-
do non omnium authorem crediderunt. Quo modo
enim docetur omnipotens, ſi curare non potuit deſpe-
ratam? Aut quo modo omnium deus,ſi non ipſe fecit a-
nimam noſtram? Duobus vero aliis, vno animæ cauſa
neſcitur,altero meritum nō timetur. An intelligere cau
ſam putandus eſt animæ, qui eam ad accipiendam le-
gē,habitu inſitæ rationis inſtructam,à peccato volunta
riæ tranſgreſſionis nititur ſeparare? Aut quo modo eius
generoſitatē nouit,qui ignobilitatis vicio dicit eſſe de-
ſpectam, prælata carne,quam non inflatu dei ſicut ani-
mam,ſed de limo terræ conſtat eſſe plaſmatam? Si au-
tem nihil horū de anima recte ſentitur, credamus quia

G ſuſcepit redemptor noſter hominem totum, nec inter-
* aliàs, vi- cidere quodam modo animæ noſtræ videamur* homi
deamus. nem ſempiternum. Prohdolor, carnem, inquit, ſolam
Chriſtus aſſumpſit, animam non quæſiuit. Hic ſi origi-
nem vtriuſque gnarus rerum contemplator atteodas,
precioſior eſt animæ ſubſtantia: ſi tranſgreſſionis cul-
† al. cauſa. pam, propter intelligentiam, peior eſt carne. † Ego au-
tem Chriſtum & perfectam ſapientiam dico & ſcio, &
piiſſimum eſſe nō dubito, quorum primo meliorem &
prudentiæ capacē non deſpexit, ſecundo eam quæ ma-
gis fuerat vuloerata ſuſcepit. Neque enim aut ſapientiæ
cōuenit, de duobus æque ſuis, inſipientiſſimā plus ama-
re: aut perfectæ pietati, magis indigentē non inueniſſe.
Cap. XIIII. FEL. Omnia quidem quæ à te non rationabiliter
tantū, ſed etiam veraciter dicta ſunt, & intellexiſſe me
in præcedentibus fateor, & probaſſe non nego: Chriſti
autē diuinitas quo pacto mortem ſenſiſſe dicatur, igno
ro. De quo vtrū obſcure aliquid dixeris, an ego ſufficien
ter dicta ingenij tarditate aſſequi nō potuerim, oeſcio.
Neq; enim credere auſim, quòd foos ille vitæ: à quo ha-
bent vniuerſa ꝙ viuunt, per triduum quo in ſepulchro
[corpus] iacuit, vſq; eo à naturæ ſuę proprietate decide-
H rit, vt ſi dici fas eſt, ſepultis ſenſibus omnē ſubſtantiæ vi-
† al. motum talis naturam † amitteret, & propter redemptionē hu-
mani generis noo patrem tantum, ſed & omnia ſpirita-
lis gloriæ ornameota deſereret. AVG. Abſit, abſit à
3. ſen. di. 21. fidelibus iſta ſuſpicio, vt ſic Chriſtus ſenſerit mortē no
cap. Sicut. ſtram, vt quantom in ſe eſt vita, perderet vitam. Nam ſi
hoc ita eſſet, quo modo illo triduo potuiſſe dicimus a-
liquid viuere, ſi vitæ footē credimus aruiſſe? Senſit igi-
tur mortem deitas Chriſti, participatiooe humani affe-
ctus quem ſponte ſuſceperat, nō naturæ ſuæ potentiam
perdidit, per quā cuncta viuificat. Sic in ſepulchro car-
nem ſuam cōmoriendo non deſeruit, ſicut in vtero vir-
ginis conoaſcendo formauit: Et ſic in vtroque & naſci
& mori, non coactus ab altero, ſed ſponte dominus vo
luit, vt hoc eum conſtet pertuliſſe quod fecit. Nec ideo
non patientem, quia ipſe faciebat: nec ideo non facien-
tem, quia alius tolerabat. Nam ſi dominicæ incarnatio-
nis myſteriū, ſalua induiduæ Trinitatis cooperatione
cooſideres: idem ſibi in hac humilitate author & opus
eſt. Idem author, quia ſpōte naſcitur, ſponte patitur: idē
opus, quia vtrunque licet nō alio cogente, ſolus tamen
ipſe perpetitur. Fecit carnem in vtero matris, habes au-
I thorē operis: ipſe in hac naſci dignatus eſt, habes opus
authoris: Vna tamen perſona eſt, ſalua vtriuſq; proprie-
tate ſubſtantiæ, & authoris & operis. Sic ergo mortuus
eſt non diſcedente vita, ſicut paſſus eſt oō pereunte po-
Ioan. 10. tentia. Nemo aufert animam eius ab eo, quia poteſta-
tem habet ponendi, & poteſtatē aſſumendi eam, habes
Ibidem. etiam hic authorem operis: ponit animam pro amicis
ſuis, habes opus authoris. Quod vt generali defioitiooe
cōcludam, quoties in carne Chriſtus aliquid patitur, o-
pus authoris eſt. Sed quia idipſum ſua poteſtate, nō alio
cogente perpetitur, ipſe author eſt operis. Noo ergo ad
Mariam locali motu diuinitas venit, ſed ineffabili po-
tentiæ ſuæ maoifeſtatione, & vterum virginis gigneo-
dus impleuit: & quod totum eſt, ſubſtantiæ ſuæ plenitu
3. ſent. diſt. ne non priuauit. Non dimiſit patrē com venit ad vir-
22. cap. Et ginem, vbiq; totus, vbiq; perfectus, quia nec diuiſionem
vnque. incorporei ſimplicitas recipit, & patris oomen plenitu-
do noo nouit. Erat ergo vno atq; eodem tēpore ipſe to
tus etiam in inferno, totus in cœlo: Illic patiēs iowriam
carnis, hic noo relinquens gloriam deitatis. Erat apud
inferos reſurrectio mortuorum, erat ſuper cœlos vita
viuentium, vere mortuus, vere viuus: in quo & mortem K
ſuſceptio mortalitatis excepit, & vitam diuinitas ſerua-
ta non perdidit. Quotieſcunque ergo hæc quæ in Chri
ſto humiliter ſuot tolerata, conſideras, ipſum authorem
volūtariæ paſſioois agooſcas: Ita fiet, vt dum humilitas
patienti, facienti virtus aſcribitur: idē Chriſtus voo atq;
eodem tempore cum patitur infirmus, cum facit omni-
potens doceatur. Sed ne adhuc in morte filij dei aliquā
inſenſibilitatem nos credatis accipere, importunū non
eſt quæ de morte ſenſa ſunt inueſtigare: in qua ſine du-
bio deſtitutū corpus vita, animam noſtrā non perimit,
dum diſcedens anima nō vim ſuam perdidit, ſed quod
viuificauerat hoc dimittit: & quantum in ſe eſt, alterius
mortem facit, ipſa non recipit. Facit, inquā, non viuifi-
cando quod deſerit: [non recipit,] nō amittendo quod
viuit. Itaque omnis mors nihil aliud quàm carnis occa
ſus eſt: A qua cum vis potentiæ viuificantis abſceſſerit,
in terram de qua ſumpta eſt, amiſſis quos non per ſeip-
ſam habuit, ſenſibus, redit. Atqui contraria, inquis, vitæ
mors eſt. Fateor: Sed non ex eo genere contrariorum,
quæ exiſtentis ſubſtantiæ oppoſitione ſe perimūt: ſed ex
eorum potius quæ dum cuilibet accidūt, ſimul quidem
eſſe non poſſunt, ſed vnius tantum ſubſtantiæ habitu ac L
priuatione gignūtur. Sicut verbi gratia, noctem doce-
mus ac diem. Nam & hæc eiuſdē generis docentur eſſe
contraria, cum non vtriuſque, ſed vnius tantum videa-
tur eſſe ſubſtātia. Ecce enim dicimus diem eſſe, cum ſol
eſt ſuper terram: Solem autem conſtat eſſe ſubſtantiam.
Hic cum peracto diurni temporis curſu, ab humani vi-
ſus contēplatione diſceſſerit, noctem diſcedendo mox
facit. Facit, inquam, ſubtrahendo copiam diurni lumi-
nis, non in ſe recipiendo ſubſtaotiam noctis. Itaq; vna
lucis ſubſtantia noctem facere videtur & diem, & non
vno modo: Nam diem cum venit efficit, noctem cum
recedit. Vnde & Manichæorum non irreligioſam tan-
tum, verumetiam ſtultam diuiſionem, qua bona à malis
æque extantibus nituntur ſeparare ſubſtantiis, plerunq;
confundimus: oſtendentes eis luminare maius, quo fie-
ri nouimus diem: & cogētes vt & ipſi ſimiliter nos do-
cerent, quod eſſet ſi dictu fas eſt, tenebrale maius, quo
ſubſtantialiter fieri crederemus & noctem. Sed de his
aliâs, qui per ſtulticiā blaſphemi dogmatis, aut pro ex-
tantibus non extantia, aut pro principalibus conſecuta,
aut pro contrariis videntur affirmare cōmunia. Quæ ſi
quis fidei oculis non priuatus excuſſerit, omnes eorum M
machinas facili ratione confundit. Ergo vt dicere cœ-
peramus, anima oō aliter quàm ſol vitam tribuit carni
cum venerit, mortē efficit cum recedit. Quam ne quis
putet corporis morte cōſumi, audiat quid dominus de
hoc in Euangelio generali authoritate definiat: Nolite, Matth. 10.
inquit, timere eos qui corpus occidunt, animam autem
nō poſſunt occidere: ſed timete eū potius qui animam
& corpus poteſt occidere in gehenna ignis. Si ergo ſu-
perſtite anima corpus cōſtat occidi, & propterea conſe
quens neceſſariū non eſt, animas corporū internitione
cūſumi: hoc ſi ita eſt, etiā poſt mortē corporis oihilomi-
nus mētibus viuitur. Quod ſi de vnoquoq; noſtrū recte
ſentitur, quo modo fons vitæ propter participationem
humanæ mortis viuificādi potentiā perdidiſſe iactatur?
Sed poteſt, ioquis, anima & corpus occidi io gehenoa
ignis. Quod aduerſum nos primū idcirco nō facit, quia
mors iſta oō cōditionis videtur eſſe, ſed criminis: Nam
remota culpa iubemur homines nō timere, qui poſſunt
corpus, animam tamē negantur occidere. Dehinc, quo-
niam hoc tantum eſſe dicitur poſſibile deo, filium ſuum
vnige-

A vnigenitum & communione naturæ, & æqualitate potentiæ nō hoc credimus meruiſſe. Suſcepit ergo ſaluator conditionem mortis noſtræ, ſed nō ita vt deteriorem faceret, cum præter conſuetudinem dominari eam permittebat animæ: ſed potius vt nihil hanc obeſſe ani-
Caput XV. mæ pariter iuſtorum omnium probaſſet & vitæ. Sed fingamus, licet Euangeliis reclamantibus, animas interire: Nónne [in] ſaluatore noſtro, licet in his mortē non repellente, tertiū tamen atq; ſpeciale, maieſtas eſt, quam nō potuit mors humana contingere? Ad ſummā videa-
Lucæ.23. mus, in cruce poſitus quid promiſit? Hodie, inquit, mecum eris in paradiſo: Hodie, inquit, non poſt triduum, cum carnem meam de ſepulchri requie reſuſcitauero, non cum in me primicias futuræ reſurrectionis oſtendero. Cuius putamus hæc vox eſt maieſtatis, mentis aut corporis? Corpus autē in ſepulchro fuiſſe, nullus ignorat: Reſtat vt diuinitati, vel mēti vox iſta cōueniat. Sed dicit aliquis: Deitatis hanc, nō animæ Chriſti credimus vocē. Et quid in eo cui promittebatur accipimus? Hodie, inquit latroni, mecū eris in paradiſo: cuius corpus ad futuram reſurrectionem mors cōmunis incluſit. Ani-
B ma igitur eſt cui dominus hoc promiſit & præſtitit. Si igitur mortuo corpore ad paradiſum anima mox vocatur, quenquam ne adhuc tam impiū credimus, qui dicere audeat, quoniā anima ſaluatoris noſtri triduo illo corporeæ mortis apud inferos cuſtodiæ mācipetur? Et
Matth.26. quis, inquis, eſt alius qui inſtante paſſione Chriſti ingemuit, dicens, Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortē: Triſtis vſq; ad mortem, propter affectum ſuſceptæ carnis: non poſt mortē, cum beatitudinē ſpondet ſocietas deitatis: Non initium mœroris mors iſta, ſed finis eſt: Nec incipiunt poſt hanc iuſtorum flagella, ſed deſinunt, cū
Cap. XVI. & impedimēta materiæ fluctuantis exponūt, & authorem ſuū pleniori intelligentia iam capiunt. Ergo, inquis, mortem dei filius & in anima non pertulit, & in maieſtate non ſenſit? Quid ergo dicebas eſſe quod pertulit? Senſit prorſus & pertulit, ſed participatione morbi alieni, nō proprietate vulneris ſui. Senſit ſicut omnes ſentiunt, qui moriente carne mentibus viuunt, nō ſicut impij qui vtraq;, ſicut idem ait, in gehennæ ignibus occiduntur. Quidam ſanè cōmunem mortem etiā hanc pacto definiunt dicentes: nihil aliud hanc eſſe, quàm cum
C diuerſarū rerum conſenſu vitam facientium, velut per diſſidiū quoddam ab inuicē fuerit facta diſſenſio. Hæc ſi hominis mors eſt quæ non conſumit iuncta, ſed diuidit, dū origini vtrunq; reſtituit: quid de ſaluatoris nunc anima dicemus, quæ vt nō dicam propter inhabitantē deitatē, & propter iuſticiam ſingularē: certe propter cō-
Cap. XVII. munē moriendi ſortē corpus illo triduo ſic potuit deſerere, vt ipſa non poſſet penitus interire? Non ergo, inquis, apud inferos Chriſti anima, non diuinitas fuit? Fuit inquam. Neq; aliter eum video potuiſſe reſuſcitare carnem ſuam, ſi apud inferos prædicem velut abſentis dei non fuiſſe potentiam: Nec ideo tamen localem nos credat aliquis dei prædicare præſentiā, de quo iſta propter manifeſtationem certi operis dicimus, quia alicubi fuit qui vbique non defuit. Iacebat quantum ad corpus mortuus in ſepulchro, mortuos reſuſcitans in inferno, vitam tribuens vniuerſis in cœlo: non mundum dimittens ad cœlos aſcendit, nec cœlum deſerens ad terram venit, ſed vno atq; eodem tempore totū totus impleuit: qui alicubi manifeſtatione plus parens, agnitionē præſentiæ ſuæ indignis negauit, non immenſæ deitatis ab-
Ca. XVIII. ſentiā procurauit. Vis noſſe de hac mediatoris morte quid ſentiam? Omnium quæ à me in ſuperioribus in-

cidentium quæſtionum neceſſitate diſperſa ſunt, prorſus iſta ſententia eſt: quia credo mortuū eſſe filium dei, D
non ſecundum pœnā iniuſticiæ, quam ex toto non habuit: ſed ſecundum legem naturæ quam pro humani generis redemptione ſuſcepit: illa morte de qua dicitur:
Quis eſt homo qui viuit & non videbit mortem? non Pſal.88.
illa de qua Eſaias dicit: Mortui autem vitam nō videbunt. Illa quæ ſecundum naturam generalis eſt cunctis, non illa quæ ſpecialis eſt malis. Putemus ergo in hoc eſſe quodam modo vim ac potentiam ſeminis, qua & anima animas reparet: & carne omnium noſtrum carnem iudicio imminente reſuſcitet: dum per operationē propriæ deitatis cūcta viuificans, ex vno ſuſcepti hominis grano, innumerabilem patri redditurus eſt meſſem. Tunc ſeparaturus eſt à zizaniis ſegetem, cùm iuſtis cœperit reddere mercedem: Qui cū patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat deus, per infinita ſecula, Amen.

FINIS.

DIVI AVRELII E
AVGVSTINI HIPPONENSIS
Epiſcopi, Liber de bono coniugali, contra Iouinianum.

QVONIAM vnuſquiſque homo Caput I.
humani generis pars eſt, & ſociale quiddam eſt humana natura, magnumq; habet & naturale bonum, vim quoq; amiciciæ: ob hoc ex vno deus voluit omnes homines cōdere, vt in ſua ſocietate non ſola ſimilitudine generis, ſed etiā cognationis vinculo tenerentur. Prima itaque naturalis humanæ ſocietatis copula vir & vxor eſt: Quos nec ipſos ſingulos condidit deus, & tanquā alienigenas iunxit: ſed alteram ex altero creauit: ſignans etiam vim cōiunctionis in latere, vnde illa detracta, for-
mata eſt. Lateribus enim ſibi iunguntur, qui pariter am- Gene.2.
bulant, & pariter quò ambulant intuentur. Conſequēs eſt connexio ſocietatis in filiis, qui vnus honeſtus fru-
ctus eſt, non coniunctionis maris & fœminæ, ſed con- F
cubitus. Poterat enim eſſe in vtroq; ſexu, etiam ſine tali commixtione, alterius regentis, alterius obſequentis a-
micabilis quædam & germana coniunctio. Nec nūc Caput II.
opus eſt, vt ſcrutemur, & in ea quæſtione definitam ſententiam proferamus, vnde primorum hominū proles
poſſit exiſtere, quos benedixerat deus dicens, Creſcite Gene.1.
& multiplicamini & replete terram: ſi non peccaſſent: cum mortis conditionem corpora eorū peccando meruerint, nec eſſe concubitus, niſi mortalium corporum poſſit. Plures enim de hac re ſententiæ diuerſæq; extiterunt. Et ſi examinandum ſit veritate diuinarū ſcripturarum, quænam earum potiſſimū congruat, prolixæ diſputationis negociū eſt. Siue ergo ſine coëundi complexu alio aliquo modo, ſi nō peccaſſent habituri eſſent filios ex munere omnipotētiſſimi creatoris, qui potuit etiam ipſos ſine parentibus condere, qui potuit carnē Chriſti
in vtero virginali formare, & vt iam ipſis infidelibus lo- Matth.1.
quar, qui potuit apibus prolem ſine concubitu dare: ſiue
ibi multa myſtice ac figurate dicta ſint, aliterq; ſit in- De trinitate
telligendum quod ſcriptum eſt, implete terram & do- lib.3.ca.8.
minamini eius: id eſt, vt plenitudine & perfectione vi- Gene.1.
tę ac poteſtatis id fieret, vt ipſum quoque incrementum

G & multiplicatio qua dictum eſt, Creſcite & multiplicamini: in prouectu mentis & copia virtutis intelligatur:
Pſal.137. ſicut in Pſalmo poſitũ eſt, Multiplicabis in anima mea virtutem: nec data ſit homini prolis iſta ſucceſſio, niſi poſteaquam cauſa peccati futura erat in morte diſceſſio: ſiue corpus non ſpiritale illis hominibus, ſed primo animale factum erat, vt obedientiæ merito poſtea fieret ſpiritale ad immortalitatem capeſſendam: non poſt
Sapien.2. mortem, quæ inuidia diaboli intrauit in orbem terrarum, & facta eſt pœna peccati: ſed per illam commuta-
1.Theſ.4. tionem quam ſignificat Apoſtolus vbi ait, Deinde nos viuentes qui reliqui ſumus, ſimul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Chriſto in aëera: vt illa corpora primi coniugij & mortalia fuiſſe intelligamus prima conformatione, & tamẽ nõ moritura niſi peccaſſent: ſicut minatus erat deus, tanquam ſi vulnus minaretur, quia vulnerabile corpus erat: quod tamẽ non accidiſſet niſi fieret quod ille vetuiſſet. Ita ergo poſſent etiam per concubitum talium corporum generationes ſubſiſtere, quæ vſque ad certum modum haberent incrementum, nec vergerent tamẽ in ſenium, aut vſque in ſenium, nec ta-
H men in mortem, donec illa benedictionis multiplica-
Deute.8.& 29. tione terra repleretur. Si enim veſtibus Iſraëlitarũ præſtitit deus per annos quadraginta ſine vllo detrimento proprium ſtatum: quanto magis præſtaret corporibus obedientium præcepto ſuo fœliciſſimũ quoddam temperamentum certi ſtatus: donec in melius conuerterentur, nõ morte hominis, qua corpus ab anima deſeritur, ſed beata cõmutatione à mortalitate ad immortalitatẽ, ab animali ad ſpiritalem qualitatem. Harum ſen-
Caput III. tentiarum quæ vera ſit, vel ſi alia vel aliæ poſſunt adhuc ex illis verbis exculpi, quærere ac diſſerere longum eſt. Illud nunc dicimus ſecundum iſtam conditionem
Primũ coniugij bonũ. naſcendi & moriendi, quam nouimus & in qua creati ſumus, aliquid boni eſſe cõiugium maſculi & fœminæ: cuius confœderationem ita diuina ſcriptura commendat, vt nec dimiſſæ à viro nubere liceat alteri, quamdiu vir eius viuit, nec dimiſſo ab vxore liceat alteram ducere, niſi mortua fuerit quæ receſſit. Bonum ergo cõiugij
Matth.19. quod etiam dominus in Euangelio confirmauit, nõ ſolum quia prohibuit dimittere vxorem, niſi ex cauſa for-
Ioan.2. nicationis, ſed etiam quia venit [inuitatus] ad nuptias, cur ſit bonũ merito quæritur. Quod mihi non videtur
I propter ſolam filiorũ procreationẽ, ſed propter ipſam
Secundũ coniugij bonũ. etiam naturalem in diuerſo ſexu ſocietatem: Alioquin non iam diceretur coniugium in ſenibus, præſertim ſi vel amiſiſſent filios vel minime genuiſſent: Nunc vero in bono licet annoſo coniugio, & ſi emarcuit ardor ætatis inter maſculum & fœminã, viget tamen ordo charitatis inter maritum & vxorem: quia quanto meliores ſunt, tanto maturius à cõmixtione carnis ſuæ, pari conſenſu ſe cõtinere cœperunt, nõ vt neceſſitatis eſſet poſtea non poſſe quod vellent, ſed vt laudis eſſet primũ noluiſſe quod poſſent. Si ergo ſeruatur fides honoris & obſequiorum inuicem debitorum ab alterutro ſexu, etiam ſi langueſcentibus & prope cadauerinis vtriuſq; membris, animorum tamẽ rite coniugatorum tanto ſyncerior, quanto probatior: & tanto ſecurior, quanto placi-
Tertiũ coniugij bonũ. dior caſtitas perſeuerat. Habẽt etiam id bonum coniugia, quòd carnalis vel iuuenilis incontinentia, etiã ſi vicioſa eſt, ad propagandæ prolis redigitur honeſtatẽ, vt ex malo libidinis aliquid boni faciat copulatio coniugalis. Deinde quia reprimitur & quodã modo verecundius æſtuat cõcupiſcentia carnis, quã temperat parentalis affectus: Intercedit enim quædam grauitas feruidæ
voluptatis, cũ in ea quòd ſibi vir & mulier adhæreſcũt, K
pater & mater eſſe meditantur. Huc accedit quia in *Cap. IIII.*
eo ipſo quod ſibi inuicẽ coniuges debitum ſoluunt, etiã *Quartũ coniugij bonũ.*
ſi id aliquanto intemperantius & incontinentius expetant, fidem tamen ſibi pariter debent. Cui fidei tantum iuris tribuit Apoſtolus, vt eam poteſtatem appellaret dicens: Mulier nõ habet poteſtatem ſui corporis ſed vir: *1.Cor.7.*
ſimiliter autem & vir non habet poteſtatẽ ſui corporis, ſed mulier. Huius autem fidei violatio dicitur adulte- *32.q.5.cap. Ille autem.*
rium, cũ vel propriæ libidinis inſtinctu, vel alienæ conſenſu cũ altero vel altera cõtra pactum coniugale concumbitur: atque ita frangitur fides, quæ in rebus etiam corporeis & abiectis magnũ animi bonum eſt: & ideo eam ſaluti quoque corporali, qua etiam vita iſta continetur, certum eſt debere præponi. Etſi enim exigua palea præ multo auro penè res nulla eſt: fides tamen cum in negocio paleę, ſicut in auro ſyncera ſeruatur, nõ ideo minor eſt, quia in re minore ſeruatur. Cum vero ad pec- *32.q.4.c.Si ad peccatũ.*
catum admittẽdum adhibetur fides, mirum ſi fides appellanda eſt. Veruntamen qualiſcunque ſit, ſi & contra ipſam fit, peius fit: niſi cum propterea deſeritur vt ad veram fidem ac legitimam redeatur, id eſt, vt peccatũ e- L
mẽdetur, voluntatis prauitate correcta: Tanquã ſi quis cum hominem ſolus expoliare non poſſit, inueniat ſocium iniquitatis, & cũ eo paciſcatur vt ſimul id faciant ſpoliumq; partiãtur, quo facinore commiſſo totũ ſolus auferat: Dolet quidem ille, & fidem ſibi ſeruatã non eſſe conqueritur: verum in ipſa ſua querela cogitare debet, potius in bona vita ipſi humanæ ſocietati fuiſſe ſeruandã, ne prę da iniqua ex homine fieret, ſi ſentit quàm inique ſibi in peccati ſocietate ſeruata nõ fuerit: ille quippe vtrobique perfidus, profecto ſceleratior iudicandus eſt. At ſi id quod malefecerãt ei diſplicuiſſet, & propterea cum participe facinoris prædam diuidere noluiſſet, vt homini cui ablata fuerat, redderetur, eum perfidum nec perfidus diceret: Ita mulier ſi fide coniugali violata fidẽ ſeruet adultero, vtiq; mala eſt: ſed ſi nec adultero, peior eſt. Porrò ſi eam flagitij pœniteat, & ad caſtitatem rediẽs coniugalẽ, pacta ac placita adulterina reſcindat, miror ſi eam fidei violatricem, vel ipſe adulter putabit.

Solet etiam quæri, cum maſculus & fœmina, nec il- *Caput V.*
le maritus, nec illa vxor alterius, ſibimet non filiorum *32 queſt.2.*
procreandorũ, ſed propter incontinentiam ſolius con *cap.Solet.*
cubitus cauſa copulantur, ea fide media, vt nec ille cum *4.ſent.diſt.*
altera, nec illa cum altero id faciat, vtrũ nuptiæ ſint vo- *31.ca. Et eſt*
candæ. Et poteſt quidem fortaſſe nõ abſurde hoc appel *ſciendum.*
lari connubium, ſi vſq; ad mortem alicuius eorũ id in- M
ter eos placuerit, & prolis generationem, quanuis non ea cauſa coniuncti ſint, nõ tamen vitauerint, vt vel nolint ſibi naſci filios, vel etiam opere aliquo malo agant ne naſcantur. Cæterum ſi vel vtrunq; vel vnum horum deſit, non inuenio quemadmodũ has nuptias appellare poſſimus. Etenim ſi aliquã ſibi vir ad tempus adhibuerit, donec aliam dignã vel honoribus vel facultatibus ſuis inueniat, quam comparem ducat, ipſo animo adulter eſt, nec cum illa quã cupit inuenire, ſed cum iſta cũ qua ſic cubat, vt cũ ea non habeat maritale cõſortium. Vnde & ipſa hoc ſciẽs ac volens, impudice vtiq; miſcetur ei, cum quo nõ habet fœdus vxorium. Veruntamen ſi ei fidem thori ſeruet, & cũ ille vxorem duxerit, nubere ipſa non cogitet, atq; à tali prorſus opere continere ſe præparet, adulteram quidem fortaſſis facile appellare non audeam, non peccare tamen quis dixerit, cum eam viro cuius vxor non eſt, miſceri ſciat? Iam vero ſi ex illo concubitu quantum ad ipſam attinet, non niſi filios velit,

A velit, & quicquid vltra cauſam procreandi patitur, in-
uita patiatur: multis quidem iſta matroois antepooen-
da eſt: Quæ tametſi nõ ſunt adulteræ, viros tamen ſuos
plerunq; etiam continere cupientes ad reddendum car
nale debitum cogunt, oon deſiderio prolis, ſed ardore
concupiſcentiæ ipſo ſuo iure intemperanter vtentes: In
quarum tamen nuptiis bonum eſt hocipſum quòd ou-
ptæ ſunt: Ad hoc eoim ouptæ ſunt, vt illa coocupiſcen-
tia redacta ad legitimum vinculum, non deformis &
diſſoluta fluitaret, habens de ſeipſa irrefrænabilem car-
nis infirmitatem, de nuptiis autem induſſolubilem fidei
ſocietatẽ: de ſeipſa progreſſum immoderate coëundi,
de nuptiis modum caſte procreandi. Et ſi enim turpe
eſt libidinoſe vti velle marito, honeſtum eſt tamẽ nol-
le miſceri niſi marito, & non parere oiſi de marito.

Cap. VI. Sunt item viri vſqueadeo incontinentes, vt coniu-
32. quæſt. 2. gibus nec grauidis parcant. Quicquid ergo inter ſe cõ-
cap. Quic- iugati immodeſtum, inuerecundum, ſordidúmve ge-
quid inter. ruot, vicium eſt hominum, non culpa nuptiarum. Iam
in ipſa quoque immoderatiore exactione debiti carna-
1. Corin. 7. lis, quam eis non ſecundum imperium præcipit, ſed ſe-
cundum veniam concedit Apoſtolus, vt etiam præter
cauſam procreandi ſibi miſceantur: & ſi eos praui mo-
B res ad talem concubitum impellunt, nuptiæ tamen ab
adulterio ſeu fornicatiooe defendunt. Neq; enim illud
propter nuptias admittitur, ſed propter nuptias igoo-
ſcitur. Debent ergo ſibi coniugati, non ſolum ipſius ſe-
xus ſui commiſcendi fidem, liberorum procreandorũ
cauſa, quæ prima eſt humani geoeris in iſta mortalitate
ſocietas: verumetiam infirmitatis inuicem excipiendæ,
ad illicitos concubitus euitandos, mutuã quodam mo-
do ſeruitutem: vt & ſi alteri eorum perpetua continen-
tia placeat, niſi ex alterius conſenſu nõ poſſit. Et ad hoc
Ibidem. enim vxor noo habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir:
ſimiliter & vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed
mulier: vt & quod nõ filiorum procreandorum, ſed in-
firmitatis & incontinentiæ cauſa expetit, vel ille de ma
trimooio, vel illa de marito, nõ ſibi alterutrum negeot:
ne per hoc incidant in damnabiles corruptelas, tẽtante
ſatana propter incõtinentiam, vel amborum, vel cuiuſ-
4. ſen. diſt. quam eorum. Coniugalis enim concubitus generaodi
31. cap. Cum gratia oon habet culpã: concupiſcentiæ vero ſatiandæ,
ergo. ſed tamen cum coniuge, propter fidem thori venialem
habet culpam: adulterium vero ſiue fornicatio letalem
C habet culpã: Ac per hoc melior eſt quidem ab omni cõ-
cubitu continentia, quàm vel ipſe matrimonialis cõcu-
Cap. VII. bitus, qui fit cauſa gignendi. Sed quia continẽtia illa
meriti amplioris eſt, reddere vero debitum coniugale
nullius eſt criminis, exigere autẽ vltra generaodi neceſ-
ſitatem culpæ venialis, fornicari vero vel mœchari, pu-
niẽdi criminis: cauere debet charitas cooiugalis, ne dũ
ſibi quærit vnde amplius honoretur, coniugi faciat vn-
Matt. 5. & de damnetur. Qui enim dimittit vxorẽ ſuam excepta
19. cauſa fornicationis facit eam mœchari. Vſqueadeo fœ-
dus illud initum nuptiale, cuiuſdam ſacramenti res eſt,
vt nec ipſa ſeparatiooe irritum fiat: quandoquidem vi-
oente viro, à quo relicta eſt mœchatur, ſi alteri nupſerit:
& ille huius mali cauſa eſt qui reliquit. Miror autem ſi
quemadmodum licet dimittere adulteram vxorem, ita
liceat ea dimiſſa alteram ducere: Facit enim de hac re
1. Corin. 7. ſancta ſcriptura difficilem oodum, diceote Apoſtolo,
ex præcepto domini mulierẽ à viro non debere diſce-
dere, quòd ſi diſceſſerit, manere inouptam, aut viro ſuo
reconciliari: cum recedere vtiq; & maoere innupta, niſi
ab adultero viro non debeat, ne recedendo ab eo qui

adulter oon eſt, faciat eum mœchari: reconciliari autem D
viro vel tolerando, ſi ſe ipſa continere non poteſt, vel
correcto forſitan iuſte poteſt: Quo modo autem viro
poſſit eſſe licentia ducendæ alterius, ſi adulteram reli-
querit, cum mulieri oon ſit nubendi alteri, ſi adulterum
reliquerit, non video. Quæ ſi ita ſunt, taotum valet il- *32 q. 7. cap.*
lud ſociale vinculum coniugum, vt cum cauſa procre- *Tãtũ valet.*
andi colligetur, nec ipſa cauſa procreãdi ſoluatur. Poſ-
ſet eoim homo dimittere ſterilem vxorẽ, & ducere de
qua filios habeat: & tamen non licet & noſtris quidem
iam temporibus, ac more Romano nec ſuperducere, vt
amplius habeat quam vnam viuam: & vtique relicta a-
dultera vel relicto adultero poſſent plures naſci homi-
nes, ſi vel illa alteri nuberet, vel ille alteram duceret.
Quod tamẽ ſi non licet, ſicut diuina regula præſcribe-
re videtur, quem non faciat intentũ, quid ſibi velit tan-
ta firmitas vinculi coniugalis? Quod oequaquam puto
tantum valere potuiſſe, oiſi alicuius rei maioris ex hac
infirma mortalitate hominum quoddam ſacramẽtum
adhiberetur, quod deſerentibus hominibus atq; id diſ-
ſoluere cupientibus, inconcuſſum illis maoeret ad pœ-
nam. Siquidẽ interueniente diuortio, non aboletur illa *32. q. 7. c. In-*
confœderatio nuptialis: ita vt ſibi cooiuges ſint etiam *teruenienẽte.*
ſeparati, cum illis autem adulterium committant, qui- E
bus etiam fuerint poſt ſuum repudium copulati, vel illa
viro, vel ille mulieri: oec tamen oiſi in ciuitate dei no-
ſtri in monte ſancto eius, talis eſt cauſa cum vxore.
Cæterum aliter ſe habere iura gentiliũ quis ignorat, *Pſal. 47.*
vbi interpoſito repudio ſine reatu aliquo vltioois hu- *Cap. VIII.*
manæ, & illa cui voluerit oubit, & ille quam voluerit,
ducit, Cui cõſuetudini ſimile aliquid propter Iſraëlita-
rum duriciã, videtur permiſiſſe Moyſes de libello re- *Deute. 24.*
pudij. Qua in re exprobratio diuortij magis apparet,
quàm approbatio. Honorabiles ergo nuptiæ in omni-
bus, & thorus immaculatus, Quod non ſic dicimus bo
num, vt in foroicationis comparatione ſit bonũ: Alio- *Hebræ. 13.*
quin duo mala eruot, quorũ alterum peius: aut boonm
erit & fornicatio, quia eſt peius adulteriũ. Peius eſt enim
alienũ matrimonium violare, quàm meretrici adhære-
re: & bonũ adulterium, quia eſt peior inceſtus. Peius eſt *1. Cor. 6.*
enim cum matre quàm cum aliena vxore concumbe-
re, & donec ad ea perueniatur, quæ ſicut Apoſtolus ait,
Turpe eſt etiam dicere: omnia bona erũt io compara- *Ephe. 5.*
tiooe peiorum. Hoc autẽ falſum eſſe quis dubitet? Non
ergo duo mala ſunt connubium & fornicatio, quorum F
alterum eſt peius: ſed duo bona ſunt cõnubium & con-
tioẽtia, quorum alterum eſt melius. Sicut iſta tempora-
lis ſanitas & imbecillitas non ſunt duo oıala, quorum
alterũ peius: ſed iſta ſanitas & immortalitas duo booa
ſunt, quorũ alterum melius. Item ſcientia & vanitas nõ
duo mala ſunt, quorum vanitas peius: ſed ſciẽtia & cha-
ritas duo bona ſunt, quorum charitas melius. Scientia
nanq;, vt ait Apoſtolus, deſtruetur, & tamẽ huic tempo- *1. Corin. 13.*
ri neceſſaria eſt, charitas autem nunquam cadet. Sic &
mortalis iſta generatio, propter quam fiunt nuptiæ, de-
ſtruetur. Ab omni autẽ concubitu immunitas, & hic an-
gelica meditatio eſt, & permanet in ęternũ. Sicut autem
ieiuniis ſacrilegorũ meliora ſunt praodia iuſtorum, ita
nuptiæ fideliũ virginitati anteponũtur impiorum. Ve-
runtamen neq; ibi praodium ieiunio, ſed iuſticia ſacri-
legio: neque hic ouptiæ virgioitati, ſed fides impietati
præfertur. Ad hoc enim iuſti cum opus eſt prandent, vt
tanquã boni domioi quod iuſtũ & æquũ eſt ſeruis cor-
poribus præbeant: ad hoc autẽ ſacrilegi ieiunant vt dæ-
monibus ſeruiant: Sic ad hoc nubunt fideles, vt maritis

G pudice copulentur, ad hoc autem ſunt virgines impiæ,
vt à vero deo fornicētur. Sicut ergo bonum erat quod
Luca.10. Martha faciebat occupata multum circa miniſterium
ſanctorum:ſed melius quod Maria ſoror eius ſedēa ad
pedes domini,& audiens verbū domini,[cum eum am
Daniel.13. bæ hoſpitio recepiſſent:]ita bonum Suſannæ in coniu-
Luca.2. gali caſtitate laudamus:ſed tamē ei bonū viduæ Annæ,
Luca.1. ac multo magis Mariæ virginis anteponimus. Bonum
erat quod faciebant qui de ſubſtantia ſua Chriſto ac di
ſcipulis ſuis neceſſaria miniſtrabant:ſed melius qui om
nem ſubſtantiam ſuā dimiſerunt, vt expeditiores eun-
dem dominum ſequerentur.In his autē binis bonis,ſiue
quæ iſti, ſiue quæ Martha & Maria faciebant, fieri non
poſſet quod melius eſt, niſi altero prætermiſſo aut reli-
cto.Vnde intelligendum eſt,non ideo malum putandū
eſſe nuptias,quia niſi ab eis abſtineatur,nō poteſt haberi
vidualis caſtitas aut virginalis integritas. Neque enim
ideo malum erat quod Martha faciebat, quia niſi inde
abſtineret ſoror eius,non faceret quod melius erat.Aut
ideo malum eſt iuſtum ſuſcipere aut Prophetam in do-
Matth.10. mum ſuam,quia nec domū habere debet, vt quod me-
H lius eſt faciat,qui vult ad perfectionem Chriſtum ſequi.
Sanè videndum eſt nobis,alia bona nobis deū dare,
Cap.IX. quæ propter ſeipſa expetenda ſunt,ſicut eſt ſapientia,ſa
lus,amicicia:alia quæ propter aliquid ſunt neceſſaria,ſi-
cut doctrina,cibus,potus,ſomnus,coniugium,concubi
tus.Horum enim quædā neceſſaria ſunt propter ſapien
tiam,ſicut doctrina:quædam propter ſalutē,ſicut cibus,
potus,& ſomnus:quædam propter amiciciam,ſicut nu-
ptiæ vel concubitus:Hinc enim ſubſiſtit propagatio hu
mani generis,in quo ſocietas amicabilis magnum bonū
eſt. His itaque bonis quæ propter aliud neceſſaria ſunt,
qui non ad hoc propter quod inſtituta ſunt vtitur,pec-
cat, aliâs venialiter, aliâs damnabiliter. Quiſquis vero
eis propter hoc quod data ſunt vtitur,benefacit: Cui er
go nō ſunt neceſſaria,ſi nō eis vtitur melius facit. Pro-
inde iſta bona cū opus habemus bene volumus,ſed me-
lius ea nolumus quàm volumus,quia tūc melius nos ha
1.Timo.5. bemus cū ea neceſſaria non habemus.Ac per hoc bonū
eſt nubere,quia bonū eſt filios procreare, matremfami-
liâs eſſe:ſed melius eſt non nubere,quia melius eſt ad ip
ſam humanam ſocietatē hoc opere non egere.Ita enim
[iam]ſeſe habet humanū genus,vt aliis qui ſe non conti
I nent, nō ſolum per nuptias occupatis,ſed multis etiam
per illicitos cōcubitus luxuriantibus, bono creatore de
malis eorum faciente quod bonum eſt,non deſit prolis
numeroſitas & abundantia ſucceſſionis,vnde ſanctæ a-
miciciæ conquirantur. Ex quo colligitur,primis tēpo-
ribus generis humani, maxime propter dei populum
propagandum, per quem & prophetaretur & naſcere-
tur princeps & ſaluator omnium populorū,vti debuiſſe
ſanctos iſto,non propter ſe expetēdo,ſed propter aliud
neceſſario bono nuptiarum:Nunc vero cum ad ineun-
dam ſanctam & ſynceram ſocietatem vndiq; ex omni-
bus gentibus copia ſpiritalis cognationis exuberet,etiā
propter filios ſolos cōnubia copulare cupientes,vt am-
pliore cōtinentię bono potius vtantur admonēdi ſunt.
Sed noui quoſdam qui murmurent: Quid ſi, in-
Cap. X. quiunt,omnes velint ab omni concubitu abſtinere:vn-
de ſubſiſtet genus humanum? Vtinam omnes hoc vel-
lent,duntaxat in charitate de corde puro,& conſcien-
1.Timo.1. tia bona,& fide non ficta:multo citius dei ciuitas com-
pleretur, vt acceleraretur terminus ſeculi. Quid enim
aliud hortari apparet Apoſtolum vbi ait, cum inde lo-
1.Cor.7. queretur:Vellem omnes eſſe ſicut meipſum? Aut in illo

loco: Hoc autem dico fratres,tempus breue eſt,reliquū *1.Corin.7.*
eſt vt & hi qui habēt vxores tanquā non habentes ſint, K
& qui flent tanquam nō flentes, & qui gaudent tanquā
non gaudentes, & qui emunt tanquam non emētes, &
qui vtuntur hoc mundo tanquā non vtantur. Præterit
enim figura huius mūdi,volo vos ſine ſolicitudine eſſe.
Deinde ſubiungit: Qui ſine vxore eſt,cogitat quæ ſunt
domini, quo modo placeat domino: Qui autē matri-
monio coniunctus eſt,cogitat quę ſunt mūdi,quo mo-
do placeat vxori. Et diuiſa eſt mulier nupta,† & virgo *†al. vxori,*
quæ innupta eſt,ſolicita eſt ea quę ſunt domini,vt ſit ſan *& diuiſus*
cta & corpore & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt,ſolicita *eſt. Mulier*
eſt quæ ſunt mundi,quo modo placeat viro. Vnde mi- *innupta &c.*
hi videtur hoc tempore ſolos eos qui ſe non continent
coniugari oportere, ſecūdum illam eiuſdem Apoſtoli
ſententiam, Quòd ſi ſe non continent,nubant: Melius *1.Cor.7.*
eſt enim nubere quàm vri. Nec ipſis tamen peccatum
ſunt nuptiæ, quæ ſi in cōparatione fornicationis elige-
rentur,minus peccatum eſſent quàm fornicatio, ſed ta-
men peccatum eſſent. Nunc autem quid dicturi ſumus
aduerſus euidentiſſimam vocē Apoſtoli dicētis,Quod L
vult faciat,non peccat,ſi nubat: Et ſi acceperis vxorem *Ibidem.*
non peccaſti,& ſi nupſerit virgo non peccat.Hinc cer-
te iam dubitare fas non eſt,nuptias non eſſe peccatum.
Non itaque nuptias ſecundum veniam concedit Apo-
ſtolus.Nam quis ambigat abſurdiſſime dici,nō eos pec *Ibidem.*
caſſe quibus venia datur? Sed illum concubitum ſecun
dum veniā concedit,qui fit per incontinentiā,non ſo-
la cauſa procreandi,& aliquādo nulla cauſa procrean-
di:quē nuptiæ non fieri cogunt,ſed ignoſci impetrant:
ſi tamē nō ita ſit nimius,vt impediat quæ ſepoſita eſſe† *†aliâs, quæ*
debent tempora orandi,nec immutetur in eū vſum qui *ſe poſtpoſito*
eſt contra naturam. De quo Apoſtolus tacere non po- *eſſe.*
tuit, cum de corruptelis nimiis immundorū & impio- *1.Corin.7.*
rum hominū loqueretur. Concubitus enim neceſſarius *2.Petri.3.*
cauſa generandi, inculpabilis & ſolus ipſe nuptialis eſt. *Roma.1.*
Ille autē qui vltra iſtam neceſſitatem progreditur, iam *4.ſent.diſt.*
non rationi,ſed libidini obſequitur. Et hunc tamen nō *31.c. Sed ſi.*
exigere ſed reddere coniugi, ne fornicando damnabi-
liter peccet, ad perſonam pertinet coniugalem. Si au-
tem ambo tali concupiſcentiæ ſubiguntur,rem faciunt
non planè nuptiarum.Veruntamen ſi magis in ſua con
iunctione diligunt quod honeſtum quàm quod inho-
neſtum eſt,id eſt,quod eſt nuptiarum,quàm id quod nō M
eſt nuptiarum,hoc eis authore Apoſtolo ſecundum ve
niam conceditur.Cuius delicti non habent hortatrices
nuptias, ſed deprecatrices, ſi dei miſericordiam non à
ſe auertant: vel non abſtinendo quibuſdam diebus, vt
orationibus vacent, & per hanc abſtinentiam ſicut per
ieiunia commendent preces ſuas:vel immutando natu
ralem vſum in vſum qui eſt cōtra naturam,quod dam-
nabilius fit in coniuge. Nam cum ille naturalis vſus, *Caput XI.*
quādo prolabitur vltra pacta nuptialia:id eſt,vltra pro-
pagādi neceſſitatem, venialis ſit in vxore, in meretric[e]
damnabilis:iſte qui eſt contra naturam,execrabiliter fit
in meretrice,ſed execrabilius in vxore. Tantū valet or-
dinatio creatoris & ordo creaturæ,vt in rebus ad vten-
dum cōceſſis,etiam cum modus exceditur longe ſit to-
lerabilius: quàm in eis quæ conceſſa non ſunt,vel vnus
vel rarus exceſſus: & ideo in re conceſſa immoderatio
coniugis,ne in rem non conceſſam libido prorumpat,
toleranda eſt.Hinc eſt etiam quòd longe minus peccat
quamlibet aſſiduus ad vxorem, quàm vel rariſſimus ad
fornicationem.Cum vero vir membro mulieris nō ad
hoc cōceſſo vti voluerit, turpior eſt vxor ſi in ſe,quàm
ſi in

A ſi in alia fieri permiſerit. Decus ergo coniugale eſt ca-
4.ſent.diſt. ſtitas procreandi,& reddēdi carnalis debiti fides: hoc
32.c.Sed ſi. eſt opus nuptiarū,hoc ab omni crimine defendit Apo-
1.Cor.7. ſtolus dicendo,Et ſi acceperis vxorem,non peccaſti:&
ſi virgo nupſerit,nō peccat:& quod vult faciat,nō pec-
cat ſi nubat.Exigendi autē debiti ab alterutro ſexu im-
moderatior progreſsio,propter illa quæ ſupra dixim',
coniugibus ſecundum veniam cōceditur. Quod ergo
Ibidem. ait,Quæ innupta eſt cogitat ea quæ ſunt domini, vt ſit
ſancta & corpore & ſpiritu,nō ſic accipiendū eſt,vt pu
temus nō eſſe ſanctam corpore Chriſtianam cōiugem
1.Cor.6. caſtam. Omnibus quippe fidelibus dictum eſt,Neſcitis
quoniam corpora veſtra templum in vobis eſt ſpiritus
ſancti,quem habetis à deo. Sancta ſunt etiam corpora
coniugatorum,fidem ſibi & domino ſeruantium. Cui
ſanctitati cuiuſlibet eorū, nec infidelem coniugem ob-
ſiſtere: ſed potius ſanctitatem vxoris prodeſſe infideli
viro,aut ſanctitatem viri prodeſſe infideli vxori: idem
1.Cor.7. Apoſtolus teſtis eſt dicēs, Sanctificatus eſt enim vir in-
fidelis in vxore fideli,& ſanctificata eſt mulier infidelis
in fratre fideli. Proinde illud dictum eſt ſecundum am-
B pliorem ſanctitatem innuptarum quàm nuptarum,cui
merces etiam debetur amplior:ſecundum quod iſto bo
no illud eſt melius, quia & hæc ſolū cogitat [fœmina]
quo modo placeat deo. Neq; enim fœmina fidelis,ſer-
uans pudiciciā coniugalem, nō cogitat quo modo pla
ceat domino:ſed vtique minus,quia cogitat etiam quę
mundi ſunt,quo modo placeat viro. Hoc enim de illis
dicere voluit,quæ poſſunt habere quodā modo de ne-
ceſsitate coniugij,vt cogitent quæ ſunt mūdi,quo mo-
Cap.XII. do placeant viris ſuis. Quod vtrū de omnibus nup-
tis dixerit,an de talibus quales ita multæ ſunt, vt penè
omnes putari poſsint,non immerito dubitatur. Neque
1.Cor.7. enim & illud quod de innuptis ait,Quę innupta eſt co
gitat ea quę ſunt domini,vt ſit ſancta & corpore & ſpi
ritu:ad omnes innuptas pertinet,cum ſint quędā viduę
1.Timo.5. mortuæ,quę in deliciis viuunt. Veruntamen quod atti-
net ad quandam diſtinctionem & quaſi proprietatem
innuptarum atque nuptarum, ſicut nimium deteſtanda
eſt quæ cōtinens à nuptiis: id eſt,à re conceſſa, non cō-
tinet à delictis,vel luxurię,vel ſuperbię,vel curioſitatis
1.Cor.7. & verboſitatis: ita rara nupta eſt quæ in ipſo quoq; ob-
ſequio cōiugali nō cogitat,niſi quo modo placeat deo,
1.Timo.2. ornando ſe non intortis crinibus, aut auro aut marga-
C ritis & veſte precioſa,ſed quod decet mulieres promit-
tentes pietatem per bonā conuerſationem. Talia quip-
1.Pet.3. pe coniugia Petrus quoque Apoſtolus pręcipiendo de-
ſcribit, Similiter,inquit,mulieres obaudientes maritis
ſuis: vt & ſi qui non credunt verbo,per mulierum con-
uerſationē ſine loquela lucrifieri poſsint,vidētes timo-
rem & caſtam conuerſationem veſtrā: vt ſint non quæ
à foris ornantur capillorū incriſpationibus, aut circū-
datæ auro,aut veſte decora,ſed ille abſconditus cordis
veſtri homo in illa perpetuitate quieti & modeſti ſpiri-
tus,qui & apud dominū locuples eſt. Nam ſic quædam
ſanctæ mulieres,quę in dominum ſperabant, ornabant
ſe obſequētes viris ſuis, quo modo Sara obaudiebat A-
brahæ dominum illum vocās,cuius factæ eſtis filiæ be-
nefacientes, & non timentes vllum vanum timorem.
Viri ſimili ratione cōcordes & caſte viuētes cum vxo-
ribus veſtris, & tāquam vaſi infirmiori & ſubiecto tri-
buite honorem quaſi cohæredibus gratiæ, & videte ne
impediantur orationes veſtræ. Itáne vero cōiugia talia
1.Cor.7. non cogitant ea quæ ſunt domini,quo modo placeant
domino? Sed perrara ſunt. Quis negat? & in ipſa rarita-
te penè omnes qui tales ſunt,nō vt tales eſſent cōiuncti D
ſunt, ſed iam coniuncti tales facti ſunt. Qui enim Cap.XIII.
noſtri temporis homines Chriſtiani nuptiarum vincu-
lo liberi,volentes ab omni cōcubitu ſe continere, cum
iam tempus eſſe perſpicerent, ſicut ſcriptum eſt, Non Ecclēs.3.
amplectendi,ſed abſtinēdi ab amplexu non potius eli-
gerent, vel virginalē vel vidualem continentiam con-
ſectuare, quàm tribulationem carnis, ſine qua coniugia 1.Cor.7.
eſſe nō poſſunt, vt talia taceantur à quibus parcit Apo-
ſtolus, nullo iam cogente humanę ſocietatis officio ſu-
ſtinere? Sed cū dominante concupiſcentia fuerint co-
pulati,ſi eam poſtea vicerint quia non ita licet diſſolue-
re coniugiū ſicut licebat nō colligare,fiunt tales quales
profitetur forma nuptiarum: ita vt vel pari conſenſu
aſcendant celſiorem ſanctitatis gradum: aut ſi nō ſunt
ambo tales, erit qui talis eſt non exactor ſed redditor
debiti, ſeruans in omnibus caſtā religioſamq; concor-
diam. Illis vero temporibus cum adhuc propheticis ſa
cramentis ſalutis noſtræ myſterium velabatur, etiā qui
ante nuptias tales erant,officio propagandi nuptias co
pulabant,Non victi libidine,ſed ducti pietate:quibus ſi
optio talis daretur, qualis reuelato nouo teſtamēto da- E
ta eſt dicente domino,Qui poteſt capere capiat:nō eos Matt.19.
dubitat etiā cum gaudio ſuſcepturos fuiſſe, qui diligē-
ter intentus legit quo modo coniugibus vtebātur:cum
& plures habere vni viro licebat, quas caſtius habebat
quàm nunc vnā quilibet iſtorum,quibus videmus quid
ſecundū veniam concedat Apoſtolus. Habebant enim 1.Cor.7.
eas in opere generandi, non in morbo deſiderij, ſicut 1.Theſſ.4.
gentes quæ ignorant deum. Quod tam magnum eſt,vt
multi hodie facilius ſe tota vita ab omni cōcubitu ab-
ſtineant,quàm modum teneant non coëundi,niſi pro-
lis cauſa,ſi matrimonio copulentur. Nempe multos ha
bemus fratres & ſocios cœleſtis hæreditatis vtriuſq; ſe-
xus continentes,ſiue expertos nuptias,ſiue ab omni tali
cōmixtione integros, Nempe innumerabiles ſunt,qué
tandem audiuimus inter familiaria colloquia, ſiue eo-
rum qui cōiugati ſunt,ſiue qui fuerunt indicantem no-
bis nunquam ſe coniugi eſſe commixtum, niſi ſperan-
do conceptum? Quod ergo præcipiunt cōiugatis Apo-
ſtoli,hoc eſt nuptiarum: quod autem venialiter conce-
dunt,aut quod impedit orationes,non cogunt nuptię,
ſed ferunt. Itaque ſi forte, quod vtrum fieri poſsit Cap.XIIII.
ignoro,magiſque fieri non poſſe exiſtimo: ſed tamen ſi
forte ad tēpus adhibita cōcubina filios ſolus ex eadem F
commixtione quæſiuerit:nec ſic iſta coniunctio vel ea-
rum nuptiis præponenda eſt,quę veniale illud operan-
tur. Quid enim ſit nuptiarum conſiderandum eſt, non
quid ſit nubentium, & immoderatius nuptiis vtētium.
Neq; enim ſi agris inique ac perperam inuaſis,ita quiſq;
vtatur,vt ex eorum fructib' largas eleemoſynas faciat,
ideo rapinam iuſtificat. Neque ſi alius ruri paterno vel
iuſte quæſito, auarus incumbat, ideo culpanda eſt iu-
ris ciuilis regula,qua poſſeſſor legitimus factus eſt. Nec
tyrannicæ factionis peruerſitas laudabilis erit, ſi regia
clementia tyrannus ſubditos tractet: nec vituperabilis
ordo regię poteſtatis,ſi rex crudelitate tyrānica ſequiat. 32.q.2.cap.
Aliud eſt nanq; iniuſta poteſtate iuſte velle vti, & aliud concubinæ.
eſt iuſta poteſtate iniuſte velle vti. Ita nec cōcubinæ ad 31.q 1. cap.
tempus adhibitę,ſi filiorum cauſa concumbant,iuſtum poſſe.
faciunt concubinatum ſuum:nec coniugatę ſi cum ma 4.ſent.diſt.
ritis laſciuiant,nuptiali ordini crimen imponūt. Poſſe 35.c.Solet.
ſanè fieri nuptias ex male cōiunctis, honeſto poſtea pla Cap.XV.
cito conſequente,manifeſtum eſt. Semel autem ini- 32.q.7.cap.
tum cōnubium in ciuitate dei noſtri, vbi etiā ex prima Tantum.
duorum

G duorum hominum copula quoddã ſacramẽtum nup-
tię gerunt, nullo modo poteſt niſi alicuius eorum mor
te diſſolui. Manet enim vinculum nuptiarum, etiam ſi
proles cuius cauſa initum eſt, manifeſta ſterilitate non
ſubſequatur: ita vt iam ſcientibus coniugibus non ſe fi-
lios habituros, ſeparare ſe tamẽ vel ipſa cauſa filiorum
atque aliis copulare non liceat. Quod ſi fecerint, cũ eis
quibus ſe copulauerint, adulterium committunt, ipſi au
tem cõiuges manent. Planè vxoris voluntate adhibere
aliam, vnde communes filij naſcantur vnius commix-
tione ac ſemine, alterius autem iure ac poteſtate, apud
antiquos patres fas erat: vtrum & nunc fas ſit nõ teme-
re dixerim. Non eſt enim [nunc] propagãdi neceſsitas,
quæ tunc fuit: quando & parientibus coniugibus alias
propter copioſiorem poſteritatẽ ſuperducere licebat,
quod nunc certe non licet, Nam tantum affert oppor-
tunitatis ad aliquid iuſte agendum ſiue non agendum
temporum ſecreta diſtinctio, vt nunc melius faciat, qui
4. ſent. diſt. nec vnã duxerit, niſi ſe continere non poſsit. Tunc au-
33. c. Quæ-ritur. tem etiã plures inculpabiliter ducebãt, & qui ſe multo
facilius cõtinere poſſent, niſi aliud pietas illo tempore
H poſtularet. Sicut enim ſapiens & iuſtus qui iam concu-
3. de doctr. piſcit diſſolui & eſſe cũ Chriſto, & hoc magis optimo
Chriſtiana, delectatur, iam non hic viuendi cupiditate, ſed conſu-
cap. 18. lendi officio ſumit alimentũ, vt maneat in carne quod
neceſſarium eſt propter alios: ſic miſceri fœminis iure
nuptiarum officioſum fuit tunc ſanctis viris, non libi-
Cap. XVI. dinoſum. Quod enim eſt cibus ad ſalutẽ hominis,
2. Retr. 22. hoc eſt concubitus ad ſalutem generis, & vtrunque nõ
eſt ſine delectatione carnali. Quæ tamen modificata, &
tẽperantia refrænante, in vſum naturalem redacta, li-
bido eſſe nõ poteſt. Quod eſt autem in ſuſtẽtanda vita
illicitus cibus, hoc eſt in quęrẽda prole fornicarius vel
adulterinus cõcubitus. Et quod eſt in luxuria ventris &
gutturis illicitus cibus, hoc eſt in libidine nullam pro-
lem quærente illicitus cõcubitus. Et quod eſt in cibo li-
cito nõnullus immoderatior appetitus, hoc eſt in con-
32. queſt. 4. iugibus venialis ille cõcubitus. Sicut ergo ſatius eſt mo
cap. Sicut. ri fame, quàm idolothytis veſci: ita ſatius eſt defungi
4. ſent. diſt. ſine liberis, quàm ex illicito coitu ſtirpem quærere. Vn-
33. cap. vlt. decunque autem naſcantur homines, ſi parẽtum vicia
non ſectentur, & deum recte colant, honeſti & ſalui e-
runt. Semen enim hominis ex qualicũque homine, dei
creatura eſt, & eo male vtentibus male erit, non ipſum
I aliquando malum erit. Sicut autem filij boni adultero-
rum, nulla defenſio eſt adulteriorum: ſic mali filij con-
iugatorum, nullum crimẽ eſt nuptiarum. Proinde ſicut
patres temporis noui teſtamenti ex officio conſulendi
alimenta ſumentes, quamuis ea cum delectatione natu-
1. Cor. 8. rali carnis acciperent, nullo modo tamen cõparaban-
tur delectationi eorũ, qui immolaticio veſcebãtur, aut
eorum qui quamuis licitas eſcas, tamen immoderatius
aſſumebant: ſic patres temporis veteris teſtamenti, con-
ſulendi officio concumbebant, quorum delectatio illa
naturalis nequaquam vſque ad irrationalem aut nefa-
riam libidinem relaxata, nec turpitudini ſtuprorum,
nec coniugatorum intemperantiæ conferenda eſt. Ea-
dem quippe vena charitatis, nunc ſpiritaliter, tunc car-
naliter propter illam matrem Hieruſalem propagandi
erant filij: ſed diuerſa opera patrum nõ faciebat niſi di-
uerſitas temporum. Sic autẽ neceſſe erat, vt carnaliter
coirent, etiam non carnales Prophetę: ſicut neceſſe erat
vt carnaliter veſcerentur, etiam nõ carnales Apoſtoli.
Cap. XVII. Quotquot ergo nunc ſunt quibus dicitur, Si ſe non
1. Cor. 7. continent, nubant: non comparandæ ſunt tunc etiam
nubentibus ſanctis. Ipſæ quidẽ nuptiæ in omnibus gen K
tibus eadem ſunt filiorũ procreãdorum cauſa: qui qua-
leſlibet poſtea fuerint, ad hoc tamẽ inſtitutæ ſunt nup-
tiæ, vt ordinate honeſteq; naſcantur. Sed homines qui
ſe non continent, tanquam aſcẽdunt in nuptias gradu
honeſtatis: qui autem ſe ſine dubio continerent, ſi hoc
illius temporis ratio permiſiſſet, quodam modo deſcẽ-
derunt in nuptias gradu pietatis. Ac per hoc quamuis
vtrorumque nuptiæ inquantum nuptiæ ſunt, quia pro-
creandi cauſa ſunt, æqualiter bonæ ſunt, hi tamen ho-
mines coniugati illis hominibus coniugatis non ſunt
comparandi. Habent enim iſti, quod illis propter ho-
neſtatem nuptiarum, quãuis ad nuptias non pertineat,
ſecundum veniam cõcedatur, id eſt, progreſſum illum
qui excedit generandi neceſsitatem, quod illi non ha-
bebant. Sed neque hi, ſi qui fortè nunc inueniuntur, qui
nõ quęrunt in cõnubio nec appetũt, niſi propter quod
inſtitutæ ſunt nuptię, coæquari poſſunt illis hominibus.
In iſtis enim carnale eſt ipſum deſiderium filiorum: in
illis autem ſpiritale erat, quia ſacramento illius tem-
poris cõgruebat. Nunc quippe nullus pietate perfectus
filios habere niſi ſpiritaliter quærit, tũc vero ipſius pie- L
tatis erat operatio, etiã carnaliter filios propagare: quia
illius populi generatio nuncia futurorum erat, & ad di
ſpenſationem propheticam pertinebat. Ideoq; nõ ſicut
vni viro etiam plures habere licebat vxores, ita vni fœ
minę plures viros, nec prolis ipſius cauſa, ſi fortè illa pa
rere poſſet, ille generare non poſſet. Occulta enim lege
naturæ amant ſingularitatem quæ principãtur. Subie-
cta vero non ſolum ſingula ſingulis, ſed ſi ratio natura-
lis vel ſocialis admittit, etiam plura vni nõ ſine deco-
re ſubduntur. Neque enim ſic habet vnus ſeruus plures
dominos, quo modo plures ſerui vnum dominum. Ita
duobus ſeu pluribus maritis viuis nullam legimus ſer-
uiſſe ſanctarum, plures autẽ fœminas vni viro legimus
coniunctas, cum gẽtis illius ſocietas ſinebat, & tempo-
ris ratio ſuadebat. Neque enim cõtra naturam nuptia-
rum eſt. Plures enim fœminæ ab vno viro fœtari poſ-
ſunt, vna vero à pluribus nõ poteſt. Hæc eſt principio-
rum vis, vt plures fœminę vni viro ſint, ſicut multę ani
mę vni deo recte ſubduntur. Ideoq; non eſt verus deus
animarum niſi vnus, vna vero anima poſt multos fal-
ſos deos fornicari poteſt, non fœcundari. Sed quo- Ca. XVIII.
niam ex multis animabus vna ciuitas futura eſt, haben-
tium vnam animam & cor vnũ in deum: quæ vnitatis M
noſtræ perfectio poſt hãc peregrinationem futura eſt,
vbi omniũ cogitationes, nec latebunt inuicem, nec in-
ter ſe in aliquo repugnabunt: propterea ſacramentum 1. Timo. 3.
nuptiarum temporis noſtri ſic ad vnum maritum & Ad Tit. 1.
vnam vxorem redactum eſt, vt diſpẽſatorem Eccleſiæ
non liceat ordinare, niſi vnius vxoris virũ. Quod acu- Diſt. 26. ca.
tius intellexerunt, qui nec eum qui catechumenus vel Acutius.
paganus habuerit alteram, ordinãdum eſſe cenſuerunt: 28. q. 3. ca.
de ſacramento enim agitur, non de peccato, nã in bap- Acutius.
tiſmo peccata omnia dimittuntur. Sed qui dixit, Si ac-
ceperis vxorem nõ peccaſti, & ſi nupſerit virgo nõ pec
cat, & quod vult faciat, non peccat ſi nubat: ſatis decla-
rauit nuptias nullum eſſe peccatum: propter ſacramẽ-
ti autem ſanctitatẽ, ſicut fœmina etiam ſi catechumena
fuerit viciata, nõ poteſt poſt baptiſmum inter dei vir-
gines conſecrari: ita non abſurde viſum eſt eum qui ex-
ceſsit vxorum numerũ ſingularem, non peccatum ali-
quod commiſiſſe, ſed normam quandam ſacramenti
amiſiſſe, non ad vitæ bonæ meritum, ſed ad ordinatio-
nis Eccleſiaſticæ ſignaculum neceſſariam. Ac per hoc
ſicut

A ſicut plures vxores antiquorum patrum ſignificauerũt
futuras noſtras ex omnibus gentibus Eccleſias vni viro
ſubditas Chriſto:ita noſter antiſtes vnius vxoris vir,ſi-
gnificat ex omnibus gẽtibus vnitatem vni viro ſubdi-
tam Chriſto:quæ tunc perficietur, cum reuelauerit oc-
culta tenebrarum, & manifeſtauerit cogitationes cor-
dis,& tunc laus erit vnicuique à deo. Nunc autem ma-
nifeſtæ ſunt latentes diſſenſiones,etiam ſalua charitate
inter eos qui vnum & in vno futuri ſunt, quæ tũc vtiq;
nullæ erũt. Ergo ſicut ſacramentum pluralium nuptia-
rum illius temporis, ſignificauit futuram multitudinẽ
deo ſubiectam in terrenis omnibus gentibus:ſic ſacra-
mẽtum nuptiarum ſingularium noſtri temporis, ſigni-
ficat vnitatem omnium noſtrum ſubiectam deo futu-
ram in vna cœleſti ciuitate. Itaque ſicut duobus pluri-
búſve ſeruire, ſic à viro viuo in alterius tranſire cõnu-
bium,nec tunc licuit, nec nunc licet, nec vnquam lice-
bit.Apoſtatare quippe ab vno deo, & ire in alteri⁹ adul
terinam ſuperſtitionem, ſemper eſt malum. Nec cauſa
ergo numeroſioris prolis fecerunt ſancti noſtri, quod
Cato. Cato dicitur feciſſe Romanus, vt traderet viuus vxorẽ
B etiam alterius domum filiis impleturam. In noſtrarum
4. ſent. diſt. quippe nuptiis plus valet ſanctitas ſacramẽti, quàm fœ
26. cap. In- cũditas vteri. Si ergo & illi qui propter ſolam genera-
de eſt. tionem,propter quã ſunt inſtitutæ nuptię,coniungun-
tur,non comparantur patribus,multo aliter ipſos filios
quàm iſti quærentibus,quandoquidem filium immola-
Gene. 22. re iuſſus Abraham intrepidus ac deuotus,quem de tan-
ta deſperatione ſuſceperat,vnico non pepercit, niſi eo
prohibente manum deponeret, quo iubente leuauerat.

Cap. XIX. Reſtat vt videamus,vtrum ſaltem continentes no-
ſtri coniugatis illis patribus comparandi ſint: niſi forte
iam iſti pręferendi ſunt eis,quibus nondum quos con-
feramus inuenimus. Maius enim bonũ erat in illorum
nuptiis,quàm eſt bonum proprium nuptiarũ, cui pro-
culdubio bonum cõtinentiæ præferẽdum eſt: quia non
tali officio quærebant illi filios ex nuptiis,quali ducun-
tur iſti ex quodam ſenſu naturæ mortalis, ſucceſsionẽ
deceſsioni requirẽtis. Quod quiſquis bonũ negat,igno
rat deum omniũ bonorum, à cœleſtibus vſque ad ter-
rena, ab immortalibus vſque ad mortalia creatorem.
Hoc autem ſenſu generandi nec beſtiæ penitus carent,
C & maxime alites, quarum in prõptu eſt cura nidifican-
† al. chara di,† & quædam coniugiorum ſimilitudo ad ſimul pro-
nidificãdi creandum atque nutriendũ. Sed illi homines iſtum na-
ſocietas. turæ mortalis affectum, cuius in ſuo genere caſtitas ac-
Matt. 13. cedente dei cultu,ſicut quidam intellexerunt, in trice-
nario fructu ponitur,longe ſanctiore mente ſuperabãt:
qui de ſuis nuptiis filios propter Chriſtum quærebant,
ad genus eius ſecundum carnem diſtinguendũ ab om-
nibus gentibus ſicut deo diſponere placuit,vt hoc præ
cæteris ad eum prophetandum valeret,quod prænun-
ciabatur, ex quo etiam genere & ex qua gente eſſet in
carne venturus. Valde ergo noſtrorum fidelium caſtis
nuptiis amplius bonũ erat,quod pater Abraham in ſuo
femore nouerat,cui manum ſubdere famulum iuſsit,vt
Gene. 24. de vxore quæ à filio eſſet ducenda iuraret. Ponẽs enim
manum ſub femore hominis, & iurans per deum cœli:
quid aliud ſignificabat niſi in ea carne, quæ ex illo fe-
more originem duceret,deum cœli eſſe venturum? Bo
nũ ergo ſunt nuptiæ,in quibus tanto meliores ſunt cõ-
iugati,quanto caſtiores ac fideliores deum timent:ma-
xime ſi filios, quos carnaliter deſiderant, etiam ſpiritua-
Cap. XX. liter nutriant. Nec quòd purificari lex hominem,
Leuit. 15. & poſt coniugalem concubitũ iubet,peccatum eſſe de-
clarat: ſi non eſt ille qui ſecundum veniam cõceditur, *1. Cor. 7.*
qui etiã nimius impedit orationes. Sed ſicut multa lex D
ponit in ſacramentis & vmbris futurorum quędam in *Hebr. 10.*
ſemine quaſi materialis informitas, quæ formata corp⁹
hominis redditura eſt, in ſignificatione poſita eſt vitæ
informis & ineruditæ: à qua informitate,quoniã opor-
tet hominem doctrinæ forma & eruditione mundari,
in huius rei ſignum illa purificatio pręcepta eſt poſt ſe- *Leuit. 15.*
minis emiſsionem. Neque enim & in ſomnis peccatũ *Deut. 23.*
fit, & tamen etiam ibi purificatio præcepta eſt: aut ſi &
hoc peccatum quiſque putat,nõ arbitrans accidere niſi
ex aliquo huiuſmodi deſiderio, quod proculdubio fal-
ſum eſt:nunquid & ſolita menſtruum peccata ſunt fœ-
minarum, à quibus tamẽ eas eadem legis vetuſtas præ-
cepit expiari? Nõ,niſi propter illam ipſam materialem
informitatem, quæ facto conceptu tãquam in ædifica-
tionem corporis additur: ac per hoc cum informiter
fluit,ſignificari per illam lex voluit, animam ſine diſci-
plinæ forma indecenter fluidum ac diſſolutum: quem
formari oportere ſignificat, cũ talem fluxum corporis
iubet purificari. Poſtremo nũquid & mori peccatũ eſt, *Nume. 19.*
aut mortuum ſepelire, non etiam bonum opus huma- E
nitatis eſt? Et tamẽ purificatio & inde mandata eſt:quia
& mortuum corpus vita deſerente, peccatum non eſt,
ſed peccatũ ſignificat animę deſertę à iuſticia. Bonum,
inquam, ſunt nuptię,& contra omnes calũnias poſſunt
ſana ratione defendi. Nuptiis tamen ſanctorũ patrum,
non quas nuptias, ſed quam continentiam comparem
quæro, imò non nuptiis nuptias, nam par in omnibus
munus eſt mortali hominum naturæ datum:ſed homi-
nes qui nuptiis vtuntur; illis hominibus qui lõge aliter
nuptiis vſi ſunt quos conferam,quoniam non inuenio,
quo modo continentes illis coniugatis conferẽdi ſint
requirendum eſt: niſi forte Abraham continere ſe non *Gene. 16.*
poſſet à nuptiis propter regnum cœlorum,qui vnicum
prolis pignus propter quod nuptiæ charæ ſunt, potuit *Gene. 22.*
intrepidus immolare propter regnum cœlorum.

Continentia quippe non corporis ſed animi virtus *Cap. XXI.*
eſt. Virtutes autem animi aliquando in opere manife-
ſtantur,aliquãdo in habitu latent: ſicut martyrij virtus
emicuit,apparuitq; tolerãdo paſsiones:ſed quàm multi
ſunt in eadem virtute animi quibus tentatio deeſt, qua
id quod intus eſt in conſpectu dei, etiam in hominum F
procedat,nec tunc eſſe incipiat,ſed tunc innoteſcat. Iã
enim erat in Iob patiẽtia quam nouerat deus, & cui te- *Iob. 1.*
ſtimonium perhibebat, ſed hominibus innotuit tenta-
tionis examine:& quod latebat intrinſecus, per ea quæ
forinſecus illata ſunt,nõ natum, ſed manifeſtatum eſt.
Habebat vtiq; & Timotheus virtutem continẽdi à vi-
no,quam non ei abſtulit Paulus,monẽdo vt vino mo- *1. Timo. 5.*
dico vteretur propter ſtomachum & frequẽtes ſuas in-
firmitates:alioquin pernicioſe docebat, vt propter ſalu
tem corporis fieret in animo dãnum virtutis: ſed quia
poterat ea virtute ſalua fieri quod monebat, ita relaxa-
ta eſt corpori vtilitas bibẽdi,vt maneret in animo habi
tus cõtinendi. Ipſe eſt enim habitus quo aliquid agitur
cum opus eſt,cum autem non agitur, poteſt agi, ſed nõ
eſt opus. Hunc habitũ circa cõtinentiam quæ fit à con-
cubitu,non habent illi quibus dicitur, Si ſe non conti-
nent,nubant. Hunc vero habẽt quibus dicitur, Qui po *1. Cor. 7.*
teſt capere capiat. Sic vſi ſunt perfecti animi,bonis ter- *Matt. 19.*
renis ad aliud neceſſariis,per hunc habitum continen-
tiæ,quo eis nõ alligarẽtur,& quo poſſent eis etiam non
vti ſi non opus eſſet. Nec quiſquam eis bene vtitur, niſi
qui & non poteſt. Multi quidem facilius ſe abſtinent
vt non

G vt non vtantur, quàm tẽperent vt bene vtantur. Nemo
tamen eis poteſt ſapienter vti, niſi qui poteſt & conti-
Philip.4. nenter nõ vti. Ex hoc habitu & Paulus dicebat, Scio &
abũdare & penuriam pati. Penuriam quippe pati quo-
rumcunq; hominum eſt, ſed ſcire penuriã pati, magno-
rum eſt. Sic & abũdare quis oon poteſt, Scire autem &
abundare, non niſi eorum eſt quos abundãtia noo cor-
rumpit, Verũtamen vt apertius intelligatur, quo modo
ſit virtus in habitu, etiam ſi noo ſit in opere, loquor de
exemplo, de quo oullus dubitat catholicorũ Chriſtia-
Matt.4. norum. Dominus enim noſter Ieſus Chriſtus, ꝙ in ve-
ritate carnis eſurierit ac ſitierit, manducauerit & bibe-
rit, nullus ambigit eorum qui ex eius Euangelio fideles
ſunt. Num igitur non erat in illo cõtinentię virtus à ci
bo & potu, quanta erat in Ioanne Baptiſta? Venit enim
Ioannes non manducans neque bibens, & dixerũt, dæ-
moniũ habet: venit filius hominis & manducans & bi-
Matt.11. bens, & dixerũt, Ecce vorax & vinarius, * † amicus pu-
**al. vinan* blicanorum & peccatorũ. Nunqoid non talia dicuntur
rius. in domeſticos eius patres noſtros, ex alio genere vten-
†potator vi do terrenis quãtum ad concubitum pertinet? Ecce ho-
ni. mines libidiooſi & immũdi, amatores fœminarum &
H laſciuiarum. Et tamen ſicut in illo illud nõ erat verum,
quanuis verum eſſet, quòd nõ ſicut Ioannes abſtineret
à mãducando & bibẽdo: ipſe enim apertiſsime veriſsi-
meq; ait, Venit Ioanoes noo manducans neque bibẽs,
venit filius hominis mãducans & bibens: ſic nec hoc in
illis patribus verom eſt, quãuis venerit modo Apoſto-
lus Chriſti non coniugans nec generans, quem dicant
Pagani, magus erat. Venit autem tũc Propheta Chriſti
nuptias faciens & filios procreans, quem dicant Mani-
chæi, mulieroſus erat, & iuſtificata eſt ſapientia à filiis
ſuis. Quod dominus ibi ſubiecit cum de Ioãne, ac de ſe
illa dixiſſet, Iuſtificata eſt, inquit, ſapientia à filiis ſuis.
Qui videt cõtinentiæ virtutẽ in habitu animi ſemper
eſſe debere, in opere autẽ pro rerum ac temporum op-
portunitate manifeſtari: ſicut virtus patientiæ ſaoctorũ
martyrum in opere apparuit, cæterorũ vero æquè ſan-
4.ſen.diſt. ctorũ in habitu fuit. Quocirca ſicut oon eſt impar me-
33.c.Quòd ritum patientiæ in Petro qui paſſus eſt, & in Ioanne qui
vero. paſſus non eſt: ſic non eſt impar meritũ continentiæ in
Ioanne, qui nullas expertus eſt nuptias, & in Abraham
qui filios generauit. Et illius enim cœlibatus, & illius cõ
nubium pro tẽporum diſtributione Chriſto militaue-
I runt: ſed cõtinentiam Ioannes & in opere, Abrahã ve-
Cap.XXII. ro in ſolo habitu habebat. Illo itaque tẽpore cum
Deut.25. & lex dies Patriarcharũ ſubſequens, maledictum dixit,
qui nõ excitaret ſemen in Iſraël, & qui poterat nõ pro-
Galat.4. mebat, ſed tamẽ habebat. Ex quo autem venit plenitu-
Matt.19. do temporis, vt diceretur, Qui poteſt capere capiat: ex
illo vſque adhuc & deinceps vſque in finem, qui habet
operatur, qui operari noluerit non ſe habere mẽtiatur.
Ac per hoc ab eis qui corrumpunt bonos mores collo
quiis malis, inani & vana verſutia dicitˋ homini Chri-
ſtiano cootinenti, & nuptias recuſanti, tu ergo melior
quàm Abraham? Quod ille cum audierit nõ perturbe-
tur, nec audeat dicere melior, nec à propoſito delabatˋ.
4.ſent.diſt. Illud enim non vere dicit, hoc non recte facit. Sed di-
33.c.Quòd cat, ego quidem nõ ſum melior quàm Abrahã, ſed me-
vero. lior eſt caſtitas cœlibum, quàm caſtitas nuptiarũ. Qua-
Gene.16. rum Abraham vnam habebat in vſo, ambas in habitu.
Caſtè quippe coniugaliter vixit: eſſe autem caſtus ſine
cõiugio potuit, ſed tunc nõ oportuit. Ego vero facilius
non vtor nuptiis quibus vſus eſt Abrahã, quàm ſic vtar
nuptiis quemadmodũ eſt vſus Abrahã: & ideo melior
ſum illis, qui per animi incontinentiã nõ poſſunt quod K
ego, non illis qui propter tẽporis differentiam noo fe-
cerunt quod ego. Quod enim ego nũc ago, melius illi
egiſſent ſi tunc agendum eſſet: Quod autẽ illi egerunt,
ſic ego non agerem, & ſi nunc agendum eſſet. Aut ſi ta
lem ſe iſte ſentit & nouit, vt ſalua permanente in habi-
tu animi ſui virtute continẽtiæ, ſi ad vſum nuptiarum
ex aliquo religionis officio deſcẽdiſſet, talis maritus &
talis pater eſſet, qualis fuit Abraham: audeat plaoè re-
ſpondere illi captioſo ioterrogatori & dicere, Nõ ſum
quidem melior quàm Abraham, in hoc dũtaxat gene-
re continẽtiæ, qua ille non carebat, etſi non apparebat:
ſed ſum talis, non aliud habens, ſed aliud agens. Dicat
planè iſta, quia etſi voluerit gloriari non erit inſipiens.
Veritatem eoim dicit. Si autem parcit, ne quis eum exi- *2.Cor.12.*
ſtimet ſuper id quod eum vider, aut audit aliquid ex il-
lo: auferat à perſona ſua nodum quæſtionis, & non de
homine, ſed de re ipſa reſpõdeat & dicat, Qui tantum
poteſt, talis eſt qualis fuit Abrahã. Poteſt autem fieri vt
minor ſit contioẽtię virtus in animo eius, qui non vti-
tor ouptiis, quibus eſt vſus Abraham: ſed tamen maior
eſt [in opere eius] quàm in animo eius, qui propterea te-
nuit cooiogij caſtitatem, quia non potuit ampliorem. L
Sic & fœmina innupta quæ cogitat ea quæ ſuot domi- *1.Cor.7.*
ni, vt ſit ſaocta & corpore & ſpiritu, cum audierit im-
pudentem illum percontatorem dicentẽ, Tu ergo me- *2.Retr.22.*
lior quàm Sara? reſpõdeat, ego melior ſum, ſed iis quæ
virtute huius cõtinentiæ carent, quod de Sara non cre-
do: fecit ergo illa cũ iſta virtute, quod illi tempori con-
gruebat, à quo ego ſum immunis, vt in meo etiam cor-
pore appareat quod illa io animo conſeruabat. Res *Ca.XXIII.*
ergo ipſas ſi comparemus, nullo modo dubitãdum eſt
meliorem eſſe caſtitatem continẽtiæ quàm caſtitatem
nuptialem, cum tamen vtrunque ſit bonum. Homines
vero cum comparamus, ille eſt melior qui bonum am-
plius quàm alius habet. Porrò qoi amplius eiuſdem ge-
neris habet, & id quod minus eſt habet: qui autem tan-
tummodo quod minus eſt habet, id quod amplius eſt
non vtiq; habet. In ſexaginta enim ſunt & trigiota, nõ
in triginta ſunt & ſexaginta. Non operari autem ex eo
quod habet, in diſtributiooe officiorũ poſitum eſt, non
in egeſtate virtutum: quia nec bono miſericordiæ ca-
ret, qui oõ inuenit miſeros quibus poſsit miſericordi-
ter ſubuenire. Huc accedit, quia oõ recte comparantur
homines hominibꝰ ex vno aliquo bono. Fieri enim po M
teſt vt alius non habeat aliquid quod alius habet, ſed
aliud habeat quod pluris æſtimandũ eſt. Maius enim bo
oum eſt obediẽtiæ quàm continentiæ. Nam cõnubium
nuſquam noſtrarum ſcripturarum authoritate damna-
tur, inobediẽtia vero nuſquam abſoluitur. Si ergo pro-
ponatur virgo permãſura, ſed tamen inobediẽs, & ma
ritata, quæ virgo permanere non poſſet, ſed tamẽ obe-
diẽs, quam meliorem dicamus? Minus laudabilẽ quàm
ſi virgo eſſet, an damnabilem ſicut virgo eſt? Ita ſi con-
feras ebrioſam virginem ſobriæ cõiugatæ, quis dubitet
eandem ferre ſententiam? Nuptiæ quippe & virginitas
duo bona ſunt, quorum alterum maius: Sobrietas autẽ
& ebrioſitas, ſicut & obedientia & contumacia, illa bo-
na ſunt, hæc mala. Melius eſt autẽ habere omnia bona
vel minora, quàm magnum bonum cum magno malo:
quia & in corporis bonis melius eſt habere Zachęi ſta- *Luca.19.*
turam cum ſanitate, quàm Goliæ cũ febre. Recte planè *1.Reg.17.*
quęritur, non vtrũ omnimodis inobediens virgo con-
iugatæ obedienti, ſed minus obediẽs obedientiori cõ-
paranda ſit, quia & illa nuptialis caſtitas eſt, & ideo bo-
num eſt,

A nnm eſt,ſed minor quàm virginalis. Tãto ergo mioor in bono ohedientię,quanto maior in bono caſtitatis, ſi altera alteri comparetur,quæ præponẽda ſit iudicat,qui primo ipſam caſtitatem & obediẽtiam comparans, videt omnium virtutum quodã modo matrem eſſe obedientiam:ac per hoc ideo poteſt eſſe obediẽtia ſine virginitate,quia virginitas ex conſilio eſt, non ex pręcepto.Obedieotiam vero illam dico qua præceptis obtemperatur. Ideoque obediẽtia pręceptorum ſine virginitate quidem poteſt,ſed ſine caſtitate eſſe non poteſt.Ad caſtitatem nanq; pertinet noo fornicari, nõ mœchari, nullo illicito coocubitu maculari, quę qui non obſeruant cootra pręcepta dei faciunt, & ob hoc extorres ſunt à virtute obedieotię. Virginitas autem propterea poteſt eſſe ſine obedientia,quia poteſt fœmina conſilio virginitatis accepto,& cuſtodita virginitate, pręcepta cõtemnere: ſicut multas ſacras virgines oouimus verboſas,curioſas,ebrioſas,litigioſas,auaras,ſuperbas, quę omnia contra præcepta ſuot: & ſicut ipſaoi Euam inobedientię crimioe occidunt.Quapropter non ſolum
B obediens inobediẽti, ſed obedientior cõiugata minus
2. *Retract.* obedienti virgioi pręponenda eſt. Ex hac obedientia
cap.22. pater ille qui ſine vxore non fuit, eſſe ſine vnico filio & à ſe occiſo paratus fuit. Vnicum enim nõ immerito di
Gene.21. xerim,de quo audiuit à domino, In Iſaac vocabitur tibi ſemen.Quãto ergo citius vt etiam ſioe vxore eſſet, ſi hoc iuberetur audiret. Vnde non fruſtra ſępe miramur nonnullos vtriuſq; ſexus ab omni concubitu contioẽtes, negligenter obedire pręceptis, cum tam ardenter arripuerint non vti conceſsis. Vnde quis dubitat & excellentię ſaoctorum illorum patrum atque matrum filios generãtium, non recte comparari mares & fœminas noſtri temporis, quanuis ab omni cõcubitu immunes,in virtute obedientię minores: etiã ſi illis hominibus & in habitu animi defuiſſet,quod in iſtorum opere manifeſtum eſt.Sequantur ergo agnum pueri cãtaotes
Apoc.14. canticum nouum,ſicut io Apocalyſi ſcriptum eſt, Qui cum mulieribus ſe non contaminauerunt: nõ ob aliud niſi quia virgioes permanſerunt, Nec ideo ſe arbitrentur meliores eſſe primis patribus ſanctis,qui nuptiis, vt ita dicam,[nõ]nuptialiter vſi ſunt. Earum quippe vſus ita ſe habet, vt ſi quid in eis per carnis commixtionem quod excedat generandi neceſsitatẽ,quãuis venialiter
C factum fuerit,cõtaminatio ſit. Nam quid expiat venia, ſi omnino noo contaminat illa progreſsio? A qua contaminatione mirum ſi immunes eſſent pueri ſequentes
Ca.XXIIII agnum niſi virgines permaoerent. Bonum igitur nuptiarũ per omnes gentes atq; omnes homines in cauſa generandi eſt & in fide caſtitatis. Quod autẽ ad populũ dei pertinet,etiã in ſanctitate ſacrameoti, per quã nefas eſt etiã repudio intercedeote,alteri nubere, dum vir eius viuit,nec ſaltem ipſa cauſa pariendi. Quæ cum ſola ſit qua nuptiæ fiunt, nec ea re nõ ſubſeqiẽte propter quam fiunt,ſoluitur vinculum ouptiale niſi coniugis morte. Quemadmodũ ſi fiat ordioatio cleri ad plebem coogregaodam, etiam ſi plebis congregatio non ſubſeqnatur, manet tamẽ io illis ordinatis ſacramentũ ordioationis:& ſi aliqua culpa quiſquã ab officio remoueatur,ſacramento domini ſemel impoſito nõ carebit, quanuis ad iudicium permaoente. Generatioois itaque
1.Timo.5. cauſa fieri nuptias,Apoſtolus ita teſtis eſt, Volo,inquit, iuoiores nubere. Et quaſi ei diceretur, Vt quid? Cõtinuo ſubiecit,filios procreare,matresfamiliàs eſſe. Ad fidem
1.Cor.7. autem caſtitatis illud pertinet, Vxor nõ habet poteſtatem corporis ſui,ſed vir: Similiter & vir non habet poteſtatem corporis ſui,ſed mulier. Ad ſacramẽti ſancti- D
tatem illud, Vxorem à viro non diſcedere, quòd ſi diſceſſerit,manere innuptam,aut viro ſuo reconciliari:& vir vxorẽ non dimittat. Hęc omnia bona ſunt,propter quæ nuptiæ bonæ † ſunt,proles,fides,ſacramẽtum. Nec *† al. bonũ.*
prolem autem carnalem iam hoc tempore quærere, ac per hoc ab omni tali opere immunitatem quandã perpetuã retinere, atq; vni viro Chriſto ſpiritaliter ſubdi, melius eſt vtique & ſanctius: ſi tamen ea vacatiooe ſic vtantur homioes quo modo ſcriptũ eſt, Vt cogitẽt quę *1.Cor.7.*
ſunt dei quo modo placeaot deo: id eſt, vt perpetuo cogitet continentia, ne quid minus habeat obedientia: q̃ virtutem tãquam radicalem, atq; vt dici ſolet matricẽ & planè generalẽ, ſancti antiqui patres in opere exercuerũt, illam vero cõtineotiam in aoimi habitu tenuerunt, Qui profecto per obedientiam quia iuſti & ſancti erant,& ad omne opus bonũ ſemper parati, etiam ſi ab omoi cõcubitu abſtinere iubereotur,efficerent. Quãto enim facilius poſſent vel iuſsione vel exhortatione dei non concumbere,qui prolem cui vni propagandę cõcumbendo ſeruiebaot,obediendo poterant immolare. E
Quæ cum ita ſint,hæreticis quidẽ, ſiue Manichæis, *Cap. XXV.*
ſiue quicũque alij patribus veteris teſtamenti de pluribus calumniantur vxoribus, hoc eſſe argumentum deputantes,quo eorum cõuincant incontioentiam, ſatis ſuperq; reſponſum eſt: ſi tamen capiunt non eſſe peccatum,quod neq; contra naturam committitur,quia non laſciuiendi ſed gigoendi cauſa illis fœminis vtebãtur: neq; cootra morem, quia illis temporibus ea factitabãtur: neque cootra præceptum, quia oulla lege prohibebãtur. Illos vero qui illicite fœminis vſi ſunt, vel arguit in ſcripturis illis diuioa ſentẽtia, vel nobis lectio iudicaodos atque vitãdos,non approbandos imitandóſve proponit. Noſtros autem qui cõiuges habent quantum poſſumus admonemus, ne ſecundũ ſuam infirmitatem de illis ſaoctis patribus audeant iudicare: comparãtes, vt ait Apoſtolus,ſemetipſos ſibimetipſis: & ideo nõ in- *1.Cor.10.*
telligentes quantas vires habeat animus iuſticiæ cõtra libidines ſeruiẽs, ne carnalibus huiuſcemodi motibus acquieſcat, eoſq; in cõcubitum vltra generandi neceſſitatem prolabi aut progredi ſinat, quãtum ordo naturæ,quantum morum cooſuetudo, quãtum legum ſcita præſcribũt. Hoc quippe ideo de illis patribus homines ſuſpicãtur, quia ipſi per incõtinentiam vel nuptias ele- F
geruot, vel cõiugibus intemperanter vtuntur. At vero continentes vel mares,qui defuoctis vxoribus, vel fœminæ quæ defunctis viris, vel vtrique qui pari cõſenſu cõtinentiam deo vouerunt, ſciant ſibi quidem mercedis amplius deberi,quàm cõiugalis caſtitas poſsit, † Sed *† poſcit.*
ſanctorum patrũ nuptias qui prophetice coniungebãtur,qui neq; io cõcubitu niſi prolem, neq; in ipſa prole niſi quod in carne venturo Chriſto proficeret,requirebant,non ſolũ præ ſuo propoſito nõ cootemnãt,verũ etiã ſuo propoſito ſine dubitatione præponãt. Pueros quoq; ac virgines integritatẽ ipſam deo dicantes,multo maxime commonemus, vt tanta norint humilitate tuendũ eſſe quod io terra ioterim viuunt,quãto magis cœli eſt quod vouerũt. Nempe ſcriptũ eſt, Quanto ma- *Eccli.3.*
gnus es,tãto humilia te in omnibus. Noſtrum ergo eſt de magnitudine eorum aliquid dicere,illorum de magna humilitate cogitare. Exceptis igitur quibuſdã illis coniugatis patribus & matribus ſanctis: quibus ideo iſti meliores non ſunt, quanuis cooiugati non ſint, quia ſi coniugati eſſent pares non eſſent: cæteros omoino huius temporis coniugatos,vel poſt expertum cõcubitum

continentes

G continentes à ſe ſuperari non dubitent, non quantũ ab
Luca.2. Anna Suſanna, ſed quantum ambæ à Maria ſuperãtur.
Danie.13. Quod ad ipſam pertinet ſanctam carnis integritatem
loquor. Nam quæ alia ſint Mariæ merita quis ignorat?
Moies itaq; cõgruos huic tanto propoſito adiungant,
vt de præpollenti præmio certam ſecuritatem gerant.
Sciẽtes ſanè ſibi atq; omnibus fidelibus dilectis & ele-
ctis Chriſti membris, multis ab Oriente & Occidente
venientibus, etſi inter ſe diſtante pro meritis gloriæ lu-
ce fulgentibus, hoc tamẽ magnum in commune præ-
Matt.8. ſtari, vt cum Abraham & Iſaac & Iacob recumbant in
regno dei, qui non propter hoc ſeculum, ſed propter
Chriſtum coniuges, & propter Chriſtũ patres fuerunt.

FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENſis Epiſcopi, Liber de ſancta virginitate.

Capvt I.
H LIBRVM de bono coniugali nu-
per edidimus, in quo etiã Chri-
ſti virgines admonuimus atque
monemus, ne propter excellen-
tiã muneris amplioris quod di-
uinitus acceperunt, cõtemnant
in ſui cõparatione patres & ma-
tres populi dei, hominesq; illos
quos tanquam oliuam commendat Apoſtolus, ne ſu-
Roma.11. perbiat inſertus oleaſter: & eos qui venturo Chriſto
etiam in filiorum propagatione ſeruiebãt, ideo meriti
inferioris eſſe arbitrentur, quia iure diuino cõtinentia
connubio, & nuptiis pia virginitas anteponitur. In illis
quippe parabantur & parturiebantur futura, quæ nunc
impleri mirabiliter & efficaciter cernim⁹, quorum etiã
vita coniugalis prophetica fuit: vnde nõ conſuetudine
humanorum votorum atq; gaudiorum, ſed valde pro-
fundo conſilio dei, in quibuſdam eorum fœcũditas ho
norari, in quibuſdã etiam fœcundari ſterilitas meruit.
1.Cor.7. Hoc vero tempore quibus dictum eſt, Si ſe non conti-
nent, nubant, non adhibenda eſt exhortatio ſed conſo-
Matt.19. latio. Quibus autem dictum eſt, Qui poteſt capere ca-
piat: exhortandi ſunt ne terreantur, & terrendi ne ex-
I tollantur. Non ſolum ergo prædicanda eſt virginitas
Cap.II. vt ametur, verumetiam monenda ne infletur. Hoc
iſto ſermone ſuſcepimus, adiuuet Chriſtus virginis fi-
lius, virginum ſponſus, virginali vtero corporaliter na
tus, virginali connubio ſpiritaliter coniugatus. Cum
ipſa igitur vniuerſa Eccleſia virgo ſit deſpõſata vni vi-
2.Cor.11. ro Chriſto, ſicut dicit Apoſtolus: quanto digna ſunt ho
nore membra eius quæ hoc cuſtodiunt, etiam in ipſa
carne, quod tota cuſtodit in fide, quę imitatur matrem
viri & domini ſui? Nam Eccleſia quoq; & virgo & ma-
ter eſt. Cuius enim integritati conſulimus, ſi virgo non
eſt? aut cuius prolem alloquimur, ſi mater non eſt? Ma-
ria corporaliter caput huius corporis peperit, Eccleſia
ſpiritaliter membra illius capitis parit. In vtraque vir-
ginitas fœcunditatem non impedit, in vtraque fœcun-
ditas virginitatem non adimit. Proinde cum Eccleſia
vniuerſa ſit ſancta & corpore & ſpiritu: nec tamẽ vni-
uerſa ſit corpore virgo ſed ſpiritu: quãto ſanctior eſt in
Cap.III. his mẽbris, vbi virgo eſt & corpore & ſpititu. Scrip-
Matt.12. tum eſt in Euãgelio, quòd mater & fratres Chriſti, hoc
eſt, conſanguinei carnis eius, cum illi nunciati fuiſſent
& foris expectarent, quia non poſſent eum adire præ K
turba, ille reſpõdit, Quæ eſt mater mea, aut qui ſunt fra
tres mei? Et extendẽs manum ſuper diſcipulos ſuos ait,
Hi ſunt fratres mei, & quicunque fecerit voluntatem
patris mei, ipſe mihi frater, & mater, & ſoror eſt. Quid
aliud nos docens, niſi carnali cognationi genus noſtrũ
ſpiritale præponere: nec inde beatos eſſe animos, ſi iu-
ſtis & ſanctis carnis propinquitate iungũtur, ſed ſi eo-
rum doctrinæ ac moribus obediendo atque imitando
cohæreſcunt? Beatior ergo Maria percipiendo fidem
Chriſti, quàm concipiendo carnem Chriſti. Nam & di
centi cuidam, Beatus venter qui te portauit: ipſe reſpõ- Luca.11.
dit, Imò beati qui audiunt verbũ dei & cuſtodiunt. De-
nique fratribus eius, id eſt, ſecundum carnem cognatis,
quia non in eum crediderunt, quid profuit illa cogna-
tio? Sic & materna propinquitas nihil Mariæ profuiſ-
ſet, niſi fœlicius Chriſtum corde quàm carne geſtaſſet.
Ipſa quoq; virginitas eius gratior & acceptior, quia Cap.IIII.
non eam conceptus Chriſtus viro violaturo quam cõ-
ſeruaret ipſe præripuit, ſed priuſquam cõciperetur iam
deo dicatã de qua naſceretur elegit. Hoc indicant ver-
ba quæ ſibi fœtum annunciãti angelo Maria reddidit. L
Quo modo, inquit, fiet iſtud, quoniã virum nõ cogno- Luca.1.
ſco? Quod profecto non diceret, niſi deo virginem ſe
ante vouiſſet. Sed quia hoc Iſraëlitarũ mores adhuc re-
cuſabant, deſponſata eſt viro iuſto, non violenter abla-
turo, ſed potius contra violẽtos cuſtodituro, quod illa
iam vouerat. Quanquam etiam ſi hoc ſolum dixiſſet,
Quo modo fiet iſtud: nec addidiſſet, quoniã virum nõ
cognoſco: nõ quæſiſſet vtiq;, promiſſum ſibi filium quo
modo fœmina paritura eſſet, ſi cõcubitura nupſiſſet. Po
terat & iuberi virgo permanere, in qua dei filius formã
ſerui congruenti miraculo acciperet: ſed exemplo ſan-
ctis futura virginibus, ne putaretur ſola virgo eſſe de-
buiſſe, quæ prolem etiam ſine cõcubitu concipere me-
ruiſſet, [virginitatem deo dicauit, cũ adhuc quid eſſet
conceptura neſciret,] vt in terreno mortaliq; corpore,
cœleſtis vitę imitatio, voto fieret, non pręcepto, amore
eligendi, non neceſſitate ſeruiẽdi: ita Chriſtus naſcẽdo
de virgine, quæ antequã ſciret quis de illa fuerat naſci-
turus, virgo ſtatuerat permanere, virginitatem ſanctã
approbare maluit quàm imperare. Ac ſic etiam in ipſa
fœmina, in qua formam ſerui accepit, virginitatem eſſe
liberam voluit. Non eſt ergo cur dei virgines cõ-
triſtentur, quòd etiã ipſæ virginitate ſeruata matres car Cap.V.
nis eſſe non poſſunt. Illum enim ſolũ virginitas decen- M
ter parere poſſet, qui in ſua natiuitate parẽ habere non
poſſet. Veruntamen illæ vnius ſanctæ virgines partus,
omniũ ſanctarum virginum eſt decus. Et ipſæ cum Ma
ria matres Chriſti ſunt, ſi patris eius faciunt voluntatẽ.
Hinc enim & Maria laudabilius atque beatius Chriſti
mater eſt, ſecũdum ſupra memoratam eius ſentẽtiam.
Quicunq; facit voluntatem patris mei qui in cœlis eſt, Matth.12.
ipſe mihi frater, & ſoror, & mater eſt. Has ſibi omnes
propinquitates in populo quẽ redemit ſpiritaliter ex-
hibet, fratres & ſorores, habet ſanctos viros & ſanctas
fœminas, quoniam ſunt illi in cœleſti hæreditate cohę-
redes. Mater eius eſt tota Eccleſia, quia membra eius: id
eſt, fideles eius per dei gratiã ipſa vtiq; parit. Itẽ mater
eius eſt omnis anima pia, faciens voluntatem patris eius
fœcũdiſsima charitate, in iis quos parturit, donec in eis Gala.4.
ipſe formetur. Maria ergo faciẽs voluntatem dei, cor-
poraliter Chriſti tãtummodo mater eſt, ſpiritaliter au-
tẽ & ſoror & mater. Ac per hoc illa vna fœmina, nõ Cap.VI.
ſolum ſpiritu, verũetiam corpore & mater eſt & virgo.

Et mater

A Et mater quidē ſpiritu, non capitis noſtri quod eſt ipſe ſaluator, ex quo illa magis ſpiritaliter nata eſt, quia omnes qui in eum crediderint in quibus & ipſa eſt, rectè filij ſponſi appellantur. Sed planè mater membrorum eius quod nos ſumus, quia cooperata eſt charitate, vt fideles in Eccleſia naſcerentur, qui illius capitis membra ſunt: Corpore vero mater ipſius capitis. Oportebat enī caput noſtrum propter inſigne miraculum ſecundum carnem naſci de virgine, quo ſignificaret membra ſua de virgine Eccleſia ſecundum ſpiritum naſcitura. Sola ergo Maria & ſpiritu & corpore & mater & virgo, & mater Chriſti & virgo Chriſti: Eccleſia vero in ſanctis regnum dei poſſeſſuris, ſpiritu quidē tota mater Chriſti eſt, tota virgo Chriſti: corpore autem non tota, ſed in quibuſdam virgo Chriſti, in quibuſdam mater, ſed non Chriſti. Et coniugatæ quippe fideles fœminæ, & *1.Timo.1.* virgines deo dicatæ, ſanctis moribus & charitate, de *Matt.12.* corde puro & cōſcientia bona, & fide nō ficta, quia voluntatem patris faciūt, Chriſti ſpiritaliter matres ſunt. Quæ autem coniugali vita corporaliter pariunt, non Chriſtum, ſed Adam pariunt, Et ideo currunt vt ſacra- B mentis imbuti Chriſti mēbra fiant partus earum, quoniam quid pepererint norunt.

Cap. VII. Hoc dixi ne forte audeat fœcunditas coniugalis cum virginali integritate contendere, atque ipſam Mariam preponere, ac virginibus dei dicere, Illa in corpore duas res habuit honorandas, virginitatem & fœcunditatem, quia & integra permanſit & peperit. Hanc fœlicitatem quoniam totam vtræque habere non potuimus, partitę ſumus, vt vos ſitis virgines, nos ſimus matres: vobis quod deſit in prole, conſoletur ſeruata virginitas: nobis pro prolis lucro amiſſa compenſetur integritas. Hæc vox fidelium coniugatarum ad ſacras virgines vtcunq; ferēda eſſet, ſi Chriſtianos corpore parerēt: vt hoc ſolo eſſet Mariæ fœcunditas carnis, excepta virginitate præſtātior, quòd illa ipſum caput horum membrorum, hæ autem membra illius capitis procrearent. Nunc vero etiam ſi tales hac voce cōtendant, quæ ob hoc tantum viris iunguntur atque miſcentur vt filios habeāt, nihilque aliud de filiis cogitant, niſi vt eos Chriſto lucrētur, atq; id mox vt potuerint faciunt: non tamen Chriſtiani ex earum carne naſcuntur, ſed poſtea fiunt, Eccleſia pariente per hoc quo membrorum Chriſti ſpiritaliter mater eſt, cuius etiam ſpiritaliter virgo eſt. Cui ſancto partui coope- C rantur & matres, quæ nō Chriſtianos corpore pepererunt, vt fiant quod ſe corpore parere nō potuiſſe nouerunt: per hoc tamē cooperātur vbi & ipſæ virgines ma- *Galat.5.* treſq; Chriſti ſunt, in fide ſcilicet quæ per dilectionem operatur.

Cap. VIII. Nulla ergo [carnis] fœcūditas ſanctæ virginitati etiam carnis cōparari poteſt. Neq; enim & ipſa quia virginitas eſt, ſed quia deo dicata eſt honoratur, quæ licet in carne ſeruetur, ſpiritus tamen religione ac deuotione ſeruatur. Ac per hoc ſpiritalis eſt etiam virginitas corporis, quam vouet & ſeruat cōtinentia pietatis. Sicut enim nemo impudice vtitur corpore, niſi ſpiritu prius concepta nequicia: ita nemo pudiciciā ſeruat in corpore, niſi ſpiritu pri⁹ inſita caſtitate. Porro autē ſi pudicicia cōiugalis quanuis cuſtodiatur in carne, animo tamē nō carni tribuitur, quo præſide atq; rectore, nulli præter proprium coniugiū caro ipſa miſcetur: quanto magis quantoq; honoratius in animi bonis illa continentia numeranda eſt, qua integritas carnis ipſi creatori animæ & carnis vouetur, cōſecratur, ſeruatur.

Caput IX. Nec illarum ergo fœcunditas carnis, quæ hoc tempore nihil aliud in cōiugio q̃ prolem requirunt quam mancipent Chriſto, pro amiſſa virginitate compenſari D poſſe credenda eſt. Prioribus quippe tēporibus venturo ſecundum carnē Chriſto, ipſum genus carnis in ampla quadam & prophetica gēte neceſſarium fuit. Nunc autem cum ex omni hominum genere, atque omnibus gētibus ad populum dei, & ciuitatem regni cœlorum, membra Chriſti colligi poſſint, ſacrā virginitatem qui *Matt.19.* poteſt capere capiat: & ea tantum quæ ſe non continet *1.Cor.7.* nubat. Quid enim ſi aliqua mulier diues multam pecuniā huic bono operi impendat, vt emat ex diuerſis gentibus ſeruos, quos faciat Chriſtianos, nōne vberius atq; numeroſius quàm vteri quantalibet feracitate Chriſti membra gignenda curabit? Nec ideo tamen pecuniam ſuam comparare muneri ſacræ virginitatis audebit. At ſi propter faciendos qui nati fuerint Chriſtianos, fœcūditas carnis pro amiſſa virginitate merito cōpenſabitur, fructuoſius erit hoc negociū, ſi magno pecuniario precio virginitas amittatur, quo pueri faciēdi Chriſtiani multo plures emantur, quàm vnius vtero quamlibet fertili naſcerentur.

Cap. X. Quod ſi ſtultiſſime dicitur, habeant fideles nuptę bonū ſuum, de quo in alio volumine quātum viſum eſt diſſeruimus: & honorent amplius E ſicut rectiſſime conſuerunt in ſacris virginibus melius earum, de quo iſto ſermone diſſerimus. Nā ne illo quidem debent continentiū meritis ſe conferre coniugia, quòd ex eis virgines procreantur: hoc enim nō coniugij bonum eſt, ſed naturę: quæ ſic diuinitus inſtituta eſt, vt ex quolibet humano vtriuſq; ſexus cōcubitu, ſiue ordinato & honeſto, ſiue turpi & illicito, nulla fœmina niſi virgo naſcatur, nulla tamē ſacra virgo naſcitur: Ita fit vt virgo naſcatur etiā de ſtupro, ſacra autem virgo nec de coniugio.

Cap. XI. Nec nos hoc in virginibus prædicamus quòd virgines ſunt, ſed quòd deo dicatæ pia cōtinentia virgines. Nā quòd non temere dixerim, fœlicior mihi videtur nupta mulier q̃ virgo nuptura: habet enim iā illa quod iſta adhuc cupit, pręſertim ſi nōdum vel ſpōſa cuiuſquam ſit. Illa ſtudet vni placere cui data eſt, hęc multis incerta cui danda eſt: hoc vno pudiciciā cogitationis defendit à turba, quòd nō adulterum, ſed maritū quærit in turba. Illa igitur virgo coniugatæ merito præponitur, quæ nec multitudini ſe amādam proponit, cū amorem vnius ex multitudine inquirit: nec ſe vni iam componit inuento, cogitans quæ ſunt mundi, *1.Cor.7.* quo modo placeat viro: ſed ſpecioſum forma pręfilijs *Pſal.44.* hominum ſic amauit, vt quia eum ſicut Maria cōcipere F carne nō poſſit, ei corde concepto etiam carnem integrā cuſtodiret.

Cap. XII. Hoc genus virginū nulla corporalis fœcūditas protulit. Nō eſt hæc proles carnis & ſanguinis, Si harū quæritur mater, Eccleſia eſt. Non parit virgines ſacras niſi virgo ſacra, virgo illa quę deſpōſata eſt vni viro caſta exhiberi Chriſto. Ex illa nō tota corpore, *2.Cor.11.* ſed tota virgine ſpiritu naſcūtur ſacræ virgines & corpore & ſpiritu. Habeāt coniugia bonū ſuum, non quia filios procreant, ſed quia honeſte, quia licite, quia pudice, quia ſocialiter procreāt, & procreatos pariter, ſalubriter, inſtanter educāt, quia thori fidē inuicem ſeruāt, quia ſacramentū connubij non violant.

Cap. XIII. Hæc tamē omnia humani officij ſunt munera, virginalis autē integritas & per piā continentiā ab omni cōcubitu immunitas, angelica portio eſt, & in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ meditatio. Cedat huic omnis fœcūditas carnis, omnis pudicicia cōiugalis: illa non eſt in poteſtate, illa nō eſt in æternitate, Fœcunditatē carnalē non habet liberū arbitriū, pudiciciā coniugalē nō habet cœlum. Profecto habebūt magnū aliquid præter

G cæteros in illa communi immortalitate, qui habêt ali-
quid iam non carnis in carne. Vnde mirabiliter deſi-
piunt, qui putant huius cõtinentię bonum non eſſe ne-
ceſſarium propter regnũ cœlorũ, ſed propter præſens
ſeculum: quod ſcilicet coniugia terrenis curis pluribus
atq; arctioribus diſtenduntur, qua moleſtia virgines &
continentes carent: quaſi ob hoc tantum melius ſit nõ
coniugari, vt huius temporis relaxentur anguſtiæ, non
quòd in futurum ſeculum aliquid proſit. Hanc vanam
ſentẽtiam ne cordis propria vanitate protuliſſe videã-
1.Cor.7. tur, adhibent ex Apoſtolo teſtimonium vbi ait, De vir-
ginibus autẽ præceptum domini non habeo, cõſilium
autem do, tãquam miſericordiam conſecutus à deo, vt
fidelis eſſem. Exiſtimo itaque hoc bonum eſſe propter
præſentem neceſſitatẽ, quia bonum eſt homini ſic eſſe.
Ecce, inquiunt, vbi manifeſtat Apoſtolus hoc propter
præſentem neceſſitatem bonum eſſe, non propter futu
ram æternitatẽ. Quaſi præſentis neceſſitatis rationem
haberet Apoſtolus, non prouidens & cõſulens in futu-
rum, cum omnis eius diſpenſatio non niſi ad vitam æ-
Cap.XIIII. ternam vocet. Præſens ergo eſt vitanda neceſſitas,
H ſed tamen quæ aliquid bonorum impedit futurorum.
Qua neceſſitate vita cogitur coniugalis cogitare quæ
mũdi ſunt, quo modo placeat vir vxori, vel vxor viro:
non quòd ea ſeparent à regno cœlorum, ſicut ſunt pec-
cata, quæ ideo præcepto non conſilio prohibẽtur, quia
domino præcipiẽti non obedire dãnabile eſt: ſed illud
quod in ipſo dei regno amplius haberi poſſet, ſi amplius
cogitaretur quo modo placẽdum eſſet deo, minus erit
vtiq; cum hoc ipſum minus cõiugij neceſſitate cogita-
tur. Ideo de virginibus, inquit, præceptum domini non
habeo. Præcepto enim quiſquis non obtemperat, reus
eſt & debitor pœnæ. Proinde quia vxorem ducere vel
nubere peccatum non eſt, ſi autem peccatum eſſet præ-
cepto vetaretur, propterea præceptũ domini de virgi-
nibus nullum eſt. Sed quoniã deuitatis remiſſis ve pec-
catis, adeunda eſt vita æterna, in qua eſt quædam egre-
gia gloria, non omnibus in æternum victuris ſed qui-
buſdam ibi tribuenda, cui conſequẽdæ parum eſt libe-
ratum eſſe à peccatis, niſi aliquid ipſi liberatori voueа-
tur, quod non ſit criminis non vouiſſe, ſed vouiſſe ac
reddidiſſe ſit laudis. Conſilium, inquit, do tanquam mi
1.Cor.7. ſericordiam conſecutus à deo vt fidelis eſſem. Neque
enim inuidere debeo fidele conſiliũ, qui non meis me-
I ritis, ſed dei miſericordia ſũ fidelis. Exiſtimo itaq; hoc
bonum eſſe propter præſentem neceſſitatem. Hoc eſt,
inquit, vnde præceptum domini non habeo, ſed conſi-
lium do, hoc eſt, de virginibus exiſtimo bonũ eſſe prop-
ter præſentem neceſſitatem. Noui enim quid pręſentis
temporis, cui coniugia ſeruiunt, neceſſitas cogat, vt ea
quæ dei ſunt minus cogitentur, quàm ſufficit adipiſcẽ-
dæ illi gloriæ, quæ non erit omnium, quãuis in æterna
vita ac ſalute manentium. Stella enim ab ſtella differt
1.Cor.15. in gloria, ſic & reſurrectio mortuorum. Bonũ eſt ergo
1.Cor.7. homini ſic eſſe. Deinde adiungit idem Apoſtolus
Cap.XV. & dicit, Alligatus es vxori, ne quæſieris ſolutionem: ſo-
1.Cor.7. lutus es ab vxore, ne quæſieris vxorem. Horum duorum
quod prius poſuit, ad præceptum pertinet, cõtra quod
non licet facere. Nõ enim licet dimittere vxorem niſi
Matt.5. ex cauſa fornicationis, ſicut in Euangelio dominus di-
1.Cor.7. cit. Illud autẽ quod addidit, Solutus es ab vxore, ne quę-
ſieris vxorem: conſilij ſententia eſt, non præcepti: licet
itaque facere, ſed melius eſt non facere. Denique conti-
nuo ſubiecit, Et ſi acceperis vxorem non peccaſti, & ſi
nupſerit virgo nõ peccat. Illud autem prius cũ dixiſſet,
Alligatus es vxori ne quæſieris ſolutionem: nũquid ad- K
didit, & ſi ſolueris nõ peccaſti? Iam enim ſupra dixerat,
His autem qui ſunt in coniugio præcipio, non ego ſed
dominus, vxorem à viro nõ diſcedere: quòd ſi diſceſ-
ſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari: fieri
enim poteſt vt nõ ſua culpa, ſed mariti diſcedat. Dein-
de ait, Et vir vxorem ne dimittat: quod nihilominus ex
præcepto domini poſuit, nec ibi addidit, & ſi dimiſerit
nõ peccat. Præceptũ eſt enim hoc, cui non obedire pec
catum eſt, non conſiliũ: quo ſi vti nolueris, minus boni
adipiſceris, nõ mali aliquid perpetrabis. Propterea cum
dixiſſet, Solutus es ab vxore ne quæſieris vxorem, quia
non præcipiebat ne malũ fieret, ſed conſulebat vt me-
lius fieret: cõtinuo ſubiunxit, Et ſi acceperis vxorẽ, non
peccaſti, & ſi nupſerit virgo nõ peccat. Addidit ta- Cap.XVI.
men, Tribulationem autem carnis habebũt eiuſmodi. 1.Cor.7.
Ego autẽ vobis parco: Hoc modo exhortans ad virgi-
nitatem continentiamq; perpetuam, vt aliquantulum à
nuptiis etiam deterreret, modeſte ſanè, non tanquam à
re mala & illicita, ſed tanquam ab oneroſa ac moleſta.
Aliud enim eſt admittere carnis turpitudinẽ, aliud ha-
bere carnis tribulationẽ. Illud eſt criminis facere, hoc L
laboris eſt pati, quem plerunq; homines etiam pro offi-
ciis honeſtiſſimis nõ recuſant: ſed pro habendo coniu
gio iam hoc tempore, quo nõ per carnis propaginem
vẽturo Chriſto ipſius prolis propagatione ſeruitur, iſtã
tribulationem carnis, quam nupturis prædicit Apoſto-
lus, ſuſcipere tolerãdam, perſtultum eſſet niſi metuere-
tur incõtinentibus, ne tentante ſatana in peccata dam-
nabilia laberẽtur. Quòd autem ſe dicit eis parcere, quos Ibidem.
ait tribulationem carnis habituros, nihil mihi interim
ſanius occurrit, quàm eũ noluiſſe aperire & explicare
verbis eandem ipſam carnis tribulationem, quam præ-
nunciauit eis qui eligunt nuptias, in ſuſpicionibus zeli
coniugalis, in procreandis filiis atque nutriendis, in ti-
moribus & mœroribus orbitatis. Quotus enim quiſque
cum ſe connubij vinculis alligauerit, non iſtis trahatur
atq; agitetur affectibus? Quos neq; nos exaggerare de-
bemus, ne ipſis non parcamus, quibus parcendum exi-
ſtimauit Apoſtolus. Tantum per hoc quod breuiter Cap.XVII.
poſui, cautum fieri lectorem oportuit aduerſus eos, qui
in hoc quod ſcriptum eſt, Tribulationẽ autem carnis 1.Cor.7.
habebunt eiuſmodi, ego autem vobis parco: nuptiis ca
lumniantur, quòd eas ex obliquo ſentẽtia iſta damna-
uerit: velut ipſam dãnationem noluerit dicere, cũ ait, M
Ego autẽ vobis parco: vt videlicet cum iſtis parcit, ani-
mæ ſuæ nõ pepercerit, ſi mentiendo dixit, Et ſi accepe-
ris vxorẽ non peccaſti, & ſi nupſerit virgo non peccat.
Quod qui de ſancta ſcriptura credunt vel credi volũt,
tanquã viam ſibi muniunt ad mentiendi licentiam, vel
ad defenſionem ſuæ peruerſæ opinionis, vbicũq; aliud
ſentiũt quàm ſana doctrina poſtulat. Si quid enim ma
nifeſtum de diuinis libris prolatũ fuerit, quo eorũ con-
fitentur errores, hoc ad manum habent velut ſcutum,
quo ſe aduerſus charitatẽ † quaſi tuentes nudent à dia- † veritat.
bolo vulnerandos: vt dicant hoc authorẽ libri non ve-
rum dixiſſe, aliàs vt infirmis parceret, aliàs vt cõtemp-
tores terreret: ſicut occurrerit cauſa qua eorũ peruerſa
ſentẽtia defendatur: atq; ita dum ea quæ opinantur, de-
fendere quàm corrigere malũt, ſcripturarũ ſanctarum
authoritatẽ frangere conãtur, qua vna omnes ceruices
ſuperbæ duræq; franguntur. Vnde ſectatores & ſe- Ca.XVIII.
ctatrices perpetuæ cõtinentiæ & ſacrę virginitatis ad-
moneo, vt bonũ ſuum ita præferant nuptiis, ne malum
iudicẽt nuptias: neque fallaciter, ſed plane veraciter ab
Apoſtolo

A Apoſtolo dictũ nouerint. Qui dat ad nuptũ, bene facit:
1.Corin.7. qui nõ dat ad nuptũ, melius facit. Et ſi acceperis vxorẽ,
non peccaſti: & ſi nupſerit virgo, non peccat. Et paulò
pòſt, Beatior autẽ erit ſi ſic permãſerit, ſecũdũ meã ſentẽ
tiã. Et ne humana ſentẽtia putaretur, adiungit, Puto au
tẽ ꝙ & ego ſpiritũ dei habeã. Hæc dominica, hæc apo-
ſtolica verba, hæc ſana doctrina eſt, ſic eligere dona ma
iora, ne minora dãnẽtur. Melior eſt in ſcriptura dei ve-
ritas dei, q̃ in cuiuſquã mente & carne virginitas homi
nis. Quod caſtũ eſt ſic ametur, vt quod verũ eſt nõ nega
tur. Nã quid mali nõ poſſunt etiã de ſua carne cogitare,
qui credũt Apoſtolicã linguã eoipſo loco, vbi virgini-
tatẽ corporis cõmẽdat à corruptione mẽdacij virginẽ
nõ fuiſſe? Primitus ergo ac maxime qui bonũ virginita-
tis eligũt, ſcripturas ſanctas firmiſſime teneãt nihil eſſe
mentitas. Ac per hoc etiã illud verũ eſſe quod dictũ eſt,
Et ſi acceperis vxorem, nõ peccaſti: & ſi nupſerit virgo,
nõ peccat. Nec putent minui tam magnum integritatis
bonũ, ſi nuptiæ nõ erunt malũ. Immo vero hinc ſibi po
tius maioris gloriæ palmã præparatã eſſe confidat, quę
B nõ damnari ſi nuberet timuit, ſed honoratius corona-
ri, quia nõ nubere concupiuit. Qui ergo ſine coniugio
permanere voluerint, nõ tanquã foueã peccati nuptias
fugiant: ſed tanquã collem minoris boni tranſcendãt,
vt in maioris continẽtiæ monte requieſcãt. Ea quippe
1.Cor.7. lege collis iſte inhabitatur, vt non cũ voluerit quis emi-
gret. Mulier enim alligata eſt quãdiu vir eius viuit. Ve-
runtamẽ ad continentiã vidualem ab ipſo tanquã gra-
du cõſcenditur: propter virginalem vero vel declinan-
dus eſt nõ conſentiendo petitoribus, vel tranſiliendus
Cap. XIX. præueniendo petitores. Ne quis autẽ putaret duorũ
operũ boni atq; melioris æqualia fore præmia, propter-
1.Corin.7. ea cõtra eos diſſerendũ fuit, qui quod ait Apoſtolus, Exi
ſtimo autẽ hoc bonũ eſſe propter præſentẽ neceſſitatẽ:
ita interpretati ſunt, vt nõ propter regnũ cœlorum, ſed
propter ſeculum præſens virginitatẽ vtilem dicerent,
tanquã in illa vita æterna nihil cæteris amplius habitu-
ri eſſent, qui in hoc melius legiſſent. In qua diſputatio-
ne cũ ad illud veniremus quod idem Apoſtolus ait, Tri
bulationẽ autem carnis habebunt huiuſmodi, ego autẽ
vobis parco: in alios litigatores incurrimus, qui non æ-
C quales perpetuæ cõtinentiæ nuptias facerẽt, ſed eas om
nino damnarent. Nam cũ error vterq; ſit vel ęquare ſan
ctæ virginitati nuptias vel dãnare, nimis inuicẽ fugien-
di duo iſti errores aduerſa fronte confligunt, quia veri-
tatis medium tenere noluerunt: quo & certa ratione, &
ſanctarũ ſcripturarũ authoritate, nec peccatum nuptias
eſſe inuenimus, nec eas bono vel virginalis continẽtiæ,
Caput XX. vel etiã vidualis æquamus. Alij quippe appetẽdo vir-
ginitatẽ nuptias tanquã adulterium deteſtãdas eſſe pu-
tauerũt. Alij vero defendendo connubiũ, excellentiam
perpetuæ continentiæ nihil mereri amplius quàm cõ-
Danie.13. iugalem pudiciciã voluerunt: quaſi vel Suſannæ bonũ,
Luca.1. Mariæ ſit humiliatio: vel Mariæ maius bonũ, Suſannæ
debeat eſſe dãnatio. Abſit ergo vt ita dixerit Apoſtolus
1.Corin.7. nuptis ſiue nupturis. Ego autẽ vobis parco: tanquã vo-
luerit dicere, quæ pœna coniugatis in futuro ſeculo de-
beatur. Abſit vt à Daniele de tẽporali iudicio liberatã,
Paulus mittat in gehennam. Abſit vt maritalis thorus ei
pœna ſit ante tribunal Chriſti, cui fidẽ ſeruando elegit
ſub falſa accuſationa adulterij, vel periclitari vel mori.
Daniel.13. Quid egit vox illa, Melius eſt mihi incidere in manus
veſtras, quàm peccare in conſpectu dei: ſi deus eã fuerat
non quia pudiciciã nuptialem ſeruabat liberaturus, ſed
quia nupſerat damnaturus? Et nũc quoties caſtitas con-

iugalis aduerſus calumniatores criminatoresq; nuptia- D
rũ ſcripturæ ſanctæ veritate munitur, toties à ſpirtu ſan
cto cõtra falſos teſtes Suſanna defenditur, toties à fal-
ſo crimine liberatur, & multo maiore negocio. Tunc e-
nim vni coniugatæ, nũc omnibus. Tunc de occulto &
falſo adulterio, nũc de vero & manifeſto cõnubio cri-
men intẽditur. Tunc vna mulier ex eo ꝙ iniqui ſenio-
res dicebãt, nunc omnes mariti & vxores ex eo ꝙ Apo-
ſtolus dicere noluit accuſantur. Damnationẽ quippe va
ſtrã, inquiũt, tacuit cum ait, Ego autẽ vobis parco. Quis
hoc? Nẽpe ille qui ſuperius dixerat, Si acceperis vxorẽ 1.Corin.7.
nõ peccaſti, & ſi nupſerit virgo nõ peccat. Cur igitur in
eo ꝙ modeſte tacuit, cõiugiorũ ſuſpicamini crimen: &
in eo ꝙ aperte dixit, cõiugiorũ nõ agnoſcitis defenſio-
nẽ? An eos damnat tacitus, quos locutus abſoluit? Nõn-
ne iam mitius accuſatur Suſanna nõ de cõiugio, ſed de
ipſo adulterio, quàm doctrina Apoſtolica de mẽdacio?
Quid in tãto periculo faceremus, niſi tã certũ apertũq;
eſſet pudicas nuptias nõ debere damnari, q̃ certũ aper- Cap. XXI.
tumq; eſt ſanctã ſcripturã non poſſe mentiri? Hic di-
cet aliquis, Quid hoc pertinet ad ſanctã virginitatẽ vel E
perpetuã cõtinentiã: cuius prædicatio iſto ſermone ſu-
ſcepta eſt? Cui reſpõdeo, primo quod ſuperius cõmemo
raui, ex hoc gloriã maioris illius boni eſſe maiorẽ, ꝙ e-
ius adipiſcẽdæ cauſa bonũ coniugale tranſcenditur, nõ
peccatũ coniugij deuitatur. Alioquin perpetuæ cõtinen
tiæ bonũ non præcipue laudari, ſed tantũ nõ vitupera-
ri ſufficeret: ſi propterea teneretur, quoniam nubere cri-
mẽ eſſet. Deinde quia non humana ſentẽtia, ſed diuinæ
ſcripturæ authoritate ad tam excellens donũ homines
exhortandi ſunt, non mediocriter neq; prætereunter a-
gendum eſt, ne cuiquam ipſa diuina ſcriptura in aliquo
mẽtita videatur. Dehortãtur enim potius quàm exhor-
tantur virgines ſacras, qui eas ſic permanere nuptiarum
damnatione cõpellunt. Vnde enim cõfidant verũ eſſe 1.Cor.7.
quod ſcriptũ eſt, Et qui non dat ad nuptum, melius fa-
cit, ſi falſum putãt eſſe quod iuxta ſuperius nihilominus † aliàs, dat
ſcriptũ eſt, Et qui dicat † virginẽ ſuam, bene facit. Si autẽ
loquenti ſcripturę de nuptiarũ bono indubitanter cre-
diderint, eadem cœleſtis eloquij veraciſſima authorita-
te firmatæ, ad melius ſuum feruẽti ac fidenti alacritate
tranſcurrẽt. Vnde iam ſatis pro ſuſcepto negocio dixi- F
mus, & quantum potuimus demonſtrauimus: nec illud 1.Corin.7.
quod ait Apoſtolus, Exiſtimo autẽ hoc bonũ eſſe pro-
pter præſentẽ neceſſitatem: ſic eſſe accipiẽdum, tanquã
in hoc ſeculo meliores ſint ſacræ virgines fidelibus cõ-
iugatis, in regno autẽ cœlorum atq; in futuro ſeculo pa-
res ſint. Nec illud vbi ait de nubẽtibus, Tribulationem
autẽ carnis habebunt eiuſmodi. Ego autem vobis par-
co: ita intelligendum, tãquam nuptiarum peccatum &
damnationẽ maluerit tacere quàm dicere. Harum quip
pe duarũ ſententiarũ ſingulas, duo errores ſibimet con
trarij, non eas intelligendo tenuerunt. Illã enim de pręſenti neceſſitate, illi pro ſe interpretantur, qui nubentes
non nubentibus æquare contendunt: hanc vero vbi di
ctum eſt, Ego autem vobis parco, illi qui nubentes dam
nare præſumunt. Nos autẽ ſecundum ſcripturarũ ſan-
ctarũ fidem ſanamq; doctrinã nec peccatũ eſſe dicimus
nuptias, & earũ tamen bonũ non ſolum infra virgina-
lem, verumetiã infra vidualem continentiã conſtitui-
mus: præſentemq; neceſſitatẽ coniugatorũ non quidem
ſolum ad vitam æternam, verumetiam ad excellentem
gloriam & honorem, qui perpetuæ continentiæ reſer-
uatur, impedire eorum meritum dicimus, neq; hoc tem
pore niſi eis qui ſe non continent nuptias expedire: &

G tribulationem carnis ex affectu carnali venientem, ſine
quo nuptiæ incontinentium eſſe non poſſunt, nec ta-
cere voluiſſe Apoſtolum vera præmonentem, nec ple-
nius explicare hominum infirmitati parcentem.

Cap.XXII. Nuoc iam ſcripturarum diuinarum euidentiſſimis
teſtimoniis, quæ pro noſtræ memoriæ modulo recor-
dari valuerimus, clarius appareat, noo propter præſen-
tem huius ſeculi vitam, ſed propter futuram, quæ in re-
gno cœlorum promittitur, perpetuã continentiam di-
ligendam. Quis autem hoc non adoertat in eo quod
1.Cor.7. paulopoſt idem Apoſtolus ait, Qui ſine vxore eſt, co-
gitat ea quæ ſunt domini, quo modo placeat domino:
qui autem matrimonio iunctus eſt, cogitat ea quæ mnn
di ſunt, quo modo placeat vxori: & diuiſa eſt mulier nu
† al. vxori pta: & virgo † quæ innupta eſt, ſolicita eſt quæ ſont do-
& diuiſus mini, vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu: quæ autẽ nupta
eſt. Et mu- eſt, ſolicita eſt, quæ ſunt mundi quo modo placeat viro.
lier innup- Non vtiq; ait, cogitat ea quæ ſecuritatis ſunt in hoc ſe-
ta & virgo culo, vt ſine grauioribus moleſtiis tẽpus tranſigat: neq;
&c. ad hoc diuiſam dicit inouptam & virginem ab ea, quæ
nupta eſt, id eſt, diſtinctam atq; diſcretam, vt ionupta in
H hac vita ſecura ſit propter temporales moleſtias euitan-
das, quibus nupta nõ caret: ſed cogitat, inquit, quæ ſunt
domini, quo modo placeat domioo, & ſolicita eſt quæ
ſuot domini, vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu. Niſi for-
te vſqueadeo quis inſipiẽter cootẽtioſus eſt, vt conetur
aſſerere noo propter regnum cœlorũ, ſed propter præ-
ſens ſeculũ domioo placere nos velle, aut propter vitã
iſtã, non propter æteroã eſſe ſaoctas & corpore & ſpi-
ritu. Hoc credere quid eſt aliud, niſi miſerabiliorẽ eſſe
1.Cor.15. omnibus homioibus? Sic enim Apoſtolus ait, Si in hac
Eſaiæ.58. vita tantũ io Chriſto ſperaotes ſumus, miſerabiliores ſu
mus omnibus hominibus. An vero qui frangit panem
1.Cor.9. ſuũ eſurienti, ſi tantũ propter hanc vitã facit, ſtultus eſt:
& ille erit prudens qui caſtigat corpus ſuũ vſq; ad con-
tinentiã, qua nec coniugio miſceatur, ſi ei oihil prode-
Ca.XXIII. rit in regno cœlorũ? Poſtremo ipſum dominum au-
diamus euideotiſſimã hioc ſententiã proferentẽ. Nam
cùm de coniugibus non ſeparandis niſi cauſa fornica-
tionis diuine ac terribiliter loqueretur, dixerũt ei diſci-
Matth.19. puli, Si talis eſt cauſa cũ vxore, nõ expedit nubere. Qui-
bus ille, Nõ omnes, inquit, capiũt verbũ hoc: ſunt enim
I ſpadooes qui ita nati ſuot, ſunt autẽ alij qui ab homini-
bus facti ſunt: & ſunt ſpadones qui ſeipſos caſtrauerunt
1.Corin.1. propter regnum cœlorũ, Qui poteſt capere capiat. Quid
veracius, quid lucidius dici potuit? Chriſtus dicit, veri-
tas dicit, virtus & ſapientia dei dicit, eos qui pio propo
ſito ab vxore ducenda ſe continuerint, caſtrare ſeipſos
propter regnũ cœlorum: & contra humana vanitas im-
pia temeritate cootendit, eos qui hoc faciunt, præſentẽ
taotummodo neceſſitatem moleſtiarum coniugalium
deuitare: in regno cœlorum amplius quicquam cæteris
Ca.XXIIII non habere. De quibus autem ſpadonibus loquitur
Eſa.56. deus per Eſaiam Prophetam, quibus ſe dicit daturũ in
domo ſua & in muro ſuo locũ nominatũ, meliorẽ mul
Matth.19. tò quàm filiorũ atq; filiarũ: oiſi de iis qui ſeipſos caſtrãt
propter regoũ cœlorũ? Nã illis quibus ipſum virile mẽ-
brũ debilitatur, vt generare nõ poſſint, ſicut ſuot Eonu-
chi diuitũ & regum, ſufficit vtiq; cum Chriſtiani fiunt,
& dei præcepta cuſtodiunt, eo tamen propoſito ſunt, vt
coniuges ſi poſſint haberẽt, cęteris in domo dei cõiuga
tis fidelibus adæquari, qui prolẽ licite pudiceq; ſuſceptã
in dei timore nutriunt, docentes filios ſuos, vt ponãt in
Pſal.77. deo ſpẽ ſuam, non autẽ accipere meliorẽ locum quàm
Eſaiæ.56. eſt filiorũ atq; filiarum. Neq; enim vxores animi virtute,
ſed carnis neceſſitate nõ ducunt. Contendãt ſanè, qui K
voluerint de his Prophetã ſpadonibus hoc prenũciaſſe,
qui corpore abſciſi ſunt, iſte quoq; error cauſæ quã ſu-
ſcepim⁹ ſuffragatur: neq; enim ſpadones iſtos eis, qui in
domo eius nullũ locũ habent prætulit deus, ſed eis vti-
que qui in filiis generãdis coniugalis vitæ meritum ſer-
uant. Nã cum dicit, Dabo eis locũ multo meliorẽ: oſten-
dit & cooiugatis dari, ſed multo ioferiorẽ. Vt ergo cõ-
cedamus in domo dei prædictos futuros eunuchos ſe-
cundũ carnẽ, qui in populo Iſraël oon fuerũt: quia & ip
ſos videmus cũ Iudæi nõ fiant, tamen fieri Chriſtianos:
nec de illis dixiſſe Prophetã, qui propoſito continẽtiæ
cõiugia nõ quærẽtes, ſeipſos caſtrãt propter regnũ cœ-
lorũ: ita ne tanta demẽtia quiſquã eſt cõtrarius veritati,
vt in carne factos euouchos meliorem q̃ cõiugatos lo-
cũ in domo dei habere credat, & pio propoſito cõtinẽ-
tes, corpus vſq; ad contẽptas nuptias caſtigãtes, ſeipſos
nõ in corpore, ſed in ipſa cõcupiſcentiæ radice caſtran
tes, cœleſtẽ & angelicã vitã in terrena mortalitate me-
ditantes, coniugatorum meritis pares eſſe contẽdat: &
Chriſto laudãti eos qui ſeipſos caſtrauerũt, non propter
hoc ſeculũ, ſed propter regnũ cœlorũ, Chriſtianus con- L
tradicat, affirmãs hoc præſenti vitę eſſe vtile, nõ futuræ?
Quid aliud iſtis reſtat, niſi vt ipſum regnũ cœlorum ad
hanc temporalẽ vitã, in qua nunc ſumus, aſſerant perti-
nere? Cur enim nõ & io haoc inſaniã progrediatur cæ-
ca præſumptio? Et quid hac aſſertione furioſius? Nã &
ſi regnũ cœlorũ aliquando Eccleſia etiã quæ hoc tem-
pore eſt appellatur, ad hoc vtiq; ſic appellatur, quia futu
ræ vitæ ſempiternæq; colligitur. Quãuis ergo promiſ- *1.Timo.4.*
ſiooem habeat vitæ præſentis & futuræ, in omnibus ta-
men bonis operibus ſuis non reſpicit quæ videntur, ſed *2.Cor.4.*
quæ non videntur. Quæ enim videntur tẽporalia ſunt,
quæ autẽ non videntur ęterna. Nec ſanè ſpiritus ſan *Cap.XXV.*
ctus tacuit quod contra iſtos impudẽtiſſime ac demẽ-
tiſſime puicaces apertũ atq; incõcuſſum valeret, eorũq;
heluinũ impetũ ab ouib⁹ ſuis † inexpugnabili muoitio- *† ſimili ſur.*
ne repelleret. Cũ enim dixiſſet de ſpadonib⁹, Dabo eis *Eſaiæ.56.*
in domo mea, & io muro meo locũ oominatũ, meliorẽ
multo q̃ filiorũ atq; filiarũ: ne quis nimiũ carnalis exiſti
maret in his verbis aliquid tẽporale ſperandũ, cõtinuo
ſubiecit, Nomen æternũ dabo eis, nec vnq̃ deerit: tanq̃
diceret, Quid tergiuerſaris impia cęcitas? quid tergiuer M
ſaris? quid ſerenitati veritatis nebulas tuæ peruerſitatis
offundis? Quid in taota ſcripturarum luce tenebras vn-
de inſidieris inquiris? Quid temporalem tantummodo
vtilitatẽ promittis continẽtibus ſanctis? Nomẽ æternũ
dabo eis. Qoid ab omoi cõcubitu immunes, & eo quo-
que ipſo quo hinc ſeſe abſtioent, ea quæ ſunt domini co
gitãtes, quo modo placeant domino, ad terrenã cõmo-
ditatẽ referre conaris? Nomẽ æternũ dabo eis. Quid re- *Matth.19.*
goũ cœlorũ propter quod ſeipſos caſtrauerũt ſancti ſpa
dones, in hac tantũ vita intelligẽdũ eſſe cõtẽdis? Nomẽ
ęternũ dabo eis. Et ſi forte hic ipſum ęternũ pro diutur
no conaris accipere, addo, accumulo, inculco, Nec vn-
quã deerit. Quid quæris amplius? Quid dicis amplius?
Aeternũ hoc nomẽ, quicquid illud eſt, ſpadonibus dei,
quod vtiq; gloriã quãdam propriã excellẽtẽmq; ſigni-
ficat, oõ erit cõmune cum multis: quãuis in eodem re-
gno & in eadẽ domo cõſtitutis. Nã ideo fortaſſis & no
mẽ dictum eſt, q᷑ eos quibus datur diſtinguit à cæteris.

Quid ſibi ergo vult, inquiunt, ille denarius, qui ope- *Ca.XXVI.*
re vineæ terminato æqualiter omnibus redditur, ſiue
iis, qui à prima hora, ſiue iis qui voa hora operati ſunt? *Matth.20.*
Quid vtique niſi aliquid ſignificat quod omnes com-

A muniter habebunt, ſicuti eſt ipſa vita æterna, ipſum re-
gnum cœlorum, vbi erunt omnes quos deus prædeſti-
Roma.8. nauit, vocauit, iuſtificauit, glorificauit? Oportet enim
1.Corin.15. corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale
hoc induere immortalitatẽ. Hic eſt ille deoarius, mer-
Ibidem. ces omniũ. Stella tameo ab ſtella differt in gloria, ſic &
reſurrectio mortuorũ. Hæc ſunt merita diuerſa ſancto-
rum. Si enim cœlũ ſignificaretur illo denario, nónne in
cœlo eſſe, omoibus eſt cómune ſyderibus? Et tamen alia
1.Corin.12. eſt gloria Solis, alia Lunæ, alia ſtellarũ. Si denarius ille
pro ſanitate corporis poneretur, nónne cum recte va-
lemus, omnibus membris cõmunis eſt ſanitas, & ipſa ſi
vſq; in mortem permaneat, pariter & æqualiter omni-
bus ineſt? Et tamẽ poſuit deus membra, ſingulũ quodq;
eorum in corpore pro vt voluit, vt nec totũ ſit oculus,
nec totum auditus, nec totũ odoratus: & quicquid eſt a-
liud, habet ſuã proprietatẽ, quaouis ęqualiter habeat cũ
omnibus ſanitatem: ita quia ipſa vita æterna pariter erit
omnibus ſanctis, æqualis denarius omnibus attributus
eſt. Quia vero in ipſa vita æterna diſtincte fulgebunt lu
mina meritorũ, multæ ſunt mãſiones apud patrẽ: ac per
Ioan.14. hoc in denario quidẽ non impari, noo viuet alius pro-
B lixius: in multis autem manſionibus honoratur alius a-
lio clarius. Pergite itaque ſancti dei, pueri ac puellæ,
Caput XXVII. mares ac fœminæ, cœlibes & innuptæ, pergite perſeue-
ranter in finem. Laudate dominũ dulcius, quem cogita
tis vberius: ſperate fœlicius, cui ſeruitis inſtãtius: amate
ardẽtius, cui placetis attẽtius. Lumbis accinctis & lucer-
nis ardentibus expectate dominũ quando veniat à ou-
Luca.12. ptiis. Vos afferetis ad nuptias agni cãticũ nouuũ quod
caotabitis in citharis veſtris, [hoc eſt, in cordibus dicatis
Apoc.14. laudibus.] Non vtiq; tale quale cãtat vniuerſa terra, cui
dicitur, Cantate domino canticũ nouũ, cantate domi-
Pſal.95. no vniuerſa terra: ſed tale quale nemo poterit dicere ni
ſi vos. Sic enim vos vidit in Apocalyſi quidem præ cæ-
Apoc.14. teris dilectus agno, qui diſcũbere ſuper pectus eius ſoli-
tus erat, & bibebat & eructabat mirabilia ſuper cœleſtia
dei verbũ. Ipſe vos vidit duodecies duodena milia ſan
ctorũ citharœdorũ illibatæ virginitatis in corpore, in-
uiolatæ veritatis in corde, & quia ſequimini agoũ quo-
cunq; ierit, ſcripſit ille de vobis. Quò ire putamus hunc
agoum? Quò nemo eũ ſequi vel audeat vel valeat niſi
Pſal.39. vos. Quò putamus eum ire? In quos ſaltus & prata? Vbi
credo ſunt gramina gaudia, nõ gaudia ſeculi huius va-
C na, inſaoiæ mendaces, oec gaudia qualia in ipſo regno
dei cæteris nõ virginibus erunt, ſed à cæterorũ omniũ
gaudiorũ ſorte diſtiocta: gaudium virginum Chriſti, de
Chriſto, in Chriſto, cum Chriſto, poſt Chriſtũ, per Chri
ſtũ, propter Chriſtum: gaudia propria virginũ Chriſti:
Non ſunt eadem, non virginũ quãuis Chriſti. Nã ſunt
aliis alia, ſed nullus talia. Ite in hæc, ſequimini agnũ, quia
†al. Hoc enim inſeruit corporibus & cordib⁹ veſtris quod &c. & agni caro vtique virgo. Hoc enim in ſe retinuit au-
ctus, quod † matri nõ abſtulit conceptus & natus. Meri-
to eum ſequimini virginitate cordis & carnis, quocun-
que ierit. Quid eſt eum ſequi, niſi imitari? Quia Chri-
ſtus pro nobis paſſus eſt, relinquẽs nobis exemplum, ſi-
cut ait Apoſtolus Petrus, vt ſequamur veſtigia eius. Hũc
1.Petri.2. in eo quiſque ſequitur in quo imitatur, non inquantũ fi-
Ioan.1. lius dei eſt vnus, per quem facta ſunt omnia: ſed inquan
tum filius hominis, quæ oportebat in ſe præbuit imitan
da: & multa in illo ad imitandum omnibus proponun-
Apoca.14. tur, virginitas autem carnis non omnibus: nõ enim ha-
Caput XXVIII. bent quid faciant vt virgines ſint, io quibus iam factum
eſt vt virgines non ſint. Sequantur itaque agnũ cæteri
fideles, qui virginitatẽ corporis amiſerunt: nõ quocun-

que ille ierit, ſed quouſque ipſi potuerit. Poſſunt autem D
vbique pręter cum in decore virginitatis incedit. Beati *Matth.5.*
pauperes ſpiritu, imitamini eũ, qui propter vos pauper *2.Cor.8.*
factus eſt cum diues eſſet. Beati mites, imitamini eũ qui *Matth.5.*
dixit, Diſcite à me quooiam mitis ſum & humilis cor- *Matth.11.*
de. Beati lugentes, imitamini eum qui fleuit ſuper Hie- *Matth.5.*
ruſalem. Beati qui eſuriuot & ſitiunt iuſticiã, imitamini *Luca.19.*
eum, qui dixit, Meus cibus eſt vt faciam voluntatẽ eius *Matth.5.*
qui miſit me. Beati miſericordes, imitamini eũ qui vul- *Ioan.4.*
nerato à latronibus & in via iacenti ſemiuiuo deſpera- *Matth.5.*
toq; ſubuenit. Beati mundo corde, imitamini eum qui *Luca.10.*
peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. *Matth.5.*
Beati pacifici, imitamini eũ qui pro ſuis perſecutoribus *1.Petri.2.*
dixit, Pater ignoſce illis quia neſciunt quid faciũt. Beati *Matth.5.*
qui perſecutionem patiuntur propter iuſticiam, imita- *Luca.23.*
mini eum qui pro vobis paſſus eſt, relinquẽs vobis exẽ- *Matth.5.*
plum, vt ſequamini veſtigia eius. Hæc qui imitantur, in *1.Petri.2.*
his agnum ſequuntur. Sed certe etiam cõiugati poſſunt
ire per iſta veſtigia, & ſi non perfecte in eadem forma
ponẽtes pedem, veruntamen in eiſdem ſemitis gradiẽ-
tes. Sed ecce ille agnus graditur itinere virgioali, quo *Ca. XXIX.*
modo poſt eum ibunt qui hoc amiſerunt quod nullo
modo recipiũt? Vos ergo vos ite poſt eũ virgines eius: E
vos illuc ite poſt eum, quia propter hoc booum vnum *Apoca.14.*
quocunq; ierit ſequimini eum: ad quodlibet enim aliud
ſanctitatis donũ, quo eum ſequantur, hortari poſſumus
coniugatos, pręter hoc quod irreparabiliter amiſerunt.
Vos itaque ſequimini eum, tenendo perſeuerãter quod
vouiſtis, ardenter facite cum poteſtis, ne virginitatis bo
num à vobis pereat, cui facere nihil poteſtis vt redeat.
Videbit vos cætera multitudo fidelium, quę agnum ad
hoc ſequi non poteſt: videbit, oec inuidebit: & collętan
do vobis, quod in ſe non habet, habebit in vobis. Nam
& illud cãticum nouum proprium veſtrum dicere nõ
poterit, audire autẽ poterit, & delectari veſtro tam ex-
cellenti bono. Sed vos qui & dicetis & audietis, quia &
hoc quod dicetis à vobis audietis, fœlici⁹ exultabitis, iu
cundiusq; regnabitis. De maiore tamen veſtro gaudio
nullus mœror erit, quibus hoc deerit. Agnus ille quippe
quem vos quocunque ierit ſequimini, nec eos deſeret;
qui eum quo vos non valent ſequi. Omnipotentem a-
gnum loquimur. Et vobis præibit, & ab eis non abibit,
cum erit deus omnia in omnibus. Et qui minus habe-
buot, à vobis non abhorrebũt. Vbi enim nulla eſt inui- *1.Cor.15.*
dentia, conſors † eſt differentia. Præſumite itaque, fidi- *†al. cõcors.*
te, roboramini, permanete qui vouetis & redditis do- F
mino deo veſtro vota perpetuæ continentiæ, non pro- *Pſal.75.*
pter præſens ſeculum, ſed propter regoum cœlorum.
Vos etiam qui hoc noodum vouiſtis, qui poteſtis *Cap.XXX.*
capere capite, perſeueranter currite vt comprehenda- *Matt.19.*
tis. Tollite hoſtias quiſque ſuas, & introite in atria do- *1.Cor.9.*
mini, non ex neceſſitate, ſed poteſtatem habentes ve- *Pſal.85.*
ſtræ voluntatis. Neque enim, ſicut oon mœchaberis, nõ *Exod.20.*
occides: ita dici poteſt, non nubes. Illa exiguntur, iſta
offerũtur. Si fiant iſta, laudãtur: niſi fiant illa, damnãtur.
In illis dominus debitum imperat vobis, in his autem *Luca.10.*
ſi quid amplius ſupererogaueritis, in redeundo reddet *Eſaia.56.*
vobis. Cogitate quicquid illud eſt, in muro eius locum
nomioatum meliorem multo quàm filiorum atque fi-
liarum. Cogitate illic nomen æternum. Quis expli-
cat quale oomen erit? Quicquid tamen erit, æter-
num erit. Hoc credeodo & ſperaodo & amaodo, po-
tuiſtis coniugia non deuitare prohibita, ſed tranſuola-
re conceſſa. Vode huius muneris magnitudo, ad *Ca.XXXI.*
quod capeſſendum pro noſtris viribus hortati ſumus:

G quāto eſt excellentius atq; diuinius, tanto magis admonet ſolicitudinem noſtram, nō ſolum de glorioſiſſima caſtitate, verumetiam de ditiſſima † humilitate aliquid loqui. Cum ergo perpetuæ continentiæ profeſſores ſe coniugatis comparantes, ſecundum ſcripturas cōpererint eos infra eſſe, & opere & mercede, & voto & præmio: ſtatim veniat in mentem quod ſcriptū eſt, Quanto magnus es, tanto humilia te in omnibus, & corā deo inuenies gratiam. Menſura humilitatis cuiq; ex mēſura ipſius magnitudinis data eſt: cui eſt perculoſa ſuperbia, quę amplius amplioribus inſidiatur. Hanc ſequitur inuidentia, tanquam filia pediſſequa. Eam quippe ſuperbia cōtinuo parit nec vnquā eſt ſine tali prole atq; comite. Quibus duobus malis, hoc eſt ſuperbia & inuidentia, diabolus præeſt †. Itaq; cōtra ſuperbiam matrē inuidentiæ maxime militat vniuerſa diſciplina Chriſtiana. Hęc enim docet humilitatem, qua & acquirat & cuſtodiat charitatē: de qua cum dictum eſſet, Charitas non æmulatur: velut ſi cauſam quæreremus vnde fiat vt nō æmuletur, cōtinuo ſubdidit, Non inflatur: tanquam diceret, ideo nō habet inuidentiā, quia nec ſuperbiam. Doctor itaq; humilitatis Chriſtus primo ſemetipſum exinaniuit

† aliâs, ca-ſtiſſima. — *Eccli. 3.* — *† aliâs, diabolus diabolus eſt.* — *1. Cor. 13.* — *Philip. 2.*

H formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſq; ad mortem, mortē autem crucis. Ipſa vero doctrina eius quàm attente inſinuet humilitatem, atq; huic percipiendæ vehemēter inſiſtat, quis explicare facile poſſit, atq; in hanc rem demōſtrandam teſtimonia cuncta cōgerere? Hoc facere conetur vel faciat quiſquis ſeorſum de humilitate voluerit ſcribere: huius autē operis aliud propoſitū eſt, quod de tam magna re ſuſceptum eſt, vt ei maxime ſit cauēda ſuperbia.

Caput XXXII. Proinde pauca teſtimonia quæ dominus in mentē dare dignatur, ex doctrina Chriſti de humilitate cōmemoro, quæ ad id quod intēdi fortaſſe ſufficiant. Sermo eius quē primū prolixiorem ad diſcipulos habuit, inde cœpit, Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorū eſt regnum cœlorum: quos ſine vlla cōtrouerſia humiles intelligimus. Fidem Centurionis illius ideo pręcipue laudauit, nec ſe inueniſſe in Iſraël dixit tantam fidem, quia ille tam humiliter credidit vt diceret, Non ſum dignus vt ſub tectum meum intres: Vnde nec Matthæus ob aliud eum dixit acceſſiſſe ad dominum, cum apertiſſime Lucas inſinuet, quòd non ad eū ipſe venerit, ſed amicos

Matth. 5. — *Matth. 8.* — *Luca. 7.*

I ſuos miſerit, niſi quia fideliſſima humilitate magis ipſe acceſſit quàm illi quos miſit. Vnde & illud propheticū eſt, Excelſus dominus & humilia reſpicit, excelſa autē à longe cognoſcit: vtiq; tanquā [non] accedentia. Hinc & illi mulieri Chananeæ dicit, O mulier, magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis: quam ſuperius canē appellauerat, nec ei panē filiorum proiiciendum eſſe reſpōderat, Quod illa humiliter accipiens dixerat, Ita domine, nam & canes edunt de micis quæ cadunt de mēſa dominorum ſuorum. Ac ſic quod aſſiduo clamore nō impetrabat, humili cōfeſſione promeruit. Hinc illi duo proponuntur orantes in templo, vnus Phariſæus, & alter Publicanus, propter eos, qui ſibi iuſti videntur, & ſpernūt cæteros: & enumerationi meritorū, præfertur cōfeſſio peccatorū. Et vtiq; deo gratias agebat Phariſæus, ex his in quibus ſibi multum placebat, Gratias, inquit, tibi ago, quia non ſum ſicut cæteri homines, iniuſti, raptores, adulteri, ſicut & Publicanus iſte: Ieiuno bis in ſabbato, decimas do omnium quæcunque poſſideo. Publicanus autē de longinquo ſtabat, nec oculos ad cœlū audebat leuare, ſed percutiebat pectus ſuū dicens, Deus propitius eſto mihi peccatori. Sequitur autem diuina ſententia, Amen dico vobis, deſcendit iuſtificatus de templo publicanus magis quàm ille Phariſæus. Deinde cauſa oſtenditur, cur hoc iuſtū ſit, Quoniā is qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. Fieri ergo poteſt, vt quiſq; & mala vera deuitet, & vera bona in ſe cōſideret, & de his patri luminū gratias agat, à quo deſcendit omne datum optimū, & omne donū perfectum: & tamē elationis vicio reprobetur, ſi aliis peccatoribus maximeq; peccata in oratione cōfitentibus, vel ſola cogitatione quæ coram deo eſt, ſuperbus inſultet, quibus nō exprobratio cum inflatione, ſed miſeratio ſine deſperatione debetur. Quid illud quòd quęrentibus inter ſe diſcipulis quiſnam eorū maior eſſet, puerū paruulum conſtituit ante oculos eorum dicēs, Niſi fueritis ſicut puer iſte, nō intrabitis in regnū cœlorum: nōnne humilitatē maxime cōmendauit, & in ea meritū magnitudinis poſuit: vel cùm filiis Zebedæi latera eius in ſediū ſublimitate cōcupiſcentibus ita reſpōdit, vt paſſionis eius calicem bibendum potius cogitarēt, in quo ſe humiliauit vſq; ad mortē, mortem autē crucis, quàm ſuperbo appetitu præferri cæteris poſtularent: quid oſtendit niſi eis ſe

Psal. 137. — *Matth. 15.* — *Luca. 18.* — K — *Iacobi. 1.* — *Matth. 18.* — *Matth. 20.* — *Philip. 2.*

L futurū altitudinis largitorē, qui eum doctorem humilitatis antea ſequerentur? Iam vero ꝙ exiturus ad paſſionē lauit pedes diſcipulis, monuitq; apertiſſime vt hoc facerēt condiſcipulis atq; conſeruis, quod eis feciſſet magiſter & dominus, quantū commendauit humilitatem, cui commendandæ etiam illud tempus elegit, quo eum proxime moriturū cum magno deſiderio contuebantur: hoc vtiq; præcipue memoria retenturi, quod magiſter imitandum vltimum demonſtraſſet: ait ille, hoc facite: quod vtiq; † potuit & aliis ante diebus, quibus cum eis fuerat conuerſatus: quod ſi fieret, hoc ipſum quidem traderetur, ſed vtique non ſic acciperetur. Cum ergo Chriſtianis omnibus cuſtodienda ſit humilitas quādoquidē à Chriſto Chriſtiani appellātur, cuius Euangeliū nemo diligenter intuetur, qui non eum doctorem humilitatis inueniat: tū maxime virtutis huius ſectatores & conſeruatores eos eſſe cōuenit, qui magno aliquo bono cæteris eminent, vt magnopere curent illud quod primitus poſui, Quanto magnus es, tanto humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam. Proinde quia perpetua continentia maximéque virginitas, magnum bonum eſt in ſanctis dei, vigilantiſſime cauendum eſt, ne ſuperbia corrumpatur. Curioſas & verboſas malas innuptas Paulus Apoſtolus notat, & hoc viciū dicit venire ex ocio. Simul autē, inquit, & ocioſæ diſcunt circumire domos, non ſolum autem ocioſæ, verumetiam curioſæ & verboſæ, loquentes quæ non oportet. De his ſuperius dixerat, Iuniores autē viduas euita. Cum enim in deliciis egerint, in Chriſto nubere volunt, habentes damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt: id eſt, in eo quod primo vouerant non ſteterunt.

Ioan. 13. — *† al. at ille hoc fecit illo tempore quod vtiq.* — *Caput XXXIII.* — *Eccli. 3.* — M — *1. Timo. 5.*

Caput XXXIIII. Nec tamen ait, nubunt: ſed, nubere volunt, multas enim earū reuocat à nubendo, nō amor præclari propoſiti, ſed aperti dedecoris timor, veniens & ipſe à ſuperbia, qua formidatur magis hominibus diſplicere quàm deo. Hæ igitur, quę nubere volunt & ideo non nubunt, quia impune non poſſunt, quæ melius nuberent quàm vrerentur, id eſt, quàm occulta flamma concupiſcentię in ipſa cōcupiſcentia vaſtarentur, quas pœnitet profeſſionis & piget confeſſionis, niſi correctum cor dirigāt, & dei timore rurſus libidinem vincant, in mortuis deputandæ ſunt: ſiue in deliciis agant, vnde dicit Apoſtolus, Quæ autem in deliciis agit, viuēs mortua eſt, ſiue in

1. Corin. 7. — *1. Timo. 5.*

laboribus

A laboribus atque ieiuniis, nulla cordis correctione ſuperfluis, & magis oſtentationi quàm emendationi ſeruientibus. Non ergo talibus magnam curam humilitatis ingero, in quibus ſuperbia ipſa confunditur, & conſcientiæ vulnere cruentatur. Nec ebrioſis aut auaris, aut alio quolibet dānabilis morbi genere iacentibus, cū habeant corporalis continentiæ profeſſionem, moribusq; peruerſis à ſuo nomine diſſonent, hanc magnam ſolicitudinē piæ humilitatis impono: niſi forte in his malis etiam oſtentare ſe audebunt, quibus nō ſufficit quòd eorum ſupplicia differuntur. Nec de his ago, in quibus eſt quidam placendi appetitus, aut elegantiore veſtitu quàm tantæ profeſſionis neceſſitas poſtulat, aut capitis ligamento notabili: ſiue pro tumidis vmbonibus capillorū, ſiue tegminibus ita teneris vtuntur, vt retiola ſubtus poſita appareant: his nondum de humilitate, ſed de ipſa caſtitate vel integritate pudiciciæ danda præcepta ſunt. Da mihi profitentem perpetuam continentiam,

B atque his & eiuſmodi carentem omnibus, & maculis & viciis morum, huic ſuperbiam timeo, huic tam magno bono exclationis tumore formido, quo magis [ineſt vnde ſibi placeat, eo magis] vereor, ne ſibi placēdo illi diſ-*Iacobi.4.* pliceat, qui ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiā.

Caput XXXV. Certe præcipuum magiſterium & virginalis integritatis exēplum in ipſo Chriſto contuēdum eſt. Quid ergo amplius continentibus de humilitate præcipiam, *Matth.11.* quàm quod ille qui omnibus dicit, Diſcite à me, quoniā mitis ſum & humilis corde: cum magnitudinem ſuam ſupra commemoraſſet. Et idipſum volens oſtendere, quantus propter nos quantillus effectus eſt: Confiteor, inquit, tibi pater domine cœli & terræ, quoniam abſcōdiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis, Ita pater, quoniam ſic placitum eſt coram te, Omnia mihi tradita ſunt à patre meo, & nemo cognoſcit filium niſi pater, & nemo cognoſcit patrem niſi filius, & cui voluerit filius reuelare: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me quoniam mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Ille ille cui omnia tradidit pater, & quem nemo agnoſcit niſi pater, & qui patrem ſolus agnoſcit, & cui voluerit reuelare: non dicit, Diſcite à me mundū fabricare, aut mortuos reſuſcitare: ſed, quia mitis ſum

C & humilis corde. O doctrinam ſalutarem, ô magiſtrum dominumq; mortalium, quibus mors poculo ſuperbiæ propinata atq; trāsfuſa eſt. Noluit docere [quod ipſe nō eſſet, noluit iubere] quod ipſe non faceret. Video te bone Ieſu oculis fidei, quos aperuiſti mihi, tanq̄ in cōcione *Matth.11.* generis humani clamantem atq; dicentem, Venite ad me & diſcite à me. Quid obſecro te, per quē facta ſunt *Ioan.1.* omnia fili dei, & idem qui factus es inter omnia fili hominis? Quid vt diſcamus à te, venimus ad te? Quoniam mitis ſum, inquit, & humilis corde. Huccine redacti ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi in *Coloſſ.2.* te, vt hoc pro magno diſcamus à te, quoniā mitis es & humilis corde? Itane magnum eſt eſſe paruum, vt niſi à te qui tam magnus es fieret, diſci omnino non poſſet? Ita planè. Non enim aliter inuenitur requies animæ, niſi inquieto tumore digeſto, quo magna ſibi erat, quando tibi ſana non erat.

Caput XXXVI. Audiant te, & veniant ad te, & mites atque humiles eſſe diſcant à te, qui miſericordiā *Matth.11.* & veritatem tuam requirunt, tibi viuendo, tibi non ſibi. Audiat hoc laborans & oneratus, qui ſarcina premi-*Luca.18.* tur, vt oculos ad cœlum leuare non audeat, percutiens pectus ille peccator & propinquans de longinquo. Au-

diat centurio, non dignus cuius tectum ſubires. Audiat D *Matth.8.* Zachæus maior publicanorum, quadrupla reſtituēs lu-*Luca.19.* cra damnabilium peccatorum. Audiat mulier in ciui-*Luca.7.* tate peccatrix, tanto lachrymoſior pedibus tuis, quanto fuerat alienior à veſtigiis tuis. Audiant meretrices & pu-*Matth.21.* blicani, qui ſcribas & Phariſæos præcedunt in regnum cœlorum. Audiat omne genus ægrorum, cum quibus tibi pro crimine ſunt obiecta conuiuia, videlicet quaſi *Matth.9.* à ſanis qui medicum non quærebant, cum non veneris vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiā. Hi omnes cum conuertuntur ad te, facile miteſcunt & humiliantur coram te, memores iniquiſſimæ vitæ ſuæ, & indulgentiſſimæ miſericordiæ tuæ, quia vbi abundauit pec-*Roma.5.* catum, ſuperabundauit gratia. Sed reſpice agmina virginum, puerorum, puellarumq; ſanctarū: in Eccleſia tua eruditum eſt hoc genus, illic tibi à maternis vberibus pullulauit, nomen tuum ad loquēdum linguam ſoluit, nomen tuum velut lac infantię ſuæ ſuxit infuſum. Non *1.Timo.1.* poteſt quiſquam ex hoc numero dicere, Qui prius fui blaſphemus & perſecutor & iniurioſus ſed miſericordiam conſecutus ſum, quoniam ignorans feci in incredulitate: immo etiam quod non iuſſiſti, ſed tantummo-E do volentibus arripiendū propoſuiſti dicens, Quis po-*Matth.19.* teſt capere capiat: arripuerunt, vouerunt, & propter regnum cœlorum ſeipſos, non quia minatus es, ſed quia hortatus es, caſtrauerunt.

Caput XXXVII. His inclama, hi te audiant, quoniam tu mitis es, & humilis corde. Hi quanto ma-*Matth.11.* gni ſunt, tanto humiliāt ſe in omnibus, vt coram te in-*Eccli.3.* ueniant gratiam. Iuſti ſunt, ſed nunquid ſicut tu iuſtifi-*Roma.4.* cant impium? Caſti ſunt, ſed eos in peccatis matres eo-*Pſal.5.* rum in vteris aluerunt. Sancti ſunt, ſed tu etiam ſanctus ſanctorum. Virgines ſunt, ſed nati etiam ex virginibus non ſunt. Et ſpiritu & carne integri ſunt, ſed verbū ca-*Ioan.1.* ro factum non ſunt. Et tamen diſcant non ab eis, quibus peccata dimittis, ſed à teipſo agno dei, qui tollis peccata mundi, quoniā mitis es & humilis corde. Non ego te anima pie pudica, quæ appetitum carnalem nec vſq; ad conceſſum cōiugium relaxaſti, quę diſceſſurum corpus nec ſucceſſori propagando indulſiſti, quæ fluitātia mēbra terrena in cœli conſuetudinem ſuſpendiſti: nō ego te vt diſcas humilitatē ad publicanos & peccatores mitto, qui tamen in regnum cœlorū præcedūt ſuperbos, nō ad hos mitto. Indigni ſunt enim, qui ab immūdiciæ vo-F ragine liberati ſunt, vt ad eos imitādos mittaris illibata virginitas: ad regem cœli te mitto, ad eum per quem creati ſunt homines, & qui creatus eſt inter homines propter homines, ad ſpecioſum forma præ filiis homi-*Pſal.44.* num & contemptum à filiis hominum, pro filiis hominum, ad eū qui dominās angelis immortalibus, nō dedi-*1.Corin.13.* gnatus eſt ſeruire mortalibus. Eum certe humilem non iniquitas ſed charitas fecit: charitas quæ non æmulatur, nō inflatur, nō quærit quæ ſua ſunt: quia & Chriſtus non *Pſal.68.* ſibi placuit, ſed ſicut ſcriptum eſt de illo, Opprobria exprobrantiū tibi ceciderūt ſuper me. Vade veni ad eum *Matth.11.* & diſce, quoniā mitis eſt & humilis corde. Non ibis ad eum qui oculos ad cœlum leuare nō audebat onere ini-*Luca 18.* quitatis, ſed ad eū qui de cœlo deſcendit pondere charitatis. Non ibis ad eam quę domini ſui pedes lachrymis *Luca.7.* rigauit, quærens indulgentiā grauium peccatorum: ſed ibis ad eum qui cum daret indulgentiam omniū pecca-*Ioan.13.* torum, lauit pedes ſeruorū ſuorū. Noui dignitatem virginitatis tuæ, non tibi propono imitādum publicanum *Luca.18.* humiliter accuſantem delicta ſua, ſed timeo tibi phariſæum ſuperbe iactātem merita ſua. Nō dico eſto qualis *Luca.7.* illa de qua dictum eſt, Dimittuntur ei peccata multa,

G quoniàm dilexit multum. Sed metuo ne cum tibi mo-
Caput XXXVIII. dicum dimitti putas, modicum diligas. Metuo in-
quam tibi vehementer, ne cum te agnum quocunque
Luca.7. ierit ſecuturam eſſe gloriaris, eum præ tumore ſuperbię
Apoca.14. ſequi per anguſta nó poſſis. Bonum eſt tibi ó anima vir
ginalis, vt ſic quo modo virgo es, ſic omnino ſeruans in
corde quòd renata es, ſeruans in carne ꝙ nata es, con-
† al. timorē. cipias tamen à timore † domini & parturias ſpiritũ ſa-
Eſaia.26. lutis. Timor quidem non eſt in charitate, ſed perfecta,
1. Ioan. 4. ſicut ſcriptura dicit, charitas foras mittit timorem, ſed
timorem hominum, non dei timorẽ, temporalium ma-
lorum, non diuini in fine iudicij. Noli altum ſapere, ſed
Roma.11. time. Ama dei bonitatem, time ſeueritatem, vtrũque te
ſuperbam eſſe non ſinit. Amando enim times, ne ama-
tum & amantem grauiter offendas. Nam quę grauior
offenſio quàm vt ſuperbia illi diſpliceas, qui propter te
ſuperbis diſplicuit? Et vbi magis eſſe debet timor ille ca
Pſal.18. ſtus permanens in ſeculũ ſeculi, q̃ in te, quę non cogitas
1.Cor.7. quę ſunt mũdi, quo modo placeas cõiugi, ſed quę ſunt
domini, quomodo placeas domino? Ille alius timor nó
eſt in charitate: iſte autem caſtus non recedit à charita-
H te. Si non amas, time ne pereas: ſi amas, time ne diſpli-
ceas. Illum timorem charitas foras mittit: cum iſto in-
Roma.8. trocurrit. Dicit Apoſtolus Paulus etiã, Non enim acce-
pimus ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed acce-
pimus ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus
abba pater. Illum eum timorem credo dicere, qui datus
erat in veteri teſtamento, ne amitterentur temporalia
bona, quæ deus promiſerat, nódum ſub gratia filiis, ſed
ſub lege adhuc ſeruis. Eſt etiam timor ignis ęterni, pro-
pter quem deuitandum deo ſeruire, nondum eſt vtique
Pſal.138. perfectæ charitatis. Aliud eſt enim deſiderium præmij,
aliud formido ſupplicij. Aliæ voces ſunt, Quò abibo à
Pſal.26. ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiam: & alię voces ſunt,
Vnam petij à domino hanc requiram, vt inhabitem in
domo domini per omnes dies vitæ meæ, vt cõtempler
Pſal.83. delectationẽ domini, & protegar à templo eius. Et, Ne
auertas faciem tuã à me. Et, Deſiderat & deficit anima
Luca.18. mea in atria domini. Illas voces non habuerat, qui ocu-
Luca.7. los non audebat leuare ad cœlũ, & quæ rigabat lachry-
mis pedes ad impetrandam veniam grauium peccato-
I rum. Has autem tu habeto, quæ ſolicita es ea, quæ ſunt
1. Corin.7. domini, vt ſis ſancta & corpore & ſpiritu. Illis vocibus
comitatur timor, qui tormentum habet, quem perfecta
1.Ioan.4. charitas foras mittit. His autem vocibus comitatur ti-
Pſal.18. mor domini caſtus permanẽs in ſeculũ ſeculi. Et vtriq;
generi dicendũ eſt, Noli altum ſapere, ſed time: vt ho-
Roma.11. mo nec de ſuorũ peccatorũ defenſione, nec de iuſticiæ
præſumptione ſe extollat. Nam & ipſe Paulus qui dixit,
Roma.8. Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterũ in timo-
1.Corin.2. re: tamen timore comite charitatis ait, Cum timore &
tremore multo fui apud vos. Et ea ſententia quam com
memoraui, ne aduerſus fractos oleæ ramos inſertus ſu-
perbiret oleaſter, ipſe vſus eſt dicens, Noli altum ſapere,
Roma.11. ſed time: ipſe omnia membra Chriſti generaliter admo
Philip.2. nens ait, Cum timore & tremore veſtram ipſorum ſa-
lutem operamini, Deus eſt enim qui operatur in vobis
& velle & operari pro bona voluntate: ne ad vetus te-
ſtamentum videatur pertinere quod ſcriptum eſt, Ser-
Pſal.2. uite domino in timore, & exultate ei cum tremore.

Caput XXXIX. Et quæ magis membra corporis ſancti quod eſt ec-
cleſia, curare debent vt ſuper ea requieſcat ſpiritus ſan-
ctus, q̃ illa quæ virginalem profitẽtur ſanctitatẽ? Quo
modo autem requieſcit vbi non inuenit locum ſuum?
Quid autẽ aliud quàm cor humiliatum quod impleat,
non vnde reſiliat: quod erigat, nó quod deprimat: cum K
apertiſſime dictũ ſit, Super quẽ requieſcit ſpiritus meus, *Eſaia.66.*
niſi ſuper humilem & quietum, & trementẽ verba mea?
Iam iuſte viuis, iam pie viuis, pudice, ſancte, virginali
caſtitate viuis: adhuc tamen hic viuis, & non humilia-
ris audiendo, Nunquid non tentatio eſt vita humana *Iob.7.*
ſuper terram? Non te à præfidenti elatione reuerberat,
Vę mundo ab ſcandalis? Non contremiſcis ne depute- *Matth.18.*
ris in multis, quarum refrigeſcit charitas, quoniã abun-
dat iniquitas? Non percutis pectus cum audis, Quapro- *Matth.24.*
pter qui ſe putat ſtare, videat ne cadat? Inter hæc diuina *1.Corin.10.*
monita & humana pericula, ità ne adhuc virginibus
ſanctis humilitatẽ perſuadere laboramus? An vero *Caput. XL.*
propter aliud credendũ eſt permittere deũ, vt miſcean-
tur numero profeſſionis veſtræ multi & multæ caſuri
& caſuræ, niſi vt his cadentibus timor veſter augeatur,
quo ſuperbia cõprimatur, quam ſic odit deus, vt contra
hanc vnam ſe tantũ humiliarit altiſſimus? Niſi forte re-
uera ideo minus timebis magisq; inflaberis, vt modicũ
diligas eũ, qui te tantum dilexit, vt traderet ſemetipſum *Luca.7.*
pro te: quia modicũ tibi dimiſit, viuẽti videlicet à pue- *Gala.2.*
ricia religioſe, pudice, pia caſtitate, illibata virginitate: L
quaſi vero nó tu multo ardentius diligere debeas eum,
qui flagitioſis ad ſe conuerſis quæcunq; dimiſit, in ea te
cadere non permiſit? Aut vero ille phariſæus, qui pro- *Luca.7.*
pterea modicum diligebat, quia modicum ſibi dimitti
exiſtimabat: nũquid ob aliud hoc errore cæcabatur, niſi
quia ignorans dei iuſticiã, & ſuã quęrens cõſtituere, iu- *Roma.10.*
ſticiæ dei ſubiectus nó erat? Vos autem genus electum, *1.Petri.2.*
& in electis electius virginei chori ſequentes agnũ: etiã *Apoc.14.*
vos gratia ſalui facti eſtis per fidẽ: & hoc non ex vobis, *Ephe.2.*
ſed dei donũ eſt, non ex operibus, ne forte quis extolla-
tur: ipſius enim ſumus figmentum, creati in Chriſto Ieſu
in operibus bonis, quæ præparauit deus vt in illis am-
bulemus. Ergó ne hunc quanto eius donis ornatiores
eſtis, tãto minus amabitis? Auerterit ipſe tam horrendã
demẽtiam. Proinde quoniam verũ veritas dixit, ꝙ ille
cui modicum dimittitur, modicũ diligit: vos vt arden-
tiſſime diligatis, cui diligendo à coniugiorũ nexibus li
beri vacatis, deputate vobis tãquã omnino dimiſſum,
quicquid mali à vobis non eſt illo regẽte commiſſum.
Oculi enim veſtri ſemper ad dominum, quoniam ipſe *Pſal.24.*
euellet de laqueo pedes veſtros. Et niſi dominus cuſto- *Pſal.126.*
dierit ciuitatem, inuanum vigilat, qui cuſtodit eã. Et de M
ipſa continentia loquens Apoſtolus ait, Volo autẽ om- *1.Cor.7.*
nes homines eſſe ſicut meipſum: ſed vnuſquiſque pro-
prium donũ habet à deo, alius ſic, alius autẽ ſic. Quis er-
go donat iſta? Quis diſtribuit propria vnicuique ſicut
vult? Nempe deus apud quem non eſt iniquitas. Ac per *Roma.9.*
hoc qua æquitate ille faciat alios ſic, alios autem ſic: ho-
mini noſſe aut impoſſibile, aut omnino difficile eſt.
Quin tamen æquitate faciat dubitare fas non eſt. Quid *1.Corin.4.*
itaq; habes quod nó accepiſti? aut qua peruerſitate mi-
nus diligis à quo amplius accepiſti? Quapropter hæc *Caput XLI.*
prima ſit induendæ humilitatis cogitatio, ne à ſe ſibi pu
tet eſſe dei virgo quòd talis eſt, ac non potius hoc do- *Iacobi.1.*
num optimum deſuper deſcendere à patre luminum,
apud quem non eſt tranſmutatio, nec momenti obum-
bratio. Ita enim nó putabit modicum ſibi dimiſſum vt
modicum diligat: & ignorãs dei iuſticiam, ac ſuam vo- *Roma.10.*
lens cõſtituere, iuſticiæ dei nó ſubiiciatur. In quo vicio
erat Simon ille quẽ ſuperauit mulier, cui dimiſſa ſunt
peccata multa, quoniam dilexit multum. Sed cautius & *Luca.7.*
verius cogitabit omnia peccata ſic habenda tanquam
dimittantur, à quibus deus cuſtodit ne committantur.

Teſtes

A Teſtes ſunt voces piarum deprecationum in ſcripturis
ſanctis,quibus oſtēditur,ea ipſa quæ pręcipiūtur à deo,
nō fieri niſi dante atq; adiuuaote qui præcipit. Menda-
citer eoim petuntur,ſi ea nō adiuuante eius gratia face-
re poſſemus. Quid tam generaliter maximeq; præcipi-
tur,quàm obedientia,qua cuſtodiuntur mādata dei? Et
Pſal.118. tamē hanc inuenimus optari,Tu,inquit,præcepiſti mā-
data tua cuſtodiri nimis. Deinde quid ſequitur? Vtinam
dirigātur viæ meæ, ad cuſtodiēdas iuſtificationes tuas:
Tunc noo confundar,dum inſpicio in omnia manda-
ta tua. Quod deum præcepiſſe ſuprà poſuit:hoc vt in ſe
impleretur optauit:hoc fit vtique ne peccetur. Quod ſi
peccatum fuerit,præcipitur vt pœoiteat: ne defenſione
& excuſatiooe peccati pereat ſuperbiēdo,qui fecit,dum
non vult pœnitēdo perire quod fecit. Etiam hoc à deo
petitur vt intelligatur non fieri,niſi eo præſtante à quo
Pſal.140. petitur,Pone,inquit,domine cuſtodiā ori meo,& oſtiū
continentiæ circum labia mea, Ne declines cor meum
in verba maligna, ad excuſandas excuſationes in pec-
catis,cum hominibus operantibus iniquitatem. Si ergo
& obedientia,qua eius mandata ſeruamus,& pœniten-
tia, qua peccata noſtra non excuſamus ſed accuſamus,
B optatur & petitur: manifeſtū eſt,quia cum fit,illo daote
habetur,illo adiuuante completur. Apertius etiā dicitur
Pſal.36. propter obedientiam, A domino greſſus hominis diri-
guntur,& viam eius volet. Et de pœnitentia dicit Apo-
2.Timo.2. ſtolus,Ne forte det illis deus pœnitentiā. De ipſa etiam
Sapien.8. continentia oōnne apertiſſime dictum eſt, Et cum ſci-
rem quia nemo poteſt eſſe continens niſi deus det: &
hoc ipſum erat ſapieotiæ ſcire cuius eſſet hoc donum.
Cap.XLII. Sed forte continentia donum dei eſt,ſapientiā vero
ſibi ipſe homo præſtat, qua illud donum non ſuum,ſed
dei eſſe cognoſcat. Immo deus ſapientes facit cæcos,&
Pſal.18. teſtimonium dei fidele ſapientiam præſtat paruulis. Et
Iacobi.1. ſi quis iodiget ſapientia,poſtulet à domino,qui dat om
nibus affluenter,& nō improperat, & dabitur ei. Sapien
Matth.25. tes autem eſſe virgines decet, ne lampades earum extin
Roma.12. guantur. Quo modo ſapientes,niſi non alta ſapientes,
ſed humilibus conſentientes? Dixit enim homini ipſa
Iob.28. ſapientia, Ecce pietas eſt ſapientia. Si ergo nihil habes,
1.Cor.4. quod non accepiſti,noli altum ſapere,ſed time. Et noli
Roma.11. modicum diligere,quaſi à quo tibi modicum dimiſſum
Luca.7. eſt:ſed potius multum dilige,à quo multum tibi tributū
C eſt. Si enim diligit,cui donatum eſt ne redderet: quāto
magis debet diligere,cui donatum eſt vt haberet? Nam
quiſquis ab initio pudicus permanet, ab illo regitur: Et
quiſquis ex impudico pudicus fit, ab illo corrigitur: Et
quiſquis vſq; in finem impudicus eſt, ab illo deſeritur.
Hoc autē ille occulto iudicio facere poteſt,iniquo non
poteſt. Et fortaſſe ideo latet, vt plus timeatur, & minus
Ca.XLIII. ſuperbiatur. Deinde iā ſciēs homo,gratia dei ſe eſſe
quod eſt,non incidat in alium ſuperbiæ laqueum,vt de
ipſa dei gratia ſe extollendo ſpernat cæteros. Quo vi-
Luca.18. cio alius ille Phariſæus,& de boois quę habebat deo gra
tias agebat, & tamen ſe ſuper publicanū peccata confi-
tentem extollebat. Quid igitur faciat virgo,quid cogi-
tet, ne ſe extollat ſuper eos vel eas qui hoc tam magno
dono carēt? Neque enim ſimulare debet humilitatem,
ſed exhibere: nam ſimulatio humilitatis maior ſuper-
bia eſt. Idcirco ſcriptura volens oſtendere veracem hu-
Eccli.3. militatem eſſe oportere,cum dixiſſet, Quanto magnus
es,tanto humilia te in omnibus. Mox quoque ſubdidit,
Et coram deo inuenies gratiam: vtique vbi ſe fallaciter
Ca.XLIIII. humiliare non poſſet. Proinde quid dicemus? Eſt
ne aliquid quod virgo dei veraciter cogitet vnde ſe fi-

deli mulieri, non tantum viduæ,verumetiam coniuga- D
tæ præferre nō audeat? Non ergo reprobam dico: nam
quis oeſciat obedientem mulierem inobedienti virgi-
ni præponendam? Sed cum ambæ ſint obedientes præ-
ceptis dei,itáne trepidabit ſanctam virginitatem etiam
caſtis nuptiis, & continentiam præferre connubio,fru-
ctum centenum præire triceno? Immo vero non du- Matth.13.
bitet, hanc rem illi rei præpooere. Hic tamen vel hæc
virgo obediens & deum timēs,illi vel illi mulieri obe-
dienti & deum timenti ſe anteferre non audeat, alio-
quin non erit humilis, & deus ſuperbis reſiſtit. Quid Iacobi.4.
ergo cogitabit? Occulta ſcilicet dona dei,quæ non niſi
interrogatione tentationis, etiam ſemetipſum vnicui-
que declarant. Vt enim cætera taceam,vnde ſcit virgo,
quāuis ſolicita quæ ſunt domioi,quo modo placeat do 1.Cor.7.
mino: ne forte propter aliquam ſibi incognitam men-
tis infirmitatem, nondum ſit matura martyrio: illa ve-
ro mulier cui ſe præferre geſtiebat,iam poſſit bibere ca- Matth.20.
licem dominicæ humilitatis, quem prius bibendum
diſcipulis,amatoribus ſublimitatis oppoſuit? Vnde in-
quam ſcit, ne forte ipſa nondum ſit Thecla, iam ſit illa
Criſpina? Certe niſi aſſit tentatio, nulla doni hu- Cap.XLV.
ius fit demonſtratio. Hoc autem tam magnum eſt, vt E
eum fructum ceotenum quidam intelligant. Perhibet
enim pręclariſſimum teſtimooium eccleſiaſtica autho- Matth.13.
ritas,in qua fidelibus notum eſt, quo loco martyres, &
quo defunctæ ſanctimoniales ad altaris ſacramenta re-
citentur. Sed quicquid ſignificet fœcūditatis illa diuer-
ſitas,viderint qui hæc melius quàm nos intelligunt: ſiue
virginalis vita in cēteno fructu ſit, in ſexageno vidua-
lis, in triceno autem coniugalis: ſiue centena fertilitas
martyrio potius imputetur, ſexagena contioentiæ, &
tricena connubio: ſiue virginitas accedente martyrio
centenum fructum impleat, ſola vero in ſexageno ſit,
coniugati autem tricenum ferentes ad ſexagenum per-
ueniant ſi martyres fuerint: ſiue quod probabilius mi-
hi videtur, quoniam diuinæ gratiæ multa ſunt mune-
ra,& eſt aliud alio maius ac melius: vode dicit Apoſto-
lus, Aemulamini autem dona meliora: intelligendum 1.Corin.12.
eſt plura eſſe quàm vt in tres differentias diſtribui poſ-
ſint. Primum ne continentiam vidualem aut in nullo
fructu conſtituamus, aut ad cooiugalis pudiciciæ me-
ritum deponamus,aut virgioali glorię coæquemus: aut F
coronam martyrij vel in habitu aoimi, etiam ſi deſit
tentationis exameo, vel in ipſa paſſionis experientia
conſtitutam, cuilibet illarum trium caſtitati ſine vllo
incremento fertilitatis accedere exiſtimemus. Deinde
vbi ponimus,quòd multi ac multæ ita cuſtodiunt con-
tinentiam virginalem, vt tameo non faciaot quæ do-
minus ait, Si vis eſſe perfectus, vade vende omnia quæ Matth.19.
habes, & da pauperibus,& habebis theſaurum in cœlis,
& veni ſequere me. Nec audeant eorum cohabitationi
ſociari,in quibus nemo dicit aliquid proprium,ſed ſunt
eis omnia cōmunia. Nihil ne putamus fructificationis Actor.4.
accedere virginibus dei cum hoc faciunt? Aut ſine vllo
fructu eſſe virgines dei,etiā ſi hoc nō faciuot? Mul- Cap.XLVI.
ta ergo ſunt dona, & aliis alia clariora ac ſuperiora ſin
gulis ſiogula. Et aliquando alter fructuoſus eſt donis
paucioribus, ſed potioribus: alter inferioribus, ſed plu-
ribus. Et quemadmodum inter ſe vel coæquētur vel di
ſtinguantur in accipiendis æterois honoribus,quis ho-
minum audeat iudicare, dum tamen conſtet & multa
eſſe iſta diuerſa, & non ad præſens tempus,ſed in æter- Matth.13.
num prodeſſe meliora? Sed dominum tres arbitror vo-
luiſſe fructificationis cōmemorare differeotias,cæteras

G intelligentibus reliquiſſe, Nam & alius Euangeliſta ſo-
Luca.8. lum cõmemorauit centuplũ, nunquid ideo putãdus eſt
alia duo, vel improbaſſe vel ignoraſſe, ac nõ potius intel
ligenda reliquiſſe? Sed vt dicere cœperam, ſiue cẽtenus
fructus ſit deo deuota virginitas, ſiue alio aliquo modo,
vel quem cõmemorauimus, vel quẽ non cõmemorauimus
ſit illa fertilitatis intelligẽda diſtãtia: nemo tamẽ,
quantũ puto, auſus fuerit virginitatẽ pręferre martyrio,
ac nemo dubitauerit hoc donũ occultum eſſe, ſi exami-
Ca.XLVII. natrix deſit tentatio. Habet itaq; virgo quod cogitet,
2.Cor.13. quod ei proſit ad ſeruandã humilitatẽ, ne violet illam,
quę ſupereminet donis omnibus charitatẽ ſine qua vtiq;
quæcunq; alia vel pauca vel plura vel magna vel parua
habuerit, nihil eſt. Habet, inquã, quod cogitet vt nõ in-
fletur, nõ æmuletur: ita ſe ſcilicet bonũ virginale cõiuga
li bono multo amplius & melius profiteri, vt tamẽ ne-
ſciat vtrũ illa vel illa cõiugata iã pati pro Chriſto poſ-
ſit, adhuc vero ipſa nõ poſſit, & in hoc ei parcatur, quia
infirmitas eius tentatione nõ interrogatur. Fidelis enim
1.Cor.10. deus, ait Apoſtolus, qui non vos permittit tentari ſuper
id quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione etiam exitũ
H vt poſſitis ſuſtinere. Fortaſſis illi vel illæ coniugalis vi-
tæ retinentes in ſuo genere laudabilẽ modum, iam poſ-
ſint contra inimicum ad iniquitatem cogentem etiam
laniatu viſcerum & effuſione ſanguinis dimicare: illi au
tem vel illæ à puericia continentes, ſeq; caſtrantes pro-
pter regnũ cœlorũ: nondum tamen valent talia vel pro
iuſticia vel pro ipſa pudicicia ſuſtinere: Aliud eſt enim
pro veritate ac propoſito ſancto nõ conſentire ſuaden-
ti atq; blandienti, aliud non cedere etiã torquẽti atq; fe-
rienti. Latent iſta in facultatibus & viribus animorum,
tẽtatione panduntur, experientia propalantur. Vt ergo
quiſq; non infletur, ex eo quòd videt ſe poſſe, humiliter
cogitet quòd ignorat aliquid præſtantius ſe fortaſſe nõ
poſſe: aliquos autẽ illud quo ſibi glorioſe notus eſt, nec
habẽt nec profitentur, hoc quod ipſe non poteſt poſſe.
Ita ſeruabitur non fallaci ſed veraci humilitate, honore
mutuo præuenientes, & alterutrum exiſtimantes ſupe-
Roma.12. riores ſibi. Quid iam dicã de ipſa cautela & vigilan
Ca.XLVIII tia non peccandi? Quis gloriabitur caſtũ ſe habere cor?
Prouer.20. Aut quis gloriabitur mundum ſe eſſe à peccato? Integra
I eſt quidem ab vtero matris ſancta virginitas: ſed ne-
Iob.25. mo, inquit, mundus in conſpectu tuo, nec infans cuius
eſt vnius diei vita ſuper terram. Seruatur & in fide in-
2.Corin.11. uiolata quædam caſtitas virginalis, qua eccleſia vni vi-
ro virgo caſta coaptatur: ſed ille vnus vir, non tantum
fideles mente & corpore virgines, ſed omnes omnino
Chriſtianos ab ſpiritalibus vſq; ad carnales, ab Apoſto-
lis vſq; ad vltimos pœnitentes, tanquã à ſummis cœlo-
rum vſque ad terminos eorum docuit orare, & in ipſa
Matth.6. orationẽ dicere admonuit, Et dimitte nobis debita no-
ſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: vbi per
hoc quod petimus, quid etiã nos eſſe meminerimus o-
ſtẽdit. Neque enim pro eis debitis, quæ totius præteritæ
vitæ, in baptiſmo per eius pacẽ nobis dimiſſa eſſe confi
dimus, nos præcepit orare dicentes, Dimitte nobis de-
bita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris,
Alioquin hãc orationẽ catechumeni potius vſq; ad bap
tiſmũ orare deberent. Cum vero eam baptizati orant,
præpoſiti & plebes, paſtores & greges, ſatis oſtẽditur in
Iob.7. hac vita, quæ tota tentatio eſt, neminem ſe tanquam ab
Ca.XLIX. omnibus peccatis immunẽ debere gloriari. Proinde
etiam virgines dei irreprehenſibiles quidem ſequuntur
agnũ quocunq; ierit, & peccatorũ purgatione perfecta
& virginitate ſeruata, quæ nõ rediret amiſſa: ſed qui ea-
dem ipſa Apocalypſis, vbi tales tali reuelati ſunt, etiam K
hinc eos laudat, ꝙ in ore eorũ non ſit inuentum mẽda- *Apoca.14.*
cium: meminerint etiã in hoc eſſe veraces, ne ſe audeãt
dicere non habere peccatũ. Idem quippe Ioannes qui il *1.Ioan.1.*
lud vidit hoc dixit, Si dixerimus quia peccatũ non ha-
bemus, nosipſos decipimus, & veritas in nobis non eſt.
Quòd ſi cõfeſſi fuerimus delicta noſtra, fidelis eſt & iu-
ſtus, vt dimittat nobis peccata noſtra, & purget nos ab
omni iniquitate. Quod ſi dixerimus quoniã nõ pecca-
uimus, mendacẽ faciemus eum, & verbum eius non erit
in nobis. Hoc certe nõ illis aut illis, ſed Chriſtianis om
nibus dicitur, vbi & virgines ſe debẽt agnoſcere. Sic e-
nim erunt ſine mẽdacio, quales in Apocalypſi apparue- *Apoc.14.*
runt. Ac per hoc quãdiu nondũ eſt in cœleſti ſublimi-
tate perfectio, inuituperabiles facit in humilitate cõfeſ-
ſio. Sed rurſus ne per occaſionem huius ſentẽtiæ, quiſ-
quã cum mortifera ſecuritate peccaret, ſeq; trahendum
permitteret, tanquã mox delendis facili cõfeſſione pec-
catis, continuo ſubiecit, Filioli mei, hæc ſcripſi vobis vt *1.Ioan.2.*
nõ peccetis, Et ſi quis peccauerit, aduocatũ habemus ad
patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe propiciator eſt
peccatorũ noſtrorum, Nemo itaq; à peccato tanquã re-
diturus abſcedat, nec ſe huiuſmodi quaſi ſocietatis pa- L
cto cum iniquitate conſtringat, vt eam confiteri magis
quàm cauere delectet. Sed quoniã etiam ſatagẽtibus *Caput L.*
vigilantibusq; ne peccent, ſubrepunt quodam modo ex
humana fragilitate peccata, quamuis parua, quamuis pau
ca, nõ tamen nulla: & eadẽ ipſa fiunt magna & grauia,
ſi eis ſuperbia incrementũ & pondus adiecerit: a ſacer-
dote quem habemus in cœlis, ſi pia humilitate perimã-
tur, tota facilitate purgantur. Sed non contendo cũ eis,
qui aſſerunt hominẽ poſſe in hac vita ſine vllo peccato
viuere: non contendo, nõ contradico. Fortaſſe enim ex *2.Cor.10.*
noſtra miſeria magnos metimur, & cõparãtes noſmet-
ipſos nobiſmetipſis, nõ intelligimus. Vnũ ſcio, ꝙ iſti ma
gni, quales nõ ſumus, quales nõdũ experti ſumus: quãto
magni ſunt, tãto humiliant ſe in omnibus, vt corã deo *Eccli.3.*
inueniant gratiã. Quamlibet enim magni ſint, non ma-
ior eſt ſeruus domino ſuo, vel diſcipulus magiſtro ſuo. *Ioan.13.*
Et vtiq; ille eſt dominus, qui dicit, Omnia mihi tradita
ſunt à patre meo: Et ille eſt magiſter, qui dicit, Venite ad *Matth.11.*
me omnes, qui laboratis, & diſcite à me. Et tamen quid
diſcimus? Quoniã mitis ſum, inquit, & humilis corde. M

Hic dicet aliquis, Non eſt hoc iã de virginitate ſed *Caput LI.*
de humilitate ſcribere, quaſi vero quæcunq; virginitas,
ac non illa quæ ſecundũ deum eſt, à nobis prædicanda
ſuſcepta ſit. Quod bonũ quanto magnũ video, tanto ei
ne pereat futuram ſuperbiam pertimeſco. Non ergo cu *1.Ioan.4.*
ſtodit bonum virginale, niſi deus ipſe qui dedit, & deus
charitas eſt. Cuſtos ergo virginitatis charitas, locus au- *Eſaie.66.*
tem huius cuſtodis humilitas. Ibi quippe habitat, qui di
xit, ſuper humilem & quietũ & tremẽtem verba ſua, re-
quieſcere ſpiritũ ſuum. Quid itaq; alienum feci, ſi bonũ
quod laudaui, volẽs tutius cuſtodiri, curaui etiam locũ
præparare cuſtodi? Fidẽter enim dico, nec mihi ne ira-
ſcantur timeo, quos vt mecũ ſibi timeant ſolicitus mo-
neo: facilius ſequuntur agnũ, & ſi nõ quocunq; ierit, cer
te quouſq; potuerint, cõiugati humiles, quàm ſuperbiẽ- *Apoca.14.*
tes virgines. Quo modo enim ſequitur ad quẽ non vult
accedere? Aut quo modo accedit ad quem nõ venit vt
diſcat, quoniã mitis eſt & humilis corde? Illos proinde *Matth.11.*
ſequentes agnũ † quocunq; ierit dicit †, in quibus prius *† al. agnus.*
ipſe vbi caput inclinet inuenerit. Nam quidã ſuperbus *† al. ducit.*
& doloſus hoc ei dixerat, Domine ſequor te quocunq; *Matth.8.*
ieris: Cui reſpondit, Vulpes foueas habent, & volatilia
cœli

A cœli nidos, filius autẽ hominis nõ habet vbi caput ſuũ
reclinet. Arguebat nomine vulpium aſtutam doloſitatem,& nomine volucrum ventoſam elationem,in quo
vbi requieſceret piam non inueniebat humilitatem. Ac
per hoc nuſquam omnino ſecutus eſt dominum, qui ſe
promiſerat,non vſque ad quẽdam profectum,ſed om-
Cap. LII. nino quocunque ierit ſecuturum. Quapropter hoc
agite virgines dei,hoc agite,ſequimini agnũ quocunq;
ierit. Sed prius ad eũ quàm ſequamini,venite & diſcite,
Matt. 11. quoniam mitis eſt & humilis corde: humiliter ad humilem venite ſi amatis,& ne diſcedatis ab illo ne cada-
Pſal. 38. tis. Qui enim timet ab illo diſcedere,rogat & dicit, Nõ
veniat mihi pes ſuperbię. Pergite viã ſublimitatis,pede
humilitatis. Ipſe exaltat humiliter ſequentes, quem de-
Pſal. 58. ſcendere non piguit ad iacentes. Dona eius illi ſeruanda committite, fortitudinem veſtram ad illum cuſtodite. Quicquid mali ipſo cuſtodiẽte non committitis,
tanquã remiſſum ab illo deputate: ne modicum vobis
Luca. 7. exiſtimantes dimiſſum,modicum diligatis, & tundentes pectora publicanos ruinoſa iactantia contemnatis.
De viribus veſtris expertis cauete,ne quia ferre aliquid
B potuiſtis infleminι: de inexpertis autem orate,ne ſupra
1. Cor. 10. quàm poteſtis ferre tẽtemini. Exiſtimate aliquos in occulto ſuperiores,quibus eſtis in manifeſtu meliores. Cũ
aliorum bona,forte ignota vobis, benigne creduntur à
vobis,veſtra vobis nota nõ comparatione minuuntur,
ſed dilectione firmãtur. Et quæ forte adhuc deſunt,tãto dantur facilius, quanto deſiderantur humilius. Perſeuerantes in numero veſtro præbeant vobis exemplũ,
cadẽtes autem augeant timorem veſtrum. Illud amate
Roma. 10. vt imitemini,hoc lugete ne inflemini. Iuſticiã veſtram
nolite ſtatuere, Deo vos iuſtificanti ſubdite: veniã peccatis donate alienis,orate pro veſtris: futura vigilando
Cap. LIII. vitate, præterita confitendo delete. Ecce iam tales
eſtis,vt profeſſæ atq; ſeruatę virginitati,cęteris etiã moribus congruatis. Ecce iam non ſolum homicidiis,ſacrificiis diabolicis & abominationibus, furtis, rapinis,
fraudibus,periuriis,ebrioſitatibus, omniq; luxuria & auaricia,ſimulationibus,æmulationibus,impietatib⁹,crudelitatibus abſtineris: verumetiam illa quæ leuiora vel
ſunt vel putantur,non inueniuntur nec oriuntur in vobis,non improbus vultus,non vagi oculi,non infrænis
C lingua,non petulans riſus,non ſcurrilis iocus, non indecẽs habitus,non tumidus aut fluxus inceſſus. Iam nõ
1. Pet. 3. redditis malum pro malo, nec maledictum pro maledicto. Iam poſtremo illam menſuram dilectionis im-
1. Ioan. 3. pletis,vt ponatis animas pro fratribus veſtris. Ecce iam
tales eſtis,quia & tales eſſe debetis. Hæc addita virgini-
Eccli. 3. tati,angelicam vitam hominibus, & cœli mores exhibent terris. Sed quanto magni eſtis, quicunque ita magni eſtis,tãto humiliate vos in omnibus, vt coram deo
inueniatis gratiam,ne ſuperbis reſiſtat, ne ſe exultantes
humiliet, ne inflatos per anguſta in portam non traiiciat: quanquã ſuperflua ſit ſolicitudo, ne vbi feruet cha-
Cap. LIIII. ritas, deſit humilitas. Si ergo nuptias contempſiſtis
filiorum hominum, ex quibus gigneretis filios homi-
Pſal. 44. num,toto corde amate ſpecioſum forma præ filiis hominum: vacat vobis,liberũ eſt cor à coniugalibus vinculis,inſpicite pulchritudinem amatoris veſtri: cogitate æqualem patri,ſubditum & matri: etiam in cœlis dominantem, & in terris ſeruientem: creantem omnia,
creatum inter omnia. Illud ipſum quod in eo derident
ſuperbi, inſpicite quàm pulchrum ſit: internis luminibus inſpicite vulnera pendentis, cicatrices reſurgentis,
ſanguinem morientis,precium credẽtis, commercium
redimentis. Hæc quanti valeant cogitate, hæc in *Cap. LV.*
ſtatera charitatis appendite,& quicquid amoris nuptiis D
veſtris impendendum habebatis, illi rependite. Bene
quod interiorem veſtram pulchritudinem quærit, vbi
vobis dedit poteſtatem filias dei fieri: non quærit à vobis pulchram carnem,ſed pulchros mores, quibus fræ- *Ioan. 1.*
natis & carnem. Non eſt cui de vobis quiſquam mentiatur,& faciat ſe iure zelantem. Videte cum quanta ſecuritate ametis, cui diſplicere falſis ſuſpicionibus non
timetis. Vir & vxor amant ſe, quoniam vident ſe,&
quod non vident, timent in ſe. Nec certi gaudent ex
eo quod in manifeſto eſt, dum in occulto ſuſpicantur
plerunque quod non eſt. Vos in iſto quem oculis non
videtis,& fide conſpicitis, nec habetis verum quod reprehendatis, nec eum metuitis, ne de falſo forſitan offendatis. Si ergo magnum amorem coniugibus deberetis,eum propter quẽ coniuges habere noluiſtis, quãtum amare debetis? Toto vobis figatur in corde, qui
pro vobis fixus eſt in cruce: totum teneat in animo veſtro,quicquid noluiſtis occupari connubio. Parum vobis amare non licet,propter quem non amaſtis & quod E
liceret. Sic amantibus mitem & humilem corde, nullã *Matth. 11.*
vobis ſuperbiam pertimeſco. Pro modulo itaque *Cap. LVI.*
noſtro & de ſanctitate qua ſanctimoniales proprie dicimini,& de humilitate qua conſeruatur quicquid magnum dicimini,ſatis locuti ſumus. Dignius autem illi
tres pueri, quibus refrigerium in igne præbebat, quem *Danie. 3.*
corde feruentiſsimo diligebant, vos de hoc opuſculo
noſtro,verborum quidem numero longe breuius, ſed
pondere authoritatis multo grandius,in hymno, quo
ab eis deus honoratur,admoneant. Nam ſanctitati humilitatem in dei laudatoribus coniungentes, apertiſsime docuerunt, vt tanto quiſque caueat ne ſuperbia decipiatur,quãto ſanctius aliquid profitetur. Proinde vos
quoq; laudate eum,qui vobis præſtat, vt in ardore medio ſeculi huius,quamuis coniugio non copulemini,nõ
tamen vramini: & orantes etiam pro nobis, benedicite
ſancti & humiles corde dominum, hymnum dicite &
ſuperexaltate eum in ſecula, Amen.

FINIS.

DIVI AVRELII F
AVGVSTINI HIPPONENSIS
Epiſcopi, de adulterinis coniugiis ad Pollentium, Liber Primus.

PRIMA quæſtio eſt frater dile- *Capus I.*
ctiſsime Pollẽti, earum quas ad
me ſcribens literarum, tãquam
conſulendo tractaſti, quod ait
Apoſtolus, Iis autem qui ſunt in *1. Cor. 7.*
cõiugio,præcipio non ego, ſed
dominus, mulierem à viro non
diſcedere: quòd ſi receſſerit, manere innuptam,aut viro ſuo recõciliari, & vir vxorem
non dimittat: vtrum ita ſit accipiendum,vt eam prohibuiſſe nubere intelligatur, quæ ſine cauſa fornicationis diſceſsit à viro: id enim ſentis, An ſicut ego ſenſi in
eis libris quos ante plurimos annos de ſermone Euangelico ſcripſi, quem ſecundum Matthæum habuit Sal- *Matt. 5.*
uator in monte,illas innuptas manere præceperit, quæ
à viris ſuis ea cauſa receſſerint quæ ſola permiſſa eſt, id
eſt,fornicationis. Videtur enim tibi tunc à viro diſce-
dentem

G dentem fœminam nubere non debere, ſi nulla viri fornicatione compulſa diſceſſerit. Nec attendis, ſi nullam vir eius cauſam fornicationis habuerit, non eam diſcedentem manere innuptam, ſed omnino diſcedere non debere. Nam vtique cui præcipitur, vt ſi à viro diſceſſerit, innupta permaneat, non diſcedendi aufertur licentia, ſed nubendi. Quod ſi ita eſt, datur ergo licentia fœminis quę continentes eſſe voluerint, nullum maritorũ expectare conſenſum, Vt quod dictum eſt, mulierem à viro nõ diſcedere, eis præceptũ eſſe videatur, quæ poſſunt eligere, non cõtinentiam, ſed tale diuortium, quo liceret eis in aliorum nuptias conuenire. Proinde quæ dilexerint nullum deſiderare concubitum, nullum ferre connubium, licebit eis viros ſuos etiam ſine vlla fornicationis cauſa relinquere, & innuptas ſecũdum Apoſtolum permanere. Et viri ſimiliter, quoniã par forma eſt in vtriſque, ſi continentes eſſe voluerint, etiam vxoribus nõ conſentientibus deſerent eas, & ſine vllis nuptiis permanebunt. Tunc enim eis vt putas, alia coniugiã liceret inquirere, ſi cauſa fornicationis diuortium naſceretur. Cum vero iſta cauſa non eſt, supereſt ſecũ-

H dum id quod exiſtimas, vt aut coniunx non diſcedat à coniuge, aut ſi diſceſſerit ſine coniugio maneat, aut ad priſtinum coniugium reuertatur. Nulla ergo exiſtente cauſa fornicationis, cuilibet coniugi licebit vnũ de tribus eligere: aut nõ diſcedere à cõiuge: aut ſi diſceſſerit, ſic manere: aut ſi non ſic manſerit, non alterum quærere, ſed priori ſe reddere.

Cap.II. Et vbi eſt quod idem Apoſtolus, nec ad tẽpus vt vacetur orationi, niſi ex conſenſu, voluit cõiuges carnali fraudare debito inuicẽ? Quo modo ſaluũ erit quod ait, *1.Cor.7.* Propter fornicationes autem vnuſquiſque vxorem ſuam habeat, vnaquęq; ſuũ virum habeat, vxori vir debitũ reddat, ſimiliter autem & vxor viro. Vxor non habet poteſtatẽ corporis ſui, ſed vir: ſimiliter & vir non habet poteſtatẽ corporis ſui, ſed mulier? Hoc quo modo verum erit, niſi quia nolente cõiuge, non licet cõiugi continere? Nam ſi licet mulieri ſic dimittere virum vt maneat innupta, nõ vir habet, ſed ipſa ſui corporis poteſtatẽ. Quod etiam de viro intelligitur. *Matt.5.* Deinde cum dictum eſt, Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, excepta cauſa fornicationis, facit eã mœchari: quo modo dictum intellecturi ſumus, niſi prohibitum eſſe hominem dimittere vxorem, ſi nulla cauſa

I fornicationis extiterit? Et dictum eſt quare, ne ſcilicet faciat eam mœchari. Vtique ideo, quia etiam ſi non ipſa dimiſerit, ſed dimiſſa fuerit, erit mœcha ſi nupſerit.

Cap.III. Propter hoc ergo tam magnum malum non licet homini dimittere vxorem, niſi ex cauſa fornicationis. Tunc enim non ipſe dimittendo facit adulteram, ſed dimittit adulterã. Quid ſi ergo dicat, dimitto quidem vxorem meam ſine vlla cauſa fornicationis, ſed continens permaneo, ideó ne dicemus eum impune feciſſe quod fecit? Quis hoc dicere audebit, qui voluntatẽ domini hæc dicentis intelligit, quoniam nec continentię cauſa dimitti coniugem voluit, qui ſolam cauſam fornicatiõis excepit? Redeamus ergo ad ipſa Apoſtoli verba dicentis, *1.Cor.7.* Iis autẽ qui ſunt in coniugio præcipio, non ego, ſed dominus, vxorem à viro nõ diſcedere: quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam. Et eum velut interrogemus, & tanquã pręſentem quodam modo cõſulamus. Cur dixiſti Apoſtole, quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam? Licét ne diſcedere, an non licet? Si non licet, cur præcipis diſcedenti vt maneat innupta? Si autem licet, profecto eſt aliqua cauſa qua liceat. Hæc autem inquiſita nõ inuenitur, niſi quã ſolam Saluator excepit, id eſt, cauſa fornicationis. Ac per hoc nõ pręcepit Apoſtolus K mulierem ſi diſceſſerit manere innuptam, niſi quæ illa cauſa diſcedit à viro, qua ſola ei licitum eſt diſcedere à viro. Vbi enim dicitur, pręcipio non diſcedere, quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, abſit vt contra hoc præceptum faciat, quæ ſic diſcedit vt innupta permaneat. Niſi ergo intelligatur cui licet diſcedere: non autem licet niſi viro fornicãte: quo modo iubetur innupta ſi diſceſſerit permanere? Quis eſt qui dicat, ſi diſceſſerit mulier à viro non fornicante, innupta permaneat, cum ei niſi à viro fornicante diſcedere omnino nõ liceat? Sẽſus itaque iſte tuus quãtum aduerſetur vinculo coniugali, vbi dominus nec continentiam voluit ſuſcipi, niſi pari concordiq; conſenſu, puto quòd iam intelligas.

Sed rẽ ipſam paulo apertius proloquamur, & quaſi *Cap.IIII.* conſtituamus ante oculos. Ecce placuit cõtinentia mulieri, viro nõ placuit. Diſceſsit ab eo mulier, & cœpit viuere cõtinenter, ipſa ſcilicet caſta manſura, ſed factura, quod dominus non vult, adulterum virum: qui cum ſe non continuerit, alteram quæret. Quid ſumus dicturi *1.Cor.7.* mulieri, niſi quod dicit Eccleſia, ſana doctrina, Redde debitum viro: ne dũ tu quæris vnde amplius honore- L ris, ille vnde damnetur inueniat? Hoc enim & illi diceremus, ſi te nolente continere voluiſſet. Non enim habes poteſtatem corporis tui, ſed ille: ſicut nec ille habet poteſtatem corporis ſui, ſed tu. Nolite inuicem fraudare, niſi ex conſenſu. Cum hæc atque huiuſmodi quæ ad hoc pertineãt dixerimus, placeẽt ne tibi vt nobis mulier ex iſta tua ratione reſpõdeat, ego Apoſtolum audio dicentem, Præcipio mulierem à viro nõ diſcedere: quòd *Vbi ſupra.* ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo recõciliari? Ecce, inquis, diſceſsi, nolo reconciliari viro, ſed innupta permaneo. Nõ enim ait, ſi diſceſſerit, manere innuptã, donec viro ſuo recõcilietur: ſed manere, inquit, innuptam, aut viro ſuo recõciliari: & hoc, inquit, faciat aut illud. Vnum è duobus eligendum permiſit: non autem in horum alterum compulit. Manere innupta eligo, ac ſic præceptum impleo. Corripe, argue, increpa, vtere qua volueris ſeueritate ſi nupſero.

Quid huic *Cap.V.* contradicam, niſi, Apoſtolum nõ bene intelligis? Neq; enim ille præcepiſſet, ſi à viro diſceſſerit, innuptam manere mulierem, niſi eam cui diſcedere licuiſſet, illa, vna videlicet cauſa, quæ ibi propterea tacita eſt, quia notiſſima eſt: hoc eſt, fornicationis. Hanc enim ſolam deus M magiſter excepit, cum de dimittẽda loqueretur vxore: deditq; intelligi talem formam etiam in viro eſſe ſeruandam: quoniam non ſolum mulier non habet poteſtatem corporis ſui, ſed vir: ſed ſimiliter & vir non habet poteſtatem corporis ſui, ſed mulier. Cũ ergo tuum maritum arguere de fornicatione nõ poſſis, quo modo te putas ꝙ ab eo diſcedis non nubendo excuſare, à quo tibi non licet omnino diſcedere? Cum hæc à nobis mulier audierit, puto nobis eam † ſic reſpondere, vt dicat *† al. puto ꝙ nobis eam.* propterea ſe manere innuptam, quia ſine vlla viri fornicatione diſceſsit. Nã ſi ille fornicatus eſſet, nõ ſolum ſibi diſcedere, verumetiam nubere licuiſſet.

Nequaquam *Cap.VI.* hoc illa diceret, † cũ & ipſe ſis verecundatus iſtã *† al. Et nequaquam hoc illi liceret.* mulieribus dare licentiam. Dixiſti enim, Si vir vxorem adulteram dimiſerit, & aliã duxerit, mulier tãtum opprobrium habebit. Si autẽ mulier ſupradicta cauſa virum dimiſerit, & alij nupſerit, nõ vir tãtum, ſed & mulier opprobrium habebit. Cuius ſentẽtiæ tuæ rationem reddẽs, dicent enim, inquis, eã ideo diſceſsiſſe, vt alium virũ ſibi coniungeret, etſi talis fortè fuerit, qualis à quo diſceſsit: perquam facile enim viris eſt in hoc morbi

vicium

A vicium irruere. Si autẽ & ipſum dimiſerit, & alij nup-
ſerit, magis magiſq; dicent eam numeroſitatem viro-
rum appetiſſe. Hac reddita ratione concludis & dicis,
His ergo pertractis vel etiã diſcuſsis, oportet mulierem
virum tolerare, aut innuptã manere. Bonum planè de-
diſti conſilium mulieribus, vt cum ſciant ſibi eſſe per-
miſſum, ſi adulteros viros dimiſerint, aliis cõiugari: nõ
tamẽ faciant propter opprobrium, ſed potius tolerent
etiam adulteros viros, ne videantur hac occaſione mul
tis velle miſceri, eo quòd difficile ſit, vt nõ talem inue-
niat mulier cui nubat, qualis fuerit quem dimiſit, quo-
niam valde in hunc morbum ſunt procliues viri. Cum
ergo nos dicimus etiam illi mulieri, quæ virum forni-
cantem dimiſerit, alteri nubere non licere: tu autem di-
cis licere quidem, ſed non expedire, vtrique proculdu-
bio dicimus eam, quæ fornicantem virum dimittit, nu
bere non debere. Verum hoc intereſt, quòd nos quãdo
coniuges ambo Chriſtiani ſunt, mulieri ſi à viro forni-
cante diſceſſerit, dicimus nõ licere alteri nubere, à viro
autẽ non fornicaote non licere omnino diſcedere. Tu
vero dicis, ſi mulier à viro nõ fornicãte diſceſſerit, nõ
B ei licere alteri nubere, propter præceptum: ſi autẽ à for-
nicante diſceſſerit, non ei expedire nubere propter op-
probrium. Mulierem itaque non nupturam diſcedere
à viro, ſiue fornicante, ſiue non fornicante permittis.

Cap. VII. Porrò beatus Apoſtolus, imò per Apoſtolũ domi-
1. Cor. 7. nus, quia mulierẽ non permittit à viro non fornicante
diſcedere: reſtat vt eam prohibeat ſi diſceſſerit nubere,
quam permittit à fornicãte diſcedere. De qua enim di-
citur, ſi à viro diſceſſerit, non nubat: ea conditione di-
ſcedere permittitur vt non nubat. Si ergo elegerit non
nubere, non eſt cur prohibeatur diſcedere: ſicut illa de
qua dicitur, Si ſe non continet, nubat: hac vtique cõdi-
tione non continere permittitur, vt tamẽ nubat. Si er-
go elegerit nubere, cogi non poteſt continere. Sicut er
go iſta incontinẽs compellitur nubere, vt poſsit quod
non continet non eſſe damnabile: ſic à viro illa diſce-
dens, innupta cõpellitur permanere, vt poſsit quòd di-
ſcedit non eſſe culpabile. Culpabiliter autem à viro nõ
fornicante diſcedit, etiã ſi innupta permanſerit. Illa er
go innupta manere præcipitur ſi diſceſſerit, quæ à for-
nicante diſcedit. Quæ cũ ita ſe habeant, ſi eo modo in-
tellexerimus Apoſtolum vt mulieribus dicamus: ita no
C lite diſcedere à viris veſtris etiã pudicis, vt ſi diſcedere
volueritis, innuptæ maneatis: omnes quibus placuerit
continentia, etiam non cooſentientibus viris, exiſtima-
bũt ſibi licere diſcedere. Quod cum proculdubio per-
mittere non debemus, reſtat vt quod dictum eſt, ſi di-
ceſſerit manere innuptam, de illa dictũ docere debea-
mus, cui licere diſcedere non vtiq; niſi à fornicante di-
dicimus. Ne ſi aliter docuerimus, obtentu continentiæ
perturbemus Chriſtiana cõiugia, & contra miſericor-
diſsimum domini præceptum dimiſſos à cõtinentibus
mulieribus inconnnẽtes viros, vel à continentibus vi-
ris incontinentes mulieres in adulteria compellamus.

Cap. VIII. Illud ergo quod dominus, non quidem in ſermo-
ne ipſo qui exponebatur à nobis, ſed tamen alibi ait,
Matt. 19. Quicunque dimiſerit vxorem ſuam niſi ex cauſa for-
Luca. 16. nicationis, & aliã duxerit, mœchatur: ſi hoc modo in-
telligeodum eſt, vt quicunque cauſa fornicationis di-
miſerit, & aliam duxerit, nõ mœchetur: non videtur in
hac cauſa par forma eſſe mariti & vxoris: quãdoquidẽ
mulier etiam ſi cauſa fornicationis diſceſſerit à viro &
alij nupſerit, mœchatur: vir autem ſi eadem cauſa vxo-
rem dimiſerit & aliã duxerit, non mœchatur. At ſi par
forma eſt in vtroq;, vterque mœchatur, ſi ſe alteri iun- D
xerit: etiam cum ſe a fornicante diſiunxerit. Parem ve-
ro eſſe formã in hac cauſa viri atque mulieris: ibi oſtẽ-
dit Apoſtolus, quod ſępe cõmemorandum eſt, vbi cum
dixiſſet, Vxor non habet poteſtatem corporis ſui, ſed 1. Cor. 7.
vir: adiecit atque ait, Similiter & vir nõ habet poteſta-
tem corporis ſui, ſed mulier.

Cur ergo, inquis, in- Cap. IX.
terpoſuit dominus cauſam fornicationis, & nõ potius
generaliter ait, Quicunque dimiſerit vxorem ſuam & Matt. 19.
aliam duxerit, mœchatur: ſi & ille mœchatus eſt, qui di-
miſſa fornicante muliere alterã ducit? Credo, quia il-
lud quod maius eſt, hoc dominus cõmemorare voluit.
Maius eoim adulterium eſſe quis negat, vxore non for
nicante dimiſſa alteram ducere, quàm ſi fornicantem
quis dimiſerit, & tunc alteram duxerit: non quia & hoc
adulterium non eſt, ſed quia minus eſt vbi fornicante
dimiſſa, altera ducitur. Nã ſimili locutione vſus etiam
Apoſtolus Iacobus ait, Sciẽti igitur bonũ facere & non Iaco. 4.
facienti, peccatum eſt illi. Nũquid ideo non peccatum
eſt illi, qui neſcit bonum facere, & ideo non facit? Vtiq;
peccatũ eſt, ſed hoc grauius, ſi etiam ſciat & non faciat.
Nec illud ideo nullum, quia minus. Vt ergo eodẽ mo-
do vtrunq; dicamus, ſicut quicũque dimiſerit vxorem, E
excepta cauſa fornicationis, & aliã duxerit, mœchatur:
ita quicũq; ſcit bonum [facere] & non facit, peccat. Sed
quẽadmodum hic recte dici non poteſt: ergo ſi neſcit,
non peccat. Sunt enim etiã peccata ignorantium, quã-
uis minora quàm ſciẽtium: ita nec illi recte dici poteſt,
ergo ſi cauſa fornicationis dimiſerit & aliam duxerit,
non mœchatur. Eſt enim mœchatio etiam eorum, qui
alias ducunt, relictis propter fornicationem prioribus:
ſed vtique minor quàm eorum qui non propter forni-
cationem dimittunt, & alteras ducũt. Poteſt quippe ſi-
cut dictum eſt, ſcienti bonum facere & nõ facienti pec
catum eſt illi, eo modo & illud dici, dimittẽti vxorem
ſine cauſa fornicationis, & aliam ducẽti mœchatio eſt
illi. Quemadmodum igitur ſi dixerimus, Quicunque
mulierẽ à marito præter cauſam fornicationis dimiſ-
ſam duxerit, mœchatur, proculdubio verum dicimus:
nec tamẽ ideo illum qui propter cauſam fornicationis
dimiſſam duxerit, ab hoc crimine abſoluim⁹, ſed vtroſ
que mœchos eſſe minime dubitamus. Ita eũ qui præter F
cauſam fornicationis vxorẽ dimiſerit, & aliã duxerit,
mœchũ pronunciamus: nec ideo tamen eũ qui propter
cauſam fornicatioois dimiſerit & alteram duxerit, ab
huius peccati labe defendimus. Ambos enim, licet alte-
rum altero grauius, mœchos tamen eſſe cognoſcimus.
Neque enim quiſquã ita eſt abſurdus, vt mœchum ne-
get eſſe qui duxerit eam, quã maritus propter cauſam
fornicationis abiecit: cum mœchum dicat eum qui du-
xerit eam quæ præter cauſam fornicationis abiecta eſt:
Sic ergo iſti ambo ſunt mœchi. Vnde cũ dicimus, Qui-
cunque mulierem præter cauſam fornicationis à viro
dimiſſam duxerit, mœchatur: de vno quidem ipſorum
dicimus, nec tamen ideo mœchari negamus qui eã du-
xerit, quam propter cauſam fornicationis maritus di-
miſerit. Ita cum ambo ſint mœchi, & ille ſcilicet qui di-
miſerit vxorem ſuam præter cauſam fornicationis, &
aliam duxerit, & ille qui propter cauſam fornicationis
vxore dimiſſa ſe alteri copulauerit: profecto quando de
vno eorum legimus, non ita intelligere debemus, quaſi
ex hoc alter mœchus negatus ſit, quòd alter expreſſus
ſit. Sed ſi hoc Euangeliſta Matthæus, qui expreſſa vna
ſpecie alteram tacuit, facit ad intelligendum difficile,
nunquid non alij generaliter idipſum ita cõplexi ſunt,
vt de

G vt de vtroque poſſet intelligi? Nam ſecũdum Marcum
Mar.10. ſic ſcriptum eſt, Quicunque dimiſerit vxorem ſuam &
alteram duxerit, adulterium committit ſuper eam: & ſi
vxor dimiſerit virum ſuum & alij oupſerit, mœchatur.
Luca.16. Secũdum Lucam ſic, Omois qui dimittit vxorem ſuam
& alteram ducit, mœchatur: & qui dimiſſam à viro du-
cit, mœchatur. Qui ergo oos ſumus vt dicamus, Eſt qui
mœchatur, vxore ſua dimiſſa alteram ducens: & eſt qui
hoc faciens noo mœchatur, cũ Euangelium dicat om-
nem mœchari qui hoc facit? Proiode ſi quicuoque hoc
fecerit, vt vxore ſua dimiſſa alteram ducat, mœchatur:
ſine dubio ibi ſunt ambo, & qui præter, & qui propter
cauſam fornicationis dimittit vxorem, Hoc eſt enim
Cap.X. quicuoq; dimiſerit: hoc eſt, omnis qui dimittit. Non
autem ſicut neſcio quare tibi viſum eſt, cum Euangelij
ſecundũ Matthęum verba proferrem, prętermiſi quod
ſcriptum eſt, & aliam duxerit, & ſic dixi mœchatur: ſed
verba poſui quæ in ſermone illo prolixo leguntur, quẽ
dominus io monte habuit. Huoc eoim tractandum ſu-
ſceperã, quæ verba illic ita legũtur vt poſui, id eſt, Qui-
Matt.5. cunque dimiſerit vxorem ſuam, excepta cauſa fornica-
H tionis, facit eam mœchari, & qui ſolutam à viro duxe-
rit, mœchatur. Vbi etſi noo oulla exemplaria verbis di-
oerſis euodem ſenſum habent interpretatũ, oon tamen
ab eo quod iotelligitur diſcrepant. Alia quippe habẽt,
quicunque dimiſerit: alia, omois qui dimiſerit. Itemq;
alia, excepta cauſa foroicationis: alia, præter cauſam for
nicationis: alia, oiſi ob cauſam fornicatioois. Item alia,
qui ſolutã à viro duxerit, mœchatur: alia, qui dimiſſam
à viro duxerit, mœchatur. Vbi puto quòd videas, oihil
intereſſe ad vnam eaodemq; ſeotentiam. Quãuis illud
vltimũ, id eſt, qui dimiſſam à viro duxerit, mœchatur:
in eo ſermooe quem domious fecit io monte, nõnulli
codices & Gręci & Latini oõ habeaot. Credo propter-
ea quia & ibi explicatus hic ſenſus putari potuit, io eo
quod ſuperius dictũ eſt, facit eã mœchari. Quo modo
enim dimiſſa fit mœcha, oiſi fiat qui eam duxerit mœ-
Cap.XI. chus? Verba vero quæ ipſe poſuiſti, vnde tibi viſum
eſt, non mœchari eum qui propter cauſam fornicatio-
ois vxorem dimiſerit & aliã duxerit, obſcure quidem
poſita ſunt. Vnde oon miror io eis intelligendis labo-
rare lectorẽ: ſed non ſunt [difficilia] in eo ſermooe do-
I mini, qui tuoc à me tractabatur quando illa cõſcripſi,
quæ cum legeres te mouerunt. Alibi quippe idem Mat-
Matt.5. thæus ea domioũ dixiſſe narrauit, non cum illum pro-
lixum faceret in mõte ſermooem, ſed cum interroga-
tus eſſet à Phariſæis, vtrum liceret ex quacunque cauſa
dimittere vxorem. Sed quod minus iotelligitur apud
Matthæũ, apud alios Euãgeliſtas intelligi poteſt. Qua-
propter cum legerimus io Euangelio ſecundum Mat-
Matt.19. thæum, Quicuoque dimiſerit vxorem niſi ob foroica-
tionẽ: vel hoc quod magis io Græco legitur, pręter cau
ſam fornicatioois, & aliam duxerit, mœchatur: nõ de-
bemus cootiooo putare illũ ooo mœchari, qui propter
cauſam foroicatioois dimiſerit, & aliam duxerit: ſed
adhuc ambigere, donec Euangelium ſecundum alios
Euangeliſtas, à quibus hoc narratum eſt, conſulamus.
Quid ſi enim ſecundum Matthæum nõ quidem quod
ad hanc rem pertioet dictum eſt totum, ſed ita pars di-
cta eſt, vt intelligeretur à parte totum, quod tanquam
explanantes Marcus & Lucas, vt clareret plena ſenten
tia, totum dicere maluerunt? Cum itaque primum non
dubitantes, verum eſſe quod apud Matthæum legi-
tur, Quicunque dimiſerit vxorem ſuam præter cau-
ſam fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur: quæſie-
rimus, vtrum tantum iſte mœchetur ducendo alteram K
vxorem, qui præter cauſam fornicationis priorem di-
miſerit: an omnis qui dimiſſa vxore alteram duxerit,
vt ibi ſit etiam ille qui fornicantem dimiſerit: Nõoe ſe-
cundom Marcum reſpõdebitur nobis, Quid quæritis, *Mar.10.*
vtrum ille ſit mœchus, & ille noo ſit? Quicuoq; dimi-
ſerit vxorem ſuam & aliam duxerit, adulterium com-
mittit. Nõnne etiã ſecũdum Lucã dicetur nobis, Quid
ambigitis vtrum ille qui propter cauſam fornicationis *Luca.16.*
vxorẽ dimiſerit & aliam duxerit, noo mœchetur? Om-
nis qui dimittit vxorem ſuam & ducit alteram, mœ-
chatur. Ac per hoc quooiam fas ooo eſt vt Euaogeli-
ſtas, quanuis diuerſis verbis de vna re loquẽtes, ab vno
ſenſu eademq; ſenteotia diſſentire dicamus, reſtat vt
Matthæum intelligamus à parte totum ſignificare vo-
luiſſe: eaodem tamen tenuiſſe ſeotentiam, vt dimittens
vxorem & alteram ducens, non quidam mœchetur, id
eſt, qui præter foroicatiooẽ dimiſerit: quidam vero nõ
mœchetur, id eſt, qui propter fornicationem dimiſerit:
ſed omnis qui dimittit vxorem ſuam & ducit alteram,
mœchari minime dubitetur. Nã & illud quod etiã *Cap.XII.*
ſecũdum Lucam ſequitur, Qui dimiſſam à viro ducit, *Luca.16.*
mœchatur, quo modo eſt verũ? Quo modo mœchatur, L
niſi quia illa quam duxit, eo viuente à quo dimiſſa eſt,
adhuc vxor aliena eſt? Si enim iam ſuæ oon alienæ mi-
ſcetur vxori, vtique oon mœchatur. Mœchatur autem,
Aliena eſt ergo, cui miſcetur. Porrò ſi aliena eſt, hoc eſt,
eius à quo dimiſſa eſt, etiã ſi propter fornicationis cau-
ſam dimiſſa eſt, noodum dimittẽtis vxor eſſe ceſſauit.
Si autem illius eſſe ceſſauit: iam huius eſt cui alteri nup-
ſit. Et ſi huius eſt, non mœchus iudicandus eſt, ſed ma-
ritus. Sed quia non eũ maritum dicit ſcriptura, ſed mœ
chum, adhuc illa illius eſt à quo etiã cauſa fornicatio-
ois abiecta eſt. Et ideo quãcuoq; etiam ipſe illa dimiſ-
ſa ducit vxorem, quia cum alieno marito coocumbit,
adultera eſt. Vode autẽ fieri poteſt, vt adulter etiam ip-
ſe oon ſit, cuoi conſtet adulterare quã duxit †? Iam *Cap.XIII.*
ouncvideamus quod ait Apoſtolus, Cęteris autem ego *†al. quã cõ-*
dico, non dominus, ad imparia ſcilicet, hoc eſt, vbi nõ *ſtat adulte-*
ambo Chriſtiani fuerãt, cooiugia locuturus, Quod mi- *rare: cũ di-*
hi viſum eſt eum monẽdo dixiſſe, Quia enim coniunx *xit, Qui di*
fidelis relioquere cooiugem licite potuit infidelẽ: ideo *miſſam du*
fieri hoc oon dominus, ſed Apoſtolus prohibet. Quod *xerit, mœ-*
eoim dominus prohibet, fieri omnino nõ licet. Monet *chatur.*
ergo Apoſtolus quo poſsit eſſe multorũ occaſio lucrã- *1.Cor.7.*
dorum, vt fideles cooiuges in relinquendis iofidelibus M
permiſſa licentia oon vtantur. Tibi autem videtur, io-
fideles quoque dimitti à fidelibus oon licere, quia hoc
vetat Apoſtolus: cum ego dicã licere, quia hoc ooo ve-
tat domious, non tamẽ expedire, quia hoc vt non fiat,
monet Apoſtolus, Qui reddit etiam ratiooem cur fieri
noo expediat, quãuis liceat. Quid enim ſcis, ioquit, mu- *Ibidem.*
lier, ſi virum ſaluum facies: aut vnde ſcis vir ſi vxorem
ſaluam facies? Cum etiã ſuperius dixiſſet, Saoctificatus
eſt enim vir infidelis io vxore, & ſanctificata eſt mulier
iofidelis in fratre: hoc eſt, io Chriſtiano. Alioquio filij
veſtri, inquit, immuodi eſſent, ouoc autem ſancti ſunt.
Sic ad lucrandos cooiuges & filios Chriſto, etiã exem-
plis quæ iam prouenerant, videtur hortanis. Cur ergo
non expediat iofideles cõiuges dimitti à fidelibus, cau-
ſa euidenter expreſſa eſt. Non enim propter vinculum
cum talibus cooiugale ſeruandum, ſed vt acquirantur
Chriſto, recedi ab infidelibus cõiugibus Apoſtolus ve-
tat. Multa ſunt autem facienda noo iubente lege, *Cap.XIIII.*
ſed libera charitate: & ea ſunt in noſtris officiis gratio-
ra, quæ

A ra,quæ cum licerẽt nobis etiã non impẽdere, tamẽ cau
ſa dilectionis impendimus. Vnde prior ipſe dominus
Matt.17. cum ſe tributum non debere monſtraſſet, ſoluit tamẽ,
ne ſcandalizaret eos quibus ad æternam ſalutem gerẽs
hominem cõſulebat. Iam vero Apoſtolus quemadmo-
1.Cor.9. dum iſta commẽdet,eius verba teſtantur, vbi dicit,Cũ
enim liber ſim ex omnibus,omnium ſeruum me feci vt
Ibidem. plures lucrifacerem.Cum paulò ſuperius dixiſſet,Nun-
quid non habemus poteſtatem manducandi & biben-
di? Nũquid non habemus licẽtiam ſororem mulierem
circũducendi,ſicut & cęteri Apoſtoli & fratres domini
& Cephas?An ego ſolus & Barnabas non habemus po
† non. teſtatẽ hoc † operandi?Quis militat ſuis ſtipendiis vn-
quam?Quis plantauit vineã,& de fructu eius non edit?
Quis paſcit,& de lacte gregis nõ pcipit? Et paulopoſt,
Si alij, inquit, poteſtatis veſtræ participant, non magis
nos?Sed nõ ſumus vſi hac poteſtate,ſed omnia tolera-
mus,ne quod impedimentum demus Euangelio Chri-
ſti. Deinde poſt pauca, Quæ ergo,inquit,mihi merces
erit?Vt euangelizans ſine ſumptu ponam Euangelium,
vt non abutar poteſtate mea in Euangelio. Cõtinuoq;
B ſubiungit quod pauloante commemoraui, Cum enim
liber ſim ex omnibus,omnium me ſeruum feci, vt plu-
res lucrifacerem.Item alio loco de quibuſdam quæ ad
1.Cor.6. eſcam pertinẽt, Omnia,inquit,mihi licita ſunt,[ſed nõ
omnia expediũt: Omnia mihi licita ſunt,] ſed ego ſub
nullius redigar poteſtate.Eſca vẽtri,& vẽter eſcis,deus
autem & hunc & has euacuabit. Item alibi de hoc ipſo,
1.Cor.10. Omnia licita ſunt,ſed non omnia expediunt. Omnia li
cita ſunt,ſed non omnia ædificant. Nemo quod ſuũ eſt
quęrat,ſed id quod alterius eſt.Atq; vt oſtenderet vnde
loqueretur,Omne,inquit,quod in macello venit,man-
ducate,nihil interrogantes propter cõſcientiam. Et ta-
1.Cor 8. men alibi dicit,Non manducabo carnem in æternum,
Roma.14. ne fratrem meũ ſcãdalizem.Itemq; alibi, Omnia quidẽ
munda,ſed malũ eſt homini qui per offenſionem man
ducat.Quid eſt,omnia licita ſunt:ipſum eſt,omnia qui-
dem munda.Et quid eſt,ſed non omnia expediunt:ip-
ſum eſt,ſed malum eſt homini qui per offenſionẽ man-
ducat.Ita oſtẽdit ea quæ licita ſunt:id eſt,nullo pręcep-
to domini prohibẽtur, ſicut expedit potius eſſe tractã-
da,nõ præſcripto legis,ſed cõſilio charitatis. Hæc ſunt
C quæ amplius erogantur ſaucio,qui curandus ad ſtabulũ
Luca.10. Samaritani illius miſeratione perductus eſt. Et ideo di
cuntur non à domino præcipi, quanuis à domino mo
neantur offerri, vt tanto intelligãtur eſſe gratiora, quã-
Cap.XV. to magis oſtenduntur indebita. Sed ea quæ in his
talia ſunt, vt quanuis ſint licita non expediant, non in
eis dici poteſt,bonum eſt hoc,ſed illud melius:ſicut di-
1.Cor.7. ctum eſt, Qui dat nuptũ,bene facit: & qui non dat nup-
tum,melius facit. Ibi enim vtrunq; licet,& hoc aliquã-
do,aliquando illud expedit. Nã illis qui ſe non conti-
nẽt,vtique expedit nubere,& quod licet,expedit. Quæ
autẽ vouerint continentiã,nec licet nec expedit.Porrò
diſcedere ab infideli coniuge licet,ſed nõ expedit:Ma-
nere autem cũ illo ſi cohabitare cõſentit, & licet & ex-
pedit:quia ſi non liceret,expedire nõ poſſet. Poteſt er-
go aliquid licere & nõ expedire, expedire autem quod
non licet nõ poteſt.Ac per hoc non omnia licita expe-
diunt,omnia vero illicita non expediunt. Sicut enim
omnis qui Chriſti ſanguine redẽptus eſt,homo eſt: nõ
tamen omnis qui homo eſt,etiam ſanguine Chriſti re-
demptus eſt:ita omne quod non licet non expedit,nec
tamen omne quod nõ expedit,etiã nõ licet.Sunt quip-
pe licita quę non expediũt:ſicut & Apoſtolo teſte didi-
cimus. Sed inter id quod illicitum eſt, & ideo nõ ex- *Cap.XVI.*
pedit,atq; id quod licitum eſt,nec tamen expedit, quid D
interſit,aliqua vniuerſali regula definire difficile eſt. Ci
tius enim quis dixerit, Omne quod fieri non expedit,
peccatum eſt. Omne autem peccatũ illicitum eſt, Om-
ne ergo quod non expedit illicitum eſt. Et vbi erunt il
la quæ licita eſſe, ſed non expedire Apoſtolus dicit: ſi
omne quod non expedit,licitum non eſt? Quapropter
quia verum dixiſſe Apoſtolum dubitare non poſſumus;
& aliqua peccata eſſe licita dicere non audemus, reſtat
vt dicamus,fieri aliquid quod non expediat: & tamen
ſi licitum eſt,nõ eſſe peccatum, quanuis quoniam non
expedit,non ſit vtiq; faciendum.Quod ſi abſurdum vi-
detur,vt aliquid fiat quod non expedit,& dicatur non
peccaſſe qui fecerit, intelligendum eſt hoc ex cõſuetu-
dine ſermonis abſurdum:quæ ita late patet,vt etiam iu
menta,quanuis ſint rationis expertia, tamen plerunque
dicamus debere vapulare cũ peccãt. Peccare autẽ pro-
prie non eſt niſi eius qui vtitur rationali voluntatis ar-
bitrio, quod in ómnibus mortalibus animantibus non
niſi homini eſt diuinitus attributum.Sed aliud eſt cum
proprie loquimur,aliud cum verba ex aliis rebus tranſ- E
ferendo vel abutendo mutuamur. Vt igitur ſi poſ- *Cap. XVII.*
ſumus enitamur,inter id quod licet & nõ expedit, & id
quod non licet atq; ideo non expedit,aliquo certo fine
diſtinguere: ea mihi videntur licere, & non expedire,
quæ per iuſticiam quidem, quæ coram deo eſt, permit-
tuntur,ſed propter offenſionem hominum, ne ob hoc
impediantur à ſalute,vitanda ſunt.Ea vero non licere,
& ideo nec expedire,quæ ſic ipſa iuſticia vetantur, vt fa
cienda non ſint,etiam ſi ab eis quibus in noticiam fue-
rint perlata,laudentur. Quod ſi ita eſt,ideo non niſi il-
licita prohibẽtur à domino, vt ea quæ licita ſunt, & nõ
expediunt,nõ legis vinculo,ſed libera diſcretionis † be *† dilectionis*
neficentia caueãtur. Quocirca ſi dimittere infidelẽ cõ-
iugem nõ liceret,hoc fieri dominus prohiberet, neque
id Apoſtolus prohibẽs diceret, Ego dico nõ dominus. *1.Cor.7.*
Nã ſi propter cauſam fornicationis † permittitur ho- *† al.fornica*
mo à coniuge ſeparari:quanto magis in coniuge men- *tionẽ carnis*
tis fornicatio deteſtanda eſt: id eſt, infidelitas, de qua
ſcriptum eſt, Quoniam ecce qui longe ſe faciunt à te, *Pſal.72.*
peribunt, perdidiſti omnes qui fornicantur abs te. F
Sed quia ita licitũ eſt vt non expediat: ne propter *Ca. XVIII.*
coniugum ſeparationes offenſi homines,ipſam doctri-
nam ſalutis,qua illicita prohibentur exhorreant: ac ſic
peiores atq; perituri in eadem infidelitate remaneant:
intercedit Apoſtolus,& monendo fieri vetat, quod ita
licitum eſt vt non expediat. Sic enim recedere ab infi-
delibus vxoribus vel maritis,fideles viri vel fœminę nõ
prohibentur à domino,vt neque iubeantur: Nam ſi di-
mittere tales coniuges iuberẽtur, nullus eſſet locus cõ-
ſilio monentis Apoſtoli ne hoc fieret.Nullo modo enĩ
quod dominus iubet,ſeruus bonꝰ fieri prohiberet. Nã-
que hoc dominus aliquãdo per Eſdram Prophetã fie- *1.Eſd.10.*
ri iuſsit,& factum eſt,Dimiſerunt Iſraëlitę vxores alie-
nigenas,quicũque tunc habere potuerunt, per quas fie-
bat vt & ipſi ad alienos ſeducerẽtur deos,nõ vt illę per
maritos vero acquirerentur deo. Nondum enim tanta
gratia Saluatoris illuxerat,& promiſsis tẽporalibus ve-
teris teſtamẽti,adhuc inhiabat illius populi multitudo.
Et propterea cum bona terrena quæ pro magno expe-
ctabant à domino,viderent etiã his abundare qui mul-
tos falſos colebant deos, blandiciis vxorũ prius eos re-
uerebantur offendere, deinde inducebantur & colere.
Vnde inſſerat dominus per ſanctum Moyſem, ne quis *Deut.7.*
vxorem

G vxorem alienigenam duceret. Merito ergo quas duxerant domino prohibente, domino iubente dimiſerũt. Cum vero cœpiſſet gentibus Euangeliũ prædicari, iam coninnctos gentilei gentilibus comperit coniuges. Ex quibus ſi non ambo crederent, ſed vnus aut vna infidelis cum fideli conſentiret habitare, nec prohiberi à domino debuit fidelis infidelẽ dimittere, nec iuberi. Ideo ſcilicet nõ prohiberi, quia iuſticia permittit à fornicante diſcedere, & infidelis hominis fornicatio eſt maior in corde: nec vera eius pudicicia cũ cõiuge dici poteſt,
Roma.14. quia omne quod non eſt ex fide peccatum eſt: quanuis veram fidelis habeat pudiciciã, etiam cum infideli cõiuge, quæ non habet veram. Ideo autem nec iuberi debuerunt fideles ab infidelibus ſeparari, quia nõ contra iuſsionẽ domini gẽtiles fuerant ambo cõiuncti. Quoniã ergo ab infideli fidelẽ diſcedere nec prohibet nec iubet domin⁹, ideo vt nõ diſcedat, Apoſtolus dicit, nõ dominus, habens vtique ſpiritum ſanctum in quo dare poſſet vtile & fidele conſilium. Vnde cum dixiſſet de muliere cuius vir mortuus fuerit, Beatior autem erit ſi ſic permanſerit, ſecundũ conſilium meum: ne quis hoc
H conſilium tãquam humanum, non diuinum contemnendum putaret, adiecit, Puto autem quòd & ego ſpiritum dei habeã. Proinde intelligẽdum eſt, etiam ipſa quæ non à domino iubentur, ſed à ſancto eius famulo vtiliter ſuadentur, eodem domino inſpirante, ſuaderi. Abſit enim vt quiſquã catholicus dixerit, quando ſuadet ſpiritus ſanctus, nõ dominum ſuadere, cum & ipſe dominus ſit, & inſeparabilia ſint opera trinitatis. Dicit
1.Cor.7. tamen, De virginibus autẽ præceptum domini non habeo, conſilium autem do. Non vt hoc conſiliũ alienum exiſtimemus à domino, cum continuo ſequatur & dicat, tãquam miſericordiam conſecutus à domino vt fidelis eſſem. Secũdum deum ergo dat fidele conſilium
Ibidem. in eo[ſpiritu de]quo ait, Puto autem ꝙ & ego ſpiritum dei habeam. Verũtamen aliud eſt domini iubentis imperium, aliud conſerui ſecundum miſericordiam charitatis, quæ eſt illi à domino inſpirata atque donata, fidele conſilium. Ibi aliud facere non licet, hic autẽ licet: ita ſanè vt ipſum licitum partim quidem expediat, partim vero non expediat. Expedit tunc, quãdo non ſolũ per iuſticiam, quæ coram domino eſt permittitur, ſed etiam hominibus nullum ex hoc impedimentum [ſa-
I lutis infertur: velut cum dat conſilium non nubendi Apoſtolus virginibus, vnde præceptũ]domini ſe[non] habere teſtatur: licet aliud facere, id eſt, nubere, & min⁹
† al. & minus cõtinentiæ bonum tenere in nuptiis. quàm continentiæ, bonum tamen tenere nuptiarum†, ipſumq́; licitum etiam expedit: quoniam in vetita & illicita ruituram carnis infirmitatẽ ſic excipit honeſtate nubendi, vt neminem impediat ad ſalutem: quanuis† magis expediret, magisq́; honeſtum eſſet, ſi virgo con-
† al. neminem cogat: quanuis. ſilium quo præceptum eã non cõpellit arriperet. Tunc autem nõ expedit id quod licitum eſt, quando permittitur quidem, ſed vſus ipſius poteſtatis, aliis affert impedimentum ſalutis. Sicut eſt vnde iam diu loquimur, diſceſsio fidelis coniugis ab infideli: quam non prohibet dominus præcepto legis, quia corã illo iniuſta non eſt: ſed prohibet Apoſtolus conſilio charitatis, quia infidelibus affert impedimentum ſalutis: nõ ſolum quia perniciosiſsime ſcandalizantur offenſi, verũetiam quia in alia coniugia cum ceciderint viuẽtibus eis à quibus dimittũtur, adolterinis nexibus colligati, difficillime re-
Cap.XIX. ſoluuntur. Ideo hic, vbi id quod licet non expedit, non poteſt dici, ſi dimiſerit infidelem, bene facit: ſi
1.Cor.7. non dimiſerit, melius facit: ſicut dictum eſt, Qui dat nuptum, bene facit: & qui nõ dat nuptum, melius facit. K
Quoniam illud non ſolum vtrunque pariter licet, vnde ad nihil horum præcepto domini quiſquam compellitur: ſed etiam vtrunque expedit, aliud minus, aliud amplius, vnde ad id quod amplius expedit, conſilio Apoſtoli quicũque poteſt capere prouocatur. Hoc autem vbi de dimittẽdo vel non dimittendo infideli coniugio quæritur, vtrunq; quidem pariter licitum eſt per iuſticiam quæ corã domino eſt, & ideo nihil horum dominus prohibet: ſed non vtrũque expedit, propter infirmitates hominũ, & ideo id quod non expedit, Apoſtolus prohibet: dante ſibi domino liberum prohibendi locum, quia neque id quod monet Apoſtolus, prohibet dominus: neque id quod prohibet Apoſtolus, iubet dominus. Quod niſi ita eſſet, neque contra prohibitionem domini Apoſtolus aliquid moneret, neque cõtra iuſsionem eius aliquid prohiberet. Proinde in his duabus cauſis, vna de nubendo vel non nubẽdo, altera de infidele coniuge dimittendo vel non dimittendo, aliquid ſimile eſt in verbis Apoſtoli, aliquid diſsimile. Simile quidem quod & ibi dicit, Præceptum domini nõ 1.Cor.7.
habeo, conſiliũ autẽ do: & hic dicit, Ego dico, non do- L
minus. Quale eſt enim, pręceptum domini non habeo: tale eſt, non dicit dominus. Et quale eſt, conſilium do: tale eſt, ego dico. Illud autem diſsimile eſt, quia de nubendo & non nubẽdo poteſt dici, hoc bene fieri, illud melius, quoniam vtrũque expedit, minus aliud, magis aliud. At vero de coniuge infideli dimittendo vel non dimittẽdo, quoniam vnum horum non expedit, aliud expedit, dici nõ oportet, Qui dimittit, bene facit: & qui non dimittit, melius facit: Sed dici oportet, non dimittat: quia & ſi licet, nõ expedit. Sic ergo poſſumus dicere, melius eſſe infidelẽ coniugem non dimittere, quanuis liceat & dimittere: quemadmodum recte dicimus, melius eſſe quod & licet & expedit, quàm id quod licet, & non expedit. His de cauſis factũ eſt, vt expo- Cap.XX.
nẽs domini ſermonem, quem prolixum in monte habuit, vbi ventum eſt ad quæſtionem de coniugibus dimittendis, vel non dimittendis, adhibitis etiã Apoſtolicis teſtimoniis, dicerem conſilium eſſe Apoſtoli, non lib.1. de ſer. dñi in monte, cap.14.
præceptum domini, vbi ait, Cęteris autẽ ego dico non 1.Cor.7.
dominus, monẽs eos qui haberent cõiuges infideles, vt conſentientes habitare ſecũ non dimitterẽt. Quod vti- M
que ideo monendũ non iubendum fuit, quia non tanto pondere prohibẽdi ſunt homines facere licita, quãuis non expediant, quãto pondere prohibentur illicita. Si autem alicubi Apoſtolus etiam illa quæ iubenda ſunt, monere dignatus eſt, hoc fecit parcendo infirmitati, nõ pręiudicando iuſsioni. Vnde ipſe dixit, Non vt confundam vos hæc ſcribo, ſed vt filios meos chariſsimos moneo. Quid habet quæſtionis vbi ait, ego dico, 1.Cor.4.
non dominus? Itẽ vbi ait, Ecce ego Paulus dico vobis, Galat.5.
quia ſi circũcidamini, Chriſt⁹ vobis nihil proderit: nũquid etiã hic dixit, ego dico, nõ dominus? Nõ ſunt itaq; iſta ſimilia, quia etiã illa quę iubet dominus, non eſt indignum neque cõtrarium, ſi eadem monet Apoſtolus. Monemus enim quos charos habemus, vt faciãt domini præcepta, vel iuſſa. Cõ vero ait, Ego dico, nõ dominus: ſatis oſtẽdit dominũ nõ prohibere quod ipſe prohibebat. Prohibuiſſet autem dominus ſi eſſet illicitum. Ergo ſecũdum ea quæ ſupra diu diximus, multũq; verſauimus, licitũ erat per iuſticiam, ſed etiam licitum nõ erat faciẽdum propter liberam beneuolentiam. Tu Cap.XXI.
autem cui placet ita nõ licere quod nõ vetat dominus, ſed Apoſtolus, quẽadmodum non licet quod vetat dominus,

A minus, cũ exponere voluiſſes quid ſibi vellet quod ait,
1.Cor.7. Ego dico non dominus: cũ alloqueretur fideles, quibus
eſſent cõiuges infideles, dixiſti, quia dominus iuſsit ne
coniugia ſibimet diuerſæ religionis copularẽtur, & ip-
Deut.7. ſum adhibuiſti teſtimoniũ domini dicentis, Non acci-
pies vxorem filio tuo à filiabus alienigenarum, ne tra-
ducat eum poſt deos ſuos, & pereat anima eius. Addi-
diſti etiam verba Apoſtoli vbi dixit, Mulier alligata eſt
1.Cor.7. quãdiu vir eius viuit. Quòd ſi mortuus fuerit vir eius,
liberata eſt, cui vult nubat, tãtum in domino. Quod ita
expoſuiſti vt adiungeres, id eſt, Chriſtiano. Deinde ſe-
cutus es & aiſti, Hoc eſt ergo domini præceptum tam
in veteri quàm in nouo teſtamento, vt non niſi vnius
religionis & fidei cõiugia ſibi maneãt copulata. Si hoc
ergo eſt domini præceptum tam in veteri teſtamento
quàm in nouo, & hoc iubet dominus, hoc docet Apo-
ſtolus, vt non niſi vnius religionis & fidei maneant co
pulata coniugia, quare contra hoc domini iuſſum, con-
tra doctrinam ſuam, cõtra præceptum teſtamẽti vete-
ris & noui, iubet Apoſtolus [vt diuerſę fidei cõiugia ma
neant copulata? Quia Paulus, inquis, gentiũ prędicator
B & Apoſtolus] iam in cõiugio poſitos, nõ ſolum monet,
ſed etiam iubet, vt ſi vnus aut vna è coniugibus credi-
diſſet, alterũ vel alteram non credentem, ſecum tamen
habitare conſentiẽtem non dimitteret. His verbis tuis
aliud hoc, aliud eſſe illud ſatis euidenter oſtendis. Illud
enim de his cõiugiis agitur, quæ ſibi primitus copulã-
tur, ne nubat fœmina nõ ſuæ religionis viro, vel ne vir
talem ducat vxorem. Id enim vt dicis iubet deus, docet
Apoſtolus, vtrũque præcipit teſtamentum. Hoc autem
diuerſum eſſe quis abnuat, vbi agitur nõ de coniungẽ-
dis, ſed de cõiunctis? Ambo quippe vnius eiuſdẽq; in-
fidelitatis fuerunt quãdo cõiuncti ſunt: ſed Euangeliũ
cum veniſſet, alter ſine altera, vel altera ſine altero cre-
didit. Si ergo aliud eſt hoc, quod ſine ſcrupulo vlli⁹ du
bitationis apparet, cur fidelem cum infideli in cõiugio
permanere, non & dominus ſicut Apoſtolus iubet, niſi
2.Cor.13. forte iſto loco vacat quod tam fidẽter ipſe ait, An vul-
tis experimentũ accipere eius qui in me loquitur Chri-
ſtus? Et vtique dominus eſt Chriſtus. Intelligiſne quid
dicam? An in hoc explanando aliquando diligentius
immorabor? Attẽde vtrum rem ipſam tãquam in con-
ſpectu conſiderandã planiore ſermone ponam⁹. Ecce
C cõiuges duo, vnius infidelitatis, ita fuerũt quando con-
iuncti ſunt: nulla de his quæſtio eſt quæ pertineat ad il-
lam domini iuſsionẽ doctrinamq; Apoſtolicã, & præ-
ceptũ teſtamenti veteris & noui, quo prohibetur fidelis
cum infideli copulare cõiugium: Iam ſunt coniuges, &
adhuc ambo ſunt infideles, adhuc tales ſunt quales fue
runt anteq̃ iungerentur, qualeſq; coniuncti ſunt. Venit
Euangelij prædicator, Credidit eorũ aut vnus, aut vna,
ſed ita vt infidelis cum fideli habitare conſentiat. Iubet
fideli dominus, ne infidelem dimittat, an non iubet? Si
dixeris iubet, reclamat Apoſtol⁹, Ego dico nõ domin⁹.
Si dixeris, nõ iubet, cauſam requiro. Neque illam mihi
reſponſurus es, quã tuis literis indidiſti, quia dominus
prohibet fideles infidelibus iungi: hic enim nullo mo-
do eſt iſta cauſa, de iam iunctis loquimur, nõ de iungẽ-
dis. Si ergo tu cauſam nõ inueniſti, cur nõ vetet domi-
nus, quod vetat Apoſtolus: cernis enim iã, vt exiſtimo,
non eſſe ipſam quã eſſe putaueras: vide an forte illa ſit
quæ mihi viſa eſt, & tũc proferenda, & nunc defenden-
da: vt ſcilicet illud intelligamus dicere dominũ quod
habet corã illo nullo modo tranſgredienda iuſticia, id
eſt, quod ita iubet aut vetat, vt aliud facere omnino nõ
liceat. Quod autem volentis poteſtati permittit, vt nec D
agatur nec prætermittatur illicite, ibi ſeruorũ ſuorum
cõſilio locum dare videtur, vt id potius ſuadeãt quod
viderint expedire. Teneatur hic ergo primitus ac ma-
xime, ne committãtur illicita. Vbi autem aliquid ita li-
citum eſt, vt aliud facere omnino non ſit illicitum, fiat
quod expedit, vel quod magis expedit. Illa igitur quæ
dominus ita dicit vt dominus, id eſt, nõ monentis cõ-
ſilio, ſed dominantis imperio, facere non licet, & ideo
nec expedit. Dominus itaq; præcipit mulierem à viro
nõ diſcedere: quòd ſi diſceſſerit, ea vtique cauſa qua di
ſcedere licitum eſt, manere innuptam, aut viro ſuo re-
cõciliari. Mulier enim ſub viro viuo marito iuncta eſt
legi, & viuente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum
alio viro, quoniam mulier alligata eſt quãdiu vir eius
viuit. Vnde ſi vxor dimiſerit virũ ſuum & alij nupſe-
rit, mœchatur: & qui dimiſſam à viro duxerit, mœcha-
tur. Ideoq; ex eodẽ præcepto domini & vir vxorem nõ
dimittat, quoniam qui dimiſerit vxorem ſuam præter
cauſam fornicationis, facit eã mœchari: ſed ſi propter
hanc cauſam dimiſerit, etiam ipſe ſic maneat. Om- Cap. XXII.
nis enim qui dimittit vxorẽ ſuam & ducit alterã, mœ- E
chatur. Hæc conſtituta domini ſine vlla retractatione Luca.16.
ſeruanda ſunt. Habet enim hæc iuſticia quę coram illo
eſt, ſiue approbent, ſiue improbent homines: & ideo di
ci non oportet, propter offenſiones hominum, aut ne
impediantur homines ab ea ſalute, quæ in Chriſto eſt,
hanc dixerim non eſſe ſeruandam. Quis enim Chri-
ſtianus audeat dicere, ne homines offendam, aut vt ho
mines Chriſto acquirã, faciam mœchari vxorẽ meam,
aut egoipſe mœchus fiam? Poteſt enim fieri, vt cũ adul-
teram vxorem quis dimiſerit Chriſtianus, ita tentetur,
vt aliqua fœmina quæ nondum credidit, cupiẽs in eius
nuptias conuenire, promittat ſe futuram eſſe Chriſtia-
nam, & hoc non fallaciter, ſed ſi ei nupſerit, hoc omni-
no factura. Huic itaque hoc connubium recuſanti, po-
terit ſuggerere ille tentator, Dominus dixit, Quicunq;
dimiſerit vxorem ſuã præter cauſam fornicationis, &
aliam duxerit, mœchatur: tu autem qui dimiſiſti prop-
ter cauſam fornicationis vxorem, ſi aliam duxeris, non
mœchaberis. Huic talia ſuggerẽti, erudito corde reſpõ-
deat, mœchari quidẽ illum grauius qui præter cauſam
fornicationis vxore dimiſſa alteram duxerit: ſed etiam
illum qui vxore fornicante dimiſſa ſibi aliam copula- F
uit, non ideo non mœchari quia fornicantem reliquit:
ſicut mœchatur qui eã quæ præter cauſam fornicatio-
nis dimittitur, duxerit: nec ideo nõ mœchatur qui eam
duxit, quã dimiſſam propter cauſam fornicationis in-
uenerit. Et propterea quod ſubobſcure apud Matthæũ
poſitum eſt, quo modo totum à parte ſignificatum eſt,
expoſitum eſt apud alios, qui totum generaliter expreſ-
ſerunt, ſicut legitur apud Marcum, Quicũque dimiſe- Mar.10.
rit vxorem ſuam & aliam duxerit, adulteriũ commit-
tit. Et apud Lucam, Omnis quit dimittit vxorẽ ſuam & Luca.16.
ducit alterã, mœchatur. Non enim alios dixerunt mœ-
chari, alios nõ mœchari, qui dimiſsis vxoribus ſuis du-
xerint alteras, ſed quicunque dimiſerit: omnem pror-
ſus qui dimiſerit vxorem ſuam & aliam duxerit, mœ-
chari eum ſine vlla exceptione dixerunt. Sed ſi hęc Ca. XXIII.
ille Chriſtianus reſpõderit tentatori, intelligens licuiſ-
ſe quidem ſibi dimittere adulteram, ſed aliam ducere
non licere: quid ſi dicat ille tentator, Cõmitte hoc pec-
catum vt acquiras animam Chriſto in morte infideli-
tatis poſitæ fœminæ, quæ parata eſt, ſi tibi nupſerit, fieri
Chriſtiana: quid aliud Chriſtianus reſpondere ad iſta
debet

G debet & dicere, niſi ſe non poſſe ſi hoc fecerit euadere
iudicium, quod commemorauit Apoſtolus vbi ait, & ſi-
Roma.3. cut dicunt quidā nos dicere, Faciamus mala vt veniāt
bona, quorum iudiciū iuſtum eſt? Quo modo autē po-
terit eſſe ſalubriter Chriſtiana, quæ cum illo à quo du-
Ca. XXIIII citur erit adultera? Nō ſolum autem mœchandum
non eſt quod facit non quidam, ſed omnis qui dimit-
tit vxorem ſuam & ducit alteram, & ſi propterea duxe
rit vt faciat Chriſtianam: ſed etiam quiſquis non alliga-
tus vxori cōtinentiam deo vouerit, nullo modo debet
iſta compēſatione peccare, vt ideo credat vxorem ſibi
eſſe ducendam, quia promiſit quę nuptias eius appetit,
futuram ſe eſſe Chriſtianam. Quod enim cuiquam an-
tequam vouiſſet licebat, cum id ſe nunquam facturum
vouerit, non licebit: ſi tamē id vouerit quod vouēdum
fuit, ſicut eſt perpetua virginitas, vel cōtinentia poſt ex-
perta connubia ſolutis à vinculo coniugali, vel ex cō-
†vovētib⁹. ſenſu viuentibus†, & carnalia debita ſibi inuicem rela-
xantibus, fidelibus caſtiſq; coniugibus: quod alterum ſi-
ne altera, vel alteram ſine altero vouere fas nō eſt. Hæc
ergo, & ſi qua alia ſunt quæ rectiſsime vouentur, cum
homines vouerint, nulla cōditione rumpēda ſunt, quæ
H ſine vlla conditione vouerunt. Quia & hoc dominum
Pſal.75. præcepiſſe intelligēdum eſt vbi legitur, Vouete & red-
dite domino deo veſtro. Vnde Apoſtolus de quibuſdā
quæ cōtinentiam vouēt, & poſtea nubere volunt, quod
eis antequam vouiſſent vtique licebat, Habētes, inquit,
damnationem, quoniam primam fidem irritam fece-
1.Timo.5. runt. Nihil ergo expedit quod illicitū eſt, & nihil quod
Cap.XXV. prohibet dominus licitum eſt. Quæ autem nullo
domini cōſtringēte pręcepto in poteſtate dimiſſa ſunt,
in his audiatur Apoſtolus in ſpiritu ſancto monens &
conſulēs, vt vel meliora capiantur, vel ea quæ non ex-
1.Cor.7. pediunt caueantur. Ibi audiatur dicens, Pręceptum do-
mini non habeo, conſilium autem do, Et ego dico nō
dominus. Ibi ſi meliora elegerit qui audit, Solutus eſt ab
vxore non quærat vxorē, qui & ſi acceperit vxorē non
peccat. Ibi virgo non nubat, Qui enim nō dat nuptum,
melius facit: & qui dat nuptū, bene facit. Ibi beatior ſit
mulier ſic permanēdo, quę mortuo viro ſuo in poteſta-
te habet, cui vult nubat, tātum in domino. Quod duo-
bus modis accipi poteſt, aut Chriſtiana permanens, aut
Impar coniugium. Chriſtiano nubēs. Non enim tēpore reuelati teſtamenti
noui, in Euangelio vel vllis Apoſtolicis literis ſine am-
I biguitate declaratum eſſe recolo, vtrum dominus pro-
hibuerit fideles infidelibus iungi. Quanuis beatiſsimus
Cyprianus inde nō dubitet, nec in leuibus peccatis cō-
ſtituat, iungere cū infidelibus vinculū matrimonij, atq;
id eſſe dicat proſtituere gētilibus membra Chriſti. Sed
quia de iis qui iā coniuncti ſunt, alia quæſtio eſt: audia-
tur & hic Apoſtolus dicēs, Si quis frater habet vxorem
infidelem, & hæc conſentiat habitare cum illo, non di-
mittat illam: & ſi qua mulier habet virum infidelem, &
hic cōſentit habitare cū illa, non dimittat virum. Et ſic
audiatur, vt quanuis fieri licitum ſit, quia hoc non dicit
dominus: non tamen fiat, quia non expedit. Non enim
1.Cor.10. omnia expedire quæ licita ſunt, apertiſsime docet Apo
ſtolus, ſicut ſupra iam oſtēdimus. Propter quodlibet ta-
mē fornicationis genus, ſiue carnis, ſiue ſpiritus, vbi &
infidelitas intelligitur, & dimiſſo viro non licet alteri
nubere, & dimiſſa vxore non licet alteram ducere: quo-
niam dominus nulla exceptione facta dicit, Si vxor di
Luca.16. miſerit virum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur. Et om-
nis qui dimittit vxorem ſuā & ducit alteram, mœcha-
tur. His ita pro meo modulo pertractatis atque diſcuſ-
ſis, quæſtionē tamen de coniugijs obſcuriſsimā & im- K
plicatiſsimam eſſe nō neſcio. Nec audeo profiteri om- Quæſtio de
nes ſinus ei⁹, vel in hoc opere, vel in alio me adhuc ex- cōiugiis diffi-
plicaſſe, vel iam poſſe ſi vrgeat explicare. Illud autē vn- cillima.
de me itidem in alia ſcheda conſulendum exiſtimaſti,
ſeorſum etiam ego enodare curarē, ſi mihi aliud quàm
tibi viſum eſt videretur. Cum vero eadem ſit etiam no
ſtra ſententia, non hinc opus eſt diutius diſputare.

Catechumenis ergo in huius vitæ vltimo conſti- Ca. XXVI.
tutis, ſi morbo ſeu caſu aliquo ſic oppreſsi ſint, vt quan-
uis adhuc viuant, petere ſibi tamen baptiſmum vel ad
interrogata reſpondere non poſsint: proſit eis quorum
in fide Chriſtiana iā nota volūtas eſt, vt eo modo bap-
tizentur quo modo baptizantur infantes, quorum vo-
luntas nulla adhuc patuit. Non tamen propterea dam-
nare debemus eos qui timidius agunt, quam nobis vi-
detur agi oportere, ne de pecunia cōſeruo credita im-
probius quàm cautius iudicare voluiſſe iudicemur. Sa-
tis quippe in talibus reſpiciēdum eſt illud Apoſtoli vbi
dicit, Vnuſquiſque noſtrum pro ſe rationē reddet deo. Roma.14.
Non ergo amplius inuicem iudicemus. Sunt enim qui
vel in his, vel etiam in aliis obſeruandum putant, quod L
dixiſſe dominum legimus, Nolite ſanctum dare cani- Matt.7.
bus, neque proieceritis margaritas veſtras ante porcos.
Et iſta ſaluatoris verba referētes† baptizare non audent †al. reuerētes.
eos qui pro ſe reſpondere nequiuerint, ne forte cōtra-
rium gerant voluntatis arbitrium. Quod de paruulis
dici nō poteſt, in quibus adhuc rationis nullus eſt vſus.
Sed non ſolum incredibile eſt, nec in fine vitæ huius
baptizari catechumenum velle, verumetiam ſi volun-
tas eius incerta eſt, multo ſatius eſt nolenti dare quàm
volenti negare: vbi velit, an nolit ſic non apparet, vt ta
men credibilius ſit eū ſi poſſet, velle ſe potius fuiſſe di-
cturum ea ſacramēta percipere, ſine quibus iam credi-
dit non ſe oportere de corpore exire. Si autem do- Ca. XXVII
minus vbi ait, Nolite dare ſanctum canibus: hoc quod
iſti cauendum putant vellet intelligi, non ipſe ſuo tra-
ditori dediſſet, quod in ſuam ille perniciem ſine culpa
dantis, cum dignis indignus accepit. Vnde cū diceret
dominus, credēdum eſt ſignificare voluiſſe, quòd lucē
intelligentiæ ſpiritalis immunda corda non portant.
Et ſi portāda doctor ingeſſerit, quę nō recte accipiunt,
quia non capiunt, vel reprehēſionis morſibus lacerant, M
vel contemnendo conculcant. Si enim beatus Apoſto-
lus, quanuis in Chriſto iam renatis, tamen adhuc par- 1.Cor.3.
uulis lac dicit ſe dediſſe, non eſcam, Necdum enim po
teratis, inquit, ſed nec adhuc quidem poteſtis. Si deniq;
ipſe dominus electis Apoſtolis dixit, Adhuc multa ha- Ioan.16.
beo vobis dicere, ſed non poteſtis illa portare modo,
quanto minus poſſunt facere quęcūque de incorporea
luce dicuntur immundæ mentes impiorum. Sed vt C.XXVIII.
ſermo noſter ad hoc poti⁹ claudatur vnde ſumpſit ex-
ordium, ego nō ſolum alios catechumenos, verūetiam
ipſos qui viuentium coniugiis copulati retinent adul-
terina conſortia, cum ſaluos corpore in his permanen-
tes non admittamus ad baptiſmum, tamen ſi deſperati
& intra ſe pœnitentes iacuerint, nec pro ſe reſpondere
potuerint, baptizādos puto, vt etiā hoc peccatum cum
cæteris lauacro regenerationis abluatur. Quis enim no
uit vtrum fortaſsis adulterinæ carnis illecebra vſq; ad
baptiſmum ſtatuerant detineri? Si autem ab illa deſpe-
ratione recreati potuerint viuere, aut facient quod ſta-
tuerant: aut edocti obtemperabunt, aut de contempto-
ribus fiet quod fieri etiam de baptizatis talibus debet.
Quæ autem baptiſmatis, eadem reconciliationis eſt
cauſa,

A cauſa, ſi forte pœnitentem finiendæ vitæ periculũ prę-occupauerit. Nec ipſos enim ex hac vita ſine arra ſuæ pacis exire velle debet mater Eccleſia.

Libri primi finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI Hipponenſis Epiſcopi, de adulterinis coniugiis ad Pollentiũ, Liber ſecundus.

Caput I.

AD ea quæ mihi ſcripſeras frater religioſe Pollenti, iam reſcripſeram non paruum volumen, de iis qui viuentibus coniugibus ſuis aliis copulãtur. Quod cum innotuiſſet dilectioni tuæ, addidiſti aliqua ad libellum tuum, etiam his me reſpondere deſiderans. Sed cum facere diſponerem, addendo & ego ad meum, ita vt vnus liber eſſet reſponſionis meæ, repente illud editum eſt vt abſolueram, prius flaB gitantibus fratribus noſtris & neſciẽtibus, quòd adhuc aliquid eſſet addendũ. Hinc factũ eſt, vt altero ſeorſum opuſculo ad ea quæ addidiſti, reſpondere cõpellerer. Non autẽ quæ addidiſti, adiũcta ſunt fini opuſculi tui, *Caput II.* ſed vbi viſum eſt eius interiecta ſunt corpori. Horũ primũ illud eſt, cui quidem arbitror me reſpõdere de- *1.Corin.7.* bere, quod in his Apoſtoli verbis vbi ait, Cæteris autẽ ego dico, non dominus, mulierẽ à viro non diſcedere: quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo recõciliari: nõ putas ita dictũ eſſe ſi diſceſſerit, vt à viro fornicãte diſceſsiſſe intelligatur, qua ſola cauſa diſcedere licitũ eſt: ſed potius exiſtimas [à pudico,] & ideo iuſſam manere innuptam, vt poſſet ei reconciliari, ſi cõtinere ille noluiſſet, ne virum ad fornicãdum, id eſt, ad aliam ſe viuente ducendam, ipſa non recõciliata cõpelleret. Cæterum ſi à viro fornicante diſceſſerit, putas ei non præcipi vt innupta permaneat, ſed hoc eam facere, ſi continens eſſe voluerit, nõ vt præcepti violatrix inueniatur eſſe ſi nupſerit. Quæ tibi videtur forma & à viro eſſe ſeruanda, vt vxorem non dimittat, excepta cauſa fornicationis: ſi autem dimiſerit, maneat ſine cõiugio, vt pudicæ reconciliari poſsit vxori, niſi forte contine- C tiam illa delegerit, ne vxoris caſtæ reconciliationem refugiens, ipſe illam cogat mœchari, ſi ſeſe non continens viuẽte illo nupſerit alteri. Si autem fuerit ab vxore fornicante diſiunctus, iam eum nullo pręcepto vt ſe contineat detineri, nec omnino mœchari, ſi viua illa alteram duxerit, quoniam id quod ait idem Apoſtolus, *1.Corin.7.* Mulier alligata eſt quandiu vir eius viuit: quòd ſi mortuus fuerit vir eius, liberata eſt, cui vult nubat: ſic intelligendum exiſtimas, vt ſi vir fuerit fornicatus pro mortuo deputetur, & vxor pro mortua, & ideo liceat cuilibet illorum tanquã poſt mortem, ita poſt fornicatio- *Cap. III.* nem coniugis alteri copulari. Quibus tuis ſenſibus conſideratis, abs te quæro, vtrum quicũque duxerit mulierem, quæ viro alligata eſſe deſtiterit, adulter habendus ſit? Quod tibi exiſtimo non videri. Ideo enim mulier viuente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro, quoniam alligata eſt quandiu vir eius viuit. Hoc autem vinculum ſi ei cum viro viuente non eſſet, ſine vllo adulterij crimine alteri nuberet. Proinde ſi alligata eſt quandiu vir eius viuit, nullo modo niſi viro mortuo ſoluta dicenda eſt, ab hoc vinculo. Porrò ſi morte cuiuſlibet eorum inter maritum & vxorem hoc vinculum ſoluitur, & pro morte habenda eſt, ſicut dicis, etiã fornicatio, proculdubio erit ob * hoc & mulier ſoluta D quãdo fuerit fornicata. Neq; enim dici poterit hæc alli ** ab.* gata viro eſſe, [quando ab illa fuerit vir ſolutus. Ac per hoc poſteaquã fornicãdo alligata viro eſſe deſtiterit,] quiſquis eã duxerit, adulter nõ erit. Et vide quàm ſit *Cap. IIII.* abſurdum, vt ideo non ſit adulter quia ducit adulteram. Immo vero quod eſt monſtruoſius, nec ipſa mulier erit adultera, quoniam non erit poſteriori viro vxor aliena, ſed ſua. Soluto enim per adulterium priore coniugali vinculo, cuique iam nupſerit coniugem nõ habenti, non adultera cum adultero, ſed vxor erit potius cum marito. Quo modo ergo erit verum, Mulier *1. Corin. 7.* alligata eſt quandiu vir eius viuit? Ecce vir eius viuit, quia nec de corpore exceſsit, nec fornicatus eſt, quod pro morte vis deputari, & tamen ei mulier alligata iam non eſt. Nònne attendis quàm ſit hoc contra Apoſtolum dicentem, Mulier alligata eſt quandiu vir eius viuit? An forte dicturus es, viuit quidem, ſed vir eius iam non eſt: quoniam tunc eſſe deſtitit, quando illa per adulterium coniugale vinculum ſoluit. Quo modo igitur viuente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio E viro, quandoquidem vir eius ille iam non eſt, coniugali vinculo per mulieris adulterium iam ſoluto? Quo enim viuente viro niſi ſuo vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro? At ſi vir eius eſſe ille iam deſtitit, non vtique viuente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro: ſed nullum habens virum, nubendo erit cum ſuo viro. Hoc qui ſentit, nònne cernis quàm cõtra Apoſtolum ſentiat? Quod quidem non ipſe ſentis, ſed hoc ſequitur illa quæ ſentis. Muta ergo antecedentia, ſi vis cauere ſequentia. Et noli dicere, mortuum virum vel mortuam vxorem, hoc loco debere intelligi, etiam fornicantem. Quamobrem ſecundum doctrinam ſanam mulier alligata eſt, quandiu vir eius viuit: id eſt, nondum è corpore abſceſsit. Mulier enim ſub viro viuo marito iuncta eſt legi, hoc eſt, in corpore conſtituto. Si autem mortuus fuerit: hoc eſt, de corpore exierit, euacuata eſt à lege viri. Igitur viuente viro, vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro. Si autẽ mortuus fuerit vir ei⁹, liberata eſt à lege viri, vt nõ ſit adultera ſi fuerit cũ alio viro. Hęc verba Apoſtoli totiens repetita, totiẽs inculcata, vera ſunt, viua ſunt, ſana ſunt, plana ſũt. Nulli⁹ viri poſterioris mulier vxor eſſe incipit, niſi prioris F eſſe deſierit. Eſſe autẽ deſinet vxor prioris, ſi moriatur vir eius, nõ ſi fornicetur. Licite itaq; dimittitur cõiunx ob cauſam fornicationis, ſed manet vinculum prioris, propter quod fit reus adulterij, qui dimiſſam duxerit, etiã ob cauſam fornicationis. Sicut enim manẽte in *Cap. V.* ſe ſacramẽto regenerationis, excõmunicatur quis * reus ** aliàs nunquam.* criminis, nec illo ſacramento caret, etiam ſi nunquam reconcilietur deo: ita manẽte in ſe vinculo fœderis cõiugalis, vxor dimittiť ob cauſam fornicationis, nec carebit illo vinculo, etiam ſi nunquam recõcilietur viro, carebit autem ſi mortuus fuerit vir eius. Reus vero excommunicatus ideo nunquam carebit regenerationis ſacramento, etiam non reconciliatus, quoniam nunquam moritur deus. Remanet itaque, vt ſi ſapere ſecundum Apoſtolum volumus, non dicamus virum adulterum pro mortuo deputandum, & ideo licere vxori eius alteri nubere. Quanuis enim ſit mors adulterium, non corporis, ſed quod peius eſt, animæ: nõ tamen de iſta morte loquebatur Apoſtolus, cũ dicebat, Quòd ſi *1.Corin.7.* mortuus fuerit vir eius, cui vult nubat: ſed de illa ſola qua de corpore exitur. Quoniã ſi per cõiugis adulteriũ coniugale ſoluitur vinculum, ſequitur illa peruerſitas

G quam cauendam eſſe monſtraui, vt & mulier per impudiciciā ſoluatur hoc vinculo: quæ ſi ſoluitur, libera erit à lege viri. Et ideo quod inſipientiſsime dicitur, nō erit adultera ſi fuerit cum altero viro, quia per adulterium liberata eſt à priori viro. Quod ſi ita eſt à veritate deuium, vt nullus id, non dico Chriſtianus, ſed humanus ſenſus admittat, profectò mulier alligata eſt quādiu vir eius viuit. Quod vt apertius dicam, quandiu vir eius in corpore eſt. Pari ergo forma & vir alligatus eſt, quandiu mulier eius in corpore eſt. Vnde ſi vult dimittere adulterā, nō ducat alteram, ne quod in illa culpat, ipſe cōmittat. Similiter & mulier ſi dimittit [adulterū,] non ſibi copulet alterum: alligata eſt enim quandiu vir eius viuit, nec à lege viri niſi mortui liberatur, vt nō ſit adultera ſi fuerit cum alio viro.

Cap. VI. *32.q.1.cap. quòd autē.* Quod autem tibi durū videtur, vt poſt adulterium recōcilietur coniugi coniunx, ſi fides aſsit, non erit durum. Cur enim adhuc deputam⁹ adulteros, quos vel baptiſmate ablutos vel pœnitentia credimus eſſe ſanatos? Hæc crimina in vetere dei lege nullis ſacrificiis mundabantur, quæ noui teſtamenti in ſanguine Chriſti ſine dubitatione mūdantur, H & ideo tunc omnimodo probibitum eſt ab alio contaminatam viro recipere vxorem: *1.Reg.18.* quanuis Dauid Saülis filiam, quam pater eiuſdē mulieris ab eo ſeparatā dederat alteri, tanquā noui teſtamēti præfigurator ſine cunctatione receperit. Nunc autem poſtquam Chriſtus ait adulteræ, *Ioan.8.* Nec ego te condemnabo, vade, deinceps noli peccare: quis nō intelligat debere ignoſcere maritum, *σκληρόμ.* quod videt ignouiſſe dominum amborum, nec iam ſe debere adulteram dicere, cuius pœnitētis crimen diuina credit miſeratione deletum.

Cap. VII. Sed boc videlicet infidelium ſenſus exhorret, ita vt nonnulli modicæ, vel potius inimici veræ fidei, credo metuētes peccandi impunitatem dari mulieribus ſuis, illud quod de adulteræ indulgentia dominus fecit, auferrent de codicibus ſuis: quaſi permiſsionē peccādi tribuerit qui dixit, deinceps noli peccare: aut ideo non debuerit mulier à medico deo illius peccati remiſsione ſanari, ne offenderentur inſani. Neque enim quibus illud factō domini diſplicet, ipſi perfectè pudici ſunt: nec eos ſeueros caſtitas facit, ſed potius ex illo ſunt hominū numero, quibus dominus ait, *Ioan.8.* Qui ſine peccato eſt veſtrū, prior in eam lapidem iaciat. Niſi quod illi cōſcientia territi receſſerūt, & tentare Chriſtum, atque adulterā perſequi deſtiterunt: I iſti autem & ægroti medicum reprehendūt, & in adulteras adulteri ſæuiunt: quibus ſi diceretur, non quod illi andierunt, qui ſine peccato eſt: quis enim ſine peccato? ſed qui ſine iſto peccato eſt, prior in illam lapidē mittat: tunc forſitan cogitarēt qui indignabantur ꝙ adulteram non occiderent, quāta illis dei miſericordia parceretur vt adulteri viuerent.

Cap. VIII. Sed cum hęc eis dicimus, non ſolum nihil volunt detrahēre ſeueritati, ſed iraſcuntur inſuper veritati, & loquuntur atque reſpondent: ſed nos viri ſumus. An vero ſexus noſtri dignitas hanc ſuſtinebit iniuriam, vt cum aliis fœminis præter vxores noſtras ſi quid admittimus, in luēdis pœnis mulieribus comparemur? Quaſi non propterea magis debeant illicitas cōcupiſcentias viriliter fręnare, quia viri ſunt: quaſi non propterea magis debeāt mulieribus ſuis ad virtutis huius exemplum ſe præbere, quia viri ſunt: quaſi nō propterea minus debeāt libidine ſuperari, quia viri ſunt: quaſi non propterea minus debeam laſciuienti carni ſeruire, quia viri ſunt? Et tamen indignantur ſi audiant adulteros viros pendere ſimiles adulteris fœminis pœnas, cum tanto grauius eos puniri oportuerit, quāto magis ad eos pertinet & virtute vincere, & exēplo regere fœminas. K Chriſtianis equidem loquor, qui fideliter adiunt, *Philip.5.* Caput mulieris vir: *1.Corin.11.* vbi ſe agnoſcunt duces, illas autem comites eſſe debere. Et ideo cauendum viro illac ire viuendo, quà timet ne vxor ſequatur imitādo. Sed iſti quibus diſplicet, vt inter virum & mulierem † par pudiciciæ forma ſeruetur, & potius eligūt, *† vxorem.* maximeq́; in hac cauſa, mūdi legibus ſubditi eſſe quàm Chriſti, quoniam iura forenſia non eiſdem quibus fœminas pudiciciæ nexibus viros vidētur obſtringere: legant quid imperator Antonius, nō vtique Chriſtianus, *Lex Caeſaris.* de hac re conſtituerit, vbi maritus vxorem de adulterij crimine accuſare non ſinitur, cui moribus ſuis nō prębuit caſtitatis exemplū, ita vt ambo damnentur, ſi ambos pariter impudicos conflictus ipſe conuicerit. Nam ſupradicti imperatoris hæc verba ſunt, quæ apud Gregorianum leguntur: Sanè, inquit, meæ lueræ nulla parte cauſæ præiudicabunt. Neque enim ſi penes te culpa fuit vt matrimonium ſolueretur: & ſecundum legem Iuliam Eupaſia vxor tua nuberet: propter hoc reſcriptū meum adulterij damnata erit, niſi cōſtet eſſe commiſſum. Habebūt autem ante oculos inquirere, an cum tu L pudice viueres, illi quoq; bonos mores colendi author fuiſti. Periniquum enim mihi videtur eſſe, vt pudiciciā „ vir ab vxore exigat, quam ipſe non exhibet: quæ res po- „ teſt & virum damnare, non ob compenſationem mutui criminis rem inter vtrunque componere, vel cauſam facti tollere.

Si hæc obſeruanda ſunt propter decus terrenæ ciuitatis, quanto caſtiores quærit cœleſtis patria & ſocietas angelorum? Quæ cū ita ſint, nunquid ideo minor eſt, ac non potius maior & peior virorum impudicicia, quia ineſt illis ſuperba & licētioſa iactantia? Non igitur exhorreant viri, quòd adulteræ *Ioan.8.* Chriſtus ignouit, ſed potius cognoſcant etiam periculum ſuum, & ſimili morbo laborantes, ad eundem ſaluatorem ſupplici pietate confugiant: & quod in illa factum legunt, etiā ſibi neceſſarium eſſe fateantur, adulteriorum ſuorum medicinam ſuſcipiāt, adulterare iam deſinant, laudent in ſe dei patientiam, agant pœnitentiam, ſumant indulgentiam, mutent de pœna fœminarum & de ſua impunitate ſententiam.

Cap. IX. Quibus conſideratis atque tractatis, ſi communis conditio, cōmune malum, commune periculum, cōmune vulnus, communis ſalus, fideliter & humiliter cogitetur, *23.q.1.c. nō erit.* non erit turpis neque difficilis, etiam poſt perpetrata atque purgata adulteria reconciliatio coniugum, M vbi per claues regni cœlorum nō dubitatur fieri remiſsio peccatorū: non vt poſt viri diuortium adultera reuocetur, ſed vt poſt Chriſti conſortium adultera non vocetur. Verum ecce nō † fiat, *† aliàs, vt.* nemo compellit, quia forte lex aliqua huius ſeculi hoc vetat ſecundum terrenæ ciuitatis modū, vbi cogitata nō eſt abolitio criminum per ſanguinem ſanctum. Suſcipiatur ergo continentia, quam nulla lex prohibet, in alia non eatur adulteria. Et quid ad nos, ſi nec ſaltem diuina miſeratione mundata, marito reconcilietur à deo adultera, dum tamen nō reconciliatis adulteris, non alia fiant quaſi cōnubia, quæ conuincuntur eſſe adulteria? *1.Corin.7.* Mulier enim alligata eſt quandiu vir eius viuit: Ergo conſequēter & vir alligatus eſt, quandiu mulier eius viuit. Hæc alligatio facit, vt aliis coniungi ſine adulterina copulatione nō poſsint. † *† aliàs, nō poſſūt.* Vnde neceſſe eſt ex duobus cōiugibus quatuor adulteros fieri, ſi & illa alteri † nupſerit, *† adultero.* & ille alteram † duxerit. *† adulterā.* Quāuis enī ſcelerati⁹ mœchetur, qui nō cauſa fornicationis vxore dimiſſa alterā duxerit: qđ genus adulterij comme-

A commemorauit Matthæus: tamen nõ ſolum ipſe mœ-
Marci. 19. chatur, [ſed ſicuti eſt apud Marcũ, Quicunq; dimiſerit
vxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium committit
ſuper eam: & ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alij nup-
Lucæ 16. ſerit, mœchatur:] & ſicuti eſt apud Lucam, Omnis qui
dimittit vxorem ſuam, & ducit alteram, mœchatur: [&
qui dimiſſam à viro duxerit, mœchatur. De quibus te-
Ca. X. ſtimoniis iam ſatis in libro ſuperiore diſſerui. Sed
reſpondes mihi, Continenter viuere paucorum eſt. Et
ideo qui fornicantes coniuges dimiſerunt, quoniã nõ
poſſunt reconciliari, tantum ſe vident periclitari, vt le-
gem Chriſti non humanam, ſed feralem pronuncient.
O frater, quantũ ad incontinẽtes pertinet, multas que-
relas habere poſſunt, quibus, vt dicis, legem Chriſti fe-
ralem pronuncient non humanam. Et tamen nõ prop-
ter illos Euangelium Chriſti peruertere, vel mutare de-
bemus. Te quippe ſola eorũ querela permouet, qui con
iuges cauſa fornicationis intercedente dimittũt, ſi alias
ducere nõ ſinantur: quoniam continere paucorum eſt,
atq; ad id debent laude exhortari, non lege compelli.
Itaq; ſi dimiſſa adultera nõ ducitur altera, iuſtam que-
relam, ſicut putas, habebit hominum incontinẽtia. Sed
B attende quàm pluta ſunt, vbi ſi querelas incontinentiũ
velimus admittere, neceſſe nobis erit adulteria ſienda
permittere. Quid ſi enim aliquo diuturno & inſanabili
morbo corporis teneatur coniunx, quo cõcubitus im-
pediatur? Quid ſi captiuitas, vel vis aliqua ſeparet, ita vt
ſciat viuere maritus vxorẽ, cuius ſibi copia denegatur,
cenſeſne admittenda incontinentiũ murmura, & per-
mittenda adulteria? Quid in hoc ipſo vnde interroga-
tus eſt dominus, reſponditq; fieri nõ debere, ſed ad du
riciam cordis illorum, Moyſem permiſiſſe dari libellũ
repudij, & quacũq; cauſa dimittere coniugem? Nonne
lex Chriſti incontinẽtibus diſplicet, qui vxores litigio-
ſas, iniurioſas, imperioſas, faſtidioſas, & ad reddẽdum
debitũ coniugale difficillimas, repudio interpoſito ab-
iicere volunt, & alteras ducere. Iam ergo quia iſtorum
incontinentia legẽ Chriſti horruit: ad eorum lex Chri-
ſti arbitrium commutanda eſt? Iam porro ſi maritũ re-
linquat vxor, vel maritus vxorem, non cauſa fornica-
tionis, ſed potius continentiæ, ſitq; incontinens, cui re-
pudium propter hoc datur, quæro vtrum non erit adul
ter vel adultera ſi alteri copuletur? Si non erit dicitur,
C domino contradicitur, cuius hæc verba ſunt, Dictũ eſt
Matth. 5. autẽ, Quicunq; dimiſerit vxorẽ ſuam, [det illi libellum
repudij, Ego autem dico, quia omnis qui dimiſerit vxo
rem ſuã] excepta cauſa fornicationis, facit eam mœcha
ri: & qui dimiſſam duxerit, adulterat. Ecce dimiſſa eſt,
non dimiſit: & quia continere paucorũ eſt, incontinen
tiæ ceſſit & nupſit, & tamen adulter adulteram duxit.
Ambo rei, ambo damnãdi ſunt: & quæ nupſit viuo ma
rito, & qui duxit eam cuius viuit maritus. Nunquid hic
legem Chriſti dicimus inhumanam, qua conſtituitur
rea tãti criminis atq; punitur, quam vir nulla eius præ-
cedente fornicatione dimiſit: & quia paucorum eſt cõ
tinere, dimittendo compulit nubere? Cur non hic dici
mus habendum eſſe pro mortuo, qui male dimittẽdo,
prior coniugale vinculum rupit? Nam qua ratione di-
cturus es eum rupiſſe vinculũ cõiugale, qui licet ſit mœ
chus, non dimiſit vxorem, & eum nõ rupiſſe, qui etiam
caſtam dimiſit vxorem? Ego autem dico in vtroq; ma-
nere hoc vinculum, quo mulier alligata eſt, quãdiu vir
eius viuit, ſiue continens, ſiue mœchus. Et ideo mœcha-
ri eam quæ dimiſſa nupſerit: & mœchari eũ qui dimiſ-
ſam duxerit, ſiue à mœcho, ſiue à continẽte dimiſſa ſit,

quoniam mulier alligata eſt quandiu vir eius viuit. Sed D
nunc de querelis incontinentium diſputamus. Quid *1. Corin. 7.*
enim videtur iuſtius, huius mulieris querela quæ dicit,
dimiſſa ſum, non dimiſi, & quoniã continere paucorũ
eſt, nõ me continui, ne fornicarer nupſi, & dicor mœ-
chata quia nupſi? Nunquid propter huius quaſi iuſtam
querelam, legẽ cenſebimus immutandam eſſe diuinã,
vt iſtam non iudicemus adulteram? Abſit. Sed reſpon-
debis non eam debuiſſe dimitti, quia fornicationis nul
la cauſa præceſſerat. Verũ dicis, nam peccatũ mariti ei⁹
dominus expreſſit, vbi ait, Qui dimiſerit vxorem ſuã, *Matth. 5.*
excepta cauſa fornicationis, facit eã mœchari. Sed nũ-
quid iſta ideo nubendo poſtea non peccauit, quia prius
dimittẽdo ille peccauit? Quid ergo ei prodeſt, quòd de
lege Chriſti mulier incontinens queritur, niſi vt mur-
murans puniatur? Iam nunc etiã illa videamus quæ *Cap. XI.*
alio loco interponens addidiſti, meq; ad ea reſpõdere
voluiſti. Vbi te mouet, & miſeraris hominẽ qui cubare
cum adultera, etiam ſi non incontinentia, certe filiorũ
procreandorum neceſſitate compellitur, ſi non ei licet
ſic eam dimittere, vt ea viuẽte alterã ducat. Vnde recte
mouereris, ſi adulterium non eſſet, quamuis adultera vi
ua vxore, alteram ducere. Si autem adulterium eſt, vt ea E
quę ſunt diſputata docuerunt, quid obtẽditur procreã
dorum cauſa filiorum? Non enim propterea flagitiorũ
eſt permittenda licentia, aut vero tam cauendum eſt ſi-
ne poſteris mori, quàm eligendũ [pudice] in poſterũ vi
uere. Quid non ſinentur adulteri, quos neceſſe eſt poſt
primã mortem ſecundæ mortis æternitate dãnari. Nã
procreandorum filiorum iſta cauſatio, etiam nõ adul-
teras, ſed caſtiſſimas fœminas, ſi forte ſint ſteriles, cogit
dimitti, & alteras duci, quod tibi exiſtimo nõ placere.
Quapropter ſi cauſa incontinentiæ nõ ſunt excuſanda
adulteria, quanto minus excuſantur procreandorũ cau
ſa filiorum? Illi quippe infirmitati, hoc eſt, inconti- *Cap. XII.*
nentię, voluit Apoſtolus ſubueniri honeſtate nuptiarũ. *1. Corin. 7.*
Non enim ait, Si filios nõ habet, nubat: ſed ſi ſe nõ con
tinet, nubat. Filiorũ quidẽ propagatione compenſatur,
quòd incontinentiæ nubendo ceditur. Nam vtiq; incõ
tinentia vicium eſt, coniugiũ autem non eſt vicium. Et
ideo fit per hoc bonum, vt illud veniale ſit malum. Cũ
ſint ergo nuptiæ cauſa generandi inſtitutę, ea cauſa fie-
bant à patribus, qui tantum officio generãdi fœminis,
ſed non illicite miſcebantur. Erat enim tunc quædam F
propagandi neceſſitas quæ nunc nõ eſt: quoniam tem-
pus amplectẽdi ſicut ſcriptum eſt, quod vtiq; tunc fuit, *Eccleſ. 3.*
& tẽpus continẽdi ab amplexu, quod nunc eſt. De quo
tempore Apoſtolus loquens ait, De cætero fratres tem- *1. Corin. 7.*
pus breue eſt, reliquum eſt vt & qui habent vxores, tan-
quam non habentes ſint. Vnde nũc rectiſſime dicitur,
Qui poteſt capere, capiat: qui autẽ ſe non continet, nu-
bat. Tunc ergo etiam continentia propter propagatio-
nem filiorum in nuptiarũ deſcẽdebat officio: nunc au-
tem vinculũ nuptiale incõtinẽtiæ ſubuenit vicio: vt ab
eis qui ſe non continet, non per turpitudinem ſtupro-
rum, ſed per honeſtatem coniugiorum, fiat propagatio
filiorũ. Cur ergo nõ dicit Apoſtolus, ſi filios nõ habet,
nubat? Quia ſcilicet hoc tempore continẽdi ab ample-
xu, nõ eſt neceſſe filios ꝑpagare. Et quare dicit, ſi ſe nõ
cõtinet, nubat? Vtiq; propterea, ne per eam incontinen
tiam cogatur adulterare. Si ergo ſe cõtinet, nec nubat,
nec generet. Si autẽ ſe non cõtinet, licite nubat, ne tur-
piter generet, aut turpius concũbẽdo nõ generet. Quã-
quam hoc quod vltimum dixi, nõnulli faciunt etiã li-
cite coniugati. Illicite nãq; & turpiter etiã cũ legitima

G vxore cócũbitur,vbi prolis cóceptio deuitatur. Quod
Gen.38. faciebat Onan filius Iudæ,& occidit illum propter hoc
deus.Propagatio itaque filiorum , ipſa eſt prima & na-
turalis[& legitima]cauſa nuptiarũ,Ac per hoc qui prop
ter incontinentiam coniunguntur, non ſic debent tẽ-
perare malum ſuum, vt bonum exterminent nuptiarũ,
id eſt,propaginem filiorum.De incontinentibus quip-
1.Timo.5. pe loquebatur Apoſtolus vbi ait, Volo igitur iuniores
nubere,filios propagare,matresfamiliâs eſſe, nullã oc-
caſionem dare aduerſario maledicti gratia. Iam enim
conuerſæ quædam ſunt retro poſt ſatanam. Cum itaq;
dicebat,volo iuniores nubere:hoc vtiq; monebat prop
ter ruinam incontinentiæ fulciendam.Sed ne forte ab
eis ſola carnalis concupiſcentiæ cogitaretur infirmi-
tas,cui tantummodo eſſet opere connubij ſeruiendum:
nuptiarum autem vel contemneretur,vel negligeretur
bonum:continuo ſubiunxit,filios procreare,matresfa-
miliâs eſſe. Qui vero eligunt continere, aliquid vtique
melius eligunt quàm eſt nuptiarum bonum,hoc eſt ge-
neratio filiorum.Vnde ſi eligitur continentia,vt bono
nûptiarum melius aliquid capeſſatur,quãto potius cu-
H ſtodienda eſt vt adulterium caueatur. Cũ enim dixiſſet
1.Corin.7. Apoſtolus,Quòd ſi ſe non continet, nubat : melius eſt
enim,inquit,nubere quàm vri.Nõ dixit,melius eſt mœ
Ca.XIII. chari quàm vri.   Non eſt ergo ad quod exhortemur
eos qui reconciliari timent coniugibus adulteris pœni
tendo ſanatis,niſi ad cuſtodiendã continẽtiam . Quo-
niam mulier alligata,quandiu,ſiue mœchus ſiue caſtus
vir eius viuit,mœchatur ſi alteri nupſerit : & vir alliga-
tus , quãdiu, ſiue mœcha,ſiue caſta vxor eius viuit,mœ-
chatur ſi alteram duxerit. Hæc namque alligatio quan-
doquidem non ſoluitur,etiam ſi per repudium coniux
* aliàs con iũx à caſta coniuge ſeparetur. caſto corpore ſeparetur: * multo minus ſoluitur,ſi non
ſeparata mœchetur.Ac per hoc non eã ſoluit,niſi mors
coniugis,non in adulterium corruẽtis, ſed de corpore
exeuntis. Quapropter ſi receſſerit mulier ab adultero
viro, & ei reconciliari non vult, maneat innupta : & ſi
dimiſerit vir adulteram mulierem , & eam nõ vult re-
cipere nec poſt pœnitentiam,cuſtodiat continentiã:&
ſi non ex voluntate eligẽdi potioris boni , certe ex ne-
ceſſitate vitandi pernicioſi mali.Ac per hoc ad hoc ex-
hortarer etiã ſi vxor eſſet in lãguore inſanabili atque
I diuturno,aut etiã ſi alicubi eſſet corpore ſeparata , quò
maritus non poſſet accedere.Poſtremo ad hoc exhor-
tarer etiã ſi mulier volens viuere continenter , quamuis
contra diſciplinam,quia non ex conſenſu, tamen pudi
cum pudica dimitteret.Puto enim Chriſtianũ neminẽ
32.q.5.cap. Puto. reluctari, illum adulterum eſſe, qui vel diu languente,
vel diu abſente,vel continẽter viuere cupiẽte ſua vxo-
re,alteri cõmixtus eſt fœminæ. Sic ergo & dimiſſa adul
tera,adulter eſt cum adulterã, quoniam non ille, aut il-
le,ſed omnis qui dimittit vxorem ſuam & ducit alterã,
mœchatur.Quapropter ſi à cõiugali vinculo immunis
minus appetitur vita ſanctorũ, exhorreatur pœna mœ-
chorum.Et timore ſaltem frẽnetur concupiſcẽtia, ſi a-
more non eligitur continentia . Si enim vbi eſt timor
operetur labor, vbi erat labor, erit & amor. Non enim
confidendũ eſt de noſtris viribus, ſed oratio adiungẽ-
da conatibus,vt impleat bonis,qui deterret à malis.
Cap.XIIII. Reſpondeamus etiam ad illud, vbi putas maritos
ad puniẽdas adulteras ſine vlla miſeratione compelli,
cum volunt eas mori, ſi eis viuentibus non licet eis al-
teras ducere.Quam crudelitatẽ volens exaggerare di-
xiſti,Non mihi videtur amantiſsime pater hic diuinus
eſſe ſenſ*,vbi benignitas & pietas excluditur. Ita iſta di
cis,quaſi propterea mariti parcere debeant adulteris fœ K
minis,quia licet eis alteras ducere:aut ſi non licet, non
parcant vt liceat. Quinimmo propterea debent pecca
tricibus præbere miſericordiam, vt & ipſi pro ſuis pec
catis miſericordiam conſequãtur. Et multo magis hoc
eis faciendũ eſt,qui dimiſsis vxoribus adulteris cupiũt
viuere continenter. Tanto quippe debẽt eſſe miſericor
diores,quãto volunt eſſe ſanctiores:vt ad caſtitatem in
ſeipſis ſeruandam diuinitus adiuuẽtur,dum caſtitatem
ab vxoribus violatam,nec ipſi humanitus vleiſcuntur:
& maxime vox illa dominica eſt eis in memoriam re-
uocanda,Qui ſine peccato eſt,prior in illam lapidẽ ia- Ioan.8.
ciat.Nõ qui ſine ipſo peccato eſt, quo modo loquimur
de pudicis viris,ſed qui ſine peccato eſt: quod ſi eſſe ſe
dixerint,ſeipſos ſeducũt, & veritas in eis non eſt. Por- 1.Ioan.1.
rò ſi non ſe ſeducunt,& eſt in eis veritas,non erit in eis
cruenta ſeueritas. Scientes enim ſe non eſſe ſine pecca-
to, dimittunt vt dimittatur eis : ne ab eis benignitas &
pietas excludatur,Magis enim hæc excluduntur, ſi pec
catis coniugum ab eis impetret veniam licentia libidi-
nis,non cura pietatis : id eſt,vt propterea parcant,quia
licet eis alteras ducere,& nõ potius propterea, quia vo L
lunt & ſibi dominum parcere. Quãto itaque melius, &
honeſtius,chriſtiana deniq; profeſsione digni*,vt par-
cant adulterarum ſanguini vxorum , quod ſcriptũ eſt,
eis dicimus,Dimitte iniuſticiam proximo tuo, & tunc Eccli.28.
precanti * tibi peccata ſoluẽtur . Homo homini ſeruat * aliàs,pec canti.
iram, & à domino quærit medelã. Super hominem ſi-
milem ſibi nõ habet miſericordiam,& de peccatis ſuis
deprecatur. Cum ipſe caro ſit ſeruat iracũdiã,quis pro-
piciabitur peccatis illius? Et de Euangelio,Dimittite &
dimittetur vobis,vt poſsim* dicere,Dimitte nobis de- Luca 6.
bita noſtra ſicut & nos dimittim* debitoribus noſtris: Math.6.
Et de Apoſtolo,Nulli malum pro malo reddentes:& ſi Roma.12.
qua ſunt huiuſmodi in ſcripturis ſanctis , quibus ad vl-
ciſcendũ quãdo humanus animus excitatur, quia chri
ſtianus eſt,mitigatur.   Quanto, inquam, melius iſta Caput XV.
dicimus,quàm vt dicamus, Tantum adulteras iſtas di-
mittite,& earum nolite ſanguinem quærere : quicquid
doloris ex earũ flagitiis habetis, conſolabũtur vos aliæ
quas duxeritis:merito enim velletis iſtas de viuentium
numero auferre , ſi earum vita impedimento eſſet, quo
minus alias duceretis.Nunc vero, etiam iſtis viuẽtibus, M
cum liceat alia vobis matrimonia prouidere, quid eas
tantopere vultis occidere ? Hæc ſi dicimus, nónne at-
tendis quàm noſtra ſuaſio longe ſit à charactere chri-
ſtiano: quia & falſum dicimus, eis licere quod non li-
cet, hoc eſt iſtis viuentibus , vt aliis copulentur : & ſi
propterea illis pepercerint , non parcent propter pie-
tatem, ſed propter aliarum nuptiarum liberam pote-
ſtatem . Poſtremo quæro abs te , vtrum marito Chri-
ſtiano liceat,vel ſecundum veterem dei legẽ, vel Ro-
manas , adulteram abiicere? * Si licet, melius eſt vt ab * occidere.
vtroque ſe temperet,id eſt,& à licito illa peccante ſup-
plicio, & ab illicito illa viuente coniugio . Quòd ſi al-
terutrum eligere perſeuerat, ſatius eſt ei facere quod li-
cet, vt adultera puniatur,quàm id quod nõ licet,vt ip-
ſa viua ille mœchetur. Si autem quod verius dicitur,nõ 33.q.2.cap.
licet homini Chriſtiano adulteram coniugẽ occide- Si quod.
re,ſed tantum dimittere,quis eſt tam demens qui ei di-
cat, fac quod non licet , vt tibi liceat quod non licet?
Cum enim vtrunque ſecundum legem Chriſti illicitũ
ſit,ſiue adulteram occidere,ſiue illa viuente alterã du-
cere,ab vtroque abſtinendum eſt, non illicitum pro il-
licito faciendũ. Si enim facturus eſt quod nõ licet, iam
faciat

A facit adulterium, & non faciat homicidium, vt viuente vxore ſua alteram ducat, & non humanum ſanguinem fundat. Quod ſi eſt vtrunque nefarium, non debet alterum pro altero perpetrare, ſed vtruoque vitare.

Cap. XVI. Hic video quid diei ab incōtinētibus poſsit. Quod videlieet qui dimittit, & viuere permittit adulteram, ſi alterā duxerit, quādiu prior illa viuat, perpetuus adulter eſt, oec agit pœnitentiam fructuoſam à flagitio non reeedens. Nec ſi eatechumenus eſt, ad baptiſmū admittitur, quoniam ab eo quod impedit nō mutatur: nec reconciliari penitus * poteſt in eadē nequicia perſeuerās. (** aliàs, pœnitens.*) Si autem aecuſando adulteram occiderit, hoc peccatū quoniam tranſactum eſt, & io eo non permanetur, & ſi à catechumeno factū eſt, baptiſmate abluiť, & ſi à baptizato, pœoitentia & reeoociliatiooe ſanatur. Sed nunquid propterea dicturi ſumus adulterium nō eſſe adulterium, quod ſine dubio committitur, ſi eoniuge adultera viuente, altera ducitur? Sed hoe adulterij genere excepto, nempe non dubitas eſſe adulteriū, ſi quiſquam ducat viuētis vxorem, à viro ſuo per libellum repudij ſine vlla mulieris fornicatione dimiſſam. Quid ergo, B cum viderit ſe nec ad baptiſmum admitti ſi catechumenus eſt, nec vtiliter agere pœoitentiam ſi baptizatus hoc fecerit, oon eorrigendo & relinquēdo quod fecit: ſi eum voluerit & potuerit oecidere euius duxerit vxorem, vt hoc ſeelus vel baptiſmate diluatur, vel pœoitēdo ſoluatur, atque ita etiam illud adulterium non permaneat, euaeuata muliere à lege viri poſt mortem viri, ſed de tranſacto quod factum eſt per pœnitētiam ſatis fiat, vel regeneratione deleatur? Nuoquid propterea eſt accuſanda lex Chriſti, taoquam compulerit fieri homicidium, cum ſine erimine fornicationis, repudiatam ducere, dicit eſſe adulterium? Hic enim, ſi patum quid loquamur attendimus, multo grauiora dici poſſunt q̄ ipſe dixiſti. Nam tu dom non vis eſſe adulteria, ſi aliæ ducantur dimiſsis adulteris, hoc inueniſti, quoniam ſi hæ adulteria dixerimus, cogētur mariti oecidere adulteras, quarum vita impediuntur alteras ducere: Atque vt hoe exaggerares, dixiſti, Non mihi videtur amantiſſime pater hie diuin⁹ eſſe ſeoſus, vbi benignitas & pietas exeluditur. Si ergo quiſpiam nolens credere eſſe adulterium, quando à marito ſine fornieationis erimine repudiata ab altero ducitur, & hoe contra te inue- C niat, quia iſta ratione ſuadetur hominibus homicidia perpetrare, & earum maritos, quas eo modo repudiatas duxeriot, vel inſidiis quibus potuerint, vel ealūniis appetere, vel aliquibus veris criminibus aecuſare & occidere, vt eis mortuis poſsiot eſſe eoniugia, quæ viuis fuerant adulteria: nónne id exaggerādo tibi dicturus eſt, non mihi videtur amantiſsime frater, hie diuinus eſſe ſenſus, vbi non ſolum benignitas & pietas excluditur, ſed etiā iogens malignitas & impietas excitatur? Quādoquidem multo eſt leuius & tolerabilius, vt adulteras mariti, quàm vt maritos adulteri occidāt. Placét ne tibi vt propter vaniſsimam inuidiam, dominicæ defenſionem ſententiæ dēſeramus, vel etiam inſuper accuſemus dicentes: non debere adulterium vindicari, etiam ſi præter eauſam fornicationis repudiata à viro alteri cooiungatur, ne maritum eius à quo dimiſſa eſt cōpellatur occidere, dum adulterium in eoonubiū eupit viri prioris morte eonuertere? Scio hoc tibi nō placere, vt propter hanc vaniſsimam inuidiam, lex Chriſti cum vera inueniatur & ſana, dura & iohumana dicatur. Sic itaque non tibi debet videri ideo negandum eſſe adulterium, quando vxore adultera viuente altera ducitur, quia poteſt maritus per hoe cogi adulteram occidere D dum cupit ſibi licere illa extincta alterā ducere, ſi hoc ea viuente nū licet facere. Quid ſi enim & illud dicant Chriſtianæ fidei detractores, cogi homines oecidere vxores ſuas ioſidiarum ſceleribus, quas moleſtas ferre non poſſunt, ſiue diuturno laoguore laborantes, & pati concubitum non valentes, ſiue pauperes, [ſiue ſteriles, ſiue deformes, aliarum ſpe ducendarum, ſanarum, opulentarum, fœcundarum,] pulcherrioiarum amore: quia eas quas perpeti nolūt præter cauſam fornicationis repudiare non licet, & alteras ducere, ne perpetuo deuincti adulterio, nec baptizari poſsint, oec pœnitēdo ſanari. Nunquid propterea oe iſta homicidiorum ſcelera perpetrentur, dicturi ſumus non eſſe adulteria, ſi repudiatis præter cauſam fornicationis vxoribus, ſibi alteras copulauerint?

Cap. XVII. Iam vero ex hoe quòd ſapis non eſſe adulterium, ſi vir vxorem cauſa foroicationis abiecerit & alteram duxerit, nónoe arbitraris cauendum, ne diſcant viri vxores quas propter alias innumerabiles cauſas ferre non poſſunt, mœchari cogere, vt ab eis vinculo coniugali per fornieationem, ſicut putas ſolu E to, liceat eis alteras ducere: & ex eo quòd illas mœchari coëgerunt, aut baptiſmate ablui, aut pœnitēdo ſaoari, quoniam illis & gratia & medicina negabitur quādiu cum adulteris viuent, ſi prioribus prçter cauſam fornicationis repudiatis, alteras duxeriot? Niſi forte quis dicat, neminem poſſe vxorem ſuā mœchari facere ſi pudica eſt: & tamen dominus, Omnis qui dimiſerit, inquit, vxorem ſuam, præter cauſam fornicationis, facit eam mœchari. (*Matth. 5.*) Vtique propterea, quia cum eſſet pudica cum viro, tamen dimiſſa cogitur per iocontinentiā viuo priore alteri copulari, & hoe eſt mœchari. Quòd ſi hoc iſta non fecerit, tamen ille quantum in ipſo eſt facere compulit, & hoc ei deus peccatum etiam ſi illa caſta permaneat, imputabit. Sed quis neſciat quàm ſint rariſsimæ quæ ita pudice viuant cum viris, vt etiam ſi ab eis dimittantur, alios oon requirant? Incomparabiliter quippe numerus eſt amplior fœmioarum, quæ cum pudice adhæreant maritis, tamen ſi dimiſſæ fuerint à maritis, non differunt nubere. Cum ergo crediderint homines domino dicenti, Omnis qui dimiſerit vxorem ſuam, præter cauſam fornicationis, facit eam mœchari: ſi crediderint & tibi dicenti, muliere fornicante licere F viro eius alteram ducere: quiſquis voluerit propter alias quaſlibet moleſtias earere vxore cui coniūctus eſt, prius eam mœchari faciat ſine fornicatione dimittendo, vt tune ducat alteram, cum fuerit illa mœcha nubēdo: ac ſic à priore peccato quo eam mœchari fecit, ſiue per baptiſmū, ſiue per pœnitentiā liberatus, ſine ſuo adulterio eā ſibi habere videatur, quā poſt prioris adulterium, tanquam hinc ſoluto matrimonij vinculo, alteram duxerit. Quod quidē ſi fuerit machinat⁹, & vxorē ſuam mœcham faciet, & ipſe quamuis poſt adulterium coniugis aliam duceodo mœchus erit, nihilq; illi proderit q̄ tibi credidit, & nō ei potius qui nullo excepto ait, Omnis qui reliquerit vxorē ſuam & aliam duxerit, mœchatur. (*Lucæ. 16.*)

Ca. XVIII. Quibus omnibus cōſideratis atq; tractatis, reſtat vt ab eis qui hæc fideliter audiunt, dicatur nobis quod domino dictū eſt, Si talis eſt cauſa cū vx…e, nō expedit nubere. (*Matth. 19.*) Quibus & nos quid reſpōdeamus, niſi quod ipſe reſpōdit, Nō omnes capiunt verbū hoc, ſed quibus datum eſt? Sūt enim eunuchi qui de matris vtero ſic nati ſunt, & ſuot eunuchi qui facti ſunt ab hominib⁹, & ſuot eunuchi qui ſeipſos caſtrauerūt propter regnum cœlorū. Qui poteſt capere, capiat. Ergo qui po

G teſt capiat,quod non omnes capiunt. Poſſunt autẽ capere quibus hoc præſtat dei miſericordia occulta, ſed non iniuſta. Sed in his omnibus qui ſeipſos caſtrauerũt propter regnum cœlorum,alij ſunt qui in vtroque ſexu concubitum neſciunt,alij qui experti & auerſi ſunt partim quidem illicite,partim vero licite experti. Porrò in his qui licite experti ſunt, quidam ſunt qui non niſi licite, quidam & illicite & licite. Sunt quippe in eis qui coniugia ſua tantum ſciunt: ſunt autem qui & alias fœminas ac ſtupra qualibet. Sed qui poſt concubitũ coniugum ſeipſos caſtrant propter regnum cœlorum, aut morte amittunt coniuges,aut ex conſenſu cum eis continentiam profitentur,aut neceſsitate diuortiorum, ne viuis coniugibus ſe aliis copulãdo adulteria perpetrẽt, caſtrant ſeipſos propter regnum cœlorum, non vt clariores ibi eſſe poſsint, ſed quòd aliter ibi eſſe non poſſunt:nam qui non iſta neceſsitate ſe continent, ſed boni appetitione melioris,poſſent ibi eſſe,etiã ſeruata pudicia coniugali,quamuis in præmiis minoribus, tamen intus erunt. Qui vero propter ſe continẽt, quia priuribus cõiugibus viuis timent aliis coniugari,maiorem curam debent gerere pro ſalute, quàm geſſerũt illi á quiH bus continentia pro munere dilecta eſt ampliore. Tũc quippe ibi erunt,ſi adulteri non erunt. Si autẽ non continent, adulteri erunt, quia viuentibus coniugibus priſtinis, non coniugibus alteris, * ſed adulteris adhærebunt. *propriis.* Et ſi à regno cœlorum aberunt,vbi erunt,niſi vbi ſalui non erunt?

Cap. XIX. Hos igitur alloquor, vt quod facere deberent ſi haberent coniuges diuturno languore marceſcentes, vel loco ſibi inacceſsibili abſentes, vel animoſitate illicita continentes: hoc faciant ſi habuerint coniuges adulterina inquinatione ſordentes, & propter hoc à ſuo conſortio diuortiantes,nõ alia quærant coniugia,quia non erunt coniugia, ſed adulteria. Cum enim par forma ſit in hoc vinculo viri & vxoris, ſicut vxor viuẽte viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro: ita & vir viuente vxore vocabitur adulter, ſi fuerit cũ adultera * muliere. *alia.* Etſi enim grauius qui præter cauſam fornicationis, omnis tamen qui dimiſerit vxorem ſuam & aliam duxerit, mœchatur. Nõ eos terreat ſarcina continentiæ: leuis erit,ſi Chriſti erit: Chriſti erit,ſi fides aderit, quæ impetrat à iubente quod iuſſerit. *Lucæ 16.* Non eos frangat,quòd videtur eorum continẽtia I neceſsitatis eſſe,non voluntatis,quia & illi qui eam voluntate delegerunt,fecerunt eam eſſe neceſsitatis,quoniam iam ſine damnatione ab illa deuiare nõ poſſunt: & qui in eam neceſsitate contruſi ſunt,faciunt eam eſſe voluntatis, ſi non de ſeipſis, ſed de illo à quo eſt bonũ omne confidunt. Illi ad eam conſcenderunt cauſa maioris gloriæ, vt aliquid amplius inuenirent: iſti ad eam confugerunt cura ſalutis nouiſsimæ, ne perirent: vtrique permaneant,vtriq; in quod peruenerunt ambulent vſque in finem,ferueant ſtudiis,ſupplicẽt votis: quia & illis ſalus cogitanda eſt, vt ab eo quod volũtas arripuit cadere timeant: & iſtis gloria deſperanda non eſt, ſi in eo quod neceſsitas intulit,perſiſtere diligãt. Fieri enim poteſt,vt deo terrente & hortante, conuertente & implente, humanus in melius mutetur affectus: atque ita voueãt ſine coniugiis,& ſine vllo concubitu, atq; immunda libidinis attrectatione perſeuerantiſsime viuere: vt etiam ſi ſeparata coniugia, locum ducendi alias moriendo aperuerint,claudatur ex voto quod pateret ex licito,& quod erat neceſsitate cœptum,fiat charitate perfectum. Talibus profectò retribuetur quod illis, qui vel pari conſenſu cum cõiugibus hoc vouerũt, vel nullis coniugiis alligati, propter maius bonum continentiam delegerunt. K Si autẽ ita ſe continent, vt ſi moriantur quarũ vita coniugari impediuntur,alias ducere cogitent: profectò etiam ſi prius ipſi in tali continẽtia de corpore abſcedant, nõ eis imputatur niſi ad pudiciciã coniugalem,propter quam non faciunt quod facerent ſi liceret. Hac quippe intentione continẽter viuere, parum eſt ad accipienda illius quæ liberius eligitur continentiæ præmia,ſed ſufficit ad cauenda adulteria.

Hæc autem me de vtroque ſexu memineris dicere, ſed maxime propter viros: qui propterea ſe fœminis ſuperiores eſſe arbitrãtur,ne pudicitia pares eſſe dignentur: in qua etiam præire debuerunt,vt eos illæ tanquam ſua capita ſequerentur. *Cap. XX.* Quando autem lex prohibet adulteria,ſi obtentu incontinentiæ carnalis infirmitatis admittatur excuſatio, multis ſub nomine falſæ impunitatis,pereundi aperitur occaſio. Neque enim carnem non habent fœminæ,quibus viri aliquid tale nolunt licere,quaſi eis quia viri ſunt liceat. Sed abſit hoc à meliori ſexu vt tanquã honori debeatur, quod pudori detrahitur,cum honor iuſtus virtuti,non vitio debeatur. L Quinimmo cum à fœminis vtique habentibus carnẽ, tantam flagitant caſtitatem,vt quãdo ab vxoribus diutiſsime peregrinantur,velint eas ab adulterino concubitu intaminatas feruorem tranſigere iuuẽtutis: & plurimæ pudiciſsime tranſigunt,& maxime Syræ,quarum mariti negociandi quæſtibus occupati, iuuenes adoleſcentulas deſerunt, & vix aliquando ſenes ad aniculas reuertuntur: *Syri mariti* * eoipſo euidentius conuincunt non eſſe impoſsibile, quod ſe non poſſe cauſantur. *At nimis eos deſipere dixerim, q id in fœminis putant poſsibile, qd ſe &c.* Si enim hoc non poſſet infirmitas hominũ, * multo minus id poſſet ſexus infirmior fœminarum. *al. virorũ* Vnde iſtos qui virilem excellentiam,non putant niſi peccandi licentiã, quando terremus ne adulterinis coniugiis hærendo pereãt in æternum,ſolemus eis proponere etiam continentiã clericorum: qui plerunque ad eandem ſarcinã ſubeundam capiuntur inuiti,eamque ſuſceptam vſque ad debitum finem,domino adiuuante perducunt. Dicimus ergo eis, Quid ſi & vos ad hoc ſubeundum populorũ violentia caperemini, nónne ſuſceptum caſte cuſtodiretis officium,repente conuerſi ad impetrandas vires à domino,de quibus nunquã antea cogitaſtis? Sed illos inquiunt, honor plurimum conſolatur. Reſpõdemus, & vobis timor amplius moderetur. M Si enim hoc multi dei miniſtri repente atque inopinanter impoſitum ſuſceperunt, ſperantes ſe illuſtrius in Chriſti hæreditate fulgere: quanto magis vos adulteria cauẽdo viuere cõtinẽter debetis,meruẽtes non in regno dei minus lucere,ſed in gehennæ ignibus ardere. Hæc atq; huiuſmodi eis vt poſſumus,dicimus, qui quoquomodo à ſe diſcedentibus,vel propter adulterium dimiſsis coniugibus ſuis,alias volunt ducere,& quum prohibentur,infirmitatem nobis carnis opponunt. Sed iam liber etiam iſte claudendus eſt,& rogandus deus,vt aut eos tentari non ſinat ſeparationibus coniugum, aut ita ſinat, vt timor periclitantis ſalutis,fiat illis amplioris ſiue probatioris occaſio caſtitatis.

Libri ſecundi finis.

TRACTATVS

Non omnino malus, ſed nihil aut quàm minimum habens Auguſtini.

Caput I. ADuertit nobiſcũ charitas veſtra
cum legeretur liber Actuũ apo-
ſtolorum, Paulum locutum eſſe
Athenienſibus,& ab eis qui præ-
dicationem veritatis irridebant
dictum fuiſſe, verborũ ſemina-
Act. 17. torem. Dictum eſt quidẽ ab irri-
dentibus, ſed non reſpnendum
eſt à credẽtibus. Erat enim reuera ille ſeminator verbo-
rum, ſed meſſor morum. Et nos licet tantilli & nequa-
quam illius excellentiæ comparandi, in agro dei, quod
eſt cor veſtrum, verba dei ſeminamus, & vberẽ meſſem
de veſtris moribus expectamus. Veruntamen vnde ad-
monemur loqui charitati veſtræ, quod ipſa locutione
continetur, hortamur attẽtius aduertatis, ſi quo modo
B adiuuante domino deo noſtro dicimus aliquid, quod
nec facile niſi dicatur, ab omnibus poſsit intelligi: neq;
cum intellectum fuerit, debeat ab vllo contemni. Apud
Athenas loquebatur. Athenĩẽſes in omni literatura at-
que doctrina per alios populos magna fama pollebant.
Ipſa erat patria magnorũ Philoſophorum. Inde ſe per
cæteras Græciæ atque alias orbis terras varia & multi-
1. Corin. 1. plex doctrina diffuderat. Ibi Apoſtolus loquebatur, ibi
annunciabat Chriſtum crucifixum, Iudæis quidẽ ſcan-
dalum, gentibus autem ſtulticiam, ipſis vero vocatis Iu-
dæis & Græcis Chriſtum dei virtutẽ & dei ſapientiam.
Hoc annunciare inter ſuperbos & doctos quanti peri-
culi fuerit, veſtrum eſt cogitare. Denique ſermone fini-
to, audita illa reſurrectione mortuorum, quæ præcipue
fides eſt Chriſtianorũ, alij irridebant, dicebant autẽ alij,
Audiemus te de hoc iterũ. Nec defuerunt qui credide-
runt, atque in eis nominatur quidam Dionyſius Areo-
pagites: id eſt, Athenienſium principalis. Areopagos e-
nim Athenĩẽſium curia vocabatur. Et mulier quædam
nobilis,& alij. Facta eſt ergo loquente Apoſtolo tripar-
tita illa multitudo, per quoſdã gradus mira diſtinctio-
ne diſpoſita, irridentium, dubitantium, credentiũ. Qui-
C dam enim, vt ſcriptũ eſſe audiuimus, irridebant. Qui-
dam dicebant, Audiemus te de hoc iterum, iſti du-
bitantes erant. Aliqui crediderunt. Inter irridentes
& credentes, medij ſunt dubitantes. Qui irridet, cadit:
qui credit, ſtat: qui dubitat, fluctuat. Audiemus te de hoc
iterum, inquiunt, incertũ an caſuri eſſent cum irridenti-
Caput II. bus, an ſtaturi cum credentibus. Nunquid tamen in-
aniter laborauit ſeminator ille verborum? Ille vero ſi
formidaret irridentes, nõ perueniret ad credentes, quo
modo ſeminator ille Euangelicus quem commemorat
Math. 13. dominus. Nã vtique hoc erat Paulus, ſi trepidaret mit-
tere ſemina, ne aliud caderet in via, aliud inter ſpinas,
aliud in loca petroſa, nunquam ſemen poſſet etiam ad
terram optimam peruenire. Et nos ſeminemus, ſparga-
mus, corda præparate, fructum date. Hoc quoque ſi me-
minit charitas veſtra cum legeretur audiuimus, quòd
quidã ex Philoſophis Epicureis & Stoicis conferebant
cũ Apoſtolo. Qui ſint vel fuerint Philoſophi Epicurei
& Stoici, id eſt, quid ſenſerint, quid verum eſſe putaue-
rint, quid philoſophãdo ſectati ſint, proculdubio mul-
ti veſtrum neſciunt: ſed quoniã Carthagini loquimur,
multi ſciunt. Adiuuent ergo modo nos dicturos vobis,
Ad rem quippe valde pertinet, quod puto eſſe dicendũ. D
Audiant nos,& neſcientes inſtruantur, ſcientes cõmo-
neantur: illi cognoſcant, illi recognoſcant. Primo Caput III.
generaliter audite omnium Philoſophorum cũmune
ſtudium, in quo ſtudio cõmuni habuerunt quinque di-
uiſiones & differentias ſententiarum propriarum. Cõ-
muniter omnes Philoſophi ſtudendo, quærẽdo, diſpu-
tando, viuendo appetiuerunt apprehẽdere vitam bea-
tam. Hæc vna fuit cauſa philoſophandi, ſed puto quòd
etiam hoc Philoſophi nobiſcum commune habent. Si
enim à vobis quæram quare in Chriſtum credideritis,
quare Chriſtiani facti fueritis: veraciter mihi omnis ho
mo reſpondet, propter vitam beatam. Appetitio igitur
beatæ vitæ Philoſophis Chriſtianiſq; cõmunis eſt. Sed
res tã conſona vbi inueniri poſsit, inde quæſtio eſt, de-
inde diſcretio. Nam vitam beatam appetere, vitam bea-
tam concupiſcere, deſiderare, ſectari, omniũ hominum
eſſe arbitror. Vnde me video parum dixiſſe hunc appe-
titum beatæ vitæ Philoſophis Chriſtianiſq; cõmunem:
debui enim dicere, omnium hominũ, prorſus omnium
bonorũ & malorum. Nam & qui bonus eſt, ideo bonus
eſt vt beatus ſit: & qui malus eſt, malus non eſſet, niſi in- E
de ſe beatũ eſſe poſſe ſperaret. De bonis facilis quæſtio
eſt, quòd beatam vitam quærant, ideo boni ſint. De ma-
lis vero aliqui dubitant, vtrum & ipſi beatam vitã quæ-
rant. Sed ſi ſeparatos malos & à bonis diſcretos inter-
rogare poſſem & dicere, Vultis beati eſſe? nemo dice-
ret, nolo. Verbi gratia, pone aliquẽ furem, quæro ab illo,
Quare furtum facis? Vt habeam, inquit, quod nõ habe-
bam. Quare vis habere quod non habebas? Quia miſe-
rum eſt non habere. Si ergo miſerũ eſt non habere, bea-
tum putat habere. Sed in eo impudens eſt & errat, quia
de malo vult beatus fieri, Bonum eſt enim beatum eſſe.
Vnde ergo ille peruerſus? quia bonum quærit & ma-
lũ facit. Quid quærit ergo? Quid aſpirat cupiditas ma-
lorum? ad mercedẽ bonorum. Beata vita merces bono-
rũ eſt, bonitas opus eſt: beatitudo merces eſt. Deus opus
iubet, mercedem proponit. Dicit, hoc fac, & hoc acci-
pies. Ille autem malus reſpondet nobis, Niſi male fece-
ro, beatus non ero. Tanquam dicat aliquis, ad bonum
non peruenio, niſi malus fuero. Nõ vides, quia bonum
& malum contraria ſunt? Bonũ quæris, & malum facis?
In contrarium curris, quando peruenis? Relinqua- Caput IIII.
mus ergo iſtos, forte optimum erit vt ad eos redea- F
mus, cum de Philoſophis quod inſtituimus peregeri-
mus. Non enim arbitror ſine cauſa per neſciẽtes actum
eſſe aliquid magnum diſpẽſante diuina ipſa prouiden-
tia, vt cum eſſent plurimæ Philoſophorum ſectæ in ciui-
tate Athenienſi, non contulerint cum Apoſtolo Paulo
niſi Stoici & Epicurei. Cum enim audieritis quid ſen-
tiant in ſectis ſuis, videbitis quàm nõ fruſtra factum ſit,
vt ex omnibus Philoſophis ſoli cum Paulo conferrẽt.
Neque enim eligere ſibi potuit, quibus altercantibus re-
ſponderet, ſed diuina ſapientia omnia gubernans hos
ei appoſuit, in quibus diſſenſionis Philoſophorum tota
propè cauſa conſiſteret. Breuiter ego dico, Indocti cre-
dant nobis, docti iudicent de nobis. Puto quia mentiri
non audeo indoctis, iudicibus doctis, maxime quia di-
co aliquid vbi pariter & docti & indocti poſsint vera-
citer iudicare. Hoc ergo prius dico, hominem cõſtare
ex anima & corpore. Hic non peto vt credatis, ſed &
vos peto vt iudicetis. Non enim timeo, ne in hoc dicto
male quiſquã iudicet de me, qui agnoſcit ſe. Homo er-
go, quod nemo ambigit, conſtat ex anima & corpore.
Subſtantia iſta, res iſta, perſona iſta homo dicitur. Beatã

G vitam quęrit,& hoc noſtis:nec inſto vt credatis,ſed admoneo vt agnoſcatis. Homo, inquam,id eſt,res iſta nō parua, præcedens omnia pecora, omnia volatilia, omnia & natatilia,& qnicquid carnem gerit & homo non eſt.Homo ergo cooſtans ex anima & corpore,ſed non qualicunque anima, nam & pecus conſtat ex anima & corpore. Homo ergo cōſtās ex anima rationali & carne mortali, quærit beatam vitā. Quæ res faciat beatam vitam cum cognouerit bomo, niſi hanc teneat, hāc ſequatur,hanc ſibi vendicet,aſſumat ſi poteſtas eſt,petat ſi difficultas eſt,beatus eſſe nō poteſt. Tota igitur quæſtio eſt,quid faciat beatā vitam. Cōſtituite nunc ante oculos veſtros Epicureos,Stoicos,& Apoſtolū,quod etiā ſic dicere potui,Epicureos,Stoicos, Chriſtianos. Interrogemus prius Epicureos,quę res faciat vitam beatā. Reſpōdēt, Voluptas corporis. Hic iam credatis peto,quia iudices habeo:vtrum enim hoc dicant,hoc ſentiant Epicurei neſcitis,quia illas literas non legiſtis, ſed ſunt hic qui legerunt. Redeamus ad interrogandos. Quid dicitis Epicurei,quæ res faciat beatam vitam?Reſpondent, Voluptas corporis. Quid dicitis Stoici,qnę res facit vitam beatam?Reſpondent,Virtus animi. Intendat mecū
H charitas veſtra,Chriſtiani ſumus,inter Philoſophos diſceptamus. Videte quare illæ duæ ſectæ tantum procuratæ ſunt cum Apoſtolo collaturæ. Nihil eſt in homine quod ad eius ſubſtātiam pertineat atque naturā,præter corpus & animam. Horum doorum in vno,hoc eſt, in corpore Epicurei poſuerunt beatā vitam: in alio,id eſt, anima,Stoici poſuerunt beatam vitam. Quantū ad hominem pertinet, ſi ab illo ſibi eſt vita beata, nihil reſtat præter corpus & animā. Aut corpus eſt cauſa beatæ vitæ,aut anima eſt cauſa beatæ vitæ: ſi plus quæris,ab homine recedis. Hi ergo qui beatam vitā hominis in homine poſuerunt, alibi ponere omnino non potuerunt, niſi aut in corpore, aut in anima. Horum qui in corpore poſuerunt,principatum Epicurei tenuerunt. Horum qui in anima poſuerunt,principatum Stoici tenuerunt.

Caput. V. Ecce ſunt,cōferunt cum Apoſtolo: aliquid ne plus habebat Apoſtolus? An vero vni harum duarum ſectæ neceſſario cōſentire deberet, vt etiā ipſe cauſam beatæ vitæ,aut in corpore,aut in anima poneret?Nunquā poneret Paulus in corpore:hoc enim magnū non eſt,cum ipſi minime ponāt cauſam beatitudinis in corpore,qui
I melius ſentiūt de corpore. Nam Epicurei & de corpore & de anima hoc idem ſentiunt, quòd vtrunq; mortale eſt. Et quod eſt grauius & deteſtabilius, prius dicūt animam poſt mortē diſſolui quàm corpus. Adhuc inquiunt poſt efflatum ſpiritum manente cadauere,& integris membrorum liniamentis aliquantum durātibus, anima mox vt exierit veluti fumus vento diuerberata diſſoluitur. Nō ergo miremur,quòd ſummum bonum, id eſt,beatitudinis cauſam in corpore poſuerunt, quod ſe melius quàm animā habere ſenſerunt. Nunquid hoc faceret Apoſtolus?Abſit vt poneret in corpore ſummū bonum. Summum enim bonum eſt cauſa beatitudinis: immo vero doluit Apoſtolus quoſdā è numero Chriſtianorum elegiſſe ſententiam Epicureorum: nō hominum,ſed porcorum. Ex hoc enim numero erāt illi corrumpentes mores bonos colloquiis malis, & dicentes,
1.Cor.15. Manducemus & bibamus,cras enim moriemur. Epicu-
Sapien.2. rei cōtulerunt cum Paulo Apoſtolo: ſunt & Chriſtiani Epicurei. Quid enim ſunt aliud dicentes quotidie, Māducemus & bibamus,cras enim moriemur? Quò pertinet, Nihil erit poſt mortē, vmbræ enim tranſitus eſt vita noſtra. Dixerunt enim apud ſe cogitantes non rectè inter cętera,coronemus nos roſis antequā marceſcant: K nullum pratum ſit quod nō pertranſeat luxuria noſtra: vbique relinquamus ſigna læticiæ, quoniā hæc eſt pars noſtra,& hæc eſt ſors.

Caput. VI. Hoc ſi atrocius obiurgemus, ſi bis cupiditatibus vehementius reſiſtamus, dicent & quod ſequitur: Opprimamus pauperem iuſtum. Et ta- Sapien.2. men dicere vel in hoc loco poſiti non timemus: nolite eſſe Epicurei. Cogitate quidem illud,quod dictum eſt ab his non rectè loquentibus, Cras enim morimur: ſed non omnimodo moriemur:manet enim poſt mortem quod ſequitur mortem. Comes morienti, aut vita erit, aut pœna. Nemo dicat, Quis huc inde reuerſus eſt? Di- Luca.16. ues ille purpuratus ſero redire voluit,& permitti nō potuit. Stillam ſitiens inquiſiuit,qui eſurientem pauperem faſtidiuit. Nemo ergo dicat,Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Si vultis dicere,cras enim moriemur:nō probibeo, ſed aliud ante dicite. Epicurei quippe velut non victuri poſt mortem, quaſi aliud nibil habentes niſi quod delectat carnem dicunt, Māducemus: & cætera. Sed tenete quod dicitur, cras enim moriemur. Chriſtiani vero poſt mortē victuri & fœlices potius futuri vel victuri poſt mortem,non dicant, Mādu- L cemus & bibamus,cras enim moriemur: ſed dicant, Ieiunemus & oremus,cras enim moriemur. Addo planè aliud,addo tertium. Nec quod præcipue obſeruādum eſt prætermitto, vt de ieiunio tuo fames pauperis ſatietur. Aut ſi ieiunare non potes,magis paſcas,cuius ſaturitate tibi venia cōcedatur. Dicant ergo Chriſtiani, Ieiunemus & oremus, & donemus, cras enim moriemur. Aut ſi duas res volunt dicere,ego eligo vt dicant, Donemus & oremus, quàm ieiunemus & non donemus. Abſit ergo vt Apoſtolus in corpore poneret ſummum bonū hominis: id eſt,beatitudinis cauſam.

Caput. VII. Sed cum Stoicis non indecens fortaſſe luctamen eſt. Ecce enim interrogāti vbi ponant efficiens beatæ vitę: id eſt,quod facit in homine beatam vitam: reſpondent,nō corporis voluptatem,ſed animi eſſe virtutem. Quid Apoſtolos?annuit?Si annuit,annuamus. Sed non annuit:reuo- Pſal.48. cat enim ſcriptura eos qui cōfidunt in virtute ſua. Epicureus itaque in corpore ponens ſummum hominis bonum,in ſe ſpem poſuit. Sed enim Stoicus in animo ponens ſummum hominis bonum, in re quidem meliori hominis poſuit,ſed etiā ipſe in ſe ſpem poſuit. Homo M eſt autem & Epicureus & Stoicus. Maledictus igitur omnis qui ſpem ſuam ponit in homine. Quid ergo iam Hiere.17. cōſtitutis ante oculos noſtros tribus, Epicureo, Stoico, Chriſtiano? Interrogemus ſingulos. Dic Epicuree,quæ res faciat beatum. Reſpondet, Voluptas corporis. Dic Stoice, Virtus animi. Dic Chriſtiane, Donum dei.

Cap. VIII. Itaque fratres velut ante oculos veſtros Epicurei & Stoici cum Apoſtolo contulerunt, & collatione ſua nos quid reiicere & quid deberemus eligere docuerūt. Eſt virtus animi res laudabilis,prudentia,mala & bona diſcernens,iuſticia ſua cuique diſtribuens, temperantia libidines, fortitudo moleſtias æquanimiter ſuſtinens. Magna res,laudabilis res:lauda Stoice quantum potes, ſed dic vnde habes? Vnde virtus animi tui te facit bea- Philip.2. tum, ſed qui tibi virtutem dedit, qui tibi velle inſpirauit & poſſe donauit. Scio quia fortaſsis irriſurus es me, & eris in eis, de quibus ſcriptum eſt, quia Paulū irridebant. Si tu via es, ego ſemino: ſeminator enim verbo- Acto.17. rum ſum pro modulo meo. Quod fuit conuiciū tuum, officium eſt meum. Ego ſemino quod cadit in te, tanquam in terram duram. Ego non ſum piger & inuenio terram bonam. Quid tibi faciam? Reprehenſus es, &

oraculo

A oraculo diuino reprehenſus es. Inter illos es, qui confi-
dunt in virtute ſua: inter illos es qui ſpẽ ponunt in ho-
mine: virtus te delectat, ſcio, ſitis: ſed virtutẽ tibi mana-
re non potes. Si curę ſit tibi oſtendere funtẽ vitæ, forte
1.Cor.1. deridebis. Dicis enim apud te, de iſta rupe bibiturus
ſum? Accedit virga & manauit aqua. Iudæi enim ſigoa
petunt, ſed tu Stoice non es Iudæus. Scio Græcus es, &
Græci ſapientiam quærũt. Nos autẽ prædicaous Chri-
ſtum crucifixum. Scandalizatur Iudęus: ſubſannat Grę-
cus. Iudæis enim ſcandalum, gentibus autẽ ſtulticiã: ſed
ipſis vocatis Iudęis & Gręcis, hoc eſt, ipſi Paulo ex Sau-
lo, & Dionyſio Areopagitę, & talibus his, talibus & illis
Chriſtum dei virtutẽ & dei ſapientiam. Iam nõ irrides
rupem, agnoſce virgã crucem, Chriſtũ fontem: & ſi ſi-
tis, bibe virtutẽ. Eſto fonte ſaginatus, gratiarũ actiones
fortaſſe ructabis: & quod ab illo habes iam non tibi da-
Pſal.17. bis, ſed in ructatione exclamabis, Diligam te domine
virtus mea. Iam nõ dices animus meus facit beatũ, non
Roma.1. eris inter illos qui cognoſcentes deum, non ſicut deum
glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt io
cogitationibus ſuis, & obſcuratũ eſt inſipiens cor ipſo-
B rũ: dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Quid
eſt enim, dicentes ſe eſſe ſapientes, niſi à ſeſe habere ſibi
ſufficere, ſtulti facti ſunt? Merito ſtulti, Sulticia vera eſt
Pſal.88. falſa ſapiẽtia. Sed eris inter illos de quibus dicitur, Do-
mine in lumine vultus tui ambulabunt, & io nomine
tuo exultabunt tota die, & in iuſticia tua exultabuntur,
quoniam gloria virtutis eorum tu es. Virtutem quære-
Pſal.93. bas: dic, Domine virtus mea. Beatam vitam quærebas:
dic, Beatus homo quem tu erudieris domine. Beatus e-
nim populus cuius non voluptas carnis, cuius non vir-
tus propria, ſed beatus populus cuius eſt dominus deus
Pſal.143. ipſius. Hæc eſt patria beatitudinis quam omnes volunt,
ſed non recte quęrunt. Nos autem ad talem patriã non
nobis viã quaſi corde noſtro machinemur, & erraticas
ſemitas moliamur: venit inde & via. Quid vult enim
beatus, quid vult, niſi non falli, non mori, oõ dolere? Et
qnid quærit plus eſurire, & plus mãducare? Quid ſi me-
lius eſt non eſurire? Nemo beatus eſt niſi qui viuit in æ-
ternum, ſine vllo timore, ſioe vlla fallacia. Nã falli odit
anima. Quantũ falli oderit anima naturaliter, hinc in-
telligi poteſt, quooiam qui mente alienata rident, plo-
rantur à ſanis: & eligit homo vtique ridere quàm flere.
C Si duo iſta proponantur, ridere vis an flere? quis eſt qui
reſpondeat niſi ridere? Iterum ſi proponantur iſta duo,
Falli ſi vis, ao verum tenere? Omnis homo reſpondet,
verum tenere. Et ridere eligit & verum tenere: de duo-
bus illis riſu & fletu, ridere: de duobus iſtis fallacia &
veritate, verum tenere, Sed tantum præualet inuictiſsi-
ma veritas, vt eligat homo ſana mente flere, quàm mẽ-
te alienata ridere. Ibi ergo in illa patria veritas erit, fal-
lacia & error nuſquam. Sed & veritas erit, & flere non
erit. Erit enim & verum ridere, & de veritate gaudere,
quia ibi vita erit. Nam ſi dolor erit, vita oon erit: neque
enim vita dicẽda eſt ſempiternus immortaliſq; crucia-
Matth.25. tus. Ideo dominus non appellans vitam quam habituri
ſunt impij, quanuis in igne victuri ſunt, vitam non fi-
Eſaia.66. niunt, ne pœnam finiant. Vermis enim eorum nõ mo-
rietur, & ignis eorum non extinguetur: tamen eam no-
luit appellare vitã, ſed hanc appellauit vitam, quæ bea-
ta & ęterna eſt. Vnde interrogante illo diuite dominũ,
Matth.19. Quid boni faciam, vt vitam æternam cõſequar? & ipſe
quidem vitam æternam non nominabat, niſi beatam:
nam habebunt impij æternam, ſed non beatam vitam,
quia cruciatibus plenã. Ergo ille ait, Domine, quid bo-
ni faciam vt vitam æternam conſequar? Reſpondit illi D
dominus de mãdatis. Ait ille, hęc omnia fieri. Sed quã-
do reſpondit de mandatis, quid ait, Si vis venire ad vi-
tam: non ei dixit beatam, quia miſera, nec vita dicenda
eſt: non ei dixit æternam, quia vbi mortis timor eſt, nec
vita dicenda. Ergo vita, quæ hoc nomine digna eſt vt
vita dicatur, non eſt niſi beata: & beata nõ eſt, niſi æter-
na. Hanc volunt omnes, hanc volumus omnes, veritatẽ
& vitam: ſed ad tam magnã poſſeſsionem, ad tam grã-
dem fœlicitatem quà itur, inſtruxerunt ſibi vias erroris
Philoſophi. Alij dixerunt, hàc: alij oon hàc, ſed hàc. La-
tuit eos via, quia deus ſuperbis reſiſtit. Lateret & nos, Ioan.4.
niſi veniſſet ad nos. Ideo dominus, Ego, inquit, ſum Ioan.14.
via. Piger viator, venire nolebas ad viam, Ad te venit
via. Quærebas, quò ires, Ego ſum veritas & vita. Nõ er-
rabis quando is ad illum, per illum. Hæc eſt doctrina
Chriſtianorum, non planẽ cooferẽda, ſed incompara-
biliter præferenda doctrinis Philoſophorum, immun-
diciæ Epicureorum, ſuperbiæ Stoicorum.

Finis.

E

TRACTATVS DE EO QVOD dictum eſt à deo ad Moyſem, Ego ſum qui ſum: incerti authoris.

CVm diuina lectio legeretur, ma-
goum miraculũ quod Moyſem
famulum dei intentiſsimum fe-
cerat, etiam nos corde expecta-
uimus, quia intenti etiã ipſi facti
ſumus, quo modo in rubo appa-
rebat ignis, & rubus nõ crema-
batur. Deinde aduertimus ſa- Exod.3.
cram ſcripturam prius dixiſſe, quòd angelus domini ap
paruerit Moyſi io rubo. Deinde Moyſes non iam quaſi
cum angelo, ſed tanquã cum domino loquebatur. Ter-
tio aduertimus, quòd cum Moyſes nomen dei quære-
ret vt haberet quid diceret filiis Iſraël interrogantibus,
quod nomen dei eſſet, qui illum ad eos miſiſſet: reſpon-
dit, Ego ſum qui ſum. Neque hoc tranſeunter, ſed repe-
titiooe commendans adiecit, Dices itaque filiis Iſraël,
Qui eſt, miſit me ad vos. Poſtremo iam enunciato no-
mine ſuo adhuc adiũxit, Hæc dices eis, Dominus deus F
patrum noſtrorum, deus Abrahã, & deus Iſaac, & deus
Iacob, miſit me ad vos. Et hoc mihi nomen eſt in æter-
num. De his quod dominus donat audite. Magna qui-
dem ſunt tanquam inuolucra myſteriorum dei. Quæ ſi
congruenter & ſufficienter conemur euoluere, nec vi-
res, nec tẽpus ſufficient. Quod ergo breuiter poſſumus
dicere, non fruſtra, nõ inaniter, non ſine alicuius ſigni-
ficatione ſecreti in rubo flamma erat & rubus non cre-
mabatur. Rubus enim ſpinarum eſt quoddã genus: nec
in laude aliqua poni potuit, quod peccatori terra pro-
duxit. Nam primitus peccãti homini dictum eſt, Terra Gene.3.
ſpioas & tribulos pariet tibi. Neq; idipſum quod rubus
non cremabatur, id eſt, flamma non comprehendeba-
tur, booum aliquid putare debemus. Si enim flamma ſi-
gnificat aliquid booi in qua angelus apparebat vel do-
minus: vnde etiam cum venit ſpiritus ſanctus, viſæ ſunt Acto.2.
illis linguæ diuiſæ velut ignis: comprehendi debemus
hoc igne, non autẽ propter duriciam non cremari. Ru-
bus quem nõ cremabat, populus qui deo reluctabatur.
Spinoſum igitur populum Iudæorum ſignificabat ru-
bus, quo Moyſes mittebatur. Et ideo rubus non crema-
batur,

G batur,quia duricia Iudæorũ, ſicut dixi, legi dei reluctabatur.
batur. Nam ſi ille populus ſpinis nõ ſignificaretur, non
Matth.27 ab eo ſpinis Chriſtus coronaretur. Quod autem de ipſo
qui loquebatur Moyſi, & angelus domini, & dominus
dicitur, magna quæſtio eſt, nec temerarium debet habe-
re affirmatorem, ſed cautum inquiſitorem. Duæ autem
ſententiæ quæ hinc proferri poſſunt, quarum quælibet
vera ſit, ambæ ſecundũ fidem ſint. Quod dixi, quæ nam
earum vera ſit: hoc dixi, quid nam eorum ſenſerit qui
ſcripſit. Nam quando nos inquirentes ſcripturas ſenti-
mus aliquid quod ſcriptor forte non ſenſit, non tamen
hoc ſentire debemus, quod abhorret à regula fidei, à re
gula veritatis. Ergo ambas ſentẽtias propono, ſit fortaſ-
ſis & tertia, quæ me latet. Ex his autem duabus propoſi-
tis eligatis quam volueritis. Aliqui dicũt ideo & ange-
lum domini dictum, & dominũ, quia Chriſtus erat de
quo aperte Propheta dicit, quòd ſit magni cõſilij ange-
Eſaiæ.9. lus. Angelus enim officij nomen eſt, non naturæ. Nam
angelus Græce, qui Latine nuncius appellatur. Nuncius
ergo actionis nomẽ eſt: agendo, id eſt, aliquid nunciã-
do, nuncius appellatur. Quis neget Chriſtum nunciaſſe
nobis regnum cœlorum? Deinde angelus, id eſt, nũcius
H mittitur ab eo, qui per eum aliquid nunciat. Et quis ne-
Ioan.5. get Chriſtum miſſum? qui totiens dicit, Non veni face-
re voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui me mi-
Ioan.9. ſit: ipſe proprie miſſus. Nam Siloë illa piſcina interpre-
tatur miſſus. Ideo cui oculos luto inunxit, inde lauare
faciem iuſſit. Nullius enim viſus aperitur niſi eius qui à
Chriſto mundatur: ergo idem angelus, idem dominus.
Sed hîc occurrit aliquid præcauendum. Non enim de-
ſunt hæretici qui dicãt, patris & filij diſtare & diſſona-
re naturas, & non eos eſſe vnius eiuſdemq; ſubſtantiæ.
Catholica autem fides credit patrem & filium & ſpiri-
tum ſanctum vnum deum, vnius ſubſtãtiæ Trinitatem,
inſeparabiliter, ęqualiter, non commixtione confuſam,
non diſtinctione ſeparatã. Illi ergo qui perſuadere mo-
liuntur filium non eſſe eiuſdem ſubſtantiæ cuius eſt pa-
ter, argumẽtantur ex hoc, quòd filius viſus eſt patribus,
Pater, inquiunt, non eſt viſus. Inuiſibilis autem & viſibi-
lis diuerſa natura eſt. Et ideo, inquiũt, de patre dictum
1.Tim.6. eſt, Quem nemo hominum vidit, nec videre poteſt: vt
ille qui viſus eſt, non ſolum Moyſi, ſed etiam Abrahæ,
nec ſolum Abrahæ, ſed etiam ipſi Adam & cæteris pa-
I tribus, non deus pater, ſed filius potius, vt intelligatur
creatura. Catholica nõ hoc dicit. Sed quid dicit? Deus
pater, deus filius: incommutabilis pater, incõmutabilis
filius: æternus pater, coæternus filius. Nam ſi dixeris pa-
trem inuiſibilem, filium viſibilem: diſtinxiſti, immo ve-
ro ſeparaſti ſubſtantias. Quo modo gratiam inueniſti,
qui fidẽ perdidiſti? Soluitur ergo iſta quæſtio ſic. Deus
pater & filius & ſpiritus ſanctus, natura propria inuiſi-
bilis eſt. Apparuit autem quando voluit, cui voluit: non
vt eſt, ſed vt voluit, cui ſeruiunt omnia. Si enim anima
tua cum ſit inuiſibilis in corpore tuo per quod appareat
profert vocẽ, & vox in qua apparet anima tua cum lo-
queris non eſt ſubſtantia animæ tuæ, aliud eſt illa, aliud
eſt vox, & tamen apparet, & in ea re quę ipſa non eſt: ſic
& deus, ſi in igne apparuit, non eſt ignis: ſi in fumo ap-
paruit, non eſt fumus: ſi in ſono apparuit, non eſt ſonus.
Non ſunt hęc deus, ſed indicant deum. Hoc retento ſe-
curi credimus potuiſſe dici filium, qui apparuit Moyſi,
& dominum, & angelum domini. Qui vero exiſtimant
vere eum angelum domini fuiſſe, nõ Chriſtum, ſed an-
gelum miſſum: neceſſe eſt vt exigatur ab eis ratio quare
dictus ſit dominus. Quo modo enim ab eis qui Chriſtũ
fuiſſe dicunt, exigitur, quare dictus ſit angelus: ſic ab eis K
qui angelum dicunt exigitur quare dictus ſit dominus.
Sed illi qui Chriſtum dicũt fuiſſe, iam commemoraui,
quo modo inde exeant quare dictus ſit angelus, quia
Propheta aperte dixit dominum Chriſtum magni cõ-
ſilij angelum. Illi ergo qui dicunt angelum, reſpondere Eſaia.9.
debẽt quare appellatus ſit dominus. Reſpondet & ipſi.
Sicut in ſcripturis Propheta loquitur, non quia domi-
nus eſt Propheta, ſed quia dominus eſt in Propheta: ſic
& cum per angelum dignatur dominus loqui, quo mo-
do per Apoſtolũ, quo modo per Prophetam, recte di-
citur & angelus propter ſeipſum, & dominus propter
habitantẽ deum. Certe enim Paulus homo erat & Chri
ſtus deus, & ait tamen ipſe Paulus, An vultis experimẽ- 2.Cor.13.
tum eius accipere qui in me loquitur Chriſtus? Dixit &
Propheta, Audiam quid loquetur in me dominus deus. Pſal.84.
Qui loquitur in homine, loquitur in angelo. Ideo appa
ruit Moyſi angelus domini & dixit, Ego ſum qui ſum.
Habitatoris vox eſt, nõ templi. Nam ſi propterea Chri-
ſtus erat cum angelus dictus ſit, quia vnus erat, quid fa-
cimus quando Abrahæ tres apparuerunt? Quid hic di-
cimus? Tres apparuerunt, & Abraham tanquã ad vnum Gene.18.
loquens dixit, Domine. Quid dicimus? Quare tres? An L
ipſa Trinitas erat? Quare ergo dominus? Quia Trini-
tas vnus dominus, nõ ſunt tres domini. Et trinitas vnus
deus, non tres: vna ſubſtãtia, tres perſonæ. Neque enim
pater filius eſt, aut filius pater eſt: aut ſpiritus ſanctus vel
pater vel filius eſt. Sed pater non eſt niſi filij: filius non
eſt niſi patris: ſpiritus & patris & filij. Quãuis in illis tri-
bus aliqui dicũt, quòd vnus ibi excellebat, quem domi-
num appellabat Abrahã quando apparuerat cum duo-
bus, tanquam Chriſtus cum angelis ſuis. Sed quid agi- Gene.19.
mus, quia cum duo mitterentur ad Sodomam apparẽ-
tes fratri Abrahæ Loth, & ipſe agnoſcit in eis diuinita-
tem: & cum duos videat, dominum appellat: & ille in
tribus dominum, & in duobus ille dominum? Ne ſepa-
remus ergo Trinitatẽ, faciamus in Sodoma dualitatẽ.
Puto quòd melius intelligimus, quia patres noſtri do-
minum in angelis agnoſcebant, habitantem in habita-
tione intelligebant, non portantibus, ſed inſidenti glo-
riam dabant. Quam ſententiam confirmat non ſolum
Epiſtola quæ ſcribitur ad Hebręos, vbi dicitur, Si enim Hebr.2.
qui per angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus: lo- M
quebatur enim de veteri teſtamẽto, cõmendauit quòd
ibi angeli loquebantur, ſed deus in angelis ſuis honora-
batur, & per angelos interior habitator audiebatur: ſed
etiam in Actibus Apoſtolorum Stephanus dicit, arguẽs
& increpãs Iudæos, dura ceruice, & nõ circuncisi cor-
de & auribus. Dura ceruice, ſpinæ nõ crematæ. Vos au- Acto.7.
tem reſiſtitis ſpiritui ſancto: ideo rubus nõ cremabatur,
quia flammę ſpiritus ab ſpinis peccatorum reſiſtebatur,
vos ſemper reſiſtitis ſpiritui ſancto: quem Prophetarũ
non occiderunt patres veſtri. Et vnde agitur, Qui acce-
piſtis legem in edictis angelorum, & nõ cuſtodiſtis. Si
diceret angeli, & non angelorum, non deerant illi qui
dicerent, Chriſtus eſt, quia dictus eſt magni conſilij an-
gelus. Angelus Chriſtus, nunquid angeli Chriſtus? Di- Eſaia.9.
cit & Apoſtolus Paulus, Quoniam ſemen Abrahæ di- Galat.3.
ſpenſatum eſt, diſpoſitum, inquit, per angelos in manu
mediatoris. Iam ergo angelus, & in angelo Dominus,
dicebat Moyſi quærẽti nomẽ ſuum, Ego ſum qui ſum. Exod.3.
Dices filiis Iſraël, Qui eſt, miſit me ad vos. Eſſe, nomen
eſt incõmutabilitatis. Omnia enim quę mutantur, deſi-
nunt eſſe quod erant, & incipiunt eſſe quod non erant.
Eſſe verum, eſſe ſyncerum, eſſe germanum, non habet
niſi

A niſi qui nó mutatur. Ille habet eſſe cui dicitur, Mutabis
Pſal.101. ea & mutabuntur, tu autem idem ipſe es. Quid eſt, Ego ſum qui ſum: niſi æterous ſum? Quid eſt, Ego ſum qui ſum, niſi mutari non poſſum? Nulla creatura, non cœlum, nõ terra, oon angelus, non virtus, non ſedes, non dominationes, nõ poteſtates. Cum ergo ſit hoc nomen æternitatis, plus eſt quod dignatus eſt habere nomen miſericordiæ. Ego ſum deus Abraham, & deus Iſaac, & deus Iacob: illud in ſe, hoc ad nos. Si enim hoc ſolum eſſe vellet quod eſt in ſe, quid eſſemus nos? Si intellexit, immo quia intellexit Moyſes cũ ei diceretur, Ego ſum qui ſum: Qui eſt, miſit me: multum hoc credidit eſſe ad homines, multum hoc vidit diſtare ab homioibus. Qui enim hoc quod eſt & vere eſt intellexerit digne, & qualitercunque lumine veraciſsimæ eſſentiæ, vel ſtrictè ſicut coruſcatione afflatus fuerit, longe ſe videt iofra, longe remotiſsimum, longe diſsimillimum, ſicut ille
Pſal.30. ait, Ego dixi in ecſtaſi mea. Aſſumpta enim mente vi-
B dit neſcio quid, quod plus ad illum erat, hoc erat quod verum erat. Dixi, inquit, in ecſtaſi mea. Quid? Proiectus C
ſum à facie oculorum tuorum. Cum ergo ad id quod dicebatur, nõ ad id quod videbatur looge ſe imparem videret Moyſes & quaſi minus capacem, vnde inflammatus ipſo deſiderio vidẽdi quod eſt, dicebat deo cum quo loquebatur, Oſtende mihi temetipſum: quaſi vero *Exod.33.*
ab illa excelleotia eſſentiæ longe diſsimilis deſperaret, erigit deſperantem, quoniam vidit timeotem, tanquam diceret, Quoniam dixi, ego ſum ſum qui ſum: &, qui eſt miſit me: intellexiſti quid ſit eſſe, & deſperaſti te capere, erige ſpem, Ego ſum deus Abraham Iſaac & Iacob: ſic ſum quod ſum, ſic ſum ipſum eſſe, ſic ſum cum ipſo eſſe, vt nolim hominibus deeſſe. Si quo modo poſſumus dominum quærere & inueſtigare eum qui eſt, & quidem non lõge poſitum ab vno quoque noſtrum: in *Act.17.*
illo enim viuimus & mouemur & ſumus: Laudemus ergo ineffabiliter eius eſſentiam & amemus miſericor- D
diam, Amen.

TOMI SEXTI FINIS.

INDEX QVATERNIONVM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t v x y z A.
Omnes ſunt quaterniones, præter A, qui eſt ternio.

Digitized by Google